Donato alla Libreria di S. Michele di Firenze
dal Rev.do P.re D. Pier Francesco Schianteschi C. R.

JURIS CANONICI UNIVERSI COMMENTARIUS PARATITLARIS.

CAJETANI FELICIS

VERANI

TOMUS QUARTUS.

JURIS CANONICI UNIVERSI COMMENTARIUS PARATITLARIS.

SEU

Dilucida explicatio, nova methodo exhibita, omnium Pontificiarum Decretalium, quæ continentur in quinque libris GREGORII IX. & aliarum BONIFACII VIII. in Sexto; ac Constitutionum Recentiorum Pontificum in Septimo. Clementinarum CLEMENTIS V. Extravagantium JOANNIS XXII. & Communium. Explicatúrque quid jure novo per decreta Conciliorum, præsertim Tridentini statuitur.

CUILIBET TITULO

Prætexitur Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in eodem continentur cum præcipuis Glossæ Doctrinis: & in calce adjiciuntur plures selectæ quæstiones pertinentes ad materiam ejusdem Tituli.

OPUS

Digestum quinque Tomis respondentibus quinque libris Decretalium.

TOMUS QUARTUS

AUTHORE

R. P. D. CAJETANO FELICE VERANI

Niciensi Clerico Regulari SS. Theologiæ, & Juris Canonici Professore.

Nunc primùm in lucem prodit. Permissu Superiorum, & Privilegio.



MONACHII, Sumptibus, ac Typis JOANNIS JÆCKLINI, Typographi Electoralis, & Bibliopolæ,
ANNO M. DCC. VI.

CELSISSIMO,
AC
REVERENDISSIMO
S. R. I. PRINCIPI

JOANNI ERNESTO

EX COMITIBUS DE THUN,
ARCHI-EPISCOPO SALISBURGENSI,

S. Sedis Apostolicæ Legato, & Germaniæ Primati, &c. &c.

PUblici facturus juris has in Quartum Decretalium lucubrationes incertus animi hæsi, cuinam essem nuncupaturus viro Principi, ex cuius favore securitatem, ex nobilitate patrocinium, & ex authoritate nonnihil ponderis nancisceretur. Timori, mihique diu ancipiti sufficit audaciam

CELSISSIME PRINCEPS Tua par prodigio comitas, morúmque Tibi à natura indita ſuavitas, quâ Te cunctis ſermone affabilem, acceſſu facilem, clementiâ amabilem præſtas: & præſertim propenſæ Tuæ voluntatis benevolentia, celsíque animi ſtudium, quô noſtram Congregationem in hac Tua metropolitana Urbe à pia æquè, ac generoſa munificentia Eminentiſſimi Tui anteceſſoris S. R. E. Cardinalis MAXIMILIANI GANDOLPHI ex Comitibus de Küenburg fundatam proſequeris; quò enim firmiùs ſtaret fulcro voluiſti Tuæ inniti Beneficentiæ; & quò ejus religioſæ ædes auguſtiùs dilatarentur, ampliores ultroneâ conceſſiſti indulgentiâ. Hæc ſunt officij, & obſequij mei vivida prorſus, ac efficacia incitamenta, quibus Tuam Celſitudinem acceſſerim, hoc opus in propenſi, gratíque animi teſſeram ſubmiſſa veneratione oblaturus. Quamvis non minus me urſiſſet virtutum Tuarum dignitas excelſa, quæ me percellit, totúmque in Tui cultum, ac venerationem pertrahit. Non me latet, modeſtiam Tuam à laudibus, auríſque popularibus, quas plerique impensè aucupantur ſemper abhorruiſſe; ſed oportet, ruborem patiatur, ne Veritas ſuo, ſibique debito fraudetur candore.

Reticebo in uberrima tuarum virtutum meſſe protritam illam legem derivandi laudes ab avita nobilitate, quæ felicitas eſt naſcendi, ceu dignitas quædam Majorum, ac donum Divinæ Beneficentiæ haud flocci faciendum. Non indiget ſol ſuo meridiano jubare coruſcus aſcititio nitore, quô ſplendeat: ſatis Tibi nitoris virtutes ſuppeditant, quas ad ſumma excolis laudationis incrementa. Nemo eſt, qui neſciat clariſſimæ Tuæ ſtirpis nitidiſſimos æquè, & vetuſtiſſimos titulos, Avorum præclara inſignia, trophæa, monumenta, & ubíque poſſeſſa nomina: & ne prolixum videar cathalogum texere; præ cæteris plurimum THUNNIANO ſtemmati ſcimus ex ſacris Infulis addidiſſe ſplendoris (ut omittam, quos bellica fortitudo commendat) CONRADUM Paſſavienſem Epiſcopum,

pum; qui pro tuenda Fide catholica pectus, animúmque, veluti adamantinum clipeum retundendis hostium jaculis objecit. ULADISLAUM Ecclesiæ jurium propugnatorem acerrimum. GUIDOBALDUM, qui non solùm Romanâ purpurâ insignitus, verùm, & præclariorum virtutum ornatus myriade Salisburgenses Infulas illustravit: sed in Te uno horum omnium affulgent nitores; possitque de Te citra assentationis suspicionem dici, quod de Stilicone cecinit Claudianus

——————— Quæ sparguntur in omnes
In Te mista fluunt: & quæ divisa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

Celebrent alij ab antiquo Romanæ Nobilitatis jubare deductum Thunnianæ Prosapiæ splendorem, Tuorum Majorum nunquam satis laudata encomia; alieno non indiges fulgore, cum illustriùs clarescas Tuo; Planetarum Principem in hoc æmularis, qui sui luminis Faber nullo alieni syderis indiget radio, quô splendeat. Etenim singulas si velim Tuas recensere virtutes, quibus ornaris ac totidem veluti radijs coruscas, cum mihi aquilæ desint obtutus, fas est, eclypsim patiar. Quis Tuam satis commendet Pietatem, quæ in Te citiùs, quàm ætas adolevit? quis morum candorem, quem cum lacte suxisti, & annorum decursu intemeratum semper custodisti? Quis melleam illam fandi dulcedinem, quâ omnes, quos alloqueris, Tibi devincis? Scio in Platonis adhuc infantis labellis, mellificâsse apes; in ore Stesichori cecinisse Luscinias, sed apibus ingeniosiores, ac Luscinijs argutiores crediderim Gratias tuis in labris sessitâsse. Quia verò noveras sanguinis nobilitatem sine comite pietate, aliarúmque virtutum adminiculis flaccescere, viribúsque destitui; has eâ impensè solertiâ excoluisti; ut nunquam, vel latum unguem ab earundem cultura animum abstraxeris, sed illarum incrementis enixim studueris: nec Tibi magis curæ, quàm Divini Numinis promovere cul-

tum, liliatam custodire conscientiæ munditiem, & castitatem virtutum cunctarum præclarissimam prorsus illibatam servare: quapropter à quovis semper mollioris sexûs consortio abhorruisti: Sed si Pietas, & Castitas reliquas secum trahunt virtutes; non possum non summis commendare laudibus pastoralem illam solicitudinem, quâ Diœcesim Salisburgensem longè, latéque per plures Provincias diffusam sanctissimis legibus munis; ovésque Tibi concreditas exemplo fortiùs, quàm voce ad pascua trahis æternæ salutis; hæreticorum lupos eliminas, procùlque arces; nec pateris in Tuæ Provinciæ montanis ullum hæreseos labe infectum, aut suspicione notatum; ut nonnisi sanctitas, innocentia, & catholica Religio Tuis in Alpibus, in petra maceriæ nidum sibi construant; & ne unquam deessent Pastores arcendis lupis, pascendísque ovibus in abruptis illis montium jugis peridonei; Seminarium ad informandos sanctis moribus, & ecclesiasticis disciplinis Provinciæ Tuæ Clericos in Metropolitana Tua Civitate Salisburgensi à fundamentis magnificè, ac splendidè erexisti, & opportuno locupletâsti proventu. Nec possum zelum reticere, quô pro tuendis Ecclesiæ Tuæ sponsæ juribus plurimum impendisti laboris, ac desudâsti; sed eâ tandem exitûs felicitate, ut quæ pluribus jam anteactis annis agitarentur controversiæ Salisburgensem inter, & Passaviensem Ecclesias circa Metropoliticæ superioritatis jura, Rota Romana probitati annuerit Tuæ causæ, cujus justitiam candido calculo ad Tua vota approbavit. Quid memorem Tuam in Religiosorum cœtus proniorem benevolentiam, quâ Sanctimonialium sacros ordines acci-visti, claustra fundâsti, ecclesias ad promovendum DEI cultum elegantes erexisti; altaria pretiosâ supellectili ornâsti; labefactas ædes instaurâsti? Quid recenseam munificam Tuam in egenos charitatem, quâ laxa manu opes pauperibus distribuis, eorúmque lacrymas munerum largitione exsiccas, mœstos exhilaras, ærumnosos solaris; & miseriarum cumulis pressos sublevas? Quid cordis sinceri-

ceritatem, quâ mentem ipsam usque ad apices in lingua describis, & perinde ac pellucidus adamas diaphanos sinceritatis sinus propandis, & vultûs hilaritate, veluti vi quadam magnetica, vel ipsos reluctantes blandè allicis, & in Tua trahis obsequia? præ cæteris tamen Tuis dotibus singularem meretur commendationem vitæ institutum, quod ad perfectæ Rationis amussim ita componis, ut Te nusquam pellices voluptatum illecebræ allexerint; nuspiam deliciarum lenocinia vicerint; nuspiam validissimæ vanitatum obsidiones oppugnaverint. Plura alia possem hîc adijcere virtutum Tuarum ornamenta, ac regiminis decora, nisi Tua mihi silentium modestia indiceret. Impensè igitur rogo, has velis Juris Pontificij lucubrationes æquo, placidóque animo excipere in symbolum meæ erga Te observantiæ; & dum DEUM enixim precor, ut Te perenniter sospitem velit, me totum in tua mancipo obsequia.

Scribebam Monachij in nostris ædibus SS. Adelaidis, & Cajetani pridie Iduum Novembris Æræ Christianæ 1706.

Reverendissimæ Tuæ
Celsitudinis.

Obsequentissimus Servus

D. Cajetanus Felix Verani
Clericus Regularis.

ELENCHVS TITULORUM,

Summariorum Exegeticorum, Paragraphorum, ac Quæstionum, quæ in hoc quarto Tomo in quartum librum Decretalium comprehenduntur.

)(:(3 §. V.

§. II.

R. P. D.

R. P. D. CAJETANI FELICIS VERANI

IN QUARTUM LIBRUM DECRETALIUM.

PROOEMIUM.

CUm Pontifex in præcedente libro satis, supérque dixerit de ijs, quæ ad Clericos, ac Religiosos videbantur spectare, déque rebus pluribus, quæ æquè ad ecclesiasticos pertinent, ac laicos; eò quia sint utrísque communes; rectus ordo exigebat, ut in hoc quarto libro ageret de rebus proprijs laicorum, non quidem omnibus, sed de ijs, quæ tametsi laicis conveniant, adhuc tamen pertinent ad forum, ac judicium Ecclesiæ; cujusmodi sunt matrimonia, & quæ iisdem necessariò accedunt, & nectuntur *c. accedens 10. de Procurat.* Quamobrem in hoc libro plura occurrunt examinanda. Primò quid sit matrimonium; quomodo, & à quibus personis, & per quas contrahatur. Secundò qualis sit matrimonij fructus, seu quæ sit legitima proles. Tertiò quomodo matrimonium dissolvatur. Quartò quomodo iteretur. Est matrimonium contractus simul humanus, & sacramentum divinum, quod *humani generis procreabile* eleganter vocat Cassiodorus *lib. 2. variar. c. 10.* & Tertullianus *lib. 1. ad uxorem* vocat matrimonium benedictum à Domino; & generi humano, ac replendo orbi, & instruendo sæculo excogitatum. Varias autem sortitur nomenclationes, aliquando enim dicitur *conjugium*, eò quia vir, & uxor eodem jugo conjungantur

jungantur,ut ex Horatio,& Apuleio notat Gaſpar Barthius *lib. 6. c. 13.* Interdum vocatur *connubium*, & *nuptiæ* non ab hebraico verbo *innubo*, quod pro germinare ſumunt Hebræi, ut cenſuit Zypæus *de matrim. c. 11. n. 2.* ſed à verbo *nubo*, quod velari, & operiri ſignificat juxta Varronem *lib. 4. de lingua latina*, & Nonium *V. nubo*: ſiquidem moris antiquitùs fuit, ut puella nuptura nonniſi velato, & operto capite ad demonſtrandam verecundiam pudicitiæ comitem, & fomitem, in publico appareret, & D. Ambroſius relatus *in c. nec illud 30 q. 5.* ait veteribus *nubere*, perinde fuiſſe, ac *operire*: hinc Iſidorus vult, nubes dici, eò quia cœlum operiant, & *lib. 9. etymolog. c. 8.* ait nuptæ dicuntur, quòd vultus ſuos velent; translatum nomen à nubibus, quibus tegitur cœlum: quò fit, ut nomen nuptiarum propriè puellis conveniat; & & viris uxorem ducere: propriè enim puella dicitur nubere viro, & vir uxorem ducere, licèt quandóque etiam nubere uxori: hinc Martialis *lib. 8. epig. 12.*

Uxorem qualem locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.

Frequentiùs autem dicitur *matrimonium*, quia ut notat D. Auguſtinus *lib. 19.* contra Fauſtum, non ob aliud debet puella nubere, quàm ut mater fiat: hinc cùm Romani olim matrimonium contraherent, publicè teſtabantur, liberorum quærendorum causâ illud celebrare *l. liberorum 220. §. præter hæc ff. de V. S.* ut notat Connanus *lib. 8. comment. 3.* Cur verò conjugium vocetur potiùs *matrimonium*, quàm *patrimonium*, ſeu cur à matre potiùs, quàm à patre ſuam matrimonium trahat nomenclationem, duas D. Thomas *in addit. ad 3. p. q. 44. art. 2.* adfert rationes: quarum prima eſt, quia matris officium plus apparet in filiorum procuratione, quàm officium viri: & ob hanc eandem rationem vult S. Doctor, exteriorem bonorum poſſeſſionem magis dici patrimonium, eò quia magis pertineat ad patris officium: vir enim magis officioſus eſt, plúſque laborat in eorum acquiſitione, quàm uxor. Alia ratio eſt, quia reſpectu filiorum pater non eſt ita certus, ſicut mater; unde habetur illud Thelemachi apud Homerum *Odiſſæa 1.* *Me eſſe Ulyſis filium*

ſilium revelavit mater: hac ratione Juris Conſulti liberos, aut ſervos non ex patre, ſed ex matre dijudicant, ut notat Covarruvias *epit. in 4. decret. p. 2. c. 1.* neque hîc denominatio fit à digniore, qui eſt pater; ſed ab evidentiore, ut eſt mater: hinc etiam homo ab evidentiore dicitur ab humo, ex qua corpus formatum fuit, licèt in homine, anima ſit longè perfectior, & excellentior. Quia verò ad matrimonium non devenitur, niſi per præcedentia ſponſalia, ideo prima de iisdem tractatio occurret. Sunt enim ſponſalia, veluti præambula, & initialia matrimonii, & in Ecclefia conſuetudo ſemper inolevit, ut ſponſalia nuptiis præmitterentur.

TITULUS I.

De Sponſalibus, & Matrimoniis.

PARS I.

QUia eccleſia in matrimonio, ut Sacramento, nonnulla induxit, quæ tametſi ex natura rei non exigantur; quia tamen valdè conducunt ad certitudinem, Sanctitatem, & decentiam matrimonij, ut præ alijs ſunt ſponſalia, quæ viam aperiunt, & ſternunt ad matrimonium ineundum, ideò de ſponſalibus eſt priùs agendum, etenim ut notat Evariſtus *epiſtol. 1. ad Epiſcopos Africæ.* relatus *in c. aliter* 30. *q.* 5. ex traditione eccleſiaſtica, Apoſtolorum, & Patrum, non aliter legitimum erat conjugium, quàm ſi primò à parentibus, & ab his à quibus cuſtoditur uxor, petatur, à quibus deſponſetur. Secundò quòd legibus dotetur. Tertiò quòd à Sacerdote cum precibus, & oblationibus benedicatur. Quartò quòd à Paranymphis tradatur Quintò quòd ſolemniter accipiatur, ſeu contrahatur matrimonium. Sextò quòd ante ejusdem conſummationem biduo, vel triduo Sponſus, & ſponſa vacent orationi. Verùm quamvis ſolemnitates legales matrimonij non ſint obſervandæ, ut ſubſtantiales actui, nihilominus cum ſint juſtæ, & licitæ, ſervari debent, & juxta ipſas iniri matrimonium C. Raynutius 16. *de teſtam.*

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *DE FRANCIA* 1. *h. t. Ex Concilio Triburienſi declaratur: quòd ſi matrimonium quis contrahit non ſecundùm leges, & conſuetudines illius loci, matrimonium teneat; quòd ſi prima dimiſſa aliam ducat, debet ſecundam dimittere, & reverti ad primam, & pœnam ſubire, eò quia primam dimiſerit, & ſecundæ adhæſerit: quia ut notat Gloſſa ſolus conſenſus facit matrimonium, tametſi omittantur ſolemnitates juris, vel conſuetudinis; adeò ut ſpectanda potiùs ſit intentio contrahentium, quàm verba Unde nec conſuetudo, nec lex humana poteſt irritare matrimonium ſic contractum, & conſummatum, quod facit ſolus conſenſus ſufficienter expreſſus coram Parocho, & Teſtibus* c. ſufficit 22. q 2.

C. *PRÆTEREA* 2. *h. t. Innocentius III. declarat, quòd contrahentes ſponſalia, ſeu matrimonium de futuro purè abſque ulla conditione, fide hinc inde data; ſi deinde nolint adinvicem contrahere, ſint admonendi, ut datam fidem ſervent: ſed deinde non ſunt cogendi, ſed tolerandi, ne quid deterius contingat, ſi eam cogatur ducere, quam odio habet; ſicut qui contrahunt ſocietatem data fide. & poſtea eam ad invicem ſibi remittunt. Hinc deducuntur*

citur obligationem ſponſalium in ordine ad matrimonium contrahendum eſſe gravem, & obligare in conſcientia c. de conjugali 27.q 2. *Quia omnis contractus obligat ex juſtitia, ubi materia eſt gravis, ut in ſponſalibus, in quibus ex reſilientia alterius, gravis infertur injuria alteri. Mutuo tamen conſenſu poſſunt ſponſalia diſſolvi, perinde ac alij contractus, qui nec ex natura ſua, nec ex inſtitutione divina, ſunt indiſſolubiles, ut ſunt ſponſalia; ſicut liquet ex hoc textu, in quo adducitur pro exemplo contractus ſocietatis, qui ita inſtituitur, ut communionem negotiationis, vel rei lucrum inde exortum, vel damnum emerſum ad unumquemque de communitate pertineat, quæ tamen conventio, ſi ex mutuo conſenſu ſociorum remittatur, contractus expirat, & ceſſat.*

C. *JUVENIS 3. h. t. Cum Juvenis quidam puellam duxiſſet in matrimonium nondum ſeptennem, & poſtea ejus conſobrinam duxiſſet, mandat Pontifex, ut hæc, quam poſtea duxit, ab illo ſeparetur: eò quia fortaſſis juvenis in puella ſeptenni tentavit, quod complere non potuit, & in dubiis, quod certius æſtimatur, teneri debet propter honeſtatem eccleſiæ: tum quia puella illa nondum ſeptennis dicitur fuiſſe conjux talis juvenis: ubi notandum eſt, ad ſponſalia ineunda ordinariè requiri ſeptennium juxta* c. litteras 4. *Quia hæc ætas jam videtur habere tantum judicij, quantum ad ſponſalia requiritur. Non tamen hæc ætas eſt ita determinata, ut etiam minor non ſufficiat, ſi malitia ætatem ſuppleat: quia in textu, licèt agatur de puella nondum ſeptenni, vult tamen Pontifex reſcindi matrimonium ſequens cum ejus conſobrina contractum à juvene ob impedimentum publicæ honeſtatis, quæ ratio nihil probaret, ſi ſponſalia hujus puellæ non fuiſſent valida ante ſeptennium malitia ſupplente ætatem. Rurſus ex hoc textu deſumitur regula, quòd in dubiis,* quod certius exiſtimamus tenendum ſit, *quod tamen intelligendum eſt de dubio negativo propriè dicto, quando pro utra parte adſunt rationes, vel ſi adſint, non ſunt ſufficientes, ut quis unam præ altera amplecti debeat; tunc enim quod certius, & tutius eſt debemus eligere. In textu igitur non aderat ulla probatio, quòd juvenis attentaverit puellam, & tantùm aderat metus humanæ fragilitatis; neque ratio in contrarium ſuppetebat, quòd non attentaverit, unde in hoc dubio negativo reſcripſit Pontifex, id eſſe tenendum, quod eſt certius, & tutius. Hæc tamen regula non valet in dubiis poſitivis, quando utrinque ſunt rationes probabiles, vel etiam probabiliores, quia tunc ex duabus ſententiis verè probabilibus poteſt quis eligere, quam maluerit.*

C. *AD AUDIENTIAM 4. h. t. Alexander III. reſcribit Epiſcopo Papienſi ex ſponſalibus contractis inter conſanguineos, tametſi nulla ſint; oriri impedimentum publicæ honeſtatis, adeò ut mortuo ſponſo, non poſſit mulier ſuperſtes nubere fratri ſponſi mortui; tametſi interceſſerit juramentum, quòd ſi primus frater, eam non habeat uxorem, debeat ſecundus illam habere, quia tale juramentum eſt illicitum: & qui juravit, debet pœnitentiam agere pro tali illicito juramento, & poteſt etiam cenſuris compelli, ut non ducat ſponſã ſui fratris demortui, tametſi ſecundus frater ſit alterius matris, & non conſanguineus ſponſæ. Hinc ſponſa unius fratris non poteſt poſtea nubere fratri ſui ſponſi, quia filij uterini ſunt ſibi conſanguinei in primo gradu: jure etiam novo ex Concilio Tridentino, hujuſmodi ſponſalia ſunt invalida propter impedimentum conſanguinitatis in gradu tam propinquo: ſcriptum eſt enim: non poſſe fratrem habere ſponſam ſui fratris.*

C. *DE ILLIS 5. h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Panormitano, quòd ſi præſtito juramento promiſit aliquis mulieri, velle de futuro eam ducere; & poſtea diſcedat ab ea terra, ſeque transferat ad aliam partem: mulier ſi non præceſſit conſumatio, poſſit alteri nubere: & ſi per eam ſtetit, quò minus matrimonium conſummaretur, debet tunc de perjurio pœnitentiam agere. Ubi notat Gloſſa, ſponſam de futuro non teneri ſponſum vagabundum expectare, & dilapſo triennio ſecundùm leges poſſe alteri nubere. Quòd ſi ſponſus diſcedat inſciâ ſponſâ, & non requiſitâ, tunc videtur renunciâſſe juri ſuo in foro conſcientiæ, & ſponſalia ſunt ſoluta: ſecus tamen ſi tantùm animi laxandi gratiâ, vel negotiorum causâ aliò ſe transferat, quia ſic non cenſetur dimittere terram* c. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.

C. *DE MULIERE 6. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi quæſitum non ſit certum, non poſſit tunc dari reſponſio: & quòd non omnis vis matrimonium irritet, immo quòd poſt vim illatam, ſi ſequatur conſenſus, matrimonium valeat. Verùm notandum eſt, vim, & metum eſſe duplicem, unum gravem, & injuſtè incuſſum, & hunc irritare matrimonium* c. cum locum, c. conſultationi de ſponſ. c. ſignificaſti de eo, qui duxit conſanguineam, *tametſi non deſint, qui aſſerant, tale matrimonium eſſe tantùm irritum in foro interno; in foro autem externo, & jure naturæ eſſe irritandum, & poſſe peti ejus reſciſſionem à Judice, perinde ac in aliis contractibus per actionem, quod metûs causâ. Sed communior, & verior ſententia eſt, quòd ſi probetur vis gravis illata, vel metus injuſtè incuſſus matrimonium ſit irritum. Alius eſt metus levis inſufficiens ad irritandum matrimonium; quamobrem in quæſito incerto poteſt diſtingui inter vim, & vim, ac metum cadentem, vel non cadentem in conſtantem virum.* c. conſultationi 28. h. t.

C. *EX LITTERIS 7. h. t. Reſcribit idem Pont. quòd ſi duo contrahant ſponſalia, ſeu matrimonium, quorum alter non intelligat, quod alter proponit, tunc Judex debeat priùs videre, an contrahentes matrimonium ſint idonei ſcientia, & ætate; poſtea debeat recurrere ad communem intelligentiam illorum verborum, & adigere utrumque ſervare verba ſecundùm ſenſum communem rectè intelligentium. Ubi notandum eſt, in contrahentibus requiri diſcretionem, ſeu ſcientiam, per quam intelligitur judicium ſufficiens, ut quis ſciat,*

quid

quid ſit nubere, ad quod tamen ob innatam naturæ propenſionem, non eſt opus multa ſubtilitate, hoc autem judicium eſt fundamentum conſenſus matrimonialis, quia non intelligens id quod agitur, non præſumitur in illud conſentire l. coram 209. ff. de V. O. Hinc furioſi, & amentes, ut etiam ebrij non poſſunt validè matrimonium contrahere, niſi furioſus, & amens habeat lucida intervalla, in quibus ſit ſui compos, & ſciat, quid faciat; ſicut enim furioſus tunc poteſt alios inire contractus l. 2. de contract. empt. ita etiam matrimonium. Circa ætatem autem quoad matrimonium contrahendum eſt ætas pubertatis; ſeu duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in viro. Sin verò contrahentes matrimonium utantur verbis, quæ juxta communem modum loquendi conſenſum matrimonialem ſufficienter exprimant, judicandum eſt pro matrimonio, quòd ſi unus dicat, ſe non intellexiſſe, quod alter dixit, vel aliter intellexiſſe, tunc verba non ex opinione, vel voluntate ſingulorum, ſed ex communi loquendi uſu æſtimanda ſunt l. Labeo 7. ff. de ſupellect. legato. niſi conſtet de mente contraria contrahentium. Rurſus ſi Actor adhibet dolum, verba ſunt intelligenda, prout reus intelligit: Sin verò reus dolum fecit, verba ſunt intelligenda, ut actor intelligit: Sin autem uterque dolum fecerit, ſunt tunc verba intelligenda juxta modum communem intelligendi, ut dicitur in hoc textu.

C. SPONSAM. 8. h. t. Idem Pont. reſcribit, nullum conſanguineum poſſe accipere ſponſam alterius conſanguinei, idq; ſtatuitur etiam jure novo in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 3. Ratio eſt, quia ex diſpoſitione eccleſiæ inter ſponſam alterius, ejúsque conſanguineos intercedit impedimentum honeſtatis.

C. EX PARTE 9. h. t. Declarat idem Pont. quòd ſi duo invicem ſibi promittant, quòd ex eo tempore ſe habebunt pro conjugibus, fidémque invicem ſervabunt, habeatur verum matrimonium. Rurſus declarat, ex cauſa manifeſta fornicationis licitum eſſe dimittere uxorem: Sed ipſa vivente teneri virum ſe continere, & alteri non nubere: ubi notat Gloſſa in textu dici ex cauſa manifeſta fornicationis, ſeu probata coram Judice, & definita per ſententiam: alioquin non eſt licitum ex cauſa fornicationis dimittere uxorem, quia facilè poſſet hæc cauſa fingi. Cæterum Pontifex meritò judicavit, matrimonium de præſenti fuiſſe ab iſtis initum; quia promittens de præſenti tempore, ſeu jurans ſe aliquam in uxorem habiturum, eo ipſo in illam ut uxorem conſentit, & jam de præſenti, eam habet pro uxore, qui enim vult conſequens, ſeu aliquam impoſterum in uxorem habere; ex hoc tempore etiam vult antecedens, ſeu eam hoc tempore habere uxorem. Non ita eſſet, ſi ſine adjectione hujus præſentis temporis promitterent, & jurarent ſe habituros pro conjugibus, & obſervaturos fidem conjugalem. Plures ex iſtis formulis contrahendi matrimonium exhibet, & explicat Covarruvias in epit. p. 2. c. 4. §. 2. Cæterum in dubiis ſemper conſultiùs eſt ad communem verborum intelligentiam recurrere, & attendere circumſtantias.

C. EX LITTERIS 10. h. t. Idem Pont. declarat, quòd quando quis jurat accipere aliquam uxorem, & poſtea velit aliam accipere, ſit priùs monendus ab Epiſcopo, ut ſervet juramentum, ſeu ducat primam, quòd ſi monitis non acquieſcat, ſit etiam compellendus per cenſuras, ut primam accipiat, & eam maritali affectu tractet. Excipitur tamen niſi aliqua rationabilis cauſa obſtet. Hinc notat Gloſſa, quòd ſi parentes jurent conjungere filios in matrimonium, tametſi juramentum de facto alterius non obliget; nihilominus, quia promiſerunt, & pactum ſimul inierunt, debent bona fide procurare, ut filij ita contrahant ſicut parentes promiſerunt, & jurârunt: quòd ſi filij poſtea nolint contrahere, eorum parentes non ſunt perjuri, nec puniendi, quia per ipſos non ſtetit, quin contraherent. Rurſus notandum eſt, juramentum impuberum ad teſtificandum non tenere; ſed ad alia, ſi ſint doli capaces, tenere.

C. NON EST 11 h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopis & Epiſcopis per Angliam conſtitutis, patrem injuſtè detinentem uxores filiorum, eſſe compellendum intra certum tempus eas reſtituere, & ad id eſſe compellendum etiam ſub cenſuris, & præſertim interdicti terræ, ubi uxores ſunt: quia ut notat Gloſſa hic, pro delicto unius, interdicitur tota Provincia, erat enim ipſe Rex Angliæ, cum quo mitiùs agitur. Cæterum quamvis per matrimonium filius, aut filia non liberetur patria poteſtate §. qui igitur inſtit. de pat. poteſt. l. 2. §. 1. ſolut. matrim. non tamen poteſt pater filium, vel filiam impedire in matrimonio contrahendo, nec uxorem filij retinere contra ipſius voluntatem, quia quoad matrimonium filius non ſubeſt patriæ poteſtati c. ſi annum de judic. in 6. Quia ſi filius invito patre poteſt diſponere de bonis caſtrenſibus ff. de caſtrenſ. pecul. multò magis gaudet libertate in ijs, quæ ad matrimonium pertinent.

C. PRÆTEREA 12. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi unus tantùm dicat adeſſe impedimentum, ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum non juratum: ut ſi conſanguineus volentis contrahere dicat, ſe cognoviſſe carnaliter illam mulierem: tametſi id nolit publicè confiteri ob metum, & potentiam mulieris; ſufficiens ſit ad impediendum, ne matrimonium contrahatur, idque jure novo etiam ſtatuitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de reſor. cap. 4. Cæterum in caſu hujus textus, in quo, qui teſtabatur, ſe cum fœmina rem habuiſſe, proinde conſanguineum ſuum, qui eidem matrimonium promiſit, eſſe illi affinem, aliqua ſpecialia concurrunt, ut notat Panormitanus hic num. 7. Siquidem primò non juravit in præſentia partis contra c. 2. de teſtib. Secundò ob metum fœmina noluit ſe manifeſtare contra c. qualiter in §. debet de accuſat. Tertiò quia ſtatur dicto unius in præjudicium alerius contra c. licèt c. veniens de teſtibus. Quartò quia auditur, qui propriam allegat turpitudinem

dinem contra c. inter dilectos de donat. *quæ omnia permissa fuerunt ob evitandum peccatum, ne mulier nuberet consanguineo illius viri, à quo fuerat cognita ob impedimentum dirimens affinitatis: non ita fuissent permissa, si matrimonium fuisset initum, & consummatum, tunc enim criminosus denuntiator non ampliùs admittitur ad testificandum. Notandum est, affinitatem fornicariam olim se extendisse usque ad quartum consanguinitatis gradum.* c. non debet de consanguinit. & affinit. *Sed jure novo ex Concilio Tridentino* sess. 14. c. 4. *restringi ad primum, & secundum gradum.*

C. *VENIENS* 13. *h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si mulier, quæ juravit nubere alicui, invita postea, & reclamans à parentibus alteri traditur, & nunquam consentit, nec sinit se ab eo cognosci: si judicio ecclesia constet, non potuisse contrahere cum primo ob impedimentum consanguinitatis, possit cum aliquo tertio validè contrahere; & sint excommunicandi, qui matrimonium sic initum impediunt. Ubi notandum; matrimonium invitâ, & reclamante muliere initum esse nullum ex defectu consensus liberi, quòd si postea mulier consentiat, tunc matrimonium tenet, nec potest ampliùs reclamare, & consensus retrotrahitur ad tempus initi matrimonij.*

C. *CUM LOCUM* 14. *h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si quæstio sit de matrimonio puellæ, & timeatur, ne metus, vel coactio inferatur puellæ, ut consentiat; debeat Judex puellam constituere in loco tuto & honesto, ubi nihil timeat, donec causa absolvatur, & indagetur ejus liber consensus, quia matrimonium sine libero consensu non potest subsistere. Idque etiam statuitur jure novo in Concilio Tridentino* sess. 24. de refor. c. 9. *Ex quo textu satis claret, matrimonium initum ob metum incussum esse nullum, quod tamen intelligitur de metu cadente in constantem virum* c. consultationi 28. h. t. *cæterum minor metus magis excusat mulierem, quàm virum. Rursus colligitur ex textu, teneri Judicem assignare partibus locum tutum, & honestum quòd si requisitus id non faciat, posse ab illo appellari, tametsi datus sit cum clausula* appellatione remota. *Ratio, cur metus gravis impediat matrimonium, est, quia adversatur fidei, proli, & sacramento, quæ sunt tria bona matrimonij ex D. Augustino relato in* c. fin. de condit. appos. *& in* c. omne 27. q. 2. *Metus enim opponitur sacramento, quia hoc fuit institutum ad significandam unionem Christi cum ecclesia, quæ fuit maximè voluntaria; proinde debet esse consensus matrimonialis, vel maximè liber, ut signum respondeat significato. Adversatur bono prolis, quia si conjuges inviti contraxerunt, vix convenient inter se in ordine ad suscipiendam prolem. Tertiò opponitur etiam bono fidei, quâ debent conjuges thorum immaculatum servare, quòd si metu coacti nupserint, facilè ad amores adulterinos possunt deflectere, etenim qui non diligit, facilè contemnit.*

C. *VENIENS AD NOS* 15. *h. t. Idem Pont declarat, eum qui contraxit sponsalia de futuro cum una, & postea de præsenti ducit aliam, debeat remanere cum secunda, nisi cum prima rem habuerit, vel cum secunda ex metu cadente in constantem virum contraxerit. Notandum est, matrimonium initum per vim injustè illatam esse nullum in utroque foro, dummodo vis, vel timor sit gravis, & contrahens habeat justam causam timendi, ut est timor mortis, verberum, cruciatûs corporis, servitutis, quæ morti comparatur, amissionis bonorum omnium, vel majoris partis, ut etiam metus carceris, seu vinculorum, periculum honoris, seu existimationis omnis enim hujusmodi timor dicitur cadere in virum constantem, & irritare matrimonium, immo ad id non requiritur vera, & realis illatio mali, quod timetur; sed timor probabilis securæ illationis. Cæterum metus cadens in virum constantem dicitur respectivè, adeò ut metus, qui respectu unius est talis, respectu alterius non sit talis, quapropter minor metus cadit in fœminam constantem, quàm in virum argum.* c. indignantur 33 q. 6.

C. *COMMISSUM* 16. *h. t. Idem Pont. rescribit, quòd qui fidem dedit contrahendi cum aliqua, & juravit, si postea velit ingredi religionem, tutiùs sit priùs contrahere cum illa, ut servet juramentum, & postea ante consummationem matrimonij ingredi religionem, eò quia tunc satisfit utrique, scilicet juramento per matrimonium initum, & voto per ingressum religionis. Ubi notandum est, Pontificem tantum declarare in textu, tutiùs esse contrahere, quia sine peccato potest quis post datam fidem ducendi aliquam, religionem ingredi, quinimmo, qui sponsalia etiam jurata contraxit, potest religionem ingredi matrimonio de præsenti non inito, quod enim Pontifex in textu dicat* tutius *esse, id tantùm denotat consilium, non præceptum. Tum quia Pontifex loquitur de illo, qui solùm statuerat religionem ingredi animo non totaliter deliberato.*

C. *REQUISIVIT* 17. *h. t. declarat Lucius III. Quòd si mulier, quæ juravit nubere alicui, nolit postea eidem nubere, monenda potiùs sit, quàm cogenda, eò quia matrimonia debeant omninò liberè iniri: Ex quo textu liquet, eum, qui sponsalia jurata non vult servare, si monitus non acquieverit, non sit, præsertim mulier cogenda, licèt in* c. ex litteris 7. h. t. *statuatur, quòd debeat compelli etiam per censuras; adeo ut in* c. ex litteris *Pontifex aliquam coactionem videatur adhibere, non verò in præsenti textu, sed ad hos textus reconciliandos respondent plures in* c. ex litteris *nullum fuisse timorem exitûs infelicis, nec alterius periculi, & proinde Pontificem jussisse sponsalia jurata servari, & ad id esse adigendos sponsos etiam per censuras ecclesiasticas, non ita tamen ut sponsi essent strictissimè cogendi, ne deficeret consensus ad matrimonium necessarius, quia si constantissimè abnuant nubere, sunt absolvendi à censura, sicut in præsenti*

tex-

textu excluditur coactio, quia timebatur infelix exitus. Putârim tamen, quòd si aliquis cogeretur ad contrahendum matrimonium, ad quod jurejurando se obstrinxerat, tale matrimonium esset liberum, quia non dicitur invitus, qui urgetur ad solutionem propter voluntariam promissionem c. 12. q. 2. Hinc ob delictum præcedens aliquando, quis compellitur ad matrimonium c. 1. de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adult.

C. CUM IN APOSTOLICA 18. h. t. Urbanus III. rescribit, quòd lite matrimoniali pendente, si litigans ante sententiam Judicis ducat alteram mulierem, quæ ignorat factũ, & postea feratur sententia de nullitate matrimonij, teneat secundum matrimonium, quamvis fuerit contractum pendente lite, sed viro injungenda est pœnitentia, ut abstineat à conjuge per tempus pœnitentiæ. Notandum est, casum in hoc textu esse singularem, quia pendente lite aliàs nihil est innovandum: ratio autem, cur permittatur hîc innovatio matrimonij, est, quia matrimonium est juris divini, & pendentia litis nonnisi de jure humano, quod debet cedere divino. Præterea quia pendentia litis ita est juris humani, ut ab ecclesia non habeatur, ut impedimentũ dirimens matrimonium, cum inter impedimenta hæc litis pendentia non recenseatur: ecclesia autem potest introducere impedimenta, quæ dirimant matrimonium, quamvis hoc sit de jure divino.

C. IN PRÆSENTIA 19. h. t. Clemens III. rescribit Episcopo Cæsaraugustensi, quòd si mulier juvenis, & incontinens, cujus vir sit absens per septennium, vel alio annorum numero, non possit certificari de morte illius, vel de captivitate, non possit secundo nubere, nec possit id canonicè eidem concedi, donec recipiat certum nuntium de morte viri. Ubi notat Glossa, contra matrimonium non currere præscriptionem, & per hunc textum tolli, & abrogari statutum juris civilis, quo mulier nonnisi quinquennio expectat virum absentem, de cujus vita dubitatur l. uxores ff. de divort. in hac enim materia de matrimonio standum est juri canonico. Ratio autem, cur mulier, si nesciat de morte mariti, non possit alteri nubere est, quia matrimonium inter Christianos est indissolubile, unde si mulier non certa de morte mariti absentis alteri nuberet, posset matrimonium solvere, quamvis ex natura sua sit indissolubile: neque obstat diuturna absentia, quia hæc tantùm facit vitam absentis dubiam, non verò mortem certam; mors autem non præsumitur, præsertim in causa matrimonij, sed est probanda, eò quia est aliquid facti, & onus id probandi incumbit allegantis, quia in eo fundat suam intentionem.

C. INTER OPERA, 20. h. t. Idem Pont. statuit: ut omnes, qui publicas meretrices ex lupanari extraxerint, & duxerint in uxores. Id eis proficiat in remissionem peccatorum, eò quia sit opus misericordiæ aliquem extrahere à statu peccati. Ubi tamen notat Glossa, meretricem nolentem continere, non esse ducendam, ne quis videatur turpitudinis patronus 32. q. 1. c. 1. unde textus procedit de illa, quæ libenter vellet continere, si aliquem inveniret, qui illi nuberet, in hoc sensu declarat Pontifex esse opus misericordiæ nubere tali fœminæ, & id proficere in remissionem peccatorum quoad pœnam temporalem.

C. AD ID 21. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si mulier etiam undecim annorum tradatur invita viro, cum quo spontaneè postea cohabitet per tempus aliquod, seu per annum, & dimidium, censetur tacitè consensisse, quia coactio tunc transit in consensum, quod si mulier velit inducere testes ad probandam coactionem, non debeant hi admitti, sed compellendi sint conjuges, se affectu maritali tractare, nisi velint aliquam ex approbatis religionibus ingredi. Sin verò uterque interim ad illicitos concubitus transierit, injungenda sit illis pœnitentia. Ex quo textu liquet, matrimonium initio vi, vel metu contractum, postea convalescere per spontaneam sequentem cohabitationem, si fiat animo maritali: quo pacto à fortiori etiam convalescit per copulam animo conjugali habitam, & liberam ab omni metu c. insuper qui matrimonium accusare possint, quia non est necesse, consensum utriusque contrahentis esse simul: & quia consensus illius, qui non fuit metum passus, fuit validus, ideo solùm desideratur postea ad valorem matrimonij consensus illius, qui fuit metum passus, qui consensus sufficienter exprimitur per copulam liberè habitam cum muliere, ut etiam per cohabitationem, ut habetur in præsenti textu, & tunc consensus posterior retrotrahitur ad tempus initi matrimonij. Hinc matrimonium, quod ab initio non valuit, tractu temporis convalescit, & contra hanc præsumptionem non admittitur probatio c. is qui 30. h. t.

C. SICUT EX LITTERIS 22. h. t. Innocentius III declarat, quòd qui contrahit sponsalia de futuro cum una, & jurat eam ducere; deinde cum alia contrahit de præsenti; hoc cognito Judex debeat eum compellere ad servandum secundum matrimonium, & illi injungere pœnitentiam pro fracta fide, nisi fortassis in juramento præscripserit certum tempus contrahendi, & per ipsum non steterit illo tempore eam ducere: sin autem cum utraque contraxit de futuro, mandat Pontifex, ut compellatur servare primum matrimonium, & pœnitentiam agere ut perjurus ob secundum initum: Sin verò de his non constet, mandat Pontifex, ut tamdiu cognoscatur de causa, donec sufficienter Judex super his instruatur.

C. CUM APUD SEDEM 23. h. t. rescribit idem Pont. Archiepiscopo Arelatensi, eum, qui non prohibetur; per consequentiam admitti ad contrahendum; proinde mutos, & surdos posse contrahere, eò quia isti non prohibeantur, & sufficienter possint signis, & nutu assentiri; ac manifestare consensum. Ubi notat Panormitanus hic n. 2. quòd si edictum sit de re permissa, seu concessa in communi, ut est matrimonium, possit dici edictum permissorium: & respectu certarum personarum prohibitorium, scilicet respectu laborantium impedimento dirimente,

inter

inter quos non sunt surdi, & muti, si possint consensum signis sufficientibus exprimere.

C. *DILECTUS 24. h. t. Idem Pont. rescribit Episcopo Vercellensi, perpetuò furiosum non posse contrahere matrimoniū, eò quia non possit liberum praestare consensum, & si matrimonium contraxerit, sit separandus a muliere: Ratio est, quia furiosus non potest habere consensum requisitum ad matrimonium, quia talis consensus dependet ab intellectu, & recta ratione, cujus perpetuò furiosus non est compos* l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris. *Sin verò, quando furiosus contrahit, habuit lucida intervalla, & non fuit furiosus, tunc matrimonium tenet: sin verò quando contraxit, erat furiosus, & postea fiat sanus, quamvis ab initio matrimonium fuerit irritum; per subsequentem tamen consensum, & ratihabitionem convalidatur.*

C. *TUÆ FRATERNITATI 25. h. t. Idem Pont. declarat, per solum consensum legitimum contrahi matrimonium, sed verba exprimentia consensum de praesenti requiri ex ordinatione ecclesiae: adeò ut surdi, & muti per consensum mutuum sine verbis possint contrahere. Hinc notat Glossa, quòd licèt sine verbis contrahatur matrimonium cum solo consensu: in ijs tamen, qui loqui possunt, non contrahitur sine verbis exprimentibus consensum, vel saltem sine aliquo alio, puta, ipso facto per quod dicuntur consentire: ut si parentes contrahant pro filijs praesentibus, & scientibus sufficit taciturnitas pro nutu* c. honorant. 32. q. 2. *Hoc etiam procedit de ijs, qui per alios contrahunt cum annuli subarrhatione: quo pacto in mutis non sufficit solus consensus, sed requiruntur signa exprimentia consensum, quia consensus internus debet signis externis exprimi: est enim matrimonium contractus, qui inter homines interiora cordis ignorantes initur. Tum quia est Sacramentum, de cujus ratione est esse signum sensibile, adeò ut hoc signum non sit tantùm conditio sine qua non, sed de intrinseca ratione matrimonij. Caeterum licèt verba non sint necessaria necessitate Sacramenti, videntur tamen esse necessaria necessitate praecepti, & desumitur ex* c. licèt de sponsa duorum, *& ex consuetudine, & praxi ecclesiae, quae non fert, ut qui loqui possunt solis nutibus contrahant.*

C. *TUA NOS 26. h. t. Idem Pont. declarat, eum, qui verbis aequivocis, vel etiam falsis decipit mulierem, quam sine animo ducendi ducit, & eam cognoscit carnaliter, revera non contrahere matrimonium defectu veri consensus: quòd tamen est intelligendum in foro interno, & conscientiae, non verò in foro exteriori, nisi probetur defectus consensûs: unde textus procedit tantùm in foro conscientiae, quia si in foro externo haec fictio non possit probari; nec etiam invaliditas matrimonij; in foro enim externo fertur judicium juxta allegata, & probata: & tunc qui fictè consensit, tenetur verè, & legitimè consentire consensu interno, qui retrotrahitur ad tempus matrimonij initi, quia tali tempore coram facie ecclesiae fuit initum, & habitum ut verum, ac legitimum matrimonium. Quòd si uterq; non consentiret, non fieret matrimonium. Sin verò quis protestaretur coram pluribus, quòd omnia quae facit, vel dicit, non sine animo contrahendi, & postea publicè dicat, consentio habere te in meam uxorem, ecclesia tunc judicat, hoc esse verum matrimonium, quia verba haec debent intelligi secundùm communem intelligentiam: quòd si dicat, tempore contractus non habuisse intentionem contrahendi, ei non creditur, quia est in dolo* c. ex litteris 7. h. t.

C. *CUM IN TUA 27. h. t. Idem Pont. rescribit Episcopo Belluacensi, quòd si aliqua persona velint contrahere, & sit fama quòd intersit impedimentum consanguinitatis, & contrahentes velint producere juramenta Majorum, quòd nulla sit propinquitas; tunc Judex si persona gravis, & fide digna illis denunciet, eos esse consanguineos, doceátque de fama, vel scandalo; vel si Judex per se ipsum possit certificari de plano, non debeat tunc Judex recipere juramenta parentum, sed compellere volentes contrahere, ut desistant à tali contractu; vel exhibeant juramenta propinquorum contra hanc famam pro arbitrio Judicis. Sin verò persona denuncians non sit talis, ut dictum, vel famam, aut scandalum non possit probare, debent tunc contrahentes moneri ad desistendum; non verò compelli. Ex quo textu liquet, eum qui denunciat debere esse personam honestam, & gravem, quia persona criminosa non admittitur* c. praeterea de testib. *Quando autem impedimentum oritur à persona denunciante, tunc persona turpis admittitur* c. praeterea 12. h. t. *ut etiam quando denunciatur fama adferens privatum impedimentum, & non constet de tali fama; tunc enim debet priùs inquiri de illa fama, ut probetur: Sin verò constet de fama consanguinitatis interdicitur matrimonium* c. tua de cohabit. cler. & mulier. *Caeterum potest fama elidi per famam contrariam, si nitatur clarioribus probationibus; & ad illam refellendam admittuntur etiam testimonia ignerata propinquorum per hunc textum. Caeterum matrimonium impeditur etiam propter scandalum* c. super eo de consanguin.

C. *CONSULTATIONI 28. h. t. Honorius III. rescribit, quòd si mulieres veniant cum sponsis ad benedictionem, dicántque se nunquam consensisse matrimonio, & sponsi legitimè probent contrarium cum idoneis testibus, non sunt audiendae. Sin verò post benedictionem, & ante copulam fugientes dicant se metu consensisse, & non veraciter; tunc mandat Pontifex inquiri diligenter de earum metu, qui si fuerit gravis, & cadens in constantem virum, sint mulieres audiendae, seu ut notat Glossa separandae. Ex quo textu liquet, moris fuisse antiquitùs, ut sponsi benedicerentur ante valvas, seu fores ecclesiae, licèt hodie id fiat in ipso templo ante altare. Caeterum simpliciter asserentibus contra testes non creditur, sed si velint probare, debent audiri, & tunc non possunt probare negativam, seu non consensisse, sed tantùm affirmativam,*

hoc

hoc eſt conſenſiſſe ex vi illata, vel gravi metu incuſſo.

C. *GEMMA 29. h. t. Gregorius IX. declarat, matrimonia debere libera eſſe, proinde parentes non poſſe pœnam imponere in ſponſalibus filiorum, & ſi ponatur, non poteſt altera pars talem pœnam exigere; imò etiam prohibetur ſub pœna excommunicationis. Ex quo liquet, pœnam adjectam contractui ſponſalium eſſe omnino irritam, quia metu pœnæ læditur libertas requiſita ad matrimonium contrahendum. Rurſus multo minus tenetur pœna, ut notat Gloſſa, ſi ſponſalia non tenerent defectu ætatis. Præterea quamvis pœna appoſita ſponſalibus non teneat, qui tamen dedit arrham pro ſponſalibus perficiendis eam amittit, ſi ſine juſta cauſa illa reſcindit* l. ult. C. de ſponſ. *idque ſecundùm leges.*

C. *IS QUI 30. h. t. Idem Pont. declarat, ſponſalia per carnalem copulam tranſire in matrimonium, & contra hanc præſumptionem non admitti probationem; nec poſſe aliam ducere. Ubi notandum eſt, quòd licèt per hunc textum jure antiquo ſponſalia per ſubſecutam copulam tranſirent in matrimonium: nihilominus tale matrimonium fuit tantùm præſumptum, quia in foro externo præſumeretur, eos, qui ſponſalia contraxerunt de futuro non habuiſſe copulam niſi animo maritali, quo affectu cenſeantur contrahere matrimonium de præſenti. Et fuit hæc præſumptio juris, & de jure, contra quam non admittebatur probatio.*

C. *SI INTER VIRUM 31. h. t. Reſcribit Idem Pont. ſponſalia de præſenti non ſolvi per ſecundum matrimonium etiam copulâ conſummatum, & juratum; adeò ut primum ſemper permaneat in ſuo robore, & hoc eſt diſcrimen inter ſponſalia de præſenti, & de futuro: quia hæc etiam jurata ſolvuntur, per ſecundum matrimonium de præſenti, quod eſt vinculum fortius, cui cedit illud ſponſalium: ſecus ſponſalia de præſenti non ſolvuntur per ſecundum matrimonium etiam copulâ conſummatum, & juratum, quia ſecundum matrimonium non eſt vinculum fortius primo, quod cùm ſit indiſſolubile ex natura ſua nullo modo diſſolvi poteſt per ſecundum matrimonium.*

C. *ADOLESCENS 32. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi ſponſus per verba de futuro ſæpè nitatur cognoſcere ſponſam, & eam non cognoſcat, ſi poſtea contrahat cum ſecunda de præſenti, valet ſecundum matrimonium, eò quia in primo non fuerit conſenſus de præſenti, ſed tantùm de futuro, & conatus adhibitus à ſponſo non habuit effectum; quia ut notat Gloſſa conatus ſine effectu non nocet. Quamobrem in hoc textu, quia adoleſcens cum priori puella ſolùm celebravit ſponſalia per verba de futuro, non contraxit matrimonium, quia hoc exigit conſenſum per verba de præſenti.*

IN SEXTO.

C. *EX SPONSALIBUS 1. h. t. Bonifacius VIII. reſcribit, ex ſponſalibus puris, ſeu initis ſine conditione; & de certa perſona, & non vaga, & cum conſenſu oriri impedimentum publicæ honeſtatis, tametſi ea ſponſalia ex alio capite, ut ex cauſa conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, ſeu profeſſionis, & non ex defectu conſenſus eſſent irrita. Rurſus qui contrahit ſponſalia cum una purè determinatè, & abſolutè, & poſtea contrahit ſponſalia cum ejus conſanguinea, tenetur primam ducere, quia ex ſecundis non oritur impedimentum publicæ honeſtatis contra primam. Rurſus qui ſponſalia contrahit cum aliqua ſub conditione; & antè impletam conditionem contrahit ſponſalia de præſenti cum conſanguinea primæ, matrimonium eſt validum cum ſecunda: quia ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem impletam non oritur impedimentum publicæ honeſtatis. Ubi notat Gloſſa, hoc idem procedere, ſi cum ſecunda contrahit de futuro. Hinc qui contrahit ſponſalia cum una ſorore de futuro, deinde contrahit de præſenti cum altera ſorore, debet remanere cum prima, quia ob ſponſalia cum iſta, contraxit ſponſus impedimentum publicæ honeſtatis, quod dirimit ſecundum matrimonium cum altera ſorore: proinde cum matrimonium de præſenti cum ſecunda ſorore non ſit validum ob impedimentum dirimens publicæ honeſtatis, tenetur ſponſus contrahere de præſenti cum prima ſorore, cum qua contraxerat de futuro. Quòd ſi ſponſus non ſolùm contraxit de præſenti cum ſecunda ſorore, ſed etiam cum ipſa matrimonium conſummavit, tunc neutram poteſt ducere: non primam ratione impedimenti affinitatis quod licèt non dirimat matrimonium, ſi poſt contractum ſequatur, dirimit tamen ſponſalia præcedentia: neque poteſt in illo caſu ducere ſecundam ſororem ratione publicæ honeſtatis, quæ eſt impedimentum dirimens matrimonium. Præterea qui contrahit ſponſalia conditionata ante impletam conditionem poteſt ſponſalia contrahere, vel matrimonium cum ſecunda ſorore, quia conditio ſuſpendit ſponſalia, niſi fuerit turpis: quia tunc habetur pro non adjecta, & remanent ſponſalia pura. Rurſus qui contrahit ſponſalia de futuro cum una ſorore, & poſtea contrahit ſponſalia itidem de futuro cum altera ſorore, tenetur ducere primam, quia ex ſecundis ſponſalibus non oritur impedimentum, quo ſolvantur prima, ſed potiùs ex primis ſponſalibus naſcitur impedimentum, quo ſecunda ſponſalia, ſunt invalida. Demum notandum eſt conditiones tacitas non facere obligationem conditionalem, benè tamen expreſſas.*

IN SEPTIMO.

C. *AB EA 1. h. t. Paulus IV. declarat, eos qui ſpe obtinendæ diſpenſationis matrimonium de præſenti contrahunt in gradibus prohibitis impoſterum Pontificiâ gratiâ per hujuſmodi diſpenſationes non gaudere; quamvis ex conſummatione genita ſit proles: & renovat contra taliter contrahentes ſententiam excommunicationis latam in Concilio Viennenſi contra matrimonium in gradibus prohibitis ſcienter contrahentes: & irritat, annullátque omnes diſpenſationes, & abſolutiones, quæ ex quovis prætextu haberi poſſent; etiam ſi proles ex matri-*

trimonio contracto subsecuta sit; nisi ex urgentissima causa pro bono publico, & à jure considerata. & per solum summum Pontificem approbanda.

C. *AD ROMANUM* 2. *h. t.* *Pius V. declarat, decretum Concilij Tridentini* sess. 24. de refor. c. 3. *quo cavetur impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli: ubi verò valida fuerint, non excedere primum gradum; esse omnino intelligendum, ac procedere de sponsalibus de futuro duntaxat; non autem de matrimonio contracto; sed definit Pontifex, in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis gradibus, & casibus, quibus de jure veteri ante præfatum decretum Concilij Tridentini introductum erat.*

C. *QUIA PLERUMQUE* 3. *h. t.* *Clemens VII. declarat, eos carere spe consequenda dispensationis, qui matrimonium contrahere præsumunt scienter intrà gradus prohibitos; & renovat sententiam excommunicationis latam in Concilio Viennensi contra eos, qui divino timore postposito in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis contra canonicas sanctiones matrimoniū scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumpsissent. Rursus præcipit separari eos, qui ita contraxerunt; eò quia matrimonium sit nullum.*

COMMENTARIUS PARA. TITLARIS.

§. I.

Explicatur sponsaliorum notio.

1 SPonsaliorum, seu sponsalium nomen diversimodè præsertim a Jurisconsultis sumitur, interdum enim usurpatur pro arrhis, symbolis, seu muneribus, quæ solet sponsus elargiri sponsæ *l. 1. C. Theodos. si Rector Provinciæ* in hoc sensu sumuntur sponsalia *lib. 1. Reg. C. 18.* ibi *Non habet Rex sponsalia necesse*, id est non indiget Rex harris, & muneribus, ut notat Covarruvias de Sponsal. 1. *p. c.* 1. *num* 5. Sponsalia accipi pro muneribus sponsalitiis probant Alciatus *lib. 1. parerg. c. 2.* & Cujacius *lib. 11. observ. c. 17.* & de hisce muneribus esse intelligendum textum *in l. Tutor. 13. §. 2. ff. de administ. Tutor.* asserit Gonzales *lib. 4. in c. 2. h. t.* ubi addit, textum *in l. cum plures. 12. §. cum Tutor ff. eod. tit.* esse potiùs intelligendum de muneribus in die natalitio missis à Tutore nomine pupilli ipsius parentibus, & de quibus etiam agitur *in l. vir uxori de donat. int. l. 194. de V. S.* ut notat Revardus *lib. 3. conject. c. 4.*

2 Hinc sponsalia tripliciter sumuntur. Primò pro muneribus, quæ à sponso dabantur sponsæ. Secundò pro futuri matrimonij promissione. Tertiò pro matrimonio ipso rato tantùm, & nondum consummato: sed tunc non dicuntur simpliciter sponsalia; sed cum addito *de præsenti*, & hæc est ratio, cur contrahentes matrimonium ante illius consummationem dicantur sponsi, seu vir sponsus, & post consummatum matrimonium vir maritus, & mulier uxor. Sponsalia igitur de præsenti sunt ipsum matrimonium ratum, & nondum consummatum, & hodie matrimonium ratum non sumitur pro sponsalibus, nisi addatur *de præsenti*, éstque particula quasi alienans, eò quia nomen sponsalium transferat ad alienam significationem, seu ad significandum ipsum matrimonium ratum.

Sponsalia propriè, & simpliciter sine ullo 3
addito alienante sumuntur in utroque jure canonico, & civili pro futuris nuptiis promissione factis, & dici etiam solent sponsalia de futuro, quatenus sunt sponsiones futuri matrimonij. Dicuntur enim sponsalia à *spondendo*, idque ob duplicem rationem, quarum prima est, quia spondere est sponte, seu voluntariè promittere, & in hoc contractu matrimoniali, vel maximè requiritur spontanea, seu voluntaria, ac prorsus libera promissio; quia cùm sit matrimonium vinculum indissolubile, ratio exigebat, ut nonnisi voluntariè, ac liberè homines se tali vinculo obstringerent. Secunda ratio est, quia moris antiquitùs fuit, ut puella nuptura promitteretur viro à Patre, vel Tutore, aut amicis; & qui ducturus erat uxorem, ab eo unde deducenda erat, stipulabatur, sibi matrimonium datum iri. Qui daturus erat stipularetur etiam eam traditum iri, ut refert Gellius *lib. 4. noct. Attic.* ibi. *Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde deducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri.* Formulam hujus sponsionis exhibet Lysitelea apud Plautum in Trinummo. ibi: *Sponden' ergo tuam natam uxorem mihi? C. H. Spondeo, & mille auri Philippum Dotis*, hinc qui promittebantur dicti fuerunt sponsus, & sponsa, quasi alteri promissi; & qui promittebat dictus est sponsor; & ipse contractus sponsalia: non enim sponsa à se, sed ab alio promittebatur. De ritibus autem quibus apud veteres celebrabantur sponsalia plura habet Gregorius Tholosanus *Syntag. jur. p. 2. lib. 8. c. 2. per tot.*

Notandum est, quòd quoties de sponsis in 4
aliqua lege fit mentio, debet intelligi de sponsis tantùm de futuro, ut notat Covarruvias 4. *decret. p. 1. c. 1. in fin.* nisi aliud communis, ac frequens loquendi usus, & intentio legislatoria suadeat, ut notat Perez *lib. 5. ord. tom. 1.* hinc quan-

quando leges, & statuta loquuntur de uxore, si materia sit odiosa, non sunt intalligenda de sponsa, ut si statutum dicat, puellam nuptam non succedara patri, val marito, id non axtenditur ad sponsam de futuro, quia odiosa non sunt amplianda, sed rastringanda ad aa, quæ tantum in statuto odioso exprimuntur: secus si materia sia favorabilis nomina puellæ nuptæ intelligitur etiam sponsa de futuro; ut etiam nomine mariti sponsus de futuro, quis favoras amplianturr *c. ex publico de convers. conjug.* ut notat Abbas *n. 9.* & Alaxander de Navo *n. 6.*

5 Cætatum notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 1. init. n. 2.* quod si jura loquantur de matrimonio, seu de marito, & uxora, intelliganda sint de matrimonio per varba *de præsenti*, quamvis nondum sit consummatum, quia nuptias non consummatio, sed consansus facit *l. nuptias ff. de regul. juris.* nisi ex subjacta materia, vel ax lega intentione, quæ colligitur ax materia subjacta, vel alia simili causa conjiciatur, legas loquentes de matrimonio loqui da copula consummata. Verùm quoad hoc adhibenda est distinctio: vel anim materia est odiosa, val favorabilis: si odiosa nomine uxoris, vel mariti, vel matrimonij non veniunt sponsalia contracta per verba da præsanti, nec sponsi ipsi de præsenti ante consummationem: sin varò materia sit indifferens vaniunt, qui contraxerunt per verba da præsanti, siva matrimonium consummaverint, sive non: sin autem materia sit favorabile extenditur ad sponsos de futuro, ut notat Alexander Carrar. *lib. 5. de sponf. c. 5.* & Cuccus *lib. 5. instit. major. t. 10. n. 8. & 9.*

6 Ad cognoscendum autem quando dispositio favorabilis dicenda sit, & quando odiosa, considerandus est finis præcipuus ejusdem dispositionis, quæ si in favoram alicujus aliquid statuit, est favorabilis, quamvis in damnum, & odium altariue postea redundat. Sin verò præcipuum intentum dispositionis sit in alicujus odium, vel pœnam alicui infligere, tunc dispositio ast odiosa, quia pœnalis; tametsi aedat in favorem alterius, quia dispositio ex primario fine attandenda est, ut notat Glossa *in c. si propter de rescript. in 6. V. primi anni.* Varum hæc doctrina intalligenda est, quando in eadem constitutione, vel statuto odium non potest à favora saparari, tunc anim ex principali intanto favoris, vel odij dispositio judicatur favorabilis, val odiosa. Sin verò favor, & odium commodè separari possunt, tunc constitutio amplianda est, ex qua parta favorem continat; & rastringanda quatenus comprehendit odium; quia tunc quod est principala in constitutione, ac primarium non trahit ad se tanquam accessorium, quod ast secundarium, ut notat Glossa *l. 2. C. de in jus vocand. V. liberis* & ibi Bartolus *num. 1.* & Baldus *num. 4.*

7 An verò stanta statuto, ot uxore absque liberis decedente, vir partem dotie lucratur, si sponsa de præsanti nondum cognita obierit, para illa dotis acquiratur viro? tametsi videatur acquiri viro, eò quia in favorabilibus nomine uxoris, & viri etiam comprahendantur sponsi de præsanti; & in favoram viri cadat hujusmodi acquisitio, ut notat Abbas *c. ex publico n. 7. de convers. conjug.* Nihilominus dicaudum est, telam partem dotie non acquiri viro, qui nondum cognoverat suam uxorem: ast enim hæc matatia odiosa, quia sponsa sina causa eam partem dotis amittaret, ut fusè probat Abbas in *d. c. ex publico, n. 7. de convers. conjug.* hinc colligitur, qualis debeat essa intetpretatio *ad c. 3. de sent. excommun.* ubi habetur non esse compellendum accedere ad sedem Apostolicam percussorem Clerici turpiter inventi cum uxora, matre, sorore, seu silia propria pro absolutione, quamvis prima facie vidaatur interri, incurrera axcommunicationem, sad eam non reservari Papæ: nihilominus communior santentia est, talem percussoram non incurrere axcommunicationam.

Posset taman dici, hanc dacisionam non habera locum, nisi Claricus repertus sit cum uxore actualiter adultaranta, ac proinde incurrera excommunicationem, qui Clericum repertum cum sponsa de præsenti incognita percutit, siquidem cum sit res exorbirans à jure communi, & Claricis odiosa, nomine uxoris non comprahenditur sponsa de præsenti nondum cognita. Sed contra, quia nac in hoc casu percussor incurrat axcommunicationem, quia nomine uxoris intelligitur quæcunque sponsa de præsenti, ut notat Sylvester *V. excommunicatio 6. §. dicto, 10.* Siquidem ratio textus in hac materia exorbitante, & odiosa suadet, ut nomine uxoris comprehendatur atiam sponsa de præsanti: etenim mana Pontificis fuit axcusara maritum ab hac excommunicatione ob injuriam adulterij gravissimam sibi illatam, ob quam jure civili conceditur illi accusatio, vix enim potest dolorem continere *l. Gracchus p. C. ad leg. Jul. de adult.* & hæc ratio quoqua militat de quacunque sponsa de præsenti. 8

§. II.

Quid sint sponsalia, & quomodo contrahantur.

DEfiniuntur sponsalia *esse futurarum nuptiarum promissionem*, ut desumitur ax *l. 1. §. de sponsal. & c. nostrates. 3. caus. 30. q. 5.* Hæc tamen promissio, ut suum sortiatur valorem tres axigit conditiones; quarum prima ast, ut sit inter personas habilee ad contrahandum. Secunda ut manifestetur signis, aut varbis; adeo ut non sit mere interna, aut mente solum intarius concepta, sed debeat per verba axterna, aut aliquod aliud signum cadens sub sensue exterioras axprimi; ut par signum sensibile manifestetur consensus internus: & ratio est, quia cum sponsalia numerentur inter humanos contractus ultrò, citroque obligationem inducantes, axigunt necessariò fieri per signum sensibile manifestati cum interni consensus: intentio anim sola menta ratenta nihil operatur in humanis contractibus *l. cum ex plures. 60. §. locatur. ff locati.* Siquidem sola intentio mente retanta non potast movere animum alterius contrahantis, ut intalligat, & cognoscat alterius intentionem, quâ aliquid fit, ut qui aliquid liberè alterj

alteri promisit actu merè interno possit suam promissionem revocare, quia cum non innotuerit alteri, non fuit ab eodem accepta. Tertia, ut sit promissio mutua, quia cum sponsalia sint contractus, exigunt utriusque obligationem; unde quando promissio nubendi fit ab una tantùm parte, obligat quidem, si ab altera acceptetur; sed sicut obligant aliæ humanæ promissiones, unde talis promissio non erunt sponsalia: Hinc si Cajus promittat Lucretiæ matrimonium, non gratis, & per modum liberalis promissionis; sed respectivè per modum contractûs onerosi, & reciproci, ac animo contrahendi sponsalia: & Lucretia promissionem quidem acceptet, sed sine proposito repromittendi, séque vicissim obligandi Cajo, neuter obligatus erit ad matrimonium in foro conscientiæ: non Lucretia, quia hæc non se obligavit Cajo acceptando promissionem illius, sed hunc tantùm sibi obligatum voluit habere: non enim actus agentium operantur ultra intentionem eorum *l. non omnis 19. in princ. ff. de reb. credit.*

2 Rursus nec Cajus remanet obligatus, quia sponsalia sunt contractus respectivus, seu reciprocus ultrò, citróque obligatorius: & quoties Lucretia non se obligat non habetur reciproca obligatio, consequenter nec ratio contractûs; & sine contractu Cajus non contrahit obligationem *l. 1. ff. de sponsal.* Est enim de natura contractus obligare ex utraque parte contrahentium, adeo ut sine hac mutua obligatione non habeatur ratio contractus, & potest una pars semper liberè resilire, si altera nolit se obligare: siquidem sponsalia implicitè includunt conditionem: *Promitto tibi, si tu mihi repromittas,* proinde altero non repromittente, nec vicissim se obligante, nulla consurgit obligatio vi prioris promissionis.

3 Verùm tamen est, quòd si Cajus absolutè promittat Lucretiæ matrimonium ob plura beneficia ab eadem accepta, tunc si Lucretia acceptet promissionem, Cajus ex vi suæ promissionis contrahit obligationem ad illam ducendam, quamvis Lucretia non repromittat, se accepturam Cajum in sponsum, sed tantum acceptet simpliciter ejus promissionem: quia tunc obligatio, quam contrahit Cajus, non oritur ex vi sponsalium, quæ nondum habentur, sed ratione simplicis, & liberalis promissionis, hæc enim talis est naturæ, ut possit obligare ex parte tantùm promittentia manente promissario immuni ab obligatione. Hoc tamen procedit quando solitaris promissio non infert grave damnum.

4 Rursus sponsalia ex parte intellectûs debent habere sufficientem deliberationem, qualis requiritur ad peccatum lethale: siquidem sponsalia obligant sub lethali culpa, consequenter exigunt deliberationem requisitam ad lethale. Præterea non debet hujusmodi promissio sponsalium esse ficta, sed vera, & sincera; adeo ut verba ore prolata, vel signa extrinsecùs data respondeant intentioni in mente manenti; quia sine animo promittendi; & etiam cum intentione promittendi, sed sine animo se obligandi, non contrahitur obligatio ex vi promissionis, & sponsalium defectu interni consensûs. Ratio itidem est, quia obligatio, quæ non est ex lege, oritur ex privata hominis voluntate, consequenter ubi deest voluntas se obligandi, necesse est deficiat obligatio.

Verùm qui fictè promittit matrimonium; tametsi ex vi talium sponsalium non obligetur, non tamen excusatur à culpa lethali ob mendacium perniciosum in re gravi, & contra legem justitiæ præscribentis, ut in quolibet contractu utrinque obligatorio uterque contrahens verè, & sincerè contrahat cum intentione se obligandi. 5

6 Sunt nihilominus, qui contrarium docent, præsertim Gabriel Vazquez *disp. 6. de matrim. c. 3.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. c. 4. & lib. 12. c. 2.* & ea nituntur ratione, quia eò ipso quòd quis profert verba promissionis, & scit esse verba promissionis, & illi, cui fit promissio sunt insinuata, ex naturali jure tenetur ad servandam veritatem, eò quia promissio debeat esse fidelis: hinc concludunt; non posse promittentem sua voluntate tollere eam naturalem obligationem. Tum quia non potest esse voluntas proferendi externa signa promissionis, seu contractûs sine implicito animo se obligandi. Firmant ex eo, quia obligatio promissionis non oriatur ex voluntate promittentis, sed ex naturali jure, quòd debeat esse conjuncta verbis veritas in futurum, quam non potest auferre à verbis, qui promisit. Verùm ad hæc posset respondere talem obligationem oriri ex natura rei ex promissione vera; non verò ex falsa, in qua promittens non habet animum se obligandi: quando enim promittens ita verbis promittit, ut non habeat animum se obligandi, tunc mentitur, & promissio est falsa, seu non conformis intentioni; non enim potest salvari veritas promissionis deficiente animo se obligandi; cùm intentio se obligandi requiratur intrinsecè ad veritatem promissionis: eo enim ipso, quòd quis non vult se alteri obligare, revocat voluntatem promittendi, & promissio facta non est vera, sed falsa, ad quam propterea non sequitur ex natura rei obligatio.

Requiritur igitur ad sponsalia non solùm promissio vera unius, sed etiam repromissio vera alterius saltem implicita. An verò hæc implicita repromissio inducatur per solam taciturnitatem ejus, cui est facta promissio, an verò per expressam verbalem acceptionem, vel per manus porrectionem, vel annuli acceptionem. Respondetur, generatim in dubiis esse potius judicandum in favorem libertatis, quàm obligationis *l. Arianus. ff. de V. O.* qua propter ex sola taciturnitate illius, cui facta est promissio, ordinariè non constituuntur sponsalia, nisi fortassis ex circumstantiis apertè conijciatur intentio tacentis: quia juxta *regul. 43 jur. in 6. Qui tacet consentire videtur:* verùm quia huic regulæ statim opponitur hæc alia: *Is qui tacet, non utique fatetur, sed nec negare videtur.* Ideo communiter docent, consensum ex sola taciturnitate desumptum non esse verum, & naturalem, sed tantùm præsumptum ex occurrentibus circumstantiis, modóque agendi, adeo ut 7

hæc

hæc præſumptio edmittat probationem in contrarium : & plerumque non habet locum in cauſa magni momenti , quia tametſi qui tacet, videatur conſentire in ſui fevorem,non ita in ſui magnum damnum, & præſertim in cauſis matrimonij , adeo ut nec ipſa jura ſoleant facilè libertatem matrimonielem impedire.

8 Quamobrem ad præfatam regulam *qui tacet conſentire videtur*, reſpondetur cum diſtinctione, ſi taciturnitas ſit favorabilis tacenti, regula eſt vera; quia tunc eſt illi favorabile, ut poſſit meliùs deliberare : Sin verò taciturnitas cedat in magnum tacentis præjudicium, tunc ex taciturnitate non rectè infertur conſenſus: quia nemo præſumitur velle proprium damnum. Quod dicitur de tacitutnitate poteſt etiam extendi ad ſimplicem acceptionem , vel gratiarum actionem , ot nimirum tantùm in ſui favorem, & ed ulteriorem deliberationem cenſeatur elter acceptaſſe, vel gratias egiſſe , quia ob fevorem libertatis matrimonialis in dubio non debet facilè obligatio induci.

9 Habenda tamen eſt ratio ad circumſtantias; quia ſi agatur de ſponſalibus hic, & nunc contrahendis in præſentia amicorum, tunc ſola acceptio absque expreſſa repromiſſione ſufficeret : quia promiſſio non aliter ſupponitur acceptari, niſi quatenus facta eſt, & quia præcisè ſupponitur facta cum hac intentione hic,& nunc contrahendi ſponſalia, idep in hoc ſenſu ſupponitur accepta, ut notat Sylveſter *V. ſponſalia. num.1.* Quòd ſi præceſſerit tractatus de ſponſalibus, vel matrimonio, & mulier manum porrexerit, & annulum acceperit, tunc per talem manûa porrectionem , annulique acceptionem cenſerentur ſponſalia contracta : quia tunc non ſolùm verbis, ſed etiam ſignis juxta communem hominum exiſtimationem importantibus conſenſum, & promiſſionem ſponſalia contraherentur.

10 Neque obſtat, quòd non præceſſerint illa verba *accipiam te in meum ſponſum : & accipiam te in meam ſponſam* : quia non ſemper hæc expreſſa verba requiruntur ad validitatem matrimonij, alioquin ſequeretur, quòd muti ſimiles contractus inire non poſſent, cum verba illa proferre non valerent : unde ſufficit ſi per ſigna extrinſeca ſenſibilia ſignificetur exteriùs internus conſenſus contrahentium. Non tamen ſola manûs porrectio, vel annuli acceptio eſſet ſufficiens ſignum interni conſenſus in ordine ad ſponſalia, quia poſſunt hæc, & ſimilia extrinſeca ſigna fieri ex mera cauſa affectionis:ſed requiritur, quòd præceſſerit trectatus de ſponſalibus, adeo ut porrectio manûs, vel traditio annuli dicat ordinem ad ipſa ſponſalia, quæ per illa ſigna confirmentur.

11 Sponſalia alia ſunt de futoro,& alia de præſenti. illa ſunt promiſſio futuri matrimonij, quæ fit per verba futuri temporis, ut *ducam te in meam uxorem*: Sponſalia de præſenti ſunt ipſe contractus matrimonialis per verba præſentis temporis initus ; ut cùm dicitur *accipio te in meam uxorem*, quibus verbis implicitè mutua cohabitatio, amor conjugalis, & traditio corporum ſpondetur, ac proinde vocantur ſponſalia, quæ tripliciter ſumi poſſunt. Primò pro promiſſione matrimonij futuri. Secundò pro matrimonio nondum conſummato. Tertiò pro donis,quæ dabantur à ſponſa ſponſo: ſed prima acceptio eſt maximè propria , adeo ut in jure quoties de ſponſis fit mentio,non niſi primo modo ſumantur ſponſalia ; tametſi in materia favorabili veniant etiam nomine uxoris, & ſponſæ, ut tradunt Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 1. num. 1.* Sylveſter *V. ſponſalia. q. 1.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 1. c. 1. n. 1* Fuit tamen controverſia,an hæc verba:*volo te habere in uxorem* importarent conſenſum de præſenti,vel de futuro, & deciſio præcipuè ex circumſtantiis,quibus intentio conijciebatur contrahentium, deſumenda erat ; an ſcilicet vellent ſponſalia; vel matrimonium contrahere.

Verùm de jure novo hæc difficultas ſoluta 12
manet; quia poſt Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de refor. c. 1.* nullum matrimonium ſine Parocho, & teſtibus contrahi poteſt ; cùm enim generali eccleſiæ ritu in ipſo templo ambo contrahentes ideo conveniunt, ut non ſponſalia de futuro, ſed ipſum matrimonium per verba cathegorica interrogeute Parocho contrahant. Ex eo autem quòd ſponſalia ſint promiſſio futuri matrimonij ; ſequitur, concubitum cum alieno ſponſo, vel ſponſa non eſſe adulterium, quia hoc propriè non niſi in nuptam committitur *l. inter 6. §. 1. ff. ad legem Juliam de adult* & cum ſponſa de futuro non ſit nupta ; concubitus cum ipſa non eſt adulterium *c. lex 2. §. cùm ergo. cauſ. 36. q. 1.* hinc qui accedit ad alienam ſponſam de futuro non violat alienum torum; quia hic non eſt permiſſus ſponſis ante matrimonium contractum per verba de præſenti. Neque obſtat *l. ſi uxor. 13. §. divi ff. ad leg. Jul. de adult.* Ubi permittitur, vindicari concubitus etiam cum ſponſa alterius tanquam adulterium, quòd verò ibi ſermo ſit de ſponſalibus de futuro conſtat ex verbis, quæ in præfato textu adduntur: *quia nec ſpem matrimonij violare permittitur.* Nam præfatus textus non obſtat, quia ibi conceditur vindicta ſponſo, non ex eo, quòd fornicatio ſponſæ cum alio viro, ſit adulterium, ſed quia attrox injuria ipſi ſponſo eſt illata, ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. decretal. p. 1. c. 1. n. 8. & ſequent.*

Cæterum ſponſalia contrahuntur per ver- 13
ba, & ſigna quælibet, quibus in communi hominum exiſtimatione exprimitur mutua promiſſio de matrimonio contrahendo, ut ſunt hæc verba: *Ducam te in meam uxorem, ducam te in meum maritum: contraham tecum matrimonium ; volo te eſſe meam ſponſam, vel meum ſponſum* ; quia ſecundùm communem loquendi modum præfata verba exprimunt mutuam promiſſionem de matrimonio contrahendo. An verò hæc alia verba, *nullam aliam ducam niſi te*, ſint ſponſalie. Reſpondetur cum diſtinctione, abſolutè non eſſe ſponſalia, ſed tantùm conditionatè, adeò ut per præfata verba habeatur tantùm hæc promiſſio conditionalis : *ſi aliquam ducturus ero, non aliam ducam, niſi te ipſam, argu. l. ſi ſterilis. 21. §. ſi tibi. ff. de action. empt.* Hoc idem videtur etiam dicendum de hac alia

formula, *nullam aliam ducam praeter te:* siquidem haec propositio ex regulis Dialecticae exponitur: *te solam ducam, si aliquam ero ducturus.* Caeterum quoties verba sunt dubia, tunc in foro conscientiae standum est intentioni contrahentium, si de illa constet, quia verba habent vim obligandi ex interno consensu; quia non sermones, sed sermo rei subjicitur, quatenus verba inserviunt ad explicandos internos conceptus mentis *c. intelligentia 6.* junctâ Glossâ *V. res de verb. signif.* Secus in foro externo non judicatur ex intentione contrahentium; cum cùm haec ecclesiam lateat; sed ex communi, & recepto sensu verborum, ut notat Sanchez *lib. 1. disp. 18. n. 1.* Interni autem conceptus non solùm verbis, sed etiam signis possunt exteriùs manifestari, si talia signa sint, ut suppleant verborum vices, cujusmodi sunt post praevium de sponsalibus tractatum traditio annuli, & immissio in digitum, donatio, & acceptio harrae; haec enim signa sunt sufficientia ad significandam mutuam promissionem. Consultiùs tamen est servare locorum consuetudinem, ut notat Sanchez *lib. 1. disp. 22. n. 2.*

14 Non tamen est de ratione matrimonij, ut semper debeant necessariò sponsalia praecedere; si enim vir, & mulier coram Parocho, & testibus de praesenti contraherent, & vir diceret, *accipio te in meam uxorem*, & mulier vicissim *accipio te in meum maritum*, tunc enim haberetur verum matrimonium, seu contractus utrinque inducens obligationem; tametsi nulla praecesserint sponsalia. Nihilominus consultiùs semper est sponsalia praemittere, ut colligitur *ex c. 1. & c. 3 causa 30. q. 5.* idque ad eum finem, ut indissolubilis status, & obligatio matrimonij majore cum deliberatione suscipiatur: quinimmo post Concilium Tridentinum videntur sponsalia praevia moraliter necessaria; eò quia praemitti debeant publicae denunciationes, quae supponunt saltem tacitam de contrahendo matrimonio promissionem.

15 Non solum inter praesentes, verùm etiam inter absentes scilicet per litteras, vel Procuratorem contrahi possunt sponsalia; quia ad haec non requiritur simultaneus formaliter consensus, sed sufficit, si is, qui prior consensit, in hac sua voluntate perseveret, donec altera pars vicissim consentiat, id enim est commune etiam in alijs contractibus, ut in emptione, locatione *l. ult. ff. de contrah. empt. c. fin. de procur. in 6.*

16 Juvat tamen observare, quòd Procurator, qui ad sponsalia, vel matrimonium contrahendum mittitur; & ille, qui ad ineundos alios contractus destinatur, in tribus differunt. Primò quia ut Procurator ex alijs contractibus possit Dominum obligare, sufficit, si habeat generale mandatum peragendi omnia loco, & nomine ipsius Domini; vel Procurator sit constitutus cum libera administratione *l. Procurator 58. & seq. ff. de Procurator.* Secus Procurator ad contrahenda sponsalia, vel matrimonium non aliter poterit contrahere, nisi id sit ei nominatim, & in specie demandatum, ut desumitur ex *c. finali de Procur. in 6.*

Secundò constitutus procurator ad alia negotia non tenetur illa per se ipsum immediatè tractare, sed potest alium substituere, qui loco ipsius negotia illa agat: Secus procurator ad sponsalia, vel matrimonium contrahendum non potest alium substituere: quia cum causa matrimonialis sit maximi praejudicij ad hanc tractandam censetur electa personae industria, proinde sine voluntate expressâ principalis non potest Procurator alterum substituere. Immo idem etiam procedit de Procuratore ad alia negotia valdè ardua propter eandem rationem praejudicij, ut notat Menochius de Praesumptionibus *lib. 2. de Praesumpt. 58.* 17

Tertiò in alijs causis, & negotijs, si principalis mandatum Procuratoris revocet in ejus absentia, Procurator adhuc validè procedit, donec sibi talis revocatio innotescat, *clement. unic. de renunciat. l. si mandatum 17. ff. mandati.* Secus Procurator sponsalium, vel matrimonij etiam in absentia revocari potest; adeo ut si antequam procurator spondeat, vel matrimonium contrahat, Principalem poeniteat sui missi Procuratoris, & protestetur coram alijs, se nolle assentiri in actum à Procuratore gerendo; tunc si postea procurator contrahat, eò quis revocatio principalis ei non innotuerit; contractus nullius est valoris: idque constitutum est propter majorem matrimonij libertatem, ut desumitur *ex d. c. fin. de Procurat. in 6.* 18

Ad sponsalia autem de futuro praeter mutuum consensum non alia solemnitas requiritur, adeò ut contrahi possint sponsalia sine Parocho, & testibus: Quinimmo in sponsalibus non solet facilè Parochus interesse, ne in ejus praesentia partes non tantum sponsalia, sed ipsum etiam matrimonium cum aliorum praejudicio videantur contrahere. Ad futuram tamen probationem, si fortassis alterutra pars inita sponsalia negare vellet, consultiùs semper est, testes adhibere, immo scripturam desuper conficere. Sponsalia sic inita obligationem inducunt, non solùm ex fidelitate, sed etiam ex justitia, ut desumitur *ex c. 2 de sponsal.* & docent communiter *in c. de conjugali. 27. q. 2.* Immo etiam in jure civili *l. si fidejuss ff. de legib. §. meminisse l. si quis stipulatus. §. ult ff. de V. O.* Ratio est, quia sponsalia habent rationem veri contractus; consequenter obligant ex justitia: antecedens liquet, quia ibi habetur mutua promissio, & acceptio, in quibus consistit ratio veri contractus *l. labeo ff de V. O.* 19

Tum quia promissio facta ab una parte, si acceptetur ab altera, praestat illi jus exigendi promissum contra eam partem, quae promisit; proinde promissio ex utraque parte cum mutua acceptatione constituit jus in utroque extremo, immo haec obligatio, cùm sit in re gravi, & ex cujus violatione infertur alteri gravis injuria, obligat sub mortali, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. ad 2.* & Covarruvias *r. p. de matrim. c. 4. n. 1. & 2.* & id etiam procedit, quando sponsalia non sunt jurata, quia si juramento firmata sint praeter vinculum justitiae, accedit etiam obligatio religionis, contra quam 20

gravi-

graviter violator peccaret. Neque obstat, quòd Gratianus 27. q. 2. §. *sed aliud*, c. *de coniugali*. §. *sed authoritate* videatur contrarium docere, ac asserere; posse desponsatam alteri licitè nubere, quod etiam probabile putet Panormitanus *in c. requisivit de sponsal.* Nam hi, & alij similes antiqui testes fuerunt correcti per supra citata jura canonica. Hinc si sponsi detrectent fidem datam servare, in foro interiori compellendi sunt à Confessario imponendo illis pœnitentiam pro peccato, imò etiam de jure ecclesiastico per se loquendo compelli potest sponsus ad servandam fidem, ducendámque sponsam, quamvis sponsalia sine prævio juramento sola fide inita fuerint, ut notat Rebellus *lib. 4. de sponsal. q. 1. n. 9.* quòd si juramento fuerint sponsalia firmata, tunc nulli est dubium, esse sponsos compellendos; id enim expressè significat Alexander III. *in c. ex litteris 10. de sponsal.*

21 Quòd verò sint etiam compellendi, tametsi sola fide fuerint sponsalia inita, ex eo videtur probatu facile, quia contrahentes sponsalia tenentur ex justitia servare fidem, consequenter possunt à judice compelli, qui hic ex officio tenetur compellere ad reddendum unicuique quod suum est. Tum quia in decretis *tit. 35. de pact. c. 1. & 3.* habetur, judices ecclesiasticos teneri censura curare, ut simplices etiam promissiones impleantur. Juvet tamen observare, judices compellentes sponsos matrimonium contrahere, non debere uti nimiâ pœnarum acerbitate, ne consensus ad matrimonium requisitus deficiat, & sponsi potiùs ex vi metûs ad declinandam pœnam acerbiorem, quàm liberè, matrimonium ineant, ex quo mali sortientur exitus: quod intelligitur, quando præcisè agitur de causa sponsaliorum. Alioquin si aliunde, qui fidem non servat, læderet alterum in honore, vel impediret matrimonium illius cum altero, ex eo, quòd ipse non servaret illi fidem, teneretur Judex severè compellere, ne damnum illud sequatur.

22 Per accidens tamen potest contingere, ut compelli, non debeant sponsi, tametsi sponsalia jurata fuerint; ut in casu, quo graviora mala contra amicabile conjugum obsequium, pacificam habitationem, optimámque filiorum educationem timerentur: siquidem necessitas mediorum non aliunde desumitur, quàm ex ratione finis: & quando finis matrimonij læditur per talem coactionem; tunc hæc non censetur expediens medium. Tum quia minus malum videtur, quòd ecclesia permittat, fidem sponsalium frangi, quàm quòd ex ejus observantia sequatur uxoris odium, vel inextinguibiles inimicitiæ oriantur inter conjuges: hinc consentaneum est rationi, ut ecclesia in hoc casu sponsum in sua libertate dimittat, ut impediatur majus periculum imminens, idque desumitur *ex c. ex litteris. 10. h. t.* ubi dicitur: *Compellas ut ipsum, nisi rationabilis causa obstiterit, uxorem ducat, nam existente hujusmodi rationabili causa, quæ ad prædicta mala extendi potest, compellendus non erit.*

Neque obstat, quòd in *c. requisivit 17. h. t.* 23
Lucius III. dicat, matrimonia debere liberè contrahi; siquidem habetur *in d. c.* quod mulier, quæ juravit nubere alicui, si postea non vult, monenda sit potius, quàm cogenda, eò quia matrimonia debeant esse libera; cum coacta semper habeant exitus difficiles. Nam hic textus tantùm procedit, quando probabiliter timeatur mali exitus, quod, & nos concedimus, in tali casu non esse sponsum cogendum, si fidem servare nolit. Videtur tamen obstare textus *in c. ex litteris. 10. de sponsal.* ubi assignatur ratio, ob quam cogendus sit, qui non vult fidem sponsalium servare, nimirum quia periculosum sit contra juramentum venire: unde ubi juramentum non intercessit, non est ratio illa adhibenda. Sed contra quia in illo textu tantùm narratur facti contingentia; non verò redditur adæquata ratio, ob quam sit cogendus sponsus ad fidem servandam: quamvis enim sponsalia juramento non firmaverit, adhuc compelli potest ex textu *in c. juramenti 22. q. 5.* inter juramentum, & simplicem fidelium affirmationem nulla debet esse differentia.

Si dicas, metum excommunicationis cadere 24
in virum constantem; proinde ne sponsus invitus contrahat, non debet excommunicatione compelli. Contra est, quia metus justæ excommunicationis non dicitur cadere in virum constantem, neque excusare sponsum, ne ratione talis metûs invalidè contrahat, quia tametsi solo metu hujus excommunicationis contraheret, adhuc contractus est validus, & ad ipsum tenetur ex justitia. Cæterum si judex sponsum ità contumacem viderit, ut prudenter judicet, eum minimè matrimonio internè consensurum, sola debet monitione procedere, abstinendo ab acerbiore pœna, ut notat Sanchez *disp. 29. n. 7. & sequent.*

Inter Christianos tamen potest judex sæcu- 25
laris compellere sponsum resistentem ad fidem servandam, perinde ac compellit contrahentes ad servandos alios contractus purè civiles; dummodo non agatur de ipsorum sponsalium valore, an scilicet validè fuerint inita, quia has super causa cognoscere pertinet ad judicem ecclesiasticum: unde Judex sæcularis potest sponsum compellere, si controversia tantùm sit super observatione fidei datæ ex suppositione, quòd sponsalia fuerint valida, ut notat Abbas *in c. ex litteris 10. h. t. n. 4.*

§. III.

Quinam sponsalia contrahere possint.

Contrahere sponsalia generatim ij omnes 1
possunt, qui sunt majores septennio, & inter quos aliquando adveniente ætate potest licitè, & validè matrimonium iniri, ut desumitur *ex c. 4. & 5.* & *ex c. dissolvendum de despons. impub.* ratio est, quia huic ætati aliquod inest judicium animi, quo contrahentes intelligunt, quid agant. *l. in sponsalibus 14. ff. h. t.* Immo etiam minores septennio dummodo malitia ætatem suppleat, ut desumitur *ex c. Juvenis 3. h. t.*

h. t. ubi Eugenius Papa declarat; juvenem, qui duxit puellem, quæ noo erct leptem annorum, dum dubium eſſat, an tentaverit, quod implere non potuerit, contraxiſſe impedimentum publicæ honeſtatis, nec potuiſſe contrahera cum conſobrina, quia ut notat Gloſſe, malitia ſupplavit ætatem. Ratio, cur majores ſaptennio poſſint ſponſalia contrahere, ſi inter ipſos adveniente ætate poſſit licitè, & validè matrimonium iniri, eſt, quia, ſponſelia ſunt promiſſio futuri matrimonij, conſequenter, ut valeant, debent eſſe promiſſio liciti, & validi matrimonij: ſiquidem promiſſio rei illicitæ, tametſi juremento firmatur nullum ſortitur valorem. Reſpiciendum ta: en ſamper eſt ad tampus promiſſionis implendæ: quo pacto impuberes ſeptennio majores licèt poſſint ſponſalia contrahera, non ita matrimonium, ut etiam qui ad biennium cæſtitatem vovit, validè contrahit ſponſalia, implande tamen poſt biennium eſſe, eo tempore, quo votum deſinit obligare.

2 Hæc antem ætas ſeptem annorum ad ineundæ ſponſalia requiritur tam in maſculo, quàm fœmina: ratio generatim aſt, quia ad promiſſionem, & contractum naceſſarius eſt uſus rationis, qui regularitar tam in fœminia, quàm in viris ſolet in ſeptennio adeſſe: unda niſi malitia ætatem ſupplear, quod contingit, quando ante ſeptennium adeſt ſufficiens uſus retionis, quo contrahentes intelliguat id, quod agunt; invalida ſunt ſponſelia: Sin autem malitie ætatem ſupplear, valida ſunt in foro conſcientiæ: ſicut vica verſe cenſentur invelida, tametſi poſt ſeptennium celebrentur, ſi contrahentes ſufficientem rationis diſcretionem non habeent: quia cùm da veritata conſtet; præſumptio, quæ ex ætate ſecundùm juris præſumptionem ſumitur, dabet cedere.

3 Cæterum regulariter ſeptennium requiritur in utroque ſponſo ad valorem ſponſalium in utroque foro, ut ex illis oriatur impedimentum publicæ honeſtatis, ut docent D. Thomas *3. p. de matrim. q. 43. a. 2.* Covarruvias *1. de matrim. c. 2. n. 1.* & deſumitur *ex c. litteras c. acceſſit. c. ad diſſolvendum. 13. de deſponſat. impub.* & *c. unic. eod. tit. in 6.* Ratio eſt, quia in ſeptennio reguleriter incipit uſus rationis, & libertas. Idque firmari etiam ſolet *ex l. ſi infanti* §. *ult.* ubi dicitur, quòd puer major ſeptennio acquirere poſſit hæreditatem, quod falſum eſſet, niſi eo tempora uſu pollarat rationis, & libertate gauderet, cùm talis uſus rationis neceſſarius ſit, ut illi hæredites acquiratur, ut deſumitur ex textu *l. potuit, 6. de jure deliberandi.*

4 Neque obſtat, ſi dicas, *legem in ſponſalibus. ff. de ſponſal.* non definira ætatem contrahantium in ordine ad ſponſalia: nem id parum refert, quia licèt talis ætas jure Cæſereo non eſſet definita, adhuc ſufficit ſi definiatur jure canonico, cujus intereſt ſuper cenſis matrimonialibus cognoſcere. Præterea licèt *in d. textu.* dicatur, quòd ætas contrahentium in ordine ad ſponſalia ineunda non ſit definita, ſenſus eſt, quòd quamvis non præſcribatur ſponſalibus, ſicut matrimonio; id oritur, quia ad matrimonium ſemper ſufficit ætas illi præſcripta à jure, non ita ad ſponſalia, quia perſæpe contingit, ut ſeptennio majores non polleant uſu rationis, in quo caſu ſponſalia irrita forent: unde cum ætas ſponſalia contrahendi dependeat ab uſu rationis, qui aliquando non habetur poſt ſeptennium completum, & nonnunquam adeſt ante ſeptennium inchoatum, ideo lex civilis nullam determinavit ætatem, ſicut in matrimonio.

5 Si dicas, ad matrimonium contrahendum non eſſe neceſſariam æqualem ætatem in utroque conjuge, eò quia in viro requirantur 14. anni, & in fœmina tantùm 12. proinde neque ad ſponſalia neceſſariam eſſe æqualem ætatem in utroque ſponſo: ſcilicet ſeptennium cum ſponſalie ordinantur ad matrimonium. Contra eſt, & ratio diſcriminis aſſignetur à D. Thoma *q. 42. art.* 2. quia ad ſponſalia ſolùm conſideratur conſenſus voluntarius, proinda ſufficit, ſi ſponſi uſum habeant rationis, qui cum regulariter utrique adveniat aodem tempore, ideò rectè jura ſtatuunt, eandem ætetam in mare, & fœmina in ordine ad contrahenda ſponſalia; non ita ad matrimonium, quia in hoc ultra conſenſum requiritur etiam potentia generativa expedita, quæ citiùs reperitur in fœminis, quàm viris.

6 Quinimò Parentes, Tutores, Curetores, & conſanguinei curem inſantiū habentes poſſunt ex gravi neceſſitate prò filiis, qui nondū pervenerunt ad ſeptēnium contrahere ſponſalia. Verùm ut hæc ſuum ſortiantur valorem requiritur poſtea conſenſus expreſſus filiorum cum pervenerint ad uſum rationis, qui tamen conſenſus in foro externo ſufficienter præſumitur adeſſe, ſi filij taceant, & non contradicant poſtquem pervenerint ad ſaptennium ſcientes contracta eſſe ſponſalia à parentibus. Id autem non procedit, quendo ſponſalia fuerunt inita ab aliquo extraneo pro filiis ſeptennio minoribus, tunc enim non ſufficit filiorum taciturnitas, ſed ulterius requiritur conſenſus ſigno aliquo expreſſus.

7 An verò ad ineunda ſponſalia requiratur ſeptennium omnino completum, vel ſufficiet inchoatum. Reſpondet Covarruvias *1. p. de matrim. c. 2. n. 2.* in gratiam matrimonij non eſſe neceſſe, quòd ultimus dies ſeptennij ſit completus, ſed ſufficit, ſi ſit inchoatus: ſicut in favorem teſtementi hoc idem ſtatutum aſt *l. qua ætate. ff. de teſtam.* unde difficultas eſt, quando tres, vel quatuor dies deſunt, vel etiam plures ad complendum ſeptennium, en tunc validè contrahantur ſponſalia. Reſpondetur, quòd ſi conſtet, uſum rationis fuiſſe accelaratum ante completum ſeptennium, ſponſalie tunc contracta ſunt valida in foro conſcientiæ, immo etiam in foro exteriori, dummodo probetur, quòd contrahentes habuerint uſum rationis, quia ut docet D. Thomas *d. q. 43. art. 2. ad 7.* malitia ſupplet ætatem, & ita docent Rebellius *lib. 4. de ſponſal. q. 5. n. 2. & 3.* Covarruvias *loc. cit. n. 1,* Sanchez *lib. 1. de matrim, diſp. 16. n. 9.* ubi

ubi citat plures adhærentes huic sententiæ, pro que videtur etiam stare textus *in d. c. juvenis 3. b. t.* ubi habetur, quòd ex sponsalibus viri cum puella minore septennio oritur impedimentum publicæ honestatis, quòd non esset, si sponsalia velida non fuissent: neque possent valida esse nisi Pontifex judicaret, malitiam supplevisse ætatem.

8 Ratio est, quia eatenus lex canonica exigit septennium ad sponsalie, quia regulariter loquendo pueri eo tempore incipiunt uti ratione, unde si ante septennium ratione utantur, sponsalie ab illis celebrete valide erunt, ut desumitur *ex l. in sponsalibus. 1. ff. de sponsalib.* ubi dicitur, setis esse, sponsos scire, quid agant: unde si à jure præscribitur septennium, ideo est, quia in ea ætate præsumitur, eos usum habere rationis. Idque firmatur, quie si facultas generandi, & prudentie acceleretur, potest matrimonium contrahi ante annos pubertatis, ut desumitur *ex c. de illis. 7. de despons. impub.* proinde à fortiori poterunt celebrari sponsalia, in quibus minus periculum est, si discretio acceleretur. Hinc ad contrahenda sponsalia sufficit si septennium sit moraliter completum: & tunc censetur completum moraliter, si duo tantùm, vel tres desint dies juxta communiorem sententiam. Rebellius *p. 2 lib. 4. q. 5. conclus. 2. n. 2.* ubi citat Sotum, Victoriam, Sylvestrum, D Antoninum, & D. Thomam putat, valida esse sponsalia etiam si ad complendum septennium desint octo, vel septem dies. Hæc omnia procedunt etiam in foro externo, & quando non constat, malitiem supplere ætatem, quia in foro conscientiæ valida sunt sponselia, tametsi multo ante septenniũ inita fuerint, dummodo malitia ætatem suppleverit, seu usus rationis prævenerit septennium. Quamobrem ut sponsalia validè contrahantur non est necesse, quòd septennium sit mathematicè completum, sed sufficit, si moraliter censeatur completum, adeo ut ob defectum duorum, vel trium dierum non sint impedienda sponsalie, quia licèt non habeatur septennium physicè, & mathematicè completum; habetur tamen morale complementum quod sufficit.

9 Sunt tamen qui oppositum docent, ut Panormitanus *in d. c. Juvenis. 3. b. t.* Abbas ibid. *num. 5.* & plures alij, quos citat Sanchez *lib. 1. disp. 16. n. 8.* & nituntur primò: quia ex nostra sententia sequeretur frustra jus præscripsisse septennium. Secundò quia professio religiosa ante annum 16. completum est ipso jure irrita ex Concilio Tridentino *sess. 25. c. 15.* Rursus testamentum ante annos pubertatis expletos est etiam ipso jure invalidum *l. qua ætate. ff. qui testamentum condere possint.* ex quibus inferunt, sponsalia ante septennium physicè completum inite non sortiri suum valorem, adeo ut non sufficiat complementum morale, cum eadem sit juris dispositio in utroque casu in ordine ad testamentum condendum, & celebranda sponselia. Sed contra ad primum respondetur, eatenus leges septennium præscripsisse, ut in dubijs, seu quando non constat, sponsos pollere usu rationis assignetur tempus, ex quo præsumantur sponsalie fuisse velidè inita, si post illud fuerunt celebrata, vel invelida si ante tale tempus: & quia regulariter pueri septennes utuntur usu rationis; ideo in dubiis, qui contraxerunt sponsalia post septennium præsumuntur validè contraxisse, quia supponuntur celebrâsse sponsalia cum usu rationis, ac proinde scivisse quid egerint: in dubiis enim regula desumenda est ab ijs, quæ solent communiter contingere. Ad secundùm negatur consequentia, & ratio discriminis desumitur ex ipsarum rerum naturis: siquidem cum natura hominis pronior sit ad matrimonium, quàm ad alios civiles contractus, minor ætas sufficit ad sponsalia ab impuberibus contracta, quæ ex multis causis dissolvi possunt; non ita testamentum, & professio religiosa, unde si malitia ætatem suppleat, non erit opus spectare septennium ad sponsalia, sicut necesse est expectare determinatam à jure ætatem ad professionem emittendam, & testamentum condendum.

10 Quòd si dicas, canones postulare septennium completum. Respondetur, sufficere, si sit completum moraliter, quia parum pro nihilo reputatur; adeò ut si desint tres, quatuor, vel sex dies, censeatur septennium moraliter completum, quia juxta Aristotelicum axioma, *quod parùm distat, nihil distare videtur*: hinc à juris peritis parum, & nihil æquiparantur. Cæterum an sit peccatum sponsalia ante septennium celebrare, plures negant, quia si malitia suppleat ætatem. illa sponsalia valent; secus si non suppleat: & quia contrahentes ante septennium non inferunt injuriam ulli Sacramento, non videntur peccare, neque eorum parentes; quia cùm sponsalia non sint Sacramentum, neque Sacramento, neque alicui alteri inferant injuriam, contrahentes non videntur peccare.

11 Verùm contraria sententia mihi videtur probabilior, nisi fortassis ex urgenti, & gravissima causa sponsalia celebrentur ante septennium, ut pro bono pacis. Ratio est, quia contrahere ante septennium est contra leges, & decreta Pontificia, & cùm sit in re gravi non excusantur à culpa gravi, qui ante septennium sponsalia contrahunt, quamvis valida sint, eò quia malitia ætatem prævenerit; unde ex eo præcisè, quòd sit contra leges in re gravi, censetur non carere culpa gravi: quòd si dicas, non esse præceptum de non contrahendo sponsalia ante septennium. Contra est, quia in *c. ubi non est. 2. de despons. impub*, Nicolaus Papa expressè ait, quòd quando unus, vel ambo non sunt in ætate, prohibitum est, ne contrahant sponsalia, nisi adsit aliqua urgentissima causa, ut pro bono pacis: ibi enim districtiùs inhibetur, ne mas, & fœmina, quorum uterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus præscriptam non pervenerit, sponsalia celebrent, in omni autem prohibitione à lege sancita includitur præceptum, & cùm sit de re gravi, obligat ad culpam gravem. Tum quia lex ista est gravis. Possunt tamen pueri contrahentes ob ignorantiam juris excusari, ut etiam si non multum de-

sit ad complendum septennium, & bona fide contrahant.

12 Detectu usus rationis in specie sponsalis, & matrimonia à furiosis, & amentibus contracta nullum sortiuntur valorem ob defectum pleni, ac deliberati consensûs, ut desumitur ex *c. dilectus 24. h. t.* ubi dicitur, quòd quando aliquis ast perpetuus furiosus, non potest matrimonium contrahere: quia non potest esse consensus; & esset separandus, si conjungeretur. Excipitur tamen, si furiosus habeat lucida intervalla, quia cùm id temporis usu pollest rationis, potest sponsalia, & matrimonium contrahere: neque ax ao, quòd furor postea superveniat sponsalia, vel matrimonium redduntur invalida: non tamen licitè, & sine peccato furiosus contraheret, si perpetuò furore laborans ineptus esset ad prolem educandam, nisi fortassis posset id munus alteri committere, ut notat Sanchez *lib. 1. disp. 8. n. 15. & seq.* Quòd si dubitetur, an sponsalia, vel matrimonium contracta fuerint à furioso tempore furoris, vel lucidi intervalli, in tali dubio præsumuntur inita tempore furoris, quie hic præsumitur durare omni tempore, nisi ax qualitate actûs præsumendum sit, esse initum contractum tempore sanæ mentis, ut docet Barbosa *in collect. in d. c. dilectus. 24. n. 5. h. t.* Pari pecto si ebrius, tempore ebrietatis contrahat sponsalia, & matrimonium nil agit defectu liberi consensus, & debitæ deliberationis.

13 Qui sensibus destituuntur, ut surdi tantùm, vel muti tantùm à natura, imò surdi, & muti simul validè possunt sponsalia, & matrimonia contrahere, & desumitur *ex c. cum apud sedem. 23. h. t.* ubi Innocentius III. consultus, an mutus, & surdus simul possit matrimonium, vel sponsalia contrahere, respondet, quòd cum edictum de matrimonio contrahendo sit prohibitorium, quicunque non prohibetur, admittitur; & etiam assignat rationem, quia sufficit consentire signis, & nutu, licèt non verbis: quapropter si mutus, & surdus simul à natura sufficienter se explicet per nutus, quòd velit matrimonium contrahere, non debet id ei denegari. Tum quia tales persæpe sunt perspicacis, & acuti ingenij, ut possint signis edoceri quid sit matrimonium, & nutu, vel alio signo indicare consensum. Tum quia surdi, & muti simul possunt confiteri si sciant scribere, & possunt absolvi à peccatis, si dent signa doloris; consequenter etiam matrimonium inire. Major difficultas est de cæco, surdo, & muto simul: Sanchez *d. disp. 8. n. 13.* negat, posse hunc sponsalia, & matrimonium inire, eò quia cæcus, mutus, & surdus simul, cùm non possit signa sensibilia percipere, non potest instrui, nec edoceri quid sit matrimonium, nec potest ipse nutu, vel alio signo indicare consensum. Verùm licèt id moraliter, ac ordinariè verum sit, non tamen physicè videtur impossibile, cæcum, surdum, & mutum simul ob perspicaciam ingenij, & sola ratione naturali posse cognoscere rationem, & obligationem matrimonij, ut notat Tannerus *tom. 4. disp. 8. dub. 2. n. 32.*

14 Hinc ad contrahendum matrimonium verba exprimentia consensum internum non sunt necessaria cùm surdi, & muti possint sponsalia, & matrimonium contrahere sine verbis, & desumitur *ex c. tua fraternitati, 25. h. t.* ubi Innocentius III. respondet per solum consensum legitimum contrahi matrimonium, & surdos, ac mutos per solum mutuum consensum sine verbis posse contrahere. Non tamen inde sequitur, ut perperam autumant aliqui, solum internum consensum sine verbis, & aliis signis sufficere ad sponsalia, & matrimonium contrahendū: quia Pontifex *in d. c. tua* non loquitur de consensu merè interno, sed de consensu verbis, vel signis sensibilibus expresso, quia cùm matrimonium sit contractus ineundus inter homines, exigit necessariò, ut consensus internus manifestetur exteriùs per signa sensibilia; non enim unus homo potest alteri conceptum suum internum manifestare, nec consensum voluntatis, nisi per signa aliqua exteriora ex conventione hominum connexa, & ordinata ad significandum talem consensum. Tum quia cum matrimonium inter Christianos sit etiam Sacramentum, de cujus ratione est, ut sit signum sensibile; sequitur, quòd non aliter possit contrahi nisi per signa sensibilia: unde Innocentius *in d. c. tua* non loquitur de consensu mutuo merè interno, sed de expresso verbis, vel aliis signis externis, ut in muto.

Cæterum quamvis verba non sint absolutè necessaria ad substantiam matrimonij; sunt 15
tamen necessaria ex præcepto Ecclesiæ, quando contrahentes possunt loqui, & desumitur *ex eod. cap. tua fraternitati 25. h. t.* ubi Innocentius respondet, quòd verba exprimentia consensum requirantur respectu ecclesiæ, & desumitur etiam *ex c. licet 3. de sponsa duorum*, & firmatur ex ecclesiæ consuetudine, & praxi, juxta quam, qui possunt loqui, non aliter solent matrimonium contrahere, & consensum exprimere, quàm per verba: neque ecclesia toleraret, eos solis signis, & nutibus matrimonium contrahere, si loqui possent; & secus facientes non excusarentur à culpa gravi; cum agerent contra praxim ecclesiæ in re gravi. Nomine autem verborum hic non intelliguntur illa verba, quæ voce articulata proferri solent, sed etiam quæ per litteras, vel Nuntios explicantur, quasi per Instrumenta. Ratio est, quia cum materia matrimonij sit favorabilis *c. ult. de sent. & re judic.* ut notat Barbosa, *in collect. hic. n. 2. §. intellige verba.* debet extendi etiam ad scripturam, quia verba non solùm ore proferuntur, sed etiam calamo scribuntur: hinc absentes possunt per litteras contrahere. Idque vel absolutè, vel sub conditione; contrahuntur absolutè sponsalia per hæc verba: *Ego te accipiam in uxorem, & ego te in maritum. c. penult. h. t. & c. 3. inf. de sponsa duorum:* sub conditione verò contrahuntur hac, vel simili forma, *ego te in uxorem accipiam, si tantum dotis mihi dederis, vel si pater consenserit c. 3. & 5. infr. de condit. appos. c. unic. in fin. h. t. in 6.* vel *accipiam te in uxorem, si intra tale tempus volueris:* & in hoc casu dicuntur sponsalia contrahi in

certum

certum diem, vel tempus, & si intra tale tempus noluerit, liber est à promissione, & potest aliam ducere, qui sub tali conditione promiserat, ut desumitur *ex c. sicut ex litteris 22. h. t.*

§. IV.

An Sponsalia clandestinè, vel fictè contracta sint valida.

1 Communior sententia asserit, sponsalia clandestina suum sortiri valorem, eò quia nulla ecclesiastica lege prohibeantur, ut docent Navarrus *in manual. c. 25. n. 144. & lib. 3. cons. tit. de voto*, & alij, quos refert Sanchez *lib. 1. disp. 17. n. 4.* Videtur tamen obstare Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* Ubi irritavit matrimonia clandestina, proinde videntur etiam irritari sponsalia, quia quoties in jure prohibetur matrimonium, censentur etiam sponsalia prohiberi *l. oratio. ff. de sponsalib. l. si quis tutor. ff. de ritu nuptiarum*; unde ex eo, quòd Concilium irritaverit matrimonia clandestina, censendum est, irritâsse etiam ipsa sponsalia clandestina. Verùm id nullum facessit negotium, quia lex, quâ jus commune corrigitur, non extenditur ad casum non expressum, ut habetur *in c. præcipimus. c. de appellat.* unde cum Concilium tantùm expressè irritaverit matrimonium clandestinum verbis de præsenti celebratum: non debet irritatio extendi ad sponsalia de futuro, cùm jure communi valida sint. Tum quia non est utrinque par ratio prohibendi, quia matrimonium clandestinum prohibitum fuit, ut impediretur concubinatus contractus ab eo, qui violata fide matrimonij eum prima occultè data, secundam postea publicè ducebat: quæ ratio non valet in sponsalibus, quia hæc per subsequens matrimonium cum altera dissolvuntur, & matrimonium contractum cum aliaquum fortitur valorem; adeo ut fæmina, quæ sponsalia contraxerat, possit validè, cui maluerit, nubere. Ad id quod addebatur, quòd quoties in jure prohibetur matrimonium, censeantur etiam prohibita sponsalia, respondetur, id esse verum, quando est utrinque par ratio prohibendi: vel quando prohibetur absolutè matrimonium, ne ullo prorsus modo contrahatur; tunc enim censentur etiam prohibita sponsalia, quæ propterea, si contrahantur, irrita sunt, perinde ac aliæ promissiones de re illicita: quando enim matrimonium absolutè prohibetur, fit illicitum; & ejus promissio utpote de re illicita non est valida, nec ullam inducit obligationem: non enim potest, quis obligari ad rem illicitam.

2 Secus quando matrimonium non prohibetur absolutè, sed tantùm ne contrahatur certo quodam modo, nempe clandestino, tunc subdistinguitur; sponsalia sunt irrita, si sint de contrahendo matrimonio clandestinè conceditur; si sint de contrahendo matrimonio in facie ecclesiæ, & juxta leges canonicas, negatur antecedens, & consequentia: quia Concilium non prohibuit matrimonium absolutè, sed tali modo contractum, scilicet clandestinè: unde qui promittit matrimonium contrahendum non clandestinè, sed in facie ecclesiæ; quamvis promissio, seu sponsalia sint clandestina, non tamen sunt prohibita, quia non sunt de re illicita. Concilium Tridentinum non prohibuit ipsa sponsalia clandestina, si illis non promittatur matrimonium contrahendum clandestinè; sed in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus: quia tunc cùm matrimonium non sit prohibitum, neque sponsalia, licèt clandestina erunt prohibita: ratio est, quia hujusmodi sponsalia non sunt prohibita ratione objecti, seu matrimonij, quia hoc si contrahatur in facie ecclesiæ, est licitum, imò etiam unum ex septem Sacramentis: neque ratione legis, & Concilij Tridentini, quia nulla ecclesiastica lege sunt irrita: & Concilium Tridentinum, cùm sit correctivum juris communis, non debet extendi ultra casum expressum: & Concilium tantùm irritat matrimonium clandestinum, proinde non est extendendum ad sponsalia.

An verò peccet, qui sponsalia clandestina contrahit. Respondetur negativè, quia nullo jure id prohibetur, proinde non solùm validè; sed etiam licitè contrahuntur sponsalia clandestina de contrahendo matrimonio in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus. Quòd si dicas, matrimonia clandestina esse prohibita jure antiquo communi; adeo ut qui illa contraherent ante Tridentinum non excusarentur à peccato, quamvis valida essent, proinde esse itidem prohibita sponsalia clandestina, quia prohibito aliquo censetur eum ipso prohibitum omne id, quo pervenitur ad illud. Contra est, negatur consequentia, est enim discrimen; quia ante Tridentinum non erant prohibita sponsalia clandestina de contrahendo matrimonio in facie ecclesiæ: & Concilium Tridentinum hæc eadem sponsalia non prohibuit, proinde ex nullo capite censentur prohibita. Ad id quod addebatur prohibito aliquo censeri prohibitum omne id, quo pervenitur ad illud, respondetur id verum esse, si sit medium, quo attingatur illud prohibitum: at sponsalia clandestina de contrahendo matrimonio in facie ecclesiæ non sunt medium, quo perveniatur ad aliquod prohibitum; non enim matrimonium in facie ecclesiæ celebratum est quid prohibitum, cùm sit unum ex septem Sacramentis. Quamobrem sponsalia clandestina de contrahendo matrimonio in facie ecclesiæ, seu coram Parocho, & testibus non sunt medium, quo pervenitur ad aliquod prohibitum, nec per se sunt medium ad matrimonium clandestinum. Verum tamen est, quòd plerisque in locis ex consuetudine, & ex statutis synodalibus debent sponsalia contrahi etiam coram Parocho, & testibus per verba de futuro, ut distinguantur sponsalia à matrimonio 3

Quid verò dicendum sit de sponsalibus fictè contractis. Respondetur, tripliciter posse sponsalia fictè contrahi. Primò sine animo promittendi. Secundò cum animo quidem promittendi, sed non se obligandi. Tertiò cùm animo promittendi, & simul se obligandi, sed cum intentione non adimplendi promissum. Priori modo certum est, sponsalia nullum sortiri valorem, 4

lorem, neque obligationem inducant; non ex vi promissionis, quia hæc solis verbis facta sine animo promittendi non est promissio, sed simulatio promissionis. E contra sponsalia contracta tertio modo, scilicet cum animo promittendi, & se obligandi, & cum intentione non standi promisso valida sunt, & inducunt obligationem ex vi promissionis: ratio est perspicua, quia obligatio sequitur naturaliter ad voluntariam promissionem factam cum animo se obligandi; proinde non potest impediri per intentionem, seu voluntatem non adimplendi promissum, quia quod naturaliter emanat ab alio tanquam ejus proprietas non cessat emanare, quamvis nolit quis, ut emanat, quia actus voluntatis non immutat naturam rei.

5 Quamobrem difficultas est, an sponsalia fictè contracta secundo modo, seu cum animo promittendi, & non se obligandi valida sint. Respondetur, nec talia sponsalia suum sortiri valorem; nec ratione promissionis obligare, ut communiter docent cum Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 9 n. 5.* Ratio est, quia conditio verbis expressa, vel mente retenta, si adversetur substantiæ matrimonij, illud irritat; tametsi contrahens cum illa conditione habeat intentionem contrahendi: quia quoties substantia matrimonii non subsistit, nec ipsum matrimonium: proinde eadem conditio irritabit etiam sponsalia, si contrarietur eorum substantiæ.

6 Quòd verò animus non se obligandi sit conditio contraria substantiæ sponsalium ex eo liquet, quia de intrinseca ratione sponsalium est animus se obligandi, est enim de ratione intrinseca cujusvis promissionis, quia hæc habet essentialiter inducere obligationem; proinde debet præsupponere animum se obligandi in promittente: unde conditio; quæ destruit hanc voluntatem se obligandi, reddit sponsalia invalida. Idque ex eo etiam firmatur, quia nulla lex obligat, nisi legislator intendat per eam obligare: sed obligatio orta ex sponsalibus provenit ex privata lege, quam sibi imponit promittens: proinde seclusa voluntate se obligandi, sponsalia, quæ sunt privata lex non possunt obligare: sicut neque lex communis, & publica habet vim obligandi si legislator non intendat per ipsam obligare.

7 Quòd si dicas, hanc obligationem adimplandi fidem datam in sponsalibus non oriri ex voluntate promittentis, sed ex jure naturali, & divino. Respondetur id verum esse, quando sponsalia verè, & non fictè contrahuntur; non verò quando fictè, & non verè; quia tunc cùm non sint sponsalia, nulla ex ipsis oritur obligatio. Tum quia leges divinæ, & naturales supponentes actus humanos liberos, & voluntarios non obligant, nisi Legislator intendat per tales leges obligare: unde nec lex privata potest habere vim obligandi, nisi privatus legislator, seu promittens, & contrahens sponsalia habeat animum se obligandi: sunt enim sponsalia quædam lex, quam sibi liberè imponit humana voluntas; quæ si careat animo se obligandi, cessat obligatio legis naturalis, & divinæ: sicut si vovens ita voveat, ut non intendat, se obligare ad implendum votum, non ideo contrahit ullam obligationem, quia votum tunc non est verum votum defectu animi se obligandi in vovente: unde quamvis sponsalia, si vera sint, inducant obligationem, non ita si fictè, & sine animo se obligandi fuerint contracta, quia tunc non sunt sponsalia.

Plures tamen videntur contrarium sentire, 8 inter quos Sotus *lib. 3. de justitia q. 1. art. 3.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. c. 4. & lib. 12. c. 2.* Gabriel Vasquez *disp. 6. de matrim. cap. 3.* Aragonius *2. 2. q. 88. art. 1.* Turrianus. *2. 2. tom 2. disp. 64 dub 15.* & nituntur quia ex promissione perinde sequitur naturalis obligatio, sicut ex corpore luminoso ipsa illuminatio, & sicut posito luminoso non potest voluntas impedire, quin sequatur illuminatio: ita positâ promissione, consequitur naturaliter obligatio etiam independanter à voluntate promittentis: quia voluntas positis rerum naturis, non potest earum proprietates impedire. Idque firmant ex eo, quia qui vult antecedens, vult etiam necessariò consequens, quod ex illo naturaliter sequitur: & quia ex promissione sequitur naturaliter obligatio, ideo qui intendit promittere, intendit etiam se obligare.

Verùm hoc fundamentum tantùm subsistit, 9 quando promissio est vera: non verò quando est falsa; & quando promittens non habet animum se obligandi ejus promissio non est vera, quia de essentia promissionis veræ, est inducere obligationem, & supponere animum se obligandi in promittente. Non enim potest promissio vera esse, si deficiat animus se obligandi, quia hæc voluntas requiritur intrinsecè ad veritatem promissionis, & eo ipso quòd aliquis non vult se alteri obligare, revocat voluntatem promittendi, & sic promissio facta est ficta, non vera: unde habere animum promittendi, & non se obligandi est contradictio in adjecto, & perinde est, ac habere animum promittendi, & non promittendi; quia si vult promittere, debet velle se obligare, & si non vult se obligare, neque vult verè promittere: siquidem intendens non se obligare, id intendit quod necessarium est ad non se obligandum, proinde intendit non promittere. Hinc ad confirmationem respondetur, obligationem tantùm oriri ex promissione vera, non ficta; proinde qui vult promittere, & non se obligare, non vult antecedens, ex quo sequatur obligatio; cum sine animo se obligandi non datur promissio.

Immo neque promissio sine animo se obligandi juramento firmata habet vim sponsalium, 10 nec obligandi ratione promissionis, aut juramenti, quia eo ipso quòd promissio est nulla, juramentum, quod ipsi adjicitur, non dat ipsi essentiam, nec naturam promissionis, ut docet D. Thomas *in 3. dist. 39 q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. in corp.* ubi loquens de juramento doloso ait, tale juramentum ex vi sua non obligare, nisi juxta intentionem jurantis, quamvis de facto obliget ratione damni alterius, quod ex tali dolo sequitur: unde neque sponsalia si contrahantur cum

cum animo se non obligandi obligabunt ex præcisa ratione juramenti promissorij, quia hoc non mutat naturam rei, in quam cadit, sed tantum illam magis firmat.

10 Cæterum juramentum dolosum potest obligare, non quidem ratione sui præcisè, sed ratione doli, nocumenti, & damni illati. Rursus quamvis juramentum emissum cum animo se non obligandi non obliget in foro conscientiæ ad sui observantiam per se, & quantum est ex præcisa ratione juramenti; nihilominus ratione scandali, judicis, vel partis exigentis juramentum potest inducere obligationem, ut servetur, adeo ut qui ita juravit, tenaatur implere juramentum ad vitandum scandalum audientium juramenta non servari. Tum quia jurens cum animo non standi promisso se indignum constituit, ut ei fides adhibeatur, temetsi dicat, se ex animo non jurâsse.

11 Cæterum si promissio sit mutua, & una verè promisit, tenetur fictus promissor stare promisso rationa injustitiæ commissæ contra illum, qui bona fide repromisit, etiam secluso quovis alio damno præter fidei datæ violationem; ratio est, quie tunc fictè promittens violet justitiam, & æqualitatam ficto suo consensu, proinde tenetur verè consentire, ut auferat injustitiam, & inæqualitatem: semel quòd duo vicissim promittunt sibi matrimonium futurum, & ex nulla circumstantia possit conijci, quòd fictè quis promittat; si unus verè promittat, & alter fictè in animo, tenetur hic ponere in promissione totum, quod posuit altar, scilicet animum se obligandi, alioqnin non poneret æquale, & læderet justitiam: quemobrem si sponsalia obligant ex justitia, tenetur promissor tantùm ponere, quantum alter, ne violet justitiam, & æqualitatem per suum fictum consensum.

12 Contra tamen hanc rationem insurgit Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 10. q. 5. n. 26.* ubi ait, injustitiam commissam à ficto promissore nullum habere effectum ad extra, nec ullam in re ipsa ponere inæqualitatem, ratione cujus tenearur ad verè, & sincerè promittendum: & addit etiam rationem, quia quando consensus illius, qui verè promisit, est similiter invalidus defectu veræ repromissionis requisitæ in altero contrahente ad rationem sponsalium, tunc verus promissor nihil dedit de suo, nec amisit: proinde non habet jus ad fictum promissorem, ut servet æqualitatem. Hinc ad argumentum respondet, fictum promissorem non violare justitiam actu habente effectum ad extra, eò quia verus promissor non manserit obligatus ficto promissori, proinde non est inter ipsos ulla inæqualitas, cùm neuter sit ab alio obligatus.

13 Idque exemplificat de habente animum furandi, qui tamen actu exteroo non furetur, tunc non tenetur ad restitutionem, quamvis contra justitiam peccaverit animo illo furandi: hinc concedit justitiam à ficto promissore læsam fuisse per actum internum, seu animum se non obligandi: sed quia talis actus interior nullum ad extra habet effectum, ideo non obligatur fictus promissor ponere æqualitatem: sicut qui habuit animum lædendi honorem proximi, non tenetur famem restituere, si proximo exterius non detraxit: unde fictus promissor non tenetur verum consensum præstare, eò quie alius promissor illum præstiterit, eò quia in re ipsa nulla reperiatur inæqualitas.

Nihilominus quamvis ob hanc rationem sententia Sanchez probabilis sit, & plures illi adhæreant, adhuc adhærendum puto priori sententiæ ut probabiliori, quia etiam contractus promissionis conditionalis obligat ad implendam conditionem, quamvis promissio illa ficta fuerit: Si enim Petrus promittat Joanni centum florenos, si tale servitium illi præstiterit, tenetur ad illorum solutionem, si Joannes servitium præstet, nec suffragatur Petro, si dicat, se fictè promisisse: atqui contractus promissorius mutuus in sponsalibus habet semper implicitam hanc conditionem, *consentio in matrimonium futurum, si tu consenseris*: unde si alter verè consentiat, adimplet suam conditionem, proinde etiam, qui fictè consensit, tenetur verè assentiri, & matrimonium contrahere: in quovis enim contractu conditionato, si adimpleatur conditio ex una parte, debet etiam adimpleri ex elia, & quidem ex justitia, ut utrinque ponatur æqualitas. Tum quia, qui fictè promittit, gravem infert injuriam alteri verè promittenti, cùm eatenus verè promittat, quia supponit alterum etiam verè promittere: ergo ad resarciendam talem injuriam, tenetur verè promittere, & consequenter matrimonium contrahere: neque est par ratio de illo, qui tantùm habuit animum furandi, & detrahendi proximo sine executione; quia hic nulli irrogavit damnum, sed tantùm sibi, qui Deum offendit; proinde non tenetur alteri restituera: at in casu nostro fictus promissor infert damnum vero promissori, consequenter tenetur illud resarcire: nec sufficit quod ait Sanchez varum promissorem non contraxisse obligationem, quia id non oritur ex defectu ipsius, sed alterius, qui fictè promisit; verus enim promissor quantum fuit ex se, adimplevit suam conditionem, ex qua sequitur obligatio, proinde alter promissor tenetur ex justitia eandem conditionem ponere, na violet justitiam, sed ponat æqualitatem: unde sicut promisit matrimonium sub conditione implicita, si alter repromitteret, quia hic repromisit, & purificavit conditionem, tenetur fictus promissor illi servare promissum, & matrimonium contrahere. 14

An verò possit sufficienter hæc injuria irrogata vero promissori recompensari pecunijs, vel alio modo, non mihi videtur ita certum; siquidem fictus promissor tenebatur ex justitia commutativa habere verum consensum; proinde tenetur illum ponere, quia justitia commutativa non solùm exigit, ut raddatur æquale debito, sed etiam illud idem debitum; adeo ut qui furatus est equum, teneatur eundem equum restitnere; nec satisfaciat, si valir pretium solvare, si creditor velit suum equum, & non pretium: unde cùm fictus promissor sit debitor ex justitia veri consensûs, non satisfacit pecuniâ, 15

pecuniâ,

pecuniâ, sed tenetur verum consensum ponere. Quòd si dicas eum, qui verè promisit nihil de suo dedisse ficto promissori. Respondetur, id esse falsum, quia cum præstiterit verum consensum, se obligavit ficto promissori, proinde dedit ipsi aliquid, ratione cujus remanet inæqualitas inter utrumque, quamdiu fictus promissor non promittit ex animo.

16 Si dicas, consensum præstitum à vero promissore non fuisse obligatorium defectu repromissionis alterius, quæ desiderabatur, ut obligaret ratione sponsalium. Contra est, quia inde tantùm sequitur, in rigore illa non fuisse vera sponsalia defectu consensus in altero contrahente, non verò quòd in ficto promissore non sit obligatio ad vera sponsalia contrahenda orta ex injuria irrogata vero promissori, qui dedit verum suum consensum alteri ex suppositione, quòd esset etiam accepturus verum consensum illius.

17 Cæterum si promissio matrimonij non sit mutua, & ex ejus violatione nullum aliud inferatur fœminæ damnum, tunc non tenetur fictus promissor fidem servare, quia tunc non tenetur ratione promissionis, cùm supponatur ficte promisisse, neque tenetur ratione sponsalium, cùm fœmina supponatur non repromisisse, ubi enim non habetur mutua promissio contrahentium, non habentur sponsalia. Neque ex ratione alicujus injuriæ illatæ ipsi fœminæ: siquidem nulla est ipsi illata injuria cum ex parte ipsius nulla fuerit repromissio: proinde ex nullo capite ex tali promissione oritur obligatio. Quòd si fictus promissor matrimonium promisit puellæ virgini, & sub illa spe hæc permisit se deflorari, tenetur tunc ratione injuriæ, & damni illati fictus promissor eam ducere, ut comuniter docent cùm D. Thoma. *in 4. dist. 28. q. unic. art. 3.* quia tametsi in tali casu ex parte puellæ nulla fuerit repromissio, adfuit tamen perfectus contractus nempe *do, ut des*: siquidem puella implevit, quantum est ex se, quod fictus promissor ab illa petierat, tradendo ei corpus suum: onde tenetur similiter fictus promissor stare promisso, & illam ducere.

18 Neque sufficienter recompensaret injuriam ei illatam pecuniis, vel aliâ viâ, quia cum obligatio sponsalium sit præcisa, non potest ei pecuniis satisfieri, si ex parte utrinsque fuit promissio, adeo ut puella etiam promiserit viro accipere illum in maritum. Quinimo etiam si promissio esset tantùm ex parte viri, & in ipso etiam ficta, adhuc sufficienter non compensaret injuriam illatam puellæ pecuniis, vel aliâ via, quia ibi intervenit contractus, nimirum *do tibi fidem matrimonij, ut des mihi tuum corpus*: unde quamvis damnum deflorationis possec pecuniâ compensari, eò quia amissa virginitas non possit amplius in specie restitui eadem: non tamen injusta deceptio ficti consensus potest ad æqualitatem resarciri nisi ponendo verum consensum, quia hic potest optimè in propria specie restitui, consequenter fictus promissor ut satisfaciat ad æqualitatem, tenetur verè assentiri matrimonio, & puellam ducere.

Quòd si vir notabiliter excederet conditionem puellæ tam sanguinis nobilitate, quàm divitiarum copiâ, tunc docent plures, non teneri virum, qui ficte promisit, puellam ducere, quia hæc con cia illius notabilis excessûs, debuisset advertere, virum ita sibi inæqualem non nisi ficte promittere matrimonium: proinde tunc non supponitur puella decepta; sed potiùs se deceptam simulare. Quòd si petatur quantua debeat esse excessus tam in conditione, quàm in divitiis, ratione cujus præsumatur, quòd fœmina potuerit coniicere virum non habuisse animum promittendi, sed illam decipiendi, relinquendum est arbitrio prudentis viri, ut notat D. Antoninus *2. p. tit. 5. c. 6.* §. *1.* ubi censet sufficere si vir sit nobilis, & fœmina filia agricolæ. 19

Quòd si dicas, tunc virum peccâsse contra justitiam cum promiserit intentione eam decipiendi; proinde teneri adimplere promissum. Contra est, quia tametsi habuerit hanc intentionem decipiendi, non tamen te ipsa decepit, sed potius fœmina se ipsam decepit: voluntas autem decipiendi, si careat effectu non obligat ad restitutionem, sicut nec volutio furandi: an verò teneatur vir nobilis puellæ illi rusticanæ dotem integram pro aliis nuptiis, vel damnum illatum ad arbitrium prudentis viri compensare? Plures affirmant cum Soto *in 4. dist. 27. q. 1. art. 3.* Navarra *in summa. c. 22. n. 73.* eò quia dolo eam defloraverit, Quinimò quamvis puella ignoraverit excessum illum, & potuerit conjicere, quòd vir seriò matrimonium promitteret, adhuc non teneri virum eam ducere, sed tantùm eidem satisfacere, eam dotando, docent plures præsertim Corduba *lib. 1. q. 3. dub. 2.* Capua *lib. 2. decis. c. 78. num. 6.* quia si ob aliquam rationem teneretur eam ducere, maximè quis injuriam illi intulit: at illi sufficienter satisfacit per compensationem dando ipsi congruam dotem pro aliis nuptiis. Hinc cùm vir non teneatur ratione promissionis fictæ, non potest obligari nisi ratione injuriæ, & damni illati, quòd si compensetur per congruum dotem videtur sufficere, quia justitia non obligat ad restituendum plus, quàm damnum æstimetur, & damnum deflorationis non tanti tunc æstimatur, quanti æstimaretur, si vir nobilis duceret puellam rusticanam: proinde ex justitia non videtur obligari ad illam ducendam, sed solùm ad resarciendum damnum illatum æquali pretio. 20

Quamobrem qui puellæ promisit matrimonium dummodo illi faceret copiam sui corporis, si puella assentiatur, ut ei nubat, tenetur vir eam ducere, tametsi ficte illi promiserit, quia talis promissio facta est in modum contractûs, & cum puella ex parte sua compleverit contractum, tenetur etiam vir ex justitia ipsum complere: & tantùm excipiuntur aliquot casus, quibus non tenetur vir eam ducere, sed tantùm illatum damnum resarcire. 21

Primò si ipse sit notabiliter nobilior, & opulentior, & id puella sciverit, quia tunc potuit facilè suspicari ipsum non nisi simulatè nuptias spondere, ut eâ fruatur; & in hoc casu præsumitur 22

mitur quòd fœminæ voluntariè se deceperit, vel saltem fingat se deceptam.

23 Secundò si ex aliis conjecturis facilè deprehendi poterat ipsum non sincerè promisisse, sed verbis ambiguis fuisse usum, & inconstanter locutum, ut notat Sanchez *disp. 10. n. 7.*

24 Tertiò si aliquod impedimentum legitimum interveniat, ut si fiat affinis, si ducat aliam per verba de præsenti, in his enim casibus sufficit resarcire damnum illatum, ut docet Lessius *lib. 2 c. 10. n. 26.*

25 Quartò si contingat fœminam postea cum alio fornicari, tunc enim prior non tenetur amplius eam ducere, imò nec tenetur aliter satisfacere, nisi antea conventum fuerit, ut notat Sanchez *loc. cit. n. 13.*

26 Quintò si dicenti se virginem esse, aut divitem vir ei promisit nuptias, ut ea potiretur, & postea deprehenderit non esse Virginem, aut divitem, non tenetur vir stare promissis, quia tunc habet sufficientem causam dissolvendi sponsalia. Tum quia fictio fœminæ compensatur cum fictione viri. Quinimò putat Sanchez *lib. 1. disp. 10. num. 11.* non teneri virum ad ullam restitutionem, cum censeatur nullum intulisse illi damnum.

27 Sextò si ex tali matrimonio scandalum magnum eventurum credatur, ut docet D. Antoninus 2 *p. tit. 5. c. 6. §. 1.* quia tunc etiam vera sponsalia animo promittendi facta dissolvuntur.

28 Septimò si malus exitus ex tali matrimonio timeatur, ut si vir puellam ita levem esse cognoscat, ut probabiliter judicet, matrimonij fidem violaturam, ut docet Henricus *lib. 11. de matrim. c. 11. num. 2.* Octavò si puella virum similiter deceperit, quia tunc in jure datur compensatio.

29 Superest difficultas, an qui fictè promisit matrimonium fœminæ, quam sciebat corruptam, & sub ea specie eam cognovit, teneatur eam ducere. Difficultas non procedit, quando fictus promissor nobilitate, & divitijs longè fœminæ antecellit, quia tunc potest facilè fœmina conjicere, eam non ducturum ob inæqualitatem conditionis, & non nisi fictè promittere, ut possit eâ frui: unde quæstio procedit, quando ambo sunt æquales, & fœmina nullam inde incurrit infamiam, ob quam non possit commodè cum alio contrahere, ut si vidua honestæ famæ rem habuerit cum vito, an tunc promissio ficta obliget ratione doli, & injustitiæ: & mihi videtur respondendum affirmativè, & fictum promissorem teneri fidem servare, ut docent plures cum Palludano *in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. conclus.* 4. quia tunc intervenit contractus perfectus, in quo intercessit ille conditionalis *do, ut des*: unde cum fœmina ex parte sua adimpleverit conditionem absque ulla fraude, & dolo, & non interveniat conditionis disparitas, tenetur etiam vir ex parte sua adimplere conditionem, & illam ducere. Quòd si fœmina sit malæ famæ, & copiam faciat sui corporis cum aliis, tunc non tenetur eam ducere, non ratione promissionis, quia cùm supponatur ficte, non inducit obligationem; nec ratione damni illati, cùm supponatur fœmina jam esse malæ famæ; nec ratione contractûs, quia fœmina supponitur non servare fidem viro; proinde neque iste illi tenetur fidem servare.

Cæterum post contracta sponsalia, si nullum adsit ex prærecensitis impedimentis, obligatur uterque sponsus ad contrahendas nuptias, adeo ut quamdiu alter in promissione, seu data fide persistit, non possit alter sine gravi injuria resilire; idque verum est, licèt sponsalia sine ulla solemnitate testium fuerint clam contracta. Hoc autem procedit in foro conscientiæ, quia in foro externo requiritur probatio per testes, vel in defectum plenæ probationis juramentum. Liberi contra pietatem, & reverentiam parentibus debitam peccant si ipsis inconsultis, & inscijs sponsalia temerè contrahant, quia parentum curæ exigit, ut è filijs nil statuatur in tanti momenti sine eorum consilio. 10

Verùm tamen est, quòd non semper filij obligentur ad sequendum consilium, & jussum parentum, eò quia in matrimonio contrahendo sint sui juris. Quòd si parentes filios, vel filias niterentur ab omni matrimonio avocare, si periculum inde oriretur incontinentiæ, non tenerentur filij, & filiæ parentibus parere; ut notat Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 23.* ubi addit, quòd quando parentes volunt impedire certum aliquod matrimonium, cui eliàs filij adhærerent, tunc expendendæ sunt rationes, quibus ipsi dissuadendo nituntur à tali matrimonio filium avocare, & conferri debent cum contrarijs. Sin autem parentes ad certas nuptias filios eliquin abhorrentes compellere niterentur, tunc non tenerentur filij parere parentibus, nisi inde grave damnum emergeret; vel matrimonium necessarium esset ad graves inimicitias extinguendas. 11

§. V.

An contrahentes sponsalia possint apponere pœnam fidem frangenti.

Communior sententia asserit, pœnam propriè dictam, sitam in proprio peculio, & patrimonio diminuendo, solvendam per eum, qui fidem frangit, adjectam contractui sponsalium, utroque jure irritare contractum ex jure civili liquet *l. mulier. 5. C. de spons.* jure canonico etiam colligitur *ex c. gemma 29. h. t.* ubi Gregorius IX respondit, matrimonia debere esse libera; adeo ut parentes non possint ponere pœnam in sponsalibus filiorum, & si ponetur, altera pars non potest exigere pœnam, & est sub excommunicatione prohibenda, ne exigat; ex quibus juribus constat, illam promissionem pœnæ solvendæ esse omnino irritam, & invalidam, neque datæ fidei violatorem teneri in utroque foro eam solvere: & rationem etiam assignat Pontifex, ut nimium liberteti matrimonij consuletur, & ne timore pœnæ solvendæ, coactè matrimonium contrahetur; vel saltem minus voluntariè, quàm par sit, celebretur. Idque procedit quamvis præ- 1

præfata pœna solvenda non sit ab ipsis sponsis, sed vel ab eorum parentibus, vel ab illis, qui necessitudine sanguinis sunt sponsis devincti, imò id etiam procedit, tametsi qui promiserunt pœnam solvere, sint viri potentes, qui possint grave damnum sponsis inferre, si detrectent nuptias contrahere.

2 Quinimo neque contractui sponsalium adjici potest validè pœna modica attentâ qualitate contrahentium, quia ut liquet ex præfatis juribus, hujusmodi pœna est absolutè prohibita, proinde etiam in modica quantitate: siquidem appositio pœnæ est odiosa, proinde lex, quæ absolutè prohibet appositionem pœnæ, non debet extendi *ex regul. 15. de regul. juris. in 6.* Sin autem non prohiberetur pœna etiam levis, extenderetur; eo enim ipso, quòd appositio pœnæ est absolutè prohibita includit quamcunque pœnam, etiam levem; adeo ut prohibitio non extendatur ad solas pœnas graviores, sed simpliciter comprehendat omnem pœnam. Tum quia pœna quantumvis modica semper aliquo pacto obstat libertati maximè illi, quæ desideratur in contractu matrimoniali: quòd si nonnunquam contingat, ut non præjudicet, id se habet tantùm per accidens, & in aliquo particulari casu, qui sub legis consideratione non cadit *l. nam ab ea. ff. de ll.* ob casus tamen per accidens advenientes lex non cessat obligare; quia licèt in aliquo peculiari casu cesset finis illius, non ita in aliis.

3 An verò si promissor pœnæ juret se servaturum promissionem, tunc valeat contractus sponsalium, cui adjecta est pœna. Respondetur juramentum non firmare promissionem pœnæ in sponsalibus, adeo ut cum promissio de se fuerit invalida, non firmetur juramento, nec ratione illius valida fiat, ut docet Covarruvias *de testamentis 2. p. n. 17.* quia cùm talis contractus, cui adjicitur pœna sit primariò principaliter prohibitus ob publicam utilitatem; non potest per juramentum alicujus privati firmari, ut rectè tradit Covarruvias *2. p. de pact. §. 1. n. 1. & 5.* & est regula communis inter Juristas excepto Imola *in c. cum contingat de jurejuran. num. 35.* atqui promissio pœnæ in sponsalibus est primo, & principaliter prohibita ob bonum commune: siquidem prohibitio consulit libertati requisitæ ad contrahendum matrimonium, hæc enim libertas maximè conducit ad tranquillitatem Reipublicæ, & civium: cùm igitur hæc prohibitio inducta fuerit favore publico, & pro bono reipublicæ, non potest unus, vel alter privatus ei derogare, nec propterea per adjectum juramentum firmare contractum, cui adjecta sit pœna.

4 Tum quia in *c. si diligenti de for. compet.* definitur, irritum esse pactum etiam juratum, quo Clericus sibi judicem sæcularem constituit; & non ob aliam causam est tale pactum irritum, nisi quia adversetur privilegio clericorum concesso in favorem communis status clericalis, cui unus, vel alter clericus privatus non potest derogare. Præterea quia juramentum tunc solùm confirmat contractum, quando absque dispendio æternæ salutis servari potest, & sine damno tertij: atqui ex juramento apposito contractui, cui adjecta est pœna, præjudicatur publicæ utilitati habenti rationem cujusdam tertij; quapropter non potest vim habere firmandi contractum, cui adjicitur: quia cum fuerit invalidus, juramentum illum relinquit in suo esse, seu cum sua invaliditate.

5 Demum quia illa promissio pœnæ est illicita, & peccaminosa saltem venialiter, cùm sit contra expressam juris prohibitionem, quâ bono communi consulitur, proinde non potest juramento firmari: alioqoin si juramentum daret valorem, ac vim obligandi iniquæ promissioni, sequeretur fore vinculum iniquitatis, quod dici nequit, & est contra textum *in c. 4. de jurejur.* Quinimo tale juramentum adjectum contractui, cui est pœna apposita non solùm non habet vim obligandi, sed etiam est irritum, & omnino invalidum: siquidem juramentum rei illicitæ non obligat, ut habetur *in c. 4. de jurejur.* & desumitur etiam ex D. Ambrosio *lib. 1. officiorum c. ult.* ubi adfert exemplum Herodis, qui malè egit impiè adimplendo, quod Herodiadi temerariè promiserat: & sicut solvere talem pœnam esset illicitum, ita etiam juramentum: siquidem solvere talem pœnam virtute promissionis perinde esset, ac approbare promissionem ipso jure damnatam.

6 Sunt tamen, qui contrariam sententiam docent præsertim Joannes Præpositus *in 3. p. q. 9. de sponsal. dub. 4. n. 41.* ubi ait, obligationem juramenti non oriri ex eo, quòd aliquis se velit obligare: sed ex eo, quòd re ipsa voluntariè Deum assumat in testem rei futuræ: siquidem reverentia Deo debita obligat, ut id præstemus, quod sub divina attestatione, nos facturos promisimus, ne alioquin Deum testem falsi accersere censeamur, unde licèt ex vi promissionis simpliciter nulla oriatur obligatio erga compartem: hæc tamen oritur ratione religionis erga Deum faciendi id, quod juravimus, quando res sine peccato fieri potest. Sed contra, quia licèt juramentum ex se quando est licitum, & de re non prohibita legibus inducat obligationem, eò quia voluntariè sumat Deum in testem, & reverentia Deo debita obliget, ut id præstemus, quod sub ejus attestatione nos facturos promisimus: non tamen inducit ullam obligationem, quando est de re, quæ legibus prohibetur, & promissio sine peccato servari non potest: quia tunc juramentum est nullum, & illicitum, nec Deus acceptat tale juramentum: & cum contractus, cui est pœna adjecta prohibeatur in jure, & sic contrahere sit illicitum, ideo juramentum est de re illicita, propterea cùm non acceptetur à Deo, non habet vim inducendi obligationem. Neque reddit validam promissionem, sed illam relinquit cum sua invaliditate.

Dices cum Molina *tom. 1. de just. tract. 20. disp. 151.* eum qui juravit solvere pretium pro- 7
missum mulierculæ pro illicito usu sui corporis teneri juramentum servare, ac promissum pretium solvere, quamvis promissio fuerit de re illi-

illicita, & promitteos peccaverit: proinde etiam teneri pœnam solvere, qui juravit, se illam soluturum; tametsi pœna adjecta fuerit contractui sponsalium. Sed contra, negatur consequentia, est enim dispar ratio, quia tametsi promissio dandi pretium mulierculæ ob usum sui corporis sit illicita: nihilominus ipsa promissio intrinsecè, & secundum se considerata, & ut præscindit à tali usu illicito non est mala, sed potiùs bona, & actus virtutis justitiæ commutativæ, quo solvitur pretium justum pro re vendibili: quâ propter qui promittit pretium mulierculæ pro usu sui corporis, non peccat præcisè, ut promittit pretium, sed ut inducit ad peccandum; quinimò contra justitiam ageret, si promissum pretium non solveret: at in casu nostro promissio pœnæ in sponsalibus est de se intrinsecè mala, & illicita utpote contra matrimonij libertatem, quæ debet indemnis servari ob bonum publicum: unde est dispar ratio de promissione dandi pretium mulierculæ, & de promissione pœnæ in sponsalibus: illa enim præcisè sumpta non est mala, sed tantùm ut inducit ad peccatum; hæc verò est intrinsecè mala, & illicita.

8 Adest tamen in contrarium textus *in c. debitores de jurejur.* ubi Alexander III. respondit, eum teneri juramentum servare, qui juravit promissionem reddendi usuras pro pecuniis debitis, quamvis post earum solutionem creditores debeant compelli ad eas restituendas: & ibi etiam additur ratio; nimirum quia promissio illa non firmatur juramento, eò quia solvere usuras sit contra jus humanum, & naturæ: ergo idem dicendum de eo, qui juravit solvere pœnam in sponsalibus promissam; tenetur enim eam solvere cùm hujusmodi promissio solùm sit contra jus humanum. Sed contra, est enim dispar ratio, quia promissio illa solvendi usuras est licita, & actus virtutis charitatis erga se ipsum ad redimendam vexationem, proinde etiam juramentum solvendi fuit validum: at juramentum solvendi pœnam sponsalibus adjectam est illicitum, quia de re illicita; siquidem promissio illius pœnæ est intrinsecè mala, & illicita, quia contra libertatem matrimonij, & bonum commune.

9 An verò id etiam procedat de pœna privativa, seu sita in lucro non acquirendo. Respondetur duobus modis posse hujusmodi pœnam apponi. Primò ab ipsis contrahentibus, ut si vir dicat fœminæ, vel fœmina viro, promitto tibi mille aureos, si mihi nupseris. Vel etiam ab aliquo tertio, ut si Cajus promittat Titio, se illi daturum centum aureos si ducat Lucretiam. Verùm hæc propriè non est pœna respectu detrectantium matrimonium contrahere, quia ex eo, quod non contrahant, nihil de suo perdunt, neque proprium patrimonium minuunt, sed solùm non lucrantur, quod si vellent, possent lucrari. Hinc si hæc pœna privativa adijciatur ab aliquo tertio valida est, adeo ut quæ non oubit, non acquirat tale lucrum; ut notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. §. 3 num. 6.* & desumitur ex *l. Titia. §. 1. ff. de condit. & demonst. & l. 1. C.* *de instit. & substitut.* & pluribus aliis juribus: & ratio est, quia id non est verè, & propriè pœnam adijcere, sed potiùs spe lucri allicere alios ad matrimonium contrahendum, adeo ut si velint, possint tales pecunias lucrari illæsâ eorundem libertate. Limitatur tamen, Primò quando illa pœna apponitur filiæ illegitimæ, tunc enim invalida est, ut docet Cavarruvias *loc. cit. c. 3. §. 3. n. 7.* ex *l. quoniam in prioribus de inoffic. testam.* & ratio est, quia privatio illius verè, & propriè haberet rationem pœnæ, quæ non potest apponi sponsalibus. Secundò limitatur quando is, cui hæreditas relinquitur non gravatur ducere indignam, aut inhonestè matrimonium contrahere; quia tunc pœna adjecta est etiam invalida ex textu *l. cum ita legatum. §. de condit. & demonstrat. & l. regia. 14. in fin. tit. 4.* siquidem illa conditio ducendi indignam, vel contrahendi nuptias modo inhonesto censetur impossibilis, cum id solùm possimus quod jure, & honestè possumus *l. nepos. proc. ff. de V. S.* Hinc legatum relictum puellæ si Petro nubat, validum est, quamvis illa de parentis consensu alteri nubat: ratio est, quia virgo non potest aliter honestè nubere, nisi de consensu parentis.

Quòd si sæc pœna imponeretur à viro, adeo ut hic diceret mulieri, *tibi dabo centum, si mecum contraxeris*, est invalida, non ita si mulier promittat viro, ut notat Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 33. n. 3.* & quidem prima pars expressè habetur in jure *l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de V. O.* Quòd verò, si mulier viro promittat, valida sit promissio, declaravit Alexander III. *in c. de illis* de conditionibus appositis ratione utriusque partis: ratio discriminis adducitur à Covarru. *2. p. de matrim. c. 3. §. 3. n. 1.* quia quando vir promittit mulieri, præsumitur id facere libidinis causâ; nimirum, ut mediante tali promissione eam alliciat ad nuptias, & quia hæc est causa turpis; ideo talis promissio facta à viro à jure invalidatur: secus quando mulier promittit viro, non præsumitur adjecta conditio, ut causa libidinis, sed ut causa dotis; quæ honesta est: proinde promissio facta à muliere non invalidatur à jure. Nihilominus Covarruvias *loc. cit.* limitat priorem partem, quando vir ignobilis, vel senio confectus promittit dare aliquid fæminæ generosæ, aut juveni in compensationem nobilitatis, aut juventutis, quam quodammodo deperdit, si fæmina nobilis, & juvenis nubat viro ignobili, vel seni *l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* & tunc illa promissio est valida, quia præsumitur facta ex causa honesta. 10

Possunt tamen in contractu sponsaliorum secundùm communiorem sententiam ex utroque jure civili, & canonico intervenire arrhæ, quasi per modum pignoris traditi à sponsis, adeo ut eas amittat tradens, si culpa sua resiliat à sponsalibus, & matrimonium non ineatur *l. mulier. 5. C. de sponsal.* ut tradit Sanchez de matrim. *l. 1. disp. 36. n. 2.* sin verò uterque sponsus arrhas tradidit, & recepit, si injustè resiliat, non solùm suas perdit, verùm etiam acceptas ab alio 11

alio tenetur restituere. Sin autem alteruter tantùm tradidit arrhas, & culpa non tradentis matrimonium non initur, tenetur Is duplum restituere, scilicet arrhas receptas, & tantundem de suo patrimonio, vel etiam triplum si inter partes conventum fuerit. *l. mulier. 5. C. de sponsal.* Hoc tamen procedit dummodo contrahens sponsalia, sit major 25. annis, quia minor non tenetur plus restituere, quàm acceperit, ut desumitur *ex d. l. mulier. C. de sponsal.*

12 Tametsi jure communi post nuptias contractas arrhæ possint à dante repeti, eò quia tunc cesset causa, ob quam datæ sint: nihilominus ex consuetudine accensentur sponsalitiis donationibus: sed cur sponsalibus adjici possint arrhæ, & non pœna; non est ita facile rationem discriminis assignare, præsertim cum arrha rationem etiam habeat pœnæ, & quidem justæ, quæ non repugnat libertati matrimonii, dummodo statuatur in eum, qui ob culpam talem pœnam meretur. Verùm jura permittunt arrham sponsalibus adjectam, quia hæc non solet esse magni pretii, nec multum solet afferre incommodi, adeo ut non videatur lædere libertatem, & ex alio capite arrhæ ponuntur quasi testes sponsaliorum, quæ jam fuerunt contracta: quæ ratio est, cur jura permittant adjectam sponsalibus arrham, non verò aliam pœnam.

§. VI.

De effectu sponsaliorum.

1 SUmuntur sponsalia in sensu proprio, ut distinguuntur à matrimonio, & includunt promissionem de futuro. Quamvis olim jure civili alterutri desponsatorum, vel Patri, in cujus esset potestate sponsa, vel sponsus licuerit sponsalibus renunciare *l. in potestate C. h. t.* adeo ut nec quidem pœna promissa deberetur *l. Titia. 134. ff. de V. O.* jure tamen novo cautum est, ut si quis contractis sponsalibus nolit matrimonium inire major 25. annis dupliciter arrhas, minor verò tantùm arrhas restituat: & si qui dedit, non contrahat, eas amittit; præter quam si absque culpa alterius sponsalia dissolvantur, ut per mortem alterius sponsi, vel legem prohibentem nuptias, vel permittentem dissolutionem. Attamen jure canonico quamvis liceat pœnitere: qui tamen sponsalia contraxerunt monendi sunt, & modis omnibus inducendi; ut datam fidem servent, ut habetur *in c. præterea. 2. h. t.* ubi Innocentius III. respondit, quòd qui contrahunt sponsalia, seu matrimonium de futuro purè sine conditione, fide hinc inde data: si deinde ad invicem nolint contrahere, sunt admonendi, ut datam fidem servent: sed deinde non sunt cogendi, sed tolerandi, ne quid deterius contingat, si eam ducat, quam odio habet.

2 Quòd si alter tantùm detrectet matrimonium contrahere, tunc non solum monendus est, sed etiam ad id authoritate judicis compellendus, ut expressè habetur *ex c. ex litteris 10. h. t.* ubi Alexander III. respondit, quòd quando quis jurat accipere aliquam uxorem, & postea velit aliam ducere, priùs monendus sit ab Episcopo, ut servet juramentum, & si monitus non acquiescat compellendus sit per censuras, ut eam accipiat, & maritali affectione tractet, si tamen rationabilis causa non obstet: ratio est, quia nimis grave videtur, fidem fallere, quia nil tutum esset in humana societate, cui nil magis congruum, quàm ut pacta serventur, & adimpleantur *l. 1. ff. de pact. c. 1. & 3. eod. tit.*

Neque obstat matrimonia esse liberè contrahenda, quia sufficit si sint libera à necessitate extrinsecùs adveniente, non verò à necessitate intrinsecùs emanante: scilicet ex libero consensu jam dato, & ex promissione jam præstita de matrimonio contrahendo: unde hæc necessitas est tantùm consequens, quæ supponit omnino libertatem sicut in cæteris contractibus, dicuntur enim isti ab initio esse voluntatis, & si semel initi fuerint, dicuntur esse necessitatis, scilicet consequentis *l. incommodato. 7. §. 3. de eo, quod certo loco. l. sterilis. 21. §. penult. ff. de act. empt.* 3

Hinc præcipuus effectus sponsaliorum est inducere obligationem ad matrimonium contrahendum, & quidem ex justitia, ut desumitur ex *c. desponsatas. 46. c. addo. 47. c. ex litteris 10. c. requisivit. 17. h. t.* siquidem omnis contractus obligat ex justitia, & quidem sub culpa lethali, si sit in materia gravi: sponsalia verò sunt contractus; propterea inducunt mutuam, & reciprocam obligationem: & materia est itidem gravis, eò quia magna injuria infertur alteri, si non impleatur promissio: proinde sponsalia obligant sub culpa gravi: neque obstat, quod lex civilis *C. de sponsal.* det desponsato libertatem resiliendi, & ducendi alteram, quia lex ista civilis fuit correcta per sacros canones. Quo verò tempore obligentur sponsi ad contrahendum matrimonium, respondendum est cum distinctione, si tempus contrahendi matrimonium fuit præfixum, & expressum in contractu sponsaliorum debet matrimonium tali præfixo tempore contrahi: quòd si nullum certum tempus sit constitutum, tenetur quisque contrahere quàm primùm commodè potest, si alter sponsus urgeat, ut tradit Sanchez. *lib. 1. de matrim. disp. 28. n. 2.* Id enim generale est in omni debito, cui non est dies certus præfixus; non enim priùs tenetur debitor solvere, quàm creditor postulaverit. *l. debitores 10. C. de pignorib.* Limitatur tamen, nisi fortassis creditor non auderet ex timore etiam reverentiali debitum petere, vel fuerit illius oblitus, vel aliàs commodè non possit petere: alioquin si creditor sit memor debiti, & cùm possit commodè illud petere, non petat, censetur consentire in dilationem solutionis. Incumbit tamen Parochis monere sponsos, ut post contracta sponsalia, quàm primùm commodè possint, matrimonium ineant ad vitandum periculum fornicationis. 4

Cæterum qui sine legitima causa detrectat fidem sponsaliorum implere, à judice ecclesiastico post canonicam admonitionem compelli debet 5

bet per censuras ad ineundum matrimonium, sive sponsalia jurata fuerint, sive non, nisi fortassis ex invitis nuptijs timeantur gravissima mala inter conjuges, & scandala. Cæterum qui cum juramento promisit cum aliqua matrimonium contrahere monendus potiùs priùs est, quàm compellendus ad contrahendum, ut desumitur *ex c. requisivit, 17. h. t.* ubi Lucius III. respondit, mulierem, quæ juraverat nubere alicui, & postea noluit, monendam potiùs esse, quàm cogendam, quia matrimonia debent esse libera; & coacta sæpe habent exitus difficiles. Ratio est, quia ad judicem ecclesiasticum tantùm spectat cogere sponsos ad contrahendum matrimonium, si id expediat ad finem matrimonij: sed quando gravia, & publice scandala, & alia mala timentur, tunc non expedit fini matrimonij, ut contrahatur; quia per tale matrimonium potiùs impediretur mutuum obsequium, quod tenentur conjuges sibi invicem præstare; & perturbaretur status matrimonij: unde tunc non debet sponsus, vel sponsa adigi ad contrahendum, sed solùm præmoneri, quia habetur rationabilis causa, ob quam compelli non debeat ad contrahendum matrimonium, quamvis interposito juramento illud promiserit, ut desumitur *ex c. litteris* 10. *h. t.* ubi additur, nisi rationabilis causa obstiterit.

6 Tum quia nonnunquam satius est, magisque expediens permittere minus malum, ut majus evitetur, & in nostro casu est majus malum permittere scandala, ac inextinguibilia dissidia inter conjuges, quàm sponsaliorum fidem violare. Unde hoc secundum justè permittit ecclesia, ut prius quod est gravius malum evitetur.

7 Qui sponsalia contraxit, & postea adimplere detrectat non statim per censuras compellendus est, sed priùs monendus per Judicem, & si adhuc nolit, per alias pœnas etiam coercitoris compelli potest, ut notant Genuensis *in prax. Neapol. c. 14.* Basilius Pontius *de sacram. matrim. lib. 12. c. 6. n. 2.* ubi addit, quòd quando prudenter judicatur frustra ferri censuras, consultiùs esse ab ijsdem ferendis abstinere, idque procedit, dummodo non accesserit defloratio, quamvis de promissione constet, ut tradit Farinac. *decis. crimin. 73.* alioquin qui omnino detrectat eam ducere, cui promisit, non est cogendus præcisè, tametsi juraverit, si finaliter contracturum matrimonium, ut habetur *in c. præterea 2. h. t.* ubi Innocentius III. respondit, non esse cogendum, sed tolerandum, ne quid deterius contingat, cùm eam ducat, quam odio habet: & assignat etiam rationem, quia coactiones difficiles exitus solent habere *c. requisivit. 13. h. c.* accedit etiam, quòd matrimonium coactè initum ipso jure est irritum *c. de muliere 6. c. veniens 13. c. ad id quod 21. h. t.*

8 An verò sponsalia gravi metu extorta inducant obligationem, non conveniunt doctores Sylvester *V. sponsalia. q. 6. in fin.* Tannerus *disp. 8. de matrim. q. 1. n. 14. & sequent.* Pirhing *lib. 4. decret. tit. 1. sect. 1. §. 3. n. 21.* & alij censent sponsalia de futuro etiam per gravem metum injustè incussum extorta esse valida, donec per Judicis sententiam ob hanc, vel alias causas rescindantur. Tannerus tamen id limitat, dummodo alter contrahens ipsemet injustum metum non incusserit: quia tametsi jure statutum sit, ut matrimonium injustè gravi metu initum, sit ipso jure nullum: non tamen id reperitur statutum de sponsalibus; & ratio discriminis est, quia matrimonium semel, & validè initum non potest ullo ampliùs modo dissolvi, ideóque æquum fuerit, ut ob grave metum injustè incussum ab initio irritaretur: secus sponsalia de futuro facilè dissolvuntur, possuntque per dispensationem Episcopi sponsalia metu inita dissolvi, quamvis juramento firmata fuerint, quòd si cui injustè fuit metus incussus non petat dispensationem, videtur postea sponte, & absque coactione matrimonium inire.

Nihilominus putârim probabilius cum Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 2. c. 11. n. 2.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 4. disp 21. n. 3.* Sponsalia metu gravi extorta esse irrita, quamvis juramento firmata: quia ut notat Barbosa hujusmodi sponsalia cùm sint ex se nulla, non firmantur juramento, nec ratione illius obligant, nec relaxatione indigent: & ratio est assignatu facilis, quia juramentum metu extortum, cum non firmet contractum, illum relinquit in pristino valore, aut nullitate, adeo ut ex illis sponsalibus nullum oriatur publicæ honestatis impedimentum. Unde tale juramentũ non obligat, consequenter non indiget relaxatione. Quòd verò sponsalia metu gravi injustè incusso extorta non inducant obligationem probari potest *ex c. ex litteris de despons. impub.* ubi declarantur irrita sponsalia metu contracta, & Alexander de Nevo *in d. c. num. 5.* explicat, in casu, de quo loquitur summus Pontifex in dicto textu, intervenisse juramentum. 9

Tum quia quando contractus aliquis prohibetur ob publicam utilitatem, si juramentum illi adijciatur nullam hoc parit obligationem, nec indiget relaxatione. Quòd si dicas, jurantem solvere usuras, teneri observare juramentum *ex c. debitores de jurejur.* Contra est, ratio discriminis ex eo desumitur, quia contractus usurarius prohibetur principaliter ob bonum privatum, quia non interest Reipublicæ, si hic, vel ille civis pecuniam per usuram extortam sibi compararet; secus sponsalia coacta interdicuntur ob publicam utilitatem. 10

Effectus sponsaliorum, quæ purè, seu absolutè contrahuntur, & aliorum, quæ sub conditione, in eo differunt, quia sponsalia purè, & absolutè contracta sunt ab initio perfecta; & si valida sint, inducunt statim obligationem: quòd si sint irrita, nulla ex ipsis ampliùs oritur obligatio. Sponsalia verò conditionalia non obligant nisi purificata conditione, nec ullum alium effectum inducunt *c. unic. circa princ. junctâ Glossâ §. fin. in 6.* excipiuntur tamen duo casus, nisi consensus de præsenti postea intercedat, aut copula carnalis inter sponsum, & sponsam subsequatur, quia in his duobus casibus viden- 11

videntur sponsi recessisse à conditione apposita, & consensisse in matrimonium, ut desumitur *ex c. 5. & 6. inf. de conditionib. appos.* servata tamen moderatione Concilij Tridentini *sess.* 24. *c.* 1. *de refor.* quâ matrimonia clandestina declarantur irrita: neque sponsalia de futuro per sequentem copolam transeunt in matrimonium, sicut transibant secundùm jura antiqua.

12 An verò sponsalia inter consanguineos secundi, vel tertij gradus inita adjectâ conditione, si Papa dispensaverit, indocant obligationem in conscientia impetratâ dispensatione, non conveniunt Doctores, Innocentius *in c. super eos in princ. de condit. appos.* Cardinal. *ibid. n.* 2. Anchar. *n.* 7. *Pro. ad Monac. in c. unic. num.* 11. *de sponsal. in* 6. Alexander de Nevo *in d. c. super eos. num.* 13 Hostiensis *nu.* 1. & alij plures Canonistæ cum Rota coram Seraphino *decis.* 1156. *Mantica decis.* 201. *n.* 4. Ludovisio *decis.* 410. Coccino *decis.* 374. *num.* 6. & *sequent.* docent, sponsalia contracta sub conditione si Papa dispensaverit in secundo gradu consanguinitatis, vel in alio impedimento dirimente nullum sortiri valorem. Nituntur primò, quia si res à commercio eximatur super ea non contrahitur obligatio, immo contracta extinguitur *l. inter stipulantem.* 82. *§ sacram. ff. de V.O.* neq; revivi cit impedimento cessante *l. continuus* 137. *§. cùm quis. ff. eod.* ergo cùm non possint hujusmodi sponsalia validè iniri, ita neque adveniente conditione dispensationis Pontificiæ valida erunt; & ratio est, quia contractus, & stipulatio non secundùm rationem futuri temporis, sed præsentis æstimari debet, ut notat Glossa in *d. l. continuus V. natura.* Secundò quia eventus dispensationis non operatur, ut licitum fit contrahere super illicito, & impossibili: & cum hujusmodi dispensatio non possit fieri, nisi per Pontificem; habetur contractus pendens ab ipsa pro impossibili, quia dispensatio, quæ fieri potest per solum Principem habetur pro impossibili *l. apud Julianum. §. fin. ff. de legat.* 1. & docet Ancharanus *in c. super eo. num* 7. *de condit. appos.* Idque vel maximè procedit, quando est mera gratia, & dependet à voluntate Principis, ut notat Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 32. *n.* 56. sed dispensatio super impedimento dirimente est mera gratia. Tertiò quia ut actus retrotrahatur, requiritur, ut ab initio potuerit intercedere *l. si is qui pro emptore. ff. de usucap.* atqui hæc sponsalia non potuerunt ab initio, quando fuerunt facta, suum sortiri valorem, proinde neque adveniente dispensatione possunt subsistere, tum quia ex facto à jure improbato non potest oriri obligatio *l. cum lex. ff. de fidejuss.* & sponsalia contracta in secundo gradu affinitatis à jure omnino improbantur, proinde nulla ex illis potest obligatio oriri.

13 Nihilominus putâtim contrariam sententiam probabiliorē, quam docent Covarruvias *in epit. de sponsal. p.* 2. *c.* 3. *num.* 8. Julius Clarus *lib.* 5. *recept. sent. V. incestus V. sed quid.* Navarrus *lib.* 4. *tit. de sponsal. consil.* 25. *num.* 2. Pasqualigus *decis. moral. decis.* 506. *num.* 6. Butrius *in c. super eo. num.* 8. *de condit. appos.* Calderinus *ibid. num.* 8. *V. tamen opinio.* Boër *decis.* 263. Jason. *in l. apud Julianum. §. constat. n.* 10. *ff. de leg. prim.* Hadrianus *in* 4. *sent. tract. de sponsal. dub.* 3. Basilius Pontius *de matrim. lib.* 3. *c.* 15. *num.* 5. Rebellius *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 10. *sect.* 6. *num.* 46. Sanchez *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 5. *q.* 3. *num.* 12. & huic sententiæ adhærendum puto: unde juvat observare, quòd tametsi eodem pacto se habeant servata proportione sponsalia, & matrimonium, ut notat Covarruvias *in epit. de sponsal. p.* 1. *c.* 3. differunt tamen, quia matrimonium contrahitur per verba de præsenti, & sponsalia de futuro: unde per sponsalia contrahentes non ineunt matrimonium, sed tantùm promittunt, se illud inituros, & quia hæc promissio mutua est contractus, qui initur inter sponsos; ideo ex ipso oritur aliqua obligatio, alioquin non esset contractus; & rursus, quia contractus sponsaliorum est quid diversum à contractu matrimonij; adeo ut contractus sponsaliorum non sit mutua traditio corporum; quæ habetur in contractu matrimonij; sed tantùm obligatio propriæ voluntatis ad contrahendum matrimonium tempore futuro; ex quo liquet, contractum sponsaliorum esse diversum à contractu matrimonij, ac habere diversos effectus, ac diversam materiam. Quia verò sponsalia sunt propter matrimonium, & veluti medium ad ipsum, ideo prohibentur, vel conceduntur, prout matrimonium prohibetur, vel conceditur: & quia sponsalia non respiciunt matrimonium de præsenti, sed tantùm de futuro, ideo debent considerari, ut respicientia statum futuri matrimonij, adeo ut matrimonium debeat etiam attendi non secundùm statum, quem habet de præsenti, sed quem habebit de futuro: quapropter si in ordine ad matrimonium sit superventura affinitas in gradu prohibito, antequam contrahatur matrimonium, sunt sponsalia prohibita, eò quia sint in ordine ad matrimonium prohibitum; tametsi matrimonium non sit prohibitum pro illo tempore, quo contrahuntur sponsalia, eò quia tunc nondum supervenerit affinitas in gradu prohibito: ratio est, quia sponsalia perinde sequuntur matrimonium; sicut accessorium suum principale, & sicut accessorium sequitur naturam principalis, ita sponsalia sequuntur naturam matrimonij, quòd si ob supervenientem affinitatem fuerit prohibitum, etiam sponsalia prohibentur. Hinc si Cajus promitteret ducere Lucretiam antequam hæc contraheret cum Cajo affinitatem in secundo gradu, sponsalia suum sortirentur valorem, sin verò post contracta sponsalia Lucretia fieret affinis Cajo in secundo gradu, sponsalia eo ipso prohiberentur, quamvis antea fuerint valida.

Quamobrem deducitur, sponsalia inter eos 14
inita, qui ob aliquem consanguinitatis, vel affinitatis gradum prohibentur contrahere, suum sortiri valorem adjecta tamen conditione, si Papa dispensaverit, adeo ut purificata conditione incipiant obligare, licèt antea non obligaverint, perinde ac cæteri contractus conditionati purificatâ conditione incipiunt obligare. Ratio

est,

eſt, quia ſponſalia tunc reſpiciunt matrimonium,
ut licitum, & non ut prohibitum: quia tametſi
ob ſecundum gradum conſanguinitatis, vel affi-
nitatis ſit prohibitum, accedente tamen diſpen-
ſatione Pontificis, non eſt ampliùs prohibitum,
ſed fit licitum; atqui ſponſalia non reſpiciunt
matrimonium futurum niſi priùs poſitâ diſpen-
ſatione Pontificis: ergo reſpiciunt matrimo-
nium futurum, non ut prohibitum, ſed ut lici-
tum; quia poſita diſpenſatione tale matrimo-
nium licitè contrahitur: cùm igitur ſponſalia
prohibeantur, vel concedantur, pro ut matri-
monium conceditur, vel prohibetur: ſequitur
ſponſalia eſſe valida, eò quia reſpiciant matri-
monium licitum per diſpenſationem Pontifi-
cis.

16 Verum tamen eſt, quòd ſuſpenditur eorum
obligatio, donec conditio impleatur, ſeu à
Pontifice ponatur diſpenſatio: quo fit, ut ſpon-
ſalia quatenus inductiva obligationis, habeant
tractum veluti ſucceſſivum, quo durant, donec
purificetur conditio, ſeu concedatur à Pontifi-
ce diſpenſatio, & matrimonium incipiat bene-
ficio diſpenſationis eſſe licitum: cùm igitur ta-
lia ſponſalia ordinentur ad matrimonium lici-
tum, non eſt, cur non debeant licita eſſe. Ne-
que obſtat, quòd tempore quo contrahuntur
ſponſalia matrimonium non poſſit contrahi, &
ſit prohibitum: quia ſponſalia non reſpiciunt
matrimonium pro illo tempore, ſed pro tem-
pore futuro, & non quidem abſolutè, ſed con-
ditionatè ſi Papa diſpenſaverit. Quòd poſſint
ſponſalia cum hac adjecta conditione iniri ex eo
liquet, quia unicuique licitum eſt obligare pro-
priam voluntatem ad faciendum omne id, quod
eſt in ipſius poteſtate, & licitè poteſt fieri: &
quia hæc ſponſalia ſub tali conditione inita non
prohibentur ex natura rei, nec à jure, ideo non
eſt, cur non poſſint contrahi, & ſponſi poſſint
conditionatè ſe obligare, adeo ut tunc primum
oriatur obligatio in ipſis, cùm Pontifex conce-
dit diſpenſationem: hâc enim conceſsâ obliga-
tio ſponſaliorum, quæ antea erat ſuſpenſa, in-
cipit ligare.

Idque firmari poteſt, quia tametſi peregrina-
tio ad terram ſanctam ſit illicita, quia prohibi-
17 ta ſub cenſura à ſummo Pontifice, nihilomi-
nus ſi quia voveret talem peregrinationem ſub
conditione, ſi Papa licentiam conceſſerit; vo-
tum ratione adjectæ conditionis non eſt irri-
tum, ſed obligat voventem ad petendam licen-
tiam, quâ obtentâ tenetur ſuam peregrinatio-
nem exequi: ergo quamvis matrimonium ob
gradum aliquem conſanguinitatis, vel affinita-
tis prohibeatur, ſi tamen ſponſi contrahant
ſponſalia ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit,
tenentur diſpenſationem petere, & ſi eam obti-
nuerint, obligantur etiam ad ineundum matri-
monium. Pari pacto Epiſcopus non poteſt in-
gredi Religionem, adeò ut talis ingreſſus ſit
illicitus abſque licentia Papæ *c. niſi cum pridem
in fin. de renunt. & c. licet V. illa de regul.* & ni-
hilominus ſi antequam obtineat licentiam, vo-
veat Religionem ingredi, votum eſt validum,
& Epiſcopus obligatur ad petendam licentiam,
quâ obtentâ tenetur Religionem ingredi, &
votum ſuum implere, ut docent D. Antoninus,
2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. V. primo ergo. Suarez
tom. 1. de relig. lib. 3. de voto. c. 4. n. 8.

Neque obſtat, quòd materia voti ſit illicita,
tunc quando votum emittitur, quia votum non 18
reſpicit materiam illam, ut illicitam, ſeu pere-
grinationem ad terram ſanctam exequendam
ante diſpenſationem Pontificis, nec ingreſſum
in religionem ante obtentam licentiam; ſed
poſtquam Pontifex annuerit peregrinationi ad
terram ſanctam, & ingreſſui in Religionem,
adeo ut votum reſpiciat materiam, ut licitam ex
facultate Pontificis: & ita eſt diſcurrendum de
ſponſalibus initis ſub conditione, ſi Papa di-
ſpenſaverit ſuper gradu conſanguinitatis, vel
affinitatis.

Præterea de rebus illis, quæ ſuaptè natura
nec malæ ſunt, nec ulli juſtæ legi repugnantes, 19
juſta ac firma poteſt eſſe pactio: ſed paciſci de
futuris nuptijs inter propinquos ex conceſſione
Papæ non eſt quid turpe, nec contra ullam le-
gem; proinde inita ſponſalia ſub conditione,
ſi Papa diſpenſaverit ſuper gradu conſanguinita-
tis, vel affinitatis, rata eſſe debent, quamdiu
Romani Pontificis confirmentur authoritate.
Tum quia inſtitutio Spurij facta ſub conditione,
ſi Princeps eum legitimaverit, eſt valida. Rur-
ſus venditio rei feudalis, ſeu majoratus ſimpli-
citer facta invalida eſt; & nihilominus ſuum
ſortitur valorem, ſi illi adjiciatur conditio, nimi-
rum ſi Dominus, vel Princeps voluerit. Præte-
rea quando eſt controverſia ſuper aliquo benefi-
cio, quamvis non poſſit quis paciſci ſimpli-
citer de penſione (ſiquidem pactio redoleret ſi-
moniam) attamen ſi pactum fiat conditionatè,
ſi Papa conſenſerit, & contrahens dicat ſuſpen-
do dictam penſionem in eventum, quo Papa
conſentiat, licita eſt conventio, quæ propte-
rea frequenter ad praxim deducitur: unde ſi
præfatæ conditiones quamvis dependeant à
Principis voluntate non invalidant contractus,
nec pacta; ita neque conditio adjecta ſponſali-
bus initis inter conſanguineos, ſi Papa diſpen-
ſaverit, ea invalidabit.

Neque ullum faceſſit negotium, quod af-
ferebatur pro appoſita ſententia, ad primum 20
enim reſpondetur, obligationem non contrahi
ſuper re, quæ prohibetur venire in commer-
cium, nec ſublatâ prohibitione oriri obligatio-
nem: quia contractus requirit validitatem,
quando initur, adeo ut debeant tunc contra-
hentes poſſe ſe obligare: alioquin ſubintrat re-
gula juris; *Quòd non firmetur tractu temporis,
quod ab initio fuit irritum.* Negatur tamen
id contingere in caſu noſtro, quia cùm talia
ſponſalia reſpiciant matrimonium pro illo tem-
pore futuro, quo eſt licitum, & validum,
ſponſalia ſunt itidem valida, ac licita, quia con-
junguntur cum matrimonio facto licito ex di-
ſpenſatione Pontificis, & nemo prohibetur
contrahere ſponſalia ob matrimonium licitum.
Præterea quando initur contractus, ſufficit,

si res, super qua contrahitur possit tunc venire in commercium, quando contractus ultimatè perficitur, seu clauditur; quia tunc non est de re, quæ prohibetur venire in commercium: sed sponsalia sub conditione inita, si Papa dispensaverit, ut etiam quilibet alius contractus conditionatus, licèt ante purificatam conditionem sit de re, quæ non venit in commercium, si tamen post purificatam conditionem res veniat in commercium, contractus est validus, & incipit obligare, quia non est ampliùs de re, quæ non venit in commercium. Sponsalia autem cum adjecta conditione, si Papa dispensaverit, inita; non clauduntur, nec eorum perfecta obligatio inducitur, nisi quando purificatur conditio, seu ponitur à Papa ipsa dispensatio: ea enim est natura conditionis, ut suspendat valorem actus, donec conditio purificetur *l. si rem meam. 31. & l. si quis. 57. & l. si quis ita. 63. ff. de V.O.* & docent Baldus *in rub. C. de instit. & substit. sub. condit. facien.* Abbas *in c. constitutus de rescript.*

21 Ad secundum, in quo dicsbatur, id quod pendet à voluntate Principis, esse impossibile, respondetur cum distinctione; habetur ut impossibile, si Princeps illud nunquam concedat, verum est; non ita si Princeps consueverit illud concedere: in casu autem nostro pluries Pontifices dispensârunt super impedimento dirimente consanguinitatis, vel affinitatis, proinde dispensatio non est habenda pro impossibili.

22 Ad tertium, in quo addebatur, actum non retrotrahi, quando ab initio non potuit validè poni, respondetur, id tantùm esse varum de actu, qui ex natura sua debet statim sortiri suum effectum, non verò valet de actu, qui ex natura sua habet valorem suspensum, & veluti tractum successivum, ot est actus dependens à conditione futura, quæ si purificetur statim oritur valor in sponsalibus, & retrotrahitur ad tempus, quo primò fuerunt inita *l. qui balneum. ff. qui potiores*, & docet Alexander *in l. si filius. ff. de V.O.* Bart. *in l. quoties in fin. §. de nova, & in cons.* & desumitur etiam *ex l. 1. §. 1. ad sillan.*

23 Tum quia si propriè velimus loqui, talis valor non retrotrahitur: quia sponsalia habuerunt ab initio suum valorem, quia fuerunt de matrimonio ineundo tempore futuro post purificatam conditionem; & quando matrimoniũ licitè, ac validè potest contrahi: unde ab initio sponsolia tantùm habant valorem, & obligationem suspensam, donec purificetur conditio, immo obligant ad petendam dispensationem; adeo ut hæc obligatio sit proprius aorum effectus. Ad ultimũ, quod addebatur, respondetur, falsũ asse hujusmodi sponsalia reprobari à jure, quia jura tantùm reprobant sponsalia, quia reprobant matrimonium: & quia sponsalia conditionalia non sunt in ordine ad matrimonium reprobatum, neque ipsa sponsalia dicenda sunt jure raprobata.

§ VII.

De Impedimento publicæ honestatis, orto ex sponsalibus de futuro.

IMpedimentum publicæ honastatis est *propinquitas orta ex sponsalibus, vel matrimonio rato,* 1
proveniens inter unum sponsum, & consanguineos alterius; dicitur *propinquitas* ut significetur convenientia, quem habet hoc impedimentum cum affinitate; additur *ex sponsalibus, vel matrimonio etiam non consummato provenient*, quia per hoc publica honestas distinguitur ab affinitate, quia hæc oritur ex copula, & publica honestas tantùm ex vinculo, aut fide data, si inter sponsos intercedat copula, oritur etiam impedimentum affinitatis. Certum est publicam honestatem dirimere matrimonium, ut habetur *in c. unic. de sponsal in 6. de despons. impub. c. Juvenis. 3. ad audientiam. 4. c. sponsam. 8. h. t.* ubi Alexander III. expressè respondet, nullum consanguineum posse accipere sponsum alterius consanguinei: ratio hujus impedimenti est, quia æquum videtur ob publicam decentiam, ot matrimonia non contrahantur cum consanguineis prioris sponsæ, aut conjugis, sive consanguinei legitimi sint, sive illegitimi. Non tamen hoc impedimentum publicæ honeststis ortum ax sponsslibus excedit primum gradum lineæ rectæ, aut transversalis, adao ut sponsus non possit validè matrimonium contrahere cum matra, sorore, aut filia sponsæ; nec vicissim sponsa cum Patre, fratre, aut filio sponsi, benè tamen cum primis consanguineis siva ascendentibus, sive collateralibus, idque desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 3. de refor. matrim.* ubi corrigitur jus antiquum, quo hoc impedimentum extendebatur usque ad quartum gradum. Quòd si publica honestas oriatur ex matrimonio, dirimit usque ad quartum gradum, & desumitur ex decisione Pij V. in Extravag. quæ incipit, *ad Romanum* edita 21. Junij anno 1568. ubi hoc expressè definit, & declarat restrictionem juris communis factam à Concilio Tridentino solùm procedere in publica honestate orta ex sponsslibus de futnro.

An verò impedimentum publicæ honestatis 2
oriatur etiam ex sponsalibus invalidis? Respondetur, hoc impedimentum spectato jure antiquo canonico oriri ex sponsalibus contractis inter consanguineos, quamvis invalida sint, adeo ut mortuo sponso non possit sponsa ducere fratrem sponsi mortui, quamvis intercesserit juramentum, idque expressè declaravit Alexander III. in *c. ad audientiam 4. h. t.* ubi respondet, ex sponsalibus contractis inter consanguineos, atiam si nulla sint, nasci impedimentum publicæ honestatis, adeo ut mortuo sponso non possit mulier accipere fratrem sponsi mortui, quamvis intercasserit juramantum: unde spectato jure communi dacretalium oritur hoc impedimentom publicæ honestatis etiam ex sponsalibus initis ad dirimenda sequentia sponsalia, aut matrimonium. Verùm ex jura novo publica honcstas orta ex sponsalibus non dirimit matrimoni-

monium nisi sponsalia valida fuerint, idque probatur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 3. de refor. matrim.* ubi corrigitur jus antiquum quatum ad hoc, quia ante Tridentinum ex sponsalibus etiam invalidis quacunque causa, dummodo non essent invalida defectu consensûs, oriebatur publica honestas efficax ad dirimenda sponsalia, aut matrimonium sequentia, ut definivit Bonifacius VIII. *c. unic. de sponsal. in 6.* Publica tamen honestas orta ex matrimonio semper dirimit, sive matrimonium, ex quo oritur validum sit, sive irritum quacunque ex causa, præterquam ex defectu consensus, quia correctio juris antiqui facta à Concilio Tridentino *loc. cit.* non extenditur ad publicam honestatem ortam ex matrimonio de præsenti ex declaratione Pij V. in sua extravag. quæ incipit *ad Romanos.* An verò orietur etiam ex matrimonio clandestino; probabilior sententia negat, quia matrimonium clandestinum caret forma, & ratione matrimonij, & non habet vim sponsaliorum.

3 Non tamen ex sponsalibus posterioribus cum sorore prioris sponsæ oritur impedimentum dirimens priora sponsalia, quia per hoc differt hoc impedimentum ab affinitate, & consanguinitate, & desumitur ex *c. unic. de sponsal. in 6.* ubi Bonifacius VIII. respondet ex prioribus sponsalibus oriri impedimentum irritans posteriora, non ita ex posterioribus oriri impedimentum irritans priora, hoc idem etiam declaravit Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 3. de refor. matrim.* ubi dicitur, quòd impedimentum publicæ honestatis non oriatur ex sponsalibus invalidis: & quia posteriora sponsalia sunt invalida non oritur ex illis hoc impedimentum. Quòd si quis post sponsalia de futuro contrahat de præsenti cum sorore sponsæ, etiamsi non consummavit matrimonium cum secunda tenetur ducere primam: quia matrimonium contractum cum secunda non inducit impedimentum publicæ honestatis irritans priora sponsalia. Quòd si consummaverit matrimonium cum secunda, cum neutra potest validè contrahere.

4 Non tamen impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus incertis, ut si quis promittat ducere unam ex filiabus Petri nullâ ex illis designatâ, non oritur hoc impedimentum, ut decisum fuit à Bonifacio VIII. *in c. unic. ex sponsalib. in 6.* Ratio itidem est, quia hujusmodi sponsalia cum non tendant in personam determinatam, sunt irrita, & ex sponsalibus irritis non oritur hoc impedimentum. Immo nec oritur ex sponsalibus conditionalibus ante purificatam conditionem, unde si antequam conditio impleatur, vir contrahat cum sorore sponsæ de præsenti, matrimonium est validum, quia ante purificatam conditionem sponsalia manent suspensa, proinde nondum sunt valida in ratione sponsaliorum.

5 An verò sponsalia à pubere contracta cum puella minore septennio pariant hoc impedimentum? Respondetur, quòd si major septennio cum puella proxime septennio, in qua malitia suppleat ætatem, contrahat sponsalia, de futuro oritur justitia publicæ honestatis, idque desumitur *ex c. Juvenis 3. h. t.* ubi Eugenius III. respondit, quòd Juvenis, qui duxit puellam nondum septennem, si dubium sit, quòd tentaverit id, quod explere non potuit, contraxit impedimentum publicæ honestatis, & non potest contrahere cum consobrina, & si contrahat, sit separandus, quia in dubijs debemus tenere, quod certius existimamus; ubi juvat observare, quòd ille Juvenis, qui cum puella nondum septenni sponsalia contraxit, & forsan tentavit illam carnaliter cognoscere, & postea matrimonium voluit contrahere cum ejus consobrina, seu filia sororis matris suæ, nec cum illa ampliùs permanere, fuit id ipsi prohibitum, & certè non propter affinitatem ortam ex nisu, seu conatu, quo attentavit puellam cognoscere, quia affinitas non contrahitur ex solo conatu sed ex illo completo: unde impedimentum publicæ honestatis oriebatur ex sponsalibus de futuro, quæ præcesserant in illo Juvene.

6 Neque obstat, si dicas, ex sponsalibus contractis ante septennium non oriri hanc publicam honestatem, eò quia sponsalia inita ante septennium sint irrita. Nam contra est, quia in casu nostro antequam ex sponsalibus initis cum puella nondum septenni ortum fuit impedimentum publicæ honestatis, quia appetebat in puella illa, malitiam supplevisse ætatem, ac fuisse proximam septennio, ac proinde ex consensu præstito in sponsalibus validis, & ex mutua cohabitatione cum nisu ad copulam ortum fuit impedimentum publicæ honestatis, ut notat Barbosa *in collect. in d. c. n. 3. & sequent.* alioquin si priora sponsalia Juvenis inita cum puella fuissent invalida, non potuissent impedire, quin cum consobrina ipsius possettvalidè contrahere, quia quod de jure non sortitur effectum, non ponit impedimentum, ut liquet *ex regul. jur. 52. in 6.* Cæterum hoc impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus est tantùm de jure ecclesiastico, proinde non impedit, quin infideles possint matrimonium contrahere.

7 Oritur difficultas, an si sponsalia dissolvantur ex mutuo consensu utriusque sponsi, cesset impedimentum publicæ honestatis ortum ex illis; circa quam difficultatem non conveniunt Doctores: siquidem Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 6. n. 3.* Trullench. *de sacrament. lib. 7. c. 9. dub. 39.* Perez *de matrim. disp. 8 sect. 2. n. 4.* & alij censent, tale impedimentum non cessare, quamvis sponsalia dissolvantur ex mutuo consensu utriusque sponsi: ratio potissima, quâ nititur hæc sententia, est, quia impedimentum matrimonij non dependat à voluntate contrahentium, sed ab ecclesia, quæ constituit, ut impedimentum publicæ honestatis oriatur ex sponsalibus validis, atqui sponsalia in hoc casu supponuntur validè contracta, licèt postea ex mutuo consensu contrahentium dissolvantur: immo non dissolverentur, nisi antea ligâssent, ac fuissent valida, non enim ob id non fuerunt valida, quia postea dissolvuntur. Tum quia ratio propter quam inductum est ab ecclesia impedi-

pedimentum publicæ honestatis adhuc militat, quando spoosalia mutuo consensu dissolvuntur, quia non decet matrimonium contrahi inter aliquas persooas, quæ sibi factæ suot propinquæ per sponsalia: alioquio hoc impedimentum etiam cessarer post mortem alterius sponsi, quia sponsalia oon videotur magis dissolvi per mutuum consensum, quàm per mottem, ob quam perpetuò dirimuntur.

8 Quòd si dicss, sponsalia, quæ mutuo consensu dissolvuntur evanescere immediatè, & ratione sui, non verò quæ morte alterius, quia tunc ooo ratione sui, & immediatè; sed tantùm mediatè, & ex defectu subjecti cessant, quia ipsis viveotibus semper uons pertinuit ad alium, & ècontra; proinde ex istis utpote perpetuis, & semper validis oritur hoc impedimentum, non ex illis. Cootra est, quia etiam per mortem alterius ex sponsis evaoescunt spoosalia, imò eò magis, quò per mortem perpetuò dissolvuntut: secus dissoluta per mutuum consensum, iterum per novum consensum contrahi possunt. Tum quia etiam per mortem evanescuot sponsalia immediatè, & ratione sui, quia immediatè evanescit omnis coosensus, & radix illius, seu voluntas demottui sponsi, quapropter sicut sponsis viventibus unus desinit ad alterum pertinere per mutuum consensum; ita multò magis mortuo alterutro, unde non posset discrimeo assignati, cur hoc impedimentum publicæ honestatis debeat cessate si spoosalia dissolvantur ex mutuo conseosu contrahentium, & non debeat etiam cessare, si dissolvantur mortuo alterutro ex sponsis, ut ootat Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 65. n. 21.*

9 Nihilominus contraria seotentia videtur probabiliot, quam docet Diana Coord. *de Sacram. matrim. resol. 23. n. 2. & resol.* 22. ubi ait hanc sententiam consuluisse, & eidem postea adhæsisse plures Doctores ex Dominicana familia, & Sncietate JEsu. Ratio est, quia semel quòd sponsalia mutuo contrahentium consensu solvuntur sunt irrita, & nullam ampliùs habeot vim, nec ullum post se relinquunt effectum: secus si alterutro ex sponsis mortuo dissolvantur, non omnino quoad effectum pereunt, immo nec quoad se, quia sponsalia illa censerentur perpetua, quia sponsus suppooitur dicessisse in eadē voluntate standi promisso, si superviveret: hinc sacra Congregatio censuit, talia sponsalia esse invalida ad hunc effectum, ut ex ijs oriatur impedimentum publicæ hooestatis, si ex mutuo cootrahentium consensu, fuerint dissoluta, ut notat Joannes Præpositus *in 3. p. D. Thoma. q. 7. de imped. matrim. dub.* 14. *num. 144.* apud Dianam *loc. cit.* Quòd si sponsalia dissolvantur ex morte unius partis, ante cootractum matrimonium, vel judicis sententiam; adhuc pariunt hoc impedimentum: quia subsequens dissolutio oon obllat, quò minus fuerint valida.

10 Obijcit tameo Sanchez *lib. 7. de matrim. tom. 2. disp. 65. n. 21.* quia nulla major sponsalium dissolutio potest contingere, quàm per alterius sponsi mortem: ergo si noo obstante dissolutione per hanc mortem adhuc perseverat impedimentum, à fortiori etiam perseverabit, si sponsalia communi cootrahenrium consensu dissolvantur. Verùm est dispar ratio, quia qui cootrahit sponsalia, si postea moriatur, censetur io eadem voluntate decessisse, vel saltem debnisse decedere, quamdin alter non dissentit: at noo ita contingit, quando sponsalia communi consensu contrahentinm dissolvuntur, quia tunc adest utriusque partis voluntas expressa dissolveodi sponsalia, & hæc est rstio, ut notat Diana *loc. cit.* cur impedimeotum publicæ hooestatis oon cesset, si spoosalia per mortem alteriua spoosi dissolvantur: cesset verò, si dissolvaotur communi utriusque cootrahentis consensu.

Quòd si quæratur, an ex sponsalibus irritis 11
ex defectu consensûs, vel ob aliud impedimentum occultum oriatur impedimentum publicæ hooestatis. Affirmant Basilins Pootius *lib. 7. c. 35. n. 10.* Layman *lib. 5. tract. 10. c. 9. n. 4.* & alij plnres, quos citat, & seqnitur Saochez *lib. 7. de matrim. disp. 68. n. 14.* & nititur hæc sententia, eò quia hoc impedimentum statutum sit propter indecentiam, quam secum trahit matrimooium cum consanguioea in primo gradu illius, cum qua sponsalia fueruot contracta: atqui hæc eadem indecentia semper oritur, quoties publicè constat, sponsalia valida fuisse, quamvis defacto in se sint irrita.

Quòd si dicas, Conciliom Tridentinnm de- 12
clarâsse ex sponsalibus quscuoque ratione invalidis non oriri hoc impedimentum publicæ honestatis. Respondent, Coocilium intelligi de quacunqne ratione, quæ cognoscitnr, quia tunc cùm puteotur valida, semper oritur eadem indeceotia, consequenter idem impedimeotum publicæ hooestatis.

Verùm contrarism sententiam putârim pro- 13
babiliorem, ac illi adhærendom cum Diana Conrd. *de sacram. matrim. resol. 24. num. 2.* Rebell. *lib. 3. q.* 14. Cooinck *disp. 32. dub. 5. num. 69.* Hurtado. *de matrim. disp. 21. difficult.* 1. *num.* 4. Ratio est: quia Concilium generaliter declarat, ex sponsalibus quacunque ratione invalidis nullum contrahi impedimentnm publicæ hooestatis: & sicut Concilium non limitat, ita nec nos debemus limitare; proinde sine sufficiente fundameoto restringitur Concilium ad illa sola sponsalia, quæ snnt publicè invalida: alioquin oeque ex sponsalibus validis omnino occultis hoc oriretur impedimentum: quia nulla indecentia esset in tali contractu cum consanguineis sponsæ. Quamobrem hoc impedimentum non oritnr ex indecentia apparente apud homines, sed ex indecentia iotrinseca rei, & quæ oritur spectato ipso contractu in se.

Si petatur, an hoc impedimentnm publicæ 14
honestatis oriatut etiam ex sponsalibus fictè initis scilicet ore tenus, & absque consensu interiori Sanchez *lib. 7. disp. 68. n. 15.* Pootius *lib. 7. c. 36. num.* 16. & alij apud ipsos docent, etiam ex sponsalibus fictè celebratis, seu ore tenus, & sine interiori consensu oriri hoc impedimentum publicæ honestatis, eò quia censent, talia spoosalia in foro externo esse valida cùm

exte-

exteriùs liberè, & seriò absque ullo joco fuerint celebrata, obligéntque tam ex justitia, quàm fidelitate. Tum quia ratio ob quam fuit ab Ecclesia statutum hoc impedimentum, fuit impedire scandala, & publicam indecentiam, ut colligitur *ex c. Juvenis. 3. h. t.* atqui hæc ratio æquè urget, quando sponsalia exteriùs apparent valida, & ad eorum valorem nil aliud requiritur, quàm internus consensus: quia cùm internus consensus lateat homines non potest impedire, quin apud homines oriatur indecentia, ac impedimentum publicæ honestatis. Nihilominus contraria sententia est probabilior, cui puto adhærendum cum Hurtado *de matrim. disp. 21. difficult. 1.* Martino Perez *de matrim. disp. 8. sect. 3. num. 3.* ubi probat ex sponsalibus invalidis ob defectum solius interni, & occulti consensûs nullum oriri impedimentum publicæ honestatis, quia Concilium Tridentinum expressè ait, ex sponsalibus quacunque ratione invalidis nullum contrahi impedimentum publicæ honestatis: unde si Concilium generatim loquitur de sponsalibus, quæ non sunt valida ex quacunque ratione, seu causa; per verba hæc universalissima complectitur causas omnes invaliditatis: & quia defectus consensûs interni est una ex causis, quibus invalidantur sponsalia, ideo hæc causa comprehenditur etiam sub universalissima dispositione Concilij: alioquin sine ullo sufficiente fundamento restringeretur Concilium ad illas solas causas, quæ notoriè invalidarent sponsalia: eò enim ipso, quòd Concilium definit, non oriri hoc impedimentum ex sponsalibus quacunque ratione invalidis, comprehendit omnem invaliditatem etiam illam, quæ oritur ex defectu consensûs interni; proinde in foro conscientiæ non dirimit subsequens matrimonium: licèt in foro fori, probari debeat defectus interni consensûs, cum hic lateat homines.

15 Hinc non urget, quod respondet Sanchez, Tridentinum esse intelligendum de quacunque ratione externa, & apparente, quâ irritantur sponsalia, eò quia cum tale impedimentum institutum sit ob publicam honestatem, & vitandi scandali causâ; ideo defectus consensûs, ob quem non inducitur impedimentum debet, esse externus, & hominibus innotescere. Contra est, quia verba Tridentini sunt universalia, & comprehendunt quamcunque nullitatem externam, & internam, seu occultam, & apparentem, quod enim est ex se universale, non debet restringi, sed intelligi secundùm totam universalitatem, ad quam potest sa extendere.

§. VIII.

Quibus modis sponsalia dissolvantur.

1 Sponsalia tunc dicuntur dissolvi, quando non ampliùs obligant, perinde ac vinculum tunc dicitur solvi, quando non ampliùs ligat. Dissolvuntur autem sponsalia varijs modis. Primò morte alterutrius, nam mors omnia solvit *Novel. 22. de nupt. c. 20. in princ.* Secundò ex mutuo contrahentium consensu, seu mutua remissione ipsorum sponsorum: ratio est quia cum dicta remissio cedat in favorem sponsorum possunt isti cedere juri suo, quemadmodum societas consensu sociorum inita dissensu mutuo dissolvitur, ut desumitur *ex c. præterea. 2. h. t.* quia quisque potest remittere, quod suâ interest, quamdiu non resultat vinculum indissolubile. Tum quia nil tam naturale, quàm unumquodque dissolvi eo modo, quo ligatum est *l. nihil tam naturale, 35. de regul. jur.* omnis enim res, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur *c. 1. de regul. jur.* excipitur contractus matrimonij, qui ob rationem Sacramenti est indissolubilis,

2 Cæterum id extenditur etiam ad sponsalia juramento firmata: ratio est, quia juramentum promissorium adjectum contractui est illi accessorium; proinde sequitur ejus naturam, & conditiones; sicut accessorium sequitur naturam sui principalis *c. quemadmodum. 25. de jurejur.* proinde sublatâ per mutuum contrahentium consensum obligatione orta ex contractu sponsaliorum, tollitur etiam illa, quæ est ex juramento, quia sicut obligatio juramenti fundabatur in obligatione sponsaliorum, sublatis sponsaliis tollitur eorum obligatio, seu fundamentum, quo nitebatur obligatio juramenti, & sublato fundamento necesse est, corruat res fundata.

3 Tum quia si juramentum fuit præstitum in favorem partis, ut supponitur, potest ejus consensus remitti, quia quilibet potest favori suo renunciare, & quia juramentum dirigitur in Deum tanquam in testem promissionis homini factæ, Deus illud acceptat, vel remittit juxta voluntatem, & intentionem hominis.

4 Præterea ut ex mutuo consensu contrahentium sponsalia dissolvantur, debent, qui contraxerant simul liberè, & non coactè assentiri in sponsaliorum dissolutionem: alioquin si unus ex sponsis à sponsalibus resiliat sine causa, altero non consentiente, tunc qui resilit, graviter peccat, & non liberatur ab obligatione: & alter, si velit, fit liber, quia prior sponsalibus renuntiavit, ut notat Sanchez. *disp. 52. n. 4.* Quin imò si alterutra pars non sponté, ac liberè consentit in dissolutionem sponsaliorum, sed minis, & terroribus, vel ex nimia importunitate ad id fuit inductus, & quasi coactus ab altero sponso, tunc qui ita alium induxit, manet obligatus in conscientia ad servanda sponsalia, ut docet Tanner. *tom. 4. disp. 8. q. 1. dub. 4. n. 59.*

5 Præterea ut ex mutuo consensu dissolvantur sponsalia, debent ambo sponsi esse puberes, quia si alter eorum sit impubes, non dissolvuntur sponsalia mutuo consensu, nisi impubes ad años pubertatis pervenerit *c. à nobis 8. c. de illis 9. inf. de despon. impub.* idque statutum fuit ob inconstantiam, & levitatem puerorum, ne frequenter nova contrahant sponsalia. In hac tamen specie solo dissensu illius, qui pubes factus est, sponsalia distrahuntur, non spectato consensu alterius, sive puberis, sive impuberis *d. c. de illis de desponf. impub.* Id tamen limitatur, nisi fortassis sponsalia juramento firmata fuerint, quia tunc etiam alterius dissensus requiritur *c. ex litteris 10. h. t.*

Oritur tamen dubium, an ſponſalia juramento firmata diſſolvantur ax mutuo conſenſu, etiam quando juramentum illis fuit appoſitum intuitu pietatis, adeo ut juramentum ſponſalibus adjectum ſit principaliter in honorem Dei, ut ſi Titius jurer Lucretiæ pauperi, ſe eam ducturum propter Dei amorem, adeo ut tota promiſſio cedat in favorem Lucretiæ pauperis. Reſpondent Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 25. n. 8.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c 14 n. 8.* Pirhing *de ſponſal. & matrim. ſect. 2. §. 1. n. 40.* affirmativè, quia juramentum ita in Dei honorem eſt præſtitum, ut tota res promiſſa cedat in ntilitatem partis; ait enim Pirhing, ſi quis intuito pietatis juret fœminæ pauperi, ſe eam in uxorem ducturum, tum Deus recipit juramentum tale in utilitatam partis, proinde pars, cui res promiſſa eſt ſub juramento, poteſt illud remittere, ſi velit, & citat Pirhing pro hac ſententia Covarruviam *in epit. l. 4. decret. p. 1. c. 5. n. 1.* Abbat. *in c. praterea 2. n. 3. h. t.* Sanchez *lib. 1. de ſponſal. diſp. 52. num. 6. & ſequent.*

7 Nihilominua putârim adhærendum eſſe contrariæ ſententiæ, quæ deſumitur ex D. Thoma in *2. 2. q. 89 a. 9. ad 2.* ubi ait: *hominem poſſe alteri promittere aliquid dupliciter; uno modo, quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipſius, ut ſi ſub juramento promittat, ſe ſerviturum ei, vel pecuniam daturum: & à tali promiſſione poteſt abſolvere ille, cui talis promiſſio facta eſt: intelligitur enim jam ſolvere promiſſionem, quando facit ſecundùm voluntatem ejus. Alio modo, quando promittit aliquis alteri, quod pertinet ad honorem Dei, vel utilitatem aliorum, puta, ſi aliquis ſub juramento promiſit alicui ſe intraturum Religionem, vel aliquod opus pietatis facturum: & tunc ille, cui promittitur, non poteſt abſolvere promittentem: ratio eſt, quia promiſſio non eſt facta ei principaliter, ſed Deo.* Docet expreſsè D. Thomas, quòd quando aliquid promittitur intuitu pietatis, & religionis principaliter non poſſit remitti, ut etiam docet Sotus *lib. 8. de juſtit. q. 1. art. 9. ad 2.* Ledeſma *de matrim q. 43. art. 13.* Navarrus *in ſummo c. 22.* Sylveſter *V. juramentum 9. q. 5.* ratio id etiam ſuadet, quia quando juramentum eſt principaliter præſtitum in honorem Dei, adeo ut per ipſum confirmetur aliqua promiſſio facta homini, tunc non homo, ſed Deus eſt principalis creditor, cui propterea ex merito talia juramenti fuit jus acquiſitum: proinde ſine authoritate Dei, vel ejus in terris, qui vicem gerit Chriſti, ſeu ſine authoritate ſummi Pontificis non poteſt tale juramentum remitti, nec relaxari. Tum quia juramentum factum Deo intuitu pietatis, & principaliter propter Dei honorem æquivalet voto, ut notat Sotus *loc. cit.* & cum in voto nulla perſona privata poſſit diſpenſare, eò quia ſoli Deo ſit jus acquiſitum; ita quia jus ex vi talis juramenti acquiritur ſoli Deo principaliter non poteſt à perſona privata relaxari.

8 Neque obſtat fundamentum oppoſitæ ſententiæ, quo dicitur, juramentum Deo præſtitum recipi à Deo in utilitatem partis; proindè poſſe hanc cedere jure ſuo. Nam id tantùm eſt verum, quando juramentum propriè, & principaliter præſtitum fuit intuitu partis, & in ejus utilitatem: non verò quando præſtitum eſt principaliter intuitu pietatis, & religionis; quia tunc Deus illud acceptat tanquam præſtitum in ſui honorem; adeo ut ipſe ſit principalis creditor, & non poſſit homo privatus laxare jus eidem acquiſitum. Hinc notavit Sotus in hujusmodi promiſſionibus homini factis ſub juramento eſſe inquirendam promittentis, ſeu jurantis intentionem, an fuerit principaliter in favorem partis, cui facta fuit promiſſio, & tunc poteſt pars in cujus favorem fuit juramentum præſtitum cedere juri ſuo, & relaxare juramentum: non ita ſi principaliter fuit juramentum præſtitum in honorem Dei, & intuitu pietatis: quia tunc principalis creditor eſt ſolus Deus, & ſicut non poteſt relaxari juramentum confirmatorium præſtitum in favorem Petri, ſine conſenſu Petri: ita neque poteſt relaxari juramentum præſtitum in honorem Dei, ſine conſenſu ipſius Dei, vel illius, qui in terris vicem gerit illius, adeo ut requiratur authoritas ſummi Pontificis, ut notat D. Thomas. *2. 2. q. 88. a. 3.*

9 Cæterum cùm ſponſalia dicuntur mutuo conſenſu diſſolvi, id debet intelligi de ſponſalibus pubetum; quia de ſponſalibus Impuberum eſt alia diſpoſitio, ut liquet *in c. de illis, & c. à nobis de ſponſ. impuber:* ſiquidem impuberes contrahentes ſponſalia non poſſunt reſilire, donec nacti fuerint pubertatem: onde impuberes à jure prohibentur mutuo conſenſu diſſolvere ſponſalia ob levitatem, quâ faciliter impuberes mutant conſilia; & paſſim reſilirent, paſsimque contraherent. Cæterum accedente pubertate, qui priùs illam attigerit poteſt reſilire, adeo ut non ſit illi opus expectare pubertatem alterius; ſiquidem ex ſolo ejus diſſenſu poſt pubertatem ſponſalia diſſolvuntur. Immo putârim ſtatim ac pubertatem attigerit tenari reclamare; alioquin ſi taceret, cenſeratur ſponſalia firmare, ac ſi poſt pubertatem illa contraxiſſet: quinimò hujusmodi raclamatio non ſolùm videtur neceſſaria pro foro conſcientiæ, adeo ut non ſufficiat, ſi tantùm interiùs fiat; ſed requiritur, ut ſit ſenſibilis: ratio eſt, quia ſicut ad contrahenda ſponſalia non ſufficit ſolus interior conſenſus, niſi exteriùs manifeſtetur; ita nec ſufficit ad diſſolvenda ſponſalia jam contracta ſolus interior diſſenſus, ſed neceſsè ſit, ut manifeſtetur exteriùs coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, & ipſis deficientibus coram honeſtis perſonis juxta *textum in c. fin. de appellat.*

10 Tertiò diſſolvuntur etiam ſponſalia elapſo termino, ſeu tempore ad matrimonium contrahendum præfixo, & deſumitur *ex c. ſicut 22. h. t.* adeo ut, ſi in contractu ſponſaliorum appoſitus fuit dies, & terminus de matrimonio contrahendo, ſi per aliquem ex ſponſis non ſteterit, quin contraheretur tali die præfixo, poſſit ipſe reſilire, qoia lapſus termini appoſiti contractui ſponſaliorum eximit ab obligatione illum, per qoem non ſtetit; alius verò, qui noluit con-

con-

contrahere tali die, adhuc ligatur, ne ex sua culpa commodum reportat. Quòd si per utrumque statisset, utetqua manet liber: si taman ia, per quem stetit, culpa vacet, sponsalia non dissolvuntur, nimirum si absque culpa utriusque contrahentis præfixus terminus elaberatur, ut notat Covarruvias *de matrim. 1. p. c. 5. n. 8.*

11 Juvat observare, duobus modis posse contractui sponsaliorum apponi terminus ad contrahandum matrimonium. Vel ad restringendam obligationem, ita ut nisi intra tale tampus matrimonium ineatur, liceat resilire: & tunc si per utrumque contrahentam stetit, quo minus matrimonium contraheretur ex parte utriusque solvuntur sponsalia: Sin verò tantum per alterutrum stetit, hic adhuc obligatur, ne ex culpa sua commodum sentiat; & alter remanet liber. Vel tempus apponitur obligationi sponsalium, postquam hæc contracta sunt; & solùm ad statuendam, val axequendam obligationem; adeo ut matrimonium tunc contrahi debeat, alioquin para, per quam stetit, ne sequeretur matrimonium, in mora culpabili censeatur esse, & tunc lapsu temporis, seu termini præfixi non dissolvuntur sponsalia; sed ambo contrahentas adhuc manent obligati: ratio discriminis est, quia in priori casu non habetur nisi unica obligatio, & illa, non absolutè, sed alligata certo tempori, quo dilapso extinguitur obligatio, eò quia casset conditio: secus in posteriori casu habetur duplex obligatio, una contrahandi matrimonium, & altera contrahendi tali tempore; unde tametsi cessat secunda obligatio, eo quia matrimonium non contrahatur die illo præfixo, ad quem uterqua sponsus se obligavarat: adhuc manat prior obligatio contrahendi matrimonium io aliquo tempora, & cùm hæc obligatio sit absoluta, non dependet ab alia, quia propterea cassante, illa non cessat *l. celsus. 23. §. 1. ff. de recept. arbit.*

12 Quartò dissolvuntur sponsalia per matrimonium subsaquens validè celebratum cùm alia persona: ratio est, qui res uni tradita per contractum indissolubilem non potest ampliùs tradi alteri, ani tantummodo promissa fuerat, & desumitur *ex c. 1. de sponsa duorum. & c. si inter 31. h. t.* Tum quia matrimonium tametsi tantùm sit ratum, est fortius vinculum, proindo dirimit sponsalia priora de futuro, tametsi fuerint juramento firmata. Quòd si subsaquens matrimonium invalidè contraheretur, priora sponsalia non dissolverentur, quia juxta *regul. jur. 52. in 6. non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum*; maneret tamen altar liber à fida sponsaliorum, quia par illam voluntaram contrahendi visua est à sponsalibus recessisse. Non tamen vidarur improbabilis eorum sententia, qui docent, sponsalia non omnino extingui in casu, quo alter expectet, sed tantùm suspendi, adeo ut soluto matrimonio teneatur alter sponsus priora sponsalia servare: ratio est, quia promissio simplex religionis non extinguitur per traditionem incompossibilem posteriorem matrimonij consummati, sed suspanditur, & ao soluto omninò obligat: pari pacto promissio matrimonij non extinguitur per traditionem incompossibilem alterius matrimonij, ut docet Basilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 13. n. 4.*

An verò dissoluto matrimonio adimplenda sint priora sponsalia jurata, negat Sanchez *lib. 1. disp. 48.* adeo ut non teneatur sponsus ad priora, nisi fortassis ratione damni, ut si defloraverit sponsam bonæ famæ, nec illi antea satisfecarit: quia juramentum adhibitum fuit ad confirmandam promissionem; unde extinctâ promissione cessat etiam obligatio juramenti: & hæc sententia probabilis est: licèt contraria censeatur etiam valde probabilis, adao ut dissoluto matrimonio teneatur adimplere priora sponsalia jurata ratione juramenti, quia cùm hoc fuerit validum, ejus obligatio non fuit extincta per subsequans matrimonium; sed solummodo suspensa, ideo mortua uxore tenetur stare prioribus sponsalibus ratione juramenti, ut docet Coninck *disp. 23. dub. 4.* Bonac. *de sponsal. disp. 1. punct. 7. n. 3.* 13

Cæterum par sponsalia posteriora non solvuntur priora, quia secunda sponsalia, quamvis juramento firmata sunt invalida, cum non possit quis rem aliquam alteri promittere, si eandem validè alteri jam obligaverat. Neque obstat jutamentum, quia hoc non est vinculum iniquitatis *c. quanto 18. de jurejur.* Neque juramentum obligat cum præjudicio tartij, ut desumitur *ex regula: non est obligatorium 58. de reg. jur. in 6.* licet ex parte alterius sponsi, qui non contraxit secunda sponsalia, priora sint soluta, adeo ut sit in ejus libertate, si velit ab ijsdem recedere; ratio est quia contrahens secunda sponsalia censatur recessisse à prioribus. 14

An verò priora sponsalia dissolvantur per secunda saltam ratione copulæ subsecutæ. Respondetur, in rigore non dissolvi, sed sponsum teneri stare prioribus sponsalibus, tametsi copulam habuerit cum secunda sponsa; ratio est, quia post Concilium Tridentinum secunda sponsalia non transeunt par copulam in matrimonium, tametsi affectu matrimoniali fiat copula; unde priora sponsalia non dirimuntur. Neque per injuriam illatam posteriori sponsæ extinguitur jus prioris. Quòd si dicas, sponsum, qui corrupit Virginem sponsam, si antea voverat religionem, vel castitatem, teneri eam ducere: Contra est, quia ast dispar ratio; siquidè ex voto oritur solùm obligatio ex religione: ax sponsalibus autem cum defloratione oritur obligatio ax justitia, quæ est fortior. 15

Tum quia prius votum non omnino tollitur, sed suspenditur per matrimonium; è contra prior obligatio per subsequens matrimonium omnino extinguitur. Cæterum nonnunquam sponsalia priora ita dissolvuntur per posteriora cum copula, ut matrimonium cum neutra possit iniri: & hoc contingeret, si sponsalia posteriora cum copula, habita sint cum cognatâ in primo gradu prioris sponsæ; ut si Titius post contracta prima sponsalia cum Lucretia, contraharet secunda cum ejus sorore, cum qua rem atiam 16

rem etiam haberat, tunc enim cum prima sponsa non posset contrahere matrimonium ob impedimentum affinitatis, neque cum secunda ob impedimentum publicæ honestatis ortum ex primis sponsalibus validis.

17 Nihilominus contraria sententia nimirum posteriora sponsalia inita cum copula esse servanda non est improbabilis, & eam docet Basilius Pontius *lib.* 18. *c.* 14. *n.* 4. eamque etiam indicat Sanchez *l.1. disp. 49. n. 6.* ubi ait, nonnunquam ex æquitate posteriora sponsalia servanda esse, ut si corrupta grave damnum famæ pateretur, & prior sponsa non nisi leviter læderetur, tunc enim saltem ex charitate hæc teneretur consentire in solutionem sponsaliorum ad vitandum grave damnum alterius; & tunc posset judex priora sponsalia dissolvere. Tum quia ut notat Pontius *loc. cit.* quando duo contendunt, unus de lucro acquirendo, & alter de damno vitando, huic potiùs favendum est, quàm primo: atqui secunda sponsa contendit de damno vitando, cùm fuerit deflorata, & exigit nuptias, ut damnum evitet: prior verò tantùm contendit, ut lucrum acquirat, proinde tunc quæ damnum est passa saltem ex æquitate, & charitate videtur præferenda alteri, quæ nullum fuit damnum passa, & cui posset satisfieri per quid aliud.

18 Quintò dissolvuntur priora sponsalia de futuro per ingressum in Religionem approbatam emissâ in eadem solemni professione; quia per talem professionem solemnem dissolvitur matrimonium ratum, & nondum consummatum *c. ex publico 7. de convers. conjug.* ergo à fortiori etiam sponsalia de futuro, ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 1. c. 5. n.* 11. An verò dissolvantur etiam per solum ingressum in Religionem. Respondetur, tunc alterum sponsum manentem in sæculo liberari ab obligatione sponsaliorum; adeo ut si velit, possit cum alio matrimonium contrahere, quia eo ipso, quòd alter sponsus ingreditur Religionem, censetur ipso facto renuntiare sponsalibus priùs initis, cùm hæc non possint cohærere cum statu religioso.

19 Tum quia esset probro sponsæ manenti in sæculo, si teneretur nubere sponso, qui exuit habitum religiosum: & nimis etiam durum accideret sponsæ, si teneretor expectare, donec sponsus absolveret in religione novitiatum. Sponsus verò qui religionem ingreditur, si in ea non emittat solemnem professionem, sed postea exuat habitum religiosum, probabilius est, non liberari ab obligatione sponsaliorum, adeo ut si sponsa velit illi nubere, teneatur hic eam ducere, ut docent Tannerus *tom. 4. disp. 8. dub. 4. num. 47.* Pirhing *lib. 4. tit. 1. sect. 2.* §. 2. Layman *lib. 5. tract.* 10. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 3. ratio est, quia simplex ingressus in religionem non habet ex natura sua omnino dissolvere sponsalia, quia cùm possit ante emissam solemnem professionem quis egredi, & nubere: ideo simplex ingressus non reddit impossibilem contractum matrimonij; proinde non dissolvit contractum sponsaliorum: neque etiam id habeat ex jure positivo, quia nullibi id reperitur; unde egrediens è religione non emissa solemni professione non est liber ab obligatione sponsaliorum, quæ antea contraxerat. Tum quia quilibet post contracta sponsalia, si ipsum pœniteret sponsaliorum, à quibus nollet sponsa resilire, posset per aliquot septimanas ingredi aliquam Religionem, ea tantùm intentione, ut inita sponsalia dissolverentur, & postea iterum egrediendi, ac aliam ducendi, quod esset contra æquitatem.

Cæterum per votum ingrediendi Religionem, & profitendi dissolvuntur sponsalia priùs 20
inita, quamvis fuerint juramento firmata, ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 1. c. 5. n.* 11. siquidem promissioni sponsaliorum semper intelligitur adjecta hæc tacita conditio, nisi promittens perfectiorem religionis statum elegerit unde est semper liber sponsus, & potest eligere: hunc perfectiorem religionis statum; quia stante hac electione priora sponsalia corruunt: sicut est nullus quivis alius contractus conditionalis, si conditio non purificetur. Tum quia spons⁹, tametsi juramento firmaverit sponsalia, adhuc potest religionem profiteri, consequenter potest etiam rescissis sponsalibus religionem vovere. Id tamen limitatur si sponsa inde gravem infamiam incurreret, præsertim si sub spe matrimonij fuerit carnaliter cognita à sponso: vel ut proles ex ea concepta legitima fiat: tunc enim tenentur sponsus contrahere priùs matrimonium; quia votum ingrediendi religionem cum gravissimo damno proximi non censetur Deo gratum, neque obligare, eò quia injustum inferat sponsæ damnum.

Hinc qui non solùm sponsalia cum puella 21
Virgine contraxit, sed etiam sub spe matrimonij eam corrupit, non potest ante contractum matrimonium religionem ingredi; sed tenetur eam ducera. Imò id etiam procedit quamvis copula non sit secuta; sed puella notabilem inde patiatur propriæ famæ jacturam: ratio est quia tunc sponsus non posset injuriam violatæ virginitatis, aut detrimentum famæ aliter resarcire, quàm eam ducendo: & quia ex justitia tenetur illatum damnum resarcire; tenetur etiam eam ducere. Quòd si votum religionis emissum priùs fuerit antequam contraherentur sponsalia, & post contracta sponsalia sponsus sponsam Virginem corrumperet fide datâ de matrimonio contrahendo Sanchez *lib. 1. de sponsal. disp. 44. num. 3.* & alij, quos ipse citat, docent, votum illud, quamvis initum ante sponsalia non inducera obligationem, eò quia res sint ita notabiliter mutatæ, ut sine magno tertij damno non possit votum impleri.

Tum quia, qui postqnam vovit Religionem 22
puellam à se corruptam ducit, non absolvitur omnino à voto, sed ejus executio tantùm differtur ad tempus, adeo ut cùm primùm solvitur matrimonium, teneatur ingredi, si idoneus sit, quia vovens quantum potest, tenetur suum votum implere. Nihilominus contraria sententia est communior, eique adhærendum, quia per votum emissum ante sponsalia, fuit Deo

priùs

prius jus quæſitum, & non poteſt vovens propria authoritate tollere jus Deo quæſitum, ſe magis obligando creaturæ; vel ſuſcipiendo ſtatum voto contrarium: unde in hoc caſu ſponſus, qui poſt emiſſum votum Religionis contraheret ſponſalia, & corrumperet ſponſam ſide datâ de matrimonio contrahendo, teneretur à ſummo Pontifice petere diſpenſationem à voto, ut ejus obligationem cognitâ causâ relaxet. Propoſitum tamen ſervandi cœlibatum in ſæculo nulla ratione ſponſalia dirimit; ratio eſt, quia tale propoſitum, ſi voto non firmetur, non conſtituit ſtatum: quòd ſi votum caſtitatis ſponſalibus ſuperveniat, quamvis probabile ſit, ea diſſolvi, eò quia ſit de meliori bono, ut docent Sotus *in 4. diſt. 27. q. 2. a. 5.* Angelus *V. ſponſ. num. 5.* adhuc probabilius eſt, ut ſuperiùs diximus, ea non diſſolvere, quia Deus non acceptat promiſſionem rei, priùs alteri promiſſæ, & in ejus præjudicium.

23 Per ſuſceptionem tamen Ordinis ſacri Subdiaconatûs, vel Diaconatûs ſolvuntur ſponſalia de futuro, quia reddunt ſuſcipientem incapacem matrimonij ob votum ſolemne caſtitatis adnexum Ordini ſacro. Per ſuſceptionem autem minorum ordinum non dirimuntur ſponſalia priùs contracta, proinde ſponſus licitè poteſt ad illos promoveri, quia hi ordines non repugnant matrimonio, nec impediunt, quo minus poſſit ſponſus eos licitè ſuſcipere. Difficultas tamen oritur an ſolum votum ſuſcipiendi Ordines ſacros etiam dirimat ſponſalia priùs contracta. Affirmant nonnulli, eò quia ſtatus eccleſiaſticus cùm ſit dignior, & ſanctior ſtatu matrimonij, tale votum eſt de meliori bono, & non videtur impediri per obligationem ſponſaliorum, quæ ſunt minoris momenti, & vinculum longè debilius. Nihilominus contraria ſententia eſt probabilior, eique adhærendum; adeo ut per votum ſuſcipiendi Ordinem ſacrum non dirimantur ſponſalia priùs contracta: quia hoc votum non cenſetur Deo gratum, eò quia ſit cum damno tertij.

24 Tum quia res eadem priùs promiſſa uni, non poteſt alteri iterum promitti: & cùm ſponſus per contractum ſponſaliorum promiſerit ſe ipſum ſponſæ, non poteſt alteri ſe promittere, alioquin eluderetur promiſſio facta ſponſæ, quod Deo non placet. Tum quia votum caſtitatis incluſum in ordine ſacro per ſe, & ex natura ſua non eſt ſolemne, ſed tantùm per accidens, & ex inſtitutione eccleſiæ habet effectum voti ſolemnis. Tum quia in jure non habetur, quòd hic effectus dirimendi ſponſalia oriatur ex ſolo voto ſervandæ continentiæ. Tum quia ſuſcipiens ordines ſacros poſt contracta ſponſalia infert ſponſæ grave damnum, & notabilem injuriam, proinde ſine conſenſu ſponſæ cedentis juri ſuo, non poteſt ſponſus ordines ſacros ſuſcipere. Quia verò ſponſus, qui vovit ordines ſacros ſuſcipere per ipſum votum præſumitur renuntiâſſe ſponſalibus priùs contractis; ideo ſponſa liberatur ab obligatione eorundem ſponſaliorum, & ſi velit, poteſt alteri nubere.

25 Sextò notabilis mutatio ſtatus ex parte ſponſi, vel ſponſæ ſolvit etiam ſponſalia, ſi ob talem mutationem notabiliter difficilior reddatur ſtatus matrimonij, & deſumitur *ex c. quemadmodum. 25. de jurejur.* & docet Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 62. n. 3.* quia promiſſio non obligat ultra promittentis intentionem, & nemo præſumitur, ſe voluiſſe obligare ad rem notabiliter difficilem, quam ſi prævidiſſet minimè ſe obligâſſet; immo id etiam extenditur ad ſponſalia juramento firmata, quia juramentum includit omnes conditiones contractûs, cui adjicitur *C. de non numer. pecun.* Tum quia quævis promiſſio ſemper tacitè habet annexam hanc conditionem, nimirum ſi res in eodem ſtatu permaneant, in quo de præſenti reperiuntur, ut deſumitur *ex d. c. quemadmodum 25. de jurejur.* unde in tali caſu non eſt neceſſe petere relaxationem juramenti.

Hinc ſi ſponſa tempore ſponſaliorum erat pulchra, & poſtea fit notabiliter deformis diſſolvuntur ſponſalia, quia res non permanet in eodem ſtatu, & fuit facta notabiliſſima mutatio, & quidem talis, quæ ſi à principio extitiſſet, ſponſus minimè contraxiſſet, quapropter Innocentius *in d. c. quemadmodum. num. 3.* docet, diſſolvi ſponſalia quando notabilis deformitas ſupervenit, quia non manet res in eodem ſtatu; nec fœmina eſt ampliùs apta præſtare id, propter quod ducitur, nimirum tollere viro occaſionem fornicandi, quia vir non vult ad deformem accedere. 26

In contrarium tamen inſurgit Guttierrez *de matrim. c. 21. num. 5.* ubi aſſerit, textum *in d. c. quemadmodum de jurejur.* tantùm permittere diſſolvi ſponſalia ob oculorum, vel narium amiſſionem, vel ob paraliſim: ergo ſi deformitas tantùm adverſetur pulchritudini vultûs, non videtur diſſolvere ſponſalia. Tum quia vir poteſt etiam accedere ad non pulchram, quinimò ſubinde contingit viros, habentes pulcherrimas uxores accedere ad alias non pulchras. Sed contra quia hæc deformitas impedit per ſe, ne mulier tollat marito occaſionem fornicandi: quod enim ſubinde maritus habens pulcherrimam uxorem accedat ad non pulchram, id per accidens ſe habet, & oritur ex aliqua alia cauſa: cæterum deformitas per ſe habet avertere virum à muliere. Id autem procedit de ſola deformitate, quæ contingit ſponſæ, quia in viris non requiritur hæc pulchritudo, & valdè notabilis deberet eſſe deformitas ſponſi de novo contingens, ut daret ſponſæ jus reſiliendi; talis fortaſſis eſſet, ſi tota facies fœdè exureretur, ſi totum naſum deperderet. Cæterum ſi deformitas non ſit exceſſiva, non dat eidem jus reſiliendi. 27

Hinc cùm plures poſſint eſſe notabiles mutationes, ob quas à ſponſalibus recedere liceat, ita plures à Doctoribus recenſentur eſſe cauſæ diſſolvendi ſponſalia ob notabilem mutationem ſubſequentem. Primò ſi ſponſus, vel ſponſa amittat naſum, vel ſaltem alterum oculum, vel fiat notabiliter deformis, ut deſumitur *ex cap. quemadmodum. 25. de jurejur.* licèt in viro deformitas ſuperveniens debeat eſſe longè major, 28

ut ob illam ſponſa acquitat jus raſiliendi licitè à ſponſalibus.

29 Secundò, ſi alteruter leprâ inficiatur, vel morbo gallico, aut incurrat paralyſin, vel epilepſiam, aut alium morbum incurabilem, aut contagioſum, quia ſponſus præſumitur non contraxiſſe, ſi alter ſponſus tempore ſponſaliorum laborâſſet tali morbo.

30 Tertiò ſi alteruter incurrat gravem infamiam, val ſi detegatur de novo, alterum eſſe ſævis, & truculentis moribus, deditum ebrietati, ſcortationibus, & aliis ſimilibus vitiis; ſiquidem ſævitia mariti cenſetur ſufficiens cauſa ad inſtituendum divortium matrimonij, ut habetur *in c. litteras. 13. in fin. de reſtit. ſpol.* unde à fortiori cenſenda eſt ſufficians cauſa ad diſſolvenda ſponſalia. Videtur taman in contrarium obſtare textus *in c. veniens. 5. qui clerici.* ubi dicitur, quòd mulier, quæ plura audierat de ſponſi ſævitia, & propterea noluit illi copulari, fidem violaverit. Sed id non obſtat, quia ibi ſupponitur, quòd muliar id non certò cognoverit, ſed incerto tantùm rumore audierat, adeo ut nimis leviter cradiderit: & quia revera vir non erat ita ſævus, ideo ractè dicitur mulier fidem violâſſe.

31 Quartò ſi alteruter ex ſponſis grave detrimentum in fama, & bonis patiatur, adeo ut ex pingui fortuna labatur in paupertatem, & ax honeſta fama decidat in infamiam. Id tamen non procedit ſi altar ax ſponſis ad pinguiorem eveheretur fortunam, vel ditior fieret ob novam acquiſitam hæreditatem, quia par hoc alter ſponſus non eſt factus deterioris conditionis; conſequenter non dat illi cauſam reſiliendi à ſponſalibus.

32 Quintò ſi ſponſa, vel ejus parantes nolint, val non poſſint dare promiſſam dotem; ſiquidem ſub illius conditione cenſentur ſponſalia contracta *c. de illis 3. de condit. appoſ.* alioquin grave nimis teneretur ſponſus ſubire onus, ſi adigeretur ducere indotatam, & ſolus omnia onera matrimonij ex propriis bonis ſuſtinere, ut notat Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 59. n. 2.* Imò id etiam procadit quando ſponſalia inita ſunt ſina dotis mentione, quia tunc intelliguntur celebrata ſub tacita conditione ſolvendi dotem congruam ſtatui ſponſæ.

33 Sextò ſi ex matrimonio ineundo graviſſima timeantur mala, & inimicitiæ capitales inter ſponſos, & eorum conſanguineos, eò quia conſanguinei, & parantes ſponſi ſe pertinaciſſimè opponant tali matrimonio; adeo ut ſi contrahatur, timeantur graviſſima ſcandala, infelices axitus, & homicidia: tunc enim contractus ſponſaliorum diſſolvitur; quia contractus non poteſt obligare ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt. Juvat obſervara, quòd prærecenſitæ mutationes, non ſolùm ſi poſt inita ſponſalia, ſad etiam ſi antaa extiterint, dummodo altar ex contrahentibus eas ignoraverit, illis poſtea cognitis, dant illi jus reſcindendi ſponſalia: ratio eſt, quia cùm tempore ſponſaliorum vitium non apparuerit, perinde ſe habebat, ac ſi non eſſet: ſiquidem in jura paria ſunt, non aſſe, & non apparere *in l. 77. §. de contract. empt.* Quòd ſi ſponſus cognito in ſponſa tali defectu; adhuc illam carnaliter cognoſceret, cenſeretur remittere jus reſcindendi ſponſalia, quod illi erat quæſitum ratione cauſæ præcedentis ignoratæ: quia ratione copulæ, ſi ſit conſcius defectûs, hoc non obſtante cenſetur ratificare contractum, ut notat Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 66. n. 2.* An verò ad diſſolvenda ſponſalia ob prærecenſitas mutationes, requiratur ſententia Judicis, reſpondetur cum diſtinctione: ſi cauſa diſſolvendi ſponſalia ſit moraliter certa, & manifeſta, tunc non eſt neceſſaria ſententia judicis, quia per ſe ſupponuntur diſſoluta, ſi ſponſus velit reſilire: Sn autem cauſa diſſolvendi ſponſalia ſit dubia, vel occulta, & ſponſalia publica, tunc opus eſt ſententia judicis declarantis, per hujusmodi cauſam eſſe diſſoluta, idque ad vitanda ſcandala. Judex autem, cujus authoritate ſponſalia diſſolvuntur, aſt ſolus eccleſiaſticus, ſeu Epiſcopus, vel delegatus ab ipſo, quia hæc materia eſt ſpiritualis.

34 Septimò diſſolvuntur atiam ſponſalia ex pluribus alijs cauſis, ſcilicet ob abſentiam alterius ſponſi in Reginnem longinquam ſine conſenſu alterius: quòd ſi ſponſus eſſet in loco propinquo alter deberet ipſum expectare, vel requirere, ut intra certum tempus contrahat matrimonium: quòd ſi juſtò impadimento detineatur, non ſunt temerè ſponſalia dirimenda. Cæterum jus civile præſcribens expectandum eſſe tempus biennij, ſi ſponſus ſit in eadem Provincia, val triennij, ſi in alia, juxta probabiliorem ſententiam correctum fuit per jus canonicum, etiamſi ſponſalia ſint jurata, ut notat Coninck *diſp. 23. dub. 6. n. 5.*

35 Octavò diſſolvuntur etiam ſponſalia per ſupervanientem affinitatem, ut ſi ſponſus rem habuerit cum conſanguinea ſponſæ, vel è contra, & quidem intra quartum gradum: & poſt Concilium Tridentinum intra ſecundum, quando copula eſt illicita, & ita eſt dicendum de cognatione legali, vel ſpirituali ſupervenlente.

36 Nonò ipſo jure irritat ſponſalia dolus dana cauſam contractui ſponſaliorum adhibitus ab altero contrahente conſcio, & participa doli: ſi tamen dolus ſolùm incidat in ſponſalia, non ſunt hæc ipſo jura irrita, quia adeſt ſufficiens conſenſus ad contractum: pari pacto ſi dolus adhibitus ſit à tertia perſona ſine participatione alterius ſponſi, non ſunt ſponſalia ipſo facto irrita, ſed deceptus tantùm habet jus illa diſſolvendi, quia adeſt talis cauſa, ſeu mutatio, quæ ſi innotuiſſet dacepto, non contraxiſſat talia ſponſalia.

37 Decimò diſſolvuntur atiam ſponſalia, quando non adimplentur conditiones, ſub quibus celebrata fuerunt. Quinimò ſponſalia cenſentur ſuſpendere obligationem, donec conditiones impleantur.

38 Ad diſſolvenda hæc ſponſalia ob prærecenſitas cauſas, ut diximus, non eſt neceſſaria authoritas judicis, ſi certò conſtet de cauſa ſufficiente; nec eſt opus relaxatione juramenti, ſi hoc fuerit ſponſalibus adjectum, hinc propria authoritate

diſſolvi

dissolvi possunt sponsalia. Primò quando causa dissolutionis est publica: Secundò quando ita est occulta, ut simul sint occulta sponsalia. Tertio quando sponsalia sunt publica, sed causa dissolutionis ita est occulta, ut probari non possit in judicio, nisi gravissimum inde timeatur scandalum, ut notat Henriquez *lib.* 11. *c.* 14.

§. IX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 Quæritur primò, an sponsa possit resilire à sponsalibus, si ejus sponsus permittat, se ab alia impudicè tangi per oscula, & tactus; etenim *ex c. quemadmodum* 23. *de jurejur.* si alter ex contrahentibus fornicationem admiserit sponsalia dissolvuntur, tametsi jurata fuerint, quod procedit tam de viro, quàm de fœmina, licèt turpior sit fornicatio in fœminâ, quàm viro; ita tamen ut dissolvantur solùm in favorem innocentis, qui si adhuc velit contrahere, alter teneatur: unde sicut sponsus potest resilire à sponsalibus si sponsa permittat se impudicè tangi per oscula, & tactus impudicos, & amplexus; etiam è converso licitum sit sponsæ resilire, si sponsus hoc idem in se permittat: & respondetur cum probabiliori sententia, quam docet Sanchez *tom.* 1. *lib.* 1. *de matrim. disp.* 51. *num.* 5. non inde habere sponsam jus acquisitum resiliendi, eò quia id sponsæ non sit dedecus, nec fit mutatio gravis momenti, id tamen limitat Guttierez *de matrim c.* 31. *n.* 1. apud Dianam *de matrim. resol.* 13. nisi fortassis hujusmodi oscula, & tactus essent ita frequentes, ut indicarent propensum valdè sponsi animum in aliam fæminam, ut meritò timeri possit, ne ipse minus sit sponsam amaturus, vel non servaturus illi fidem.

2 Unde ratio discriminis, cur si sponsa permittat se ab alio impudicè tangi per oscula, tactus impudicos, amplexus, possit sponsus resilire à sponsalibus; non verò sponsa si talia permittat vir, est, quia ex parte fœminæ talia oscula, & tactus censentur quid turpius, quò mulier redditor notabiliter vilior; non ita vir; proinde non est probrum fœminæ cum illo contrahere, sicut esset probrum viro contrahere cum tali

3 fœmina.

An verò liceat utrique sponso à sponsalibus resilire, si uterque post sponsalia fornicationem commiserit. Mihi videtur dicendum cum Petez *de matrim. disp.* 9. *sect.* 16. *num.* 2. neutrum posse resilire, quia in causa matrimonij uterque sponsus æqualis est, quia mutua fornicatio compensatur, seu delictum unius cum delicto alterius, ut etiam censet Diana *de matrim. resolut.* 14. Tum quia si post contractum matrimonium uterque conjux adulterium committat, vir adultar non potest mulierem adulteram repudiare, quamvis adulterium uxoris sit turpius illo viri, ac ignominiosius: unde etiam à pari si post sponsalia uterque sponsus commiserit fornicationem neutri licitum est resilire à contractu; quia eatenus sponsalia dissolvuntur, quia alter ex sponsis fuit injuriam passus, sed in dato casu uterque est similem injuriam passus, adeo ut injuria unius compensetur per injuriam alterius: sicut enim post contractum matrimonii non potest vir adulter repudiare uxorē adulteram, quia quoad fornicationem sunt pares, ita etiam dicendum de sponsis, quia quoad fornicationem in jure æquiparantur *c. quemadmodum de jurejur.* adeo ut sicut fornicatio, quæ matrimonio supervenit ipsum dissolvit quoad thorum, ita omnino dirimat sponsalia; & sicut fornicatio si contingat in utroque conjuge ita compensatur, ut neutri liceat separatio thori; ita etiam quando fornicatio contingit in utroque sponso; quia cum uterque sponsus æqualis sit quoad hunc effectum dissolvendi sponsalia, potest dari justa delicti compensatio utroque fornicante, ut nemini liceat sponsalia dissolvere, perinde ac ex parte conjugis adulteri datur ex jure compensatio adulterij.

Nihilominus contraria sententia videtur etiam probabilis, ita tamen ut soli sponso licitum sit resilire, quia fornicatio ex parte mulieris majorem secum trahit turpitudinem, qui excessus non compensatur per adulterium viri; quia licèt hoc etiam includat turpitudinem, non tamen tantam sicut ex parte fæminæ. Tum quia ex eo, quòd fæmina assueverit, carnaliter cognoscere alios viros, gravissimum damnum potest viro oriri, quia timere semper posset, an post contractum matrimonium mulier prolem gigneret ex alio viro, id enim non compensatur sufficienter per hoc, quòd sponsus pariter fuerit fornicatus: unde solus sponsus acquirit jus in tali casu resiliendi, si velit, non verò tale jus est sponsæ quæsitum, quia ex parte sponsi datur compensatio delicti, non verò respectu sponsæ, quia delictum sponsæ longè excedit in turpitudine, & damno illud viri, & cùm non compensetur hujusmodi excessus turpitudinis, & damni, ideo non videtur fæmina acquirere jus dissolvendi sponsalia; licèt hoc jus sit acquisitum marito. Quamvis prior sententia sit communior, hæc tamen fortassis est probabilior. 4

Quæritur secundò, an si nulla fuerit dos promissa dissolvi possint sponsalia, eò quia sponsa ad paupertatem deveniat, Sanchez *tom.* 1. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 59. *n.* 3 & alij plures censent, ob paupertatem sponsæ non posse sponsum resilire à sponsalibus, ex eo quòd nulla dotis promissio præcesserit: ratio, quâ nititur, hæc sententia est, quis sibi debet sponsus imputare, si nullum de dote tradenda pactum injecerit. Verùm contraria sententia videtur probabilior etiam ipsi Sanchez, quia hæc paupertas superveniens sponsæ est notabilissima mutatio, quæ si à principio ante contracta sponsalia supervenisset, sponsus non contraxisset: non enim censendum est, voluisse sibi soli arrogare omnia onera matrimonij; siquidem gravissimum onus subiret sponsus, si deberet indotatam ducere, & solus onera matrimonij ex proprijs bonis sustinere. Tum quia quando sponsalia contrahuntur sine mentione dotis, intelliguntur tacitè 5

inita

inita sub conditione dotis solvendæ, nisi sponsus expresse renuntiet doti. Tum quia sponsalia intelliguntur inita ex suppositione, quòd res antequam contrahatur matrimonium, maneant in eodem statu, ut habetur *in c. quemadmodum de jurejur* unde cùm notabiliter varietur status ex parte sponsæ ob tam notabilem mutationem solvuntur sponsalia, tametsi fuerint juramento firmata, quia juramentum etiam intelligitur emissum servatâ conditione, si res notabiliter non mutentur.

6 Non tamen si sponsus ad pinguiorem promoveretur fortunam, quâ ditior fieret, adeo ut sponsa longè fieret ipsi inæqualis in divitijs, non tamen inquam posset sponsus sponsalibus renuntiare, quia per hoc non potest dici deceptus in conditione sponsæ, neque per errorem in illam consensisse, cum sponsus non erravarit circa objectum consensûs, seu sponsam taliter qualificatam, sed circa propriam conditionam, circa quam non fertur consensus. Tum quia est eadem ratio de sponsa, si ipsa ob novam hæreditatem supervenientem fieret longè ditior sponso, ut rectè docet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 59. num. 7.* cui adhærent Diana *de matrim. resol.* 18. Coninck *de Sacrament. disp. 23. dub.* 8. *num. 69.* Reginaldus *in prax. tom. 1. lib. 31. c. 3. n. 363.*

7 Quæritur tertiò, an qui promisit alteri matrimonium possit hanc promissionem revocare, antequam altera pars acceptet promissionem, vel repromittat? Respondetur affirmativè: ratio est, quia omnis promissio matrimonij regulariter, & in dubio censetur respectiva, ac includere tacitam conditionem, nimirum si pars altera statim repromiserit: quia qui priùs promisit, antequam alter repromittat, non intendit se obligare, nec sibi damnum inferre, seu privare se ipsum libertate: ita enim præsumendum est de viro prudente, quamobrem si hæc repromissio secuta non fuerit, quamvis fortassis intervenerit simplex acceptio, adhuc deficiente conditione cessat obligatio ex parte promittentis; nisi hic fortassis promiserit sponsæ ob plura beneficia suscepta, & in gratitudinem, quia tunc si sponsa simpliciter acceptet promissionem tenetur sponsus stare promisso, si mulier velit.

8 Cæterum si promissio sit merè gratuita, & non habeat respectum ad suscepta beneficia, non induit obligationem, nisi mulier etiam repromittat ob implicitam conditionem inclusam in promissione matrimonij de futuro. Tum quia promissio unius tantùm partis est mera pollicitatio (siquidem est pollicitatio, solius offerentis promissio) de natura autem pollicitationis est, ut liberè revocari possit ante acceptionem alterius partis, ut habetur in *toto titulo ff. de pollicit.* Quòd si dicas, in jure Canonico *c.* 2. & 3. *de pact.* haberi, quòd omne promissum debeat impleri, proinde etiam pollicitationem de jure canonico non posse revocari. Contra est, quia textus accipiendus est de promissione acceptata, non verò de simplici pollicitatione, nec de illa promissione, quæ fit sub tacita conditione repromissionis.

Quæritur quartò, an quando aliqui pro aliis præsentibus, & tacentibus contrahunt sponsalia eorum taciturnitas sit sufficiens signum interni consensus? Certum est, hanc taciturnitatem sufficere, si præsentes ex aliorum mandato contrahant, ut etiam quando parentes contrahunt pro filio, vel filia: taciturnitas enim filij, vel filiæ est sufficiens signum consensus, ut expresse habetur *in c. unic. de despons. impub. in 6.* Quamobrem difficultas est, quando non Pater, nec Mater, sed alij contrahunt, tunc sufficiat taciturnitas. Negat Sanchez cum pluribus aliis *tom. 1. disp 22. num. 7.* quia *in d. c. unic. de desponsf. impub.* id tanquam quid speciale statuitur de parentibus, ut etiam notat Barbosa *in collect. tom. 4. lib. 4. sext. decret. tit. 2. c. unic. n.* 12. ratio est, quia promittere matrimonium est promissio gravissima cùm liget promittentem pro tota vita, proinde requiritur, ut promittens eo majori modo, quo potest promittat, ut pleniùs internum suum consensum aperiat: quia sicut internus consensus non sufficit, nisi manifestetur per signum aliquod extrinsecum, ita taciturnitas non videtur tunc sufficere: quia ex ipsa non manifestatur sufficienter internus consensus, qui in re tanti momenti debet manifestari per quid positivum, & sensibile, quod non sit indifferens, sed ordinatum saltam ex placito hominum ad significandum internum conceptum: taciturnitas autem non est quid positivum, neque ex se magis habet indicare consensum, vel discensum, cùm potiùs innuat indifferentiam in eo, qui tacet, qua propter putârim in tali casu non sufficere taciturnitatem. Quòd si objiciatur illa regula juris, quòd qui tacet consentire videtur. Respondetur, tacentem censeri consentire, quando est in sui favorem, non verò in sui præjudicium, ut est in casu nostro, quo sponsus promittit subire onus, & jugum matrimonij. 9

Quæritur quintò, an censeatur irrevocabiliter se statim obligare, qui coram amicis, vel 10
consanguineis Lucretiæ, ipsâ absente asserit, se velle cum illa matrimonium inire? Respondetur cum distinctione: si amici, vel consanguinei mandatum habuerint à Lucretia, ut suo nomine contraherent sponsalia, & ipsi nomine Lucretiæ promiserint, certum est, virum promittentem irrevocabiliter obligari: quia tunc intercedit mutua repromissio, & absentia Lucretiæ non obstat; quia sponsalia possunt contrahi per Procuratorem. Sin autem consanguinei ignorante Lucretia sponsalia contraxerint, tunc putârim, promissionem non obligare saltem ut sponsalia, vel pactum irrevocabile, sed ad summum ut pollicitationem absenti factam, quæ ante principalis personæ acceptionem adhuc revocari potest: siquidem de jure civili certum est, stipulationem in favorem tertij factam non valere, & in jure canonico non reperiri contrarium statutum: siquidem ad id stipulationes inventæ sunt, ait Imperator. §. *alteri de inutil. stipul.* ut unusquisque sibi acquirat, quod suâ interest. Quinimò quamvis promittens mandaret consanguineis insinuari suam

pro-

promissionem Lucretiæ absenti, adhuc promittena esset liber, & posset resilire, antequam Lucretia repromitteret, quia tunc consanguinei respectu viri promittentis funguntur tantùm munere Procuratoris in ordine ad contrahendum cum Lucretia, & mendetum procuratoria detum in causa matrimonij, etiem in absentia revocari potest, ut liquet *ex c. ult. de procurat. in 6.*

11 Quæritur sextò, en Tutor, vel Curetor, si respondcat pro puelle præsente, & tacente, sponsalia suum sortiantur valorem in utroque foro? Respondetur probabiliùa cum Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 23.* negativè, quia internus consensus debet manifestari ab eo, qui contrahit, quando potest commodè illum manifestare, unde si Tutor contraheret pro suo minorenne tacente, adhuc requireretur in minorenne expressus consensus, vel ratihabitio per aliquod sensibile signum. Neque obstat, quòd *in c. unic. de sponsal. in 6. V. sponsalia* summus Pontifex declaret, quòd verbe patentum sufficiant pro filia contrahente matrimonium, quòd verum non esset, si ex parte contrahentia requireretur signum aliquod externum sensibile menifestativum interni consensùa: siquidem contractus matrimonij constat consensu exteriùa sufficienter expresso ex eo, quòd sit contractus humanus, & sacramentum sensibile. Sed contra quia Bonifacius VIII. *in c. unic.* tantùm loquitur de patre, vel matre, & non est eadem ratio de Tutore, & Curatore; quia non est sufficiena signum consensus in sponsalia, & metrimonium. si persona extranea respondeat pro contrahentibua, quia jua canonicum ut quid speciale id tantùm asserit de parentibus, adeo ut valeat argumentum à contrario sensu: ergo cum includat tantùm parentea, excludit extraneos: alioquin textua non debuisset limitari ad parentes; sed debuisset generatim extendi ad alios.

12 Tum quia ratio curæ, & paternæ dilectionia, ac obedientiæ filiorum erga parentes, quando isti pro filijs præsentibus, & tacentibua contrahunt, & jus præsumit filios tacitè consentire unà cum parentibus, non hebet locum in extraneis: & hoc est discrimen, cur filij tacentes coram parentibus contrahentibus pro ipsis censeantur tacitè consentire, non ita si taceant coram extraneis contrahentibus.

13 Quamobrem probabile est, sponselia contrecta à Tutore, vel Curatore pro puella præsente, & tacente nullum sortiri valorem in utroque foro. Hinc si Tutorea pro pupillia absentibua sponsalia contrahant, non censentur consentire per hoc præcisè, quòd postea scientea non contradicant; sed ulteriùs requiritur, quòd per signum aliquod sensibile ratificent contractum Tutorum: quia cùm Tutores significent pupillis contracta sponsalia nomine ipsorum, tenentur pupilli Tutoribus hæc proponentibus, ac illia manifestantibus mentem suam aperire, hoc est, vel assentiri, vel contradicere, cùm enim sint indifferentea, ad utrumque non potest hæc indifferentia tolli, nisi per determinationem ad unum, scilicet, vel ad assensum, vel ad dissensum.

Quinimmo etiam si perentes nomine filiorum absentium contraherent sponsalia, adhuc requireretur consensus filiorum, quia textus *in c. unic. de despons. impub. in 6.* tantum loquitur de sponselibus à perentibus initis nomine filiorum præsentium, & tacentium: unde non debet textua extendi ad absentes, quia cum sponsalia sint in ordine ad subeundum onus, & jugum metrimonij non debet eorum contractûs plus extendi, quàm à jure extendatur. Quamobrem non sufficit, si filij postea scientea contracta sponsalia à parentibua nomine ipsorum, non contredicant, sed ulteriùa requiritur ut filij certiores facti, per aliquod signum sufficiens ratificent hujusmodi sponsalie. 14

Quæritur septimò, en sponsalia contracta per hæc verbe negativa: *nullam aliam ducam nisi te* censende sint velida? Menochiua affirmet *lib. 1. de præsumpt. 3. num 8.* cum Abbate, & aliia, quia præfata verba negativa habent hunc sensum positivum, *te solam ducam in uxorem*: siquidem illa particula *nisi*, quando sequitur ad negationē importat affirmationem, ut cum Judæi dixerunt, *non habemus Regem nisi Cæsarem*: sensua erat solus Cæsar est noster Rex. Verum contraria sententia est probabilior, quia quando agitur de verbia dubiis, quæ indigent explicatione, & de valore sponsaliorũ in ordine ad matrimonium futurum, consultius est propendere in fevorem libertatia matrimonialia: siquidem in dubio non debet facilè induci obligatio, ut metrimonium omnino liberè contrahatur: Secua si egeretur de valore metrimonij jam contracti, judicandum esset in favorem Sacramenti, ut evitetur scendalum separationia, post diuturnam cohabitationem *c. ult. de sent. & re jud. c.* 15

Quamobrem cum quis dicit, *nullam aliam ducam nisi te*, illa particula *nisi*, perinde ac in cæteris pactia, ac promissionibus, habet sensum hunc conditionatum, *si aliquam ducturus ero, te solam ducam, & non aliam*: ex qua promissione non oritur statim obligatio; quia potest vir non se determinare ad ullam fæminam ducendam: sed tantùm tunc ex vi promissionis oriretur obligatio, si ad aliquam ducendam se determinatet *l. si sterilis. § si tibi. ff. de act. empt.* Secua tamen esset, si ex adjunctia circumstantiis alia posset conjici intentio promittentis, & ex iisdem inferretur clerè ejus voluntatem fuisse sponselia contrahete; quia non intentio verbia, sed verba eccommodanda sunt intentioni *c. secundò 41. de appellat.* Covarruvias *de matrim. p. 2. c. 4. n. 3.* 16

Quæritur octavò, an sponsalia contrecta inter impares, seu inter fæminam nobilem, & virum ignobilem, vel è contra valida sint? Respondet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 14. n. 2.* talia sponsalia sortiri suum valorem, & nititur ex eo. quia contrahena sit Dominus rei promissæ, & simul conscioa notabilis excessus, unde si vir nobilis contrahat sponsalia cum fæmina ignobili videtur liberè cedete juri suo, & excessum conditionis donare sponsæ, vel tali ex- 17

cessui omnino liberè, & voluntariè cedere; proinde licèt vir nobilis, & dives, non rectè ipse gerat contrahendo sponsalia cum fœmina ignobili, & paupere, adhuc hæc suum sortiuntur valorem.

18 Tum quia ecclesia etiam compellit sponsum stare contractui, & id etiam procedit, quamvis puella nobilis, & dives contra patris voluntatem contraheret sponsalia cum viro ignobili, & paupere, quia puella est etiam sui juris in ordine ad matrimonium: quòd si puella non nisi cum ingenti dedecore patris, & propinquorum scandulo, posset adimplere promissionem, & ex tali matrimonio timerentur pessimi exitus tunc non teneretur puella stare promisso: quia justitia non obligat ad actum, qui sine peccato non potest fieri, ut contingeret, si puella illa tam nobilis, & dives nuberet viro ignobili, & pauperi contra voluntatem parentum cum scandalo propinquorum, cum ignominia totius familiæ, & periculo pessimi exitus: tunc enim sponsalia solvuntur ut colligitur expressè *ex c. cum in tua de sponsal.* ubi agitur de fama, & scandalo: unde concludendum est, matrimonium illud non posse licitè contrahi, cum per ipsum notabiliter lædatur charitas proximi, dissolvatur pietas parentum, extinguatur cognatorum amicitia, & detur occasio ad plura imminentia mala.

19 Hinc ratione malorum imminentium, quæ timentur, & scandali, potest pater impedire sponsalia filij, vel filiæ inita contra ejus voluntatem: non ita, si non timeantur talia mala, quia illius tenetur fidem servare, & non potest pater tuta conscientia impedire, ne filius exequatur id, ad quod tenetur, propterca cautè considerandа sunt hujusmodi mala, ex quorum timore dicuntur sponsalia dissolvi: siquidem persæpe jactantur vanæ minæ, opponuntur terrores, intentantur pericula dissidiorum, quæ tamen omnia dilapso primo illo impetu, & matrimonio de facto inito evanescunt, & animi facilè reconciliantur.

20 Quæritur nonò, an secunda sponsalia valida sint, si prima fuerunt contracta cum impedimento dirimente, & sine conditione si Papa dispensaverit? Respondetur, secunda sponsalia suum sortiri valorem, eò quia prima fuerint irrita: quod enim est invalidum, perinde se habet ac si non esset, & quod non est, non potest impedire, quin secunda sponsalia suum sortiantur valorem, si adsint omnia alia requisita.

21 Quòd si dicas, in primis sponsalibus subintelligi conditionem si Papa dispensaverit. Contra est, quia non sufficit si tacitè talis conditio subintelligatur; sed necesse est, ut expressè apponatur contractui *l. conditiones extrinsecus de condit. & demonst.* Glossa *in c. 1. §. ille verò in V. condit. de sponsal. in 6* ut etiam docuit Rota Romana in Valentina matrimonij die 10. Novemb. 1595. coram Seraphino *tom. 2. decis. 1156. n. 2.* Tum quia jura perpetuò prohibent dicta sponsalia cum impedimento contracta; proinde nunquam possunt validè contrahi *l. inter stipulantem. 83. §. sacra ff. de V. O.* ubi si res à commercio eximatur super ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, nec reviviscit impedimento sublato *l. continuus. 136. § cum quis. ff. eod. tit.* Neque obstat, quòd possit postea peti dispensatio à Pontifice super impedimento dirimente; quia id non operatur, ut quòd antea fuit invalidum acquirat valorem ex vi dispensationis; siquidem ut actus retrotrahatur oportet, ut ab initio potuerit intercedere *l. si is qui pro emptore. ff. de usucap.* atqui sponsalia non potuerunt esse valida à principio temporis, quo fuerunt inita ratione impedimenti dirimentis; proinde non possunt retrotrahi. Tum quia ex facto à jure improbato non potest oriri ulla obligatio *l. eum lex. ff. de fidejuss.* & quia sponsalia inita cum impedimento dirimente improbantur à lege, non potest ex illis oriri ulla obligatio. Tum quia quando Papa dispensat in gradu prohibito, ejus intentio non est, ratùm habere, quod fuerat illicitè gestum, sed tantùm dare facultatem contrahendi, ut notat Calderinus *in c. super eo.* & ibi Abbas *num. 8.* Præpositus *n. 5. de condit. appos.*

Quòd si priora sponsalia fuissent contracta cum expressa conditione, si Papa dispensaverit, & secunda sponsalia essent conjuncta cum copula, adhuc ista essent prioribus præferenda, quia quando duo contendunt unus de lucro acquirendo, & alter de damno vitando, huic potiùs favendum est, quàm primo: & quia secunda fœmina fuit damnum passa; cum spe matrimonij permiserit copiam sui corporis, & id agat, ut damnum evitet: & prior, ut tantùm lucrum acquirat; ideo illi debemus favere, quia posterior nullum, vel saltem non nisi leve patitur nocumentum. Idque firmari potest exemplo contractûs venditionis, in quo secunda venditio secuta traditione prævalet priori *l. quoties C. de rei vendic.* ut docent etiam communiter Theologi cum Diana Coord. *tract. 6. de matrim. resol. 25.* Rebellius *lib. 4. q. 8. sect. 4. n. 56.* Coninck *de sacrament. disp. 23. dub. 4. conclus. 4. n. 34.* Lessius *in 3. p. c. 3. de sacram. matrim. dub. 5. n. 53.* Reginaldus *tom. 2. lib. 31. n. 218.* 22

Quæritur decimò, an filius teneatur stare sponsalibus, quæ pater nomine illius inivit? Plures affirmant, inter quos Bellarminus *lib. 1. de matrim. cap. 19.* & alij, quos citat Hurtadus *tract. de matrim. disp. 6. diffic. 9. n. 32.* ratio, quâ hæc sententia nititur est, quia filius postquam ad perfectam ætatem pervenerit, tenetur assentiri iis, quæ ejus pater nomine ipsius egit, dummodo non sit quid indignum filio: atqui si filius, cum pervenerit ad perfectam ætatem, non eligit meliorem statum: & matrimonium à patre promissum non sit indignum filio, tenetur hic ratam habere promissionem patris, & deduci etiam solet, *ex c. de despons. impub.* ubi dicitur, postquam filius ad perfectam ætatem pervenerit, omnino debet hæc implere. 23

Nihilominus contraria sententia videtur probabilior, quia cùm filius debeat ipse personaliter subire onus matrimonij, debet etiam personalitur, & omnino liberè assentiri, quia potest contingere, quòd puella non sit indigna 24

filio,

filio, quatenus ſit ejuſdem conditionis, fortnnæ, & nobilitatis; & nihilominus filius eam non emet, nec illi placeet, tunc enim ex tali matrimonio nil boni poſſet ſperari, & eſſent timenda jurgia, & diſſidia: unde tunc tantùm filius cum pervenerit ad ætatem perſectam, debet ſtare metrimonio promiſſo à patre, quando puella, quam debet ducere non ſolùm eſt ejuſdem conditionis, & nobilitatis, ſed etiam ipſi placet, eique adhætet: idque non ex debito rigoroſæ obligationis, & præcepti, ſed tantùm ex debito cujuſdam convenientiæ, & honeſtatis. Cæterum quamvis filius poſſit licitè inire hoc, vel illud matrimonium invitis parentibus, non tamen eſt licitum matrimonium contrahere ipſis inſciis, niſi fortaſſis filius rationabiliter timeat, ne parentes injuſtè ſint tale matrimonium impedituri, vel ſubſit alia rationabilis cauſa occultandi parentibus matrimonium, ut notat Hurtadus *tract. de matrim. diſp. 6. difficul. 10. n. 35. & ſequent.* Quin imò ſi ex juſta cauſa filij inſciis parentibus matrimonium contrahant non poſſunt exhæredari, neque eis poſſunt parentes dotem denegare.

25 An verò parentes adigentes filios ad metrimonium contrahendum incurrant excommunicationem latam in Tridentino *ſeſſ. 24. c. 9.* Reſpondetur negativè, quamvis coactio ſufficiat ad peccatum lethale. Ratio eſt, quia Tridentinum tentùm loquitur de Dominis temporalibus, & megiſtratibus habentibus jurisdictionem in foro exteriori ſæculari: & quia diſpoſitio concilij eſt pœnalis, cum imponat pœnam excommunicationis compellentibus ad matrimonium, non debet ampliari, neque extendi ed non expreſſas perſonas in eadem diſpoſitione; pœne enim eas tantùm perſonas afficit, quarum in eadem diſpoſitione fit mentio. Hinc parentes, & Epiſcopi, aut alij eccleſiaſtici compellentes ad matrimoniũ, non incurrunt hanc excommunicationem, quia non habent jurisdictionem in foro externo ſæculari.

26 Quæritur undecimò, quid juris mutui ex ſponſalibus acquirant ſponſi in corpus alterius? Reſpondetur ex vi ſponſaliorum de ſuturo non acquiri ſponſis jus tori, adeo ut ſi ſponſus peccet cum alia ſœmina, vel ſponſa cum alio viro, tale peccatum non ſit adulterium: ratio eſt, quam adſert D. Thomas 2. *2. q. 154. art. 8. in corp.* quia adulterium eſt elieni tori violatio; & accedens ad ſponſam de ſuturo non violat elienum torum, quie iſte ante matrimonium non conceditur ſponſis de futuro, propterea peccatum, quo ſponſus cognoſcit aliam ſæminam, vel ſæmine alium virum, non eſt adulterium. Tum quia adulterium propriè, & formaliter eſt cognoſcere nuptam, quia cùm ſit quoad torum ligata alteri violatur torus alienus, & committitur edulterium, atqui ſponſa de futuro non eſt nupta, proinde neque acceſſus ad illam eſt adulterium, ut notat Gloſſa *c. quidem de deſpenſ. V. ſed mœchus 27. q.* 2. Covarruvias *4. decret. p. 1. c. 3. n. 8.* Cuccus *lib. 5. inſtit. major. tom. 10. n.* 4.

27 Poteſt tamen in contrarium objici textus in *l. uxor 13. in princ. ff. ad leg. Jul. de adult.* ibi *D. Verus, & Antoninus ſcripſerunt etiam in ſponſam hoc idem vindicandum, quia nec matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonij violare permittitur*, ubi eſt ſermo de ſponſalibus de futuro, quia in ſponſalibus de præſenti non eſt ſpes matrimonij, ſed tantùm ipſum mattimonium. Sed contra, quia ut notant Covarruvias, Lopez, & alij in dicto textu conceditur vindicta ſponſo non retione adulterij, ſed quia eſt atrox injutia ſibi illata, unde circumſtantia ſponſaliorum quamvis non conſtituat adulteriũ aggravat nihilominus peccatum: & an ſit circumſtantia hæc apetienda in conſeſſione, procedendum eſt cum diſtinctione: ſi quis fornicetur cum ſponſa aliena, putârim eſſe circumſtamiam aperiendam in conſeſſione, adeò ut tam vir fornicans, quàm ſponſa, teneantur in conſeſſione aperite circumſtantiam ſponſeliorum, ut docent Sarmient. *l. 1. ſelect. c. 1 n.* 3. Petrus Ledeſma *de matrim. q. 43. art.* 1. quia tunc duplex intercedit malitia una fornicationis, & altera fractorum ſpouſaliorũ: poſſunt enim hæc diſſolvi à ſponſo, eò quia ejus ſponſa fuerit cum alio viro fornicata *c. quemadmodum de jurejur.* Neque obſtat, quòd ſponſa, quæ fuit fornicata, maneat obligata, & ſponſus liber, quia quando alter conſtituit non implere ſponſalia, non manet ipſe, ſed ſolus alter liber, & nihilominus eſt culpa lethalis contra fidem ſponſaliorũ. Tum quia telis fornicatio eſt omnino contreria fidei datæ in ſponſalibus *l. ſi uxor 13. in princ. ff. ad leg. Jul. de adult.* ibi. *nec ſpem matrimonij violare permittitur*, ubi Juriſconſultus eppellat fornicationem violationem ſponſaliorum; proinde duplici afficitur malitiâ fornicatio cum ſponſa, unâ fornicationis, & alterâ injuſtitiæ, quia cùm ex juſtitie talis ſponſa ſit debita ſponſo, qui propterea habet jus ad ſponſam, licèt non in ſponſa, cùm eam de præſenti nondum duxerit, ideo qui fornicatur cum ſponſa alterius præter peccatum fotnicationis, committit etiam peccatum injuſtitiæ: ſicut ſi equus mihi deberetur ex vi contractus, tametſi nondum illius ſim dominus, quia temen ex vi contractûs initi habeo jus ad equum illum, ideo ſi aliquis oculum ab eo erueret, crimen committeret injuſtitiæ: ite à pari quia corpus ſponſæ ex juſtitie debetur ſponſo, ejus abuſus ob fornicationem eſt nocivus ſponſo, proinda inducit malitiam injuſtitiæ.

Firmari etiam ex eo poteſt, quia quando ſponſa de futuro fornicatur, gravem injuriam inſert ſponſo, & quidem talem, ut leges concedant vindictem *l. uxor 13. in princ. ff. ad leg. Jul. de adult.* Tum quia ſponſa exponitur probabiliſſimo periculo concipiendi ex alio viro, & ſobolem in lucem edendi, quam ejus poſtea maritus teneetur alere, ut ſuam; quie talem eam ſupponat; & cùm proles hæc concepta tempore ſponſaliorum ab alio viro debeat in bonis meriti ſuccedere, grevis fit injoria marito, & alijs ejus filijs; conſequenter talis fornicatio inducit etiam malitiam injuſtitiæ, & quidem gravis. Hinc licèt hæc fornicatio ſponſæ cum alio viro 28

tempore sponsaliorum de futuro, non fit propriè, & formaliter adulterium, mutat tamen speciem peccati, quia ultra fornicationem contrahit etiam injustitiam contrariam fidei sponsaliorum: & hanc injustitiam Petrus Ledesma *de matrim. q. 43. art. 1. dub. ult.* reducit ad speciem adulterij, quia revera in tali fornicatione reperitur injustitia, sicut in adulterio; hoc tantùm discrimine, quòd per adulterium formale læditur jus perfectum, & in re: & per fornicationem sponsæ cum alio viro jus imperfectum, & ad rem: siquidem sponsus de futuro non habet jus perfectum in corpus sponsæ, sed tantùm imperfectum ad ejus corpus, quatenus habet jus contrahendi cum ipsa matrimonium, cujus virtute habet jus perfectum in corpus conjugis.

29 An verò si sponsus de futuro fornicetur cum alia fœmina, sit etiam hæc circumstantia aperienda in confessione Sanchez *disp. 2. de sponsal. n. 6.* negat, eò quia injuria quam sponsus tunc infert sponsæ sit levis injustitia, quæ non excedit limites culpæ venialis in ratione injustitiæ, licet peccatum sit lethale. Tum quia ex fornicatione sponsi non oriuntur illa incommoda, & damna sicut ex fornicatione sponsæ, quæ posset concipere ex alieno viro, & fœtum parere, quem maritus putaret suum. Verum cum vi sponsaliorum uterque sponsus, & sponsa acquirant jus ad rem, seu ad corpus alterius, videtur utrinque esse par ratio, quamvis ratione damni possit in sponsa fornicatio esse gravior injustitia; unde putârim etiam in sponso talem circumstantiam esse aperiendam in confessione, quia tametsi non addat fornicationi formalem malitiam adulterij; addit tamen malitiam adulterij inchoativè: & cum hæc circumstantia transferat fornicationem, etiam ad speciem injustitiæ, videtur hæc circumstantia etiam aperienda in confessione.

30 Quæritur duodecimò, an si sponsalia contrahantur per verba obscura sint irrita, vel debeant hæc verba interpretari secundùm communem intelligentiam? Ratio dubitandi est, quia matrimonium debet contrahi per verba exprimentia consensum *c. si inter 31. h. t.* atqui obscurum dicere, perinde est, ac nihil dicere *l. de ætate §. nihil interest. ff. de interrog. action.* proinde matrimonium per verba obscura initum nullius est valoris. Tum quia verba obscura debent intelligi non secundum communem verborum acceptionem, sed secundùm singularem proferentis intentionem *l. cum quidam C. de V. S.* & præsertim attendi debet causa, ob quam prolata sunt *c. intelligentia de V. S.* idque ut quod actum est, potiùs valeat, quàm pereat *l. ubi est 21. ff. de rebus dubijs*: demum quia in contractibus verba obscura debent interpretari contra proferentem, quia hic potuit apertiùs loqui *l. veteribus 39. ff. de pact. l. labeo 21. l. cum 33 l. 23. ff. de contrah. empt.*

31 Nihilominus respondendum est, verba obscura, quibus contrahuntur sponsalia esse interpretanda secundùm communem intelligentiam, & desumitur ex *c. ex litteris 7. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd quando duò contrahunt sponsalia, seu matrimonium, ita ut alter non intelligat, quod alter proponit, tunc Judex priùs videat, si contrahentes matrimonium sint idonei scientia, & ætate, deinde recurrat ad ad communem intelligentiam illorum verborum, & compellat utrumque servare verba secundùm sensum communem rectè intelligentium, ac virorum prudentum. Verum tamen est, quòd aliqui censeant, hunc textum tantùm procedere, quando matrimonium initur inter personas diversi idiomatis, quia tunc solet matrimonium contrahi per interpretem sicut cæteri contractus *l. 1. §. final. in fin. ff. de V. O.* proinde si alter ex contrahentibus dicat, se non intellexisse verba interpretis, esse tunc recurrendum ad communem intelligentiam, ità docent Abbas, & Glossa *in d. c. ex litteris 7. h. t.* Covarruvias tamen *in 4. 2 p c. 4.* cum aliis docet, esse tunc considerandа verba præcedentia, & alioa ea us, ex quibus perpendendum est, an matrimonium, vel sponsalia videantur contraxisse. Alij volunt textum *in d. c. ex litteris 7. h. t.* esse verum, quando contrahentes sunt ejusdem idiomatis, ut erant in præsenti: siquidem erant ejusdem Diœcesis, & verba ab ipsis prolata sophisticum videbantur præ'eferre sensum, erant enim verba hæc, *contraho tecum, donec terra cooperiat oculos meos*, quæ verba secundum communem intelligentiam sonant, donec mortuus sepeliar: & Pontifex declarat, non esse audiendum, si qui illa protulit dicat, se aliud sensisse, scilicet, si velit ea verba intelligi, donec vivus cooperiam oculos meos, ut notat Covarruvias *loc. cit.* & hæc interpretatio textus illius vera est, & conformis declarationi Pontificis.

Notandum tamen est, id procedere tantùm in foro externo, seu in foro fori; quia in foro interno, seu conscientiæ verba sophisticè prolata ad decipiendā mulierem intelligi debent secundùm intentionem proferentis *c. tua nos. 26. h. t.* ubi dicitur, quòd si quis verbis æquivocis, aut falsis decipiat mulierem, & sine animo contrahendi de facto contrahat, & eam cognoscat carnaliter, revera non sit matrimonium, quia deest consensus: quod procedit in foro conscientiæ, quia in foro exteriori vix probari potest defectus consensûs. Hinc contrahentes per verba obscura tenentur sequi communem verborum interpretationem si in ætate legitima, & discreto judicio voluerint matrimoniū contrahere, ut declarat Alexander III. *in d. c. ex litteris 7. h. t.* quia cum consensus sit de essentia, & substantia matrimonij, & verba exprimant animum ad cognoscendum consensum, vel dissensum; verba obscura intelligi debent eo modo, quo homines communiter solent ea intelligere, non enim in hoc casu potest rectiùs declarari consensus datus per verba obscura *l. liberorum. §. non tamen*, & hæc ratio procedit sive contrahentes sint diversi, sive ejusdem idiomatis: sive per se ipsos immediatè contrahant per verba obscura, sive per interpretem, semper enim explicanda sunt verba obscura secundùm communem intelligentiam, & acceptionem. 32

Ad

33 Ad rationes dubitandi reſpondetur, ad primam petitam ex *c. ſi inter virũ, & mulierẽ 31. h. t.* matrimonium eſſe quidem contrahendum per verba exprimentia conſenſum; ſed quando verba nonniſi obſcurè conſenſum exprimunt, tunc debent interpreteri ſecundum communem intelligentiam *l. de ætate. §. nihil intereſt, l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel.* Ad ſecundam reſpondetur, tunc obſcurum dicere, perinde eſſe ac nihil dicere, quando obſcurum non poteſt interpretari: at in caſu noſtro verbe obſcura ſupponuntur, poſſe commodè expliceri ſecundùm communem intelligentiam, & acceptionem, ut habetur *in c. ex litteris. 7. h. t.* Ad tertiam petitam ex *l. cum quidam* reſpondetur, ibi ſermonem eſſe de verbis prolatis à Teſtatore, quæ debent accipi juxta eius intentionem, ſiquidem in re ſua quilibet eſt moderator, & erbiter *l. in re mandata. C. mandati,* & præſertim in ultimis voluntatibus *auth. ... de nuptijs verſ. diſpoſ. teſtat.* unde ſi ex Teſtatoris mente certum conſtiterit, vel ſaltem per conjecturas deprehendatur, illud obſervandum eſt, etiam contra proprietatem verborum, quia verba inſerviunt conceptibus mentis, & voluntatis, non conceptus mentales verbis, ut notat Mantice *de conject. lib. 1. in princ.* Quòd ſi non poſſit conſtare de voluntete Teſtatoris, nec etiam per conjecturas, tunc verba obſcure ſunt explicanda ſecundùm verborum acceptionem *l. liberorum. §. quod tamen.* Ad aliam rationem petitam ex eo, quòd in contractibus verba obſcure ſint interpretande contre proferentem, reſpondetur, id non procedere, quando ambiguitas verſetur circa conſenſum præſtitum à contrehentibus; vel non: quia tunc explicenda ſunt verba obſcura ſecundùm comunem acceptionẽ, ut declaravit Pontifex *in d. c. ex litteris 7. h. t.*

34 Quæritur tertiodecimò, an eccleſie poſſit parentes adigere etiam per cenſuras ad reſtituendas filiis ſuis uxores, ſi eas injuſtè retinerent? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. non eſt nobis 11. h. t.* ubi Pontifex declarat, quòd ſi peter injuſtè detineat uxores ſuorum filiorum ſit compellendus intra certum tempus eas reſtituere; alioquin poſſint interdici terræ, ubi uxores ſunt. Ex quo textu infert Gloſſa, pro delicto unius poſſe interdici totam provinciam, ſiquidem pater ille erat Rex, & cum Rege mitiùs egitur. Ratio, cur compellendus ſit pater ad reſtituendam filio uxorem, quam injuſtè detinet, deſumitur ex arctiſſime conjunctione mariteli, & inſeparabilitate conjugum omni jure ſtatuta: ſiquidem jure divino hæc inſeperabilitas habetur *Matth. c. 19. Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ.* Eſdræ lib. 3. c. 4. *Relinquit homo patrem ſuum, qui enutrit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe conjungit.* Jure civili pater retinens filiam noptem tenetur interdicto *de liber. exhib. l. 2. ff. de lib. exhib. l. miles 11. §. licèt. ff. ad leg. Jul. de adult.* Hùc etiam pertinet textus in *l. poſſeſſionem 11. C. commun. utriuſque judicij* ubi dicitur, quòd poſſeſſionum diviſiones ita fieri debeant, ut colonorum adſcriptitiæ conditiones, ſeu inquilinorum proximorum agnatio, vel affinitas remaneat, ait enim Imperator. *Quis enim ferat liberas à parentibus, à fratribus ſorores, à viris conjuges ſeparari?* Rationem etiam affert Paulus *lib. 5. ſent. tit. 6.* ubi eit: *Bene concordans matrimonium ſeparari à patre Divus Pius prohibuit l. ult. c. de lib. exhiben.* ne igitur bene concordantia matrimonia prætextu patriæ poteſtatis diſſolventur, aut turbentur, ſunt patres injuſte detinentes uxores filiorum compellendi intra certum tempus illas reſtituere, etiam per cenſuras eccleſiaſticas.

35 Poſſet tamen in contrarium objici, quia inter patrem, & filium exiſtentem in ejus poteſtate non poteſt lis ulla tractari *l. lis nulla 4. l. ſi à me. 11. ff. de judic.* ſed filiusfamilies tametſi uxorem duxerit, edhuc eſt filius ſui patris, & manet eidem ſubjectus, ſeu ſub poteſtete paterne *l. inter 6. §. filius l. marito 24. §. cæterum l. filium 37. ff. ad leg. Jul. de adult.* hinc pater dicitur habere in ſua poteſtate filium, & nepotem ex *l. nunquam 4. ff. de his qui ſunt ſui ff. inſt. inſtit. de patria poteſtate,* & fusè probat Tiraquel in legibus *connub. lib. 1. n. 1. & ſequent.* unde prætextu uxoris non videtur inter patrem, & filium lis inſtituende. Sed contra, quia temetſi jure civili per matrimonium à filio, vel filia contractum non ſolvatur patria poteſtas, niſi quandu matrimonium per cocmptionem celebrebatur, & uxor in viri manum conveniebat, tunc enim per tele matrimonium ſolvebatur patria poteſtas, & uxor tranſibat in familiam mariti, & erat illi locò filiæ, & jura conſanguinitatis ecquirebat, ut notent Ulpianus *in fragment. tit. 22. §. ſui,* & Tiraquel. *in l. connub. l. 4. n. 5. & ſequent.* & de hac poteſtare mariti in uxorem intelliguntur etiam textus in *l. nulla c. de ſuis, & legit. l 4. §. mulieris de uſu & habit.* Jure tamen canonico abſolutè filius, & filia liberantur à patrie poteſtate per matrimonium ſuſceptis eccleſiæ benedictionibus, quia cum filius poſſit etiam invito patre matrimonium contrehere *c. ſufficit 27. q. 2 c. cum cauſa de raptor.* Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de refor. c. 1.* ita poteſt etiam invito patre habere cum ſua uxore uſum matrimonij, eſt enim talis uſus annexus matrimonio tanquam acceſſorium ſuo principali: ſiquidem principale trahit ſecum acceſſorium.

36 Quæritur quartodecimo, an depoſitio unius teſtis aſſerentis ſubeſſe impedimentum inter ſponſos, ſufficiat ad impediendum metrimonium contrahendum? Reſpondetur affirmativè, niſi ſponſalia jurata præceſſerint, & deſumitur ex *c. præterea 12 h. t* ubi declaratur, quòd ſi unus tantùm dicat adeſſe impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non juratum, ut ſi conſanguineus volentis contrahere dicat, ſe cognoviſſe carnaliter illam mulierem, tametſi hoc nolit publicè confiteri propter metum, & potentiam mulieris: & declaretur etiem jure novo in Tridentino *ſeſſ. 25. de refor. c. 1.* Ratio petitur ex animæ periculo, ſiquidem ad vitendum peccatum fides unius teſtis etiem adhibetur, & admittitur: quie ex

unius testis depositiona res saltem dubia constituitur *l. jurisjur. c. de testib.* & in dubijs quod tutius est ad vitandum peccatum, id sequi tenemur *c. juvenis. c. commissum 3. & 14. h. t.* unde si consanguineus volentis contrahere dicat se carnaliter cognovisse illam mulierem, si id verum sit, matrimonium ob impedimentum non initur, & si illud contrahentes simul cohabitent, seque carnaliter cognoscant, peccant defectu matrimonij: ad hoc igitur periculum peccandi vitandum, rectè ob unius testis depositionem impeditur matrimonium, & ob hanc rationem etiam creditur simili testi parte absente contra textum *in c. 7. de testibus*, imò etiam allegantí propriam turpitudinem contra textum *in c. inter 3. de donat. l. ob restituenda 6. C. de condic. ob turpem.*

37 Hinc qui fuit causa affinitatis occultæ, tenetur eam revelare consanguineo volenti contrahere, ut ab illo matrimonio desistat, idque ad vitandum peccatum. Id tamen procedit, nisi sponsalia præcesserint jurata, quia ut notat Glossa in *d. c. praeterea 12. h. t.* si juramentum interveniat, propter secretam confessionem unius non prohibetur matrimonium, nisi aliter probaretur. Quòd si tale matrimonium jam initum sit ignorante consanguineo, tum qui fuit causa affinitatis sciens matrimonium jam contractum, non debet impedimantum revelare, nisi alia adsit probatio: ratio est, quia ad dissolvendum matrimonium jam contractum non sufficit unius testis depositio, sed necessarij sunt testes omni exceptione majores *c. super eo 22. in fin. de testib.* unde hoc est discrimen inter matrimonium contrahendum, & contractum, quia antequam contrahatur, tenetur sciens impedimentum illud revelare consanguineo volenti contrahere, ut desistat ab illo matrimonio ineundo, idque ne peccet mortaliter *c. si homo 35. q. 3.* imò si nolit admonitus desistere, tenetur revelare tale impedimentum Episcopo, vel Parocho, ne scilicet tale matrimonium contrahatur, quamvis aliàs impedimentum hoc probari non possit, ut docent Navarrus in *c. sacerdos de pœnit. dist. 6. n. 27.* & in manual. *c. 22. n. 23.* Covarruvias *in 4. 2. p. c. 6. §. 10. n. 21.* Verùm si unicus tantùm testis adsit ad impediendum matrimonium, & non possit suum testimonium probare, & sponsa neget se fuisse cognitam à tali viro; tunc potest sub conditione obtineri dispensatio super tali impedimento, quod si adsit, ecclesia dispensat: alioqnin nullum daretur remedium contra consanguineos volentes impedire matrimonia suorum consanguineorum, etiam sina justa causa, vel ob proprium interesse.

38 Verùm contra nostrum assertum, quòd ad impediendum matrimonium contrahendum non juratum sufficiat, si unus testis dicat, adesse impedimentum, potest objici textus in *c. in omni de testibus l. ubi numerus ff. eod.* siquidem in utroque jure cavetur, ne stetur depositioni unius testis *c. veniens de testibus l. jurisjur. C. eod.* hinc in ore duorum, vel trium dicitur stare omne verbum: ex hisce textibus videtur concludendum, non sufficare testimonium unius testis ad impediendum matrimonium etiam contrahendum, quia testis ille potest se movere ad impediendum, ne matrimonium contrahatur ex propria malitia, vel interesse. Tum quia depositio unius testis non sufficit ad dissolvendum matrimonium *c. consanguineos 35. q. 6. c. 3. qui matrim. accus.* ergo nec sufficiens est ad impediendum, ne contrahatur. Tum quia, si agatur de matrimonio impediendo ob affinitatem, ut in præsenti: affinitas non rectè probatur per unum testem *c. licèt de testibus.*

Præterea quis juramentum nihil adijcit sponsalibus, unde non videtur esse discrimen inter matrimonium jam contractum, & contrahendum. Sed contra quia licèt unius testis depositio non sufficiat, quando non agitur de periculo animæ, nec de evitando peccato, & tunc veri sint præcitati textus, in quibus utroque jure cavetur non esse standum depositioni unius testis: id tamen limitatur in favorem animæ, quando agitur de vitando peccato, ut in dicto textu *Praeterea 12. h. t.* quia quando agitur de salute animæ in re dubia, tutior pars est eligenda, & illa pars est tutior, in qua nullum adest periculum peccandi, quod tamen habetur, si matrimonium contrahatur: ad igitur evitandum peccatum admittitur depositio unius testis ad impediendum, ne contrahatur matrimonium, ex quo sequeretur peccatum. Tum quia cùm possint tunc sponsi cum alijs contrahere, non videtur inde illis inferri magnum præjudicium. 39

Ad id quod addebatur ad dissolvandum matrimonium non sufficere depositionem unius testis, respondetur, esse discrimen, quia quando agitur de matrimonio dissolvendo, non militat eadem ratio vitandi peccatum, quin potiùs ex ejus irritatione timeretur peccatum, & ideo non sufficit depositio unius testis ad dissolvendum matrimonium jam initum, quæ tamen depositio sufficit ad impediendum, na contrahatur. Ad aliud, quod addebatur de affinitate, quæ non rectè probatur per unum testem, respondetur, id esse verum, quando non agitur de peccato vitando, in casu autem nostro, quia agitur de vitando peccato depositio unius testis sufficit ad impediendum matrimonium. Ad ultimum quod addebatur, juramentum nil adijcere sponsalibus, respondetur, quòd tametsi sponsalia nuda promissione facta quoad alia non differant ab eis, quæ juramento reperiuntur firmata: in præsenti tamen casu sponsalia juramento firmata valdè differunt à factis per nudam promissionem: ratio est, quia quando sponsalia jurejurando firmata sunt, si per depositionem unius testis impedirentur matrimonio non secuto, ecclesia certa esset de perjurio, & incerta de impedimento, sicquè ecclesia eligit, quod tutius, & securius est, nampe sponsalia juramento firmata, & respuit, quod incertum est, seu respuit depositionem unius testis, na sponsi, qui jurârunt sponsalia, sint certò perjurij ob depositionem incertam unius testis. 40

Potest

41 Poteſt tamen ádhuc objici textus in *c. cum in tua h.t.* ubi ad impadiendum matrimonium, ne contrahatur, raquiritur, ut denuntians impedimentum ſit parſona gravis, & ut da ſama, vel ſcandalo daponat: atqui in hoc *cap. praterea h. t.* denuntians non aſt parſona gravis, nec docat da fama, val ſcandalo, proinda non debnit matrimonium impediri. Sad contra quia quamvis adducti taxtua vidaantur contrarij, procedunt taman diverſimodè, quia in *c. cum in tua 27.* impedimentum conſanguiniratis poterat par alium probari, proinda racte daſidaratur, ut danuntians ſit parſona gravis: ſecus in *c. praterea 12. h. t.* impedimantum affinitatis non potarat per alium probari, quàm par ipſum denuntiantem, cum ortum fuerit ex copula ſacrata cum ſponſa, proinde admittitur quamvis denuntians ſit ſocius criminis, & alleget propriam turpitudinam: ſiquidem quando varitas per alios probari non potaſt, tunc admittuntur inhabilea *l. conſenſu §. fin. C. de repudijs c. tertio loco de probat.* Notat enim Gloſſa in *c. cum in tua 27.* quòd denuntians dabeat eſſe parſona honeſta, & gravis, quando impadimentum potaſt per alios probari, quia perſona criminoſa non admittirur *c. praterea de teſtibus*, quæ autam perſona dicenda ſit gravis ralinquitur arbitrio Judicis, ut probat Menochius *de arbit. caſu 69.* Sed quando impadimentum oritur à perſona denuntiante parſona turpis admittitur *c. pra-*
42 *terea eod.*

Quæritur quinrodecimò, an ſola promiſſio merè interna facta homini ſufficiat ad valorem ſponſaliorum? Raſpondetur ſtanta jure poſitivo, promiſſionam internam factam homini non obligara; & ratio aſt quia jus poſitivum exigit ad inducandam obligarienem, ut promiſſio aceaptatur, & non poteſt acceptari niſi innotaſcat alrari parti, & ſi ſit marè intarna non potaſt innotaſcera, proinda nec inducera obligationem jure poſitivo, tum quia cartum aſt, dominium per actum merè intarnum non poſſe transferri, quia hæc translatio ſit par traditionem, & traditio dabat aſſe ſenſibilis *l. quoties C. de rei vendic.*

43 An varò ſacluſa diſpoſitiona juris poſitivi, & ſpactato ſolo jure naturæ promiſſio intarna facta homini obliget, ut ſi Titius ſa obliget Lucratiæ non par modum voti, ſed ſimplicitar, & intarnè ad illam ducendam, obligat hæc promiſſio, pluras affirmant, & nituntur primò quia non ſtare promiſſis perinde aſt ac mantiri, quia talis promiſſio radditur falſa. Tum quia non impletio promiſſionis etiam ſola manta facta eſt infidelitas, ac culpa jura naturali prohibita: ſicut enim is dicitur Deo infidelis *ecclеſ. 6.* qui promiſſionem Deo factam non ſarvat, ita etiam is eſt homini infidalis, qui aidem promiſſum non raddit.

44 Sacundò, quia obligatio promiſſionis merè internæ aſt à lega privata, quam promittens ſibimet ſpontaneè imponit, & à nulla alia voluntata dapendat niſi ab illa promittentis; nec aliana voluntas acceptans confert vim legis, nac vim obligandi aidem promiſſioni. Firmatur quia tota radix obligationis in hujuſmodi vinculis voluntatiis aſt animus ſa obligandi, quo daſiciante deficit omnis obligatio: argo eo poſito ponitur obligatio.

45 Tertiò, quia fortius eſt vinculum internæ promiſſionis; quam ſolius propoſiti, proinda debet intarna promiſſio aliquid addera ſupra ſolum propoſitum, & hoc additunt non potaſt aſſe niſi obligatio.

46 Quartò, quia acceptio neceſſaria non eſt ex naturæ jure, ut promiſſio obliget: proindanaqua ut axternà fiat, ſiquidam ſigna externa ſolùm daſiderantur proprar acceptionem.

47 Quintò, quia ſi promiſſio purè intarna juramento firmetur, inducit obligationam, ax quo liquat par actum marè internum poſſe aliquam, hominem obligari.

48 Saxtò, quia ſi Titius hari actu intarno promiſit Cajo, & hodie id ipſi ſignificat, tamerſi denuò non promittat, ſed dicat Cajo, ſe herì promiſiſſe ſuum equum, & Cajus aum acceptat hodie, manet Titius obligatus ad dandum equum Cajo ex vi promiſſionis purè internæ; quia ſignificatio hodierna facta Cajo non obligavit Titium, ſad heſterna promiſſio, quæ cum fuerit purè interna habuit vim obligandi.

49 Septimò, quia poſſeſſio ſola voluntate non poſſidendi amittitur *l. 1. §. ſi vir. l. 3. §. in amittenda.* argo promiſſio purè interna obligat. Octavò quia promiſſio facta infanti de matrimonio contrahando obligat, & taman hæc ſupponitur merè intarna, cùm infans incapax ſit acceptandi talam promiſſionam, ita docent Palatius *lib. 5. de contract. c. 11. §. porro.* Mendoſa *lib. 1. de pact. c. 4. num. 8.* Molina *tom. 2. de juſtit. tract. 2. diſput. 566.* Ledesma *2. p. q. 18. art. 1. dub. 13.*

50 Communior tamen, & verior ſententia eſt, promiſſionam purè internam ſactam homini nullam inducere obligationem atiam ſtando in jura naturæ, ac proinda poſſe liberè ravocari. Ratio daſumitur ax ao, quia intar homines jure naturæ non potaſt obligatio oriri niſi humano modo, non enim unus homo potaſt obligari alteri, niſi per modum ſibi connaturalam, & humanum: hic autem modus aſt, ut obligatio inducatur par ſigna axtarna, quia homo non potaſt devanira in notitiam voluntatis, deſiderij, & promiſſionis alterius, niſi per varba, & ſigna externa connexa cum actibus illis internia; quo ſit, ut non poſſit homo obligari actu purè intarno alteri homini: & hoc eſt diſcrimen inter obligationem, quâ homo ſe Dao obligat par actum purè intarnum, & quâ ſa obligat homini, quia cùm Daus ſit cordium ſcrutator, eo ipſo, quòd homo per actum purà internum ſe illi obligat, Daus cognoſcit hanc promiſſionem internam, & illam acceptat, cùm ſit de meliori bono, & homo manat Deo obligatus: ſacus quia homo non poteſt cognoſcera quid alter homo menta concipiat, & meditatur, non poteſt cognoſcara hanc promiſſionam merè intarnam, proinde nec poteſt illam acceptare, quia accaptatio aſt actus voluntatis, qui non alicitur niſi ex prælucente notitia illius, quod voluntas acceptat.

captet. Hinc defectu hujus acceptationis promissio purè interna facta alteri homini non obligat.

51 Idque firmetur, quia quoties promissio non acceptatur à Promissario, potest promissor illam revocare, quia non contrahit obligationem standi promissioni, nisi postquam hæc fuerit accepta ab eo; cui facta est promissio, unde quamdiu hic eam non acceptet, potest promissor eam liberè revocare: sed si Titius promissione purè interna promittet Cajo aliquid, Cajus non potest acceptare talem promissionem nisi ei innotescat per signe externe sensibile, & quamdiu manet purè interna non potest illi innotescere, consequenter nec potest ab illo acceptari: proinde potest Titius eam semper liberè revocare cùm obligatio standi promisso non contrahatur nisi post acceptionem.

52 Probari etiam potest ex *l. qui absenti ff. de acquir. possess.* ubi dicitur, *qui absenti servo scribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim velit servi possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus differre, quo servus certior factus fuerit.* Si igitur in promissione facta in absentia, quamvis externa sit, supponitur ex natura rei deesse animus se obligandi, donec absens acceptat; è fortioti id dicendum est de promissione purè interna, non enim hæc potest obligare, donec acceptetur à Promissario: & quamdiu manet purè interne, non potest acceptari, cùm non possit alteri innotescere, consequenter nullam potest obligationem inducere, quamdiu manet purè interna, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 1. in corp.* & in *4. dist. 38. q. 1. art. 1. quæstiunc. 1.* Sanchez *de sponsal. disp. 3. n. 6.* Garcia *de contractib. 1. p. c. 3.*

53 Neque argumenta, quibus nititur prior sententie, sunt magni momenti. Ad primum respondetur, non esse infidelem, nec contrahere peccatum infidelitatis eum, qui non servet promissionem purè internam factam homini; ratio est, quia promissio ille non est completa, quia non acceptetur ab alio, cui fuit facta, proinde promissor non est infidelis, quia infidelitas respicit alium, cui fides data fuit, & accepta, & quia promissio purè interna non fuit alteri significate, proinda nec data, nec accepta, non potest non servans promissionem purè internam dici infidelis. Tum quia promissionis purè internæ semper videtur inesse tacita conditio, si alteri intimata, & ab eo accepte fuerit. Ad id, quod addebatur eum esse infidelem, qui promissionem purè internam factam Deo non servat, respondetur, id verum esse; sed adesse discrimen, quia eatenus fit Deo infidelis, quia Deus est scrutetur cordium, & cognoscit promissionem purè internam sibi factam eb homine, eámque utpote de meliore bono acceptat, proinde si homo non servat promissionem purè internam factam Deo, culpam contrahit infidelitatis, & est infidelis: secus homo, quia non potest cognoscere promissionem sibi ab alio factam, si sit purè interna, non potest illam acceptare, proinde promissor purè interne non fit infidelis respectu alterius hominis.

54 Ad secundum respondetur, obligationem promissionis pendere è sola propria voluntate tanquam à principali movente, & tribuente vim obligendi tam promissioni, quàm acceptationi alterius: dependere autem à voluntate acceptantis, tanquam è conditione, sine qua non oritur obligatio. Hinc ad aliud, quod eddebatur, respondetur, totam radicem obligationis non esse solem voluntatem promittentis, sed adhuc desiderari acceptionem alterius, ut conditionem sine que non.

55 Ad tertium, obligationem purè internam esse quidem arctius vinculum, quàm merum propositum, sed inde non sequitur, inducere obligationem ante acceptionem, quia promissio purè interna potest dici vinculum arctius ex eo præcisè, quòd sit radix obligationis, adeò ut si intimetur exteriùs, & acceptetur, inducat obligationem ratione radicis, proinde quamvis nondum sit intimata, adhuc majorem vim habet, quàm propositum; sicut funis dicitur majorem vim ligendi hebere, quàm unus, valelter capillus: hæc autem vis obligandi in promissione purè interna non exercetur, nisi per externam applicationem, seu nisi per imitationem, & acceptionem.

56 Ad quartum respondetur etiam stando in jure naturæ necessariam esse acceptionem, quia sine hac promissio non habet vim obligandi in actu secundo, ut superiùs ostendimus.

57 Ad quintum promissionem illam internam juramento firmatam obligere, non quia sit simplex promissio purè interne, sed quia hebet rationem voti ob juramentum adjectum promissioni, Deus anim ratione juramenti acceptat telem promissionem.

58 Ad sextum respondetur, hesternam promissionem moraliter adhuc hodie perseverare, eò quia revocata non sit, proinde si hodiè intimetur, & acceptetur, inducit obligationem, adeò ut non sit ipsa intimatio, quæ obligat, sed promissio ut intimata, & acceptata.

59 Ad septimum respondetur, quòd licèt actus internus sufficiat ad aliquid in se ipso amittendum, non tamen sufficit ad jus in alterum transferendum per contractum, quia ad hoc jus transferendum requiruntur signe externa, quibus humano modo fiet translatio de uno ad alium, non enim in contractibus potest alio modo obligatio oriri, quàm more humano.

60 Ad ultimum respondetur, promissionem factam infanti præsenti non esse internam, sed externam, & tantùm per accidens se habere, si infans eam non percipiat ex defectu usus rationis, unde licèt talis promissio non obliget jure natureli, obliget tamen solo jure positivo, quo cautum est, favore infantis non requiri, quod ab eodem promissio sibi facta acceptetur.

61 Quæritur sextodecimo, an ex copula post contracta sponsalia de futuro matrimonium præsumatur? Respondetur, sponsalia per carnalem copulam transire in matrimonium, & contra hanc præsumptionem non admitti probationem, nec posse aliam duci, adeò ut sponsalia de futuro per talem copulam subsecutam tran-

tranſeant in matrimonium de præſenti, quod etiam docetur in *c. veniens 15. c. conſultationi 28. h. t.* & docent Baſilius Pontius *lib. 2. de matrim. c. 12.* Gregorius Tholoſanus *lib. 3. par. 1 tit. 21. c. 5.* Cujacius, Caniſius, & alij in hoc titulo: ratio eſt, quia ax tali ſubſecuta copula acclesia præſumit conſenſum conjugalem potiùs, quàm fornicarium ex benigna interpretatione, ut vitatur præſumptio peccati *argum. l. merito ff. pro socio l. Quintus Mutius ff. de donat. inter c. 2. de reg. jur.* Tum quia ſponſi eo ipſo, quòd conſentiunt in copulam poſt inita ſponſalia, vidantur priùs conſenſiſſe in matrimonium tanquam præambulum neceſſarium ad copulam licitam. Tum quia hæc copula videtur ſequi virtute præcedentis obligationis ſponſaliorũ *argum. Gloſſ. final. in l. quadam mulier ff. de rei vindic.* & tradit Maſcardus *de probat. vol. 3. concluſ. 1197. & 1215. n. 14.* immo contra præſumptionem cum copula ſubſecuta non admittitur ulla alia probatio, quia eſt præſumptio juris, & de jure: ut enim notat Gloſſa in *d. c. is qui. 3. h. t.* præſumptio eſt quadruplex, Prima juris, ſeu canonis, val legis, ſeu de jure, quod idem eſt, & hæc non admittit probationem in contrarium: ſecunda eſt hominie: tertia naturæ. Quarta facti, quæ admittunt probationem.

62 Hodie tamen poſt Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reform. matrim.* præſens deciſio non procedit, quia ibi irritatur matrimonium, eò ipſo, quòd contrahitur ſine præſentia Parochi, & teſtium; proinda etiam irritatur omna matrimonium præſumptum ex ſubſecuta copula, vel alia ſimili cauſa, ut notat Barboſa *in d. c. is qui.* ubi addit in Provinciis, in quibus Concilium Tridentinum non obſervatur, adhuc matrimonia hujusmodi præſumpta procadeta. Ratio hujus præſumptionis in acclesia eſt, quia copula ſubſecuta ad ſponſalia non creditur facta animo libidinoſo; ſed animo conſentiendi in matrimonium: ut igitur evitetur ſuſpicio peccati, præſumitur tunc in favorem matrimonij.

63 Quæritur decimo ſeptimò, an promiſſio purè interna facte Deo habens vim voti ſufficiat ad valorem ſponſaliorum? Reſpondetur, promiſſionem factam Deo de matrimonio contrahendo ex ſa niſi aliie veſtiatur circumſtantiis nullum ſortiri valorem, & votum aſſe irritum: & ratio deſumitur ex ipſa natura voti, quod debet eſſe da meliore bono, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 2. in corpore.* cœlibatus autem eſt dignior, ac melior matrimonio: unde ſi quie exiſtens in cœlibatu votum emitrat de nuptiis contrahendis, tale votum non eſt de maliore bono, proinde eſt irritum. Verùm hoc votum tunc obligaret, ſi matrimonium eſſat in præcepto, ut ſi vovens defloraret puellam fida datâ da matrimonio, quia tunc matrimonium eſt digniue ac præſtantius, eò quia ſit in præcepto, unda ceſſaret ratio da cœlibatu, qui eſt ſtatus dignior. Rurſue ſi ex matrimonio maxima aliqua ſperaretur urilitas totiue Raipublicæ, ut pax inter Principes Chriſtianos, vel copioſa fidelium converſio, valeret atiam votum de matrimonio contrahendo.

64 An verò obliget votum matrimonij factum cum animo profitandi religionem ante conſummationem matrimonij. Videtur dicendum, tale votum validum eſſe eò quis ſit de re bona, ſeu de Sacramento, ejúsque gratia recipienda. Secundò quia non impedit majus bonum, quia promittens matrimonium ante ejus conſummationem poteſt religionem ingredi, & ſervare cœlibatum.

65 Verùm putârim probabiliùs, tale votum nullius eſſe valoris, niſi aliqua peculiaris ratio intercedaret, ob quam ad Dei honorem tale matrimonium expediret, ut contigit in matrimonio Beatæ Virginis cum ſancto Joſepho; cæterum ſecluſa hac peculiari ratione votum contrahendi matrimonium non eſt validum, eò quia non ſit de meliori bono. Tum quia ducere uxorem animo firmiſſimo ingrediendi religionem ante ejus conſummationem eſt votum de re prorſus inutili, & contra naturam ipſius matrimonij, quod ordinatur ad prolem progignendam, unde tale votum regulariter eſt illicitum, quia inutile. Neque obſtat, quòd per tale matrimonium ſuſcipiatur Sacramentum, & ejus gratia, quæ plurimum adfert utilitatis. Nam id non eſt ad ram, quia votum de contrahendo metrimonio aſt inutile ratione finis ipſius matrimonij, eò quia non ordinatur ad procraationem ſobolis. Neque refert, quòd inde uberior gratia ſuſcipiatur, quia hæc poteſt recipi per alia Sacramanta, & ebsque damno tertij. Tum quia gratia matrimonij ad eum finam confertur, ad quem matrimonium ordinatur, nimirum in ordinc ed prolem, quam tamen non intendit, qui vovet matrimonium animo ingrediendi religionem anta ejus conſummationem.

66 Hinc ad primum fundamentum oppoſiræ ſententiæ reſpondetur, quòd tameiſi matrimonium ſit ſanctum, & conferet gratiam, votum tamen illius non eſt Deo accaptum; eo quia ſi fiat cum animo ingrediendi religionem ante ejus conſummationem ſit cum damno tertij, ſeu puallæ, quã vir ducit; hæc enim decipitur, & compellitur expectare donec ejus maritus emittat in religione approbata poſt annum probationis vota ſolemnia: privare autem puellam libertate nubendi per totum illud tempus eſt procul dubio grave onus, quod illi imponitur, proinde cum hoc damno tartij votum illud matrimonium ineundi cum animo ingrediendi religionam approbatam non acceptatur à Deo, quamvis matrimonium ſanctum ſit, & gratiam conferat. Ad ſacundum reſpondetur, matrimonium ex natura ſua præcludere viam ad ſpiritualis, & ſtatum cœlibatũe: quia ex parte ſua, qui uxorem ducit obligat ſe ad conſummandum matrimonium alioquin inutiliter, & vanè videretur matrimonium contrahi, niſi intenderet religionam eligara, vel votum amittare caſtitatis, quod Dao aſt gratius.

67 Quæritur decimo octavò, an promiſſio facta Deo habens rationem voti contrahendi matrimonium cum eliqua, obliget, ſi vovens in remedium concupiſcentiæ, quia ſe nimis fragilem experitur, votum illud emittat? Reſpondetur, duae eſſa ſententias, & primam docere, non inducere

ducere obligationem nubendi, & tale votum esse irritum: Rationes, quibus nititur hæc sententia, sunt primò, quia tametsi consultius tunc sit uxorem ducere, cùm dicat Apostolus *quòd melius est nubere, quàm uri*: nihilominus voto ad id se obligare, est viam præcludere Spiritui sancto, ne perfectiora, & efficaciora media inspiret. Et firmant ex eo, quia vovens efficitur impotens in perpetuum ad continentiæ, & religionis statum, cùm tamen tentationes illæ, quæ hominem pulsant cessare possint, immo carnis maceratione, jejuniis, oratione, ciliciis, flagellationibus facilè possint hujusmodi tentationes excuti. Secundò quia non videtur carere culpâ uti matrimonio ex eo duntaxat fine, ut quis evitet fornicationem, quia ut docet D. Thomas *in 4. dist. 31. q. 1. art 2. ad 2.* matrimonium non est institutum gratia vitandæ fornicationis, sed prolis procreandæ, proinde dirigere simpliciter matrimonium in talem finem vitandæ fornicationis non videtur vacare culpâ proinde votum de ineundo matrimonio ad hunc finem præcisè, & simpliciter invalidum est. Huic sententiæ adheret præsertim Sotus *lib. 7. de just. q. 1. art. 3.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 2.* & alij.

68 Secunda tamen sententia est communior, & verior, & docet, tale votum esse validum, & inducere obligationem, eò quia si quis sit in eo statu, ut assueverit tentationibus cedere, & in peccatum facilè prolabi, & cognoscat, præsentissimum remedium ad evitanda peccata esse matrimonium; tunc hoc est dignius, ac melius, non quidem statu cœlibatûs simpliciter, & præcisè, sed cum talibus circumstantiis, tentationibus, & frequenti lapsu in peccatum: quia tunc matrimonium trahit secum statum gratiæ, qui melior est statu peccati, proinde vovere tunc matrimonium ad declinandum peccatum, & ad se liberandum à statu peccati est quid melius, quam perseverare in statu peccati; & matrimonium tunc est de meliore bono ratione circumstantiarum, & statûs gratiæ, ad quem trahit ipsum voventem, quem liberat à peccato, & in hoc sensu scripsit D. Paulus *1. ad Corinth. 7. Melius est nubere, quàm uri*: ergo votum hoc contrahendi matrimonium ad se liberandum à statu peccati, tanquam de meliore bono est validum.

69 Tum quia ut aliquid sit Deo gratius non refert quid in universali, & in se consideratum sit præstantius, sed quid hic, & nunc consideratis circumstantiis magis præstet: unde matrimonium, quamvis generatim, & in se consideratũ non sit præstantius cælibatu; nihilominus hic, & nunc consideratis omnibus circumstantijs, & præsertim quatenus liberat voventem à statu peccati, est quid melius, & ejus votum est validum. Idque firmari ex eo potest, quia si Titius habeat domi concubinam, à qua difficillimè possit recedere, si ad se liberandum à statu peccati voveret eamdem ducere, utique tale votum censeretur validum, & confessarius obligaret Titium, vel ad illam ducendam, vel ad religionem aliquam approbatam ingrediendum, idque ad se liberandum à statu peccati. Præterea quia si Titius aperiret Confessario, se domi per plures annos alere concubinam, à qua difficulter potest recedere, imò sit illi quasi moraliter impossibile, ob plures narratas Confessario circumstantias, certè in hoc casu prudenter confessarius consilium illi daret, ducendi in uxorem talem concubinam, ut altem se liberaret à statu peccati, & à frequenti illo lapsu in peccatum, præsertim si Titius nollet illam dimittere, nec Religionem ingredi: ergo si Titius tale matrimonium voveret ad eundem finem liberandi se à statu peccati, non video, cur tale votum non deberet suum sortiri valorem, cum ratione circumstantiarum esset de meliore bono, & ita docent Bellarminus *lib. 2. de Monach. c. 14* Navarrus *c. 12. n. 43.* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 6. n 7.* Cajetanus *2. 2. q. 88. art 1. dub. ult.* Molina *tom. 1. de justit. tract. 2. disput. 149 §. verum.*

Neque fundamenta oppositæ sententiæ sunt firma, ad primum respondetur, quòd licèt matrimonium secundùm se, & simpliciter spectatum impediat majora bona, non tamen si consideretur cum præfatis circumstantijs, & quatenus liberat voventem à statu peccati: unde licèt vovens matrimonium, fiat tunc impotens in perpetuum ad statum continentiæ, liberatur tamen à statu peccati hic, & nunc, quod est quid melius. Ad secundum respondet Cajetanus *2. 2. q. 88. art. 2.* esse quidem peccatum uti matrimonio ad vitandam fornicationem, quando hæc aliâ viâ potest facilè declinari, non verò quando nonnisi difficulter, & matrimonium tunc liberat à statu peccati. 70

Quæritur decimonono, an vovere matrimonium ob causam piam inducat obligationem. Causa pia in ordine ad matrimonium debet talis esse, ut non solùm voveat quis contrahere cum paupere, sed etiam, ut promittat contrahere intuitu pietatis, quia si Titius voveret matrimonium contrahere cum Lucia paupere ob affectionem, quâ illam prosequitur, talis promissio non esset ob causam piam; quia hæc, duo necessariò exigit, primò ut concurrat pietas personæ; & secundò quòd fiat causa pietatis: si enim fiat votum ducendi in uxorem puellam pauperem ob amorem; non dicitur votum emissum causa pietatis, quia deficit pietas in vovente: ut etiam è contra si pauperi legâsset aliquis non intuitu pietatis, non esset legatum pium, quia deficit pietas in causa. Hinc Panormitanus in *proœm. decret. Gregor.* ait, promissionem tunc fieri ex causa pia, quando fit intuitu Dei: hinc si quid legetur consanguineo pauperi, non censetur legatum pium, quia præsumitur prævalere affectio sanguinis, cùm hæc sit naturalis. 71

Respondetur ad quæsitum, tale votum emissum ob causam piam esse validum, si fiat sub conditione, ut si Titius dicat, si ducturus sum uxorem, voveo ducere pauperem, vel si pressus carnis tentationibus experiatur se non posse continere, voveat se ducturum uxorem pauperem in honorem Dei; quòd si nullum haberet 72

respe-

respectum ad propriam fragilitatem, sed tantùm ad ducendam pauperem votum esset irritum. Ratio ex eo petitur, quia ex parte voti via præcluditur Spiritui sancto, ne altiorem statum inspiret, tum quia tale votum continet descensum à perfectiori statu continentiæ ad imperfectiorem matrimonij, quæ ratio est, ob quam omnes affirmant, matrimonium non esse legitimam materiam voti, quapropter ut fiat materia voti, debet causa pie eidem adnecti ex suppositione, quòd velit quis uxorem ducere: tunc enim si ex causa pietatis voveat ducere puellam pauperem, votum est validum, si ob honorem Dei, vel ad exercendam charitatem proximi voveat puellam illam ducere: ratio est, quia cùm jam sit determinatus ad ducendam uxorem, votum matrimonij, ex hac suppositione, non continet descensum à perfectiori continentiæ statu ad imperfectiorem matrimonij: sed continet ascensum à statu matrimonij ad exercitium pietatis erga Deum, & charitatis erga proximum, & in hoc sensu liquet votum esse de meliore bono: siquidem votum ducendi puellam pauperem non propter amorem, sed ob pietatem, & charitatem proximi, est aliquod opus bonū, quia est exercitium pietatis, & charitatis, quod potest esse materia voti, proinde inducit obligationem: neque tale votum præcludit viam ad statum altiorem, quia vovens etiam independenter à tali voto jam est determinatus ad ducendam uxorem, & votum superveniens non cadit supra matrimonium præcisè, sed super exercitium pietatis, & charitatis, quatenus ex causa pietatis vult ducere puellam pauperem, hoc autem exercitium est aliquod bonum, & materia voti.

73 Quæritur vigesimò, an major usus rationis requiratur ad contrahenda sponsalia, quàm ad peccandum lethaliter, & an sit peccatum, sponsalia contrahere ante septennium? Respondetur cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 4. c. 2.* ad contrahenda sponsalia non requiri majorem usum rationis, quàm ad peccandum lethaliter. Ratio est, quia ille usus rationis sufficit ad se obligandum per votum solemne Ordinis sacri, quod tamen est perpetuum; & per votum simplex religionis, quæ est obligatio status perpetui, & major, quàm sponsaliorum: siquidem votum annexum Ordini sacro nullo modo potest solvi, nisi per dispensationem Pontificis: & votum religionis indiget etiam eadem dispensatione, vel paterna irritatione, nec potest propria pueri voluntate dissolvi: ergo si usus rationis, qui in septennio communiter adest, sufficit ad obligandum pro voto solemnis Ordinis sacri, & pro voto Religionis; à fortiori sufficiet ad contrahenda sponsalia, ut docent Coninck *de sacrament. disp.* 21. *dub. 5. n. 49.* Fernandez *in exam. theol. moral. p. 3. c. 17. §. 1. n. 6.* Diana *tract. 6. de sacrament. matrim.* Idque firmatur, quia idem usus rationis, qui sufficit ad peccandum lethaliter ex jure, sufficit etiam ad contrahenda sponsalia, ut habetur in *l. sponsalibus 2. ff. de sponsal. c. litteris c. accessit. c. ad dissolvendum de despons. impub.* in hisce enim canonicis legibus præscribitur tempus septem annorum, ut validè contrahantur sponsalia, unde jura supponunt, eundem usum rationis sufficientem ad peccandum lethaliter, sufficere etiam ad [contrahenda] sponsalia.

74 Sunt tamen qui censent, majorem usum rationis requiri ad contrahenda sponsalia, quàm ad peccandum lethaliter, eò quia ad lethale peccatum sufficit advertentia præsentis mali, & non desideratur ulla futurorum providentia: secus ad sponsalia cùm sint obligatio ad futurum, & quidem etiam ad perpetuum statum, requiritur futurorum providentia, ita docent Bonacina *de matrim. q. 1. punct. 4. num. 4* Ludovicus Lopez *2. p. instruct. c. 27. de matrim.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 43. art. 2. dub. 1.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 13. num. 9.* Sed contra, quia si hæc futurorum providentia, quam exigit hæc sententia, desideraretur in contrahendis sponsalibus, incautè à jure præscriptum esset tempus septem annorum ad contrahenda sponsalia, ut statuitur in *d. l. sponsalibus 2. ff. de sponsal.* & aliis præcitetis legibus.

75 An verò sit peccatum lethale sponsalia contrahere ante septennium completum? Respondetur cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 12. c. 5. n. 2.* pueros ante septennium completum contrehentes sponsalia non peccare lethaliter, quia vel malitia supplet ætatem; & tunc sponsalia suum fortiuntur valorem: vel malitia non supplet ætatem, & tunc nihil agunt, nec ullam inferunt Sacramento injuriam, proinde ex nullo capite videntur pueri nondum septennes tunc peccare. Tum quia sponsalia non sunt Sacramentum proinde non fit injuria Sacramento, si ex defectu usus rationis non contrahantur: siquidem ex illis sponsalibus non oritur obligatio saltem respectu illius, qui non est doli capax; nec aliquid illicitum permittitur, & ita docent Coninck *de Sacrament. disput. 21. dub. 5. conclus. 2. num. 53.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 7. num. 259.* Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 2. c. 2. n. 4.*

76 Cæterum si usus rationis ante septennium reperiatur in contrahentibus sponsalia sunt valida, ut docet Basilius Pontius *lib. 12. c. 5. num. 5.* & ratio est, quia eatenus jura præscribunt septennium, quia ante illud tempus usus rationis non præsumitur perfectus: unde si de usu rationis sit præsumptio, vel potius certitudo, cessat finis legis, consequenter etiam ejus dispositio: & ob hanc rationem fortassis dixit Jurisconsultus *in l. in sponsalibus 1. ff. de sponsal.* ad sponsalia validè contrahenda sufficere, si sponsi, quid agunt, intelligant. Idque ex eo firmari potest: quia licèt pro contrahendo matrimonio à jure requisitus sit in fœminis 12. annus completus, & in viris 14. si tamen malitia, seu potentia generandi, & discretio ante illam ætatem alicui adveniat validè contrahit matrimonium *c. de illis 2. de despons. impub.* idque non ob aliam causam, nisi quia tunc cessat ratio, ob quam illa ætas 12. vel 14. annorum præscripta est: ita à pari cessat in habente ante septennium perfectum usum rationis: proinde sponsalia inita ante septen-

ptennium sunt valida in contrahentibus si reperiatur usus rationis.

77 Quæritur vigesimo primò, an sponsalia metu gravi inita valida sint, si accesserit juramentum: vel iuramentum servandum sit, donec relaxetur. Notandum est, aliud esse quærere, an talia sponsalia metu gravi inita firmentur juramento: & aliud, an tale juramentum obliget donec relaxetur: certum est enim, talia sponsalia, si ex se sint invalida, non fieri valida accedente juramento, quia juramentum metu extortum non confirmat contractum, sed illum relinquit in pristino suo valore, vel nullitate. Quòd si ea sponsalia valerent, adhuc non firmarentur juramento, & posset peti relaxatio juramenti ab Episcopo, & hac concessâ posset contra talia sponsalia quis venire. Difficultas igitur est, an juramẽtum obliget, vel indigeat relaxatione? Respondetur, sponsalia metu gravi extorta, & inita non firmari juramento, nec ratione hujus obligere, aut indigere relaxatione, adeò ut sponsalia metu gravi inita sint ex se invalida, nec fieri valida accedente juramento: siquidem juramentum metu extortum cum non confirmet contractum, eum relinquit in pristino valore, vel nullitate; non enim juramentum vi, vel ex gravi metu extortum obligat, proinde non indiget relaxatione, ut docent Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 4. disp.* 21. *n. 3.* Barbola *in collect. tom. 2. lib. 4. tit* e. c. 11.

78 Idque firmatur *ex c ex litteris de desponf. impub.* ubi sponsalia metu contracta dicuntur irrita, & Alexander de Nevo ibid. *num. 5.* asserit, in casu de quo loquitur summus Pontifex in dicto textu intervenisse juramentum. Tum quia si contractus aliquis ob publicam utilitatem prohibeatur, quamvis postea accedente juramento fulciatur, juramentum nullam parit obligationem, nec indiget relaxatione: atqui sponsalia metu gravi extorta, & inita sunt ex se irrita, & prohibentur etiam ob publicam utilitatem, proinde tametsi accesserit juramentum, non tamen acquirunt valorem, quia juramentum metu extortum relinquit contractum, cui adjicitur in pristino suo valore, vel nullitate, adeò ut si contractus sit ex se irritus, non fiat validus per juramentum metu extortum. Posset tamen in contrarium objici, quia jurans solvere usuras tenetur observare juramentum *c. debitores de jurejur.* ergo jurans sponsalia illicita tenetur observare juramentum. Sed contra negatur consequentia: ratio discriminis est, quia contractus usurarius prohibetur principaliter ob bonum privatum, quia non interest Reipublicæ, quòd hic, vel ille civis pecuniam per usuram extortam sibi comparet: sponsalia verò coacta ob publicam utilitatem interdicuntur, proinde non firmantur juramento: siquidem juramentum metu extortum non confirmat contractũ aliàs invalidum, ut sunt sponsalia gravi metu inita, proinde nec obligat, nec relaxatione indiget.

79 Quæritur vigesimo secundò, an ad valorem sponsaliorum sufficiat consensus fictus? Et quid juris si consensui ficto apponatur juramentum absque animo se obligandi? Docent plures cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 9. n. 5.* eum qui tantùm fictè promisit, aliquam ducere, teneri solùm ratione damni illati, si illam corrupit, eam ducere, non aliter, ut etiam docet Molina *de justit. tom. 4. disput. 35e.* quia obligatio promissionis provenit ex lege positiva, quam quis sibi apponit: atqui nulla lex obligat, nisi Legislator velit, ut obliget: ergo quando quis promittit animo non se obligandi promissio, quæ est lex privata non obligat. Putârim tamen, hanc sententiam tantùm procedere in foro conscientiæ: quia in foro exteriori difficulter potest probari consensus fictus; quia homines judicant secundùm ea, quæ per signa externa illis possunt innotescere: consensus autem fictus cum sit in mente fictè consentientis non est quid sensibile alijs, proinde non potest ab ipsis judicari, an fictus sit, vel verus; & quia ex alia parte supponuntur sponsalia inita per signa externa, seu verba exprimentia consensum, ideo in foro externo talia sponsalia præsumuntur vera, & valida, donec probetur consensus fictus.

Mihi etiam placet sententia Basilij Pontij *de matrim. lib. 2. c. 4. & lib. 12. c.* e. obi docet talia sponsalia esse simpliciter valida: quia quando quis profert verba promissionis, & scit esse promissionis, & insinuata sunt illi, cui promissio fit; tunc ex naturali jure tenetur stare promissioni, & servare veritatem: ratio est, quia promissio ex natura sua exigit, ut sit fidelis, proinde cum quis profert verba promissionis, intendit promittere eo modo, quo promissio exigit ex natura sua poni: alioquin non poneret promissionem, proinde si promittit, tenetur servare veritatem promissionis. 80

Quòd si dicas, promissionem simpliciter, & ex se debere quidem esse fidelem: sed promittentem posse tantùm fictè proferre verba illa promissionis, & potest non habere animum standi illi promissioni, proinde tunc talem promissionem hic, & nunc per talia verba factam non exigere ex natura sua fidelitatem. Contra est, quia promittens non potest immutare naturam promissionis nec tollere pro suo libitu eam naturalem obligationem, quam promissio ex natura sua exigit, proinde sponsalia per consensum fictum inita, adhuc obligant contrahentes, quia obligatio promissionis non oritur ex voluntate promittentis, sed ex naturali jure, quòd debeat veritas esse conjuncta verbis: & qui promittit, non potest hanc conjunctionem cum obligatione tollere à promissione. Hinc infert Pontius, eum, qui fictè promisit, & sub spe matrimonij, virginem decepit: teneri implere promissum, tametsi disparis sit conditionis in nobilitate, vel divitijs, dummodo ex signis sensibilibus, & externis non possit conjici fictus consensus, & putat, illam disparitatem conditionis non esse argumentum sufficiens, doli, vel fictionis. 81

Quòd si sponsalibus fictis apponatur juramentum sine animo se obligandi, tunc oritur obligatio præstandi, quod promissum est, quia obli- 82

obligatio juramenti non oritur ex eo, quòd aliquis ſe velit obligare: ſed ex eo, quòd re ipſa, & voluntariè Deum aſſumat in teſtem rei futuræ: etenim reverentia, quam Deo debemus, obligat ad id præſtandum, quod ſub divina atteſtatione aliquis ſe facturum promiſit: alioquin Deum arceſſeret teſtem falſi. Quamobrem licèt ex vi promiſſionis nulla oriretur obligatio erga compartem in ſententia docentium, ſponſalia ficlè inita non inducere obligationem: orietur tamen obligatio religionis erga Deum feciendi id, quod juratum eſt: quia ſupponitur hoc juramentum non eſſe metu, nec vi extortum, ſed omninò liberè factum, & ſine peccato ſervari poſſe, ita docent Covarruvias *de pact. p. 1. §. 5. n. 2.* Sotus *de juſtit. l. 7. q. 1. art. 7. ad 4.* Cajetanus *2. 2. q. 19. art. 7. ad 4.*

83 Verùm ſi juramentum apponatur ſine animo ſe obligandi, probabile videtur aliquibus, tunc non inducere obligationem, ut docet Sanchez de matrim. *lib. 1. diſp. 9. n. 9.* Mercerus *in 3. p.* D. Thomæ *q. 43. de matrim. dub. 1.* Diana *tract. 6. de matrim. reſol. 8.* Ratio eſt, quia Deus non acceptat juramentum, niſi juxta hominis intentionem *can. humanæ aures 22. q. 5.* Verùm licèt hæc poſſint procedere in foro conſcientiæ, in foro tamen externo, quia hujusmodi conſenſus ficti difficulter poſſunt probari, judicium fertur juxta ea, quæ per verba, vel ſigna alia ſenſibilia exprimuntur.

84 Quæritur vigeſimo tertiò, an ſponſus poſſit matrimonium contrahere, quando aliquo occulto vitio laborat, cujus ſi alter conſcius eſſet, poſſet juſtè ex ſponſalibus reſilire? Reſpondetur cum Baſilio Pontio *de matrim. lib. 12. c. 18. n. 5.* defectus eſſe in duplici genera, alij enim ſunt defectus, qui inſunt uni ex contrahentibus, ſive ex culpa, ſive non, & hi defectus qua nvis reddant nuptias minus appetibiles, non tamen pernicioſas: ut ſi mulier, quæ putetur pulchra, quia abſens; ſit deformis: vel ſi puella, quæ cenſetur virgo, ſit corrupta. Alij ſunt defectus, qui reddunt nuptias non ſolùm minus appetibiles, ſed etiam pernicioſas, ut morbus contagioſus, mores improbi, gravis infamia, ſive perſonalis, ſive ſui generis, quæque talis ſit, ut poſſit honeſtam familiam deturpare. Defectus primi generis non tenetur contrahens ſponſalia manifeſtare alteri, quamvis patiens hos defectus non debeat dicto, vel facto poſitivè contrarium ſimulare; quia tales defectus cùm ſint conjuncti cum aliqua infamia non tenetur quis manifeſtare; proinde ſi puella interrogetur, antequam contrahat ſponſalia, an ſit virgo, vel corrupta, poteſt tunc defectum ſimulare, & prorſus tacere, & initis ſponſalibus uti aliquo artificio, ne deprehendatur corrupta.

85 Sin verò defectus ſint ſecundi generis non eſt licitum contrahenti cum tali vitio occulto ſponſalia contrehere in caſu, quo alter ſponſus ſi eſſet conſcius juſtè reſiliret à ſponſalibus, ſi enim tunc contrahens interrogetur ab alio de tali vitio, tenetur illud aperire, quia alias eum deciperet in re gravi.

Poteſt tamen in contrarium objici; quia adulter occultus ita jus exigendi debitum amittit, ut non poſſit in conſcientia illud exigere ab innocente, quem adulterium latet, quia cum primum conjux adulterium commitrit, innocens coram Deo eſt abſolutus à debito reddendo: proinde adulter non poteſt petere debitum, eò quia non ſit illi debitum: antecedens liquet, quia ſi innocenti innoteſceret alterius adulterium maneret abſolutus juxta communem ſententiam ab obligatione reddendi debitum: atqui notitia facti non eſt illa, quæ abſolvit; ſed factum ipſum; proinde ante notitiam adulterij conjux innocens erat re ipſa abſolutus ab obligatione reddendi debitum conjugi adultero, & ad id tantùm tenebatur ex conſcientia erronea: ita à pari eo ipſo; quòd ſponſus laborat occulto vitio, quod ſi innoteſceret ſponſæ hæc juſtè reſiliret à ſponſalibus non poteſt ſponſus ſponſalia contrahere. 86

87 Sed contra, quia conjux adulter quamdiu alterum latet adulterium non deperdit jus exigendi debitum; & poteſt illud exigere; ſiquidem adulterij non poſſe debitum exigere, eſt in pœnā ſui delicti; quia cùm fidem matrimonij violaverit, dignus eſt, ut eidem fides non ſervetur: atqui reus non tenetur ſuum delictum prodere, ut à Judice, vel ab uxore in pœnam ejusdem privetur jure exigendi debitum; proinde quamdiu delictum non innoteſcit uxori, ut adulterum per exceptionem elidat, non privatur jure exigendi debitum, nec ipſe adulter tenetur eſſe executor ſuæ pœnæ. Tùm quia hæc pœna eſt veluti conventionalis inducta jure divino, & naturali, ut frangenti fidem fides non ſervetur, pœna autem conventionalis non debetur ante ſententiam Judicis, vel ſaltem antequam pars altera petat.

88 Hinc reſpondetur directè ad objectionem, innocentem non eo ipſo eſſe abſolutum ab obligatione reddendi debitum, ſed tantùm habere jus, quo ſi velit, poſſit ſe abſolvere in foro conſcientiæ dum modo adulterium alterius conjugis ipſi conſtet. Neque obſtat, quòd notitia facti non abſolvat, ſed factum ipſum: quia licèt id verum ſit, requiritur tamen notitia facti tanquam conditio, ſine qua non poſſet ſe abſolvere ab obligatione reddendi debitum.

89 Quæritur vigeſimo quartò, an ex notabili deformitate ſupervenientе ſponſæ diſſolvantur ſponſalia? certum eſt, ſponſum non teneri matrimonium contrahere, ſi poſt ſponſalia, ejus ſponſa oculos amitteret, vel naſum perderet, vel morbo contagioſo infieeretur, vel paralyſi laboraret, vel leprâ deturparetur, idque deſumitur ex *cap. quemadmodum de jurejur.* quamobrem difficultas eſt de ſupervenientе notabili deformitate. Plures negant, ſponſalia diſſolvi per hanc ſupervenientem notabilem deformitatem, ita Guttieres *de matrim. c. 21. n. 5.* Covarruvias *4. decret. 1. p. c. 5. init. n. 6.* Ludovicus Lopez *2. p. inſtit. de matrim. c. 38.* & alij eo innixi fundamento: quia textus *in d. c. quemadmodum de jurejur.* diſſolvit ſponſalia ob oculorum

lorum, vel nasi amissionem, vel ob peralysin: & deformitas, de que est quæstio, & quæ edversatur pulchritudini præcedenti vultûs non est hujusmodi: proinde sola deformitas superveniens quamvis notabilis non dissolvit sponsalia. Verum contraria sententie est communior, eámque docent D. Thomes *in 4. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 3.* & ibi Sotus *q. 2. art. 5. cas. 9.* Hostiensis *in d. c. quemadmodum num 3.* ubi expressè ait, dissolvi sponsalia, quando notebilis deformites superveuit: quia non manent res in eodem statu cum uon sit fœmina epte facere id, per quod ducitur; scilicet tollere viro occasionem fornicandi, eò quia ad eam deformem nou possit accedere: unde ratio etiam assignatur, quia scilicet res uou permauet in eodem statu, éstque notabilissima mutatio, quæ si à principio extitisset, sponsus minimè cum sponsa ita deformata coutraxisset: hanc sententiem etiam docent Canonistæ præsertim Abbes *n. 2.* cum Glossa in *c. fin. V. cogi de conjug. lepros.* Imole *in c. quemadmodum de jurejur. n. 5.* Navarrus *in sum. c. 21* & alij diceutes, dissolvi ob quamlibet uotabilem deformitetem superveniem sponsæ sponsalie, & fusè id probet Basilius Pontius *de matrim. lib. 12 c. 17. n. 5.*

90 Id autem procedit de sola deformitate superveniente sponsæ, quie iu viris non ita requiritur pulchritudo sicut in fœmine: unde deformitas iu viro debet esse lougè uotabilior quàm in fæmina, ut dissolvat sponsalia, seu det jus sponsæ resilieudi: hæc autem deformitas esset, si vir totum usum deperderet, si tota facies fœdè exareretur, vel alia ratione ita fieret deformis, ut spectantibus horrorem aliquem incuteret, ut etiam si cum notabili deformitate superveniret aliud malum, ut si perderet oculum, vel si periculum immineret perdendi secundum: aut si prorsus ineptus fieret ad exercitium suæ ertis, vel ad officium acquireudum pro sustentatione familiæ necessarium, ut docet Coninck *de sacrament. disp. 23. dub. 8. n. 66.* Cæterum si deformitas superveuiens viro nou sit excessiva, non dat sponsæ justam causam resiliendi.

91 Quæritur vigesimo quiutò, an si sponsalia communi consensu dissolvantur, adhuc oriatur ex eis impedimentum publicæ honestetis? Respondetur; duas esse sententias, unam affirmativam, quam doceut Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 9. n. 3.* Dicastillus *de sacrament. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 39.* Perez *de matrim. dist. 8. sect. 2. n. 4.* ubi ait, quòd, si sponsalie dissolvantur mutuo consensu coutrahentium adhuc oriatur impedimeutum publicæ honestatis, eò quia impedimeutum matrimonij non dependet à voluntate contrahentium, sed ab Ecclesia constitnente ut impedimentum publicæ houestatis oriatur ex sponsalibus velidis: atqui ex eo, quòd postea dissolvantur mutuo consensu sponsorom, non sequitur ab initio fuisse validè contracta, proinde hæc dissolutio ex mutuo consensu non impedit, quin ex ipsis oriatur impedimentum publicæ honestatis. Tum quia ratio, ob quam inductum fuit ab ecclesia hoc impedimeutum publicæ honestetis, adhuc urget, licèt sponsalie mutuo consensu dissolvautur: ratio enim motiva est, quie nou decet, matrimonium contrahi inter aliquas personas, quæ sibi factæ sunt propinquæ per sponsalie, alioquin cessaret hoc impedimentum post mortem alterius sponsi, quia tuuc sponsalia etiam dissolvuntur.

Verùm licèt hæc seuteutia probabilis sit, contraria tamen mihi videtur etiam valdè probabilis, & eem docent Leander *de sacrament. tom. 2. tract. 9. disp. 19, q. 4.* Castrus Palaua *tom. 5. disp. 4. punct. 10 & 8.* Mercerus *de sacrament. in supplem. q. 57. dub. 2. n. 4.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 22. n. 2.* ubi eit, in suam sententiam traxisse multos viros doctos ex Dominicanorum familia, & ex Societete Jesu. Hinc qui contrexit sponsalie cum matre, si postea ex communi consensu dissolvautur, potest sponsus absque summi Pontificis dispensatioue sponsalia contrehere cum filia. Ratio est, quia hujusmodi sponsalia mutuo consensu soluta, sunt prorsus nulla, & invalida, ut docet Basilius Pontius *de matrim. lit. 7. c. 36. n. 9.* ubi etiam citat declarationem Sacræ Congregationis Concilij, ubi asserit, quòd si sponsalia solvantur ex mutuo utriusque sponsi consensu sacre Congregatio ceusuit, esse invalida. Neque obstat fuudamentum oppositæ seutentiæ, quie licèt impedimentum matrimonij non dependeat à voluntate coutrehentium: sed ab ecclesia, hæc tameu declaret iu dicta Congregatione Concilij, esse sponsalia mutuo consensu solute prorsus invalide, quie sponsalia, quæ mutuo consensu dissolvuntur, evenescunt immediatè, & ratione sui; & ex sponsis viventibus nuus desinit pertinere ad elium, proiude ita se habent, ac si non fuissent. 92

Ad elind quod eddebatur, quòd etiam per mortem elterius sponsi cessaret impedimentum publicæ honestatis. Respoudetur, esse discrimen, quie sponsalia mutuo consensu soluta sunt nulla, & invalida, & immedietè evanescunt ratione sui, & ita se habent, ac si non fuissent, adeò ut voluntas uou contrahendi ratione mutuî consensûs retrotrehatur ad tempus, iu quo fuerunt sponselia inita, & id operetur ex fictioue juris ut non ceuseetur factum, quod erat factū: secus contiugit per mortem alterius sponsi, quia tunc sponsalia censentur perpetuò durare, quia eum spons⁹, qui decessit, non retractaverit suam voluntatem, sed in eedem obierit, judicatur decessisse cum eadem voluutate, proinde non obstente ejus morte nou cessat impedimeutum publicæ houestatis: sicut non censetur cessare voluntas in defuncto perseverandi in ijsdem sponsalibus. 93

Quæritur vigesimo sextò, an ex sponsalibus invalidis ob occultum impedimentum oriatur impedimeutum publicæ honestetis? Respondetur, dues esse seutentias, affirmativam unam, quam doceut Pontius *lib. 7. c. 35. n. 10.* Layman *lib. 5. tract. 10. c. 9. num. 4.* Sanchez *lib. 7. disp. 69. n. 10.* & alij eâ innixi ratione; quia impedimeutum publicæ houestatis statutum est pro- 94

propter indecentiam, quam secum trahit matrimonium cum consanguinea in primo gradu illius, cum qua sponsalia fuerunt inita: atqui hæc indecentia semper oritur quoties constat, sponsalia fuisse valida, tametsi de facto irrita sint ob impedimentum occultum. Secunda sententia, quæ videtur communior, & verior, negat, ex sponsalibus nullis ob occultum impedimentum oriri hoc impedimentum publicæ honestatis, docent hanc sententiam Coninck *de Sacrament. disp. 32. dub. 6. num. 69.* Hurtadus *de matrim. disp. 21. difficult. 1. num. 4.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 24. num. 2.* Rebellius *lib. 3. q. 14.* ratio est, quia Concilium Tridentinum generaliter asserit, ex sponsalibus quacunque ratione invalidis nullum contrahi impedimentum publicæ honestatis, & quia Concilium loquitur sine ulla restrictione, non debet id restringi, & limitari ad illa tantùm sponsalia, quæ publicè sunt invalida, quando enim lex non limitat, nec distinguit, nec debemus nos limitare. nec distinguere: alioquin sequeretur, quòd si sponsalia essent occultè valida, & publicè censerentur invalida, non oriretur ex ipsis impedimentum publicæ honestatis, quia nulla esset publica indecentia in tali contractu cum consanguineis sponsæ: & tamen ex sponsalibus validis etiam omnino occultis certum est, oriri impedimentum publicæ honestatis: unde non est spectanda publica indecentia, quæ oritur apud homines, sed quæ oritur spectato ipso contractu valido, vel invalido. Quamobrem impedimentum publicæ honestatis nõ oritur nisi ex sponsalibus validis cum determinata, ac certa persona, & ex absolutis, non verò ex sponsalibus invalidis, sive ex defectu consensus, sive ob aliquod impedimentum quamvis occultum: & hoc impedimentum publicæ honestatis ita est perpetuum, ut non dissolvatur per mortem alterius sponsi, eo quia Sponsus supponatur decedere cum eadem voluntate contrahendi sponsalia.

96 Quæritur vigesimo septimò, an hoc impedimentum publicæ honestatis oriatur ex sponsalibus fictè initis; scilicet ore tenus absque interno consensu. Affirmant Basilius Pontius *lib. 7. de matrim. c. 36. n. 16.* Sanchez *lib. 7. disp. 68. n. 14.* Leander *de sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 19. q. 3.* & alij. Fundamentum hujus sententiæ est, quia sponsalia eo ipso, quòd exteriùs liberè, & seriò, & absque joco contrahuntur, obligant tam ex justitia, quàm ex fidelitate. Præterea ratio finalis, cur ecclesia posuerit hoc impedimentum publicæ honestatis fuit impedire scandala, & publicam indecentiam, ut desumitur *ex c. juvenis 3. de sponsal.* atqui hæc omnia contingunt, quando sponsalia exteriùs apparent valida, & ad eorundem valorem tantùm desideratur consensus internus, & quia hic defectus interni consensus de facto omnes latet, parinde se habet, ac si non esset in ordine ad impedienda scandala: proinde quando defectus consensûs non constat exteriùs ex sponsalibus etiam fictè celebratis, seu ore tenus absque consensu interiori, oritur impedimentum publicæ honestatis.

Nihilominus secunda sententia videtur communior, & probabilior, eamque docent Coninck *de sacrament. disput. 12. dub. 5. n. 69.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 23. n. 4.* Rebellius *lib. 4. q. 14. n. 3.* Hurtadus *de matrim. disp. 21. diffic. 1.* Mascardus *tom. 1. lib. 1. p. 1. tract. 11. docum. 8. n. 2.* Ratio est, quia eo ipso quòd sponsalia fictè contrahuntur, & tantùm ore tenus sine interiori consensu, non sunt valida: atqui ex sponsalibus invalidis non oritur impedimentum publicæ honestatis, quia quod est invalidum perinde se habet, ac si non esset, & quod non est, non potest ponere ullum impedimentum.

Itaque etiam deciditur in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 3. de reform. matrim.* ubi corrigitur jus antiquum: siquidem ex sponsalibus invalidis ex quacunque causa, dummodo invalida non essent defectu consensus ante concilium Tridentinum oriebatur publica honestas efficax ad dirimenda sponsalia, & matrimonia sequentia. Conciliũ verò statuit generatim, ut impedimentũ publicæ honestatis non oriatur nisi ex sponsalibus validis, & excludit omnia sponsalia invalida sive defectu consensûs, sive ex quacunque alia causa, unde Concilium comprehendit omnem invaliditatem, etiam eam, quæ provenit ex defectu consensûs non solum externi, & apparentis, ut in pueris, & furiosis, sed etiam interni: unde saltem in foro conscientiæ sponsalia fictè celebrata ore tenus sine consensu interiori non dirimunt matrimonium, si contrahatur cum consanguinea sponsæ. Et hæc procedunt in foro conscientiæ, quia in foro externo defectus consensûs interni esset probandus; & quamdiu non probatur, sponsalia, quæ exteriùs liberè, & seriò sine joco fuerunt inita, censentur valida, & obligant ex justitia, & fidelitate: quia hominibus non potest innotescere voluntas contrahentis sponsalia nisi per verba, & signa exteriora, quæ omnia cùm significent sponsalia esse valida, & validè, ac liberè celebrari à contrahentibus; ideo in foro externo talia sponsalia judicantur valida, proinde ex illis oritur impedimentum publicæ honestatis, & sponsus non permittitur ducere in uxorem consanguineam sponsæ suæ, cum qua tantùm ore tenus absque consensu interiori sponsalia contraxerat: & hac distinctione adhibita possunt reconciliari oppositæ sententiæ. 97

98 Quæritur vigesimo octavò, an adstrictus sponsalibus juratis, si postea emittat votum religionis possit adhuc matrimonium contrahere animo ingrediendi religionem ante consummationem? Respondetur, talem posse contrahere matrimonium cum animo tamen ingrediendi religionem ante ejus consummationem. Ratio est, quia cum supponatur adstrictus sponsalibus etiam juramento firmatis, tenetur juramentum servare, si non sit in dispendium propriæ salutis, nec inde sequatur Dei offensa: atqui si Titius contraxit sponsalia cum Lucretia, & juravit, se non recessurum à sua promissione, & postea ipsum pœniteat, ita contraxisse, & voveat ingredi religionem approbatam, tunc si possit

sine

fine Dei offensa utrique satisfacere, juramento scilicet, & voto, tenetur utrumque præstare: sed ex eo, quòd contrahat matrimonium cum Lucretia satisfacit juramento: & ex eo quòd ante consummationem matrimonij ingrediatur religionem, & in ea solemnem emittat professionem, satisfacit voto, adeò ut ita contrahat matrimonium, ut non violet votum, & ita servet votum, ut stet juramento sine Dei offensa, & sine dispendio propriæ salutis, ergo utrumque præstare potest: etenim voto religionis adstrictum non peccare contra votum si matrimonium contrahat ex eo liquet: quia votum religionis, & castitatis solum obligat ad non contrahendum cum animo consummandi, alioquin nunquam liceret sine obtenta priùs dispensatione tali animo contrahere, quod est falsum. Tum quia ex contraria sententia sequeretur, quòd qui eo animo contraxit, teneretur postea non ingredi religionem.

99 Præterea quia ex eo, quòd sponsus utrumque servet juramentum, & votum, non infert injuriam alteri conjugi, nec Sacramento, siquidem qui matrimonium contraxit potest sine injuria alterius ante consummationem matrimonij religionem ingredi, & in ea solemniter profiteri: est enim expressum in jure, concedi conjugatis bimestre intra quod possunt ad religionẽ transire relicto statu matrimoniali, quia cùm status religiosus sit longè excellentior statu matrimonii, in ipso contractu matrimonij, vel sponsalium semper subintelligitur conditio, nisi alter sponsus velit religionem ingredi: & hæc eadem exceptio subintelligitur in juramento: quia nemo præsumitur velle jurare contra id, quod est consilium evangelicum: hinc si voto religionis adstrictus matrimonium contrahat, eò quia cum juramento promiserit, illud contrahere, nullam infert alteri conjugi injuriam: & si quæ esset, non nisi per accidens sequeretur, quia vovens, ingrediendo religionem ante consummationem matrimonij utitur jure suo.

100 Rursus quòd non inferatur injuria Sacramento matrimonij ex eo etiam ostenditur, quia copula, seu consummatio matrimonij non pertinet ad ejus substantiam cùm plures injerint matrimonium, & ante ejus consummationem votum emiserint perpetuæ castitatis, ut sanctus Henricus Imperator, & ejus uxor sancta Cunegunda. Quamobrem qui sponsalia juravit, tametsi nullo esset voto adstrictus, adhuc posset matrimonium contrahere cum animo ingrediendi religionem ante ejus consummationem; quia ex hoc modo contrahendi matrimonium nulla per se infertur injuria sponsæ; & sponsus utitur jure suo, nempe satisfacit juramento, per hoc quòd matrimonium contrahat; & rursus utitur jure suo ingrediendo religionem ante matrimonij consummationem: quòd si id est licitum ei, qui non emisit votum religionis, à fortiori erit etiam licitum ei, qui tale votum emisit. Immo Basilius Pontius *lib. 12. c. 10 num 9.* censet licitum esse ei, qui vovit religionem eam delicto ingredi omissis sponsalibus etiam juramento firmatis, & ea nititur ratione, quia juramentum sequitur naturam actus, cui adhæret *c. quemadmodum de jurejuran. l. fin. C. de non numer. pecun.* sed natura promissionis matrimonij, cui juramentum adhæret includit implicitè, & tacitè conditionem nisi promittens velit religionem ingredi: & quia hæc conditio non inest sponsalibus ex jure positivo, sed ex naturali, & divino privilegio, non potest excludi à sponsalibus juratis: siquidem exequi sponsalia jurata non est ita perfectum, sicut est status religionis, alioquin ex matrimonio rato, jurato, non esset licitus transitus ad religionem, quod est falsum. Verùm tutius est satisfacere utrique, juramento scilicet, & voto, cùm abaque dispendio animæ, & periculo peccandi possit utrumque præstari.

Quæritur vigesimo nonò, an qui contraxit sponsalia peccet, si Ordines sacros suscipiat? 101
Respondetur probabilius non peccare, & ratio est, quia quando contrahuntur sponsalia semper subintelligitur conditio nisi contrahens velit perfectiorem statum eligere, hæc enim conditio cùm non insit sponsalibus ex jure positivo, sed naturali aut divino, non potest à sponsalibus separari: atqui status cœlibatûs in ordine clericali est procul dubio melior statu matrimonij cum ordo clericalis sit immobilis, & perpetuus, dignior, & Deo magis addictus: proinde subintelligitur ex natura rei in sponsalibus ea conditio, si contrahens meliorem statum non susceperit; seu ordinibus sacris non velit initiari, vel religionem ingredi; quia tunc status deterior cedit statui nobiliori, & meliori. Quamobrem qui contraxit sponsalia non peccat, si sacros Ordines susciplat, ut docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 11. num. 3.* Sotus *in 4. dist. 27. q. 1. art. 5.* Navarrus in manual *c. 22. num. 25.* Immo si post contracta sponsalia sponsus voveat perpetuam castitatem, votum est validum, & quamvis non desint, qui censeant cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 46. num. 9.* illicitũ esse post sponsalia vovere castitatem: nihilominus censerem cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 12. c. 12. num. 4.* non esse illicitum tale votum emittere, quia est de meliori bono, & dirimit sponsalia, quia si est validum non possunt sponsalia cum ipso consistere, ut fusè probat Pontius *loc. cit.*

Quæritur trigesimò, quandónam teneatur implere sponsalia, qui illa contraxit nullo præfixo termino? Respondet Sanchez *lib. 1. de spons. disput. 31.* quod si non sit ulla dies apposita obligationi, nec alia conditio, non tenetur promissor statim implere sponsalia, sed tunc tantum, quando id petit is, cui est promissio facta: & assignat etiam rationem, quia id generale est in omni debito absque præfixione proprij termini, seu diei: unde debitor tunc tantùm tenetur solvere quando à creditore est requisitus. Nihilominus Basilius Pontius censet, hunc promittentem teneri statim implere sponsalia ac opportunitas se obtulerit, idque desumitur ex *l. in omnibus oblig. ff. de reg. jur.* ubi dicitur in omnibus obligationibus absque termino præfixo con- 102

contractis præſente die deberi impletionem, & ſolutionem, & ex *l. eum qui*, §. *quoties*. *ff. de V. O.* ibi; quod ſine termino præfixo debetur, ſtatim debetur, adeò ut obligatio adimplendi ſponſalia incipiat à momento contractus: verum id non eſt ita intelligendum, ut ſtatim teneatur ſub peccato inire matrimonium, quia licèt obligatio incipiat à momento, quo fuerunt ſponſalia inita, non tamen in eodem inſtanti incipit obligatio contrahendi ſtatim matrimonium, quia ſponſalia ſunt de futuro matrimonio, adeò ut debeat mediare tempus inter contractum ſponſaliorum, & contractum matrimonij; alioquin hic ſecundus contractus non eſſet futurus reſpectu primi, ſi aliquod tempus non mediaret inter utrumque: quantum verò temporis debeat mediare, cenſerem, id dependere à voluntate contrahentium, quia cum ſe viciſſim obligaverint tenentur ſtare promiſſo, & alteruter poteſt exigere jus ſibi acquiſitum per ſponſalia ad corpus alterius, unde cùm primum poſſunt commodè matrimonium contrahere, tenetur unus ex ſponſis ad petitionem alterius tunc matrimonium inire.

103 Quæritur trigeſimo primò, an ad valorem ſponſaliorum ſufficiet, ſi unus ex contrahentibus promittat, ſe ducturum Lucretiam in uxorem, & hæc tantum acceptet promiſſionem, adeò ut ex vi illius acceptionis cenſeatur obligata, & talis acceptio ſit repromiſſio ſufficiens. Ratio dubitandi eſt, quia ad contractum ſponſaliorum requiritur mutua promiſſio *l. 1. ff. de ſponſal.* ubi ſponſalia vocantur repromiſſio, ſeu reciproca promiſſio: ſiquidem cum ſponſalia ſint præambulum ad matrimonium quod exigit utriuſque vinculum; etiam ipſa ſponſalia requirunt neceſſariò mutuam promiſſionem, & utrumque vinculum? Reſpondetur ad quæſitum, ſolam, & ſimplicem acceptionem promiſſionis non eſſe propriè repromiſſionem, proinde non obligare acceptantem, & non repromittentem propriè formaliter; conſequenter non ſufficere hanc acceptionem promiſſionis ad ſponſalia conſtituenda: ratio eſt, quia in dubio obligatio non eſt inducenda, quia eſt contra poſſeſſionem voluntatis poſſidentis ſuam libertatem: atqui acceptans eam promiſſionem poteſt eam acceptare, quatenus eſt in ſui favorem, hoc eſt ut ſolùm promittens ſibi obligetur: unde ſi aliud ſignum mutuæ obligationis non interſit non eſt dicendum, quòd acceptans promiſſionem, ex vi ſolius acceptationis obligetur alteri, cùm talis acceptatio non ſit repromiſſio: poteſt enim Lucretia velle, ut Titius eidem obligetur, & promittat ei matrimonium, licèt Lucretia nolit ſe Titio obligare, ſed adhuc velit gaudere ſua libertate, vel expectare, an melior conditio ipſi obtigerit: unde cùm Lucretia per hoc ſimpliciter, quòd acceptet promiſſionem ſibi factam à Titio, illi non repromittat, præciſè per tale acceptionem, nec ſe illi obliget, dicendum eſt ex illa acceptatione non conſtitui ſponſalia. Præterea quia Lucretia cenſetur conſentire ad acceptandam promiſſionem illam quatenus talis promiſſio eſt in ſui favorem, non verò quatenus eſt in ſui præjudicium, ſeu quatenus poteſt impedire, ne Lucretia contrahat ſponſalia cùm alio ditiore, aut nobiliore: unde cum dubitetur de repromiſſione Lucretiæ, & in dubio non ſit obligatio inducenda, ſequitur ad conſtituenda ſponſalia non ſufficere ſolam acceptationem promiſſionis, ſed requiri neceſſariò repromiſſionem, ut docent Sanchez *lib 1 de matrim. diſp. 5. num. 5.* Menochius *de præſumpt. lib. 3 præſumpt. 42. num 4.* Covarruvies *quæſt præctic. c. 15. num. 5.* Tum quia taciturnitas non eſt ſufficiens ſignum conſenſus in ordine ad obligendam perſonam, ut docet Gloſſa *l. fil. usfamilias 8. V. non probatur ff. de procurat.* Dynus *reg. is qui tacet 44 de reg. jur. in 6 num. 3.* hinc acceptans promiſſionem cenſetur tantùm eam acceptare quatenus eſt in ſui favorem, non verò in præjudicium.

Quæritur trigeſimò ſecundò, an promittens matrimonium abſenti coram tertio ſtipulante, ſeu acceptante nomine abſentis teneatur implere promiſſum, vel poſſit reſilire ante abſentis acceptionem: interdum inter parentes, vel conſanguineos fœminæ agitur de matrimonio ineundo, & datur de illo fides à viro, qui promittit ſe ducturum in uxorem Lucretiam abſentem per duos, vel tres dies itineris. Dubitatur, an vir poſſit ſecundo die antequam Lucretia ſit certior facta de tali promiſſione, reſilire. Juvat obſervare tripliciter poſſe verba promiſſionis fieri. Primò quando verba tam promiſſionis, quàm executionis diriguntur in abſentem, ut promitto Lucretiæ abſenti. Secundò quando verba promiſſionis diriguntur in præſentem; & verba executionis in abſentem, ut promitto tibi, me ducturum Lucretiam. Tertiò quando impersonaliter fit promiſſio tacità perſonâ cui fit, ut promitto me daturum Petro centum aureos. Certum eſt, poſſe aliquos pro alijs ſtipulari, & id operari, ut donatio, vel promiſſio ſtipulatione illa ſecuta non poſſit amplius revocari, ſi promiſſarius, vel donatarius conſenſerit; quia promiſſio ut valida ſit, dependet à conſenſu, & ratihabitione promiſſerij: alioquin ſi Titius promittat, ſe ducturum in uxorem Lucretiam, & hæc non conſentiet, promiſſio facta à Titio non eſt firma, & corruit; & hic effectus ſtipulationis tunc locum habet, quando verba promiſſionis diriguntur in præſentem: ſi enim Titius promittet, ſe ducturum Lucretiam præſentem, & hæc conſentiet, ac repromittet, ſe ducturem Titium in maritum, promiſſio non poteſt revocari ſecute ſtipulatione. Quòd ſi verba promiſſionis dirigantur in præſentem, & verba executionis in abſentem, ut ſi Titius dicat; promitto tibi præſenti hic Monachij, me ducturum in uxorem Lucretiam commorantem Ratisbonæ, tunc talis promiſſio poteſt revocari ante abſentiæ acceptionem; etiamſi qui præſens eſt nomine abſentis ſtipuletur promiſſionem illam. 104

Ratio eſt, quia tunc ſponſalia non contrahuntur cum præſente ſtipulante, ſed cum abſente per ſtipulationem præſentis: atqui quemdiu abſens non ratam habet promiſſionem contractus 105

tractus sponsaliorum non censetur eb ebsente acceptatua; potest enim Lucretia absens non assentiri tali contrectui inito è suo consanguineo oomine ipsius, & potest Lucretia, quæ antea nihil sciverat de teli stipuletione non consentite eidem: ptoinde ptomittens metrimonium absenti corem tertio præsente stipulante, potest resilire ante absentis ecceptationem, & repromissionem, quie Titius tunc noo promittit ipsi ptæsenti stipulanti, sed Lucretiæ absenti, è cujus ratihebitione, & consensu dependet velor, & firmitas promissionis. Tum quie ot notat Glossa in *in l. stipulatio ista § si stipul. V. fieri. ff. de V. O.* speciele est in Curatore, & Tutore, ut valeat ipsorum stipolatio, & acquiratur obligetio ebsenti, quando verba promissionis diriguntur io ebsentem; proinde in sponselibua non valet stipulatio nisi tatihabcetur ab absente. Quòd si promissio fiat verbis impersonelibus, & Titius dicet, promitto, me ducturum Lucretiem, plures censent, etism talem stipulationem esse nullam, eò quia ptomissio censeatur fecta absenti.

106 Commnniot tamen sententie asserit, talem stipulationem valere, si stipulantis intersit, quia cùm tunc dubium sit, in quem verbe promissionis dirigentur, en in præsentem, vel io absentem, censenda sunt in præsentem dirigi, ut actua valeet *l. si servus communis meus §. 1. l. autepen. ff. de stip. servo. l. quoties in stipul. ff. de V. O.* ubi verbe in stipuletione ambigua dicuntur esse ita interpretsnda, ut stipulatio veleat: quia cùm stipoletio sit stricti juria, debet strictè intelligi *l. quidquid adstringenda in prine. ff. de V. O.* quia in dubio is sensus eligendus est, quo actus veleat *c. Abbate prope fin. de V. S.* tum quia verba sunt intelligenda secundùm communem modom significendi *c. ex litteris de spons.* & hujusmodi verba communiter intelliguntur dirigi in præsentem quando ipsius interest.

107 Quæritur trigesimo tertiò, an ax ptomissione non acceptete ab ebsente otiatur aliqua obligatio? notandum est, duplicem ex contrectu posse obligetionem oriri, civilem unam, ad qoam implendam datur actio in foro externo; aliem neturálem: ad quam non detur actio in foro externo; sed ax ille tantùm oritur obligatio in foto consciantiæ, qoia quod natoraliter obliget, in foto conscientiæ constringit, tametsi actio civilis deficiat, ut notat Abbas in *c. quia plerique n. 43. de immunit. eccles.* Ancharenus *reg. possess. 19. de reg. jur. in 6.* Rursus obligetio naturalis alia otitur tantùm ex honestetis, & gratitudinis dabito, & ejua transgressio non videtur peccatum inducere. Alia, quæ oritur ex vinculo legis naturalis, & hæc obligat in foro conscientiæ, tametsi jus civila non concedat actionam: quo pacto defreudans citra dimidium justi pretij tenetor natureliter restituera, non tamen civiliter, ut ootat Covarruvias *de pactis 2. p. §. 4. n. 5.*

108 Regule cognoscendi, quando ex contracto orietur obligatio naturelis, vel civilia, est, ot si lex approbet contractum, tunc otitur obligetio tam naturalis, quàm civilis, quia ex quolibet contrectu oritur obligetio naturelis: siquidem jus naturæ præscribit fidem in contractibus servandem: sin verò lex ob publicum bonum resistat contrsctui, eúmque prohibeet, tunc neutrá obligatio ex illo oritur *l. non dubium C. de legib.* ibi: *Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente*: unde lege resistente contractui oulla ex illo oritur obligatio, præsertim si lex ob bonum publicum contractum omnino irritet, ut notat Covarruvies *de pact. 2. p. §. 4. n. 6. vers. 3.*

Respondetur igitur ad quæsitum ex promis- 109
sione non ecceptata eb ebsente non otiti naturalē obligetionem, tametsi præsens eam fuerit stipuletus, qnie quando lex resistit contrectui, nulla tunc oritur obligetio natutelis, ut constat ex dictis: lex autem huic coottactui resistit, eúmque omnino irritat *c. si quis alij instit. de inutil. stipul.* ubi dicitur, quòd si quis alii stipulatur; nihil egat, & in *l. certi condictio §. quoniam V. nulla, & V. inutiliter ff. si cert. pet.* hæc stipulatio dicitur, nulle, & inutilis, tum quie in *l. 7. tit. 11. p. 5.* dicitur, non posse alterum alteri stipulari, atqui negetio juncta verbo *potest* inducit necessitatem, & tollit omnem potantiam, ut notet Glosse in *regula non potest de reg. jur. in 6. V. non potest.* Ratio itidem ex eo petitur, quia contractus, ot perfectus sit, & firmus, exigit consensum duotum *l. 1. §. de pactis*: sed quando qois promittit matrimoniū ebsenti cotem tertio stipulante; cum absens nihil supponatur scire, & possit non consentire, ideo contractus non est firmus, donec innotescat absenti, & consentiat; & præsens qui stipolatur nomine alterius talia sopponitur esse, ut illiua non intersit, stipuletionem illam impleri, quæ propteree ante ecceptationem absentis nullam censetur obligetionem psrere, ut docent Bertolus *l. si unus. §. pact. num. 16. ff. de pact.* Molina Jurista *lib. 4. de primogen. num. 62.* Molina Theologos *de justit. tom. 2. tract. 2. disput. 26. §. opera pretium.*

Quæritur trigesimo quattò, an jure canoni- 110
co valide sit stipulatio elteri per alterum fecta, adeò ut ex ille orietur aliqua obligatio? Respondetur, duas esse sententias, quarum prime asserit de jura canonico, talem stipuletionem obligare, & nititur hæc sententie. Primò quie stipuletio elteti per eltarum facta, est pactum, ut notet Glossa *l. 1. V. in idem fin. ff. de pact.* & ibi Battolus *in princ. num. 2.* atqui jure canonico ex pacto nudo otitur obligatio *c. 1. de pact.* ibi *inita pacta suam obtineant firmitatem.* Secundò ptobatur hæc sententia *ex c. qualiter de pact.* ibi: *Studiosè agendum est, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur.* Verbum autem illud *promittuntur* est generalissimum, & ad illud vatificandum sufficit promissio unius tantùm. Tettiò *ex c. si tibi absenti de prabend. in 6.* ubi dicitur, qoòd si Episcopus conferet absanti beneficium non stetim acquiritur absenti; Episcopum tamen non posse revocare, donec absens certior factus nolit acceptara, & ita docent Covarruvias *de pact.*

pact. 2. p. §. 4. n. 9 Alexandar de Nevn *c. ſicut. num. 15. de ſponſ.* Panormitanus *in c. ſi cautio. num. 6. fin. de inſtrum.* ex quibus textibus videtur concludendum, jure canonico à ſimplici promiſſione licèt nondum acceptata, non poſſa promittentem reſilire.

111 Secunda ſententia cammunior eſt, & aſſarit, jute canonico non valere ſtipulationem alteri per alteeam factam, & probari ſolet hæc ſententia ex *c. quamquam de uſur. in 6.* ubi dicitur, non poſſe quemquam elteri acqoirerè, oiſi ſit perſona publica, ut Notarius, vel Sacerdos Parochialis. Rurſus quia in *c. 1. de pact.* tantùm dicitur, inita pacta ſervanda eſſe, ac proinde nudom pactum jore canonico obligare, & in hoc corrigitur ſolemnitas ſtipulationis jura civili requiſita: noo verò dicitur, quòd ſi promiſſio nondum ſit acceptata obliget promittentem, quia tunc nnn habetur pactum etiam nudom, qnia hoc exigit neceſſatiò, & eſſentialiter conſanſum duorum ſimul contrahentium, & quando promiſſio ſit abſenti, quamvis qui illam ſtipulatur, ſit præſens, quamdiu abſenti non innoteſcit ſtipulatio, nec præſtat conſenſum, non habetur duorũ contrahentiũ conſenſus, quia promittens non intendit contrahere cum præſente ſtipulante, ſed cum abſenta; proinde quamdiu abſens non conſenſerit contractus non aſt firmus, nec perfectus, nec induit obligationem jure canonico, & docent hanc ſententiam Panormitanus in *c. inter univerſas n. ult. de elect.* Fclin in *c. ſi cautio num. 8. de ſide inſtrum.* Jaſon *l. ſtipulatio ita §. alteri num. 5. ff. de V. O.* Molina Juriſta *lib. 4. de primogen. c. 2. n. 62.* Gomez *tom. 2. variar p. 9. num. 1.* Molina Theologus *tom. 2. de juſtit. tract. 2. diſput. 263.*

112 Hinc ad primum argumentum pro prima ſententia raſpondatur, tunc haberi pactum ex ſtipulatione, quando ſtipulatur perſona, quæ poteſt ſtipulari, quia cùm ſua intereſt, eſt legitima ad acceptandum: non varò eſt pactum, quando perſona, quæ ſtipulatur, non eſt ax ijs, quæ ſtipulari poſſunt, quia tunc, cùm ſua non intarſit, nonniſi ore tenus fit ei promiſſio, proinde non eſt lagitima perſona, ut acceptet. Ad ſecundum petitum ex *c. pactis*, reſpondetur ibi ſermonem eſſe de pacto vero, & quando perſona legitima ſtipulatur, & ſua intereſt. Ad tertiom petitum ax *c. qualiter*, reſpondetor, ibi textum loqoi de promiſſione acceptata. Ad aliud ex *c. ſi tibi abſenti. de prabend. in 6.* eeſpondet Covarruvias *de pact. 2. p. §. 4. n. 15.* ibi ſermonem eſſe de beneficialibus, in qoibus eſt ſpeciala: ſiquidem collatio beneficij non eſt donatio, ſed executio illius, quod Epiſcopus tenebatur facere, proinde jus canonicum ſtatuit, ut illitò valeret.

113 Quæritur trigeſimo qointò, an ad valoram ſponſaliorum ſufficiat externa promiſſio ficta, quâ alteruter contrahens, vel oterqua caret animo promittendi: & quid ſi juramanto promiſſio illa firmetur. Notandum eſt, dupliciter poſſe aliquem non habere animum ſa obligandi. Primò poſitivè, ſi promittens eliciat actum poſitivum, qoo nolit ſa obligare. Secundò negativè, & tunc cnntingit, quando promittens non habet voluntatem ſe obligandi, nec contrariam poſitivam. Et id dupliciter adhuc cnntingit. Primò ſi explicitè licèt hanc voluntatem ſa obligandi promittens non habuit, aam taman implicitè, & virtualiter voluit, ut ſi quia cnnſcius naturæ prnmiſſionis, & obligationis ax eo conſurgentis promiſit ſine intentione contraria, quia tunc implicitè, & virtualiter cenſetur ſe obligâſſe per talem promiſſionem, quamvis explicitè nec ullùm expreſſerit verbum da obligatione, quia cùm ſciverit naturam prnmiſſionis eſſe, ut ex illa oriatur obligatio, eò ipſo quòd voluit promiſſionem, virtualiter voluit naturam, & effectom inſeparabilem ab ipſa. Secundò quando promittens nec implicitè habet intentionem ſe obligandi, nec contrariam; ut ſi promitens neſciens, quid ſit promiſſio, nec quòd pariat obligationem, adhuc promittat, & nihil exprimat da voluntate ſe obligandi, vel ſe non obligandi.

114 Certum eſt, ſponſalia eſſe valida, ſi promittentes animum ſe obligandi habeant, quamvis careant voluntate illa implendi, quia eo ipſo quòd habent voluntatem ſe obligandi, ſaltem implicitè, & virtualiter habent etiam intentionem implendi obligationẽ, quia impletio nectitur cum obligatione, adeò ut ſit contradictio intendera ſa obligare, & nolla obligationem implere: hinc intantio non implendi rem promiſſam non exit ab obligatione, qoæ ex ipſa promiſſione amiſſa animo ſa obligandi naturaliter oritor. Reſpondetur ad quæſitum, ſponſalia inita per promiſſionem externam fictam, quâ alteruter, vel uterqua contrahens caruit animo promittendi, & ſe obligandi in foro conſcientiæ eſſe irrita: qoia tunc promiſſio fit tantùm ore tenus, & cum deſit animus promittendi cartum aſt non eſſe ſponſalia, neque ex vi tali promiſſionis ullam oriri obligationem, quia ravata non eſt promiſſio, ſed fictio promiſſionis.

115 Verùm qui ita promittunt, non excuſantur à culpa lethali, quia mentiuntur in re gravi, & contra legam juſtitiæ, quæ præſcribit, ut uterque contrahens verè, & non fictè contrahat, ut notat Navarrus *in ſum. c. 22. num. 27.* qood tamen limitatur niſi ex ſignis externis poſſet facilè conijci, jocosè fieri talem promiſſionem: vel niſi promiſſio ſit ax altera tantùm parte, & non mutoa, nec inde detrimentum aliod radundet. In foro verò externo ſi daſectus voluntatis promittendi, & ſe obligandi non probetur, ſponſalia cenſentur valida, quia ex ſignis externis judicatur veros conſenſus, niſi contrarium probetur. Quid verò dicendum ſit, quando promiſſio fit animo quidem promittendi, ſed non ſe obligandi, plures cenſent, ſponſalia ſuum ſortiri valorem, quia obligatio perinde eſt naturalis promiſſionis effectus, ſicut calefacere eſt affectus ignis: unde ſicut poſito igne non poteſt non ſequi calefactio, ita poſita promiſſione cum animo promittendi non poteſt non oriri obligatio: qui enim vult unom, vult etiam id, qood cum eodem aſſentialiter nectitur,

tur, vel ab eo necesseriò sequitur *l. 1. §. 1. ff. si usufructus pet.* atqui obligatio sequitur ad promissionem, proinde qui vult promissionem, necesseriò censetur velle obligationem.

116 Tum quia dans formam subinde dat quæ consequuntur formam, proinde qui ponit promissionem apponir etiam obligationem. Verùm hæc sententia videtur pari difficultatem, quia tametsi verum sit, quòd ad promissionem sequatur obligatio, id tamen solùm sequitur, quando promissio est vera, non ita quando non est vera, & quoties desirit animus se obligandi promissio non censetur vera, quia eidem adjicitur conditio omnino contraria naturæ promissionis, est enim de natura promissionis inducere obligationem; & qui non vult talem obligationem, nec velle censetur promissionem, hinc deficit veritas promissionis: sicut qui vellet ponere ignem; sed non ponere ignem calefacientem, perinde esset ac non ponere ignem, cùm calefacere sit de natura ignis. Hinc qui vult antecedens dicitur quidem velle consequens, si velit antecedens verè secundùm totam suam naturam; non verò cum additione conditionis destruentis naturam antecedentis: hinc qui formam ponit, dicitur etiam ponere, quæ ad illam consequuntur, quando forma ponitur cum sua natura, ad quam sequuntur passiones, & proprietates: non ita, quando non nisi fictè ponitur forma.

117 Hinc contraria sententia est verior, eique adhærendum, adeò ut in foro conscientiæ si promissio fiat animo promittendi, & non se obligandi, nulla inde oriatur obligatio ex sponsalibus, idque probatur ex *c. fin. de condit. appos.* ubi dicitur, quòd conditio contraria substantiæ matrimonij illud irritet, tametsi adsit intentio promittendi, seu contrahendi, & quia de natura sponsaliorum est animus se obligandi, si hic desit, vel etiam contrarius adsit, sponsalie non sortiuntur suum valorem. Tum quia obligatio, quæ non est ex lege, oritur ex privata hominis voluntate, proinde ubi deest voluntas se obligandi, deest, & ipsa obligatio, & ita docent Navertus in *summa c. 22. num. 31* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 9. num. 5.* D. Bonaventura *in 4. dist. 38. art. 1. q. 1. num. 13.* D. Antoninus *2. p. 11. c. 2. init.* Tabiena *V. pactum q. 2.* An verò si promissioni adijciatur juramentum, sint sponsalia valida. Respondetur, quòd si juramentum fiat ipsi Deo, & propter ejus honorem, & cum animo verè jurandi, tunc inducit obligationem, quia habet rationem voti: sed tunc, ut efficiat sponsalia valida, debet fieri de meliori bono, ut esset, si quis promitteret ducere in uxorem puellam pauperem, non quia ipsam amet, sed ut exerceat opus charitatis, & propter Deum; vel ut puellam illam liberet ab occasione peccandi: tunc enim juramentum additum promissioni, haberet rationem voti, & non posset revocari, quia tunc jus non acquiritur homini, sed Deo: sin verò quis promissioni addat juramentum, sine animo tamen promittendi, aut jurandi: tunc nulla inducitur obligatio, quia hæc oritur ex spontanea hominis voluntate sibi legem imponentis *c. humanæ 22. q. 5.* & est sententia D. Thomæ *in 3. dist. 39. q. 1. art. 3. quæstiunc. 3.* ubi expressè ait, juramentum ex ipsa juramenti ratione, ut præcisè juramentum est, non obligare nisi juxta jurantis intentionem, & ita etiam docet D. Bonaventura *in 3. dist. 39. art. 3. q. 1. num 46.* D. Antoninus *2. p. t. 10. c. 6. V. quintus casus.*

Quæritur trigesimò sextò, an sponsalia fictè inita obligent ratione fraudis, vel damni illati. Certum est, promissionem matrimonij posse dupliciter fieri. Primò merè gratis quando ex altera parte tantùm fit; Secundò per modum contractus, quando ex utraque parte adest consensus: priori modo promittens, si nullum aliud damnum redundet fœminæ, non tenetur, si fictè promisit, stare promisso; licèt id fictè sine animo se obligandi juraverit, seclusò tamen scandalo, quia tunc non tenetur ex vi promissionis: quia talis promissio sine animo se obligandi non est promissio vera, sed tantùm simulata, & ficta, quæ non obligat: neque ratione juramenti, quia hoc non obligat ut juramantū est præcisè, nisi juxta intentionem jurantis, quamvis de facto obliget ratione damni alterius, quod ex tali voto sequitur. Neque promissio obligat ratione damni illati, quia supponitur, quòd nullum sit tale damnum, & quod non est, non potest inducere obligationem. Idque proredit, quando promissio matrimonij non est mutua, quia si sit mutua, & alter verè promisit, tenetur fictus promissor matrimonium contrahere ratione injustitiæ commissæ erga eum, qui bona fide repromisit; tametsi nullum aliud damnum sequatur præter datæ fidei violationem: siquidem tunc qui fictè promittit, violat justitiam, & æqualitatem mediante suo ficto consensu, proinde tenetur verè consentire, ut hanc injustitiem, & inæqualitatem auferat: quod violet justitiam ex eo liquet, quia non servat æqualitatem erga elterum verè, & non fictè promittentem. Tum quia contractus promissionis conditionalis obligat ad implendem conditionem, si hæc purificetur, quamvis talis promissio ficta fuerit, ut si Titius promittet se daturum Cajo centum florenos, si Viennam profectus fuerit, tenetur ad eorundem solutionem, si Cajus Viennam proficiscatur, tametsi Titius eos fictè promiserit: atqui contractus promissorius mutuus matrimonij imbibitam habet hanc conditionem: consentio, si consenseris; hæc enim conditio semper subintelligitur: unde eo ipso, quòd alter implet conditionem, & verè consentit, tenetur etiam alius contrahens verè, & non fictè consentire: alioquin si fictè tantùm consentiat committit injustitiam, & tollit inæqualitatem, quam tenetur ponere, hoc est verè, & non fictè consentire. Tum quia tunc gravis injuria infertur vero promissori, quam tenetur falsus promissor resarcire, proinde tenetur ponere verum consensum. Difficultas igitur est, 119 an qui fictè promisit matrimonium puellæ virgini, & sub ea spe eam constupravit, teneatur eam ducere ratione injuriæ, & damni illati, tametsi promissio mutua non fuit. Respondetur igitur

igitur quæsito, teneri sub culpa lathali eam ducare, & ita docent D. Thomas *in 4. dist. 28. q. unic. art. 1. ad 4.* Riccardus *ibid. art. 1. q. 3.* Navarrus *in sum. c. 16. num. 18.* D. Antoninus *2. p. t. 5. c. 6. §. 1.* Sylvester *V. luxuria. q. 5.* ratio est, quia tunc quamvis ex parte puellæ nulla fuerit repromissio; intervenit tamen perfectus contractus, do, ut des, ergo cùm puella ex parte sua impleverit quod alter exigebat ab ea, tradendo ei suum corpus, tenetur similiter fictus promissor implere ex parte sua promissum eam ducendo. Tum quia justitia commutativa non tantùm exigit reddi æquale, sed ut etiam idemmet reddatur ex justitia debitum: si enim Titius furatus sit equum Cajo; tenetur eundem equum furto ablatum restituare, & non sufficit si velit numerata pecunia compensare, si Cajus nolit habare pecuniam, sed suum equum: onum enim pro alio invito creditore solvi non potest *l. 2. §. matrim si cert. pet.* atqui constuprator puellæ ex justitia commutativa tenebatur habere consensum ut constat in omnibus contractibus, in quibus intervenit, do, ut des; facio, ut facias: unde cùm possit restituere omnino idem adhibendo eundem consensum ex justitiæ debito, ad id tenebitur.

120 Tum quia licèt damnum violatæ virginitatis possit pecuniâ resarciri; non tamen amissa virginitas potest in eadem specia restitui: atqui injusta deceptio ficti consensus non potest æquè compensari nisi auferendo injustum dolum, & ponendo debitum consensum, quia potest in propria forma restitui; proinde tenetur constupratam puellam ducere per positionem veri consensus, quia tunc satisfacit in propria specie, & ponit æqualitatem.

121 Sunt tamen aliqui casus, in quibus id limitatur. Primò si puella poterat facilè fictionem agnoscere, tunc non tenetur fictus promissor eam ducere, quia ut docet D. Thomas *loc. cit.* debet in tali casu puella sibi imputare, quòd decepta fuerit, & tunc præsumitur ipsa voluntariè consensisse fraudi. Secundò si ex tali matrimonio scandalum magnum crederetur eventurum ut docet D. Antoninus *2. p. t. 5. c. 6. §. 1.* quia tunc etiam vera sponsalia animo promittendi inita dissolvuntur ad evitanda gravissima scandala. Tertiò si malus exitus ex tali matrimonio timeatur, ut si vir puellam ita levem cognoscat, ut probabilirer judicet, matrimonij fidem violaturam, ut docet Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 11. n. 2.* Quartò si puella virum ipsum similiter daceperit, quia tunc in jure datur compensatio. Quintò licèt ipsa virum non deceparit, si tamen vir falsò credens eam virginem, ei fictè matrimonium promisit non tenetur eam ducere, quia in hoc casu etiam sponsalia vera dissolvi possunt. Sextò si vir fictè promittens notabiliter excedat puellam genere, & divitijs, quia tunc puella conscia illius notabilis excessus debuisset advertere, virum ita sibi inæqualem non ex animo, sed fictè matrimonium promittere, & tunc non præsumitur puella merè decepta, sed simulâsse potiùs se deceptam: quantus verò debeat esse hic excessus relinquitur arbitrio prudentis viri: D. Antoninus *1. p. t. 5. c. 6.* censet satis esse, si vir sit nobilis, & fœmina filia agricolæ. An verò tunc vir paccaverit contra justitiam cùm promiserit matrimonium puellæ cum intentione eam dicipiendi, responderur negativè, quia tunc vir non decepit mulierem, sed potius hæc se ipsam voluit decipare.

Quæritur trigesimo septimò, an promissio 122
constituens sponsalia debeat necessariò fieri corã Parocho, & testibus, adeò ut sine illis sponsalia clandestina sint irrita? Ratio dubitandi desumitur ex eo, quòd Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* irritaverit matrimonia clandestina, proinda videtur etiam irritâsse sponsalia: quia quoties in jure prohibetur matrimonium, censentur etiam prohiberi sponsalia *l. oratio. ff. de sponsal. l. si quis Tutor. ff. de ritu nuptiar.* unde eo ipso, quòd Tridentinum irritavit matrimonia clandestina, censendum est irritâsse quoque sponsalia Itidem clandestina, & ita docent Panormit. *in c. fin. de clandest. despons. num. 6.* Castillus *l. 29. Tauri n. 10* Tum quia inhabilis ad matrimoniũ est etiam inhabilis ad sponsalis, ergo eo ipso quòd Tridentinum inhabilitat ad matrimoniũ clandestinum, etiam inhabilitat ad clandestina sponsalia, & ita etiam docet Alexander de Nevo *rubr. de spons. num. 6.* ubi censet, sponsalia eo ipso annullari, quòd matrimonium irritatur; videtur etiam huic sententiæ quodammodo adhærere novissimè Zegerus Bernardus Van Espen in suo jura ecclesiastico *tom. 1. p. 2. tit. 12. de spons. n. 4.* ubi ait sponsalia tanquam præambula, & quasi initialia matrimonio juxta mentem ecclesiæ publicè, & coram sacerdote esse ineunda: & addit juxta manuale Cameracensa sponsalia à nemine præterquam à Parocho alterutrius desponsandorum, vel ejus Vicario, seu alio de ipsius, vel Ordinarij licentia esse celebranda, & id ipsum passim omnia ritualia insinuare, nimirum parochum legitimum, ac ordinarium Ministrum sponsaliorum esse.

Rursus subdit *num. 7.* ritualia exigere, ut 123
præter Parochum adsint ad minus duo testes, & quòd Parochus teneatur inquirere, an contracturi sint Catholici, & si sciant nostræ fidei rudimenta, & an confirmati sint, sciántque interesse aliquod canonicum impedimentum, & addit rationem: quia sponsalia ob connexionem cum matrimonio censentur res sacra, & ad Sacramentum proximè disponens: & quia sponsalia reputantur ab acclesia inchoativa ipsius Sacramenti; Idao exigunt ritualia, ut sacerdos illa celebraturus stolâ, seu ornamento officij sit indutus; ita Van Espen *loc. cit.* ubi etiam ponit formulam sponsaliorum contrahendorum. Verùm licèt hæc consuetudo contrahendi sponsalia publicè coram Parocho, & testibus vigeat in Belgio, & finitimis regionibus, & hæc consuetudo laudabilis sit, non tamen est universalis. Unde respondetur ad quæsitum, non esse necesse ad validitatem sponsaliorum, ut hæc celebrentur coram Parocho, & testibus. Ratio ex eo desumitur, quia lex Tridentini irritane matrimonium clandastinum est correctiva juris com-

munis, proinde non eſt extendenda ultra caſum expreſſum *l. præcipimus C. de appellat.* atqui Concilium Tridentinum ſolum irritat matrimoniū clandeſtinum: ergo talis irritatio non eſt extendenda ad ſponſalia, adeò ut ſi hæc fuerint clandeſtina non ſint ipſo facto irrita, quia caſus de ſponſalibus tanquam omiſſus relinquendus eſt in diſpoſitione juris communis, ut erat ante Tridentinum *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſth.*

124 Tum quia non militat eadem ratio prohibendi ſponſalia clandeſtina, ſicut prohibetur matrimonium clandeſtinū, quia iſtud fuit prohibitum à Tridentino ad vitandum concubinatū: ſiquidē ſpreto priori matrimonio clandeſtinè inito contrahens aliam fœminā poſtea publicè ducebat: cum enim de priori matrimonio clandeſtino non conſtaret eccleſiæ, ideo hæc cogebat ad ſecundum, quòd verè erat concubinatus: ad hoc igitur inconveniens removendum rectè Concilium Tridentinum irritavit matrimonia clandeſtina, & ad valorem matrimonij requirit nunc præſentiam Parochi, & teſtium præmiſſis denuntiationibus: hæc autem ratio non procedit de ſponſalibus, quia matrimonium contractum, prioribus ſponſalibus cum alia ſpretis, validum eſt. Tum quia quòd decretum Tridentini non irritet ſponſalia clandeſtina eſt caſus omiſſus, qui propterea reducitur ad jus commune, ut erat antea: atqui ante Tridentinum ſponſalia clandeſtina valida erant, proinde etiam poſt Tridentinum, quia lex correctoria, per quam reducimur ad jus commune eſt favorabilis, & extendenda, proinde omnis intellectus, per quem ad jus commune reducimur, favorem continet, & extendi debet, quia res facilè ad ſuam naturam redit, ut notat Gloſſa in *c. ſtatutum. V. numerandum de præbend. in 6.* Tiraquel. *de primogen. q. 24. num. 2.* Guttieres *de jurament. 1. p. c. 51. num.* 8. Molina Juriſta *lib. 3. de primogen. c. 4. num 25.* unde irritatio matrimonij clandeſtini non extenditur ad ſponſalia clandeſtina. Hinc patet ſolutio ad rationem oppoſitæ ſententiæ, ex eo enim quòd Tridentinum irritet matrimonium clandeſtinum non ſequitur irritare etiam ſponſalia: quia lex, qua jus commune corrigitur, non extenditur ad caſum non expreſſum *l. præcipimus C. de appellat.* & quia Concilium ſolùm expreſsè irritavit matrimonium clandeſtinum verbis de præſenti initum non debet extendi ad ſponſalia de futuro, quæ jure communi valida ſunt. Ad id, quod addebatur, quòd quoties in jure prohibetur matrimonium, cenſentur etiam ſponſalie prohiberi, reſpondetur, antecedens eſſe verum, quando eſt eadem ratio prohibitionis in matrimonio, & in ſponſalibus: in caſu autem noſtro, non eſt eadem ratio, proinde ex eo, quòd prohibeatur matrimonium clandeſtinum, non ſequitur eſſe itidem prohibita ſponſalia clandeſtina

125 Rurſus tunc prohibentur ſponſalia, quando abſolutè prohibetur matrimonium, quia cùm ſponſalia ſint præambula, & inchoativa matrimonij, hoc abſolutè prohibito, prohibentur etiam ſponſalia. Secus quando matrimonium tantùm prohibetur, ne tali peculiari modo contrahatur, tunc non prohibentur ſponſalia: Concilium autem Tridentinum abſolutè non annullavit matrimonium, ſed tantùm ne contraheretur clandeſtinè, proinde ex tali prohibitione, non ſequitur eſſe prohibita ſponſalia clandeſtina: & ratio poteſt etiam reddi, quia per ſponſalia clandeſtina non promittitur matrimonium clandeſtinè contrahendum, quod eſſet illicitum, & irritum per Concilium Tridentinum: ſed promittitur matrimonium contrahendum in facie eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus præmiſſis debitis denuntiationibus. An verò peccent, qui ſponſalia de futuro clandeſtinè celebrant, communis ſententia eſt negativa, quia nullo jure prohibentur hujuſmodi ſponſalia de futuro clandeſtinè inita.

Quòd ſi dicas, matrimonium clandeſtinum 126
jure antiquo communi ante Tridentinum fuiſſe prohibitum, & illud contrahentes peccâſſe, quamvis matrimonium fuiſſet validum; proinde etiam peccare, qui ſponſalia contrahunt clandeſtinè: quia prohibito aliquo, cenſetur etiam prohibitum omne id, quo pervenitur ad illud. Contra eſt, negatur conſequentia, quia ſponſalia clandeſtina non ſunt medium, quo pervenitur ad matrimonium clandeſtinum, ſed quo pervenitur ad matrimonium publicè contrahendum coram facie eccleſiæ, & teſtibus, ut paulò ſuperiùs diximus.

Quæritur trigeſimo octavò, an ſubarratio 127
annuli ſit ſufficiens indicium ſponſaliorum. Certum, eſt ſubarrationem eſſe ſignum æquivocum, adeò ut ſi nihil præceſſerit, ex quo matrimonium, aut ſponſalia præſumi poſſint, neutrius ſit ſignum: ſiquidem exhibitio annuli poteſt fieri ex alio fine, ut ex amore turpi ad alliciendum puellam, ut conſentiat in rem turpem, ut notant Panormitanus *c. fin. num. 7. de deſponſ. impub.* Menochius *de præſumpt. lib. 3 præſumpt. 2. num. 1. & ſequent.* Malcardus *de probat. concluſ.* 1024. *num. 2.* Reſpondetur igitur ad quæſitum, quòd ſi loci conſuetudo ſit, ut traditio annuli ſignificet ſponſalia, vel matrimonium, tunc ſubarratio annuli eſt indicium ſufficiens ſponſaliorum, vel matrimonij, ut notant Covarruvias *4. decret. 2. p. 4. init. n. 3.* Lappus *allegat. 56. num. 5.* Gloſſa *c. fœmina 30. q. 5. fin.* hinc ſi puella dicat viro, promitto, te ducturam in meum maritum, & vir ſtatim immittat digito puellæ annulum, hæc ſubarratio eſt ſufficiens indicium ſponſaliorum de futuro: ut etiam ſi vir dicat puellæ promitto te ducturum in meam uxorem, & ſtatim det eidem annulum, quem puella recipiat, hæc eadem receptio operatur verbum expreſſum, & ſignificat ejus aſſenſum; adeò ut ſi præceſſerit verbum matrimonij operetur matrimonium; ſin verò verbum ſponſaliorum, ſponſalia: quia tunc tacens ſuo facto, ſeu per receptionem annuli aſſentitur ſponſalibus, vel matrimonio, prout verbum præceſſit *argum. l. Paulus ff. rem rat. haben.* Gloſſa *c. tua de ſponſ. V. verba* Malcardus *de probat. concluſ.* 1024. *num. 2. & 3.* ubi tamen addit, id procedere quando annulus ponitur in medio digito

annu-

annulari, eò quia ibi sit quædam vena, quæ in cor ipsum protenditur, proinde in signum mutuæ dilectionis imponitur tali digito, subdit tamen attendendam esse loci consuetudinem.

128 Alij volunt, id requiri, ut præsumatur matrimonium, quia quando non ponitur in medio digito præsumuntur tantùm sponsalia, quæ non sunt ipsa conjunctio, sed tantùm promissio conjunctionis; proinde debet annulus in medio digito poni, ut cordium conjunctio significetur, ut notat Menochius *lib. 3. præsumpt. 2. num. 10.* Præterea si tractatus de matrimonio præcessit inter amicos scientibus viro, & puella, si vir mittat arrhas, vel jocalia ad puellam, tametsi nil aliud exprimat acceptatio arrharum sunt sponsalia, quia tunc arrhæ sunt sufficiens signum mutuæ promissionis, ut notat Glossa *in c. tua de sponsf. V. verba.*

129 Quinimò si cùm agitur de matrimonio contrahendo viro promittenti matrimonium fœmina requisita spontè det manum ad fidem recipiendam, sunt sponsalia: quia dare tunc manum sponso est sufficiens signum repromissionis, & tunc tacens censetur consentire: quia non habetur simplex, & pura taciturnitas, sed cum ipsa concurrit actus positivus, ut traditio manûs, quæ est signum consensûs, ut notant Rosella *V. sponsalia, num. 1.* Abbas *in c. cùm virum num. 3. de regul.* Non ita id procederet, si vir manum fœminæ accipiens diceret, do tibi fidem de matrimonio contrahendo, si ipsa nihil responderet, quia tunc fœmina se haberet merè passivè, & nullum poneret actum, quo significaret consensum; requiritur enim quòd fœmina spontè, & ex se manum porrigat, seque habeat in tali porrectione manûs activè.

130. Quæritur trigesimo nonò, an cogendus sit per Judicem, qui citra legitimam causam recusat fidem sponsaliorum servare. Ratio dubitandi desumitur ex duobus textibus, qui secum pugnare videntur, quorum primus desumitur ex *c. litteris 2. de sponsal.* ibi: *Quia contra juramentum venire periculosum est: mandamus ut eum moneas, & si monitis non acquieverit, censurâ compellas, ut in uxorem recipiat.* & alter textus habetur in *c. requisivit eod. tit.* ubi oppositum videtur sanciri, ibi: *Cum libera debeant esse matrimonia, monendi potiùs sunt contrahentes, quàm cogendi, cum coactiones difficiles soleant exitus habere?* Respondetur, in foro interiori compellendos esse à confessario eos, qui sponsalia contraxerunt, adeò ut debeat etiam pro peccato ijsdem pœnitentiam injungere, quia sponsi sub culpa lethali tenentur servare promissionem, & fidem datam. Sin verò sermo sit de jure exteriori communior, & verior sententia est, esse sponsos priùs monendos, ut fidem servent, quòd si alteruter renuat, cogi etiam debet per censuram; nisi spectatis circumstantijs prudenter Judex arbitretur ex invitis nuptiis imminere gravia mala, & scandala timeri, cujusmodi sunt perpetuæ dissentiones, jurgia inter conjuges: si ita dicatur, conciliantur præfati textus, qui aliàs videntur inter se pugnare, explicatur enim textus ex *litteris 2. de sponsal.* ubi dicitur cogendum esse sponsum nisi rationabilis causa obstiterit: explicatur etiam alius textus in *c. requisivit eod. tit.* ubi dicitur non esse cogendum sponsum, id enim intelligitur, quando rationabilis causa obstat, ne cogatur: & ratio etiam habetur in textu ibi: *Cum coactiones difficiles soleant exitus habere.* Ratio verò, cur cogendus sit sponsus, vel sponsa stare sponsalibus, desumitur ex eo, quia Judex tenetur ex officio compellere ad reddendum unicuique, quod suum est, & ex justitia ipsi est debitum; sed contrahens sponsalia tenetur ex justitia servare fidem, tametsi sponsalia non juraverit, proinde tenetur Judex ipsum compellere, ut sponsalia servet: quin immo hæc compulsio ratione admissæ injustitiæ locum habet sive sponsalia jurata fuerint, sive non.

Hinc ecclesia non solùm jurantem, sed etiam simpliciter promittentem compellit *c. 1. 2. & 3. de pact. c. juramenti 22. q. 5.* unde per se loquendo compelli potest sponsus ut datam fidem servet. Verùm tamen est, quòd Judices ecclesiastici non debeant uti nimia pœnarum acerbitate, ut diuturna vexatione carceris, vel exilij, ne ex tali matrimonio mali sint exitus: idque verum est, quando præcisè agitur de causa sponsaliorum; quia si aliunde qui non servat fidem, lædat alterum in honore, vel impediat matrimonium illius cum altero, ex eo, quòd ipse non servet illi fidem, tunc debet severiùs illum compellere, ne tale damnum sequatur alteri. Quòd verò sponsus non sit compellendos, quando gravia scandala inde timentur ex eo liquet, quia necessitas mediorum desumitur ex fine; proinde quando finis matrimonij læditur per talem coactionem, non est hæc tunc expediens medium ad finem matrimonij obtinendum: hine ecclesia potiùs permittit fidem sponsaliorũ frangi, quàm quòd ex eorundem observantia sequantur gravia scandala, & perpetuæ inimicitiæ inter conjuges: ergo consentaneum est rationi, ut ecclesia in hoc casu absolvat sponsos, eósque liberos dimittat ad evitandum majus periculum imminens. 131

Quæritur quadragesimò, ad quem pertineant arrhæ, sive matrimonium sequatur, sive non? 132 Respondetur, talem esse arrharum naturam, ut eas tradens amittat, si culpa sua matrimonium non sequatur, & eo secuto redeant ad tradentem *l. fin. C. de sponsal.* & ratio desumitur ex eo, quis sponsalia sunt veluti pignora tradita in contracto, & hæc amittit injustè resiliens à contractu inito: & recoperat, si contractus servetur, qui arrhas tradidit. Non tamen arrhas lucratur sponsa per osculum, quia id nullo jure statuitur, ut notat Glossa *l. arrhis. V. defuncta. C. de sponsal.* qui tamen citra culpam à sponsalibus resilit, non amittit arrhas, quas tradidit, sed sunt ipsi restituendæ, quoties suppetit justa causa recedendi à sponsalibus; vel quia alteruter religionem ingreditur, vel quia reperitur canonicum impedimentum inter illos *l. arrhis, & l. fin. C. de sponsal.* & ratio fit statim obvia, quia ubi nulla adest culpa, ibi non debet pœna adesse *l. sancimus c. de pœnis.* Rursus id procedit,

dit, ſi tradens arrhas bona fide contraxit ſponſalia ignorans impedimentum; quia ſi ejusdem fuiſſet conſcius non potuiſſet arrhas treditas repetere, ut notat Gloſſa *l. fin. V. redde C. de ſponſal.* quopropter ſi ſibi reddantur, qnia alter ſponlus recipiens ignorabat tradentem mala fide contrexiſſe, tenetur reſtituere: qnia ex natura contrectùs ces amiſerat, per ipſum enim culpabiliter ſterit, quie conſcius impedimenti adhuc voluit ſponſalia contrahere, & arrhas tradere.

133 Rurſus ſi ſolus alter contrahens atrhas tradidit, & culpâ non tradentis, ſed alterius, cui tradidit, non ſequetur matrimonium, tenetur hic duplum reſtituere, ſeu ipſas arrhas receptas, & tentundem de ſuo patrimonio: quinimò ſi conventum ſit, ut reſtituat triplum; ad id etiam tenetur in pœnam violatæ fidei. Excipitur tamen niſi contrahens ſponſalia ſit minor viginti quinque annis, nec veniam impetreverit ætetis: qnia tunc quamvis per ipſum minorem ſtet, ne ſequatur metrimonium, non tenetur amplius, quàm id quod receperat, reſtituere *l. fin. C. de ſponſal.* Oſtienſis *ſum. tit. de ſponſ. §. 1. num. 3.* & alij, qui conſulunt, ut arrhæ perentibus tradantur, qnia parentes ſi arrhas receperint, tenentur in duplnm, dicta *l. fin. C. de ſponſ.* & idem etiem dicitur de Avis: imò etiem de Tutore, ſed id intelligitur, ut notat Cynus, ſi pater, vel mater, ant Tutor recipiat arrhas nomine proprio promittendo matrimonium, non ita ſi eas recipiat nomine filij, vel minoris.

134 An verò hujusmodi leges ſint jure canonico currectæ, communior ſententia negat, qnia eetenus jus canonicum prohibet pœnem adjectam ſponſalibos, nt matrimonia omnino liberè contrahantur; & non metu pœnæ ſubeundæ: atqui *l. fin. C. de ſponſ.* ubi arrhæ duplum, triplum vel etiam quedruplum conceditur, negatur alia pœna, & ſubditur, quia matrimonia debent libera eſſe: unde ſentit, non eſſe contra libertatem matrimonij, quam jus canonicum exigit, reſtituere arrhas in duplum, vel etiam qnadruplum; neque hic militat eadem ratio, ut in pœna adjecta contractui: ſiquidem in pœne nihil treditur, ſed totum promittitor: in hoc autem caſu arrhæ neceſſariò ab altera parte traduntur, & non ſunt regnlariter magnæ: proinde nec ſolutio dnpli, vel quadrupli, ad quam poteſt alter contrahens ſe obſtringere.

135 Quætitur quadrageſimo primò, an certus de promiſſione ſponſaliorũ ſi dubitet, an habuerit animum ſe obligandi, teneatur matrimonium contrehere? Reſpondetur affirmetivè cum *Oſtienſi in c. ad audientiam V. reſignavit de his qua vi.* Abbas *in c. ſi verò de jurejur. num. 19.* Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 9. num. 12.* retio eſt, quie verba exterius prolata ſunt neturaliter ſigna interni animi; ergo quemdiu, non conſtat de expreſſa negatione talis animi, hic ſemper eſt præſumendus. Tum quia nemo præſumitor diecre, quòd in corde non habet *l. caveo V. idem juvero. ff. de ſupellect. legata.* maximè cum delicti mendacij præſumptio ſit omnino fugienda: qoilibet enim ſicut præſumitur bonus donec probetur malus, ite ſupponitur verax donec oſtendatur mendax *c. 2. de reg. jur. in 6. & c. abſit. 21. q. 3.* hinc qui ſemel promiſit propter hanc præſumptionem compellitur in foro exteriori matrimonium contrahere; quamvis de animo implendi non cõſtet, proinde etiam tenetur in foro conſcientiæ ante Judicis ſententiam: quia eccleſia non judicat de occultis, & quando forum exterius non nititur falſæ præſumptioni, neque condemnat in pœnam, quæ Judicis ſententiem exigit, idem prorſus in foro interno judicendum eſt, ut docet Covarruvias *c. cum eſſes n. 7. de teſtam.*

Quæritur quadrageſimo ſecundò, an facta 136
ſufficienti diligentiá qui adhuc dubitat, num matrimonium promiſerit, teneatnr illud contrahere? Reſpondetur negativè, qnia leges, quarum obſervatio eſt difficilis, non obligant, niſi ſint ſufficienter promulgatæ, & propoſitæ: ſed quæ ſnb dubio, an ſint, vel non ſint, proponuntur, non cenſentur ſufficienter promulgatæ, & propoſitæ: ptoinde non obligant, & cum promiſſio ſit lex qnædam priveta, quam promittens ſibi imponit, non obligat, ſi dubium ſit, an poſita fuerit, necne. Tum quie nemo tenetur ex juſtitie pro debito incerto ponere ſolutionem certam, ſi hæc ſolutio non poſſit fieri ſine maximo ſolventis incommodo, quia leges non obligent cum tento diſcrimine. Tum quie quando egitur de obligatione inducenda ex juramento, de quo certò conſtat, interpretatio eſt ſtrictè fecienda *c. ad noſtram de jurejur.* edeò nt juramentum generaliter factum debeet reſtringi qoantum fieri poteſt, ut minus obliget jurantem, & docet Panormitanus *in c. cum Clerici de V. O.* ergo quando non conſtet de juremento, aut obligatione non eſt obligatio inducenda. Tum quia id cedit in favorem ſponſaliorũ, quæ megnem exigunt libertetem *c. gemma de ſponſal.* Tum quia ex *regul. 65. de reg. jur. in 6.* in dubiis melior eſt conditio poſſidentis etiam in materia juſtitiæ. Neque obſtat quòd in *c. ad audientiam c. ſignificanti 2. & c. petitio de homicid.* dicatur in dubiis, tutiorem pertem eſſe eligendam: qnie id intelligitur, quando ejus obſervantia ſine eliquo gravi damno fieri poteſt, non verò quando imminet aliquod grave nocumentnm, tunc enim leges dubiæ non obligant cum tanto diſcrimine.

Quæritur quadregeſimo tertiò, en ſponſalie 137
de futuro etiam juremento firmeta ex mutuo partium conſenſu diſſolvantur? Reſpondetur affirmativè, & videtur deſumi ex *c. Præterea 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribir, eos, qui contrahunt ſponſalie, ſeu matrimonium de futuro purè, ſine conditione, fide inde date; ſi deinde ad invicem nolint contrahere, eſſe admonendos, nt datam fidem ſervent: ſed deinde non eſſe cogendos, ſed tolerandos, ne quid deterius contingat, cùm eam ducit, quem odio habet, & ita docent Baſilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 6.* Caniſios in *c. ex litteris 10. h. t.* Zypæus *conſult. 1. ad hunc tit.* Ratio ex eo deſumitur, quia cùm ſponſalie de futuro juxta alios contractus in futurum celebrsndos debeant regulari; & eorundem contractuum ea ſit natura, ut ſicut mutuo contrahuntur conſenſu, ita etiam

mutuo

mutuo dissolvantur dissensu, ut habetur in *l. ab emptione 58. ff. de pact. l. societatem 4. l. si convenerit 14. l. itaque 64. §. societas. ff. pro socio*: ideo per mutuum dissensum dirimuntur: accedit etiam regula generalis, quâ dicitur, nil tam naturale esse, quàm quod idem vinculum ab eadem causa solvi possit, à qua fuerat ligatum, *l. nihil tam naturale. ff. de R. J.* Et quia sponsalia mutuo contrahuntur consensu partium, ita contrario earundem partium dissensu dissolvuntur.

138 Si dicas, etiam matrimonium esse contractum initum inter maritum, & uxorem, & quidem ex mutuo consensu omnino libero; & tamen vinculum matrimonij non potest ampliùs solvi ex dissensu conjugatorum, qui illud per mutuum consensum contraxère. Contra est, quia matrimonium, tametsi libero partium consensu fuerit initum, non tamen potest contrario earundem partium dissensu postea dissolvi, eò quia à Christo sit elevatum ad esse Sacramenti, quod si semel afficiat contractum matrimonij, non dependet ampliùs talis contractus à voluntate contrahentium, quia Sacramentum ab ipsis non dependet: proinde sicut non possunt separare rationem Sacramenti à ratione contractûs, & Deus instituerit hunc contractum, ut Sacramento affectum indissolubilem, sequitur, quòd qui matrimonium contraxère, non possint ampliùs per contrariam voluntatem illud dissolvere: ut etiam desumitur ex *c. super eo, qui cognov. consang. uxoris suæ, vel sponsæ.* Tum quia sponsalia de futuro non inducunt vinculum ullum, quod non dependeat à sponsis; neque per sponsalia habetur contractus firmus inter virum, & mulierem, sed tantùm initium contractûs, qui perficitur, & completur per matrimonium, ut desumitur ex *c. sicut ex litteris 22. h. t.* & ex *c. si inter 31. eod. tit.* Hoc autem vinculum tantùm initiatum per sponsalia, & consummandum per matrimonium plures habet conditiones in se tacitas, quarum præcipua est, ut, antequam sit completum per matrimonium de præsenti, possint sponsi, si velint, illud dissolvere *c. quemadmodum §. 1. de jurejur.* Cùm igitur vinculum sponsaliorū dependeat ex tacita conditione existente, nimirum quòd dissolvi possit, si sponsi velint ambo resilire, ideo potest dissolvi; non ita matrimonium, quod ratione Sacramenti, & conditionis eidem appositæ à Christo, quòd dissolvi ampliùs non possit, non dependet à contrahentibus, ab illo resilire. Quòd si ex sponsis de futuro unus consentiret, & alter dissentiret, tunc compellendus esset is, qui dissentit, ad servandam sponsionem: si tamen cum alio de facto contraheret per verba de præsenti, cessaret coactio, ut notat Innocentius in *d. c. sicut ex litteris 22. h. t.*

139 Neque obstat, quòd hisce sponsalibus fuerit juramentum adjectum; quia saltem juramenti religione tenentur sponsi stare promisso. Nam contra est, quia præexpensa æquè procedunt de promissione simplici, ac de juramento firmata. Ratio ex eo desumitur, quia juramentum regulatur juxta naturam actûs, cui superadditur *l. fin. c. de non numer. pecun.* Tum quia juramentum adhibetur duntaxat ad confirmationem eorum, quæ proferuntur, & illud tantùm confirmat, quod profertur, cujus significatum non mutat, sed relinquit, sicut illud invenit: atqui verba de futuro ex ipsa sui significatione habent, quòd matrimonium non faciant: siquidem quod futurum promittitur, nondum fit, tametsi juramentum accesserit: non enim ex eo, quòd sponsi confirment suam sponsionem juramento, talis sponsio ex vi juramenti fit matrimonium, sed remanet sen per intra genus sponsionis, ut notat D. Thomas *3. p. q. 46. art. 1. in addit.* Quamobrem juramentum adjectum sponsioni semper includit tacitam conditionem, ut illi, qui jurârunt, si velint, possint sine transgressione illius, inchoatum contractum perficere per matrimonium, vel non; eò quia natura sponsaliorum id exigit, ut sponsi ex mutuo consensu possint resilire, & juramentum non immutat naturam sponsaliorum, proinde si velint, non obstante juramento possunt resilire à sponsalibus.

Quòd si dicas, per religionem jurisjurandi actus aliàs invalidos suam sortiri validitatem, ut habetur in *c. cum contingat de jurejur.* Respondetur, id procedere, quando juramentum adhibetur ad valorem actûs, qui aliàs esset invalidus, & in cujus observantia nullum versatur periculum, ut habetur in *c. quamvis pactum de pact. in 6.* Quòd si adhibeatur citra validitatem actûs, qui aliàs ex sua natura esset validus, tunc juramentum sequitur naturam actûs, cui adjacet *l. fin. C. de non num. pecun. c. quemadmodum de jurejur.* Quamobrem cùm juramentum tantùm ad majorem firmitatem adjiciatur sponsalibus, sequitur eorundem naturam. 140

Posset tamen in contrarium objici, quia quoties juramentum absque dispendio salutis æternæ servari potest, servandum est *c. Debitores de jurejur.* atqui sponsi absque dispendio æternæ salutis possunt stare promissis; proinde ad id sunt adigendi. Hinc qui cum juramento promisit sponsalia contrahere, & postea vovit ingressum religionis approbatæ, tenetur priùs juramentum adimplere, matrimonium contrahere, & postea ante ejus consummationem religionem ingredi *c. commissum 16. h. t.* Tum quia licèt juramentum præstitum sit in favorem partis, ejus tamen religio, & obligatio, quæ refertur ad Deum, servanda est *c. debitores de jurejur.* proinde quamvis à partibus ejus obligatio remittatur, adhuc impleri debet. Tum quia eo ipso, quòd juramentum validè, & efficaciter ab utraque parte præstitum est, ejus relaxatio Romano Pontifici competit *c. venerabili 34. de elect. & quanto 18. de jurejur.* 141

Sed contra, ad primum respondetur, esse quidem juramentum semper adimplendum, quoties non sequitur dispendium æternæ salutis, si tamen ejus obligatio duret: sed per dissensum contrahentium sponsalia cessat juramenti obligatio, quæ propterea non cogit contrahentes ad standum sponsalibus juramento firmatis, cùm obligatio juramenti cesset eo ipso, 142

quod ambo sponsi volunt liberè resilire. Ad aliud, quod addeoatur, quòd juramentum referatur principaliter ad Deum. Respondetur, quòd quando sponsalia juramento firmantur, tunc juramentũ non ordinatur principaliter in Dei honorem, sed in bonum contrahentium, & Deua tunc tale juramentum acceptat, prout respicit tale commodum contrahentium, qui propterea si velint resilire, cessat obligatio juramenti, quod à Deo remittitur. Ad aliud, quod addebatur, ad solum Romanum Pontificem pertinere juramentum relaxare, respondetur, id esse verum, quando juramentum principaliter ordinatur in Dei honorem, & ex utraque parte licitum, & permanens est; non tamen, si præstitum sit tantùm in utilitatem, & favorem partis, quia tunc ab ipsa parte remitti potest.

143 Hoc est maximè observandum, quòd si promissio principaliter fiat Deo, licèt in favorem tertij, ut si quia dixerit, promitto Deo me Lucretiam accepturum in uxorem, tunc mulier promissionem remittere nequit, quamvis ad ejus utilitatem facta sit, quia mulieri primariò, & principaliter non est facta, sed Deo, & propterea sapit rationẽ voti. Quòd si promissio præcipuè facta est mulieri, ut si Titiua dicat, promitto Lucretiæ matrimonium intuitu, & amore Dei; tunc à muliere, cui, & in cujus utilitatem facta est promissio, remitti potest, & condonari obligatio, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 89. art. 9. ad 2.* ubi ait: *Homo potest alteri promittere aliquid sub juramento dupliciter. Uno modo quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipsius: puta si sub juramento promittat, se serviturum ei, vel pecuniam daturum: & à tali promissione potest absolvere ille, cui promissio facta est. Intelligitur enim jam ei solvisse promissum, quando facit de eo secundùm ejus utilitatem. Alio modo promittit aliquis alteri, quod pertinet ad honorem Dei, vel utilitatem aliorum: puta, si aliquis sub juramento promittat alicui, se intraturum religionem, vel aliquod opus pietatis facturum; & tunc ille, cui promittitur, non potest absolvere promittentem: quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo: nisi fortè sit interposita conditio, ratione cujus possit, scilicet, si illi videbitur, cui promittitur, vel aliquid aliud tale.* Cæterum qui sponsalia juramento firmârunt, commonendi sunt, ac modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem servent: sed si se ad invicem admittere noluerint, ne fortè quid deterius inde contingat, si adigatur vir eam ducere, quam odio habet, videtur, quòd ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, quam postea sibi remittunt, hoc possit patienter tolerari, ut notat Covarruvias in *epit. lib. 4. decret. p. 1. cap. 5.*

144 Quæritur quadragesimo quartò, an ad dirimenda sponsalia necessaria sit Judicia ecclesiastici sententia? Respondetur negativè, quia subinde sponsalia ipso jure dissolvuntur, ut docet D. Thomas *in 4. sententiar. dist. 27. q. 2. art. 3.* ubi ait: *In duobus casibus scilicet cùm quis ad religionem confugit; & cùm alter conjugum cum altero per verba de præsenti contrahit, ipso jure dirimuntur: sed in aliis casibus dirimi debent secundùm judicium Ecclesia* D. Antoninus in *3. p. c. 7.* addit etiam tertium casum notoriæ fornicetionia, vult enim tunc sponsalia dissolvi ex se non expectatâ sententiâ judicis ecclesiastici. Addit D. Antoninus; non esse necessariò expectandum judicium ecclesiæ, si sponsalia sinc clandestina, & non contracta in facie ecclesiæ, nec præsentibus testibus: sed non videtur huic sententiæ adhærendum, quia ecclesia non irritavit sponsalia clandestina, sed tantùm matrimonia, ut pluries respondit sacra congregatio Concilij Tridentini Interpres; proinde qui matrimonium alicui legitimè promisit, sive promissio fuerit pure simplex, sive vestita, & juramento firmata, sive verbo, sive scripto, sive calamo, sive coram testibus, sive in facie ecclesiæ, sive absque præsentia sacerdotia, tenetur semper matrimonium contrahere cum illo, vel illa, cui fidem suam obstrinxit. Curare tamen omnino debent Episcopi, & parochi, ne sponsi antequam matrimonium in ecclesia per verba de præsenti contraxerint, simul cohabitent, imò nec ullo modo mutua utantur consuetudine ob periculum peccandi: & ita etiam statuit D. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi VI. tit. de hia quæ ad matrimonium pertinent, ubi carnalem copulam inter sponsos ante initum matrimonium de præsentl coram Parocho, & testibus in eorum voluit esse numero peccatorum, quorum absolutio in Provincia Mediolanensi soli reservatur Episcopo, & hujus peccati reis gravem etiam voluit injungi pœnitentiam in synodo Provinciali XI. *tit. 1. decret. 26.* quod etiam repetit in instructionibus de Sacramento matrimonij, vultque propterea sponsoa à Parocho priùs moneri, ne antequam matrimonium contrahant de præsenti, simul cohabitent, nec mutua utantur consuetudine, eò quia peccata carnia sive operâ consummata, sive per oscula, & amplexus, tactúsque libidinosos inchoata. gratiæ Sacramentali, & benedictionibus, quas munificentissimua Deus castis conjugibus impertit obicem ponunt. Licèt Ecclesia non irritet sponsalia clandestina, quæ non fiunt in facie ecclesiæ, prohibet tamen omnia illa sponsalia, quæ fiunt sine præsentia sacerdotia, & testium, quapropter omnia ritualia ecclesiastica, ubiq; ferè locorum præcipiunt, ut sponsalia in facie ecclesiæ, seu in præsentia sacerdotis, & testium ineantur; & etiam præscribunt ritum, quo debent celebrari. Unde sponsalia nonnisi coram Parocho, vel ejus Vicario, idque in ecclesia, & non alibi, nisi accesserit licentia Ordinarij præsentibus testibus fieri deberent, ut plura Concilia Provincialia laudabiliter statuerunt.

Quæritur quadragesimo quintò, an ex sponsalibus oriatur impedimentũ publicæ honestatis non solùm inter sponsos, verùm etiam inter eorundem consanguineos? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *cap. Ad audientiam 3. h. t.* ubi Alexander III. Rescribit ex sponsalibua contractis inter consanguineoa, tametsi nulla sint, oriri impedimentum publicæ honestatis, adeò 145

ut

ut mortuo sponso, non possit mulier accipere fratrem sponsi demortui, tametsi intercesserit juramentum, quòd si primus frater eam non duxerit, debeat secundus eam ducere in uxorem, eò quia tale juramentũ licitum non sit. Desumitur etiam ex *c. si quis desponsaverit* 11. *c. qui desponsatam.* 12. *c. si quis desponsaverit* 27. *si quis uxorem* 27. *q.* 2. & ex *Tridentino sess. 19. de reform. c.* 13. Ratio est, quia ipse honestas exigit, ne matrimonium contrahatur cum consanguinea sponsi, vel sponsæ celebratis sponsalibus tam de præsenti, quàm de futuro, quia per sponsalia conjunguntur sponsi, saltem initiativè, quapropter ex tali matrimonio scandalum oriretur, ad quod impediendum, conveniens fuit, ut ecclesia hoc poneret impedimentum publicæ honestatis: quia sicut per matrimoniũ carnali copula consummatum, contrahitur impedimentum affinitatis, *cap. de affinit. c. de propinquis c. nullum.* 35. *caus. q.* 2. & 3. ita etiam ex sponsalibus contrahitur impedimentum publicæ honestatis ad evitandum publicum scandalum: siquidem in nuptijs non solùm quod licet, verùm etiam quod honestum est, attenditur *l. semper ff. de ritu nupt.* tum quia sponsa in pluribus dicitur assimilari uxori, adeo ut sponsus eam possit de adulterio accusare in ordine ad dissolvenda sponsalia *l. si uxor* 13. *divi ff. ad leg. Jul. de adult.* & docet Cujacius *lib. 6. observ. c.* 16. Æquè etiam pro sponsa potest sponsus injuriarum actionem intendere, sicut maritus pro uxore *l. item. §. sponsam. ff. de injur.* Quamobrem sicut matrimonium prohibetur propter affinitatem cum consanguinea conjugis; ita etiam inhibetur cum consanguinea sponsi, æquum siquidem, & honestum est, ut ex quo consanguineus meus vivens, vel mortuus consensit in aliquam sponsam, non possim ego illam in uxorem duce re, ut notat Glossa: quod autem est contra honestatem, & bonis adversatur moribus, non est faciendum *c. faciat* 22. *q.* 2. *l. fin ff. de condit. instit.* quapropter rectè Ecclesia statuit, ut talis honestas impediat matrimonium contrahendum, & firmet contractum inter consanguineos sponsi, & sponsæ usque ad quartum gradum.

146 Hodiè verò per Concilium Tridentinum restringitur hoc impedimentum, quia *sess. 24. de refor. cap.* 3. statuit, hoc impedimentum tantùm oriri ex sponsalibus validis, non verò ex ijs, quæ fuerunt irrita, quacunque ex causa; imò neque ex sponsalibus mutuo dissensu contrahentium dissolutis oritur hoc impedimentum; quia ex mutuo dissensu nulla esse cœperunt, & ita declarasse sacram Congregationem super Concilio referunt Farinacius, quem citat Guttieres de *matrim.* 103. *n.* 11. & Pontius *lib. 7. de matrim. c.* 36. tametsi contrarium sentiat Thomas Sanchez *lib. 7. disp 68. n.* 21. ductus ea ratione, quia nulla major, & apertior sit sponsaliorum solutio, quàm quæ morte unius conjugis fiat: atqui per obitum unius sponsi oritur hoc impedimentum publicæ honestatis, ut desumitur ex *c. si quis uxorem* 14. *cum sequent.* 27. *q.* 2. ergo tametsi sponsalia dissolvantur mutuo consensu, adhuc oritur impedimentum publicæ honestatis. Verùm hæc ratio ducta à pari non est firma, est enim discrimen, quia quando ob mutuum consensum dissolvuntur sponsalia eatenus hoc impedimentum publicæ honestatis cessat, quia sponsalia prorsus annullantur, eò quia sponsi revocaverint suum consensum, in quo fundabatur hoc impedimentum: quando verò alter ex sponsis decedit, quia is, qui moritur, non supponitur revocâsse suam voluntatem, sed creditur in eadem perseverâsse *l. 4. in princ. ff. de manumiss. vindic.* ideo sicut voluntas demortui non præsumitur revocata, ita etiam impedimentum publicæ honestatis, quod fundatur in tali voluntate non revocata perpetuò durat, quapropter licèt per mortem unius sponsi sponsalia solvantur, adhuc tamen durat hoc impedimentum *argum. sextus in c.* 7. *v. nequaquam de offic. deleg in 6. l. cum precario* 12 *ff. de precario.* Rursus Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de refor. c.* 3. restrinxit hoc impedimentum ad solum primum gradum, eò quia in ulterioribus non possit hujusmodi prohibitio absque dispendio servari, ut etiam notat Coverruvias in *epit. lib. 4. decret. p.* 1. *c.* 2.

Posset tamen in contrarium objici, quia si copula carnalis non sequatur, sponsi non fiunt una caro, nec ulla inde sequitur propinquitas, ut docet D. Gregorius in *c. lex* 27. *q.* 2. atqui in sponsalibus de futuro initis nulla datur corporum commixtio: proinde ex ipsis non videtur ullum posse oriri impedimentum *argum. regula* 52. *de R. J. in 6.* Tum quia si hoc impedimentum nasceretur ex sponsalibus ob publicam honestatem; multò magis oriretur ex matrimonio rato, in quo fortiùs militat eadem ratio: atqui non oriri hoc impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato declaravit Alexander III. *cap. 2. h. t. in c. collect.* ubi rescribit: *Nõ sunt una caro vir, & mulier, nisi cohæserint copula maritali, idcirco defuncta sponsa intacta, ejus fraer à sponso hoc non impediente liberè ducitur in uxorem.* Proinde multò minus ex solis sponsalibus de futuro oritur hoc impedimentum publicæ honestatis cùm non oriatur ex matrimonio rato. 147

Sed contra, quia ut hoc impedimentum publicæ honestatis oriatur non est necessè, ut sponsi per carnalem copulam fiant una caro, sed sufficit, si mutuo consensu promittant sibi nuptias de præsenti, quia per talem sponsionem inchoativè incipiunt fieri una caro. Cæterum quòd Pontifex *in d. c. lex.* 27. *q.* 2. asserat solam copulam inducere propinquitatem, eò quia per ipsam fiat una caro, id adiecit, ut ostenderet inter eos, de quibus loquebatur, non fuisse impedimentum publicæ honestatis, eò quia sponsalia non fuerunt contracta; nec copula nlla fuit secuta, consequenter nullam inde oriebatur impedimentum nec affinitatis, nec publicæ honestatis. Ad aliud, quod addebatur ex Alexandro III de matrimonio rato, respondetur, ibi Pontificem non negare ex matrimonio rato oriri impedimentum publicæ honestatis; sed tantùm asserere non oriri affinitatem ut quidam veteres Canonistæ autumabant, quibus visi sunt adhæsisse Alexander de Nævo *in c. sponsam* 8. *h. t. num.* 6. & Henriquez in *sum. lib.* 12 *de matrim. c.* 10. *n.* 1. & alij inter quos 148

Ledesma *de matrim. q 55. art. 1. diffic. 2.* censuerunt, si non propriam, saltem initiativam oriri affinitatem, quapropter cùm id temporis dubitaretur, an ob affinitatem prohiberetur matrimonium cum sorore uxoris matrimonio ductæ, tametsi non cognitæ: rectè rescripsit Alexander III. Non prohiberi, eò quia tale matrimonium non fuerit consummatum, nec sponsi per carnalem copulam facti una caro: non tamen Pontifex negavit ex alio capite ob impedimentum publicæ honestatis prohiberi matrimonium cum sorore uxoris matrimonio ductæ, quamvis non cognitæ: & eatenus Pontifex expressè in *d. c. 2.* id non asserit, quia non fuit consultus de impedimento publicæ honestatis, sed tantùm de illo affinitatis; illud enim supponebatur.

149 Quæritur quadragesimo sextò, an sponsalia invalida ex defectu interni consensus producant hoc impedimentum publicæ honestatis? Sunt enim, qui putant, hoc impedimentum non oriri, eò quia talia sponsalia sint invalida, idque nituntur desumere ex *c. ex sponsalibus 6. h. t.* Sed communior, ac verior sententia, cui adhærendum est, docet etiam ex ijs sponsalibus, quæ ex defectu interni consensus invalida sunt, oriri hoc impedimentum publicæ honestatia, ut præ cæteris docet Basilius Pontius *lib. 7. de matrim. c. 36. n. 10.* Ratio ex eo desumitor, quia hoc impedimentum publicæ honestatis ab ecclesia institutum fuit ad evitandum scandalum, & ob publicam honestatem: hæc autem ratio adhuc viget in sponsalibus invalidis ex defectu interni consensus; quia ecclesia de tali consensu purè interno non judicat, sed tantùm de externo: neque tollitur ratio scandali, ob quod fuit hoc impedimentum ab ecclesia institutum, quia homines nil sciunt de hoc defectu interni consensus; & ex externo judicant, sponsalia esse valida.

150 Quòd si dicas, sponsalia irrita ex defectu consensus nullum producere impedimentum tam jure veteri, quàm novo. Respondetur, id tantùm verum esse de defectu consensus externi, de quo homines judicium ferunt, non verò de defectu consensus interni, & ita docent Archidiaconus in *c. unic. in 6. h. t. n. 9.* Francus *n. 8.* Geminianus *n. 12.* Covarruvias *2. p. de matrim. § 2. n. 3.* Hoc enim impedimentum cum fuerit institutum ab ecclesia, hæc exigit, ut sponsalia sint irrita ex defectu alicujus requisiti sensibilis, & consensus internus non sit sensibilis nisi per actus externos. Hinc quia hoc impedimentum solo jure ecclesiastico inductum fuit, sequitur, quòd jure naturali non dirimat matrimunium in ullo gradu lineæ rectæ, vel transversæ, ac proinde infideles posse contrahere matrimonium cum consanguineis sponsæ, cùm ipsi non ligentur legibus ecclesiæ.

152 Juvat observare discrimen inter impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis, & publicæ honestatis, quia illud etiam post baptismum viget, adeò ut infidelis, qui cum uxore consummavit matrimonium ante baptismum, non possit postea post susceptum baptismum cum consanguinea ipsius uxoris intra quartum gradum matrimonium contrahere *c. fin. de divort.* Secus si infidelis sponsalia contraxit, antequam baptizetur; post susceptum baptismum etiam cum sorore ipsius sponsæ potest matrimonium celebrare, quia hoc impedimentum publicæ honestatis cum sit inductum solo jure ecclesiastico, non potuit contrahi ab infideli ante susceptum baptismū, tametsi potuerit contraxisse impedimentum affinitatis, seu consanguinitatis: & ratio disparitatis est, quia ex affinitate oritur vinculum naturale, ut observat Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 12. n. 5.* secus ex sponsalibus contractis ante susceptum baptismum nullum oritur vinculum naturale, eò quia sit impedimentum inductum ab ecclesia, quæ non obligat nisi fideles.

Cæterum licèt hoc impedimentum publicæ honestatis extenderetur ad eosdem gradus, ad quos affinitas protrahebatur, jure tamen novo, & quo hodie utimur ex declaratione Pij V. in *Extravag. ad Roman.* & ex *Concilio Trident. Sess. 24. c. 3.* restringitur tantum ad primum gradum, & quando oritur ex matrimonio rato extenditur usque ad quartum gradum, ut declaravit Pius V. in *d. extravag. ad Romanum.* Hinc impedimentum publicæ honestatis, ut definitur à D. Thoma *in dist. 41. quæst. unic. art. 1.* est *propinquitas ex sponsalibus, vel matrimonio rato proveniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione propter honestatem.* Dicitur *propinquitas* genericè, quia hæc comprehendit consanguinitatem, affinitatem, & agnationem: subduntur alia verba *ex sponsalibus, & matrimonio rato* ad indicandam differentiam à consanguinitate, affinitate, & agnatione; & ut inde cognoscamus, hoc impedimentum oriri ex duobus capitibus, scilicet ex matrimonio rato, vel ex sponsalibus de futuro: oritur enim ex matrimonio rato, quia cùm affinitas non aliter contrahatur nisi ex copula carnali, ideo hoc impedimentum verè, & propriè non est affinitatis, sed publicæ honestatis, cum oriatur tantùm ex matrimonio rato, ut declaravit Pius V. in *d. extravag. ad Romanum*, & sacra Cardinalium Congregatio super Concilio, ut notat Pontius *lib. 7. de matrim. cap. 35. n. 1.* Præterea oritur hoc impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato, quacunque ex causa irrito, dummodo non sit ex defectu consensus, ut habetur in *c. ex sponsalibus unic. in 6.* ubi quamvis Bonifacius VIII. loquatur de sponsalibus de futuro, Doctores tamen communiter volunt locum habere etiam in matrimonio rato.

Quòd si dicas, Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. c. 3.* hoc impedimentum rejecisse ex sponsalibus quacunque ratione irritis, ac proinde esse idem dicendū de matrimonio rato irrito, adeò ut hoc impedimentum sit hodiè sublatum ab hoc matrimonio rato, & irrito. 153
Contra est, quia Concilium tantùm loquitur, & intelligitur de sponsalibus de futuro, adeo ut ejus decretum non producatur ad matrimonium ratum: quapropter sicut ante Tridentinum hoc impedimentum oriebatur ex matrimonio

monio rato, & irrito; ita etiam hodie durat, ut declaravit Pius V. in *d. Extravag. ad Romanum.* & docent Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 10. n. 2.* Sanchez *disput. 70. n. 5.* Pontius *lib. 7. de matrim. cap. 35. n. 5.* ubi etiam adfert declarationem Cardinalium, ex qua liquet, ex matrimonio rato, quamvis nulliter contracto ob omissam formam Tridentini *sess. 24. de matrim. c. 1.* adhuc hodie hoc impedimentum oriri, ut notat Farinacius in *declarationibus ad Tridentinum pag. 70.*

154 Quæritur quadragesimo septimò, an si conjuges sponsalia, vel matrimonium contrahant per verba sophisticè prolata præsertim ad decipiendam mulierem, valida sint, & quomodo verba intelligenda? Respondetur, quòd si verba sophisticè prolata ex se, seu ex propria significatione, & communi adstantium intelligentia iudicent potiùs internum contrahentium consensum, quam quid aliud; sponsalia inita per hujusmodi verba sophisticè prolata, ut etiam matrimonium suum sortiuntur valorem in foro externo. Ratio est, quia forma sponsaliorum, ut etiam Sacramenti matrimonij consistit in consensu elicito per signa sensibilia sufficientia ad illum indicandum adstantibus. ut desumitur ex *cap. tua nos 26. h. t.* & ex *c. sufficiat 27. q. 1.* imò desumitur etiam ex Concilio Florentino *§. 7. Sacrament.* & fusè docet Pontius *lib. 1. c. 7.* adeò ut consensus sit forma, quæ dat esse matrimonio; quatenus hoc est contractus exigens essentialiter mutuum contrahentium consensum; adeo ut licèt Deus utpote dispoticum habens dominium in humanas voluntates, possit matrimonium præcisè à contrahentium consensu in ratione vinculi, & quidem indissolubilis invehere, ut constat ex matrimonio Adami. & Oseæ; non enim repugnat, Deum ratione dispotici sui dominij conjungere marem, & fœminam sine eorundem consensu, & ejsdem præcipere, ut simul cohabitent, prolem promoveant, & reliqua agant, quæ solent à conjugatis fieri; in hoc enim casu mas, & fœmina, tametsi consensum non præstarent in matrimonium, tenerentur Deo parêre, à quo acciperent mutuam potestatem in corpus alterius ad usum matrimonij, etiam nullo ipsorum actuali interposito consensu, ut docent Palatius in *4. dist. 27. disput. 1.* Valentia *3. p. disp. 10. q. 3. p. 1.* Verùm Deus tunc uniret marem, & fœminam in ratione matrimonij, prout hoc est quoddam vinculum; quia hoc tantùm exigit mutuam potestatem in corpus alterius ad usum matrimonij: & ob plenum, ac dispoticum dominium, quod Deus habet super omnes, & singulas creaturas, potest mutuam potestatem conferre tali mari, & tali fœminæ, qui propterea essent veri conjuges per verum matrimonium, quatenus hoc est vinculum, & dat jus mutuum ex justitia in corporibus. Non ita tale matrimonium esset contractus, quia hic essentialiter exigit mutuum consensum contrahentium, & sicut non potest esse homo, si non sit animal rationale, ita nec contractus sine hoc mutuo consensu contrahentium. Rursus quia verba ore prolata ex hominum conventione fuerunt instituta ad manifestanda, quæ intus sentimus, & indicandos exteriùs mentis conceptus, ideò si ex circumstantijs verba sophisticè prolata à sponso, etiam ea intentione, ut mulier deciperetur, potiùs significent internum consensum, quàm quid aliud, in foro exteriori non irritant sponsalia, quamvis in foro interno intelligi debeant juxta intentionem proferentis; ut desumitur ex *c. Tua nos. 26. h. t.*

Hinc quoties contrahentes per verba so- 155
phistica, vel obscura, contrahunt in foro exteriori, hujusmodi verba intelliguntur juxta communem interpretationem: quia cùm in matrimonio consensus exigatur pro substantia, & verba animum exprimant ad dignoscendum consensum, vel dissensum, sequitur, quòd verba sophisticè prolata debeant intelligi eo modo, quo homines solent ea accipere: quia tunc non potest rectiùs declarari, nec judicium ferri de interno contrahentium consensu *argum. l. labeo. 7. v. non enim ff. de supellect. legat. l. liberorum §. quod tamen. ff. de legat.* & id procedit, sive contrahentes sint ejusdem, sive diversi idiomatis, & sive per interpretem, sive per se ipsos contraxerint per verba obscura, vel etiam sophisticè prolata, quia semper explicanda sunt juxta communem interpretationem. Quòd si homines rectè intelligentes adhuc dubitarent de tali interpretatione verborum, tunc per alias conjecturas declarari deberent verba obscura *l. si servus plurium. §. fin. de legat.*

Quòd si dicas, matrimonium esse contra- 156
hendum per verba exprimentia consensum, ut habetur in *c. si inter 31. h. t.* & Sophisticè, ac obscurè loqui perinde esse, ac nihil exprimere *l. de atate. §. nihil interest. ff. de interrog. action. l. sed si pupillus. §. si per. ff. de instit action.* proinde sponsalia inita per verba sophisticè prolata ad decipiendam puellam nullius esse valoria. Tum quia verba obscura intelligenda sunt juxta singularem intentionem proferentis *l. cum quidam C. de verbor. sig.* Contra est, quia quando matrimonium non contrahitur per verba clarè, ac distinctè exprimentia internum consensum, tunc debent verba interpretari juxta communem significationem verborum, ut habetur in *c. ad hac 10. de rescript* & in *l. duo sunt Titij de testam. tutel.* Quando igitur verba obscura per communem acceptionem possunt explicari, tunc explicanda sunt juxta communem verborum interpretationem: quia cùm intentio declaretur per verba *c. humana 22. q. 5.* sequitur, quòd in dubiis non sit recedendum à propria verborum significatione *l. non aliter ff. de legat. 3.* siquidem humanæ aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant: divina verò judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, ut habetur in *d. c. humana.* Ad aliud, quod addebatur, verba sophisticè prolata esse intelligenda secundùm singularem proferentis intentionem, respondetur, id verum esse, ac proinde, quando verba sophisticè prolata potius indicant internum consensum, quàm

I 3 quid

quid aliud, præsumi debet, fuisse prolata ea intentione, ot internum consensum manifestarent, enm nulla sopperat ratio contrarium conijciendi. Licèt quilibet in re sua sit moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mandati*, & maximè in ultimis voluntatibus *authent. de nuptiis V. dissonat Testator, & erit lex*, si tamen ex testatoris mente certum constiterit, vel per conjecturas deprehendatur, servanda tunc est mens Testatoris etiam contra verborum proprietatem, ut fusè declarat Mantica *de conjecturis lib. 1. in princ.* Secus si de mente Testatoris non constet, nec etiam per conjecturas; tunc verba sophisticè, & obscurè prolata interpretanda sunt secundùm communem verborum acceptionem.

157 Quæritur quadragesimo octavò, an si sponsus de futuro ad remota se transferat ante copolam, possit sponsa cum alio liberè contrahere? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. de illis 5. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si sponsus præstito juramento mulieri de ea ducenda in futuro, si postea discedat ab ea terra, & se transferat in aliam partem; mulier, si non præcessit consummatio, possit alteri nubere. Ratio desumitur etiam ex eo, quia per hujusmodi sponsalia de futuro nullum conjugij vinculum, adhuc firmnm inter virum, & mulierem est contractum, sed tantùm quædam inchoatio ejuadem, seu promissio inter ipsos de contrahendo, quæ tamen promissio trahit semper secum tacitam conditionem, ut mutuo dissensu possit dissolvi: atqui ex parte viri ejus animus, & consensoa per ipsius recessum ad remota censetur mutatus, adeò ot per hoc, quod discesserit à sponsa, & se contulerit in partes remotas sine spe, quòd sit brevi reversurus, præsumatur, quòd oolit ampliùa cum illa contrahere; ut notat Abbas in *d. c. de illis. 5. h. t.* atqui etiam sponsa potest suam mutare voluntatem, & dissentire etiam ipsa promissioni, & stare conditioni tacitæ, quòd ex mutuo dissensu possint, si hic accesserit, sponsalia dissolvi. Quantum verò temporis requiratur, ut sponsa, quæ mansit in eodem loco, possit eum alio nuptias contrahere, non concordant Doctorea: alij asserunt, requiri biennium ex *l. 2. C. de sponsal.* alij triennium ex *l. 2. C. de repudiis* alij quadrienniū ex *c. sicut ex litteris 22. h. t.*

158 Verùm commonior sententia asserit ex lege canonica sufficere, si noo affulgeat spes de proximo reditu, idque ut evitetur periculum fornicationis, quod posset imminere sponsæ, & ne ipsa magia appareat adstricta promissioni, quàm vir. Cæterum si animus viri absentis non appareret mutatus, sed ob aliquam orgentem necessitatem ipse cogeretur abesse, esset tunc expectandus, donec necessitas illa cessaret; nisi fortassis nimium protraheretur. Quòd si certum tempus adjectum sit sponsalibus, & eo elapso sponsus sine justa causa abfuerit, potest tunc sponsa cum alio matrimonium contrahere, qoia tunc dies adjectua interpellat pro homine, & constituit sponsum in mora *l. magnam C. de contract. stipul.* Sin verò nullum certum tempus adjectum fuit, tunc relinquitur arbitrio Judicis, per quantum temporia teneatur sponsa expectare reditom sponsæ. Cæterum si per sponsam, vel sponsum staret, ne matrimonium contraheretur, deberet is, qui esset causa, ne contraheretur pœnitentiā eluere violationem datæ fidei, ot docet D. Thomas *in 4. sententiar. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 2.* ubi ait: *dubium illud determinatur ex hoc, quòd alter non compareret tempore statuto ad matrimonium perficiendum: unde si ex parte ejus non defuit, quin matrimonium compleret, potest licitè alteri nubere sine aliquo peccato. Sin autem per eum stetit, quòd matrimonium non est completum, debet agere pœnitentiam de peccato fractæ promissionis, aut juramenti (si juramentum intervenit) & contrahere cum aliqua (si vult) judicio ecclesiæ.*

Ratio verò cur is, per qnem stetit, ne matrimonium contraheretur, debeat pœnitentiā violationem eluere datæ fidei, ex eo desumitur, quia talia sponsalia non possunt justè dissolvi, nisi per mutuum liberum dissensum; quo fit, ut is per quem dissolvuntur altero invito, sit in culpa, & frangat promissionem alteri factam, ubi autem culpa intervenit, ibi pedissequa est pœna, *c. Quanto de translat. Episc.* Proinde quamvis tali sponsæ concedatur, ut alteri viro possit nubere, ex quo etiam prior sponsua censetur dissentire: quia tamen ab initio fuit ipsa sola in culpa, ne matrimonium cnm primo sponso contraheretur, quando sponsa illud perfecisset, est propterea sponsæ ob talem culpam injungenda pœnitentia, qua violationem datæ fidei eluat *c. Veniens qui cler. vel vov.* & desumitur etiam ex *c. de illis. 5. h. t.* ubi Alexander III. scribit, si per sponsam steterit, quò minùa matrimonium consummaretur, debet ipsa pœnitentiam agere de perjurio. Datur verò ei facultaa nubendi alteri, ne deterius quid inde contingat, præsertim si stimulis concupiscentiæ agitetur. Juvat tamen observare, quòd si inter hujusmodi sponsos intercessisset copula, non possent tunc cum alijs matrimonium contrahere. Ratio est, quia sponsalia de futuro per subsequentem copulam incipiunt, ut ex nunc ab illa copula valere, ot matrimonium de præsenti; adeò ut sponsalia de futuro ratione subsequentis copulæ æquivaleant matrimonio de præsenti, quod tamen intelligendum est, quantum ad judicium externum ecclesiæ, nisi aliqua signa doli, vel fraudis expressè apparnerint: quia quoad forum Internum, seu conscientiæ, talis copula, quæ sequitur sponsalia de fituro, non facit matrimonium de præsenti, si consensus interior desit, ut docet D. Thomas in *3. p. q. 46. art. 2. in addit.* 159

Quæritur quadragesimononò, an qualibet violentia sit impedimento matrimonio contrahendo? Respondetur, quòd si violentia talia non sit, quæ removeat liberum consensum requisitum in contractu matrimonij, non sic impedimeoto, quin possit hoc cootrahi, & desumi- 160

ſumitur ax *c. de muliere 6. h. t.* ubi cum Everardus Epiſcopus Patavinua conſuluiſſet Alexandrum III. ſuper quæſtiooe matrimonij, quod ferebatur per vim ioitum, & cum Everardus non expreſſiſſet, per quam vim præciſam, ſeu an per metum cadentem in virum conſtantem, an verò per metum levem, Pontifex, reliquic quæſtionem Indeciſam, eò quia ei non licuerit, quæ vis io matrimonio interceſſiſſet, & oum talis eſſet, quæ matrimonium dirimeret; ax quo textu clarè deducitur, nòn omnem violentiam impedire contractum matrimonij: ratio etiam ex eo deſumitur, quia ut violentia matrimonium Impediat, debet removere liberum conſenſum, quem eſſentialiter exigit contractus matrimonij; atqui noo omnis violantia tollit hunc liberum conſenſum; ſed taotùm ea, quæ cadit in virum conſtantem, ubi agitur de viro; vel in conſtantem mulierem, ubi agitur de muliere *c. Cum dilectus, de his qui vi, & metu*: cùm igitur violencia levis, & quæ non cadit in virum conſtantem, & ex qua contrahens quemdam tantùm aſſumit metum vanum, nòn tollat cooſenſum liberum, non inijcit impedimentom matrimonio ineundo, ut etiam docet D. Thomas in *3. p. q. 47. art. 3. in addit.*

161 Vir autem conſtans hic judicatur illa eſſe, qui aſt virtuoſus, ac menſura in omnibus humanis operibos, ut docet D. Thomas *loc. cit.* ex Ariſtotele *3. Ethic. c. 4.* violentum verò dicitur id, cujus principium eſt ab extrinſeco, adeò ut nihil ad id conſerat ille, qui violeotiam patitur, ut docet idem Ariſtoteles *3. Ethic. c. 1.* Ex ao autam, quòd Alexander III. in *c. de muliere 6. h. t.* reliquerit quæſtionem indeciſam, eò qoia Everardus oon expreſſerit, per quam vim fuiſſet tale matrimooium initum, colligitur, quòd in ancipiti, & dubia quæſtione non ſit abſolutè quæſlio decidenda, quia in his caſibus, in quibus propriè cauſa non liquet, non licèt Judici abſolutè judicare, & quia dubia erat quæſtio, cùm ooo exprimeretur vis, quæ interceſſerat io matrimonio, non potuit à Pontifica certa proſerri ſententia, ut habetur in *c. ficut ex litteris 22. h. t.* ibi: *Quòd ſi de his non conſtat ad plenum, tamdiu adhuc cognoſcas de cauſa, donec de his ad plenum ſufficienter inſtruaris.* Ad ſummum io ſimili cauſa dubia matrimonij, vel ſuſpeoditur judicium, vel adhibentur aliæ probatiooes: vel reſpondetur cum diſtioctiooe Inter vim, & vim, ſeu inter metum cadentem, & noo cadeotem in conſtantem virum; ſi enim metos noo cadat io virum conſtantem, nec tollat liberum cooſenſum, noo eſt impedimento matrimooio inenndo. Secus taman ſi tollat liberum conſenſum, cadátque in virum cooſtaotem, ut deſumitur ex *c. Veniens 15. h. t. c. Ex litteris de deſponſ. impub. c. 2. de eo qui duxit in matrim.* quia metus gravis cadans in virum conſtantem, & iojuſtè illatus, aatenus reddit matrimonium ipſo jure oullom, tam io foro intarno, quàm externo, qnia matrimoniom exigit cooſeoſum omnino liberum, quem talis metus injuſtè illatus tollit, ſublata enim libertate tollitur valor matrimonij, qoia ut ſcitè Quintilieuus *declamat. 247. nuſquam libertas tam neceſſaria, quàm in matrimonio eſt*; nuptię enim coactæ improbos ſoleut exitus ſortiri, hinc Barclalus *lib. 3. Argen.* ibi *ſed ſcis conjugia plus animorum, quam corporum fœdere eſſe ſuavia: liberæ hominum mentes ſunt, nec ullis legibus cogi poſſunt velle, quod nolint*, & oonnullis interjectis ſubdit: *Nam nec tibi expedirent coacti Hymenai.* Cùm igitur metus gravis, & cadens io virum conſtantem excludet liberum conſenſum, quo deficiente matrimonium non contrahitut, ſequitur matrimonium cum tali metu inicum oullius eſſe valoris, imò non ſolùm jure poſitivo, ſed etiam naturali eſt matrimonium nullum, ut notat Pontius *de matrim. lib. 4. c. 14. n. 4.* quia ad matrimonium deſideratur magis libertas voluntatis, quàm ad alios contractus civiles: hinc licèt alij contractus metu initi reſcindi poſſint; ſolum matrimonium etiam ut eſt purus contractus revocari neqnit, quia continet vinculum indiſſolubile.

Quinimo non ſolùm ipſum metrimonium 162 gravi metu initum eſt irritum, ſed etiam omnea actus ed matrimonium ſpectantes, & metu geſti ipſo jure ſunt nulli, ut conſtitutio Procuratoris in ordine ad ineundum matrimonium, dotis promiſſio metu gravi facta *l. ſi mulier. §. dos ff. de eo, quod metus cauſâ*, quia cum dotis obligatio ſit acceſſoria matrimonio *l 3. c de jure dotium.* ſequitur, quòd ſicut matrimonium metu gravi ioitum ipſo jure eſt nullum, ita & dotis promiſſio facta ipſo jure eſt nulla, acceſſorium enim ſequitur naturam ſui priocipalis. Dabat tamen metus irritaos matrimonium eſſe lojuſtè incuſſus à cauſa extrinſeca, quia ſi infaratur à cauſa naturali, ut à morbo, naufragio, aut pericolo alio imminente validum eſt matrimonium, ut etiem cùm quis metu præſeotaneæ mortis cootraxit matrimooium cum concubina.

Hinc validum eſt etiam matrimonium, 163 quando metus procedit à cauſa libera, ut cùm quis ad mortem damnetur, à qua ut liberetur, ducit meretricem juxta conſuetudinem nonnollarum Regionum: quia tunc oritur metus à cauſa oaturali intrioſeca ipſius condemnati, & eſt iocuſſus à cauſa libera ad contrahendum matrimooium, nt ootat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. §. 4. num. 16.* Imò ut metus gravia matrimonlum irritet, requiritur, ut incutiatur animo extorquendi conſeoſum ad matrimonium, quia ſi ob aliom finem metus incuteretur, matrimonium ſubſiſteret: quia tunc non compellitur ab alio ad matrimonium contraheodum, ſed contrahens illud voluntariè elligit, ut madium ad periculum animæ, val corporis declinaodum: hinc iovoluntarium, quod tunc reparitur in tali matrimooio non dicitur eſſe cauſa conſensûs, ſed tantùm occaſio, qnapropter matrimooium ſpootè initur ab eo, qui defloravic puellam, tamatſi metu mortis eam docat, aò quia pater poellæ, ſe declaraverit, quod velit ipſum occidere, niſi filiam ſuam duxerit: validum tunc aſt matrimooium,

quia

quia talis metus non fuit incussus ad matrimonium ineundum, sed alio fine, seu ad vindictam injuriæ sumendam.

164 Quæritur quinquagesimò, an sponsalia de futuro solvantur per sponsalia de præsenti, & quid, si secuta sit copula? Respondetur, sponsalia de futuro simpliciter dissolvi per subsequentia sponsalia de præsenti, seu per matrimonium. Ratio est, quia in matrimonialibus vinculum fortius superveniens præjudicat priori, & desumitur ex *c. duobus modis. 1. de sponsa duorum*, ubi ex D. Augustino dicitur, quòd qui dat mulieri fidem pactionis, seu promittit sponsalia de futuro cum pacto, ut nunc eam cognoscat, non debeat aliam ducere, sed si duxerit, tenet matrimoniũ, quia per sponsalia de præsenti contrahitur vinculum indissolubile, quod non contrahitur per simplicia sponsalia de futuro: proinde secunda sponsalia de præsenti præjudicant primis de futuris. Tum quia per verba de præsenti exprimentia consensum in matrimonium earum personarum, quæ non prohibentur illud contrahere, sufficienter contrahitur: & quia mulier ex Apostolo 1. *ad Corinth. c. 7.* est alligata legi, quanto tempore vir ejus vivit, & similiter vir; ita ut mulier potestatem sui corporis non habeat, sed vir; ut etiam è converso: ideò vivente prima uxore vir non potest contrahere cum alia, & si contrahat, est separandus, ne persistat in adulterio cum eadem, & debet adhærere primæ veræ uxori. Quòd si vir det puellæ fidem pactionis, seu promittat sponsalia de futuro, cum pacto ut nunc eam cognoscat, non debet aliam ducere, sed si aliam duxerit, matrimonium tenet, sed viro injungitur pœnitentia, eò quia datam fidem violaverit, & desumitur ex *c. duobus modis 1. de sponf. duor.* ubi Pontifex rescribit, quòd si vir alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debeat aliam ducere, & si duxerit, debeat pœnitentiam agere, ac manere cum illa, quam duxit, eò quia Sacramentum matrimonij non debeat rescindi. Sin verò fecerit fidem consensus, non licet ei aliam ducere, & si duxerit, eam dimittet, & adhærebit priori.

165 Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit puellæ, se eam ducturum, si permiserit, eum rem secum habere, vel etiam pro consensu: fides autem consensus est, quando licèt non stringat manum, corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuò se suscipiunt. Quamobrem per fidem pactionis intelliguntur sponsalia conditionata, ut si vir promittat puellæ matrimonium, si hæc permittat, ut rem cum illa habeat; tunc enim, quia conditio est turpis, habetur pro non adjecta, proinde si vir postea ducat aliam, tenetur manere cum illa, quam duxit, tametsi sponsalia de futuro contraxerit cum alia sub conditione, si permiserit, ei copiam sui corporis: quia tametsi, teneretur eam ducere, si tamen matrimonium de præsenti contrahat, cum alia, quia matrimonium est vinculum fortius, subsistit, sed viro est pœnitentia injungenda, ut eluat violationem datæ fidei primæ. Quòd si sponsalia de futuro fuerint absolutè inita, & postea inter sponsos de futuro secuta sit carnalis copula, tunc sponsalia de futuro ratione subsecutæ copulæ non solvuntur per matrimonium, seu sponsalia de præsenti cum alia, & desumitur ex *c. Is, qui 30. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit, eum, qui fidem sponsaliorum dedit puellæ, eum qua postea rem habuit, si in facie ecclesiæ ducat aliam, quam etiam cognoscat, teneri ad primam redire, quia tametsi prius matrimonium videatur præsumptum, non tamen est contra ejusmodi præsumptionem probatio admittenda, proinde aliud matrimonium non esse verum censendum.

Ratio est, quia sponsalia de futurò per copulã subsequentem transeunt in matrimonium de præsenti per præsumptum consensum de novo ex illa copula præstitum, quæ præsumptio non admittit probationem in contrarium, ut notat Glossa in *d. c. Veniens 15. h. t.* ubi autem est unum matrimonium validum, non potest contrahi aliud, proinde secunda sponsalia de præsenti debent haberi pro infectis, stantibus primis de futuro, quæ ratione copulæ subsecutæ transierunt in matrimonium de præsenti: quia ex copula subsecuta ecclesia præsumit consensum conjugalem potiùs, quàm fornicarium ex benigna videlicet interpretatione, ut vitetur præsumptio peccati *argum. l. merito ff. pro socio l. Quintus Mutius ff. de donat. inter viv. c. 2. de reg. jur.* Tum quia sponsi consentientes in copulam videntur priùs consentire in matrimonium, tanquam in necessarium præambulum, ut copula sit licita, *argum. cap. vidua de reg.* & tradit Mascardus *de probat. vol. 3. conclus.* 1197. & 1215. n. 14. quia subsequens copula præsumitur haberi ex vi præcedentis obligationis sponsaliorum *argum. Glossa fin. in l. quadam mulier. ff. de rei vindic.* Cæterum per amplexus, oscula, aliósque similes tactus, imò & conatus sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium *c. 1. de matrim. contr.* imò nec per nisum ad copulam *c. fin. h. t.* Cæterum contra hanc præsumptionem ex copula subsecuta non admittitur ulla probatio, eò quia sit præsumptio juris, & de jure. 166

Observandum tamen est, quòd hodie post Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. matrim. c. 1.* præsens decisio ampliùs non procedit, quia Concilium Tridentinum irritum declaravit matrimonium contractum sine præsentia Parochi, & testium, consequenter, & à fortiori irritavit omne matrimonium præsumptum ex copula subsequente, vel alia simili causa: qui enim sponsalia absolutè contrahunt sine præsentia Parochi, & testium, & postea se carnaliter cognoscunt, non tamen per hanc copulam subsequentem præcedentia sponsalia transeunt in matrimonium: quia ad ejus valorem Concilium exigit, ut non aliter contrahatur, nisi coram Parocho, & testibus, seu in facie ecclesiæ: proinde sola copula subsequens hodie non sufficit, ut præcedentia sponsalia de futuro transeant in matrimonium de præsenti, ut docent 167

omnes,

omnes, quos congetit Barbosa in *c. is qui. 30. h. t.* In Provinciis verò ubi Concilium Tridentinum non observatur, hæc matrimonia præsumpta, adhuc procedunt. Imò non solùm matrimonium de præsenti, sed etiam sponsalia de futuro celebrari debent in præsentia sacerdotis, & testium, nec excusantur à culpa, qui secus fecerint: quia tametsi hujusmodi sponsalia inita sine præsentia sacerdotis, & testium ecclesia non irritet, ea tamen prohibet, proinde ea contrahentes semper agunt contra prohibitionem ecclesiæ.

168 Quæritur quinquagesimo ptimò, an si major septennio ducat in uxorem minorem septennio oriatur ex tali contractu impedimentum publicæ honestatis? Ratio dubitandi ex eo otitur, quia tale matrimonium non potest subsistere, cùm ad illud contrahendum desiderentur anni pubertatis; scilicet, quòd vir attigerit annum ætatis quartum decimum, & fœmina duodecimum, ut habetur in *c. continebatur de desponsf. impub.* imò neque sponsalia de futuro in illa tenella ætate videbantur suum potuisse valorem fortiri, cum ad ea contrahenda ex jure septem ætatis anni exigantur *c. litteras et ad dissolvendum de despons. impub.* cùm igitur ex sponsalibus irritis, ac nullius valoris ob defectum ætatis non oriatur impedimentum publicæ honestatis, videtur captu difficile, quomodo si major septennio duxerit in uxorem minorem septennio, eámque traduxerit ad domum, possit ex tali matrimonio oriri impedimentum publicæ honestatis: & tamen Eugenius in *c. Juvenis 3. h. t.* declarat, quòd si juvenis, qui duxit puellam, quæ non erat septem annorum, si dubium sit, quòd tentaverit id, quod explere non potuit, contraxit impedimentum publicæ honestatis, ratione cujus non possit matrimonium contrahere cum ejus consobrina, & si illud contrahat, sit separandus.

169 Ut autem satisfiat quæsito juvat repetere casum, de quo Papa Eugenius fuit consultus in *d. c. Juvenis.* & fuit iste: Juvenis major septennio sibi desponsavit per verba de futuro puellam nondum septennem, quam etiam in propriam domum traduxit, ubi affectu etiam maritali eam tractavit, adeò ut ex traductione in domum, rumor oriretur, puellam ad id devenisse judicij, ut malitia suppleret ætatem, ac proinde habilis censeretur ad sponsalia contrahenda. Sed defunctâ puellâ juvenis superstes matrimonium contraxit cum ejus consobrina, & quia difficultas orta erat, num hoc secundum matrimonium validum esset, eò quia videretur ejus validitati obstare impedimentum publicæ honestatis ob præcedens matrimonium à juvene initum cùm ejus consobrina. Consultus Eugenius III. hoc super dubio rescripsit, duplici ex causa hoc secundum matrimonium non subsistere, quarum prima erat, quia ex traductione in domum, & affectu maritali non levis oriretur præsumptio, puellam tametsi nondum septennem talis tamen fuisse prudentiæ, ut in ipsa, malitia suppleret ætatem, proinde censeretur apta ad sponsalia, ut explicat Glossa in *d. c. Juvenis v. dubia h. t.* Secunda, quia tametsi tenella puellæ ætas matrimonio repugnaret, ex humana tamen fragilitate, & traductione in domum, collegit Eugenius, juvenem illum forsan tum ea tentâsse, quod implere non potuit: ex his igitur duobus, quæ æquè ambigua erant, rescripsit Pontifex, id servandum esse, quod certius, & honestius est *argum. l. adoptivus 14 in fin. de ritu nupt.* illud autē vero similius videbatur, quòd sponsalia valerent ob traductionem sponsæ puellæ in domum sponsi, & mariti affectum, & quòd puella propter immaturam ætatem non fuerat corrupta, sed tantùm extraordinariè polluta: ex quibus postea conclusit Eugenius, matrimonium à juvene superstite contractum cum consobrina sponsæ defunctæ non esse validum ob impedimentum publicæ honestatis, ac propterea sponsos esse separandos. quia licèt ætas in tali puella nondum septeni repugnaret ad concubitum; ex humana tamen fragilitate juvenis ille forsan tentavit, quod complere non potuit, in ijs autem, quæ dubia sunt, id tenere debemus, quod certius existimamus *de pænit. 7. dist. c. 5. item si*: igitur propter honestatem ecclesiæ, eò quia à fidelibus puella dicta fuerit conjux juvenis illius, & propter prædictam dubitationem, quod iste tentaverit, quod complere non potuit cum puella; conclusit Pontifex, alteram puellam consanguineam defunctæ non potuisse eidem juveni nubere ob impedimentum publicæ honestatis.

Observandum tamen est, quòd ad inducendum hujusmodi impedimentum præsupponitur, quòd talis puella sit proxima septennio, in qua posset malitia ætatem supplere, quia si esset infra sex annos, adeò ut nullam ferè discretionem haberet, non oriretur illud publicæ honestatis impedimentum; sicut nec etiam oritur si sponsa sit major septennio, & sponsus sit septennio minor, quia tametsi mulier possit tunc cognosci, non tamen vir potest eam cognoscere; quia in hisce adolescentibus tenella ætas magis impedit agere, quàm pati, ut notat Hostiensis in *d. c. Juvenis 3. h. t.* Rursus juvat observare, hoc impedimentum publicæ honestatis, non oriri ex consanguinitate, nec ex affinitate, quia ante consummationem matrimonij, seu carnis commixtionem non oritur affinitas, *c. Extraord. 39. q. 3.* Sed oritur ex consensu præstito in sponsalibus, adeo ut hoc impedimentum fuerit inductum ab ecclesia ob solam honestatem. Hodie tamen per Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. matr. c. 3.* hoc impedimentum publicæ honestatis est valdè restrictū; adeò ut ubi sponsalia, quacunque ex causa valida non sunt, ex ipsis non oriatur hoc impedimentum publicæ honestatis; & ubi valida sunt, vult sancta synodus, hoc impedimentum non excedere primum gradum consanguinitatis, adeò ut non extendatur ad secundum, ut etiam notârunt Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 68.* Barbosa *de potest. Episc. 3 p. alleg. 51. num. 182.* Germonius *lib. 2. animadver. c. 6.* 170

171 Quæritur quinquagesimo secundò, an per censuram ecelesiasticam adigi possit pater, u restituat filio suo uxorem, quam injustè retinet. Ratio dubitandi ex eo oritur, quia inter Patrem, & filium existente in ejus potestate nulla potest lis institui *l. lis nulla 4. l. si à me 11. ff. de judic. l. actiones 7. ff. de act. & oblig.* & docent Acacius de *privil. parent. privil. 5. per tot.* Faber *in juris par. tit. 11. princ. 6. illat. 11. & tit. 8. princ. 7. illat. 1.* Sed filiusfamilias quamvis uxorem ducat, adhuc manet filius *l. inter 6. §. filius l. filiam 37. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 4. C. solut. matrim.* proinde Pater habet in potestate sua filium, & nepotem ex *l. nunquam 4. ff. de his qui sunt sui §. fin. instit. de pat. potest.* & fusè probant Tiraquel in *legib. connub. lib. 1. n. 1. & sequent.* Arniseus de *jure connub. c. 7. sect. 8.* Acacius de *privil. parent. privil. 5. n. 17.* proinde cum filius quamvis uxorem duxerit, adhuc perseveret sub patria potestate, non videtur, quòd prætextu uxoris possit dari lis inter patrem, & filios. Nihilominus respondendum est, patrem injustè detinentem uxores suorum filiorum esse compellendum ad illas restituendas etiam per censuras ecclesiasticas, & desumitur ex *c. non est 11. h. t.* ubi cùm Rex Angliæ propter dissidium quoddam cum filijs suis eorum uxores detineret, jussit Alexander III. Regem ad restituendas uxores filijs solicitè moneri, quòd si intra statum tempus eas non restituerit, ex tunc in quacunque Provincia detineatur, non permittatur ibi celebrari divina officia, nec conferri Sacramenta præter Baptismum parvulorum, & pœnitentias morientium.

172 Ratio ex eo desumitur, quòd tametsi per matrimonium filius, aut filia non liberetur à patria potestate *§. qui igitur instit. de pat. potest. l. 2. §. 1. ff. solut. matr.* non tamen potest pater filium impedire, si velit matrimonium contrahere, vel uxorem retinere contra ejus voluntatem, quia cùm matrimonium sit Sacramentum, aecensetur rebus spiritualibus, in quibus propterea filius quoad matrimonium non subest patriæ potestati *c. si annum de judic. in 6.* Tum quia si filius etiam invito patre potest liberè disponere de bonis castrensibus *ff. de castrens. pecul. quasi per tot.* à fortiori debet liber esse in his, quæ ad matrimonium pertinent, inter quæ unum ex præcipuis est cohabitatio cum uxore, ut observat Panormitanus in *d. c. non est 11. n. 2. h. t.* cùm igitur matrimonium accenseatur spiritualibus, & filius quoad spiritualia non censeatur sub patria potestate, ut docet D. Thomas in *3. p. q. 45. art. 5. in addit.* ideo quoad matrimonium, & retentionem uxoris non censetur filius subesse patriæ potestati, præsertim cum Christus Matth. 19. dixerit *quos Deus conjunxit, homo non separet*, & rursus *relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ*, & lib. 3. *Esdra c. 4* habetur: *Homo patrem suum relinquit, qui enutrit illum, & suam regionem, & ad mulierem se conjungit*, hinc etiam jure civili pater retinens filiam nuptam, tenetur interdicto *de liber. exhib. l. 2. ff. de lib. exhib. l. miles 11. §. licèt ff. ad leg. Jul. ad adult.* Tum quia, neque propter bellum cum filijs initum retineri uxores à patre poterant, est enim regula juris *in tit. 12. lib. 4. Cod.* ne uxor cum marito: hinc etiam in *l. 2. eod. tit.* cavetur, ne ob maritorum culpam uxores inquietentur, & in *l. res uxoris 24. ff. de donat. inter viv. & l. 1. C. ad leg. Jul. de vi* habetur, non oportere uxores adstringi alieni criminis infortunio: idque ut notant jurisperiti, ne bene concordantia matrimonia prætextu patriæ potestatis dissolvantur, aut turbentur, ut observat Brissonius *lib. 2. de jure connub. pag. 290.* Hinc ad rationem dubitandi, respondetur, quòd tametsi verum sit spectato jure civili per matrimonium à filio, vel filia contractum non dissolvi patriam potestatem, nisi cùm matrimonium per coëmptionem celebraretur, & uxor in viri manu conveniret, quia tunc per tale matrimonium solvebatur patria potestas, & uxor transibat in familiam mariti, cui erat loco filiæ, & jura acquirebat consanguinitatis, ut notat Petrus Gregorius *lib. 9 syntag. c. 5. n. 29.* & *lib. 11. c. 4. n. 9.* quinimò in pluribus regnis præsertim in Hispania, Gallia, Italia, Germania, ot latè probat Franciscus Leo *tom. 1. decis. 55.* filius, & filia à patria potestate liberantur per matrimonium susceptis ecclesiæ benedictionibus.

Quamobrem cum per matrimonium, ut 173
per rem spiritualem filius esset solutus à patria potestate, rectè potuit lis institui inter patrem, & filium, quia in spiritualibus, & ubi intervenit peccatum, potest filius agere contra patrem ratione peccati *c. si annum de judic. in 6.* Tum quia potest filius agere interdicto ad exhibendam, & adducendam uxorem *l. 2. ff. de exhib. liber. l. si invita C. de nupt.* Quòd si uxor absit, potest maritus duntaxat agere contra ipsam implorato officio Judicis, sive sæcularis, sive ecclesiastici, ut ad maritum revertatur *l. fin. ff. de exhib. lib.* & licèt causæ matrimoniales solum pertineant ad Judicem ecclesiasticum, ubi tamen agitur de recuperanda uxore, & exercetur judicium, quasi possessorium potest etiam Judex sæcularis cognoscere de tali causa, ut notat Canisius in *c. Non est 11. h. t.*

Quæritur quinquagesimo tertiò, an depositio 174
unius testis asserentis subesse impedimentum sit sufficiens, ne matrimonium contrahatur, si sponsalia jurata non præcesserint? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. Præterea 12. h. t.* ubi Alexander III. rescribit Episcopo sanctæ Agathæ, quòd si unus duntaxat asserat, adesse impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non juratum. Cum enim in *d. c. Præterea* mulier quædam à viro peteretur, cujus consanguineus cum illa deliquisse testabatur, quamvis hoc publicè confiteri recusaret propter metum, & potentiam molieris; prohibet Pontifex, ne matrimoniom contrahatur (nisi juramentum intervenisset) ne deterius inde contingat. Hinc si consanguineus volentis contrahere cum aliqua dicat, se illam carnaliter cognovisse, quamvis id nolit publicè

publicè confiteri propter metum, & potentiam mulieris, prohibetur à matrimonio contrahendo: idque constat etiam ex Concilio Tridentino *sess. 25. de refor. c. 1.* ubi declarat, matrimonium impediri, ne contrahatur ob solam depositionem unius testis: ratio desumitur ex animæ periculo: etenim ut evitetur peccatum, etiam unico testi fides adhibetur, siquidem ex unius testis depositione res saltem redditur dubia *l. Jurisjurandi C. de testib.* & in dubijs, quod est magis alienum à peccato, tutius in conscientia, & magis conducit ad salutem animæ, id tenemur sequi *c. Juvenis. 3. h. t. c. commissum 16. h. t.* quo fit, ut ob unius testis depositionem matrimonium impediatur.

175 Hac eadem ratione creditur uni testi etiam parte absente, imò etiam alleganti turpitudinem propriam contra textum in *c. inter 8. de donat. l. ob mercalem 5. C. de condict. ob turpem*, imò quamvis nolit ejus nomen publicari contra textum in *c. qualiter §. debet de accus.* quia quoties agitur de peccato vitando absque magno incomodo alterius, creditur dicto unius, etiam absque publicatione nominis, si suppetat justa causa, quâ timeat prodire in publicum, ut notat Abbas in *d. c. Praeterea 12. h. t.* quia quando agitur de peccato vitando debemus sequi, quod est tutius animæ: & quia, si contraheretur matrimonium, periculum subesset committendi peccatum, ideò à jure prohibetur, ne contrahatur: quia ex eo, quòd non contrahatur, nullum subest peccandi periculum; bene tamen, si contrahatur; proinde cùm sit tutius animæ non contrahere matrimonium, id eligitur: debet tamen Judex seriò perpendere qualitatem personæ testificantis, an sit vilis, & an ei displiceat tale matrimonium, imò debet etiam cæteras considerare circumstantias, quæ in tali casu possunt occurrere, & secundùm quod consultius censuerit, debet prohibere, vel concedere matrimonium ineundum *c. Cum tua 27. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd si aliquæ personæ velint contrahere matrimonium, & fama sit, quòd intersit impedimentum consanguinitatis, & contrahentes velint producere juramenta Majorum, quòd nulla sit propinquitas; tunc Judex, si ei persona gravis, & digna fide denuntiet, eos esse consanguineos, & de fama, vel scandalo doceat; vel si Judex per se ipsum possit certificari de plano, tunc mandat Pontifex, ut Judex non recipiat juramenta parentum, & compellat contrahentes, ut desistant à tali contractu, vel exhibeant juramenta propinquorum contra dictam famam pro arbitrio Judicis. Sin verò denuntians non sit talis, qui non possit docere de fama, vel scandalo; tunc potest Judex monere, ut desistant, sed non cogere ad dere contrahentes: hoc idem desumitur ex Tridentino *sess. 24. de refor. c. 1.* Quòd si tale matrimonium fuerit juratum, non videtur propter dictum unius posse impediri *argum text. in d. c. Praeterea 12. h. t.* à contrario sensu, quia per juramentum unus sponsus acquisivit fortius jus petendi alterum. Quòd si Judici per vehementem præsumptionem videretur testimonium verum esse; posset tunc impedire tale matrimonium etiam juratum, neque tunc debet obstare præstitum juramentum, quia huic semper adnectitur tacita conditio, nisi rationabile quid ei obsistat. *c. quemadmodum de jurejur.* Tum quia in tali casu authoritas Papæ semper intelligitur excepta *c. constit. de rescript.*

176 Cæterum si matrimonium jam fuerit initum ignorante consanguineo, qui fuit causa affinitatis, tunc sciens matrimonium jam contractum non debet impedimentum revelare, nisi alia adsit probatio, quia tunc ad illud dissolvendum non sufficit unius testis depositio, sed necessarij sunt plures testes omni exceptione majores *c. super eo 22. in fin. de testib. c. plerumque 2. q. 7.* Rursus debet etiam impedimentum reticeri, si ex denuntiatione timeatur grave scandalum, ut notat Gutti erez in *quæst. canon c. 11. n. 29.*

177 Posset tamen contra id, quod asseritur, depositionem unius testis asserentis subesse impedimentum inter sponsos sufficere ad impediendum matrimonium contrahentium, in contrarium objici, quia in utroque jure cavetur, non esse standum depositioni unius testis *c. Veniens de testib. l. Jurisjurandi C. eod.* proinde nec ad impediendum matrimonium videtur sufficiens attestatio unius testis, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Tum quia, si agatur de matrimonio dissolvendo, non sufficit depositio unius testis *c. consanguineos 35. q. 6. c. 3. qui matrim. accus.* proinde nec assertio unius tantùm testis sufficit ad impediendum matrimonium, ne contrahatur. Sed contra, quia regula illa in *c. in omnis de testib* In ore duorum vel trium stat omne verbum limitatur in animæ favorem, ut peccatum evitetur, cùm enim tutius sit in re dubia certum præferre incerto; & certum sit, quòd nullum incurratur peccatum, si matrimonium non contrahatur; & subsit periculum peccandi, si contrahatur; in favorem animæ, & ut peccatum evitetur, fides adhibetur depositioni unius testis asserentis subesse impedimentum: tutius enim est statuere impedimentum intercessisse ad impediendum matrimonium, ne si fortè intercesserit, matrimonium contrahatur cum peccato contra sacros canones. Neque id, quod addebatur, quòd si agatur de dissolvendo matrimonio non sufficit depositio unius testis, est magni ponderis: quia non militat eadem ratio vitandi peccatum, proinde est discrimen; & inde liquet, cur si agatur de dissolvendo matrimonio non sufficiat depositio unius testis, sed desideretur plena probatio ob grave præjudicium, quod inde sequeretur: quia ad impediendum matrimonium non agitur de præjudicio, sed de salute animæ, ne incurratur peccatum, & ideo in favorem animæ, ne contrahendo matrimonium peccet, unius testis depositioni fides præstatur, & est sufficiens ad impediendum, ne matrimonium contrahatur: secus ad dissolvendum matrimonium agitur de gravi præjudicio, & non de

de peccato vitando, proinde non sufficit depositio unius testis, sed requiritur plena probatio.

178 Quæritur quinquagesimo quartò, an Judex ecclesiasticus possit compellere ad fidem complendam, & matrimonium contrahendum eos, qui sponsalia legitimè contraxerunt, si nullum occurrat impedimentum, & maxime si sponsalia jurejurando firmata fuerint? Respondetur, Judicem ecclesiasticum posse tunc sponsos compellere ad contrahendum matrimonium, imò etiam per censuram ecclesiasticam, & desumitur etiam ex *c. Litteris 10. h. t.* ubi cùm duo nobiles, filios, & filias impuberes invicem desponsassent, & sponsalia fuissent juramento firmata tam à Patribus, quàm filiis, & onus semel, & iterum jurâsset, se ducturum in uxorem filiam alterius, cum postea ipsum pœniteret, & vellet aum alia contrahere, & Episcopus vellet, ut quod juraverat impleret, rescripsit Alexander III. eidem Episcopo Pictaviensi, ut eum priùs moneret, & postea ecclesiastica censura compelleret, ut ipsam duceret in uxorem, nisi rationabilis causa obstiterit: ex quo textu deducitur, quòd cùm quis jurat accipere aliquam in uxorem, & postea vult aliam ducere, sit prius ab Episcopo monendus, ut servet juramentum, seu ut primam ducat: quòd si monitis non acquiescat, sit etiam compellendus censuris, ut eam ducat in uxorem, & maritali affectione tractet, nisi rationabilis aliqua causa obstet, & desumitur etiam ex *c. requisivit 17. h. t.* ubi Lucius III. rescribit; quòd mulier, quæ juraverat nubere alicui, & postea ipsam pœnituit datæ fidei, sit monenda, & postea, ut exponit Glossa, cogenda.

179 Hinc qui sponsalia juramanto firmârunt, sunt acriùs compellendi ad fidem datam servandam, ne jurisjurandi religionem contemptui habeant, ac neglectui: unde urgendi sunt, ut datam fidem impleant, qui illam sine juramento dedêre: siquidem ad fidem promissorum servandam quisque ex justitia tenetur. Sed tamen ita urgendi sunt à Judice, ut ex nolentibus, fiant volentes. Quòd si ex hujusmodi nuptijs gravia scandala, implacabiles inimicitiæ, diuturnæ, ac periculosæ lites, & alia incommoda, & mala probabiliter timerentur, & alter sponsorum sit pertinax in negando consensu: tunc sponsaliorum dissolutio tanquam minus malum ad gravius avertendum, esset toleranda, ac permittenda: siquidem levius, ac tolerabilius malum est à data sponsaliorum fide resilire, quèm ad matrimonia cogi, simúlque duas familias mutuis dissidiis, litibus, ac odiis perturbari. Quòd si rationabilis causa aliqua subsit, tunc Pontifax rescribit, posse talia sponsalia dissolvi, ratio est, quia à tali juramento, & promissione rationabilis causa impediens semper intelligitur excepta *c. Quintavallit. de jurejur.* juramentum autem non extenditur ultra intentionem jurantis *c. quemadmodum de jurejur.* proinde si rationabilis causa obstiterit, illa intelligitur à juramento exeepta, & qui ex tali causa rationabili dissolvit sponsalia, nun incurrit perjurium, nec propterea compellendus est ad contrahendum, ut notat Hostiensis in *d. c. ex litteris 10. h. t. v. ration.* Quòd si nulla subsit rationabilis causa, quà possit lagitimè resilire, tunc compellendus est stare sponsalibus juratis, quia lethaliter peccat, violando jurisjurandi religionam, quam potest servare sine dispendio salutis æternæ *c. debitores 6. de jurejur. c. cum contingat. 28. eod. tit.* & quia ecclesia potest ex officio procedere, ut evitetur peccatum *c. 1. de offic. ordin.* sequitur, quòd tametsi finis hujus juramenti concernat utilitatem privatam; ratione tamen peccati vitandi potest ecclesia cogare jurantem servare sponsalia, quæ interposito juramento firmaverat.

Quòd verò frangere sponsaliorum fidem sit peccatum lethale, nisi legitimum interveniat impedimentum, docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 1. ad 2.* inquiens: *Ex tali promissione obligatur unus alij ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non solvens promissum, nisi legitimum impedimentum interveniat, & secundum hoc etiam ecclesia cogit injungendo pœnitentiam pro peccato: tamen in foro contentioso non compellitur, quia matrimonia coacta consueverunt malos exitus habere, nisi fortè impedimentum intervenerit, quia tunc cogendus est (ut quidam dicunt) quamvis alijs non ita videatur propter causam prædictam, præcipuè si de Uxoricidio timeretur.* Notat Glossa in *d. c. ex litteris 10. h. t.* quòd quando parentes jurant conjungere filios in matrimonium, quamvis juramentum de facto alterius non obliget, tamen censentur promittere factum suum, seu procurare bona fide, ut filij reverà contrahant, quòd si per eos non stet, quin contrahant, non sunt perjuri, nec puniendi. Rursus juramentum impuberom ad testificandum non recipitur, sed tantùm ad alia, si sint doli capaces *c. pueris de delictis puerorum* ubi cùm aliquis jurâsset accipere in uxorem unam de filiabus Titij, & postea dormierit cum alia, quæsitum fuit, num compellendus sit ad hanc accipiendam: & respondit Pontifex, non esse aompellendum ex vi sponsaliorum, quia debuisset consentire cum aliqua certa filia, quia indeterminata sponsalia, non sunt sponsalia, sicut cùm pater dicit exhæredo unum ex meis filijs, nullus filiorum intelligitur exhæredatus: sed declarat Pontifex, quòd esset aompellendus ratione juramenti, nisi deterius quid inda contingeret. Quia verò frangere fidem sponsaliorum est peccatum lethale, nisi legitimum impedimentum intervenarit, ideo potest ecalesia etiam per censuras ecclesiasticas, seu exaommunicationem aompellere sponsos ad servandam fidam datam. quia ecclesia non solùm potest punire peccata commissa, sed etiam prohibera committenda, & quidem per excommunicationem, quæ ast medicina præservans à peccatis.

181 Quæritur quinquagesimo quintò, an qui juravit, cum aliqua contrahere si postea velit religionam ingredi, debeat primò contrahere, ut juramentum servetur, & postea ante con-

sum-

ſummationem matrimonij monaſterium ingredi? Reſpondent communiter Canoniſtæ debete priùa nuptias contrahere, & poſtea religionem ingredi, eò quia Alexander III in *c. Commiſſum 16. h. t.* cum quidam vir puellæ de matrimonio contrahendo fidem dediſſet, & infra biennium ſe illud contracturum juràſſet; poſtea verò ipſum pœnituiſſet datæ ſponſionis juramento firmatæ, ac cuperet tranſire ad religionem, ut ſoli Deo inſerviret, conſultus hoc ſuper dubio Pontiſex, reſcribit, tutius ei eſſe religione juramenti ſervatâ priùa matrimonium contrahere, & poſtea, non conſummato matrimonio ad frugem melioris vitæ tranſire, quia qui juravit cum aliqua contrahere matrimonium jurisjurandi religionem non violat, ſi matrimonium contrahat, quia tunc ſtat promiſſo: quia verò non obſtante matrimonio rato, adhuc poteſt unam ex approbatis religionibus ingredi, poteſt citra violationem juramenti ante conſummationem matrimonij pro ſuo ſatisfacere deſiderio, quia tunc juramentum fuit de ſolo matrimonio contrahendo, quod proptetea adimpletur per hoc, quòd illud contrahat, non enim juravit non ingredi religionem.

182 Quòd ſi dicas, juramentum non ſe extendere ad ſolùm matrimonium contrahendum, ſed etiam ad perſeverandum in illo. Reſpondetur, id graris aſſeri, cùm non fuerit juxta intentionem jurantis. Præterea adhuc non violaret juramentum, ſed illud in melius commutaret *c. pervenit. de jurejur.* ſiqoidem religionem profiteri perfectius eſt, quàm in matrimonio perſeverare, illúdque conſummare *c. ſcripturæ de voto.* Hinc non deſunt, qui putent ex hac tatione, quia juramentum per ingreſſum religionis mutetur in melius, potuiſſe juvenem illum citra violaram jurisjurandi religionem non contrahere matrimonium, & tranſire ad religionem immediatè, quia ſi matrimonium ratum ante ejus conſummationem per ingreſſum religionis, & emiſſam in ea ſolemnem profeſſionem diſſolvitur *c. ex publico de converſ. conjug.* etiam ſponſalia à fortiori diſſolvuntur non obſtante juramento, quod per ingreſſum religionis mutatur in melius. Quapropter Gloſſa, & plurea Canoniſtæ intelligunt præfatum reſcriptum Alexandri III. in *c. Commiſſum 16. h. t.* de ſolo conſilio, quia cum ſine peccato poſſit religionem ingredi, & non contrahere, ideo Pontiſex tantùm dicit tutius eſſe contrahere, & poſtea ante conſummationem matrimonij religionem ingredi, eò quia ſine peccato utrumque ſervati poſſit, niſi fortaſſis obſtaret periculum conſummandi matrimonium: vel Pontifex ait, tutiùs eſſe ſecundùm vulgi opinionem, ne de facto dicatur perjurus à rudioribua, unde Pontiſex ad vitandum ſcandalum puſillorum ob vulgi opinionem reſcripſit tutius eſſe priùa matrimonium contrahere, & poſtea eo non conſummato religionem ingredi, & ita docent Covarruvias *1. p. de matrim. c. 5. n. 11.* Palud. in *4. diſt. 28. q. 1. art. 3.* Cuiacius, Abbas, Cardinalis, Alexander de Nevo, & alij in *d. c. Commiſſum 16. h. t.*

183 Verùm videtur captu difficile, quòd ob vulgi opinionem ſit omittendua, aut protrahendus religionia ingreſſus *c. licet de Regul. c. ſcripturæ de voto.* Tum quia ex eo, quòd juvenis matrimonium contrahat, facilius induci poteſt blanditijs ſponſæ ad conſummandum matrimonium, quo pacto contrahens matrimonium ſe exponeret periculo non ampliùs tranſeundi ad religionem. Præterea ex eo, quòd Pontiſex dicat, tutiua eſſe utrumque ſervare, verbum illud *tutius*, ut etiam alia ſimilia *certiùs, ſecuriùs* obligationem potiùa & neceſſitatem inducunt, quàm ſimplex conſilium, *c. juvenis 3. h. t. c. veniens.* Difficultas etiam magis urgetur ex textu in *c. per tuas* 10. *de voto.* ubi Innocentius III, reſcribit, quòd qui promiſerit ſolemniter ingredi religionem, ſi eligatur Epiſcopus debeat votum prius implere, ut ſit tutus in conſcientia, deinde poteſt eligi; & tamen Epiſcopi ſtatus perfectior cenſetur: ita in præſenti videtur juvenis ille, debere priùs matrimonium contrahere, poſtea ante ejus conſummationem religionem ingredi.

184 Hinc alij cenſent, Alexandrum III in *d. c. commiſſum 16. h. t.* reſpondiſſe ſecundùm juria principia, eò quia ex promiſſione juramento firmata fuerat actio quæſita ſponſæ, & ſponſus tenebatur ſuam implere obligationem, & ita etiam docet Scotua in *4. diſt. 20. q. 2.* Mihi in hac ſententiarum varietate placet reſponſio Innocentij, & eſt, quia juvenis, de quo loquitur Alexander III. in *d. c. commiſſum 16. h. t.* nolebat de præſenti religionem ingredi, ſed priùs diſponere de rebus ſuis, vel etiam in domo propria experiri auſteritatem religionia, & licèt ſub juramento ſponſalia contraxeric, non ita votum emiſit religionis ingrediendæ, imò neque fixo, & deliberato propoſito eam elegerat, ut colligitur ex verbis illis poſitia in textu, *& ſi poſtea elegerit* ſcilicet ſtatum religionis, poſſit poſt contractum, & nondum conſummatum matrimonium religionem ingredi: quamobrem cum nihil certi, ac determinati adhuc ſecum juvenia ille ſtatuiſſet, & ex alia parte inſtaret terminus biennij, infra quod juraverat ſe matrimonium contracturum; rectè cenſuit Alexander III. ac prudenter reſcripſit, tutiùs eſſe prius matrimonium contrahere, & ſatisfacere jurisjurandi religioni; & poſtea ſi conſtanter perſeveraverit in ſua vocatione poſſit religiouem ingredi non conſummato matrimonio. Adhærent huic explicationi Innocentius, Joannes Andreas, Hoſtienſis, Panormitanua in *d. c. commiſſum 16. h. t.* ut etiam Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 43. n. 3.* Pontius *lib. 12. de matrim. c. 12. §. 3.* Barboſa *in c. 3. de jurejur. num. 69.* Suatez *tom. 2. de relig. lib. 2. de jurejur.* cùm igitur juvenis ille ſponſus nondum plenè deliberaverit religionem ingredi, inter moras deliberationis tenebatur ſponſalia juramento firmata adimplere.

185 Quæritur quinquageſimo ſextò, an contrahẽs matrimonium cum publica meretrice volente reſi-

resipiscere, exerceat opus charitatis? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. inter opera 20. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, publicam meretricem extrahere ex lupanari, & accipere in uxorem esse opus misericordiæ, ac proficere in remissionem peccatorum. Ratio desumitur ex textu in *c. tria 45. dist.* ubi inter opera charitatis recensetur à semita peccati errantem deviare, seu à statu peccati ad meliorem frugem peccantem reducere: atqui qui in uxorem ducit meretricem ea intentione, ut eam à lupanari eximat, & ab occasione peccandi liberet, vitámque ducat castam, procul dubio à semita peccati mulierem errantem retrahit, proinde nil dubium, quin opus exerceat charitatis, cùm ab statu ignominiæ ad statum honestatis corruptam moribus fœminam ducat, scitè D. Chrysostomus ad Theodorum Mona. hum scribit: *Num vides deformes, imprudentésque mulieres, prostitutas vix obtrudi posse gladiatoribus, & ijs, qui cum bestijs depugnare soliti sunt? si qua autem bona formæ, & ingenuæ, liberalique facie per occasionem in eam inciderit calamitatem, quemlibet generosum virum sine pudore conjugio sibi talem conjunxisse: tanta apud homines misericordia, & vulgaris opinionis acceptio, sæpe in propatulo ignominiâ affectas ab infami servitute liberat, & in Matronarum ordinem recipit.* & homil. 68. in Matth. meminit cujusdam mulieris Phœnissæ non tantùm insignis meretricis, sed & noxiæ maleficæ, quæ post exhausta plurium Procorum patrimonia mox divina juvante gratia resipiscens, sicut antea in theatro, & lupanari prima fuerat, omnésque impudicitiâ antecesserat; ita post conversionem, & baptismum cæteros omnes continentiâ, & culturâ virtutum superavit, cilicio induta, jejuniis emaciata, lachrymis madida, flagellis cruentata.

186 Nulli igitur dubium, quin sit exercere charitatem è Lupanari beneficio matrimonij meretricem eripere, & ad meliorem frugem revocare. Hinc Deus ipse hanc ut exerceret charitatē erga meretricem, jussit Prophetam Oseam, ut eam sibi in uxorem duceret Oseæ cap. 1. *Et dixit Dominus ad Osee, vade sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum*: genuinus enim hujus loci sensus est, Deum præcepisse Prophetæ, ut sibi assumeret in uxorem legitimam, eam, quæ in publico lupanari quæstum ex suo corpore quærebat, ut docent D. Augustinus *lib. 3. de doctrin. Christ. c. 12.* & D. Thomas *1. 2. q. 100. art. 8. ad. 3.* & *2. 2. q. 154. art. 2. ad 2.* præcepit enim Deus Prophetæ, ut mulierem meretricem sibi duceret in uxorem, non solùm, ut obedientia ostenderetur Prophetæ, verùm etiam ut charitatem erga meretricem exerceret, quapropter D. Hieronymus in *c. 1. Oseæ* ait: *Nec culpandus est Propheta, si meritricem converterit ad pudicitiam; sed potiùs laudandus, quòd ex mala bonam fecerit*: hinc filij, quos Propheta ex tali suscepit conjugio fuerunt legitimi, & tantùm denominatione extrinseca desumpta ex eo, quod mater ante conversionem fuerat, dicuntur filij fornicationum.

187 Objici tamen in oppositum posset, quia omni jure, tam divino, quàm civili, imò & canonico prohibitum est, meretricem in uxorem ducere, id fuisse lege Moysis prohibitum refert Josephus *lib. 4. antiq. c. ult.* ubi ait: *Nec meretrici sit jus nuptiarum, cujus propter injuriam suo corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittit: atque hæc ita observari valde interesse ad hoc, ut proles nascatur ingenua ad studium virtutis erecta, si non è turpi, aut illiberali matrimonio sint prognati*: quòd etiam leges civiles prohibuerint matrimonium contrahere, eum meretrice palam ex suo corpore quæstum faciente desumitur ex *t. leg. Jul. de maritandis ordin.* ubi ita cavebatur: *qui Senator est, quive filius, nepósve ex filio, pronepósve ex filio nato, cujus eorum est, eritve, ne quis eorum sponsam, uxorémve sciens dolo malo habeat libertinam, aut eam, quæ ipsa, cujúsve pater, matérve artem ludicram facit, feceritve: item eam, quæ palàm corpore quæstum facit, fecerit-ve.* quem textum explicans Ulpianus in *l. palam 43. in princ.* ait, cautum olim fuisse, ne quis cum meretrice quæstum proprio corpore faciente, matrimonium contraheret. Procopius itidem *in histor. Arcban. fol. 45.* refert plures speciales leges, variarum gentium, quibus prohibebatur matrimonium cum meretrice inire. Rursus esse etiam tale matrimonium prohibitum lege ecclesiastica ex eo liquet, quia sacri Canones pœnas injungunt ducentibus in uxores meretrices: siquidem soluto per mortem matrimonio non possunt ad sacros promoveri ordines, ut liquet ex *can. 17. 18. Apostolor.* & ex *c. maritum 33. dist. c. curandum. 24. dist.*

Sed hæc non videntur obstare, quia tametsi varias apud nationes prohibitum fuerit publicas meretrices in uxores ducere, ut etiam apud Germanos teste Tacito de moribus Germanorum, apud quos nec plebei homines permittebantur meretrices ducere in uxores: nihilominus ecclesia intendens singulari studio saluti consulere animarum matrimonium cum meretrice in lupanari existente, ac cupiente ad sanitatem redire frugem adeò commendavit, ut etiam remissionem peccatorum maritum consequi docuerit Clemens III. in *d. c. Inter 20. h. t.* ubi declaravit, quòd omnes, qui publicas meretrices ex lupanari extraxerint, ac duxerint in uxores, opus exerceant misericordiæ, & charitatis, quod ijsdem in remissionem proficit peccatorum. Quòd si alicubi videantur sacri Canones culpare tale matrimonium cum meretrice, ut in *c. 32. q. 1. c. 1.* ibi sacri canones loquuntur de illa, quæ, ut explicat Glossa ibi, meretricari non desinit, hanc enim vetant sacri canones in uxorem duci, ne videatur quis esse patronus turpitudinis: sed in præsenti quæstio est de meretrice resipiscente, & quæ propterea libenter vellet se continere, si inveniret, qui eam duceret in uxorem, quia tunc eam ducere perinde est, ac è publico lupanari extrahere, & ab occasione peccandi eripere, quod procul dubio est opus charitatis, proficiens in remissionem peccatorum, nimirum quoad pœnam temporalem, vel etiam ad impetrandum auxi-

auxilium ad agendam pœnitentiam. Cæterum sacri canones honestum censuerunt, imò & necessarium in uxorem eam virginem accipere, quam quis corrupterat *c. 1. de adult.* & consulunt etiam habenti concubinam, ut eam accipiat in uxorem, ut etiam desumitur ex D. Augustino relato in *c. Inter 22. q. 4.* Verum tamen est prioris ecclesiæ canones improbasse tale matrimonium cum meretrice in *c. maritum 33. dist. c. si quis viduam. 34. dist.* quin potiùs optabat ecclesia, ut innuptæ permanerent, & pœnitentiam agerent de peccatis patratis. Quòd si matrimonium contraxissent, non tamen sacri canones illud irritàrunt, quin potiùs patienter sustinuerunt ad deteriora mala præcavenda: & quia longè honestius est, si mulier desistat meretricari, ac à fœda, & turpi vita ad honestas transire nuptias; ideo ecclesia id permittit commendans etiam eum virum, qui talem fœminam sibi ducit in uxorem, eo fine, ut eam è lupanari eripiat.

189 An verò Respublica possit has fæminas tolerare, quæ suo corpore quæstum facientes vitam ducunt in lupanari fœdissimam; certum est, fuisse olim hujusmodi meretricas permissas, & toleratas, non quia meretricari sit opus, quod possit approbari, est enim per se quid malum, ac propterea semper reprobandum, sed ad præcavenda mala deteriora, quæ causa fuit, ut hujusmodi meretrices tolerarentur. Hinc Romuli nutrix nomine Larentina, cognomine lupa vocata fuit à pastoribus illius temporis, eò quia meretrix esset: fœminæ enim quæstu viventes meretricio lupæ audiebant, ut ex Plinio, Livio, & Gellio probat Isæus apud Lactantium *lib. 1. instit. c. 20.* & inde ortum fuit, ut locus ubi ipsæ meretrices prostituuntur, lupanar diceretur, & hæc lupanaria etiam apud varias nationes tolerata fuerint, ut averterentur stupra, honestissimarum fœminarum adulteria, & alia id genus scelera: hinc Solon primus omnium Athenis publica fertur lupanaria constituisse, ne incestus, adulteria, stupra patrarentur, ut notat Alex. ab Alexand. *lib. 4. dier. genial. c. 1.* Cato itidem Romæ similia instituit loca, ut juvenes ab adulterijs diverterentur. Imò non solùm apud Ethnicos, verùm etiam apud Christianos legimus, fuisse etiam lupanaria tolerata, quapropter D. Chrysostomus *homil. 32. in c. 19.* Matth. ajebat: *Permittimus ergo, quod nolentes indulgemus, quia pravam hominum voluntatem ad plenum cohibere non possumus, permittitur ergo fieri mala, ne fiant pejora:* hinc etiam D. Augustinus *lib. 2. de ordine c. 2.* animadvertens pleraque mala deteriora, quæ sequerentur, si publica non tolerarentur lupanaria, ait: *Aufer meretrices de rebus humanis, & turbaveris omnia libidinibus:* & D. Thomas *de regimine Princip. lib. 4. c. 14.* probat expedire Reipublicæ meretrices in ea tolerari, ut inde graviora declinentur peccata. Quamobrem lupanaria tolerari posse à Principibus christianis ex usu, & tolerantia ecclesiæ, ac SS. Patrum evincitur authoritate: hinc cum Hæretici Hussitæ in Concilio Constantiensi libellum porrexissent Patribus illis, quo petebant lupanaria omnia prorsus deleri, ac funditus destrui, Patres illius synodi, nihil de re illa statuerunt, ut refert Æneas Sylvius, postea Pius II. de moribus Bohemorum *c. 5.*

Cæterum ubi periculum non iminet majoris mali, non sunt lupanaria toleranda, quia tunc cessat finis, ob quē tolerantur in aliquibus locis, ubi populus est frequentior, & concupiscentia acrius urget, & in hoc sensu reprobantur lupanaria à SS. Patribus, præsertim à D. Hieronymo *in epist. ad Oceanum*, ubi adferens distinctionem utriusque legis divinæ, & Romanæ ait: *Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcepit: apud illos vitijs impudicitiæ fræna laxantur, sola stupra, atque adulteria condemnantur, passim per lupanaria, & ancillas libido permittitur:* & *lib. 1. adversus Jovinianum:* ait: *Non hic scorta, non hic lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla est dubitatio.* D. Chrysostomus *homil. 2. in Matth.* vocat lupanaria Officinas Diaboli, & in Psal. 41. ait: ubi sunt meretrices, ibi & dæmones congregantur. Hinc Salvianus *lib. 7. de providentia sub fin.* laudibus excipit Wandalos, eò quia lupanaria omnia everterint, ac deleverint, & Tertullianus *lib. de anima* ait: *sicut adulteria apud Deum sunt maledicta; ita & lupanaria.* 190

Videntur aliqui dubitare, an sicut tolerantur aliquibus in locis lupanaria, ac publica prostibula, ita etiam tolerari possint privati concubinatus; quia meretricatus majorem deformitatem, & dissonantiam habet cum matrimonio, quàm concubinatus unius ad unam, seu solutum, & solutam: vitia autem, quò plus recedunt ab actibus virtutum, eò sunt fœdiora, proinde concubinatus ut minus turpis, & fœdus minus etiam recedit ab actiona virtutis, quàm meretricatus, qui cùm in plerisque Provinciis toleretur sub certa forma, ac quibusdam cautionibus; multò magis videtur tolerandus concubinatus; qui minus recedit à ratione virtutis. Tametsi concubinatus primariò, & principaliter non intendat liberorum procreationem, nihilominus aptior est liberis procreandis, quàm meretricatus, qui ob plures, vagósque concubitus idoneus non est proli gignendæ. Tum quia ex concubinatu unius soluti cum una soluta meliùs consulitur educationi prolis, ac nutrimento liberorum, quàm per vagum concubitum, quia in concubinatu pater est certus, qui in meretricatu est incertus; proinde majorem habet affinitatem cum matrimonio concubinatus, quàm meretricatus, proinde est ille vitium minùs turpe, quàm meretricatus: eò enim sunt vitia fœdiora, quò plus recedunt à ratione virtutum: proinde quò magis recedit, eò est vitium majus, ut docet D. Thomas *1. 2. q. 71. art. 1.* proinde si permittitur, & toleratur meretricatus à fortiori videtur tolerandus concubinatus cùm minus recedat à ratione virtutis. 191

Sed contra, quia tametsi concubinatus minus videatur recedere à matrimonio, non tamen potest 192

potest tolerari sicut meretricatus ob majora inconvenientia, & plura damna, quæ inde sequerentur: etenim plures, qui ob verecundiam, & pudorem, & etiam ob timorem contrahendi infamiam, vel morbum aliquem in corpore abstinent accedere meretrices, & loca publica, facilius domi privatas alerent concubinas, & pauciores essent, qui uxores ducerent, cùm gravi prolis præjudicio, hinc concubinatus, ut dicit unius soluti ad unam solutam non publicè prostitutam, sed seorsim detentam accessum, non potest permitti, & superiores, qui hanc licentiam concederent, minimè excusarentur à culpa gravissima, & leges, quibus permitteretur concubinatus, nullius essent roboris, & essent ebolendæ, ut docent SS. Patres D. Ambrosius *lib. 1. de Abrah. c. 4.* D. Augustinus *de bono conjugal. c. 16.* D. Gregorius *in moral. lib. 12. cap. 16.* quos refert Gratianus *in causa 32. q. 4.* qui etiam *in c. audite 6. 34. dist.* refert specialim D. Augustinum acriter invehentem in concubinatum, ibi: *Audite charissimi membra Christi, & Matris Catholicæ ecclesiæ filij, quod dico competentibus, & fidelibus, audiant pænitentes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & pænitentibus: audiant Catechumeni: audiant omnes, timeant, nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus. Competentibus dico, fornicare vobis non licet, sufficiant vobis uxores, aut nec uxores; concubinas vobis habere non licet; audiat Deus si vos surdi estis: audiant Angeli ejus, si vos contemnitis; concubinas vobis habere non licet. Et si non habetis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis: tantò magis damnatio vobis erit; si volueritis habere uxores, & concubinas.* Nititur Augustinus totis lateribus, & plena voce concubinatum eradicare, eò quia minimè licitum sit, etiam non habentibus uxorem, queproptet etiam Concilium Tridentinum *sess. 24. can. 8.* variis sub pœnis prohibuit laicorum concubinatus tam solutorum, quàm uxoratorum; & quamvis tempore Tridentinæ Synodi plure extiterint publica lupanaria, non tamen Concilium ea sub pœnis inhibuit, sicut concubinatum, ut notat Rebuffus in *concord. ad Bull. Leonis X. super sess. 20. Concilij Basileensis.* Præterea ex eo non est tolerandus concubinatus, quia matrimonia saltem plura impediret, quæ tamen à meretricatu non impediuntur, cùm plures ab illo abstineant, ne morbos, vel infamiam contrahant, qui tamen à concubinatu non abstinerent, & propterea non curerent matrimonium inire, ob plura onera, & varias molestias, quæ ad illud sequuntur, præsertim, cùm vir uni duntaxat, & toto vitæ tempore teneatur fœminæ adhærere, liberos educare, familiæ somptus suppeditare, filios instruere, curam eorum gerere, eorum commoda procurare, quæ omnia cùm gravis sint incommodi, homines facilius averterent à matrimonio contrahendo, si ipsis concobinatus permitteretur cum libera, quam posset ad libitum dimittere: siquidem concubinatus stimulos depravatæ concupiscentiæ explet, desiderio luxoriæ satisfacit, & quidem sine cura, & absque molestia, cum concubina non sit dignitate insignita, nec exigat magnos sumptus, itque temporaria, quæ domo potest expelli ad libitum.

Hinc si concubinatus perinde permitteretur, ac meretricatus raro essent, qui concupiscentiæ satisfacturi vellent mattimonium contrahere, & plures propriæ immemores æternæ salutis mallent concubinas domi alere, quàm uxores: quapropter magis videtur pugnare cum castitate matrimonij, ejusque statu concubinatus soluti cum soluta, quàm meretricatus in publico lupanari: quia saltem minùs frequentaretur matrimonium, sicque plures familiæ frequentiùs extinguerentur. Hinc videmus, plures etiam prænobiles seriùs, quàm par sit, uxores ducere, nec de liberis curare, eò quia fortassis privatim desiderium luxuriæ expleant. Quamobrem falsum est, quod asserebator, concubinatum minus recedere à ratione matrimonij, & virtutis, quàm meretricatum: proinde licèt peccata eò sint fœdiora, ac graviora, quò plus recedunt à ratione virtutis, non tamen concubinatus minùs recedit à castitate matrimoniali, quàm meretricatus: quinimò magis adversatur matrimonio, eò quia diutiùs detineat animos aversos ab illo *c. ult. de consuet:* unde in esse peccati æquè meretricatus, ac concubinatus est simplex fornicatio prohibita lege divina, sed propter circumstantias durationis temporis, & ob majus impedimentum, quod concubinatus infert matrimonio, est gravius peccatum, ec deterius: qui enim assuescit alicui concubinæ, difficulter ab eadem distrahitur, & diutius adhærescens concubinæ, non curat matrimonium contrahere, cui propterea concubinatus majus infert damnum, quàm meretricatus: cùm pauci sint, qui ad eandem meretricem utpote vagam per longum tempus accedant. 192

Hinc est, quòd etiam graviori pœna à lege plectatur concubinatus, quam meretricatus, eò quia sit perniciosius vitium ratione majoris damni, quod infert matrimonio. Unde ex eo, quòd alicubi permittatur meretricatus, non sequitor, esse itidem permittendum concubinatum; est enim discrimen, quia damna quæ concubinatus infert matrimonio, non inferuntur à meretricatu. Tum quia concubina ex jure civili nullâ inuritur infamiæ notâ, proinde plurea reperirentur concubinæ, quàm meretrices, quæ incurrunt infamiam, & habentur abjectissimæ conditionis *l. probrum 41. in princ. & §. 1. de ritu nupt.* ubi mulier palam corpore suo quæstum faciens turpis dicitur, ac fœde vivere: concubina verò tantùm dicitur non habere honestatem matrisfamilias; quapropter ob infamiam meretricibus loca designantur specialia, ut secernantur ab aliis honestis fœminis, & magis erubescant, qui talia loca omnibus nota frequentant, & olim hujusmodi loca fuisse in littoribus maris refert Origenes *lib. 4 contra Celsum*: inquiens: *Philosophi ex historiis docent, quòd primùm extra urbem, & personata meretrices prosterne-* 193

sternebant se libidini prætereuntium, & Seneca *lib. 1. controvers. c. 2.* ait: *Castam te putas? quia visa meretrix est, nuda in litore extitit.* Præterea nec omnibus fœminis conceditur quęstum proprio corpore facere, illæ enim ab hac turpitudine ercebantur; quibus avus, aut maritus eques Romanus fuisset, ut refert Tacitua *lib. 2. Annal.* Rursus stola, & matronali veste meretrices nudabantur, ut notat Tertullianus *lib. de cult. fœminar.* & moris est etiam plerisque in locis, quo meretrices habitu, & ornamentis etiamnum distinguantur à fœminia honestis.

195 Quæritur quinquagesimo septimò, an furiosus possit validè matrimonium contrahere? Respondetur cum distinctione, si sit perpetuò furiosus, non potest matrimonium contrahere; & desumitur ex *c. dilectus 24. h. t.* ubi cùm Nobilis quidam filiam suam viro matrimonialitec copulásset, qui continuò laboraret furore, nec posset filia cum eo morari, rescripsit Innocentius Episcopo Vercellensi, quòd si ita sit, præfatas personas ab invicem separet: ratio est; quia tale matrimonium est irritum: siquidem validè tantùm contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum: qui verò continuo furore laborat; nequit legitimum consensum præstare, ut etiam notat Innoceutius III. in *d. c. dilectus*, qui ex defectu consensûs in viro laborante continuo furore declaravit matrimonium irritum, & mandavit, personas illas separari. Clarum siquidem est, furiosum laborantem continuo furore non posse habere consensum requisitum ad matrimonium: dependet enim hujusmodi consensus ab intellectu, & ratione, cujus furiosus durante furore non habet usum; nec propterea est sui compos *l. Patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris.* Hinc furiosus dicitur etiam non habere voluntatem, eò quia hæc dependeat ab intellectu, & usu rectæ rationis, quapropter furiosus æquiparatur dormienti; & ignoranti *l. 1. ff. de bonor. possess. furios. l. si. à furioso 12. in princ. de reb. credit. l. 2. § furiosus ff. de procurat.* imò comparatur etiam insanti ob defectum usus rationis *l. infans. C. ad leg. Cornel. de Sicar.* Imò etiam brutis *l. sed & si 3. §. & ideo. ff. ad leg. Aquil.* Cùm igitur sit furiosus durante furore expers consensus, capax non est matrimonij ineundi, non enim scit furiosus, quid agat *l. Illud 3. §. final. ff. de injurijs.*

196 Objici tamen posset, quia si furiosus non posset matrimonium contrahere ex defectu consensûs requisiti jure naturæ ad matrimonium ineundum; inde sequeretur, matrimonium ab ipso initum esse irritum, quod tamen non conceditur, cùm matrimonium à furioso contractum sustineatur in *c. Neque furiosus caus. 32. q. 7.* ubi Fabianus Papa ait: *Nec furiosus; nec furiosa matrimonium contrahere potest; sed si contractum fuerit, non separentur.* Cùm igitur Pontifex supponat furiosum contraxisse matrimonium, & non esse separandum, sequitur, tale matrimonium non fuisse irritum; alinquin Pontifex jussisset, sponsos separari.

Sed contra huic objectioni variè solet responderi, plures enim cum Glossa in *d. c. neque furiosus v. furore* respondent; discrimen esse 197 inter eum, qui contrahens cum furiosa ignorabat furorem; & inter eum, qui conscius erat furoris, & asserit, in primo casu matrimonium initum cum furiosa esse irritum ob injuriam irrogatam viro inscio furoris: secus in secundo casu censet; validum esse matrimonium; quia cum fuerit conscius furoris, præsumitur ultrò remisisse injuriam sibi illatam. Verùm hæc solutio non satisfacit; & communiter reijcitur, ut notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 1. §. n. 7.* quia valor matrimonij non dependet ab eo, quòd unus conjux remittat alteri; vel non, injuriam sibi illatam; id enim non desideratur, nec est de essentia matrimonij: sed hoc est validum, si adsit utriusque conjugis liber consensus, & ineatur coram Parocho, & testibus: & est irritum, si desit contrahentium consensus, & quia furiosus est expers consensus, nec potest ab alio suppleri, ideo ob hunc defectum est matrimonium nullius valoris.

Quamobrem alij explicant textum in *d. c.* 198 *neque furiosus* esse intelligendum, non de furioso perpetuo furore laborante, & qui nunquam possit ullum actum liberum elicere, nec consensum dare; sed de furioso habente lucida intervalla; cui tametsi prohibeatur matrimonium contrahere, eò quia non sit idoneus ad prolis educationem, ut docet D. Thomas in *4. dist. 22. q. unic. art. 4.* si tamen de facto matrimoniũ contrahat; quando lucidis gaudet intervallis, quia tunc verum, ac liberum præstat consensum, hoc suum sortitur valorem *c. quamvis caus. 7. q. 1. l. Divus 14 ff. de offic. Præsid.* Verùm licèt hæc responsio subsistat in ordine ad valorem matrimonij; exactiùs respondent alij cum Pontio *lib. 4. de matrim. c. 1. num. 8.* & Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 8. q. 3.* Fabianum Papam in *d. c. Nec furiosus* agere de furore superveniente post contractum matrimonium, & quia ante furorem aderat verus, ac liber consensus, & matrimonium sortitum suum valorem, rectè rescripsit Pontifex, quòd *nec furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere potest; sed si contractum fuerit non separentur:* quia matrimonium ante furorem validè contractum non vitiatur; neque solvitur per furorem supervenientem *c. is qui 32. q. 7.* Quòd si furor superveniens adeò sit vehemens, ut absque vitæ discrimine non valeat alter conjux cohabitare cum furioso, neque tunc dissolvitur matrimonium quoad vinculum, sed tantùm quoad thorum; & fit divortium, ne sponsus sanæ mentis cum discrimine vitæ habitet cum furioso, à quo propterea separatur: nec quamdiu furiosus vixerit, potest transire ad secundas nuptias, quia primum matrimonium cum furioso fuit validè initum ante furorem, & non dissolvitur per supervenientem furorem: unde notat Glossa, quòd si quando contraxit, non erat furiosus, matrimonium tenet; sin verò erat furiosus, & postea sanatur; quamvis in principio non fuerit validum ratione furoris, & defectu consensus: pec-

subsequentem tamen consensum acquirit suum valorem.

200 Quæritur quinquagesimo octavò, an validum sit matrimonium initum à furioso tempore quidem, quo laboravit furore, si enteqnam contraheret matrimonium, & laboraret furore, habuerit animum, ac veram voluntatem illud contrahendi? siquidem illa voluntas, & consensus liber, cùm non retractetur, perseverat etiam tempore furoris, quo propterea non dicitur furiosus carere consensu, proinde si contrehat, cùm non desit consensus, videtur matrimonium validum esse. Tum quia si Ethnicus habeat animum suscipiendi baptismum, velitque hoc sacramentum suscipere, talis voluntas utpote non retractata perseverat, tametsi postea indormiat: etqui si dormiens tunc baptismum susciperet, quem ante somnum intenderat recipere baptismus validè, & licitè à dormieore suscipitur *c. majores* 6. *item quæritur de baptis.* ergo similiter videtur dicendum de furioso, qui ante furorem habuit animum contraheodi matrimonium: perinde enim videtur validè, & licitè sacramentum matrimonij inire, ec dormiens validè, & licitè suscipit sacramentum Baptismi.

201 Respondetur ad quæsitum, tale matrimonium initum à furioso tempore furoris esse irritum, quamvis ante furorem habuerit voluntatem illud contrahendi; quia ille voluntas præcedens non sufficit, quia nonnisi moraliter, & in habitu perseverat: & ad matrimonium validè contrahendum requiritur consensus non in habitu, sed in actu, adeò ut conjuges tunc actu cousentiant, quando actu matrimonium contrahunt: & furiosus tempore, quo laborat furore, nequit habere consensum in actu, quia iste dependet ab intellectu actualiter expedito, non impedito; & à recta ratione, cujus usus per furorem impeditur: hinc est discrimen inter eum, qui baptizatur tempore, quo dormit, si antea habuerit voluntatem suscipiendi baptismum; & inter furiosum contrahentem matrimonium tempore furoris, licèt entea hebuerit voluntatem illud contrahendi: quia qui dormiens baptizatur, non est Minister sacramenti baptismi, sed tantùm subjectum, in quo recipitur: secus contrahens matrimonium est minister; & quando Minister confert sacramentum, requiritur actualis intentio cum actu humano, quando verò sacramenta recipiuntur, sufficit intentio virtualis. Cum igitur contrahentes matrimonium sint Ministri sacramenti, si celebretur ab ipsis tempore furoris, quamvis voluntas præcedens non fuerit retractata, quia tamen non adest consensus actualis, qui requiritur essentialiter ad valorem matrimonij, hoc est irritum: hinc si sacerdos auditâ confessione pœnitentis in furorem incideret, antequam ipsi impertiret absolutionem, si postea tempore furoris absolveret, esset absolutio nulla: ut etiam si baptizaret tempore, quo laborat furore, baptismus esset irritus, tametsi ante furorem voluntatem habuerit baptizandi, quia actus Ministri debet esse humanus eo tempore, quo administratur sacramentum, ut ministet intelligar, quid agat.

Quæritur quinquagesimo nonò, an validum sit matrimonium initum à viro verbis æquivocis, & etiam falso nomine ad decipiendam puellam sine animo contrahendi, sed cum intentione eam cognoscendi carneliter? Respondetur, tale metrimonium in foro externo judiciali censeri validum, præsertim si secuta sit carnalis copula, & deiumitur ex *c. tua nos* 26. *h. t.* ubi cùm quidam vir mulierem ad concubitum aliter inducere non posset, nisi eandem desponsâsset, & absque ulla solemnitate, ac nemine præsente ei dixisset, Te Joanoes desponset, quo nomine non vocabetur, ideóque non credebat esse conjugium, eò qnie nomen Joannis esset fictum; nec ipse vellet contrahere cum tali muliere, sed taotùm eâ uti; quamvis nulliter consenserit in ipsam, & tamen eem cognoverit; consultus Pontifex respondit, fortè pro conjugio præsumendum fore, nisi expressè Episcopus scripsisset, illum non proposuisse; nec consensisse illam ducere in uxorem. Quòd qualiter ipsi constiterit, se non videre, si tamen res ita se habuerit, non debere ex illo facto conjugium judicari, cum in ea oec substantia conjugalis contractus, nec forma veleat ineundi: siquidem ex una parte tantùm adfuit dolus, & ex alia defuit consensus. 202

Hinc infert Canisius, tale matrimonium fuisse invalidum in foro conscientiæ, quia vir ille fuerat Episcopo sacramentaliter confessus, & data etiam eidem licentia utendi hac notitiâ extra secramentum, nimirum se enimo ficto, & sola intentione utendi muliere contrexisse cum eadem, & quidem etiam falsificato nomine, quam tamen fictionem in foro externo probare non poterat, proinde rectè respondit Pontifex, se non videre, quomodo Episcopo id constiterit in foro externo. Quamobrem qui verbis æquivocis, aut falsis mulierem decipit, & sine animo contrahendi matrimonium contrahit, & post illud contractum mulierem carnaliter cognoscit, reverà non est matrimonium in foro interno conscientiæ, in quo coosideratur pura veritas *c. omnis de pænit. & remiss.* 203

Unde si vir in Sacramentali confessione aperiat coosessario, se contraxisse sine animo verè contrahendi, sed tantùm decipiendi mulierem; ex defectu consensûs necessariò requisiti, matrimonium est nullum, ut docet D. Thomas *p.* 3. *q.* 45. *art.* 4. sed tunc debet Confessarius curare in foro pœnitentiali, ut illum inducat ed consentiendum de novo, ut sic se eptet foro externo judiciali, & purget dolum cum muliere commissum, ut notat Abbas *in d. c. Tua* 26. *n.* 6. *h. t.* In foro enim externo, & judicieli judicatur in favorem matrimonij, quie ecclesia in foro externo non judicat de occultis, sed ubi desunc claræ probationes ex conjecturis præsumit *c. veniens* 15. *h. t.* & in dubiis, quod tutius est, tenet *c. juvenis* 3. *h. t.* neque allegantem propriem turpitudinem audit *c. inter dilectos de donat.* & quia cùm constaret ecclesiæ, virum illum exterius contraxisse matrimonium cum tali muliere, 204

re, & eam etiam post initum matrimonium carneliter cognovisse, licèt fraudem commiserit in verbis, adhuc judicatur in favorem matrimonij, & non illine, qui dicit, se fuisse usum verbis dubiis ad mulierem decipiendam, & non habuisse voluntatem contrahendi cum ipsa: quia nihil interest quocunque nomine se quis vocet, dummodo ejus personæ sit certa §. *siquidem inst. de legat. l. in venditionibus ff. de contrah. empt.* Neque ex parte fœminæ intervenit error personæ, qui matrimonium irritet, cùm vir habeat fœminam illam præsentem: unde totus error, si sit in solo nomine, est tantum error qualitatis non magni momenti, & non irritat matrimonium, si constet de personis; nominis enim mutatio, non obest, quando de ipso corpore constat. *argum. textus in l. in venditionibus ff. de contrah empt. l. quotiens 9 ff. de hæred. instit.* An verò qui simulatè, & fictè contraxit matrimonium, teneatur iterum verè consentire plures negant. præsertim Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 1. disput. 11.* Layman *p. 1. sum tract. 10. lib 5.*

204 Communior tamen sententia est, eum teneri verè consentire, præsertim si fœminam carneliter postea cognoverit & ita docent Pontius *lib. 2. de matrim c 5. n. 5* Covarruvias *de matrim 2. p. c 2. n. 4.* Soto *in 4. dist. 27. q. 1. art. 3.* & ratio ex eo petitur, quia promissio illa est mutuus contractus *do, ut des*, proinde si mulier ex parte sua impleat interiùs, & exteriùs, quod promisit; tenetur etiam vir exterius, & interius ex parte sua adimplere promissum, ed quod propterea remanet obligatus *l. Juris 7. ff. de pact. l. naturali 5. ff de præscript. verbis.* Hinc Baldus in *l. ei qui in fin. C quod cum eo*, asserit, eum, qui promisit absque animo se obligandi, tametsi non obligetur ex animo, obligatur tamen ex natureli æquitate, ne consequatur commodum cum jactura alterius. Unde licèt, si matrimonium in foro interno sit invalidum, ecclesia non possit in foro exteriori efficere, ut validum sit, ut docent Covarruvies *2. p. de matrim. c. 4. n. 4.* Præpositus in *c. is qui fidem 30. h. t.* potest tamen adigere sponsum, qui fœminam deceperat, quatenus cum ea fictè contraxerat, & eam carnaliter cognoverat, ed præstandum verum consensum, alioquin possent etiam conjuges ad dissolvendum matrimonium mentiri in sacramentali confessione, & asserere, se non habuisse animum contrahendi, ex qoo maxima orirentur incommoda, & turbationes in republice.

205 Neque infringitur libertas ex eo, quòd vir, qui fictè metrimonium inivit cum muliere, & possit eam carnaliter cognoscere, ab ecclesia adigatur verum consensum præstare: quia sicut liberè contraxit fictè, & liberè cognovit carneliter mulierem, se obligavit ad consentiendum liberè, alioquin nec contraxisset cum ipso, nec fecisset ei copiem sui coporis, seu non permisisset se eb eo carneliter cognosci, proinde potest adigi absque violatione libertatis ad id præstandum, ad quod se liberè obligavit: quo pacto neque agitur contra libertatem metrimonij, cùm quis à Judice adigitur contrahere matrimonium cum virgine à se deflorata: quia in utroque casu metus justè incutitur, ut desumitur ex *c. Cum locum 14. h. t.* proinde non violatur nuptiarum libertas ex eo, quòd liber consensus exigatur ab illo, qui injustè vult resilire ab eo, ed quod se liberè obligavit.

Quæritur sexagesimò, an mulieri venienti ed valvas ecclesiæ benedicendæ cum sponso, credendum sit, si affirmet, se nunquam tali matrimonio consensisse probente sponso legitimè contrarium? Respondetur, mulierem non esse tunc audiendam, & desumitur ex *c. Consultationi 28 h. t.* ubi Honorius III. rescribit, quòd quando mulieres veniunt cum sponsis ed benedictionem, & dicunt se nunquam consensisse metrimonio, & sponsi legitimè probant contrarium cum idoneis testibus, non sint mulieres audiendæ. Sin verò post benedictionem, & ante copulam fugientes dicant se metu consensisse, & non vereciter, debeat tunc inquiri diligenter de tali metu, qui si probetur talis esse, ut cadat in constantem virum, sint audiendæ: ubi notat Glossa, mulieres tunc non posse probare negativam, seu non consensisse; sed tantùm affirmativam; nimirùm quòd ex metu consenserint, & tunc causa matrimonialis est committenda jurisperito ecclesiastico ut habetur in *c. Ex litteris de consanguin & affin.* ut etiam statuit Concilium Tridentinum *sess. 24. de refor. c. 12.* 206

Ratio verò, cur mulieri neganti, se in matrimonium consensisse, non sit credendum, si maritus contrarium probet; ex eo desumitur, quia ubi duo dissentiunt; qui meliùs probat, sententiam in suum favorem trahit *c. super hoc de relig.* in foro enim judiciali legitimæ, & idoneæ probationes sunt validiores, quàm simplex assertio, & negatio alicujus *c. Cum a nobis de testibus:* & id vel maximè procedit, quando una pars ea asserit, quæ in animo sunt; & ea ia exteriùs non apparent; & alia ea asserit, quæ ex signis exterioribus judicantur ita esse, fiunt asseruntur, quia ecclesia de exterioribus judicat; non verò de internis, quæ non patent per signa externa: consequenter, si mulier veniens ad valves ecclesiæ benedicenda cum sponso affirmet, se nunquam in tale matrimonium consensisse; & sponsus contrarium legitimè probet, non est tunc credendum mulieri neganti, cùm ex signis externis, scilicet ex matrimonio inito coram facie ecclesiæ, & coram testibus, & ex accessu ad benedictionem, & assertione sponsi conijciatur, quòd mulier consenterit: quòd enim non consenserit, non potest aliter conijci, quàm ex pura negatione mulieris, proinde cum sponsus melius probet, & in foro judiciali legitimæ, & idoneæ probationes sint validiores, quàm simplex assertio, & negatio mulieris; rectè rescripsit Pontifex, non esse tunc credendum mulieri neganti, se in matrimonium consensisse. Juvat observare, moris olim fuisse, imò & etiam nunc plerisque in locis, ut sponsi benedicantur, & copulentur ante valvas ecclesiæ, seu ante fores templi, ut etiam in a- 207

lijs locis ubi est consuetudo, ut benedicantur in templo ante altare. Addit verò Pontifex in *d. c. Consultationi 28. h. t.* quòd si mulier post benedictionem, & ante copulam fugiens, dicat, se metu consensisse, audienda sit, & diligenter inquirendum de illius metu, qui si sit cadens in virum constantem, irritat matrimonium, quia talis metus excludit liberum consensum, sine quo non contrahitur matrimonium, *c. Tuæ fraternitatis 25. h. t.* proinde si talis metus probetur, nec postea per carnalem copulam, vel aliter constet, illam de novo consensisse, matrimonium nullius est valoris, ex defectu consensûs, non enim præsumendum est matrimonium, nisi evidenter probetur, *c. Aliter caus. 30 q. 5.* proinde sponsi sunt separandi, ut notat Hostiensis in *d. c. consultationi.* Verùm id intelligendum est, quando factum est recens, adeò ut possit facilè probari: quia si multum temporis effluxisset à tempore contractus; tunc sufficiunt præsumptiones probabiles, ut matrimonium præsumatur: nimirum quòd vir tenuerit semper fœminam ut suam uxorem in domo, ad mensam, in lecto, idque etiam desumitur ex Concilio Trident. *sess. 24. de reform. c. 9.*

108 Quæritur sexagesimo primò, cur sponsalibus adjecta sit arrharum constitutio, & non adjectio pœnæ, cum ipsæ arrhæ etiam quoddam genus pœnæ videantur invehere, eò quia resiliens à sponsalibus, eas deperdat? Respondetur, arrhas permitti in sponsalibus dari utrinque à sponsis, & quidem etiam ea lege, ut resiliens eas deperdat, permittuntur enim utroque jure, & quidem cononico in *c. si quis uxorem 27. q 2. c. Nostrates c. fœminæ 30. q. 5.* & in jure civili *l. 1. C. si nuptiæ ex rescript.* quia arrha est veluti pignus datum in sponsalibus pro futuro matrimonio contrahendo, quòd si non contrahatur, & per dantem steterit, quò minus fuit contractum, arrha deperditur; si per recipientem duplum, vel etiam quadruplum restituitur *l. 3 & fin. C. de sponf. l. si quis officium ff. de ritu nupt* & ita docent communiter præsertim Cujacius *lib. 5. observ 22.* Sanchez *de matrim. lib. 1. disput. 35.* nisi tamen justa causa subsit resiliendi *l. 2. & fin. c. de sponf.* & *l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto.* Hinc quia arrhæ tantùm dantur, ut pignus futuri matrimonij, rectè ab utroque jure canonico, & civili permittuntur: non ita promissio pœnæ, cui resiliens debeat subijci; quia si hujusmodi pœna sponsalibus adijceretur; plures præsertim fœminæ metu adjectæ pœnæ incurrendæ matrimonium contraherent. & quia matrimonia amore & affectu iniri debent, non metu pœnæ conciliari, ideò rectè prohibetur, ne sponsalibus pœna ulla adijciatur, quamvis permittantur arrhæ. Tum quia stipulatio pœnalis plerúmque dirigitur ad acuendam diligentiam illius, cui injungitur pœna, si resiliat, ut si non ex amore, ac libera voluntate; saltem metu pœnæ promissum adimpleat *l. si vehenda 10. v. idem juris ff. ad leg. Rhodiam de Jactur.* quapropter si pœna adijceretur sponsalibus, sponsa, quæ ex justis causis posset resilire, & etiam sponsus, qui posset repudium facere, cogeretur inire matrimonium contra propriam voluntatem: & quamvis justam resiliendi causam haberent, adhuc tamen ob difficultatem, aut molestiam eam probandi, & metu gravioris pœnæ solvendæ compellerentur inviti matrimonium contrahere: quapropter promissio pœnæ inutiliter adijcitur sponsalibus, imò tametsi juramento firmetur, adhuc est inutilis, & juramentum invalidum, eò quia sit contra bonos mores: hinc neque statuta permittentia hujusmodi pœnas adjectas sponsalibus, ullius sunt valoris, eò quia adversentur libertati sacramenti.

Quamobrem pœna adjecta contractui sponsaliorum est irrita, quia metu pœnæ libertas matrimonij restringeretur, & matrimonia debent omnino liberè contrahi: ubi enim non est libertas, ibi potest impediri consensus, siquidem ex metu potest quis dicere, sibi placere, quod odit, *c. cum locum 14. h. t.* & ubi consensus requiritur, ibi plena debet esse libertas. Tum quia sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio *c. præterea 2. h. t.* & ex hac promissione alteruter sponsus obligatur alteri, ad contrahendum matrimonium, adeò ut lethaliter peccet, si non adimpleat promissum, nisi legitimum supervenerit impedimentum, & justa causa suppetat: hinc est, quòd Ecclesia compellat sponsos, ut stent promissis, & pœnitentiam etiam injungat pro peccato; quamvis in foro contentioso non compellat, eò quia matrimonia coacta consueverint malos exitus habere, proinde non solùm tempore contractus matrimonij, sed etiam tempore promissionis de eo contrahendo debet adesse libertas, ut etiam declarat Concilium Tridentinum *sess 24. de refor. matrim. c. 9.* & quia timor solvendæ pœnæ etiam pecuniariæ impedit libertatem consensus, ideò promissio pœnæ non permittitur sponsalibus adijci, & si adijciatur, inutilis est. 209

Cæterum metus amissionis alicujus rei, si non esset talis, qui posset cadere in virum constantem, non irritaret matrimonium, ut notat Abbas in *c. gemma 29. h. t.* ubi Gregorius IX. assignans rationem, cur promissio pœnæ inutiliter adijciatur sponsalibus, ait: quia debent matrimonia esse omnino libera, proinde non possunt etiam parentes imponere pœnam sponsalibus filiorum: & si ponatur, altera pars non potest pœnam exigere, imò & sub pœna excommunicationis prohibetur, ne exigat. 210

Ratio igitur discriminis, cur in sponsalibus de futuro permittatur arrha, non ita adjectio pœnæ, ca est, quia arrha tantùm datur in pignus futuri matrimonij, & etiam datur de præsenti, & in parva quantitate: pœna verò injungitur de futuro resilienti, & solet etiam pœna gravior imponi, quæ propterea faciliùs impediret matrimonium, quàm arrha, ut notat Abbas in *d. c. gemma 29. n. 7. h. t.* cùm enim facilior sit quisque ad promittendum, quàm dandum, solet promitti semper multum, & dari parum, ut notat Glossa in *c. stat § profer. de rescript. in 6.* & ob eandem rationem mulier per Senatum consultum Vellejanum prohibetur obligari pro alio, quamvis non prohibeatur ali- 211

quid

quid donare alicui; quia præſumitur faciliùs promittere, quàm dare *l. ſed ſi ego ff. ad Senat. conſult. Vellei.*

212 Quòd ſi arrha eſſet in magna quantitate, & timor ipſius ſolutionis, vel amiſſionis impediret libertatem conſenſus, tunc haberet rationem pœnæ, quæ etiam reſtringeret libertatem matrimonij. Ut autem arrha cenſeatur magna in ordine ad reſtringendam libertatem conſenſus, id conijciendum eſt ex qualitate perſonæ, ſi divitiis affluat, vel non. Præterea diſcrimen inter arrham, & pœnam adjectam ſponſalibus eſt, quia pœna reſpicit directè negotium futurum, ut notat Barboſa in *d. c. gemma 29. h. t.* & datio arrharum reſpicit directè ſecuritatem negotij, ſeu fidem ſponſaliurum: datur enim arrha, ut pignus ad confirmandum matrimonium: & pœna injungitur ad vindictam non impletæ promiſſionis. Rurſus datio arrharum non ſit principaliter ad implendam libertatem matrimonij, ſed ut clariùs, ac evidentiùs probari poſſit veritas contractus *l. quod ſæpe in princ. ff. de contrah. empt.* hinc qui ex poſt facto metu eas amittendi matrimonium contrahit, id non habetur in conſideratione, niſi arrhæ fuerint in magna quantitate, quia tunc induerent rationem pœnæ tendentis ad impediendam libertatem matrimonij, ut notat Aretinus *colum. 6. in l. Titia ff. de verb. oblig.* Demum, quia contrahens ſponſalia cum traditione arrharum, ſtatim eligit conſentire in vinculum ſponſaliorum, ut etiam in arrhis, proinde poteſt quodammodo metu arrharum compelli ad implenda promiſſa, quando verò contrahit quis ſponſalia ſub pœna, non intelligitur ſimpliciter abſolutè conſentire in vinculum, quin potiùs videtur ſe obligare alternativè, proinde cùm à principio vinculum non ſit firmum, ſi poſtea conſentiret, videretur pœnæ metu conſentire.

213 Quæritur ſexageſimo ſecundò, an ſponſalia de futuro clandeſtina obligent ſponſos ad implendum promiſſum? Ita dicuntur ſponſalia clandeſtina de futuro, quæ neque in facie eccleſiæ, nec præſentibus teſtibus contrahuntur? Reſpondetur, teneri ſponſos ſtare promiſſis, quia eccleſia tantùm irritavit matrimonia clandeſtina, non verò ſponſalia de futuro, ut pluries reſpondit ſacra Congregatio Concilij Trindentini Interpres: unde, qui matrimonium alicui legitimè promiſit, ſive promiſſio ſit pura, ſive juramento firmata, ſive verbo, ſive ſcripto, ſive clam, ſive coram teſtibus, ſive in facie eccleſiæ, ſive abſque præſentia ſacerdotis, tenetur matrimonium contrahere cum illa, cui fidem ſuam obſtrinxit, niſi ex mutuo conſenſu ambæ partes reſiliant, ac ſuam remittant ſponſionem: quia tunc ſponſalia per mutuum diſſenſum diſſolvuntur, ut declaravit Innocentius III. *c. præterea 2. h. t.* ubi reſcribit, quòd qui contrahunt ſponſalia, ſeu matrimonium de futuro purè ſine conditione, fide hinc inde data; ſi deinde ad invicem nolint contrahere, ſint admonendi, ut datam fidem ſervent: ſed deinde non ſint cogendi, ſed tolerandi, ne quid deterius contingat.

Sunt etiam plures cauſæ, quibus ſponſalia di- 214
rimuntur, primò enim poſſunt dirimi poſt lapſum temporis conſtituti ex conventione partium ad ineundum matrimonium, ſed tunc ille, per quem ſtetit, ne matrimonium contraheretur, debet pœnitentiâ ſibi injunctâ violationem datæ fidei eluere, & deſumitur ex *c. ſicut 22. h. t.* Verùm id intelligitur, quando terminus adjicitur ſponſalibus ad reſtringendam obligationem, quia tunc obligatio extinguitur, & vinculum ſolvitur, eò quia tempus ex mutua conventione partium conſtitutum ſit elapſum, quia obligatio tunc non ſe extendit ultra tale tempus. Sin verò dies adjiciatur obligationi jam contractæ; tunc cenſetur potiùs adjecta ad ſolemnizandum effectum obligationis, ut loquuntur juris conſulti, quàm ad extinguendam ipſam obligationem: unde ſi priùs contrahantur ſponſalia, & poſtea tractetur de die nuptiarum celebrandarum per lapſum illius diei non liberantur ſponſi ab obligatione matrimonij contrahendi, quia obligatio fuit abſolutè contracta, & dies poſtea per accidens aſſignata.

Secundò etiam capitales inimicitiæ inter 215
ſponſos, vel eorum parentes ſubortæ ſufficientem præbent cauſam dirimentem ſponſalia, & deſumitur ex *c. requiſivit 17. h. t.* ubi Lucius III. reſcribit, quòd ſi mulier, quæ juravit alicui nubere, ſi poſtea nolit, monenda potius ſit, quam cogenda, quia matrimonia debent eſſe libera, & coacta ſæpe habent exitus difficiles: ſiquidem ex duobus malis minus eſt eligendum *c. duo mala diſt. 13.* hinc licèt, qui juravit contrahere de rigore juris eſſet compellendus ad implendum juramentum; ſi tamen timeatur de uxoricidio, vel de bello inter parentes, non compellitur: ne compulſio eccleſiaſtica videatur eſſe cauſa malorum, cùm potius debeat eſſe medicina ad correctionem, & non venenum ad deſtructionem, ut ſcribit Apoſtolus *2. ad Corinth. cap. 10.*

Tertiò dirimuntur etiam ſponſalia propter 216
paralyſin, lepram, epilepſiam, aliúmve ſimilem morbum, ut etiam ob notabilem maximam deformitatem, vel debilitatem ſupervenientem, & deſumitur ex *c. litteras de conjug. lepros.* ubi Urbanus III. reſcribit, ſponſum non eſſe cogendum ad matrimonium ineundum cum ſponſa, quæ poſt ſponſalia cœpit leprâ inſici, & etiam docetur à D. Thoma *in 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 3. in reſponſ. ad 3.* ubi ait: *Si ante contractum matrimonium aliquam gravem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos ſunt contracta ſponſalia, quæ ipſum nimis debilitet, ut epilepſia, vel paralyſis; aut etiam deformet, ut abſciſſio naſi, vel orbitas oculorum, vel aliquid hujuſmodi, aut quæ ſit contra bonum prolis, ut lepra, quæ ſolet prolem inficere: poſſunt ſponſalia dirimi, ne ſibi invicem diſpliceant, & matrimonium ſic contractum malum exitum ſortiatur.*

Quartò dirimuntur ſponſalia propter affi- 217
nitatem ex illicita copula, vel cognationem ſpiritualem ſupervenientem, & propter famam cujuſcunque impedimenti, ſi fama probetur. Hinc ſi quis fide interpoſita deſponſavit aliquam, &

postea consanguineam sponsæ intra gradum prohibitum carnaliter cognovit, ipso jure sponsalia inter eos inita dissolvuntur, ut liquet ex *c. Veniens de eo, qui cognovit consanguineam uxoris sua, vel sponsa.* Affinitatem tamen provenientem ex copula illicita Synodus Tridentina restrinxit ad secundum gradum, quapropter si quis sponsæ suæ consanguineam in secundo gradu cognoverit, irrita sunt ipso jure sponsalia, & nullum inter se possunt matrimonium contrahere; si tamen vir cognosceret consanguineam suæ sponsæ in tertio, vel quarto gradu posset matrimonium contrahere. Imò etiam cognatio spiritualis superveniens sponsalia dirimit, ut si alter alterius filium è sacro fonte suscipiat, ut habetur in *c. veniens de cognat. spiritual.*

218 Quintò subsequens alterutrius sponsi fornicatio sponsalia dirimit etiam jurata, quia fornicatio directè repugnat datæ fidei: licèt nondum dederint sibi mutuò potestatem corporis, qui sponsalia contraxerunt; ex hoc tamen efficiuntur sibi invicem suspecti de non servanda fide in futurum, ideóque potest sibi præcavere unus contra alium dirimendo sponsalia, ut docet D. Thomas in *4. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 6.* & desumitur etiam ex *c. quemadmodum de jurejur.* Non tamen licet fornicario parte invitâ sponsalia dirimere, alioquin sua ei malitia patrocinaretur. Id etiam procedit de puella ab altero vi oppressa, ut etiam de ea, quæ cùm crederetur esse virgo, deprehensa postea fuit corrupta: siquidem ad eam ducendam ob notabilem in illa factam, & cognitam in peius mutationem pertinentem ad statum matrimonij, sponsus non obligatur, neque vir compellitur contrahere vitium bigamiæ. Imò non solùm propter fornicationem corporis sponsalia dirimuntur, verùm etiam ob fornicationem spiritualem, ut ob hæresin, vel apostasiam, aut aliud grave crimen inducens infamiam.

219 Sextò dissolvuntur etiam sponsalia de futuro per matrimonium de præsenti; adeò ut si alter ex sponsis matrimonium ineat validè cum alia persona, priora sponsalia de futuro sint soluta, quia matrimonium est vinculum fortius, & indissolubile: proinde sponsalia ante illud contracta impossibile est, ut observentur, quia vinculum matrimonij deberet solvi. Non tamen qui matrimonium contraxit violata fide sponsaliorum est à culpa immunis, ut declarat Gregorius IX. in *c. si inter virum b. t.* Hinc irrita sunt etiam ipso jure sponsalia, si ad ipsa sequantur vota solemnia, quæ in professione vitæ religiosæ emitti solent, ut etiam vota simplicia religionis, castitatis, vel suscipiendi sacros Ordines. Quia nemini licitum est promittere, quod præstare non potest; si causæ legitimæ id prohibeant: sed qui recensitis votis Deo se obstrinxit, nequit matrimonium promittere, quia hujusmodi vota eidem repugnarent. Vota enim simplicia religionis, castitatis, & suscipiendi sacros Ordines impediunt matrimonium, ne contrahatur, & vota solemnia, quæ solent emitti in professione vitæ religiosæ dirimunt matrimonium etiam contractum ratum, scilicet non consummatum, ut habetur in *c. Rursus qui clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt.*

Pars II.

De Matrimonio secundùm se pro ut est contractus, & Sacramentum.

TAmetsi cœlibatûs, ac virginitatis culturâ præferatur studio matrimonij; & Apostolus scribens ad Corinthios optaverit, ut omnes homines continentiæ essent studiosi, ac cœlibatum matrimonio anteponerent inquiens: *Volo omnes homines esse sicut me ipsum*, seu ut omnes essent continentes, quòd proculdubio esset conducibilius ad vitæ tranquillitatem instituendam; cum nihil beatius possit hominibus in hac vita contingere, quàm ut animus à quavis mundi curâ solutus, sedatâ, ac coërcitâ omni carnis libidine, vitæque imitator Angelicæ in una rerum cælestium feria meditatione conquiesceret. Nihilominus quia idem Apostolus Paulus etiam ait: *Unusquisque proprium donum habet à Deo, alius verò sic*: & matrimonium necessarium sit ad propagationem, ac conservationem humani generis in posteris; sitque propterea pluribus, iisque divinis bonis ornatum, & à Christo etiam elevatum inter ecclesiæ sacramenta; & propriâ itidem suâ præsentiâ honestaverit nuptias in Cana Gallilææ, quas etiam insigni miraculo illustravit, conversione aquæ in vinum; ideo sacri canones agunt de matrimonio, quod cum dixerimus initiari sponsalibus, de quibus hactenus egimus; postulat nunc rectus ordo, ut de ipso matrimonio agamus, quod est altera pars hujus tituli, & de quo agemus: primò prout est contractus, & sacramentum. Secundò de requisitis ad illud. Tertiò de obligationibus ortis ex ipso. Quartò de ejus indissolubilitate. Quintò de Impedimentis.

§. I.

De nomine, & quidditate matrimonii.

HÆc tria conjugium, nuptias, & matrimonium idem prorsus significare, docet D. Thomas *q. 44. art. 2. in addit. ad 3. p.* quamvis secundùm etymologiam nominum inter se differant: siquidem conjugium dicitur ab eo, quod in matrimonio est essentiale, scilicet à vinculo, seu jugo ijs imposito, qui matrimonio sunt conjuncti, ne à futura perpetua concordia separentur, ut docet D. Isidorus *lib. 9 orig. c. de conjug.* & Alexander ab Alexandro *lib. 2 genialium dierum c. 5.* ubi ait, Junonem nuptiarum Deam dictam esse *jugalem*, quasi jugum imponentem. Tum quia conjugium dicitur etiam à conjunctione, adeo ut licèt omne matrimonium dici possit conjugium, non tamen vice versa omne conjugium est matrimonium, si in rigore

gote loquamur, qoia matrimonium dicitur à præcipuo fine ejusdem, à quo nomen accepir, scilicet à generatione prolis: mulier enim ideo nubit, ut fiet mater, ut notat Glossa in *§. 1. instit. de patria potest.* unde si senex extra spem prolis nuptias contrahat, talis contractus dicendus est in rigore potiùs conjugium, quàm matrimonium.

2 Nuptiæ dicontur ab accidentali quadam cœremonia, quâ moris fuit apud veteres, ut sponsæ, dum viris nuberent, faciem obnuberent, sau totum caput velarent desumptâ metaphorâ à nubibus, quibus cœlum tegitur, ut loquitur Isidorus *loc. cit.* D. Ambrosius *lib. 1. de Abrahamo. c. 9 circa fin.* censet consuevisse olim puellas pudoris gratiâ, se obnubere, seu velare faciem; vel etiam ut censent alij, obnubere consueverunt faciem, ut se maritis obnoxias esse intelligerent, ut innuit Celius Rodiginus *lib. 15. lection. antiquar. c. 15.* vel ut placet Paludano, quia sicut nubes cœlum, & solem nobis occultant, ita puellæ ducendæ, quantum ad venerea aliis occultæ esse debant, ac prorsus incognitæ præterquam viris suis. Nuptiæ tamen, & matrimonium plerúmque in jure confunduntur, ut *toto tit. ff. de ritu nuptiar.* nunc tamen propriè nomine nuptiarum significatur solemnitas illa, & pompa externa, quâ initur contractus matrimonij, adeo ut cœremonia hæc distinguatur ab ipso contractu: siquidem tempore adventus, & quadragesimæ prohibentur nuptiæ, hoc est pompa illa nuptialis: non ita contractus matrimonialis, si hic absque solemnitate privatim, & ex justa causa ineatur, ut desumitur ex *c. 3. de feriis.*

3 Matrimonium suam desumit nomenclationem à matre, quatenus mulier nubit, ut mater fiat: desumit matrimonium potius à matre, quàm à patre suam nomenclationem, adeo ut contractus matrimonialis dicatur potius matrimonium, quàm patrimonium, quia ut notat Augustinus contra Faustum *c. 26.* non ad alium finem debet fœmina nubere, quàm ut mater fiat, matrisque nomen speret. Vel etiam à matre potiùs, quàm è patre suam desumit nomenclationem, quia mater plus impendit laboris in prole edocanda, plures suffert dolores in illa parienda *c. ex litteris de convers. infidel.* D. Thomas *d. q. 44.* aliquot assignat rationes, cur potiùs à matre, quàm à patra matrimonium dicatur; quarum prima est, quia officium matris plus apparet in filiorum procreatione, quàm officium viri: hinc propter eandem rationem possessio externorum bonorum magis dicitur patrimonium, eò quia magis spectet ad patris officium, eò quia vir magis officiosius sit, plúsque impendat laboris in cumulandis externis bonis, quàm mater. Secunda ratio est, quia pater respectu filiorum non est ita certus sicut mater, adeo ut Thalemachus apud Homerum *Odissea 1.* dicat, *me esse Ulyssis filium, revelavit mater*, quâ ratione juris consulti liberos, aut servos non ex patre, sed ex matre dijudicant, ut notat Covarruvias *epit. in 4. decretal. p. 2 c. 1.* & apud Liceos filij non sequuntur stirpem patrum, sed matrum, ut refert Alexander ab Alexandro *lib. 5. genialium dierum c. 4.* quapropter matrimonium non desumit suam denominationem à digniore, cùm sit homo dignior fœmina, sed ab evidentiore, & certiore: mater enim est certior patre, cum ipsa pariat prolem coram testibus, non verò generet coram testibus. Neque est novum, quòd denominatio rei desumatur ab ignobiliori, dummodo hoc sit evidentius, & certius, etenim *homo* denominetur *ab humo*, ex quo ejus corpus formatum fuit; cùm tamen anima utpote spiritualis sit longè præstantior, & excellentior: denominatur igitur homo ab humo, quia humus cadit sub sensus, non ita anima licet perfectior.

Matrimonium igitur *in §. 1. instit. de patria potest.* definitur, *quòd sit legitima viri, & mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem retinens*, ut etiam habetur *in c. illud. 11. §. verum de præsumpt.* dicitur esse *conjunctio*, quia dupliciter potest matrimonium sumi, scilicet pro actuali contractu, quo contrahentes mutuò se obligant ad vitæ societatem, usúmque generationis: secundò pro statu, seu vinculo permanente virum inter & fœminam; & quia essentia matrimonij non consistit in solo contractu, qui tantùm est causa efficiens, & transit; cùm tamen matrimonium formaliter spectatum constituat statum persistentem, seu durantem usque ad mortem: ideo consistit propriè matrimonium in tali obligatione orta ex contractu, seu vinculo permanente, & quo conjuges sunt inter se uniti, adeo ut neutri licitum sit alteri nubere, usque ad mortem alterius conjugis: unde dicitur conjunctio perpetua, seu quæ durat usque ad mortem alterius conjugis. Additur *maris, & fœmina*, quia repugnat fini matrimonij poligamia, seu ut una fœmina plures habeat viros, vel unus vir simul plures uxores. Additur *individuam vitæ consuetudinem retinens*, ut significetur mutua cohabitatio, & indissolubilitas matrimonij, quia major est, quàm in cæteris humanis contractibus, qui mutuo consensu iterum dissolvi possunt. 4

Hinc in matrimonio sex possunt considerari. Primò consensus internus mutuus contrahentium. Secundò signum externum, & sensibile manifestativum consensus interni, quod signum solet fieri per verba de præsenti. Tertiò vinculum animorum causatum ex tali contractu, quô quilibet conjux est ita alteri alligatus usque ad mortem, ut non possit ab illo sejungi, ut sit Apostolus *ad Romanos 7. mulier alligata est viro quanto tempore vir ejus vivit*, & *1. ad Corint. 7. alligatus es uxori noli quærere solutionem.* Quartò jus, & dominiũ, quod quilibet conjux habet supra corpus alterius in ordine ad actus conjugales licitè exercendos. Quintò mutua obligatio non cognoscendi alium præter proprium conjugem, & simul reddendi debitum vicissim, & convivendi. Sextò usus hujus potestatis, & obligationis éstque ipse actus matrimonialis convivendi, filios educandi, & procreandi. Ex his autem matrimonium absolutè sumptum propriè tantùm supponit pro contractu illo externo, 5

terno, & pro vinculo ex illo resultante; ex quibus matrimonium ut superiùs diximus, magis propriè supponit pro vinculo, quod est effectus contractûs, quàm pro ipso contractu, qui nihilominus est de ratione intrinseca matrimonij, quia verè, & propriè in tali contractu consistit sacramentum matrimonij à Christo institutum; quapropter matrimonium propriè sumptum supponit etiam pro ipso contractu, perinde ac baptismus pro ablutione. Magis tamen propriè supponit pro ipso vinculo, ut docet D. Thomas *in addit. ad 3. p. q. 44. art. 1.* & colligitur etiam ex Aristotele *1. & 3. æconomia* ubi matrimonium vocat primam, ac præstantissimam societatem, vel conjunctionem, ut etiam notavit Modestinus *lib. 1. ff. de ritu nupt.* dicens esse quoddam consortium viri, & mulieris, imò desumitur ex *Genes. 2.* ubi ad explicandam essentiam matrimonij de viro, ait, *adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, quem textum adfert Apostolus *1. ad Corinth. 11.* ad explicandam unionem Christi cum ecclesia, hinc Concilium Tridentinum *sess. 24 c. 1. de refor.* præcipit Parochis, & sacerdotibus, ut dicant: *Ego vos conjungo*, ut significetur matrimonium esse ipsam formalem conjunctionem. Alia quatuor considerata in contractu matrimonij propriè non dicuntur matrimonium, quia consensus internus est potiùs causa matrimonij, filiorum educatio est finis, jus quod quilibet conjux habet supra corpus alterius est effectus, ut etiam usus talis potestatis.

5 Matrimonium igitur ut præcisè est vinculum definitur *conjunctio maritalis inter viri, & uxoris legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens*, quod tamen est intelligendum de conjunctione non corporum, sed animorum, ut habetur in *l. nuptias §. de regul. jur.* ubi dicitur quòd non coitus, sed consensus matrimonium faciat: dicitur etiam viri, & mulieris ad differentiam conjunctionis, quæ est inter bruta, ut inter columbas, turtures, ciconias; quæ licèt usque ad mortem perseveret, non dicitur matrimonium, ut etiam ad excludendas personas ejusdem sexus. Dicitur etiam conjunctio viri, & mulieris in singulari, quia matrimonium debet esse unius tantùm cum una, adeo ut antiqui PP. qui plures duxerunt, plura etiam constituerint matrimonia. Sin verò consideretur matrimonium, ut præcisè est quidam contractus humanus præscindendo à ratione sacramenti: est *Pactio, seu conjunctio legitima virum inter, & mulierem ad individuam vitæ societatem ineundam, & retinendam.* ubi pactio vicem gerit generis, quia est quid superius ad contractum etiam in communi sumptum, quia contractus exigit obligationem oriri in utroque contrahente, ut docet Ulpianus in *l. labeo 2. ff. de V. S.* secus pactio postulat obligationem in utraque, vel in altera tantùm parte, ut notat Rebellius *lib. 1. de contract. in genere, q. 1. sect. 1. num 4.*

6 Sin verò consideretur matrimonium ut sacramentum, definitur esse *signum sensibile gratiæ collatæ viro, & mulieri fidelibus legitimo consensu copulatis ad perpetuam vitæ consuetudinem mutuò peragendam*: ubi *signum sensibile* vicem gerit generis, quia est quid superius ad omnia sacramenta, & reliquæ particulæ adduntur loco differentiæ. Hinc apud infideles initur quidem matrimonium, sed in ratione contractûs tantùm, & vinculi, non verò sacramenti: est tamen matrimonium apud infideles initum legitimum, si legitimo consensu contrahatur, & dicitur esse contractus quidam, quem infideles celebrando non peccant, cum sit in officium naturæ, seu propagationem, & conservationem humani generis, & in remedium concupiscentiæ; non est tamen inter infideles sacramentum, quia carent baptismo, qui est janua ad omnia sacramenta: unde matrimonium contractum ex dispensatione Pontificis à fidele cum catechumena ex probabiliore sententia non est sacramentum, licèt non desint, qui putent, esse sacramentum ex parte solius fidelis, cùm ipse solus sit capax sacramenti: ratio enim evincens non esse Sacramentum etiam ex parte fidelis, est, quia matrimonium in utroque conjuge est unum numero sacramentum, perinde ac est unum numero matrimonium, proinde si in uno non est sacramentum, nec erit in altero. Cæterum matrimonium infidelium tunc incipit fieri sacramentum, & conferre gratiam, cùm primùm ambo conjuges baptizantur, quia tunc incipiunt repræsentare unionem Christi cum ecclesia, & efficitur indissolubile, saltem ut est matrimonium fidelium ratum.

Non tamen desunt plures, qui cum Bellarmino *de matrim. lib. 1. c. 5.* docent, post susceptum baptismum teneri conjuges, qui in statu infidelitatis contraxerunt matrimonium elicere novum consensum, quo ratificent priorem, & quidem per aliqua signa externa, licèt non sit necessè, ut talis consensus eliciatur coram Parocho, & testibus: & tunc volunt matrimonium induere rationem sacramenti, & causare gratiam: Immo putârim probabiliùs teneri conjuges infideles post susceptum baptismum iterum contrahere coram Parocho, & testibus, & juxta formam præscriptam ab ecclesia, ut eorum matrimonium fiat sacramentum: siquidem matrimonium contractum inter infideles, cum ab initio non fuerit sacramentum, sed simplex contractus defectu baptismi non potest fieri verum sacramentum per hoc præcisè, quòd postea baptizentur, & per signum aliquod extrinsecum tantùm ratificent contractum, quem inierunt in statu infidelitatis: ratio mihi videtur perspicua, quia cùm matrimonium ut sacramentum sit essentialiter contractus initus inter baptizatos, nunquam erit sacramentum, nisi celebretur inter baptizatos: & ratificare matrimonium non est illud celebrare, sed jam celebratum confirmare; proinde tutius foret, si conjuges baptizati iterum contraherent, ut matrimonium, quod antea erat simplex contractus, fiat post susceptum baptismum, sacramentum. 7

Præterea matrimonium dividitur in legitimum, ratum, & consummatum, legitimum dicitur generatim, quod de jure improbatum 8

non

non est; secundùm verò præsens institutum, & magis in specie dicitur, quod cōtrahitur inter infideles, & consistit in solo legitimo naturali consensu, & nec ecclesiæ ratificationem habet, nec est sacramentum. Ratum dicitur propriè illud, quod per verba de præsenti contractū est, & ab Ecclesia approbatum, & rationem sacramenti habet, cui tamen nondum accessit carnalis copula, & de hoc matrimonio tantùm rato intelligitur regula illa *l. nuptias 31. §. de ritu nuptiar. quòd nuptias non concubitus, sed consensus faciat*. Matrimonium ratum fuit illud inter beatissimam Virginem, & S. Josephum, quod carnali copula non fuit consummatum. Matrimonium consumatum denique vocatur, quod per concubitum, & carnalem copulā præcedente legitimo consensu de præsenti completum, & consummatum est. Debet consensus legitimus, seu matrimonium ratum præcedere, quia si copula haberetur ante contractū matrimonialem, ex illa non induceretur matrimonij consummatio: quidem quod nondum est, consummari non potest, & cum ante contractum matrimonialem nondum sit matrimonium, ideo non potest hoc consummari, quapropter talis copula erit fornicaria, nec inducet indissolubilitatem, nec alios effectus matrimonij consummati.

10 An verò carnalis copula sit de essentiali integritate matrimonij, non videntur Doctores convenire; sed ut clarè procedatur, juvat observare quadruplicē copulam posse inter conjuges considerari: prima est vinculū illud, quod resultat ex matrimoniali contractu, & ratione cujus unus conjux tenetur alteri indivisibiliter fidem servare. Secunda est copula per affectum amoris, & benevolentiæ. Tertia, copula carnalis per mixtionem corporum, ratione cujus duo sunt unum in carne una. Quarta est copula vitæ domesticæ, & individuæ cohabitationis ad cæteros usus matrimonij. Rursus in matrimonio duplex consideratur integritas essentialis una, altera accidentalis, quo pacto in homine integritas essentialis in eo est sita, ut constet corpore, & anima; accidentalis quòd habeat omnia corporis membra; rursus utrique integritati respondet propria perfectio; primæ respondet perfectio essentialis, ut quòd homo sit discursivus: secundæ accidentalis, ut quòd homo esse discurrat, aliisque formis accidentalibus perficiatur. Ex hisce copulis certum est, secundam, & quartam non esse partes essentiales matrimonij, quia sine mutua cohabitatione, & benevola animorum conjunctione, adhuc habetur vera ratio matrimonij; unde solet refutari sententia Soti docentis *in 4. dist. 26. q. 2. art. 4. ad ult.* unionem per affectum charitatis, & amoris esse de essentia matrimonij: quia revera talis affectus amoris, quo conjux tenetur conjugem diligere sicut Christus Ecclesiam, non includitur intrinsecè in ipso consensu matrimoniali, nec in ipso matrimonio, sed ad ipsum se habet consecutivè. Quamobrem verba illa *Genes. 2. propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ*, si intelligantur de adhæsione per affectum amoris, non significant quidquam pertinens ad essentiam matrimonij, sed tantùm præceptum divinum.

Imò copula carnalis nec est de integritate, & perfectione essentiali matrimonij, sed tantùm de ejus integritate, & perfectione accidentali, ut communiter docent Doctores cum Covarruvia *in 4. decretal. p. 2. c. 1. §. 2. n. 1.* & desumitur *ex c. matrimonium. c. conjux. c. omnis res 27. q. 2. c. si inter virum de sponsal.* & ita communiter docent etiam SS. Patres nominatim S. Augustinus *lib. de bono conjugali c. 3.* ubi id ex eo probat, quia matrimonium non solùm sit institutum propter filiorum procreationem, sed etiam propter societatem conjugum, quo pacto etiam in senibus sterilibus habetur matrimonium, ut etiam in aliis, qui mutuo consensu abstinent à venereis: matrimonium enim initum inter S. Henricum Romanorum Imperatorem, & sanctam Cunegundem Sigefridi Palatini filiam fuit verum, & reale matrimonium; tametsi S. Cunegundis consentiente Henrico intactum virginitatis florem æterno Regi consecraverit. Tum quia tametsi conjuges separentur quoad thorum, manent nihilominus matrimonio colligati: ex quo clarè conijcitur carnalem copulam non esse de essentia matrimonij. Tum quia Apostolus cùm dixisset *1. ad Corinth. 7.* uxores non debere à viro discedere, postea subdit, quòd si discesserit innupta maneat, aut viro reconcilietur. 11

Si dicas, saltem tertiam copulam esse de essentia matrimonij, eò quia sine ipsa vinculum quod ex tali contractu resultat, non habeat completam rationem, & essentiam matrimonij, sed tantùm inchoatam, donec per copulam carnalem consummetur. Contra est. Primò quia inter Virginem Matrem, & S. Josephum de fide est *Matth. 2. & Luc. 2.* fuisse verum matrimoniū, & tamen est etiam de fide non intercessisse copulam ullam carnalē inter ipsos: qua propter vinculū antecedens hanc carnalem copulam habet veram, & integram rationem matrimonij in ratione contractūs, & sacramenti. Secundò quia inter primos parentes fuit etiam verum matrimonium ante lapsum, & tamen certum est, non se carnaliter cognovisse, nisi post peccatum. Tertiò quia si post matrimonium ratum, & non consummatum unus conjux nubat alteri, hoc secundum matrimonium est irritum. 12

Quòd verò matrimonium per carnalem copulam perficiatur ex eo liquet, quia matrimonium ordinatur ad copulam carnalem, ut ad propriam operationem, & medium ad gignendam prolem, quæ est finis matrimonij; proinde accidentaliter integratur, ac perficitur. Tum quia ratione copulæ matrimonium dicitur consummatum, quatenus acquirit suum complementum saltem accidentale. Quòd si dicas, matrimonium ante carnalem copulam esse dissolubile, proinde non habere veram essentiam matrimonij; siquidem cui deficit passio, deficit etiam essentia: & eum indissolubilitas sit passio matrimonij; si hæc non ponatur, non habetur essentia matrimonij. 13

14 Quòd verò matrimonium ratum tantùm, & non consummatum sit dissolubile, ax ao liquet, quia ex Concilio Tridentino *sess. 24. can. 6.* dissolvitur per ingressum religionis. Sed contra, quia non est contra rationem matrimonij, quòd per accidens dissolvatur ax speciali aliqua ordinatione divina : hinc ex Christi privilegio in favorem status raligiosi matrimonium ratum, & nondum consummatum dissolvitur per votũ solemne religionis : sicut etiam matrimonium consummatum par copulam carnalem inter infideles dissolvitur, quando altaro ad fidem converso, non vult altat cohabitara absque Salvatoris injuria.

15 Si dicas, matrimonium intrinsecè significara unionam Verbi divini cum carne humana, & hanc non significare nisi ratione copulæ carnalis, ut habetur *in c. debitum de bigamis & cum societas 27. q. 2.* Tum quia D. Paulus ad id significandum adducit illud *Genes. 2. & erunt duo in carne una*, quod de copula carnali intelligitur. Contra est, quia de essentia matrimonij tantùm est significare unionem spiritualam Dai cum anima per gratiam : quamobrem ex eo quòd non significet actu unionam duarum naturarum in uno supposito divino, donec consummatur per copulam, tantùm sequitur, quòd seclusâ copulâ ejus significatio non sit integra intagritate intrinseca accidentali.

16 Tum quia si Adam non paccâsset, & Verbum non assumpsisset carnem humanam, adhuc ejus matrimonium cum Eva fuisset ejusdem rationis cum eo, quod modò est, saltem in ratione contractûs, & tamen non significaret unionem Verbi divini cum humanitate : quapropter hæc significatio est accidentalis perfectio matrimonij, non assentialis ; cùm sina ipsa possit matrimonium subsistera.

17 Dices, matrimonium contractum sub conditione ante copolam carnalem est ipso jura invalidum, si conditio excludat copulam : argo quia sine tali copula non subsistit matrimonium. Sed contra quia adjecta illa conditio non dirimit matrimonium, ax eo quia adversetur copulæ actuali, vel aptitudinali proximæ, seu obligationi, & juri immediato petendi, & raddendi debitum, quia hæc non sunt da essentia matrimonij: sed quia adjacta conditio exclusiva copulæ contradicit juri, & obligationi radicali, in qua consistit ipsum vinculum, quod est essentia matrimonij, rationa aujus corpus unius fit corpus altarius conjugis, unde talis contractus haberet potiùs pro objacto cohabitationem simultaneam.

18 Prætaraea ut paulò superiùs diximus, potest asse verum matrimonium atiam adjacta conditione repugnante copulæ, quia tam copula, quàm jus petendi, & reddendi debitum possunt tolli salva manente assentia matrimonij, ut si ax mutuo libaro pacto velint conjuges abstinere ab omni actu venereo, vel si pari consensu castitarem voveant. Tum quia ob adulterium aonjugis, non tenetur innocens ei reddere debitum, imò neque adulter potest jure illud petera, cum tamen in his omnibus essantia matrimonij illæsa maneat.

§. II.

De honestate matrimonij, & prohibitione Polygamiæ.

Non defuarunt ax hæreticis, qui putârunt, matrimonium carere honestata, cujus erroris primus assertor dicitur Saturninus tempora Trajani Imparatoris circa annum Domini 118. teste D. Irenæo *lib. 1. c. 22.* quem errorem postea secuti sunt Marcio referente S. Hieronymo *lib. 1.* contra Jovinianum prope initium, Tacianus teste S. Epiphanio *hæresi 46.* Fides autem catholica, & ratio naturalis apertè suadent, matrimonium propria circumvestiri honestate, ut desumitur ex Conciliis Gangrensi *c. 11. can. 9.* Bracarensi *can. 11.* Toletano I. in confessione fidei, & habetur inter canones Apostolorum *can. 50.* quam veritatem unanimes docuerunt atiam SS. Patres, & desumitur hæc veritas ex sacra scriptura, ubi habemus, Deum esse Authoram matrimonij ; siquidem in lege naturæ fuit à Deo institutum, ac præceptum matrimonium, quando *Genes. 1.* dixit benedicens primis parentibus *crescite & multiplicamini*, vel ut docent alij cum *Genes. 2.* dixit, *faciamus ei adjutorium simile sibi :* sed Deus non potest esse Author illius quod est inhonestum, & illicitum: quòd verò Deus fuerit author matrimonij desumitur atiam ex asserto Christi *Matth. 19. quos Deus conjunxit homo non separet :* si igitur nullius mali culpæ potest Deus author esse, sequitur manifestè, matrimonium non esse illicitum, nec per se malum. 5

Tum quia Apostolus *1. ad Corinth. 7.* ait, *qui matrimonio jungit virginem suam benè facit*, & rursus: *si nupserit virgo non peccabit* hinc *1. ad Timoth. 4.* doctrinam contrarium vocat, *doctrinam dæmonum*, & ne quis diceret, matrimonium quidem licitum esse, sed copulam matrimonialem illicitam, subdit Apostolus *1. ad Corinth. 7. uxori vir debitum reddat, & uxor viro:* & *ad Hebraeos 13.* vocat *matrimonium honorabile conjugium, & thorum immaculatum.* Tum quia si matrimonium ex se foret illicitum culpanda asset Virgo mater, eò quia matrimonium contraxerit cum S. Josepho, imò & ipse Christus, qui interfuit nuptiis *Joan 2.* quod est hæreticum. Tum quia lequaretur, primos parantes antequam ederent de pomo vetito lapsos fuisse, cum antea jam fuerint conjuges, nimirum quando Adam dixit, *hoc nunc os ex ossibus meis.* 2

Ratio itidem naturalis hanc suadat varitatem: quia matrimonium ast madium proportionatum ad finem per sa bonum, & necessarium; proinde debet ipsum esse bonum elicitum, quia quæ ordinantur ad finem ab eodem desumunt suam honestatem. Quòd verò matrimonium sit medium proportionatum ad finem par sa bonum ex eo liquet, quia est medium ad propagationem humani generis, & ad procreationem filiorum, eo modo, quo dacat rationalam naturam. 3

Tum

4 Tum quia cui est bonum esse, est etiam bonum fieci, cum hoc sit propter esse, & actiones hauriant propriam bonitatem, vel malitiam à fine: atqui naturam humsnam esse, sine dubio est aliquod bonum juxta illud *Genes. 1. Vidit Deus cuncta, qua fecerat, & erant valdè bona*; proinde bonum est, quòd eadem natura fiat io singulis hominibus, & cum hæc fiac per usum matrimonij, sequitur manifestè, non solùm ipsum matrimonium in se, sed etiam ejus usum, licitum esse.

5 Tum quia genacace sibi simile est opus viventium natucalissimum, ut docet Aristoteles *2. de anima c. 4.* & quod est homini naturalissimum non potest esse illicitum, cum fuerit illi à Deo inditum. Non tamen inde sequitur, quemcunque carnalem concubitum viri tum fœmina etiam extra matrimonium esse licitum, cum pariter sit madium ad propagandum genus humanum: quia tametsi talis concubitus sit medium ad talem propegetionam; non tamen est medium accomodatum ad rectam procreationem, & educationam peolis, sicut est concubitus metrimonialis, ut docet D. Thomas *q. 63. art. 3. ad 4.* quinimò concubitus extra matrimonium potiùs obest, quàm prosit proli, quia ex eo quòd filius generstur ex vago, & libero scorto caret certo patre, proinde non est illi rectè provisum à parentibus in ordina ad debitam educationē, cum non sit genitus ex indissolubili aliqua, & necessaria obligetione parentum, ratione cujus possit idoneè ab ipsis educari: hinc homo genitus ex concubitu extra matrimonium non est genitus eo modo, quo decet hominem, ut pacer est, ad quem non solùm pertinet, ut sit pater, & det asse filio, ac nuttimentum, sed etiem ut det illi disciplinam, & ut patentes tesaurizant filiis, ut docuit Aristoteles *9. ethic. c. 11.*

6 Demum matrimonium ex eo avincituc licitum, quia non adversatur ulli legi: siquidem non est contra legem naturalém, cùm sit homini maximè naturele inire societatem, & ex fœmina socia generere prolem. Nec advetsatuc lagi divinæ, cum Deus fuerit author matrimonij, & in lege evangelica approbentur nuptiæ. Neque adversetur legi humanæ, quia hæc matrimonium non solùm approbat; sed etiam, solùm vocat eos legitimos filios, qui ax solo matrimonio nascuntur.

7 Neque obstat, matrimonium non esse sub præcepto, cum Christus impleverit totam legem, licèt matrimonium non contraxerit. Neque sub consilio alioquin darentur duo consilia sibi mutuò pugnantia, scilicet castè vivere, & uxorem ducete: ergo matrimonium non videtur laudabila, naque licitum, quia omne quod est licitum, aut bonum, cadit sub præceptum, vel consilium. Nem contra est, quia matrimonium revera cadit sub præceptum, tametsi non obligat omnes, & singulos, sad tantùm aliquos vagè ex tota coñunitate humani generis. Etenim quod cadat sub præceptum colligitur ex illis varbis *Genes. 1. & 9. Crescite, & multiplicamini.*

8 Tum quia naturam humanam esse, & conservari est bonum, & quidem necessarium, unde sicut tenentur homines comedere, & bibere, quando urget necessitas ad conservationem individui: ita tenentur matrimonio copuleri quando est necessitas ad conservationem speciei humanæ: imò à fortiori, cum necessitas conservationis speciei sit longè major, quàm necessitas conservationis solius individui; præsertim cum individuum sit propter speciem. Quinimò sub mundi exordio hoc præceptum obligavit omnes; adeo ut tenerentur metrimonium contrahere omnes, & singuli usque ad suffitientem propagationem, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 33. q. 3. a. 2. ad. 2.* Ratio autem cur nunc non obliget omnes, est, quia præteptum nubendi est affirmstivum, proinde non obligat pro semper, sed tunc tantùm quendo urget necessitas multiplicandi humanum genus.

Quòd si dicas, copulam carnelem separate à Deo, proinde ratione illius metrimonium non esse lititum: antecedens liquet, quia Deus *Exod. 19.* prætepit pupulo, ut se abstineret ab uxoribus, quando erat legem recepturus. Tum quia *ex c. connubia 33. q. 2.* ex D. Hieronymo dicitur, tempore contubitûs Spiritum sanctum non dari atiam si Propheta sir, qui officio generationis obsequitur. Tertiò quia *in c. vir cum propria 33. q. 4.* prohibetuc ingressus ecclesiæ ei, qui cum propria uxore dormivit, nisi priùs lotus esset aquê. Quartò quia usus matrimonij privat usu rationis, ut docet Aristoteles *7. ethic. c. 11.* ubi ait, neminem posse quidqusm de divinis percipera, quando mattimonio utitur. 9

Contra est, quia matrimonium catione sui usûs solùm separat à Deo secundùm actum contemplationis, & quie non est semper necesse, quòd homo contempletur divina, naque ad id obligatur per ullum præceptum: ideo si cesset à tali contemplatione, quando utitur matrimonio, non propterea quidquam mali operetur. Sicut homo duplicitac conjungitur Deo. Primò secundùm habitum gratiæ, & cheritatis; & secundò per actum contemplationis, & amoris: ita putest dupliciter à Dao separari: sed si seperetur priori modo per amissionem gratiæ, & charitatis peccat lethalitec; sin autem tantùm secundo modo se separet à Deo, non est peccecum, nec veniale, cùm non teneamur sempec divina contemplari, hinc ad illud *Exod 19* respondetur, tale consortium uxorum tempore legis accipiendæ fuisse prohibitum pupulo Judæco, eò quia tunc tenebantur ectualiter attendere Deo, & audire ejus præcepta. Ad secundum desumptum *ex c. connubia* respondetur, tempora concubitus non deri spiritum sanctum in ordine ed ectualem contemplationem divinorum; non verò, quòd tunc conjuges priventur donis Spititus sancti, & gratia sanctifieante. Tum quia præfatus textus, quem Gretianus refert ax D. Hieronymo non reperitur apud ipsum, sed tantùm apud Origenem *homil. in Numeros.* Ad tertium dasumptum *ex c. vir cum propria* respondetur, id fuisse prohibitum, non retione alicujus culpæ, quæ contrahatur in usu matri- 10

monij, ut expressè docet D. Gregorius *in d. c.* sed tantùm ingressus in ecclesiam sine prævia lotione fuit prohibitus, ut homo idoneè, & decenter tractet spiritualia: quia cum ratione actus matrimonialis contrahat homo saltem corporaliter quandam vanitatem, ideo consentaneum visum fuit, ut non nisi lotus coram Deo appareret, & quidem non anima tantùm, sed etiam corpore. Alij etiam respondent, fuisse præceptam præviam illam lotionem, quia quamvis actus matrimonialis absolutè, & simpliciter exerceatur absque ulla culpa, nihilominus ex humana fragilitate persæpe contingit, ut delectatio excedat limites rationis. Ad quartum respondetur, illam privationem nonnunquam præscribi etiam à recta ratione, ut in somno, in quo homo sopitus divina non contemplatur; & tamen talis privatio contemplationis nullâ inficitur culpâ, ut etiam carentia usus rationis: & ratio est, quia somnus licitus est, quia necessarius ad conservationem individui: sed etiam actus matrimonialis est necessarius ad conservationem speciei, proinde etiam licitus.

11 Quod verò ad Polygamiam pertinet, certum est, uxorum pluralitatem simul esse prohibitam jure divino, & lege evangelica, & desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. can. 2. si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum, anathema sit.* Hæc eadem veritas habetur etiam *in c. gaudemus de divort. & in c. licèt de sponsa duorum.* Lex autem divina, cui multinubium, seu pluralitas uxorum simul repugnat, desumitur ex scripturis: siquidem lex illa implicitè continetur in illis verbis *Genes. 2. masculum, & fœminam creavit eos, propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, ut docent ferè omnes Expositores præsertim D. Hieronymus in *Matth. 19. & lib. 1. contra Jovin.* Joannes Chrysostomus *homil. 63. in Matth.* & alij communiter *in c. 19. Matth.* ubi asserunt, ob hanc rationem non dici musculos, & fœminas in plurali creavit eos, sed *masculum, & fœminam*; nec subdit, & adhærebit uxoribus, sed *uxori*, & non dicit propter has relinquet patrem, & matrem, sed *propter hanc*, neque subdit erunt plurea in carne una, sed *duo tantùm.*

12 Præter hæc, eadem prohibitio habetur etiam in lege evangelica *Matth. 5. & 19. Marci 10. & Luca 16.* ubi Christus expressè declarat, eum, qui dimissa uxore etiam adultera aliam ducit, mæchari; & eum pariter, qui relictam ducit, mæchari, seu adulterium committere, ac invalidè contrahere: sin autem lege divina, & evangelica non prohibetetur hoc multinubium, seu hæc pluralitas uxorum, qui secundam duceret non contraheret invalidè matrimonium, quia non esset prohibitum plures simul habere uxores, ex quibus clarè constat, secundas nuptias vivente priori uxore prohibitas esse lege divina, & evangelica, & matrimonium initum cum secunda iovalidum esse.

13 Quòd si dicas, ex præcitatis textibus non prohiberi secundas nuptias retenta prima uxore, sed illa dimissa propter adulterium. Contra est, quia eatenus Christus asserit, contractum matrimonium cum secunda, dimissâ priori adulterâ esse invalidum, & adulterinum, eò quia prima dimissa non desinit esse uxor, nec desinit vir esse ejus maritus, quamvis cum ipsa non cohabitet: quapropter causa, cur matrimonium initum cum secunda sit invalidum, non est, quia vir dimiserat priorem adulteram; sed quia adhuc cum eadem perseverabat matrimonium, & est contra legem divinam, ac primi matrimonij institutionem contrahere cum secunda, si prior adhuc vivat, sive cohabitet cum marito, sive non. Imò fortiùs urget ratio, quando prior retinetur, & non dimittitur ut adultera, quia tunc gaudet jure uxorio respectu cohabitationis, quo caret uxor dimissa ob adulterium: unde multò magis prohibetur contrahere cum secunda, retenta prima.

Si dicas, secundas illas nuptias ideo fuisse adulterinas, quia contractæ fuerunt invitâ, & renitente priori uxore relictâ: at si retineatur prima uxor, & hæc consentiat, ut maritus contrahat etiam cum alia, tunc matrimonium est validum. Contra est, quia consensus uxoris non sufficit, nec requiritur, ut multinubium sit licitum, quia de facto cùm sit illicita Polygamia, quamvis uxor consentiat, non est licitum viro aliam ducere. Præterea etiam ante adventum Christi quando ex Dei dispensatione Polygamia erat licita, ut vir licitè contraheret cum secunda, non requirebatur consensus primæ uxoris; non enim David expectavit beneplacitum prioris uxoris, ut alias duceret: & quamvis de facto requireretur talis consensus expressus, adhuc ad id tantùm requireretur, ut secundum matrimonium non esset injuriosum, non verò ut non esset invalidum, quia ut non esset invalidum, sufficiebat sola divina dispensatio; ut autem non esset injuriosum requirebatur consensus primæ uxoris, ut docet D. Augustinus *lib. 16. de civit. c. 38.* 14

Polygamia igitur, seu matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus simul initum est contra primævam ejus institutionem, & jure naturæ invalidum, nisi divina dispensatio intercesserit, quia ex primæva institutione matrimonij facta ab authora naturæ in paradiso constat, illud esse tantùm unius viri cum una uxore: dicitur enim *Genes. 2. quamobrem homo relinquet patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una:* atqui si vir unus habeat simul plures uxores eodem tempore non sunt duo in carne una, sed potius dividitur in plures carnes, ut notavit Innocentius III. *in c gaudemus 8. de divortiis.* 15

Præterea quia pluralitas uxorum saltem adversatur fini secundario matrimonij, seu pacificæ cohabitationi conjugum, & gubernationi domesticæ, ubi enim sunt plures uxores, persæpe oriuntur dissidia, facillimè excitantur rixæ, alitur invidia, præsertim si una præ aliis à viro diligatur. Non solùm matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus simul initum est jure naturæ nullum, verùm etiam à fortiori matri- 16

trimonium unius fœminæ cum pluribus viris initum est contra primævam institutionem matrimonij, & jure naturæ est irritum: siquidem tale matrimonium repugnat fini primario matrimonij, adeo ut si matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus repugnat fini tantùm secundario matrimonij, seu pacificæ cohabitationi conjugum, matrimonium unius fœminæ cum pluribus viris repugnet fini primario matrimonij, seu ipsi generationi prolis; siquidem hæc incerta esset, cujusnam esset patris.

17 Tum quia ex comixtione plurium virorum cum eadem fœmina impeditur generatio prolis, qua ratione meretrices sterilescunt, neque prolem concipiunt. Præterea etiam adversatur fini secundario matrimonij, seu tranquillæ cohabitationi conjugum, quia ubi ejusdem corporis sunt plura capita, seu multi viri in eadem familia, facilè excitantur rixæ, & dissidia.

18 Hinc licèt in lege veteri Deus dispensaverit cum Patriarchis, ut unus vir plures posset fœminas ducere, nunquam tamen fuit dispensatum, ut una fœmina pluribus nuberet viris: quia nimirum matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus non ita repugnat juri naturali, & divinæ institutioni, ut perinde sit intrinsecè malum, ut blasphemia, perjurium; quapropter ex divina dispensatione potest tale matrimonium cohonestari, præsertim si necessitas urgeat propagandi humanum genus, ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. p. 2. c. 7. §. 3. num. 1.* siquidem matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus non est ex proprio suo objecto intrinsecè malum, sed tantùm ex adjunctis incommodis, quæ in quibusdam casibus possunt etiam cessare, vel aliis modis compensari: alioquin si matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus esset intrinsecè malum, ut mendacium, blasphemia, odium Dei, perjurium; nunquam potuisset à Deo dispensari, quia quod est intrinsecè malum, quamdiu perseverat ejus natura, semper est malum, & dissonum rectis regulis rationis; proinde directè repugnat juri naturali, & divino: & sicut Deus non potest velle contra suam voluntatem conformem regulis æternis: ita neque potest velle quod est intrinsecè malum: cùm igitur Deus in veteri testamento dispensaverit cum Patriarchis, ut plures uxores simul, & eodem tempore possent habere; sequitur, tale matrimonium non esse intrinsecè malum, quapropter ut notat Sanchez *disp. 80. num. 13.* hæc consuetudo ducendi plures uxores ab antiquis Patriarchis ad gentiles postea defluxit.

19 Hinc mulieres illæ, quæ in sacra scriptura *Genes. 25.* vocantur concubinæ, erant legitimæ uxores, & tantùm dicebantur concubinæ, eò quia non essent uxores primariæ, nec familiam gubernarent, neque eorum filij paternorum bonorum hæredes erant: sed ancillæ etiam post nuptias manebant, & tantùm admittebantur in legitimi tori societatem.

20 An verò Monogamia, seu unitas uxoris probari possit ex scripturis? Respondetur affirmativè. Primò ex illo *Genes. 2. relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ*, cùm Deus dixerit *uxori suæ* in singulari, non uxoribus, satis apertè innuit, præceptum monogamiæ, ut notavit Innocentius III. *in c. gaudemus 8. de divort.* Secundò ex D. Paulo *1. ad Corinth. 7. His autem, qui matrimonio conjuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari*: sin autem multitudo uxorum licita foret, non esset ratio, cur vir dimissâ uxore, vel non reconciliatâ, non posset aliã ducere: cùm igitur prohibeatur alteri nubere, satis apertè significat Apostolus, monogamiam esse de præcepto divino.

Quòd si dicas, Apostolum in præfato textu 21
tantùm loqui de muliere, & non de viro, & ex eo, quòd non sit licitum mulieri plures habere viros, non sequi, non esse licitum viro plures habere uxores: ratio enim discriminis est, quia unam mulierem habere plures viros est contra jus naturæ, non tamen unum virum habere plures uxores. Contra est, quia exinde tantum sequitur, esse dispensabile, quòd unus vir plures ducat uxores, sicut de facto Deus dispensavit cum veteribus Patriarchis antiqui testamenti; non verò quòd non sit prohibitum: Deus enim, qui legem condit, potest super legem dispensare.

Si dicas, nullibi in scripturis reperiri poly- 22
gamiam, seu matrimonium unius viri cum pluribus uxoribus, esse prohibitam, neque reperiri legem ullam divinam præcipientem unitatem uxoris. Respondetur, hoc esse præcipuum fundamentum, quo nituntur Anabaptistæ, & alij hæretici putantes pluralitatem uxorum simul non esse ulla lege divina præceptam, neque prohibitam, proinde omnino liberam. Unde ut satisfiat huic objectioni dupliciter potest intelligi, monogamiam non haberi in scripturis. Primò adeo ut absolutè non detur talis lex divina, & hoc est falsum, & hæreticum damnatum in Concilio Tridentino *sess. 2. can. 2.* ex quo convincitur, dari saltem legem evangelicam prohibentem Christianis pluralitatem uxorum simul. Secundò potest intelligi, quòd non habeatur lex divina expressè, & distinctè scripta in sacro codice verbis claris, & apertis, prout legem decet: & hoc verum est, quia nullibi habentur hæc formalia verba: *Nulli licet plures uxores habere:* quapropter etiam D. Thomas *in addit. ad 3. p. q. 65. art. 2.* docet, legem de unitate conjugij non esse humanitùs, sed divinitùs institutam, neque unquam verbo, aut scripto traditam, sed tantùm cordibus hominum impressam: ex quo deducit, Deum dispensâsse in tali lege cum Patriarchis veteris testamenti, quia qualis est lex, talis debet esse dispensatio legis. Hinc pluralitas uxorum non solùm prohibetur Christianis per legem evangelicam, verùm etiam ante Christi adventum prohibita fuit lege divina positiva, ut notat Scotus *in 4. dist. 33. q. 2. a. 2.* Idque desumitur ex *Genes. 2. Masculum, & fœminam creavit eos, propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* ubi SS. Patres com-

M 3

communiter ponderant; nôn dici creâsse masculū, & fœminas, sed fœminam in singulari, quia unam tantùm tradidit Adæ uxorem: neque dicitur adhærebit uxoribus, sed uxori: unde cum semper loquatur in singulari, Deus instituit monogamiam; ut etiam desumitur *ex c. gaudemus t. de divort.* ubi expressè habetur nulli unquam licuisse absque divina dispensatione plures habere uxores. Hinc D. Chrysostomus *homil. 56. in Genes.* ait, consuetudinem habendi plures uxores fuisse iniquam, ideóque à Christo abrogatam; & tantùm patribus antiquis licitam fuisse ex divina permissione.

23 Plures tamen in ea sunt sententia, ut putent, ante Christi adventum, nullam fuisse legem divinam positivam, quâ polygamia prohiberetur, & cujus dispensatione indigerent viri illius temporis, ut plures uxores ducerent, adhærent huic sententiæ Cajetanus *1. ad Timoth. 3. Marci 10. & Matth. 19.* ubi quamvis putet, illicitam esse polygamiam, asserit tamen, non reperiri in scriptura legem ullam divinam de unitate uxoris, Durandus *in 4. dist. 33. q. 1. n. 6.* Abulensis *1. Regum 1. q. 25.* & alij asserentes, nullam fuisse legem divinam positivam ante Christi adventum, quâ polygamia prohiberetur, & cujus propterea dispensatione indigerent homines ante Christi adventum, idque nituntur evincere authoritate sanctorum Patrum præsertim D. Hieronymi *epist. ad Oceanum*, & Augustini *lib. 22. contra Faustum c. 47.* & *lib. de bono conjugali. c. ult.* Verùm hi, & alij SS. PP. tantùm asseruerunt, Polygamiam nō fuisse interdictam lege ulla scripta, & per Moysem promulgata; & hoc verum est, quia de facto nulla reperitur talis lex: non verò asserverunt simpliciter, nullibi in scripturis reperiri saltem implicitè, & indirectè polygamiam prohibitam.

24 Alij etiam respondent, SS. Patres esse intelligendos ex suppositione divinæ dispensationis, quia eo ipso quòd Deus eum Patribus antiquis dispensaverit, non fuit contra legem plures uxores habere, quia lex de monogamia implicitè contenta in primæva conjugij institutione per contrariam dispensationem non retinebat suam vim.

25 Secundò nituntur, quia consuetudo non prævalet contra jus divinum; sed contra humanum *c. fin. de consuetud.* sed Jacob excusatur, eò quia quatuor uxores duxerit ratione consuetudinis *c. obijciuntur 32 q. 4.* quod est desumptum ex D. August. *lib. 22. contra Faustum.* Sed contra, quia consuetudo tantùm excusavit Patriarcham Jacob supposita divina dispensatione, ratione cujus talis consuetudo licita erat, unde quod polygamia in lege veteri, & naturæ licita foret, id non oriebatur ex consuetudine præcisè, sed ex divina dispensatione, quâ cum licitum esset uni viro plures ducere fœminas, sequebatur, quòd licita etiam esset consuetudo fundata in divina dispensatione.

26 Nituntur tertiò, quia Gregorius III. *in cap. quòd proposuit 32. q. 7.* concessit cuidam viro ducere secundam uxorem ob ægritudinem primæ: ex quo inferunt, polygamiam non esse prohibitam jure divino, quia Pontifex non potest dispensare in jure divino. Sed contra, quia Pontifex eatenus *in d. c. quod proposuit*, dispensavit, quia infirmitas primæ uxoris dirimebat primum matrimonium ob frigiditatem, & maleficium: unde si propriè velimus loqui, Pontifex non dispensavit, sed tantùm declaravit, priua matrimonium fuisse nullum ob impedimentum perpetuum impotentiæ ad copulam, sicut notavit Glossa *V. nubat.*

Nituntur quartò, quia unum jus divinum non contradicit alteri: sed lege divina veteri *Deut. 24.* permittebatur, ut si uxor fallax esset marito, posset illam dimittere, & aliam ducere: ergo non erat tunc alia lex divina, quæ prohiberet uxorum pluralitatem. 27

Sed contra, quia in lege veteri facto repudio primæ uxoris, per subsequens matrimonium cum secunda dissolvebatur primum matrimoniū; adeo ut vir non diceretur habere duas uxores: idque ex eo evincitur, quia non erat ampliùs licitum post repudium viro reconciliari primæ uxori repudiatæ. Cæterum quamvis divina dispensatio super pluralitate uxorum non fuerit facta verbis, nec scriptura, cùm expressè non habeatur in scripturis: fuit tamen facta per internam inspirationem, ut notat D. Thomas *in addit. ad 3. p. q. 65. a. 2. in corp.* Potuit hæc polygamia dispensari, quia pluralitas uxorum simul non est contra jus naturæ, quantum ad primarium finem matrimonij, quia non tollit, nec impedit primarium finem matrimonij, quem natura intendit, & est generatio prolis, quam polygamia non tollit, quia unus vir potest naturaliter, & facilè plures fæminas fœcundare, & ex ipsis liberos suscipere, eósque educare, proinde unum virum ducere simul plures fœminas non est contra primarium finem matrimonij, cùm potiùs juvet ad illius assecutionem. Tum quia si una conjux erit sterilis, altera erit fœcunda, & cum hac potest vir primarium finem matrimonij consequi. 28

Objicit tamen Menochius *de arbit. lib. 2. cons. 5. casu. 420. num. 46.* quia polygamia, seu matrimonium unius viri cum pluribus fœminis adversatur primo præcepto juris naturæ, nimirum quòd vir velit sibi, quod non vult uxori: etenim vir nullo modo vellet, quòd ejus uxor alteri viro nuberet; & cùm ipse ducat aliam uxorem, vult sibi, quod non vult uxori, quod est contra primum præceptum universalissimum juris naturæ, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Sed contra, quia ut docet D. Thomas *loc. cit.* illud præceptum juris naturæ, *quod tibi non vis, alteri ne feceris* debet intelligi servata proportione inter jura ipsarum personarum: siquidem Prælatus vult obediri à subditis, & tamen non oportet, quòd ipse velit suis subditis obedire: pari pacto licèt vir possit jure velle, quòd propria uxor non nubat alteri viro, non tamen ex vi illius præcepti juris naturæ oportet, ut ipse velit non accipere sibi aliam uxorem suppositâ dispensatione Dei: siquidem alia est habitudo viri ad uxorem, & alia uxoris ad virum, uxor enim subjicitur viro, & si duceret plures 29

plures viros, id præstaret contra finem primarium matrimonij; quia ex commixtione cùm pluribus viris perinde sterilesceret, ac meretrices; consequenter eum impediret generationem prolis, ageret directè contra finem primarium matrimonij: secus vir ex eo quòd plures ducat uxores, cum possit omnes fœcundare, tantùm abest, quòd impediat finem primarium matrimonij, ut potius faciliùs eum consequatur: unde est dispar ratio de viro, & muliere.

30 Posset tamen instari, quia adversatur juri primario naturali, hominem se obligare ad impossibile: hoc autem contingeret, si plures duceret fœminas: siquidem per matrimonium obligaretur ad reddendum debitum uxori petenti, & si plures simul peterent, non posset simul omnibus satisfacere, quia hoc esset ipsi impossibile, consequenter se obligaret ad impossibile, quod adversatur juri naturali primario.

31 Sed contra negatur antecedens, quia in tali casu tantùm ageret contra quartum finem matrimonij, seu contra remedium concupiscentiæ. Primus enim finis matrimonij est generatio, & educatio prolis, cui respondet primum, & præcipuum bonum, scilicet ipsa proles genita, & educata. Secundus est domestica societas, tranquilla cohabitatio, & communicatio operum, cui respondet secundum bonum, scilicet fides utriusque conjugis. Tertius, ut per matrimonium significetur conjunctio Christi cum Ecclesia, cui respondet tertium bonum, seu sacramentum collativum gratiæ. Quartus est vitatio fornicationis, quia post peccatum Adæ fuit institutum matrimonium etiam in remedium concupiscentiæ. Ex his finibus, primus, qui est præcipuus, & principalis convenit matrimonio hominis secundùm rationem genericam, quâ convenit cum cæteris animalibus. Secundus, & quartus finis conveniunt matrimonio hominis quatenus homo est, & à cæteris distinguitur animantibus. Tertius convenit homini quatenus est fidelis, seu Christianus; proinde non contrahitur ab ipsis, qui fidem Christi non profitentur.

32 Quamobrem licèt ratione quarti finis matrimonij teneatur vir [illegible]dere debitum uxori quotiescunque illa petierit, ut tollatur ei occasio fornicandi: non tamen ratione finis primarij tenetur reddere debitum, nisi solum quantum sufficit ad generandam prolem: & postquam mulier fœtum concepit, scortum non prodest ad procreationem, quinimò potius obest, ex quo liquet, pluralitatem uxorum non adversari fini primario matrimonij; sed tantùm secundario: hinc polygamia plurium uxorum simul est tantùm contra jus naturæ, quantum ad cæteros fines matrimonij, adeo ut non sit prohibita, nisi per secundaria legis naturæ præcepta: siquidem redditur saltem difficilis tranquilla, & pacifica cohabitatio viri cum pluribus uxoribus, sic Sara domi tolerare non potuit Agar *Genes. 21.* Rachaël invidebat Liæ propter fœcunditatem *Genes. 3.* ratio est, quia ea est vis amoris, ut mulier ita virum prosequatur, ut non ferat consortium in re amata, quòd si plures uxores tranquillam servarent cohabitationem sine dissidio, absque rixa, id non nisi per accidens esset. Adversatur etiam pluralitas uxorum tertio fini, seu significationi conjunctionis Christi cum ecclesia, & Verbi divini cum humanitate, quia hæc significatio omnino tollitur, cum Verbum divinum unam tantùm assumpserit humanitatem, & Christus uni tantùm ecclesiæ unitus fuerit. Impeditor etiam quartus finis, cum unus vir non valeat ita debitum reddere multis, ac pluribus æquè satisfacere, ac uni tantùm.

Cæterum ex divina dispensatione licitum fuit antiquis, plures habere uxores: id enim videbatur concessum *Deuter. 21. si homo habuerit duas uxores, unam dilectam, & aliam odiosam.* Etenim D. Thomas explicat de duabus simul. Tum quia *2. Regum 11.* dixit Deus David *dedi uxorem domini tui in sinum tuum.* sed Deus non est author adulterij, proinde David licitè plures sibi copulevit in matrimonium uxores. Tum quia nisi pluralitas uxorum licita fuisset, Patriarchæ veteris legis toto vitæ suæ tempore fuissent in peccato lethali retinendo perpetuò plures uxores, quod nequit dici. Tum quia nullibi in scriptura legitur, aliquem ex Prophetis reprehendisse hunc uxorum pluralitatem, licèt plures tunc vixerint, qui plures haberent uxores. Neque obstat, quòd Salomon *3. Reg. 10.* redarguetur, eò quia haberet plures uxores simul, & Lamech reprehendetur *Genes. 4.* eò quia fuerit bigamus. Nam contra est, quia Salomon non reprehenditur, eò quia simpliciter plures duxerit uxores, sed quia duxerit alienigenas contra legis prohibitionem *Deuter. 7.* & à quibus propterea cor ejus fuit seductum, & à vero Dei cultu, ac religione aversum: vel quia ita plures fuerunt uxores Salomonis, ut ipse, ut pluribus satisfaceret se ipsum minus potentem ad gignendem prolem constituerit, cum ex tot mulieribus unicum tantùm habuerit filium Roboamum, eò quia factus vir uxorius, & nimis effæminatus virilem deperdidit potentiam. Lamech verò ideo reprehenditur, quia omnium primus nupsit secundæ fœminæ, & quidem libidinis causâ, non divinæ dispensationis gratiâ. 33

Oritur tamen difficultas, quia jus naturæ est invariabile, ut liquet ex institutis de jure naturali, gentium, & civili, *sed & naturalia,* & ex jure canonico *dist. 5. c. Hæ qua:* unde sicut nunc non est licita pluralitas uxorum, quia est contra jus naturæ, ita non potuit esse licita in veteri lege. Sed contra, quia quamvis præcepta juris naturæ sint per se immutabilia, adeo ut manentibus eodem objecto, fine, & circumstantiis debitis non possint mutari: illia tamen aliquo modo mutatis, possunt, & ipsa præcepta mutari & quia in lege evangelica non mutatur finis, nec objectum, cum cesset urgens necessitas principalis finis matrimonij, qui est multiplicatio prolis, quæ desiderabatur tempore legis Mosaicæ, & ante ipsum temporibus Abrahæ in lege naturæ: ideo ratione hujus mutationis quoad finem primarium matrimonij, & circumstantiarum 34

tiarum Deus potuit dispensare, ut vir ad multiplicandam prolem plures posset uxores ducere, dummodo servaret semper virilem potentiam ad generandum: & quia nunc homines sunt valde multiplicati, ideo est contra legem naturæ habere nunc plures uxores, non ita prioribus illis temporibus, quia sicut Deus dispensavit, ut homines assequerentur primarium finem matrimonij in prole multiplicanda; ita supplebat aliis finibus, & bonis, quibus pluralitas adversatur uxorum, & propter cujus consecutionem lex naturæ præcipit monogamiam, seu uxoris unitatem. Deus enim per se continebat totam familiam in pace, & tranquillitate: & hoc non est mutare leges ipsius naturæ, sed tantùm materiam legis variatis circumstantijs rerum.

15 Juvat observare, quòd ea, quæ pertinent ad primaria juris naturæ præcepta sunt omnino invariabilia, adeo ut nullo unquam tempore, nullo cei eventu mutari possint, cujusmodi sunt illa prima principia: *bonum est faciendum*, & *malum declinandum*, ut ait Psalmista *declina à malo, & fac bonum*, ex ijs verò, quæ pertinent ad secundaria præcepta legis naturæ, cujusmodi sunt præcepta decalogi, quædam sunt omnino immutabilia, ut præcepta primæ tabulæ, & præsertim duo priora de uno Deo colendo, & per ipsum de non vanè jurando: tertium enim de sanctificatione Sabbathi, quia partim est juris naturalis, & partim juris positivi, ex qua parte est legis positivæ potest variari. Quædam verò sunt mutabilia, ut quæ cadunt sub præceptis secundæ tabulæ, quæ ad proximum pertinent, quia eorum materia mutari potest, si varietur finis, vel mutentur circumstantiæ. Quod potest tripliciter contingere. Primò si eorum materia adversetur bono communi, quâ ratione licèt sit juris naturæ depositum reddere Domino; rem alienam non accipere, neminem occidere, parentibus succurrere: nihilominus parentibus patriæ proditoribus opera pietatis justè denegantur; facinorosi occiduntur: aliena ab extremè indigente accipiuntur: arma deposita furioso Domino licitè denegantur.

16 Secundò si quæ sunt juris naturæ adversentur bono spirituali proprio, vel alieno: qua ratione pro confessione fidei tenetur quisque vitam exponere; & puero morienti ex charitate baptismum conferre, & si Parochus adfuerit tenetur ex justitia subditis sacramenta administrare, etiam cum propriæ vitæ discrimine: tametsi lex naturæ sit, vitam propriam servare. Tertiò si Deus per se ipsum velit illud bonum supplere, ad quod præcepta naturæ ordinabâtur, & hujus generis sunt unitas uxoris, perpetuitas conjugij. Quia cum recta ratio naturalis dictet, bonum omne spirituale esse præferendum bono corporeo, & privato; eo ipso quòd materia horum præceptorum cum bono corporali, aut spirituali variatis circumstantijs pugnat; repugnat etiam ipsum legis naturæ præceptum, quasi mutatum: quapropter quando duo juramenta sibi invicem adversantur, illud tantùm servandum est, quod expressiùs, & strictiùs obligat.

17 Ex dictis infertur, summum Pontificem in nullo casu posse dispensare in polygamia, ut unus vir plures uxores simul habeat, & multò minus ut una fœmina plures viros, eò quia id prohibitum sit, tum lege naturali, tum divina Christi *Matth. c. 19.* Idque ob mysticam significationem hujus sacramenti: siquidem significat conjunctionem Christi cum ecclesia, quæ est unica tantùm ob unam fidem, & unum baptismum. Cæterum dispensatio facta in veteri lege, ut unus vir posset plures fœminas ducere jam est sublata per Christum, qui reduxit matrimonium ad primævum statum, ut esset conjunctio unius viri cum una fœmina, adeo ut monogamia, seu matrimonium unius viri cum una tantùm fœmina, sit de jure divino, in quo non potest Pontifex dispensare. Hinc in lege evangelica etiam infidelibus est prohibita polygamia, adeo ut si convertantur ad fidem cogendi sint, ut solam primam uxorem retineant, aliis dimissis; eò quia jure naturali, & divino matrimonium cum pluribus uxoribus, vel viris sit irritum.

§. III.

An Matrimonium sit verum sacramentum.

Certum est, matrimonium in lege naturæ, & Mosaica non fuisse sacramentum, sed tantùm contractum merè naturalem inducentem utrinque obligationem: ratio est, quia matrimonium est tantum sacramentum novæ legis à Christo institutum, unde matrimonium in lege Mosaica non nisi impropriè, & laxè dici potest fuisse sacramentum, quatenus aliquo modo figurabat conjunctionem Christi cum ecclesia, ut notat Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 7.* In lege autem evangelica certum est de fide, matrimonium inter fideles initum verè, & propriè esse sacramentum conferens gratiam, ut docet D. Thomas *3. p. q. 42. art. 1. & 3.* Covarruvias *p. 2. c. 2. §. unic. num. 2.* Tum quia ita definitum fuit in Concilio Florentino decreto *de unione Armenorum tract. de sacrament.* & in Concilio Tridentino *sess. 7. can. 1. 7. & 8. & sess. 24. can. 1* & desumitur *ex c. [illegible] abolendam de hæret.* ubi Lucius III. multò ante, hanc declaraverat veritatem. Tum quia Apostolus ad *Ephes. 5.* expressè vocat matrimonium sacramentum: cùm enim dixisset Paulus: *propter hoc relinquet homo patrem, vel matrem suam, & adhærebit uxori suæ* (scilicet per conjunctionem matrimonialem) *& erunt duo in carne una*: postea subdit: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & ecclesia.*

Ratio hoc idem suadet, quia matrimonium verè & propriè est signum practicum rei sacræ sanctificantis contrahentes: proinde est verè, & propriè sacramentum, cùm à definitione ad definitum valeat illatio. Quod verò matrimonio conveniat vera definitio sacramenti ex eo liquet, quia est signum sensibile practicum causativum gratiæ, quam significat, etenim matrimonium significat rem sacram sanctificantem ipsos

ipsos conjuges, seu significat gratiam, qoa eorum animi uniuntur Deo, sicut ecclesia est unita Christo, quòd verò sir signum sensibile practicum, & causativum gratiæ, ex eo evincitur, quia plura inter conjuges occurrunt, quæ speciale donum gratiæ exigunt, ut mutua cohabitatio, perpetua operum communicetio, amor, fides vicissim servande, filiorum pia, & religiosa educatio: & cùm Deus non deficiat in necessariis illis, quæ debentur hominibus in aliquo munere, & officio ab ipso constitutis; dicendū est, Deum mediante matrimonio conferre gratiam, & auxilia, quibus conjuges juventur ad talea effectus præstandoa. Tum quia per matrimonium significatur conjunctio Christi spiritualia per gratiem, & cheritatem cum ecclesia, consequenter Deus instituit, ut per matrimonium spiritualis gratia conferretur contrahentibus, quia sine gratia nequit recta animorum conjunctio inter conjuges consistere.

2 Quamobrem matrimonium est signum rei sacræ, cum sit sensibile signum unionis Christi cum sponsa ecclesia per charitatem, & conserat grariem. Neque obstat, si dicas, ecclesiam non posse irritare sacramenta, eò quia sint de jure divino: & cùm ecclesia irritet matrimonium, non videtur hoc esse sacramentum. Contra est, quia Ecclesie, quando irritat matrimonium non intendit irritere secramentum, sed tantùm contractum civilem, eò quia fuerit clandestinus, vel non legitimè initus ob aliquod impedimentum; sublato, vel irritato contractu civili desinit ipsum sacramentum, quia cùm Christus voluerit adnectere rationem sacramenti contractui civili, ideo hoc sublato cessat ratio sacramenti; perinde ac cessante fundamento, cessat res fundata, & desinente subjecto desinit etiam forma.

3 Contractua eutem civilis potest irritari à legislatore, & Magistratu, & possunt etiam illi apponi conditiones, quibus non servatis ob bonum commune contrectus sit irritus, ac propterea cesset in illo ratio sacramenti, quia Christus tantùm contrectui licito, & epprobato à Legislatore, & ab Ecclesia epposuit retionem sacramenti; ideo quando contractus matrimonij non initur juxta formam præscriptam ab ecclesia, non est validus, nec illi adnectitur ratio secramenti; proinde quando Pontifex declarat, tele matrimonium esse irritum, propriè non irritat sacramentum, sed potiùs declerat, quòd sacramentum non fuerit adnexum tali contrectui ex institutione Christi, eò quia non fuerit contractua initus juxta formam præscriptam ab ecclesia.

4 An verò matrimonium sit unicus tantùm contractus, & Sacramentum, vel coalescat ex duobus contractibus partialibus. Non desunt, qui potant, esse duos contract... & duo sacramenta partialia, ex quibus coalescet unum totale secramentum metrimonij, esserentes, quòd si vir fidelis nobat fœminæ infideli talis contractua sit sacramentum in viro fideli, non ita in muliere infideli, in qua tantùm habet rationem contractûs civilis. Communior tamen, & verior sententia, cui adhærendum puto, est, matrimonium esse unicum tantùm sacramentum, & quidem simplex simplicitate opposita integritati essignatæ, quia temetsi in contractu matrimoniali requiratur duplex consensus, neuter tamen seorsim, & ut ab altero condistinctus habet rationem signi sacramenti, sicut nec retionem contractûs, proinde neuter seorsim ab alio est matrimonium, cùm hoc sit contractus civilis. Tum quia uterque consensus simul indivisibiliter significat unionem Christi cum ecclesie, & gratiam, quæ per hoc sacramentum confertur.

5 Cæterum sacramentum matrimonij ultimum obtinet locum, quia non ita purè, perfectè, sicut alia sacramenta ordinatur ad bonum spiritnale, siquidem gretia ab eo collata est in ordine ad bona temporalia, & ad onera matrimonij sustinende. Nihilominus secundùm quid dici potest cæteris præstantius, quatenus specialiter significat unionem Christi cum ecclesie, que ratione Apostolus *ad Ephes. 5.* vocat hoc sacramentum magnum.

6 Si dicas, matrimonium excedere alia secramenta simpliciter in retione signi, eò quia significet unionem Verbi cum humanitate, & Christi cum ecclesia, quæ est quid excellentius, quàm gratia hebitualis significate per reliqua sacramenta, proinde etiam in ratione sacramenti esse simpliciter excellentius cæteris, eum ratio sacramenti sit retio signi. Contra est, quia matrimonium duo significat, scilicet gratiam collatam conjugibos ad vitæ maritalis societatem mutuò peragendam; & conjunctionem Christi cum ecclesia, seu Verbi divini cum humanitete: ex quibus prior significatio est immediata, & essentialis matrimonio, ut sacramentum est, quia de ratione sacramenti est causare, quod significat; & matrimonium non causat unionem visibilem Christi cum ecclesia; sed tantùm causat gratiam: posterior verò significatio est mediata, quæ non pertinet essentialiter ad matrimonium, ut sacramentum est; siquidem ante Christi adventum matrimonium etiam significabat hanc unionem, & tamen non erat sacrementum, nisi valdè laxè ratione hujus significationis. Hinè quamvis matrimonium excedat alia sacramenta in significatione mediata non pertinente ad rationem sacramenti: exceditur tamen in significetiona immediata, in qua consistit essentia sacrementi: siquidem gretie significata, & collata per hoc sacramentum matrimonij est imperfectior.

7 Si dicas, matrimonium esse commonè baptizatis, & non baptizatis cum inter infideles verè, & propriè contrahatur matrimoniū, ut dicitur in *c. 4. & c. Gaudemus de divort.* ergo non videtur dicendum sacramentom, quia infideles sont capaces matrimonij, non ita sacramenti, quia solus baptismus est janue sacrementorum. Contre est, quia ot superiùs innuimus, matrimonium infidelium non est sacramentum, neque confert gratiam, ut communiter docent tum Theologi cum D. Thome, tum Cenonistæ cum Coverruvia *1. p. epit. c. 2. in princ. n. 4.*

8 Neque obstat, quòd *in d. c. Gaudemus* di-

tur, apud infideles esse sacramentum matrimonii: quia ibi non tenu sacramenti sumitur impropriè, quo pacto quodlibet signum rei sacræ, quamvis non conferat gratiam dici post sacramentum; & quia matrimonium etiam inter infideles initum, perinde ac in veteri lege significat unionem Christi cum Ecclesia, licet ab infidelibus talis significatio non intendatur, ideo in hoc sensu dicitur impropriè sacramentum, ut explicat Sotus *in 4. dist. 26. q. 2. art. 3. ad 4.* ubi etiam addit, matrimonium initum inter virum baptizatum, & mulierem non baptizatam esse sacramentum ex parte viri, eò quia sit capax subjectum sacramentorum, non verò ex parte mulieris infidelis, quæ tamen sententia à nobis rejicitur, quia matrimonium est unicus simplex contractus complectens per modum unius consensum utriusque contrahentis, qui propterea utrumque obligat: non enim consensus viri præscindendo a consensu mulieris est contractus, proinde nec potest esse sacramentum, cum hoc sit adnexum contractui, qui essentialiter dicit mutuum utriusque contrahentis consensum, adeo ut essentia contractus non possit præscindere ab hoc mutuo consensu, sicut non potest essentia hominis præscindere ab animalitate, & rationalitate simul: hinc cum præcitus consensus viri non sit mutuus consensus, nec est contractus, consequenter, neque sacramentum seorsim à consensu mulieris.

10 Videtur tamen urgere difficultas, quia pro contrahendo matrimonio etiam inter fideles offertur licitè pecunia, ut liquet in dote, & arrhis: unde matrimonium tametsi contrahatur inter fideles non videtur esse sacramentum, quia offerre pecuniam pro sacramento est simonia- cum.

11 Sed contra, quia pecunia non offertur pro contrahendo matrimonio, quatenus matrimonium est sacramentum, id enim redoleret simoniam, sed offertur pretium, quatenus est præcisè contractus humanus, & civilis præsuppositus ad rationem sacramenti, quapropter nullum inde sequitur inconveniens: siquidem licitum est etiam emere, & vendere materiam calicis consecrati; ut etiam licitum est conferre sti, endium sacerdoti pro celebratione missæ ad congruam ejus sustentationem: quamobrem non erit illicitum pacisci de dote pro celebrando sacramento matrimonij ad congruam sustentationem conjugum, modò non adsit intentio emendi, vel vendendi ipsam rem spiritualem, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 100. art. 2 ad 4.*

12 Quamobrem ex eo, quòd pro matrimonio contrahendo licitè offeratur pecunia, non sequitur, matrimonium inter fideles initum non esse sacramentum. Quia non datur ratione sacramenti, sed contractus civilis; nec datur pretium pro re spirituali, sed tantùm pro congrua sustentatione contrahentium. Tum quia certum est, sacramenta esse de jure divino, quod ecclesia non potest alterare, nec variare: & nihilominus ecclesia variavit matrimonium, ut liquet in clandestino matrimonio, quod ante Concilium Tridentinum erat validum, & post tale Concilium est nullum.

Id enim potuit ecclesia ob bonum publicum 13
præstare ad evitanda scandala, & plura, quæ contingebant, mala, & damna: quia matrimonium non fuit variatum ab ecclesia quatenus est sacramentum; sed ut est contractus humanus, & liber: cum enim fideles utpote subditi Ecclesiæ subjiciantur ejus potestati, & ecclesia habeat jus regendi, & gubernandi fideles in ordine ad bona spiritualia, ideo ad impedienda scandala, & plura mala, ac peccata, potuit adjicere contractui matrimonij hanc conditionem, ut validus non esset, nisi iniretur coram Parocho, & testibus, & juxta formam præscriptam ab ecclesia, idque ob bonum commune animarum.

Hinc cùm Christus adjecerit sacramentum 14
contractui matrimoniali inito inter fideles non utcunque, sed tantùm validè, & juxta formam præscriptam ab ecclesia, sequitur, matrimonium clandestinum non esse contractum validum, nec approbatum ab ecclesia; consequenter, nec esse eidem adnexum sacramentum. Ruelus etiam obligatio voti est de jure divino, & naturali. & tamen, quia votum sit voluntarie, potest ecclesia arbitrari circa habilitatem personarum, circa ætatem, & alias temporis circumstantias; quo pacto votum solemne religiosæ professionis, quamvis obliget de jure divino, & naturali, si tamen emittatur ante annum 16 completum ætatis nullum sortitur valorem, nec ullam inducit obligationem; quia ecclesia ob bonum commune imposuit tali religiosæ professioni conditionem, ut non nisi in tali ætate validè emittatur.

Posset tamen adhuc objici, quia de ratione 15
sacramenti est promovere fideles ad perfectionem vitæ spiritualis: & matrimonium potiùs à tali perfectione videtur retardare, ut ait Apostolus *1. ad Corinth. 7. qui nubit benè facit, qui non nubit melius facit:* sed si matrimonium sacramentum esset, melius esset non sacramentum, quàm sacramentum: quia non nubere ex Apostolo non est matrimonium, & est melius, consequenter si matrimonium esset sacramentum; non sacramentum esset melius, quam sacramentum, quod tamen est falsum, quia qui recipit sacramentum, recipit gratiam, vel augmentum ejusdem, & est quid melius, quam illam non recipere. Tum quia cum Christus valdè commendaverit virginitatem, & continentiam, non videbatur congruum, quòd elevaret matrimonium ad rationem sacramenti.

Sed contra est, ad primum respondetur, ma- 16
trimonium ut sacramentum non retardare a perfectione vitæ spiritualis, cum conferat gratiam: sed tantùm retardare, quatenus est status quidã imperfectus, in quo conjuges non solùm cogitant quæ sunt Dei, sed etiam quæ sunt mundi, studet enim unus conjux alteri placere, & ita eius mens divisa est, ut ait Apostolus *loc. cit.* Ad id, quod addebatur, quòd melius sit non nubere, quam nubere, respondetur, id verum esse, si comparetur status cum statu, quia cœlibatus est status liber, in quo potest homo liberiùs rebus divinis vacare: hinc si comparetur

status

status cum statu, melius facit, qui non nubit, quia in statu continentiæ potest pleniùs Deo inservire, ac proinde plus gratiæ accipere, quàm in statu matrimonij, quia commodiùs potest in statu continentiæ incumbere culturæ virtutum, & contemplationi rerum divinarum, quàm in statu matrimonij: secus si comparetur status cum sacramento, melius est sacramentum, quàm simpliciter status cœlibatûs, si consideretur sacramentum simpliciter ut sacramentum, quia per illud augetur gratia in quocunque statu suscipiatur, sive continentiæ, sive virginitatis: adeo ut etiam virgo, quando nuptias contrahit, novum suscipiat gratiæ augmentum, & quoad hoc melius facit, scilicet ratione sacramenti, non verò ratione status, cum eligat statum deteriorem: hinc cum Apostolus ait, quod qui nubit bene facit; & qui non nubit melius facit, id intelligendum est facta comparatione statûs cum statu, quia status cœlibatûs, continentiæ, virginitatis perfectior est, & melior, quàm status matrimonij, proinde licèt qui nubit, benè faciat, qui tamen non nubit, melius facit.

17 Ad id, quod addebatur, Christum commendâsse virginitatem, & continentiam, proinde non debuisse elevare matrimonium ad rationem sacramenti, respondetur, congruum, & consentaneum fuisse, quòd Christus institueret hoc sacramentum. Primò ut statum matrimonij commendaret, alioquin præsertim à Christianis contemneretur. Secundò quia matrimonium est status infirmorum post Adæ lapsum, proinde congruum erat, ut institueretur illis medicina, quæ spiritualiter conferret gratiam, ut conjuges ordinatè se haberent in usu matrimonij, & ut faciliùs fidem sibi datam servarent. Tertiò quia plura occurrunt in statu conjugij peccandi pericula, proinde conjuges indigebant speciali Dei gratia, ut etiam ad faciliùs onera matrimonij sustinenda. Quartò quia cùm matrimonium significet unionem Verbi divini cum humanitate; & Christi cum ecclesia, ideo conveniens erat, ut à Christo elevaretur ad rationem sacramenti.

18 Hinc matrimonium inter fideles baptizatos nunquam potest iniri sine sacramento, quia Christus elevavit contractum matrimonij ad rationem sacramenti, & inseparabiliter conjunxit rationem sacramenti cum ipso contractu matrimonij. Hinc si fideles intenderent matrimonium contrahere, ut nullo modo vellent sacramentum suscipere, nihil efficerent, quia unum ex Christi institutione connexum alteri non potest ab alio separari; propterea intentio non suscipiendi sacramentum elideret intentionem contrahendi matrimonium.

19 Hæretici tamen contrahentes matrimonium propter errorem speculativum, quo putant matrimonium non fuisse à Christo elevatum ad rationem sacramenti, quod propterea intendunt nolle suscipere, ita tamen ut velint contrahere eo modo, quo solent fideles, & Christiani, & juxta consuetudinem ecclesiæ Christi, adhuc censentur suscipere sacramentum; adeo ut tale matrimonium dissolvi non possit; cùm enim hæretici sint baptizati, sunt capaces hujus sacramenti, tametsi ratione hæresis, & peccati mortalis ponant obicem ejus gratiæ; adeo ut si Catholicus matrimonium contrahat cum fœmina hæretica, talis contractus verè sit sacramentum hoc solo discrimine, quòd in fœmina hæretica ob obicem hæresis, & peccati lethalis non producit suum effectum gratiæ, quem producit in viro catholico: sicut si matrimoniũ contrahatur inter virum catholicum in statu peccati mortalis, & fœminam catholicam in statu gratiæ; matrimonium est verum sacramentum, quamvis non producat suum effectum gratiæ nisi in sola fœmina, in qua non reperit obicem, & non in viro, qui ob peccatum lethale impedit, ne sacramentum in eo suum producat effectum gratiæ. Cùm enim ratio sacramenti ex Christi institutione sit inseparabiliter annexa matrimonio inito inter baptizatos, non potest ex privata, & peculiari intentione, vel errore contrahentium ratio sacramenti separari à contractu matrimonij.

Si quæratur quo tempore fuerit hoc sacramentum institutum? Respondetur, matrimonium in ratione sacramenti fuisse à Christo institutum, quando Christus *Matth. 19.* confirmando primam institutionem à Deo in paradiso factam, eam approbavit, & matrimonij inseparabilitatem præcepit dicens, *quod ergo Deus conjunxit homo non separet*: siquidem Concilium Tridentinum hoc idem colligit ex iisdem verbis, & censet, Christum instituisse hoc sacramentum, quando illa protulit *Matth. 19.* & hæc sententia præferenda est alteri asserenti, Christum instituisse hoc sacramentum, seu elevâsse contractum matrimonij ad rationem sacramenti, quando *Joan. 2.* interfuit nuptiis factis in Cana Galilææ, eò quia tunc approbaverit nuptias. 20

Tum quia nostra sententia ex eo videtur etiam præferenda, quia per verba, quæ Christus protulit *Matth. 19.* majorem indissolubilitatem dedit matrimonio, quia per illa verba exclusit libellum repudij, qui antea permittebatur Judæis, proinde elevavit contractum matrimonij ad rationem sacramenti, quia indissolubilitas hæc major, quam habet matrimonium apud Christianos oritur ex sola ratione sacramenti, ut habetur in *c. Gaudemus de divortiis.* Cæterum matrimonium præscindendo à ratione sacramenti fuit institutum ante peccatum in officium naturæ, ut genus humanum propagaretur, ut docet D. Thomas *3. p. q. 42. art. 2. in corp.* post peccatum verò fuit institutum in remedium concupiscentiæ, & demum in lege gratiæ hic idem contractus fuit elevatus ad rationem sacramenti. Quo verò tempore fuerit institutum matrimonium in officium naturæ ante peccatum D. Thomas *in 4. dist. 26. q. 1. art. 2. ad 4.* asserit, tunc fuisse primùm matrimonium institutum, & celebratum, quando Eva fuit eruta de costis Adæ, illique à Deo tradita. 21

Ratio est, quia ante formationem Evæ, Deus significavit necessitatem matrimonij, cùm dixit, 22

Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adjutorium simele sibi, unde faciendo hoc adjutorium, quod tradidit viro, instituit matrimonium, proinde ac in cœna consecrando panem, instituit Eucharistiam. Alij tamen censent, fuisse primum matrimonium celebratum, quando Adam dixit *Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis*, quasi consensum daret ad matrimonium contrahendum cum Eva. Aliis etiam placet, fuisse institutum immediatè matrimonium à Deo cum dixit *Genes. 1. Crescite, & multiplicamini.* Tametsi hæ sententiæ probabiles sint.

23 Nihilominus sententia D. Thomæ videtur cæteris præferenda. Quòd si dicas, Evam fuisse formatam dormiente Adamo, proinde non potuisse matrimonium cum illa contrahere, cùm ad matrimonium requiratur consensus liber, qui nonnisi in vigilia habetur. Respondet Victorie *relect. de matrim. num. 4.* matrimonium primorum parentum fuisse initum sine consensu contrahentium ex divine surhoritate. Verùm hæc responsio non placet, quia consensus conjugum est de intrinseca ratione matrimonij.

24 Alij ut satisfaciant difficultati, respondent, quòd tametsi Adam, quando fuit formare Eva, habuerit corporis sensus sopitos, mente tamen vigilavit, ut etiam asseritur in Concilio Coloniensi *c. 3.* quia sopor ille, quem Deus immisit in Adam tempore, quo ex ejus costa formavit Evam, propriè non fuit somnus, sed tantùm extasis, seu quidam raptus, qui non abstulit ab eo usum rationis: siquidem tunc fuit ipsi revelatum Mysterium incarnationis, quamvis pro tunc finem ignoraverit, eò quia proprium futurum peccatum adhuc illi nondum innotesceret, ut docet Augustinus *2. contra Manich. c. 13. & 3 super Genes. ad litteram c. 19.* unde cùm Adam tunc temporis uteretur ratione, ac mente vigilaret, potuit assentiri in formationem Evæ ex propria costa, & in conjugium, ac societatem cum illa. Verùm neque hæc responsio plenè satisfacit, quia ad matrimonium non sufficit solus internus consensus, sed ulteriùs requiritur, quòd expressè, & sensibiliter manifestetur per signum aliquod extrinsecum cadens sub sensus.

25 Unde exactiùs respondent alij, matrimonium primorum parentum fuisse institutum, & celebratum quando educta fuit de Adæ costa Eva; & è somno excitato Adamo, fuit Eva Adæ tradita à Deo, & Adam illam acceptavit, sicut & Eva acceptavit societatem Adæ, ut simul cohabitarent.

26 Post peccatum non fuit institutum matrimonium in remedium concupiscentiæ speciali aliqua institutione: sed illud idem matrimonium quòd antea institutum fuit in officium naturæ, perseveravit postea in remediũ concupiscentiæ ex vi prioris institutionis: siquidem neque ex scriptura, neque ex doctrina sanctorum Patrum constat, quando facta fuerit hæc institutio post peccatum. non enim dici potest, factam fuisse quando Deus *Genes 9* dixit ad Noe, & filios ejus *crescite, & multiplicamini.* Nam per illa verba non fuit facta ulla institutio matrimonij; sed Deus tantùm præcepit ejus usum, sicuti quando Christus *Luc. 22.* dixit discipulis suis: *Hoc facite in meam commemorationem*, non dicitur, tunc instituisse Eucharistiã, sed præcepisse ejus usum, & administrationem. Tum quia inde sequeretur: quòd copula carnalis inter conjuges fuisset illicita toto illo tempore interjecto à peccato Adæ ad exitum Noe de arca post diluvium.

Ex dictis constat, matrimonium esse sub præcepto cum fuerit institutum à Deo, & Deus illud præceperit *Genes. 1. & 9.* cùm dixit: *Crescite, & multiplicamini*: ratio etiam id suadet, quia naturam humanam existere, & conservari est bonum, & necessarium; & sicut homines tenentur ex præcepto naturæ comedere, & bibere, quando urget necessitas ad conservationem proprij individui; ita tenentur matrimonium contrahere, & prolem progignere, quando necessitas conservandi speciem humanam urget, siquidem necessitas conservandi totã speciem est procul dubio major, proinde magis obligat. Hinc in mundi exordio, & statu innocentiæ hoc præceptum obligâsset omnes, & singulos homines, si in tali statu permansissent, donec sufficienter fuissent homines propagati, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 33 q. 3. art. 2.* 27

Cæterum ratio cur hodie hoc præceptum non obliget omnes est, quia cùm sit præceptum affirmativum non obligat pro semper, sed solùm quando urget necessitas multiplicandi humanum genus.

Videtur tamen in contrarium posse objici, quia individua, quæ non sunt corruptioni, nec morti obnoxie, non multiplicantur per generationem, ut liquet in Angelis: sed homines in statu innocentiæ non fuissent interitui obnoxij: ergo non videbatur necessarium matrimonium, ut multiplicarentur per generationem, cùm Deus per creationem facilè potuisset supplere. 28

Sed contra est, quia licèt individua, quæ sunt ex natura sua incorruptibilia non multiplicentur per generationem, ut liquet in Angelis: alia tamen individua, quæ natura sua non sunt incorruptibilia, sed tantùm per gratiam, ac specialem Dei providentiam, exigunt quantum est ex intrinseca sua ratione multiplicari per generationem: & quia homines sunt ex natura sua corruptibiles, ideo exigebant multiplicari etiam in statu innocentiæ, si hic perseverâsset, per generationes: tum quia licèt in statu innocentiæ non fuissent morti obnoxij, fuissent tamen ad beatitudinem transferendi, quapropter exigebant homines multiplicari modo proportionato suæ naturæ, scilicet per generationem, ut parentibus in cælum translatis, filij in paradiso terrestri manerent, ut prædestinatorũ numerus compleretur, sicut fusè ostendit D. Augustinus *lib. 9. de Genes. ad litteram c. 3. & sequent. & lib. 14. de civit. c. 23. & seq.* 29

Post verò Adæ peccatum etiam obligavit usque ad sufficientem hominum propagationem, ut etiam post diluvium, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 26. q. 1. art. 2.* Neque inde sequi- 30

tur.

tur, quòd Abel peccaverit, cum uxorem non duxerit, sed perseveraverit in virginitate usque ad mortem, & maximè quia occisus fuit à Caino anno ætatis suæ 100. ut censent Genebrardus *in cronographia*, & Abulensis *tract. de optima politica. num. 25*. Nam non desunt, qui putent, Abelem duxisse sororem suã Abilam, ut asserit D. Epiphanius *contra hereses heres. 39*. Sed esto occisus fuerit innuptus, non inde sequitur, peccâsse Abelem, quia præceptum illud nubendi non obligavit statim nuptias contrahera, & Abel tametsi anno centesimo ætatis suæ occisus fuerit, nondum tamen senuerat, quia sub illis mundi initiis homines protrahebant vitam ad nongentos, & ultra annos; proinde ai supererat tempus, quo posset præceptum implere, & illud implevisset, nisi fraterna cæde occubuisset.

31 Quòd verò, nisi violenta fuisset, & præmatura morte occisus, uxori nupsisset, ac filios procreâsset, colligitur ex paraphrasi Chaldea *Genes. 4.* siquidem ubi latinè legimus *sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra* chaldaicè vertitur: *Vox sanguinis generationum, quæ à fratre tuo Abel erant derivandæ clamat ad me de terra*. An verò post Abrahæ tempora, adhuc hoc præceptum uxorem ducendi omnes, & singulos ex populo hebraico obligaret. Respondet D. Thomas *in 4. dist. 33. q. 3. a. 3. ad 2.* Abrahæ filios, & nepotes sub præcepto fuisse obligatos uxores ducere usque ad sufficientem fidelium illius populi multiplicationem, quia cum Deus elegisset Abrahæ posteros in suum populum, ea ratione, ut ab ijsdem speciali religione, & cæremoniis coleretur, ideo, ut populus ille multiplicaretur, & cultus Dei propagaretur, tenebantur filij, & nepotes Abrahæ uxorem ducere, perinde ac Adam sub mundi exordium, & ejus filij, ut etiam Noë filij post diluvium, quia non est minus necessarius cultus Dei, quàm speciei humanæ conservatio.

32 Cæterum facta sufficienti propagatione illius populi non obligabat hoc præceptum omnes, & singulos, ut docet D. Thomas *loc. cit.* siquidem cùm sit præceptum naturale, & affirmativum non obligat pro semper, sed tantùm in casu necessitatis, quæ non amplius urget semel facta sufficienti propagationa humani generis; non enim ex scripturis habetur hac de re præceptum ullum præter allegatum superiùs. Tum quia ex illo populo hebræorum plures fuerunt, qui sine peccato à nuptiis abstinuerunt ut Elias, Elisæus, Joannes Baptista, & alij, & S. Gregorius Nissenus *lib. de virginitate c. 19.* addit etiam Mariam Moysis sororem, quam laudat, eò quia virginitatem servaverit. Tum quia Judith vidua commendatur, eò quia vidualem servaverit castitatem, ex quibus apertè infertur, post factam sufficientem hominum propagationem hoc præceptum nubendi non amplius obligâsse omnes, & singulos. Demum quia *Isaia 56.* promisit Deus præmium spadonibus, iis scilicet qui voluntariè se abstinent à re uxoria, ut explicat S. Augustinus *lib de sancta Virginitate c. 23. & sequent. & lib. 14. contra Faustum c. ult.* Hinc Christus *Matth. 19.* eos vocat Eunuchos, eò quia se castraverint propter Regnum Dei: proinde non urgebat tunc præceptum nubendi, alioquin non fuisset laudabilis virginitas.

33 Obstant tamen duo textus, quorum primus habetur *Deuter. 7.* ubi Deus præcipit: *Non erit in te sterilis, & Exodi 23. Non erit infecunda, & sterilis in terra tua*. Sed contra, quia illis verbis non imponitur ullum præceptum, idque ex eo conijcitur, quia sterilitas non est in nostra potestate, quod erat necessarium, ut esset materia præcepti: unde præfati textus tantùm continent promissionem præmij, quod Deus erat daturus servantibus legem, ut nimirum non esset sterilitas apud illos tam in hominibus, quàm in gregibus. Si dicas, apud populum illum, statum matrimonij fuisse meliorem illo continentiæ, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 30. q. 2. art. 1.* eò quia matrimonium tunc ordinaretur ad incarnationem Christi, qui ex illo populo nasciturus erat, proinde præceptum nubendi omnes, & singulos obligavit. Contra est, quia etiam in lege evangelica status continentiæ est melior illo matrimonij, & nihilominus non tenemur omnes continere; unde è contra licèt in lege veteri status matrimonij fuerit melior illo continentiæ ob assignatam rationem, non tamen inde potest inferri, præceptum nubendi obligâsse omnes, & singulos.

34 Quòd si petas, an hoc præceptum nubendi vigeat in lege evangelica? Respondetur affirmativè, non tamen obligare pro semper, sed tantùm urgente necessitate. Quòd verò hac urgente obliget tale præceptum, ex eo liquet, quia sicut est naturale, tamdiu exigit durare, quamdiu natura ipsa durat. Tum quia nullibi legitur, fuisse revocatum, & cùm certum sit, aliquando extitisse, ideo etiam nunc debet existare, perinde ac natura ipsa. Quòd verò non obliget omnes, & singulos evincitur ex sufficiente hominum propagatione jam facta.

35 Neque ex eo, quòd cesset necessitas multiplicandi homines, sequitur cessare itidem ipsum præceptũ: quia licèt obligatio non duret, præceptum tamen semper perseverat in suo vigore, perinde ac manet præceptum dandi eleemosynam, tametsi non urgeat necessitas, eò quia non sint hic, & nunc pauperes, qui illa indigeant: quamvis enim non currat ejus obligatio, adhuc tamen manet ipsum præceptum: quia est natura cujusvis præcepti affirmativi, ut licèt semper obliget, non tamen pro semper, quod est idem ac semper manere, quamvis non semper obliget.

§. IV.

An matrimonium inter absentes initum sit sacramentum, & quid dicendum de matrimonio simulato, & metu extorto.

Matrimonium inter absentes potest contrahi per procuratorem, vel epistolam. Certum est, initum per procuratorem ante Concilium Tridentinum fuisse validum, ut desumitur ex *c. ult. de procurator. in 6.* ubi dicitur, 1

tur, quòd procurator ad contrahendum matrimonium debeat habere mandatum speciale; ex quo aolligitur, fuisse anta Tridentinum hoc matrimonium validum: & ratio etiam id suadet, quia cum Christus elevaverit matrimonium ad rationam sacramenti, non immutavit ajus naturam, proinda quidquid sufficit ad rationem contractus matrimonialia, sufficit etiam inter Christianos ad rationem sacramenti: & cum alij contractus ex sua natura possint contrahi inter absentes par procuratorem, ita etiam sacramentum matrimonij.

2 Verùm ut matrimonium validè aontrahatur per procuratoram tres requiruntur conditiones, quæ ponuntur *in d. c. procurator. 9. de procurat. in 6.* ubi Pontifax declarat, requiri, primò ut procurator ad contrahendum matrimonium loco alterius habeat speciala mandatum, & quidem aum eerta speciali quadam persona, quæ exprimatur in mandato. Secundò ut procurator per se ipsum hoc negotium agat, & non par alium substitutum, nisi fortassis hoa exprasè esset illi in mandato concessum: ratio, cur teneatur procurator per sa ipsum hoc negotium agere est, quia tunc censetur alecta industria personæ. Tertiò ut tempore intermedio mandatom non revocatur.

3 Hinc atiam post Concilium Tridentinum matrimonium contractum per procuratorem est validum in locis, ubi est receptum Concilium: ad id tamen requiritur, ut contrahentes suum consensum coram parocho, & testibus per suoa procuratores, veluti per suos interpretas exprimant; idque ex praxi, quæ servatur in ecclesia etiam inter Principes: quia Concilium Tridentinum solùm irritavit matrimonia clandestina, eò quia in facia ecclesiæ probari non possent, & ex talibus matrimonija plura oriabantur incommoda, scandala, & gravissima damna; siquidem postquam vir commoratus cum muliere fuerar per quatuor, val quinqua annos, & ax ea prolem susceperat, ab illa subinde separabatur, & nonnunquam aliam etiam ducebat, asserens cum prima non contraxissa matrimonium, sad eam tantùm habuisse domi, ut concubinam: & quia in foro externo mulier non valebat matrimonium probara, eò quia fuerit clandestinè initum; & inde scandala cum damno prolia susceptæ oriebantur; ideo Concilium Tridantinum ad hæc præcavenda incommoda statuit, ut atiam matrimonium contrahendum per procuratorem non nisi publicè, & aoram Parocho, & testibus aontraheretur, ut probari posset in facie ecclasiæ, quapropter Concilium non irritavit tale matrimonium, sed tantùm addidit formam illod contrahendi per Procuratorem.

4 Rursua procurator non est nacesse, accipiat mandatum coram Parocho, & tastibus, sed sufficit, ut isti sive ex litteris instrumenti, siva ex aliis sufficientibus indiciis cognoscant mandatum procuraturis in ordine ad matrimonium contrahandum, ut testari possint in foro axteriori matrimonium inter conjuges contractum essa.

5 An verò ad validè contrahendum matrimonium per procuratorem sit necessè, ut qui contrahit utatur ratione, quando fit contractus. Respondetur, id non esse necesse, sed sufficere, si fuerir compos rationis, quando liberè illud mandatū dedit, nac illud postea ravocaverit: unde si contrahens principalis dormiat, tunc quando initur contractus matrimonialis per procuratorem in loco dissito, adhuc axternus contractus procuratoris est vsrè liber, humanus, & validus; dummodo ipse procurator, quando nomina principalis actu contrahit, otatur ratione; quia non nomine proprio, sed principalis contrahantis, à quo mandatum accepit, contractum init; & quia mandatum à principali contrahente fuit ipsi libarè datum, ideo virtute ajusdem mandati liberè, & validè contrahit. Non ita si quis in ebrietate per sa ipsum immadiatè contraheret, quia tunc matrimonium asset invalidum, siquidam nihil ageret, tametsi anta intandissat matrimonium contrahara, quia rationa ebrietatis, ille externus contractus, qui in ebrietate initur, non est liber, nec humanus, proinde nullius valoris.

Quòd verò ad matrimonium per procuratoram initum attinet, an sit non solùm validum, sed etiam verum sacramentum. Respondetur, esse utrumque, scilicet validum, & etiam sacramentum: quia omne legitimum matrimonium inter fideles baptizatoa initum ax Christi institutione est verum sacramantum; Christua enim elevavit contractum naturalem matrimonij, ut sit sacramentum, adeo ut nil aliud requiratur in baptizatis nisi, ut legitimè contrahant juxta formam approbatam ab acclesia: quia Christus non cuilibet contractui matrimoniali apposuit rationam sacramenti, sad tantùm contractui valido, & approbato ab ecclesia; & quia matrimonium initum per procuratorem inter absentea approbatur ab ecclasia, & est contractus validua, dummodo serventur prærecensitæ aonditiones *in c. procurator. 9. de procurator. in 6.* 6

ideo aontractua matrimonialia inter absentea initus per procuratorem cum sit validus, & approbatus ab ecclesia, est verum sacramentum, quia Christua elavavit ad esse sacramentum omnem contractum validum, & approbatum ab ecclesia.

Et hoc est discrimen inter matrimonium initum per procuratorem, & matrimonium clandestinum, huic enim non est adnexum sacramantum, aò quia non sit validum, nec approbatum ab acelesia, cùm potiùa sit contra formam ab eadam præscriptam, non enim Christua elavavit ad esse sacramantum quemlibet contractum matrimonialem, sed tantùm contractum validum, & approbatum ab aclesia: & quia talis est contractus matrimonialia initus per procuratorem, est verum sacramentum, liaèt tale non sit matrimonium alandestinum. 7

Firmari etiam ex eo potast, quia juxta Concilia matrimonium, quod anta legem evangelicam erat merus contractua naturalia in lega evangalica est etiam sacramentum: atqui matrimonium, ut contractut, & ut sacramentum 8

est

est unum, & idem, & tantùm in ipso considerantur diversæ rationes, ac respectus, quatenus enim res sit vinculum est contractus naturalis; sin autem consideretur, ut elevatum à Christo ad significandam unionem Christi cum ecclesia per charitatem, dicitur sacramentum: unde si matrimonium ut est contractus naturalis potest iniri per procuratorem, poterit etiam ut sacramentum: ratio est, quia sacramentum non separatur à ratione contractus validi, & approbati ab ecclesia; quia Christus hunc contractum elevavit ad esse sacramentum: & quia matrimonium celebratum inter absentes per procuratorem in ratione contractus sortitur suum valorem, ideo est etiam sacramentum. Neque obstat, quod ineatur per procuratorem, quia procurator ipse non est minister, neque in ipso recipitur sacramentum, sed ministri sunt ipsi principales contrahentes.

9 Neque obstat, quod alia sacramenta non possint conferri absentibus; non enim absolutio sacramentalis impertiri potest absenti. Nam contra est, quia judicium externum potest institui inter absentes, quia personæ hujus judicij sunt distinctæ, cujusmodi sunt Actor, reus, & testis. Judicium autem in sacramento pœnitentiæ est internum, & occultum, in quo pœnitens est simul accusator, reus, & testis; & à præsenti dispositione pœnitentis dependet absolutio, quo fit, ut pœnitens per se ipsum immediatè teneatur se sistere huic tribunali, & per se ipsum immediatè suscipere absolutionem.

10 Præterea cum matrimonium sit contractus naturalis, sequitur naturam cæterorum contractuum, qui inter absentes celebrari possunt, proinde non repugnat matrimonio, quatenus est contractus naturalis, iniri inter absentes, sed Christus hunc contractum naturalem, & validum elevavit ad esse sacramentum: ergo tametsi contractus matrimonialis ineatur inter absentes, adhuc est verum sacramentum, sicut est validus contractus. Quod si dicas, hinc sequi, posse aliquem absentem non solùm dormientem suscipere sacramentum, sed etiam recipere gratiam ex opere operato, ac ministrare, ac conficere sacramentum. Respondetur, inde nullum sequi inconveniens, quia etiam alia sacramenta, ut baptismus, pœnitentia, extrema unctio possunt recipi à dormientibus, si cum vigilarent talia sacramenta petierint. Tum quia matrimonium secundùm communiorem sententiam non causat gratiam physicè, sed tantum moraliter, proinde licèt procurator sit, qui immediatè contrahat, & consensus principalium contrahentium elluxerint physicè, moraliter tamen censentur perseverare, ac operari, ut causæ morales.

11 Neque est inconveniens dormientem recipere gratiam, quia Minister operatur ex virtuali intentione, quando procurator init contractum juxta suum mandatum non revocatum: intentio principalis contrahentis alligatur tunc actioni procuratoris, adeo ut quando hic agit nomine principalis, iste intendat virtualiter hoc idem agere, quod procurator.

Quinimò potest etiam validè contrahi matrimonium per epistolam post Concilium Tridentinum, ut rectè notat Sanchez *lib. 2 de matrim. disp. 12. num 3.* quia sine urgente necessitate non est inducenda jurium correctio: & hic nulla urget necessitas corrigendi jus permittens consensum mitti per epistolam. Tum quia possunt tunc servari omnia, quæ requiruntur à Concilio Tridentino ad valorem matrimonij, ut si quis exprimeret in litteris, se non tantum de præsenti consentire in Lucretiam tanquam in ejus uxorem, verùm etiam ipsius vicissim consensum ex nunc acceptare pro illo tempore, quo Lucretia ipsum præstabit: deberet tamen tunc juxta formam ecclesiæ legi epistola coram Parocho, testibus, & Lucretia, quæ coram omnibus assentiretur, tunc enim Parochus, & testes haberent consensum per verba expressum à Lucretia, & consensum à viro expressum per litteras, proinde haberentur necessaria ad validitatem contractus, qui propterea esset verum sacramentum. Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 12. num. 3.* exhibet alium modum contrahendi validè matrimonium per litteras, ut si Cajus qui accepit epistolam à Lucretia, rescribat se accepisse litteras ab illa, in quibus de præsenti consentit in ipsum tanquam in maritum; & pari pacto se in ipsam consentire tanquam in suam uxorem, tunc si epistola legatur coram Parocho, & testibus, & coram illis Cajus consensum exprimat validum est matrimonium, quia constat Parocho, & testibus de mutua traditione, & acceptatione traditionis utriusque conjugis. 12

Verùm quia in scriptura possunt fieri errores, & æquivocationes. & potest etiam unus imitari characterem alterius, adeo ut vix cognoscatur, cujus propriè sit, ideo non nisi cautè procedendum esset in hisce matrimonijs per epistolas ineundis. Consultius ad removenda incommoda putârim adigere non unum tantùm ex contrahentibus, sed utrumque ad præstandum consensum coram parocho, & testibus, adeo ut si Lucretia, quæ moratur hic Monachij acceperit litteras à Titio commorante Viennæ Austriæ, in quibus consentiat de præsenti in Lucretiam in suam uxorem, debuerit priùs hunc suum consensum præstitisse Viennæ coram Parocho, & testibus, & postea misisse Monachium litteras ad Lucretiam in quibus significaret, se talem consensum non solùm scripsisse, sed etiam voce, & per verba expressisse coram Parocho, & testibus, quorum attestationes authenticas deberet etiam mittere ad Lucretiam; & hæc acceptas litteras, & attestationes in forma authentica deberet aperire, & legere, vel permittere ab alio legi coram Parocho, & testibus, & per vocem, & verba suum proprium itidem præstare consensum, nimirum se de præsenti accipere in suum maritum Titium commorantem Viennæ: & talem consensum etiam per epistolas mittere Viennam ad Titium cum attestationibus authenticis Parochi, & testium: tunc enim licèt absentes sine procuratore, per solas litteras validè contraherent absque peri- 13

culo

aulo erroris, & fraudis: & hujusmodi contractus esset validus, ac verum sacramentum.

14 Quòd verò ad matrimonium simulatum attinet, certum est, matrimonium fictè contractum cum muliere per verba de præsenti absque interno consensu ad illam esse deceptorium, nullúmque sortiri valorem. Hinc Innocentius III. declaravit, quòd qui verbis æquivocis, aut falsis decipit mulierem, & sine animo contrahendi matrimonium contrahit, eámque carnaliter cognoscit; revera non contrahit matrimonium ex defectu consensûs. Ubi tamen juvat observare, id tantùm valere in foro interno, & conscientiæ, quia in foro exteriori vix posset probari, tale matrimonium fuisse initum sina debita intentione.

15 In conscientia tamen non valet matrimonium, in quo alter contrahentium non consentit verè, sed tantùm fictè, & simulato animo, quià sine vero consensu matrimonium nòn subsistit, & simulatus consensus non est vatus *l. 30. ff. de ritu. nupt.* quod etiam verificatur in alus contractibus, unde in foto intarno conscientiæ, ac pœnitentiali, in quo nec testes tequiruntur, nec alia probatio, tale matrimonium est irritum: ut autem sit tale atiam in foro externo, eisent necessariæ probationes, & testes, quibus qui simulatè contraxit, probarat suam simulationem: alioquin cum exteriùs constet, se consensisse in matrimonium cum illa muliere, præsumitur verè consensisse, & non simulatè; proinde si non posset per probationes, & testes suam ostendere simulationem; teneretur iterum verè assentiri eidem matrimonio: alioquin posset quisque ut separaretur à sua conjuge, & aliam ducerei asserere, se non nisi simulatè contraxisse cum illa. Quamobrem in foro externo, nisi constet ax confessione utriusque conjugis, vel ex aliis argumantis, & conjecturis probari possit, hunc virum mulierem ignaram fictionis ipsius sibi in propriam uxorem desponsâsse, & carnaliter eam cognovisse, debet judicari in favorem matrimonij, & censeri illud fuisse validè contractum, eò quia contrarium exteriùs non evincatur.

16 Hinc qui contrahit matrimoniom simulatè, & sine consensu interno, non excusatur à peccato lethali, eò quia non solùm committit sacrilegium contra reverentiam sacramenti, sed etiam injustitiam ob gravem injuriam, quam infert alteri bona fide contrahenti: siquidem cùm in foro externo non possit probàri, alterum fictè consensisse in matrimonium, mulier decepta non permittitur aliud matrimonium inire, & compellitur continenter vivere, si deceptor nolit alium verum consensum præstare; & tunc obligatur ad compensandum damnum, quod deceptæ fœminæ accidit: hæc autem compensatio plerúmque non potest ad æqualitatem fieri, nisi qui simulatè contraxit, verum novum consensum præstet, quo matrimonium ratificet, ut docet Layman *lib. 5. tract. 10. p. 2. c. 6. num. 1.*

17 Dantur tamen casus aliqui, in quibus deceptor non censetur teneri ad matrimonium contrahendum, sed tantùm ad damnum illatum fœminæ deceptæ alio modo resarciendum. Primò si deceptor de facto cum alia matrimonium vero consensu contraxerit, quia matrimonium verum prævalet simulato, perinde ac veritas falsitati. Secundò si puella decepta se falsò jactaverit virginem, quia tunc una deceptio eliditur per aliam, ac veluti compensatur. Tertiò si deceptor sit in longè pinguiori fortuna positus, ac præexcellentiori dignitate insignitus: dummodo sub spe matrimonij carnalis copula non fuerit secuta, quia ex disparitate, potuit facilè puella conijcere, deceptorem non petiisse ab ipsa matrimonium, sed aliam satisfactionem. Quartò si ex tali matrimonio timeantur secutura scandala, & exitus infelices. Quintò si decepta cognitâ deceptione spontè recipiat aliam compensationem.

18 An verò, si mulier neget, se in matrimonium consensisse sit ei fides adhibenda. Rescripsit Honorius III, *c. consultationi 28 h. t.* mulieres quando veniunt cum sponsis ad benedictionem, & dicunt, se nunquam consensisse matrimonio, si sponsi legitimè probent contrarium cum idoneis testibus, non esse audiendas. Moris fuit, ut sponsus, & sponsa de præsenti ante consummationem matrimonij benedicerentur ante fores ecclesiæ; imò in quibusdam locis ante altare, quæ tamen benedictio non pertinet ad substantiam matrimonij, sed tantùm ad ejus solemnitatem. Quia verò fœminæ faciliùs mutant consilia, quam viri, ideo respondit Pontifex, non esse audiendam, si dicat, se non consensisse matrimonio, & ejus sponsus legitimè probet contrarium cum idoneis testibus, quia probatio in contrarium sponsi ast fortior, cùm nitatur testibus. Tum quia probatio, quàm pro se mulier adsert, non habet nisi se ipsam pro teste, & illa sponsi præter se ipsum habet plures alios, proinde utpote fortior est præferenda.

19 Tum quia coram testibus mulier non præsumitur falsò consensisse, & simulatè contraxisse matrimonium; nisi fortassis ex metu consensum dederit, & tunc idem Honorius rescribit, debere diligenter inquiri de tali metu, quia si revera fuisset metus cadens in virum constantem mulier esset audienda.

20 Pro quo juvat observare, metum gravem ad matrimonium contrahendum posse ex pluribus causis natoralibus intrinsecis, vel extrinsecis incuti, ut ex timore imminentis mortis, ex præsente morbo, vel ob pestem grassantem, aut periculum naufragij; vel etiam inferri potest à causa libera, ut ab homine; & quidem dupliciter. Primo directè eum intentione, & animo extorquandi ab altero matrimonium. Secundò indirectè ob aliam causam, ob qoam, qui metum patitur, adigatur ad matrimonium ineundum, ut si detrudatur in carcerem, ut matrimonium ineat cum filia detrudentis; tunc enim, ut se à carcere illo liberet, seu potiùs metu diuturnioris carceris matrimonium init. Uterque autem metus potest incuti, vel justè, ut si quis deprehensus cum aliqua in flagitio, eò quia timeat, justam delicti accusationem, pro-

mittat

mittat eidem nubere : vel injustè, ut si quis privatâ authoritate mortem alteri minetur, nisi matrimonium cum illo ineat, & hic metus incuti potest, vel à petente matrimonium, val etiam ab alio.

21 Jus tamen, quod dirimit matrimonium gravi metu initum, non innititur falsæ præsumptioni, adeo ut non sufficiat, si contrahens dicat, sa metu coactum matrimonium contraxisse simulatè, seu finxisse consensum : siquidem ecclasia in dubio semper præsumit pro valore matrimonij, ne fiat eidem injuria. Præterea quia ecclesia non præsumit aliquem deliquisse, nisi id legitimè probetur, quia semper præsumitur pro meliori parte, & fingere consensum ubi non deberet esse fictio, est mendacium, quod non supponitur ab ecclesia, nisi probetur. Cæterum matrimonium gravi metu initum ideo in utroque foro irritatur, quia adversetur tribus bonis aontentis in matrimonio, nimirum fidei, proli, & sacramento; etenim contrariatur sacramento, quia hoc significat coniunctionem Christi cum ecclesia, quæ facta fuit per liberum amorem, quo fit, ut matrimonium debeat etiam contrahi per liberum consensum. Secundò repugnat proli, quæ est finis matrimonij, quia qui coactè, & ex metu contrahunt, deficiente mutuo amore facilè separantur, & prolem non promovent. Tertiò repugnat etiem fidei conjugali, quia si unus conjux alterum non diligat, eò quia ex metu cum ipso contraxerit, facilè illum contemnit, quia ipsum non diligit, & faciliùs accedit ad alium contra fidem conjugalem.

22 Est autem matrimonium metu initum nullius veloris, si metus fuerit ab eo incussus, cum quo quis contrahere cogitur; ut etiam si à quocumque alio absque ipsius culpa, & scientia inferatur, quia eatenus metus matrimonium irritat, quia tollit liberum consensum, ut desumitur *ex c. cum locum 14. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, quòd si quæstio sit de matrimonio puellæ, & timeatur, ne metus, vel coactio inferatur puellæ ad consensum, judex debeat puellam constituere in loco tuto, & honesto ubi nihil timeat, donec causa absolvatur, & indagandus sit liber consensus ab ea; quia matrimonium fit libero consensu : atqui non minus tollit metus libertatem consensûs, siva par ipsum contrahentem, sive par alium inferatur; proinde non minus irritat matrimonium.

23 Prætarea quia jus non solùm in odium incutientis metum; sed præcipuè in favorem libertatis matrimonij irritavit matrimonium ax tali metu initum, ut desumitur *ex c. veniens 15. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, quòd qui contraxit sponsalia de futuro cum una, & deinde cum alia de præsenti, tenetur manere cum secunda, nisi cum prima rem habuerit, vel cum secunda ax metu cadente in constantem virum contraxerit : unde supponit Pontifex, talem matum irritare contractum, si tamen fuerit injustè incussus ad extorquendum consensum; tametsi contrahens culpa sua in talem se matum injecerit : ratio ast, quia culpa ex se directè non tendit ad metum incutiendum, ut notat Covarruvias *lib. 4. p. 2. c. 3. §. 5. num. 8.* alioquin si metus fuerit justè incussus matrimonium est validum, tametsi directè ad obtinendum consensum fuerit incussus sive à lege, sive à judice præcipiente, ut vir ducat puellam à se vitiatam sub spe matrimonij, & desumitur *ex c. litteris 10. h. t.* sive etiam incutiatur metus justè ab alio privato homine : quia tunc talis metus non tam infertur ab alio, quàm ab ipso patiente metum, qui culpâ suâ sponte dedit causam, ob quam posset ipsi talis matus incuti *l. si mulier 21 ff. de eo, quod metus causa.* si quis enim dicat stupratori puellæ, te accusabo nisi eam duxeris, non censetur, timorem illi incutere, sed potius timorem jam conceptum ex delicto extinguere, & docere eum modum se liberandi à tali metu, nubendo scilicet puellæ à se stupratæ. Tum quia quando quis justè metum patitur, se sponte in talem necessitatem injecit, proinde non adest causa, cur ipsi subveniatur.

Quin imò matrimonium initum ex metu injustè incusso, non tamen eo fine, ut extorqueatur matrimonium, sed ad rem aliam obtinendam suum sortitur valorem, sive metus procedat à causa naturali, siva libera, ut notat Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 12. num. 3.* quia tunc metum patiens non adigitur ad matrimonium ab eo, qui metum incutit : quia hic supponitur non petere, nec intendere matrimonium axtorquere : proinde à se ipso, & intrinseco movetur ad contrahendum, ac eligendum matrimonium ut medium ad sa liberandum ab aliquo imminente pariculo intentato ab eo, qui metum incutit. Quamobrem ut matrimonium per gravem metum cadentem in virum constantem sit irritum tres requiruntur conditiones, quarum prima est, ut metus sit incussus à causa axtrinseca, & quidem libera, seu ab homine. Secunda ut sit injustè incussus. Tertia ut ad eum finem fuerit incussus ut matrimonium contraheretur : purificatis hisce tribus conditionibus matrimonium est nullum etiam in foro conscientiæ. 24

Quòd si petatur, ex quo jure tale matrimonium per metum injustè incussum irritetur. Respondetur ex jure ecclesiastico, ut liquet ex communi Doctorum sententia, & Pontificum decretis, & ax continua praxi perpetuò servata in ecclesia. Hinc matrimonium imminentia mortis metu initum cum concubina est validum : quapropter si quis imminente naufragio, vel grassante pesta, vel urgente hoste in castris ad pugnam; vel ex morbo matrimonium cum concubina contrahat, eò quia timeat imminentem mortem, validè contrahit, quia talis metus non infertur ex causa extrinseca libera ad extorquendum matrimonium. Secundò validè etiam contrahit, qui assentitur matrimonio eò quia medici judicent, id esse necessarium ad vitam servandam, quæ aliàs ob humorum copiam periclitaretur, quia tunc metus provenit etiam ex causa extrinseca naturali non libera. Tertiò matrimonium initum etiam ab eo, qui in carcerem est detrusus suum sortitur valorem, si non animo axtorquendi matrimonium fuit in carce- 25

rem detrusus, quia talis metus non incutitur ad extorquendum matrimonium. Quartò videtur etiam matrimonium contrahit, qui ad mortem damnatus, ut se ab illa liberet, publicæ nubit meretrici, quam aliàs non duceret, quia tunc metus non incutitur ad ineundum matrimonium, sed ad declinandam mortem: quod etiam dicendum est de illo, qui imminente naufragio, vel grassante peste, vel urgente hoste ad pugnam, vel gravissimo morbo laborans concubinæ nubit.

26 Cæterum si mulier asserat se ex metu gravi contraxisse, tenetur probare non solùm ipsum metum, sed etiam illius qualitatem, scilicet fuisse metum, qui revera cadat in constantem virum, ut desumitur *ex c. consultationi 28. h. t.* ubi Honorius III. rescripsit, debere diligenter inquiri de tali metu, an revera sit cadens in constantem virum. Nihilominus quia mulieres sunt viris imbecilliores, & facilius ex quovis incusso metu flectuntur *argu. c. forus 10. in fin. de V. S.* ideo ratione inconstantiæ, & imbecillitatis ratio suadet, ut minor metus excuset fœminam, quàm virum, adeo ut ille idem metus possit in fœmina esse constans, qui tamen in viro non sit talis, quapropter Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 3. §. 4. num. 9.* monet Judices, non tam anxiè debere in muliere metum æstimare, quàm in viro, sed considerare potiùs quid fœmina constans faceret inspectâ naturali mulierum prudentiâ: siquidem metus aliquis fœminam compelleret etiam constantem ad aliquid præstandum; & nihilominus vir constans vix ex tali metu moveretur. Quis verò metus dicatur cadere in constantem virum tam respectu mulieris, quàm viri, Covarruvias *loc cit. c. 3. §. 4. num. 8.* censet, id esse relinquendum arbitrio prudentis Judicis, qui diligenter tenetur considerare, an vir prudens, & constans eligeret potiùs agere quod ex metu fit, quàm periculum subire, quod imminet.

§. V.

Quænam sit materia, & forma sacramenti matrimonij.

1 Certum est, sacramentum matrimonij, perinde ac alia, constare ex materia, & forma, quibus intrinsecè coalescit, ut desumitur ex Concilio Florentino *in decreto de unione Armenorum tit. de sacrament.* ubi postquam definivit, sacramenta novæ legis numero septennario compleri, subdit, hæc omnia sacramenta tribus perfici, scilicet materia, forma, & persona ministri. Contrarium tamen videtur sentire Durandus *in 4. dist. 26. q. 3.* quia Christus Dominus, vel ecclesia determinavit materias, & formas sacramentorum, si quæ sint: atqui neque à Christo, neque ab ecclesia materia, & forma matrimonij determinantur, quia neque ex scripturis, neque ex traditione ecclesiæ, neque ex doctrina sanctorum constat, quænam sit materia, & forma hujus sacramenti. Idque ex eo firmat, quia Concilia Florentinum, & Tridentinum assignant materias, & formas cæterorum sacramentorum, non ita hujus sacramenti matrimonij, ex quo infert, non constare materia, & forma. Sed contra quia tametsi specialiter non assignetur ab ecclesia materia remota, & proxima, nec forma hujus sacramenti, assignatur tamen genericè, eò quia ecclesia declaraverit matrimonium perinde ac alia sacramenta coalescere ex materia, & forma, tametsi reliquerit disputationi Theologorum inquirere, quænam in particulari sit materia remota, quæ proxima, & quæ forma hujus sacramenti.

Tum quia ecclesia quamvis determinet materiam proximam baptismi esse ablutionem; adhuc tamen reliquit sub dubio, an sit ablutio actio ex parte baptizantis, vel ablutio passio ex parte baptizati, vel quid abstrahens ab utraque. 2

3 Hinc ad aliud, quod addebat Durandus Concilia Florentinum, & Tridentinum exprimere materias, & formas aliorum sacramentorum, non verò matrimonij, respondetur, ecclesiam exprimere determinatè materias, & formas cæterorum sacramentorum, eò quia cætera sacramenta quoad materiam, & formam fuerint à Christo inventa, & instituta, secus quia sacramentum matrimonij est contractus civilis, humanus, elevatus ex Christi beneplacito, & institutione ad esse sacramentum, & quia ut contractus præsupponebatur ad talem institutionem, seu elevationem ad esse sacramentum, & Christus noluerit quidquam immutare in ipso contractu, neque in materia, neque in forma; ideo sicut antequam elevaretur talis contractus à Christo ad esse sacramentum controvertebatur inter Doctores, quænam esset materia, & quæ forma talis contractûs: ita post ejus elevationem ad sacramentum perseverat apud Doctores eadem difficultas, quapropter ecclesia supponit hoc sacramentum habere materiam, & formam, quam habet in se contractus juxta opinionem Doctorum.

4 Quamobrem dicendum est, materiam remotam, & circa quam, hujus sacramenti matrimonij esse ipsa corpora contrahentium, quia perinde corpora se habent in matrimonio, sicut aqua in baptismo, & peccata in sacramento pœnitentiæ; quia sunt materia remota, circa quam versatur sacramentum matrimonij, siquidem mutua traditio, & acceptatio versantur circa corpora contrahentium, quæ propterea sunt materia remota hujus sacramenti. Quòd verò ad materiam proximam, & formam attinet, dicendum est cum D. Thoma *in 3. p. q. 42. art. 2. ad 1. & 2.* materiam proximam esse ipsam traditionem corporum: & formam esse mutuam acceptionem verbis, vel aliis signis sensibilibus expressam; adeo ut verba, seu signa exprimentia consensum mutuum utriusque conjugis sint mutuò materia proxima, & forma. Secundùm diversas rationes.

5 Pro quo juvat observare, quemlibet contrahentium consensum, verbis, aut aliis signis sensibilibus expressum duos includere respectus, scilicet consensum viri respectu consensus fœminæ, & similiter consensum fœminæ respectu

con-

consensus viri : primus respectus est treditio proprij corporis in potestatem alterius : secundus est acceptio treditionis ab altero facta, adeo ut cum vir dicit, accipio Lucretiam in meam conjugem duo exprimat, quorum primum est consensus, quo vir tradit suum corpus uxori, & secundum, quo acceptet corpus uxorie vicissim sibi ab ea traditom; sicut enim quendo fœmine dicit, accipio Cajum in meum maritum, etiam ipsa tradit snom corpus marito, & accepte similiter corpue mariti sibi ab illo traditum, ideo verbe seu sigoa sensibilia exprimentia consensum mutuum utriusque conjugis, prout habent rationem treditionis, quâ unus conjux tradit suum corpus alteri, & vicissim elter alteri, seu vir fœminæ, & fœmina viro habent rationem materiæ proximæ : quatenus verò hæc eadem verba, seu signa sensibilia habent retionem acceptionis corporum treditorum sunt forma hujus sacramenti : adeo ut eedem verbe, & signa sensibilia, quibus conjuges utuntur, prout significent traditionem mutuam corporum sint materia proxima; pro ut verò significant acceptationem corporum traditorum sint forme : vir enim per talis verba, vel signs non solùm se tredit mulieri, sed etiam acceptat eam in uxorem : hoc pacto clerè explicatur materia remota, & proxime, & etiem forme hujue secrementi, quod cùm sit quid sensibile, sicur alie sacramenta, debent ejus materia, & forms esse similiter sensibilia : & præter verba, vel signa sensibilia exprimentie consensum mutuum utrinsque conjugis, non assignatur quid aliud sit sensibile in ordine ed constituendum hoc sacrementum in esse sensibili.

6 Tum quie in aliis contrectibue bumanis ectus sensibiles, & externi contrahentium hebent mutuò rationem materiæ, & formæ, proinde etiam in contractu civili metrimonij, cùm Christus non immutaverit neturam hujus contractus, quando eum elevavit ad retionem sacrementi : quòd verò actus externi contrahentium in aliis contractibus humanis habeant retionem materiæ, & formæ, liquet in contrectu emptionis, & venditionie, in quo contrectu ectus ementis est simul materia, & forma respectu actûs vendentis : siquidem contractus emptionis, ut est treditio pecuniæ habet rationem materiæ determinabilie per acceptarionem vendentis, & ut est ecceptetio equi traditi à venditore habet retionem formæ; & idem dicendum de actu vendentis quatenue est treditio equi est meteria proxime, & quetenus habet rationem acceptionis pretij, est forma; ita à pari in matrimonio verba, seu signa sensibilie exprimentia mutuum consensum utriusque conjugis habent rationem materiæ proximæ; quatenus sunt traditio torporum : & habent rationem formæ, quatenus sunt ecceptatio traditionis corporis.

7 Ratio itidem est, quie illud in quocunque contractu est materia proxima, quod habet rationem indetermineti, & imperfecti : illud verò forma, quod habet rationem determinantis, & perficientis, est enim proprium formæ determinare materiam ex se indeterminabilem, & illam perficere, & coarctere in tali particulari specie : sed consensus verbis, vel aliis signis sensibilibus expressus, per quem fit traditio corporom; seu ipsa mutua traditio corporum verbis, vel aliis signis expressa, & ratione cujus quilibet conjugum tradit alteri potestatem sui corporis entequam acceptetur est ex se imperfecta, inefficax, & indeterminete, & potest esse valida, vel irrita : quamvis enim fœmine tradat potestatem sui corporis viro, non statim habetur contractus matrimonij, quia telis traditio potest fieri etiem sine intentione contrahendi metrimonium, accedente autem acceptatione ex parte viri, & supposita etiam traditione sui corporis facte mulieri, & ab illa vicissim ecceptata cum intentione contrahendi matrimonium, talis treditio per hanc acceptationem determinatur ed esse contractum matrimonij : ex quo liqnet, traditionem corporum in hoc contractu matrimoniali esse materiam proximam cum ex se sit quid indeterminetum, & imperfectum : & quia per acceptationem determinatur, & perficitur, ideo acceptatio est forma, quæ determinet, perficit, ac dat esse materiæ. Hinc integra materie hujus sacramenti est mutua traditio utriusque conjugis, & integra forma est utriusque mutua acceptatio, adeo ut ex traditione, & acceptatione complcetur integrum sacramentum in esse sensibili.

8 Videtur temen contre hanc explicetionem urgere alique difficultes, quia Concilium Florentinum *loc. cit.* ait, consensum contrahentium verbie expressum esse causam efficientem matrimonij, proinde non videtur, quomodo telis consensus possit esse meteria proxime, & forma hujus sacramenti, quia ut docet Aristoteles *2. physicorum*, causa efficiens non potest coincidere cum causa materiali, & formali, quia efficiens est cause extrinseca; & causæ meterialie, & formalie sunt causæ intrinsecæ.

9 Sed contra, quia quando Concilium dixit, consensum mutuum esse causam efficientem matrimonij, non sumpsit metrimonium pro contractu, qua ratione est sacramentum : sed tantùm pro vinculo indissolubili, quod ex tali contrectu resultat; & hoc vinculum sumendo effectum pro causa vocari etiam solet matrimonium. Quòd si urgeas, Concilium Florentinum esserere, secramente constere rebue, & verbis, nimirum rebus ut materia, & verbis ut forma, proinde verba in matrimonio non posse habere rationem materiæ. Contra est, quia ut sacramenta dicantur constare rebus, & verbis, non est necesse, ut res non sint verba, nec verba res; sed sufficit, si aliquid gerat munua rei, tametsi sit verbum : & vicissim quòd aliquid fungatur vice verbi, licèt sit res; in sacramento pœnitentiæ potest contingere, quòd nullæ aliæ sint res sensibiles, nisi sola verba, ut si pœnitens non habeet sensibiliter nisi peccata oris; tunc enim meterie remote sacramenti suni sola verba. Præterea potest contingere ut non ostendat signa dolorie nisi solis verbis : siquidem lachrymas elicere, suspirie edere, pectus percutere, & alia id genus non sunt de essentia sa-

cramenti, quod solùm exigit, ut pœnitens manifestet sua peccata, & dolorem internum, ac voluntatem satisfaciendi: quomodocunque id præstet sive signis, sive verbis; quòd si solis verbis id faciat materia proxima hujus sacramenti sunt sola verba.

10 Verùm quia tunc peccatum oris non est materia remota confessionis, ut præcisè est verbum, sed sub ratione, quâ est peccatum, quæ est ratio distincta à ratione verbi præcisè sumpti; ut oec etiam confessio est materia proxima sacramenti pœnitentiæ, ut præcisè est quædam locutio, sed ut est actio pœnitentis; ideo verè dicitur, quòd materia sacramenti pœnitentiæ sint res, & non verba: pari pacto in sacramento matrimonij fieri potest, ut constet solis rebus, nimirum si exprimantur consensus interni per nutus, & litteras; vel etiam solis verbis absque aliis rebus sensibilibus, nutibus, signis, vel litteris; & in utroque casu sacramentum matrimonij dicitur constare rebus, & verbis, quia si solis verbis contrahatur, hæc vicem gerunt materiæ, quatenus habent rationem traditionis, & tunc dicuntur res; & habent rationem formæ sub formalitate acceptationis, sub qua ratione dicuntur forma: & ita dicendum, si matrimonium contrahatur solis signis.

11 Videtur tamen contra hanc sententiam urgere difficultas, quia eatenus verba seu signa sensibilia exprimentia mutuum internum consensum utriusque conjugis sunt materia hujus sacramenti sub ratione traditionis, eò quia hujusmodi traditio sit indeterminata, & incompleta ex natura sua complenda, & determinanda per ipsam acceptationem, quæ propterea vicem gerit formæ; sed id non videtur verum, quia quilibet consensus viri, aut mulieris etiam seorsim sumptus est ex natura sua determinatus ad rationem consensûs conjugalis; proinde ratione indeterminationis nequit vicem gerere materiæ, cùm id tantùm habeat rationem materiæ, quod ex natura sua est indifferens ad multa, & exigit determinari per formam. Sed contra quia neuter consensus seorsim sumptus, & secluso ordine ad consensum alterius potest dici determinatus determinatione in actu secundo, sed tantum in actu primo: seu est determinatus in potentia proxima, non verò actu. Quia ut determinetur actu ad talem specialem consensum, scilicet matrimonialem, necesse est, quòd alter sponsus etiam consentiat, & acceptet consensum primi; & per acceptationem determinatur consensus primi, ut habet rationem traditionis sensibilis ad contractum, & consensum matrimonialem: etenim si Titius velit Lucretiam ducere, & exprimat ipsi suum consensum per signa extrinseca, quamvis consensus sic expressus sit determinatus in ratione consensus coniugalis in actu primo, vel in potentiâ proxima; non ita in actu secundo, quia est quasi suspensus, & conditionatus implicitè, quia semper intelligitur, si Lucretia etiam consenserit, unde donec adveniat consensus Lucretiæ, & quæ propterea acceptet consensum Titij volentis se tradere in maritum Lucretiæ, talis traditio Titij est indeterminata, & incompleta, & solùm determinatur per acceptationem Lucretiæ, quæ acceptatio proinde vicem gerit formæ; & traditio facta à Titio habet rationem materiæ: è converso traditio quâ Lucretia per consensum se dat in uxorem Titio, est materia in actu primo, & potentia proxima; & si acceptetur à Titio, transit de actu primo ad secundum, quia determinatur per acceptationem Titij, quæ proinde vicem gerit formæ. Neque obstat, si dicas, inde sequi, idem respectu ejusdem posse habere rationem materiæ, & formæ, proinde posse esse formam suæ formæ, & materiam suæ materiæ, seu causam, & effectum respectu ejusdem. Nam contra est, quia non est inconveniens, duas res materialiter sumptas, se ipsas in eodem genere causæ determinare secundum tamen diversas rationes: quia etiam in relativis unum determinat, & specificat aliud; & vice versa determinatur, ac specificatur ab eodem, sic filius determinat patrem in esse patris, & pater filium in esse filii, quia sine filio non esset pater, nec sine patre filius.

Idque liquet etiam in absolutis, ut in numero 12 binario, etenim eadem unitas, quæ respectu alterius habet rationem materiæ, habet etiam rationem formæ; cùm nulla sit ratio, cur potiùs una, quàm altera habeat rationem primæ, aut ultimæ, cùm possit quis ab unaquaque unitate incipere numerare binarium; quamobrem non est inconveniens, quòd idem consensus expressus per signa sensibilia secundum diversas rationes fungatur munere materiæ, & formæ.

An verò probabilis censenda sit sententia 13 asserentium, materiam matrimonij esse solum mutuum consensum contrahentium, & formam verba, seu signa externa exprimentia ipsos consensus? Respondetur, huic sententiæ adhærere plures Jurisconsultos, & Canonistas cum Glossa in *c. tua nos de sponsal.* Abbas *ibid. num.* 10. Baldus *in Rubric. ff. de justit. & jure.* eo nitentes fundamento, quia Concilium Florentinum asserat, res esse materiam hujus sacramenti, & verba formam. Verùm nisi aliter modificetur hæc sententia, si simpliciter asserat, consensum purum internum esse materiam hujus sacramenti putâtim, id esse falsum, quia æquè materia, ac forma sacramenti debent esse quid sensibile, cùm sacramentum sit signum sensibile: atqui internus consensus præcisè sumptus non est quid sensibile, proinde non videtur posse vicem gerere materiæ sacramenti sensibilis.

Si dicas, in sacramento pœnitentiæ contritionem, quæ est insensibilis, & spiritualis vicem gerere materiæ, proinde non esse inconveniens, quòd consensus internus in sacramento matrimonij vicem gerat materiæ. Contra est, quia sola, & præcisa contritio cordis, cùm sit actus internus virtutis pœnitentiæ non est materia sacramenti pœnitentiæ, sed solùm cum addito, hoc est, quatenus manifestata per confessionem externam, quæ constituit per accidens sensibilem ipsam internam contritionem; adeo ut contritio non ut præcisè, & simpliciter est 14

actua

actus internus, sed ut est manifestata per confessionem externam, fit materia sacramenti pœnitentiæ. Si urgeas, etiam consensum internum utriusque conjugis fieri sensibilem per accidens, eò quia manifestetur per verba sensibilia; proinde posse esse materiam matrimonij. Contra est: siquidem est dispar ratio, quia ut diximus, materia pœnitentiæ non est sola contritio interna præcisè sumpta, sed ut manifestata per confessionem externã, adeo ut ex contritione interna, & confessione externa simul coalescat materia pœnitentiæ.

15 Secus si consensus conjugum habeant in matrimonio rationem materiæ, & verba rationem formæ, ut putant adhærentes huic sententiæ, sequitur, materiam hujus sacramenti non esse consensum internum, ut manifestatum per verba, sed esse ipsum consensum præcisè sumptum, & ut à verbis distinctum: alioquin si materia esset consensus internus non simpliciter, & præcisè, sed cum addito, seu quatenus manifestatus per verba, & ut factus sensibilis per illa, inde sequeretur, quòd ipsa verba ut manifestativa consensûs interni vicem gererent materiæ, proinde verba non essent forma respectu consensus; perinde ac externa confessio in sacramento pœnitentiæ, quia nectitur cum interno dolore, quem manifestat, se tenet ex parte materiæ, quam integrat in ratione sacramenti confessionis: unde si verba integrant materiam matrimonij, seu consensum internum, jam non vicem gerunt formæ, sed materiæ in matrimonio, ut in sacramento confessionis.

16 Si dicas, in sacramento pœnitentiæ distingui confessionem, & satisfactionem, & hæc omnia pertinere ad materiam sacramenti, proinde contritionem, ut distinctam à confessione manifestativa ejusdem esse materiam pœnitentiæ. Contra est, quia in ipsa confessione duo considerantur, scilicet ipsa narratio, seu enumeratio vera, & integra peccatorum, & significatio doloris interni: licèt contritio considerata ut est pars materialis sacramenti pœnitentiæ, distinguatur à confessione, pro ut est narratio peccatorum; non ita distinguitur à confessione, prout hæc est manifestativa interni doloris. Quia est pars integralis ejusdem, quatenus ut manifestativa se tenet ex parte contritionis internæ, quam exteriùs manifestat. Quamobrem ipsa contritio pro ut est materia sacramenti pœnitentiæ coalescit ex duobus, scilicet ex dolore interno, & signo sensibili externo, quo manifestatur; secunda pars materialis est confessio, non ut manifestativa doloris interni; sed ut est enumeratio peccatorum: & tertia pars materialis est satisfactio: quo fit, ut in quovis sacramento materia, & forma sint semper quid sensibile.

17 Si dicas, per votum religionis, & castitatis fieri Deo traditionem: & in voto posse hanc traditionem esse purè internam, & insensibilem: consequenter posse etiam in matrimonio traditionem purè insensibilem, seu consensum internum præcisè sumptum esse materiam hujus sacramenti. Contra est, ratio discriminis sit statim obvia, quia traditio in voto fit Deo, qui cùm sit scrutator cordium, cognoscit intimum cordis consensum, & ideo sufficit in voto facto Deo traditio purè interna: secus in matrimonio, quia traditio fit homini, qui est sensibilis, debet necessariò esse traditio sensibilis, quia homo non cognoscit internos animi conceptus alterius, nisi ipsi manifestentur per signa externa sensibilia.

Neque probabilis videtur sententia asserentium, ipsos contrahentes esse materiam sacramenti matrimonij, & verba, seu signa formam, ut putant Covarruvias *2. p. c. 1. § unic. num. 8.* Adrianus *q. 1. de matrim.* & alij eo nitentes fundamento, quia apud Jurisperitos constat, eam esse materiam contractuum, ex quibus fiunt, adeo ut si equus ematur ab uno, & vendatur ab alio materia emptionis, & venditionis, sit ipse equus: atqui matrimonium est contractus personarum, & fit per mutuam traditionem corporum contrahentium, proinde inferendum est, sola corpora contrahentium esse materiam hujus sacramenti. Nam hæc sententia sic explicata de materia, ex qua sacramentum matrimonij coalescit, non mihi videtur posse subsistere. Primò quia materia est pars essentialis sacramenti, cùm quodlibet sacramentum coalescat ex materia, & forma: sed ipsi conjuges non sunt pars hujus sacramenti, quia corpora conjugum non ponuntur de novo sicut ponitur materia sacramenti. 18

Secundò quia contrahentes suscipiunt totum sacramentum matrimonij, proinde necesse est, distinguantur à toto sacramento, quia suscipiens debet esse quid distinctum à suscepto, quia hoc illud supponit, non ponit. 19

Tertiò, quia sacramentum matrimonij distinguitur à sua causa, à qua efficitur; perinde ac effectus distinguitur à causa, à qua procedit: & contrahentes ipsi efficiunt per mutuum consensum sub duplici illa ratione considerata traditionis, & acceptationis ipsum sacramentum matrimonij, quod propterea supponit contrahentes, à quibus efficitur. 20

Quartò, quia quodlibet sacramentum supponit pro materia, quæ est ejus pars essentialis: sed matrimonium non supponit pro contrahentibus, quia conjuges non sunt matrimonium, proinde corpora contrahentium non sunt materia matrimonij. 21

Quintò, quia materia sacramenti unà cum forma concurrit proximè, & immediatè ad productionem gratiæ: sed contrahentes ipsi non concurrunt immediatè ad talem productionem, quia gratia non producitur immediatè nisi à sacramentis, & contrahentes tantùm mediatè quatenus per suos actus conficiunt sacramentum, dicuntur gratiam producere; qua propter non ipsi, sed eorum actus sunt materia hujus sacramenti. 22

Sextò, quia in aliis contractibus venditionis, & locationis res vendita, donata, vel locata non est materia, ex qua coalescit contractus intrinsecè, sed tantùm est materia circa quam contractus versatur, etenim si Titius vendat pictu- 23

eam Cajo, materia ex que conficitur contractua est ipsa traditio picturæ ex parte vendentis, & acceptatio ex parte ementis est forma: & è converso traditio pretij ex parte ementis est materia, & ex parte vendentis acceptatio pretij est forma, adeo ut pictura sit tantum materia circa quam versatur contractus venditionis, & emptionis: ita à pari in contractu matrimonij ipsi contrahentes quatenus vicissim dant alteri potestatem in proprium corpus sunt materia circa quam versatur contractus, & traditio est materia proxima, ut etiam acceptatio forma ex parte utriusque.

§. VI.

De Ministro huius sacramenti, ætate contrahentium, & ijs, qui contrahere possunt.

1 DOcent communiter Theologi, & Canonistæ, si pauci excipiantur, Ministrum sacramenti matrimonij non esse ipsum sacerdotem, seu Parochum assistentem, sed ipsos contrahentes, seu conjuges matrimonium ineuntes. Siquidem ille propriè est minister sacramenti, qui formam verborum profert, quibus sacramentum conficitur, ut liquet in cæteris sacramentis; sed conjuges sunt, qui verba proferunt, quibus sacramentum matrimonij conficitur, proinde ipsi soli sunt Minister hujus sacramenti: siquidem verba contrahentium sunt forma hujus sacramenti, ut ostensum est. Tum quia matrimonium est contractus humanus, & civilis, & tantùm inter Christianos fuit à Christo elevatus ad rationem sacramenti, ita tamen ut non immutaverit naturam contractus humani, & civilis, proinde contractus matrimonij sequitur naturam aliorum contractuum, unde sicut in elijs contractibus civilibus, & humanis ipsi contrahentes sunt, qui contractum efficiunt: ita atiam in contractu matrimoniali, quia contrahentes conficiunt contractum per mutuam liberam traditionem, & acceptationem corporum, sunt Ministri, & causa efficiens hujus contractus, consequenter etiam sacramenti matrimonij: quia sacramentum à Christo fuit annexum huic contractui tanquam quid accessorium, quod sequitur naturam sui principalis.

2 Neque urget, si dicas, in cæteris sacramentis Ministrum esse sacerdotem ex instituto per sacri ordinis susceptionem ordinatum, ut sit Minister sacramentorum. Nam id non obstat, & ratio discriminis est, quia cum proprium, ac speciale sacramenti matrimonij sit, ut consistat in contractu ipsorum suscipientium; ita etiam est proprium, & speciale ipsius, ut contrahentes sint Ministri hujus sacramenti, perinde ec cæteri contrahentes sunt causa efficiens, & Ministri eorum contractuum civilium, quos inter se ineunt, qua propter non valet illatio à Ministris cæterorum sacramentorum ad Ministrum matrimonij.

3 Tum quia matrimonia clandestina ente Concilium Tridentinum erant vera sacramenta; atqui tunc præter contrahentes, nullus aderat sacerdos, qui posset esse Minister: ergo clarè infertur, Ministrum hujus sacramenti non esse ipsum sacerdotem, seu parochum assistentem, cùm ecclesia catholica semper docuerit, matrimonia clandestina semper fuisse vere sacramenta. Neque obstat, quod respondet Cenus, illa matrimonia clandestina ante Tridentinum fuisse quidem vera, & rata in ratione contractus civilis, & humani, non verò in ratione sacramenti, eò quia contrahentes non sunt Ministri matrimonij, quatenus hoc est sacramentum, sed tantùm prout est contractus humanus, & civilis. Nam contre est, quia ecclesia catholica semper docuit, matrimonium initum inter fideles non solùm esse contractum civilem, & humanum, sed etiam sacramentum, proinde si ante Tridentinum matrimonium clandestinum fuit verum matrimonium, sequitur fuisse etiam sacramentum, quamvis sine Parocho initum: ratio est, quia Christus instituit matrimonium fidelium sacramentum, adeo ut ex Christi institutione ratio matrimonij inter fideles initi sit inseparabilis à ratione sacramenti.

4 Si dicas, intentionem Ministri requiri ad sacramentum conficiendum, & contrahentes matrimonium posse contrahere sola voluntare perficiendi matrimonium, & sina intentione faciendi sacramentum, in quo casu ratio matrimonij separatur à ratione sacramenti. Contra est, quia defectus intentionis formalis, aut virtualis faciendi sacramentum procedit ex ignorantia, vel errore, quo fortassis putant matrimonium non esse sacramentum, vel etiam ex inadvertentia; id autem non obstat, quin contrahentes revera conficiant simul matrimonium, & sacramentum, dummodo intendant facere, quod cæteri fideles faciunt, quando matrimonia contrahunt, tunc enim ignorantia, vel error non excludit debitam intentionem saltem virtualem, quia ex Christi institutione in lege evangelica ipse contractus matrimonialis est essentialiter, & inseparabiliter connexus cum ratione sacramenti, adeò ut non possint fideles intendere matrimonium inire juxta modum, quo initur in lege evangelica ab alijs fidelibus, quin simul efficiant unà cum contractu civili matrimoniali etiam ipsum sacramentum, ut docet D. Thomas *in 3. p. q. 51. a. 2. ad 2.* Quòd si contrahentes expresse vellent separare quantum est in ipsis rationem sacramenti à contractu matrimoniali civili, & humano; & scientes talem contractum esse sacramentum in lege evangelice, nihilominus ipsi intenderent tantùm contractum civilem inire, & non efficere sacramentum; tunc nautrum efficerent, adeo ut contractus etiam in ratione contractus esset nullus: siquidem supposite Christi institutione intentio non faciendi sacramentum repugnat intentioni ineundi contractum, cùm ratio sacramenti sit divino jure inseparabilis à ratione contractus, neque est in potestate alicujus privati separare, quæ Christus conjunxit. Quamobrem inter fideles non potest iniri aliquod matrimonium validum in ratione contractus, quin sit etiam sacramentum.

5 Tum quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reformat. matrim.* definivit, matrimonia clandestina fuisse valida, & rata, proinde fuerunt etiam vera sacramenta, & desumitur *ex c. quanto 7. de divortiis* ubi dicitur, matrimonia non esse rata, quia simul sint sacramenta. Præterea quia ante Tridentinum causæ in materia matrimonij clandestini non pertinebant ad forum sæculare, sed ad ecclesiasticum, proinde tales causæ non erant profanæ, sed sacræ, & quidem ratione sacramenti annexi tali contractui. Demum quia Christus elevans contractum matrimonij in sacramentum non immutavit ejus naturam, sed tantum eum simpliciter elevavit, ut haberet rationem sacramenti. Quamobrem si contrahentes sunt Ministri efficientes matrimonium pro ut est contractus civilis, & humanus; sunt etiam Ministri, pro ut est sacramentum

6 Hinc debet unus ex conjugibus recipere ab alio, ut ab essentiali Ministro hoc sacramentũ, & gratiam illius ex opere operato, nisi ponat obicem sacramento, seu sit in peccato lethali, quia tunc reciperet quidem sacramentum, sed informe, seu sine ejus effectu in ordine ad productionem gratiæ. Conjuges enim matrimonium ineuntes in mortali duplex committunt peccatum, unum quatenus recipiunt hoc sacramentum indignè, quod est sacrilegum: aliud quatenus illud ministrant indignè, & an tunc peccent mortaliter, nun concordant Doctores, plures affirmant, eò quia conjuges sint veri Ministri hujus sacramenti deputati ad illud conficiendum: alij verò negant, eò quia licèt sint Ministri nnn tamen consecrati, nec speciali consecratione deputati ad hoc Ministerium, quod censent esse necessarium, ut indigna ministratio sit peccatum mortale: quia exterior sanctificatio est signum internæ sanctitatis, quæ requiritur in Ministro ad conficiendum sacramentum, quæ sententia mihi videtur valdè probabilis. Hinc Parochus qui nuptijs assistit, & conjuges solemniter benedicit, non peccat mortaliter, si existens in lethali assistat, quia ipse non est Minister, nec verba, quæ ab ipso proferuntur, sunt forma sacramenti, sed solùm quid sacramentale.

7 Nihilominus Melchior Canus *lib. 8. de locis, c. 5. ad 3.* defendit, Parochum esse Ministrum matrimonij, quatenus est sacramentum, & ejus verba esse formam ejusdem matrimonij, ut sacramenti: adeo ut contrahentes sint tantùm Ministri matrimonij, quatenus hoc præcisè est contractus civilis, & humanus: & Parochus sit Minister ejusdem matrimonij sub hac alia ratione, quatenus est sacramentum: hinc docet matrimonia clandestina ante Tridentinum fuisse quidem valida in ratione contractus civilis, & humani, non verò fuisse vera sacramenta. Cano adhærent duo doctissimi viri in Academia Duscena publici professores, scilicet Guilelmus Estius *in 4. sentent. dist. 26. §. 10.* & Franciscus Sylvius *in 3. p. D. Thomæ q. 42. a. 2. quær. 1.* ubi proponit octo argumenta, ut probet, Ministrum sacramenti matrimonij essa solum sacerdotem.

Videtur etiam hæc sententia probabilis Didaco Nugno *in 3. p. 1. q. 64. art. 6. difficult. 1. conclus. 2.*

8 Hanc tamen Cani opinionem usqua ad sua tempora nullum habuisse defensorem testatur Sotus *in 4. dist. 26. q. 2. art. 3.* & præter Guilelmum Parisiensem, & Theologos Concilij Coloniensis nullum Authorem posse pro tali opinione allegari notat Vasquez *tom. 4. in 3 p. disp. 3. de matrim. c. 4. num. 41.* & Basilius Pontius *de matrim. lib. 2. c. 8. num. 2.* putat, hanc opinionem omnino improbabilem, & notâ dignam, imò Rebellius *p. 2. lib. 2. q. 4. sect. 2. n. 6.* eam vocat temerariam. Et revera Ministros hujus sacramenti esse contrahentes desumitur ex Conciliis Tridentino, & Florentino, ubi ex instituto ob novas hæreses agunt de sacramento matrimonij; neque aliam novam materiam, formam, aut Ministrum illius assignant in ratione sacramenti, quàm in ratione contractùs: unde si contrahentes sunt Ministri in ratione contractus, sunt etiam tales in ratione matrimonij. Cùm igitur Minister sacramenti sit qui formam sacramenti superinducit materiæ, & id præstent contrahentes proferendo verba, vel edendo signa; quibus mutuum consensum exprimunt; sequitur, solos contrahentes esse Ministros hujus sacramenti: quamvis post Tridentinum teneantur ex illius decreto, verba illa, quæ dicuntur forma sacramenti, proferre, vel signa edere in præsentia Parochi, vel alterius de ejus licentia, & coram testibus.

9 Neque obstat, quòd *in can. aliter 30. q. 5.* matrimonia sine sacerdota contracta dicantur non esse matrimonia, sed adulteria, vel stupra, aut fornicationas, & Callistus Papas III §. 4. *consanguineorum* vocet incestuosos illos, & infames, qui sine præsentia sacerdotis contraxerunt, addáque non posse in judicio testes esse. Nam contra est, quia eatenus talia matrimonia vocantur nulla, & adulterina, quatenus ab ecclesia præsumuntur irrita; siquidem ecclesia non approbat ea matrimonia, quæ non contrahuntur in facie ecclesiæ, & in quibus non servatur ritus, & forma ejusdem ecclesiæ, quæ proinde præsumit non esse veros conjuges: & ratio est, quia ad ecclesiam non pertinet judicare de occultis consensibus conjugum; quapropter aos vocat etiam infames, quatenus præsumit esse concubinarios: si simul cohabitent.

10 Unde præfati textus intelligantur de foro exteriori, quatenus ecclesia semper præsumpsit, & judicavit, matrimonium esse nullum, nisi legitimis testibus probari possit. Nunc verò post Concilium Tridentinum matrimonium initum, absque præsentia Parochi, vel alterius sacerdotis de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia initum est nullius valoris: quia ob bonum publicum ad valoram matrimonij ut est contractus civilis, & humanus ecclesia exigit præsentiã Parochi, vel alterius sacerdotis, de ipsius Parochi licentia, & testes quibus deficientibus contractus ast irritus, proinde non habet adnexum sacramentum, cùm Christus illud non apposuerit nisi contractui valido, & approbato ab ecclesia.

Hinc

Hinc patet solutio ad aliud, quod addabatur ex Callisto III.

11 Dices, sacramentum matrimonij esse rem sacram, proinde exigere Ministrum sacrum, & formam sacram: atqui contrahantes non sunt sacri, & eorum verba sunt potiùs profana, cùm iisdem prorsus etiam utantur infideles in suis matrimoniis.

12 Sed contra, quia verba, quibus fidales matrimonium contrahunt cùm ex Christi institutiona fuerint elevata ad rationam sacramenti, insiciari nequit, quin sint sacra: Tum quia par illorum usum significatur aliquid suparnaturala, & sacrum, scilicet unio Christi cum ecclasia; secus eadem verba prolata ab infidelibus contrahentibus matrimonium cùm non sint alevata ad esse sacramentum, solùm intendunt significare aliquid naturale, scilicat generationam filiorum: unde non est opus ut Ministar matrimonij sit persona sacra.

13 Neque obstat, quòd sacerdos dicat conjugibus: *Ego vos conjungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, proinda videatur sacerdos essa Minister hujus sacramanti, quia præfata verba sunt vera, & efficiunt, quod significant, alioquin assent falsa; ergo ante illa non erant conjuges conjuncti, proinde conjunguntur à sacardote per illa verba, quæ propterea sunt forma hujus sacramenti, & sacardos Ministar, cùm hic sit, qui formam sacramanti superinducit materiæ. Nam contra est, quia sensus illorum varborum non est, quòd sacerdos per talia verba conjungat conjuges, qui antea non erant conjuncti: sed tantùm sacerdos per illa verba nomine ecclasiæ ratificat conjunctionem jam factam ab ipsis contrahentibus, & varba sacerdotis solùm solemniter declarant, quòd ante talia verba factum fuir ab ipsis conjugibus: sicut, quando judex ecclasiasticus in foro exteriori absolvit axcommunicatum, qui jam in foro conscientiæ erat absolutus, par illa varba: *Ego te absolvo à vinculo excommunicationis*, nil efficit de novo, sad solum solamniter declarat, quod factum est, adeo ut habendus sit ab omnibue absolutus: ita Parochus per illa verba: *Ego vos conjungo* non efficit quidquam de novo, sad tantùm nomine acclesiæ solemniter declarat tale matrimonium esse validè initum.

14 Si dicas, post Concilium Tridantinum matrimonium sina sacardote initum essa invalidum, ut liquet ex aodam Concilio *sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* proinde post Concilium Tridentinum, sacardotem esse verum Ministrum hujus sacramenti.

15 Contra ast, quia præsentia saterdotis tantùm requiritur, ut conditio sine qua contrahantas non sunt habiles ad inaundum matrimonium, qua ratione sunt etiam necessarij testes, tametsi cartum sit, hos non esse Ministros hujus sacramanti, cùm enim matrimonium sit contractus civilis, & humanus ad evitanda gravissima scandala, & mala, quæ sequebantur ex matrimoniis clandestinis; Ecclesia, ut hujuamodi contractua validè iniretur, aliquas apposuit conditiones ob bonum publicum, quibus non servatis non approbat contractum ut validum, qui propterea nullum sortitur valorem; & eo ipso, quòd contractus est invalidus, non trahit ad se rationem sacramenti, cùm Christus solos contractua validos, & approbatos ab ecclesia alevaverit ad rationem sacramanti.

Quòd si instes, præsentiam parochi, vel alterius sacerdotis ax licantia ipsius, fuisse in ecclesia sampar nacessariam ad matrimonium, & tamen ante Concilium Tridantinum matrimonium initum sine parocho fuisse validum. Respondatur, fuisse quidem in ecclasia samper necessariam præsentiam parochi ad matrimonium, non tamen eodem modo: quia anta Concilium Tridentinum talis præsantia erat tantùm necassaria nacessitata præcepti, adeo ut clandastinè contrahantas, quamvis validè contraherēt, mortalitar tamen peccarent contra præceptum ecclesiæ: secus post Conciliom Tridentinum, non solùm præsentia Parochi est nacassaria nacessitata præcepti, sed etiam ut conditio sine qua contractus matrimonialis non sit validus in ratione contractus civilis, & humani, proinde neque in ratione sacramanti, cùm Christus solùm contractum validum, & approbatum ab ecclasia elevaverit ad asse sacramentum. 16

Ad ætatem verò contrahentium quòd attinet: sicut ad contrahenda sponsalia certam jura requirunt ætatem, ita etiam ad matrimonia ineunda. Quâ verò ætate possint hominas aptà esse ad generandum, proinde ad inaundum matrimonium; cujus finis est generatio, variè censuerunt Philosophi, quorum sententias refert Covarruvias *p. 2. de matrim. c. 5.* Jura tamen civilia, & canonica hanc ætatem pubertate dafinierunt, quia tunc censentur homines apti ad ganerandum, & matrimonium institutum fuit ad prolis ganarationem. Differt taman jus civile à canonico, quia illud pubertatem ex annorum numero solcat æstimare scilicet in masculo si attigerit 14. & in fœmina 12. ætatis annum *instit. de nupt. in princ. cuncta tit. quibus modis finiatur tutela. & c. 3. de spons. impub.* unde ex jure civili ætas raquisita ad matrimonium validè inaundum est pubertas, sau annus duodecimus in fœmina, & in viro 14. quæ ætas tam in viro, quàm in fœmina debat esse complata, quamvis sufficiat ultima diea anni 12. in fœmina, & 14. in viro, quia tunc præsumuntur habilas ad copulam, & ganarationem. Ratiu cur in fœmina pubertas citiùs, quàm in viro habeatùr, est, quia potentia generandi citiùs fœminis, quàm viris solcat accidera, ut fusè probat Tiraquel. *lib. 6. connub. n. 38.* 17

Secus jus canonicum pubertatem ex habitu corporis, & potentia genarandi metitur; adeo ut hæc in viro etiam 14. annum subinde antevertat *c. 3. & 8. de despons. impub* & tunc malitia, sau prudentia dicitur supplara ætatam præscriptam à jure civili *c. 9. de despons. impub. & c. unic. §. 1. eod. tit. in 6.* Plura axempla eorum, in quibus malitia supplavit ætatam, congerunt Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 14. n. 29.* & Tiraquel. *loc. cit. num. 37.* Ante præfatam pubertatis ætatem in dubio nec mas, nec fœmina 18

præ-

præsumuntur epti generationi, adeo ut asserenti ante hanc ætatem eptitudinem ed generandum incumbat onus probandi, eò quia habeat præsumptionem contra se : ut notat Covarruvias *in 4. decretal. p. 2. c. 5. num. 3.* licèt quando malitia ætatem supplet, validum sit matrimonium initum ante ætatam jure præscriptem; dummodo adsit potentia generandi, & sufficians discretio ad se obligandum, ut definitur *in c. final. de despons. impub.*

19 Quòd si quæratur quanto tempora anta dictam ætatem malitia possit eam supplere? Sanchez *de matrim. disp. 104.* id reliquit arbitrio prudentis judicis, eò quia nihil videatur jure præscriptum. Hurtadus tamen *de matrim. disp. 22. diffic. 12.* putat asse tempus unius integri anni, & id desumitur ax *c. continubatur. de despons. impub.* adeo ut si puella 11. ætatis expleverit annum, & puer 13. sint ambo proximi pubertati, & si malitia ætetem supplevetit, possint matrimonium velidè contrahere. Cæterum si pubes, & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus malitia ætatem non suppleat, contraxerint per verba de præsenti, nullum intet ipsos est matrimonium; neque per advantum pubertatis convalescit, nisi jure veteri per cernis copulam subsecutam, vel per aliquem modum alium avidenter constiterit, eos cùm ejusdam consensùs perseverantiâ ad tempora pervenisse pubertetis; ut desumitur *ex c. unic. §. 1. de despons. impub. in 6.*

20 Cætarum metrimonium hoc pacto contractum ex juris intarpretationa resolvitur in sponselie de futuro, & inducit justitiam publicæ honastatis, ut desumitur *ex d. c. unic. §. 1. in fin. de despons. impub. in 6.* adeo ut actus, qui non valet, saltem valaet aodem modo, quo valera potest. Unus tamen assignatur in jure casus, in quo matrimonium inter impubares conttahi potast, & etiam contrectum toleratur ex constitutione Nicolai Papæ *in c. 2. inf. de despons impub.* nempa si gravissime urgaat nacassitas, & pro bono pacis tale matrimonium sit inaundum.

21 Contrahera matrimonium possunt, quicunqua in lagitime ætata constituti possunt consentira, dummodo non prohibaantur. Est anim edictum de matrimonio conttahendo prohibitorium, proinde quicunque non prohibantur, contrahare possunt *c. cum apud 23. h. t.* ubi Innocentius III. rascripsit, eos per consaquentiem admitti ed contrahendum, qui non prohibentur contrahera. Prohibentur autē aliqui à naturâ ut furiosi durante furore *c. dilectus 24. h. t.* ubi Innocentius III. rescripsit, quòd quando aliquis est perpetuù furiosus non potest contrahera matrimonium, eò quia non possit esse consensus, & essat separandus, si conjungeretur. Notat taman Glossa, quòd si, quando contraxit, non arat furiosus, matrimonium valat, & si quando contraxit, erat furiosus, & postea sanatur, licèt in principio non tenuerit metrimonium, par subsequentem tamen consensum tenet : sed id perinde est, ac esserere matrimoniū in statu furoris initum fuissa nullum, & pustaa per novum consensum axtra stetum furoris fuissa validè initum. Advanianta taman lucido intervallo potest furiosus contrahere, & semel validè contractum superveniante furora non dissulvitur.

Quòd si matrimonium ineatur sine conditionibus appositis ab ecclesia nullum sorti ur valorem, quia tamatsi ecclesia non possit immutara naturam matrimonij, ut est sacramentum, tamen quatenus est contractus civilis, & humanus potest certas leges, solemnitetes, & conditiones ad validè contrahendum præscribere: ratio est, quia Christus elevans matrimonium ad rationem secramenti, & statuens ut omnis legitimus matrimonialis contractus intar baptizatos initus sit sacramentum, nihil immutavit circa matrimonium, ut ast contractus: nac definivit quelis, & qui esse debeat hic legitimus contractus : neque statuit, quæ personæ sint legitimæ, vel illegitimæ ad eum celebrendum, sed totum id reliquit humanæ potestati, & tantùm elevavit ad rationem sacramanti contrectus matrimoniales validos juxta approbationem ecclesiæ. 22

Quid verò dicendum sit de surdis, & mutis à nature, an possint matrimonium contrahera. Non desunt, qui putent, eos arcendos esse à matrimonio incundo, eò quia jus civile prohibeet istis contractum inire, eò quia facilè deciperantur : ergo à fortiori ita dicendum de contractu matrimonij, ut docent Ancharanus in *c. cum apud 23. h. t. num. 5.* Abbas ibid. *n. 6* Bollus *in Oeconomia. can. class. 2 c. 4. §. 7 litt. S.* Berbatia *lib. 2. cons. 59. num. 10.* Parisius *lib. 4. cons. 63. num. 4.* 23

Nihilominus contreria sententia vera ast, quam propugnant ferè omnes cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 8. num. 12.* quia surdus, & mutus à natura potest ingenio esse parspicaci, ac signis facilè edoceri, quid sit matrimonium, & signis indicara consansum, & contrahere validè sponsalia, & postea matrimonium, ut desumitur *ex d. c. cum apud. 23. h. t.* ubi Innocantius III. rascripsit, quòd mutus, & surdus possit contrahere, quia sufficit consantire signis, & nutibus, licèt non varbis, & quia Pontifex loquitur de muto, & surdo in singulari, videtur intalligere de eodem utroque motbo laborenta. 24

Tum quia aliqui muti sunt ita parspicacis, & acuti ingenij, ut multa explicatu difficillime facilà signis manifestent, & plura alia signis significata intelligant. Tum quia surdi, & muti à natura possunt confiteri, & absolvi, proinde atiam matrimonium contrahera. 25

Non taman id putârim procedete de muto, surdo, & cæco simul à natura, si non possit edoceri quid sit matrimonium, nec sufficiantar exprimera suum consansum : si enim non solùm sit mutus, & surdus, sed etiam à nature cæcus, difficultar potest edoceri quid sit matrimoniū, & per signe etiam difficulter possat ipse exprimara consensum. Quòd si cæcitas non esset à natura, sed superveniret, tunc nulli dubium, quin posset matrimonium inire, quia per signa posset axprimere consensum, & significara metrimonium, quod optat inire. 26

27 Cæterùm si daretur casus quòd mutus, surdus, & cæcus simul à natura posset naturali instinctu edoceri, quid sit matrimonium, & valeret aliquo modo per signa extrinseca suum consensum Manifestare, tunc posset matrimonium inire, ut docent Hostiensis, Panormit. Joannes Andreas, & alij plures Canonistæ, quos refert Cevallus *tom. 3. commun. opin. q. 730. num. 53.* Difficulter tamen puto, posse mutum, surdum, & cæcum simul à natura edoceri, quid sit matrimonium, quæ ejus obligatio, indissolubilitas, & difficile etiam videtur, quòd per signa externa possit consensum non ad copulam simpliciter, sed ad verum matrimonium manifestare: unde non nisi cautè procedendum esset cum muto, surdo, & cæco à nativitate.

28 An verò urgente necessitate, seu deficientibus omnibus sæcularibus tenerentur Religiosi matrimonium contrahere? casus est potiùs curiosus, quàm utilis. Respondet Basilius Pontius *de matrim. lib. 1. c. 4. n. 11.* non posse tunc Religiosos matrimonium contrahere, eò quia si deficerent omnes sæculares, signum evidens esset, quod finis mundi jam instaret, proinde non esset necesse, quòd Religiosi ad propagationem humani generis matrimonium contraherent. Nihilominus contraria sententia communior est apud Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 3. num. 4.* quia urgente extrema hac necessitate præceptum naturæ restaurandi, & conservandi humanum genus prævaleret, consequenter tenerentur Religiosi matrimonium contrahere. Neque fundamentum, quo nititur contraria sententia, subsistit seclusa Dei revelatione, quia quòd tunc instaret finis mundi non posset certò argui, nisi ex Dei revelatione, quâ non positâ adhuc præceptum restaurandi, & conservandi speciem humanam urget, & obligat. Quinimo docent Sanchez *loc. cit.* & Reginaldus *in praxi tom. 2 lib. 31. c. 2. num. 8.* posse contingere, ut vir Religiosus, tametsi non omnes sæculares pereant, teneatur matrimonium inire, ut si sequerentur seditiones, & bella, nisi Principis filius Religiosus uxorem duceret: dicunt enim præfati Authores, quòd tunc etiam sub onere peccati lethalis teneretur matrimonium inire.

§. VII.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 Quæritur primò, an matrimonium sit homini naturale? Respondetur, naturale dupliciter sumi posse. Primò pro passione, seu proprietate, quæ metaphysicè emanat à natura, & essentia rei; ut risibilitas dicitur fluere ab essentia hominis, & sursum moveri à natura ignis, & hoc pacto certum est, matrimonium non esse naturale homini, alioquin deberent omnes, & singuli homines uxores ducere, ac esse omnes conjugati, quia tales proprietates naturales, ita conveniunt omnibus, & singulis individuis intra eandem naturam, ut non possint ab iisdem separari: & cum non omnes homines matrimonium contrahant, certum est, esse hoc separabile ab homine, cùm possit esse homo absque eo, quòd matrimonium contrahat, & è contra non possit esse homo, quin sit risibilis. Secundò sumitur naturale quatenus provenit ex naturali inclinatione, & in hoc sensu respondetur cum D. Thoma *in 4. dist. 26. q. 1. art. 1.* matrimonium esse homini naturale.

Ratio est, quia natura duo vel maximè intendit, primò se ipsam conservare: secundò se perficere, & hæc duplex naturæ intentio ex duplici oritur appetitu, quorum alter est ad cibum, quo vita conservetur; alter ad generationem, cujus beneficio natura propagatur, & conservatur in individuis successivè: quin imo hæc propagatio individuorum, cujus beneficio species per successivas generationes conservarentur in iisdem individuis, adeo erat necessaria, ut natura voluerit etiam huic appetitui ad generationem adjicere delectationem, quæ condimentum est operationum *10. Ethic. c. 4.* & ut homines propensiores essent ac promptiores ad hanc individuorum propagationem: cum enim homo ex quatuor constet elementis inter se pugnantibus, obnoxius est interitui, & cum non possit se ipsum perpetuò conservare, natura eidem indidit appetitum se conservandi in prole superstite, quæ similitudo est, & pars parentum; quia verò natura est etiam perfecta, ideo non solùm generationem intendit, sed etiam prolem ipsam ad perfectionem usque perducere, seu ad perfectum hominis statum, ut homo est, hinc filij habent à parentibus esse nutrimentum, & instructionem, ut notavit Aristoteles *18. Ethic. c. 12.* ad id autem necessarium erat matrimonium, quia hoc conducit ad hunc naturæ finem, diciturque propterea homini naturale. Hinc Cassiodorus *lib. 2. variar. c. 10.* vocat matrimonium. *Humani generis procreabile sacramentum,* & Tertullianus *lib. 1. ad uxor.* illud dicit *Benedictum à Domino, & generi humano, & replendo orbi, & instruendo sæculo excogitatum.* 2

Quinimò Philosophus *1. Polit. c. 1* docuit conjunctionem matrimonij esse secundùm naturam, quod est plus, quàm dicere esse secundùm rationem naturalem: siquidem, quod est secundùm rationem naturalem, potest esse juris gentium, & nonnunquam juris civilis: quod verò est secundùm naturam hominis, ut præcisè est talis, est ab ipso jure naturali, unde Quintilianus Senior *declamatione 368.* ait: *Matrimonia sunt ab ipsa rerum natura inventa, & mares fœminis junguntur, ut imbecillior sexus præsidium ex mutua societate sumat.* 3

Verùm quia conjunctio maris cum fœmina est etiam brutis connaturalis, ideo hæc conjunctio, ut in hominibus distingueretur è brutis natura ipsa matrimonio eam in hominibus distinxit, unde Octavius apud Minutium Felicem ait: *Nos pudorem non facie, sed mente præstamus; unius matrimonij vinculo libenter inhæremus cupiditate procreandi, aut unam scimus, aut nullam.* Magister sententiarum *in 4. dist. 26.* hoc idem eleganter explicat inquiens: *Quemadmodum sacramentum Ordinis procreandis Dei filiis est idoneum, ita & matrimonium propagando generi humano* 4

mano necessarium ; est enim non qualecunque injunctum, nempe aut jure gentium , aut civile positum, sed vinculum natura magistra , ejus parente Deo præcipiente institutum ante peccatum quidem in officium, post peccatum verò in remedium; hinc aliter jus naturæ competit brutis, & aliter hominibus ; brutis nonnisi materialiter procreatio competit fœtuum : hominibus verò ut rationalibus, & cum delectu, ut nimirum bonum sit matrimonium proli, quam procreant: & hæc est ratio, cur vagus concubitus, qui usitatus est brutis secundùm naturam, non conveniat hominibus secundùm eandem , ut docet D. Thomas *in 4. dist. 26.* & ratio deducitur ex hominum intellectu, & nequitia , simúlque ex exigentia humanæ prolis, non enim inest bruto nequitia, quæ stabulatur in homine: homines enim plerúmque coeunt ex appetitu luxuriæ, & solius libidinis explendæ causa : cum bruta nonnisi ex naturali appetitu procreationis, statisque anni temporibus; proinde erat medium in hominibus necessariũ secundùm naturã ad procreationẽ prolis, ut vagus excluderetur concubitus, qui in nullo cum matrimonio convenit, & est contra jus naturæ, eò quia adversatur debitæ propagationi humani generis , ut notat D. Thomas 3. *contra gentes c.* 12.

5 Imò debuit matrimonium esse indissolubile, alioquin si libera esset conjunctio , & vaga concubitus incerta esset proles , & ex tali incertitudine tepesceret amor, & cura educationis: quæ ratio fuit, ut Aristoteles 2. *Polit c.* 2. Platonem carperet , & Socratem , eò quia dicerent uxores debere communes esse ad majorem hominum unionem.

6 Posset tamen in contrarium objici, quia si matrimonium esset homini naturale , sequeretur , quòd vovere virginitatem esset contra naturam, proinde illicitum. Secundò quia propensio naturæ est tantùm ad prolis generationem , & educationem debitam, ad quod sufficit, si vir, & mulier simul habitent, quamdiu proles suscepta indiget. Sed contra ad primum respondetur, non semper esse illicitum agere contra inclinationem naturalem, si recta ratio dictet, quòd non debeat homo inclinationem naturalem sequi ob alium finem superiorem , ut causa exercendæ virtutis. Tum quia etiam inclinatio ad cibum, & potum est juxta naturam, & abstinentia à cibo, & potu contra naturam: & nihilominus talis abstinentia licita est, imò & etiam pluries cadit sub præceptum. Ad secundum negatur assumptum , quia ex vago concubitu maximum sequitur proli detrimentum , ut superiùs ostensum est.

7 Quæritur secundò , quàndónam matrimonium fuerit institutum in lege naturæ? Respondetur, Deum ut Authorem naturæ matrimonium in paradiso instituisse ante lapsum Adami, & desumitur ex *c. unic. de voto in 6* & docent communiter Patres latini, & græci asserentes unanimiter matrimonium provenire à divina institutione , ut asserunt sanctus Athanasius *serm. contra omnes hæreticos.* S. Basilius *lib. de vera virginit.* S. Epiphanius *hæres. 67*, Theodoretus *de decret. divin. c. de matrim.* ex latinis S Cyprianus *in serm. de nativit. Christi.* S Hieronymus *adversus Jovinian. c. 1.* S. Fulgentius *de fide ad Petrum c. 3.* S. Gregorius *homil. 36. in evangel.* & *in 4. Psal. pænitent.* expendens illa verba : *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* unde Deus Author , & institutor matrimonij est, quod cùm sit bonum , & speciei conservandæ pernecessarium, consequens erat , ut Deus ejus esset Institutor. Verùm ante Adami lapsum matrimonium erat institutum in officium naturæ, & post Adæ lapsum in remedium concupiscentiæ.

Quo verò tempore in lege naturæ fuerit matrimonium immediatè institutum non conveniunt Doctores : quidam censent fuisse immediatè institutum ab Adamo , cùm dixit inspirante Deo *Genes. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis*, idque probant, quia Christus *Matth. 19.* ostendit matrimonium esse indissolubile ex verbis institutionis inquiens , *quod Deus conjunxit homo non separet* & D. Paulus *ad Ephes. 5.* scribit *propter hoc relinquet homo patrem , & matrem , & adhærebit uxori suæ.* & subdit, *Sacramentum hoc magnum est* : ex quibus inferunt verba ab Adamo prolata fuisse illa, quibus matrimonium fuit in lege naturæ institutum. Tum quia Concilium Tridentinum *sess. 24.* ait: Sacramentum matrimonij multò ante fuisse ab Adamo signatum. 8

Secunda sententia asserit , matrimonium in lege naturæ fuisse institutum , & præceptum à Deo , quando Deus *Genes. 1.* dixit: *Crescite, & multiplicamini* : quia tunc Deus fecit copiam illis , ut jungerentur, & mutuam etiam corporis traditionem concessit : atqui in hac mutua traditione corporum consistit essentia matrimonij : ergo tunc Deus matrimonium instituit. Secundò quia per præfata verba *crescite, & multiplicamini* intimatur potissimus matrimonij finis , qui est hominum multiplicatio : ergo tunc fuit matrimonium in lege naturæ institutum , quando Deus *Genes. 1.* dixit: *Crescite, & multiplicamini.* Tertiò quia nulla alia institutione opus erat, & illa verba sufficiebant, ut institueretur tunc matrimonium , ac præciperetur, sicut etiam in lege evangelica tunc sacramentum eucharistiæ dicitur institutum , quando Christus *Luc. 22.* dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* 9

Tertia sententia est D. Thomæ *in 4. dist. 26. art. 2. ad 4.* ubi docet, matrimonium fuisse institutum, ac initum cum primum Eva fuit eruta de costis Adæ , eique à Deo tradita , & probat S. Doctor, quia antequam formaretur Eva significavit Deus necessitatem matrimonij illis verbis : *Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adjutorium simile sibi*, ex quo infert S Doctor , Deum tunc instituisse matrimonium , quando fecit hoc adjutorium. illúdque tradidit viro : sicut in ultima cœna , & lege evangelica Christus Eucharistiam instituit , quando panem consecravit. Quòd si contra hanc D. Thomæ sententiam objiciatur , Evam fuisse formatam dormiente Adamo , proinde non potuisse tunc Adamum matrimonium cum illa contrahere, 10

cùm requiratur consensus, quem dormiens non potest dare.

11 Respondent plures, soporem illum Adami non fuisse verè somnum; quia tametsi haberet oculos corporis clausos, mente tamen vigilabat, adeò ut sopor ille fuerit potiùs extasis, & raptus quidam, qui non abstulit ab Adamo usum rationis, & volunt tunc fuisse Adamo revelatum mysterium incarnationis, tametsi pro tunc ignoraverit finem illius, cùm proprium lapsum nesciret, ut docet D. August. 2. *contra Manich. c. 13.* Unde cùm Adam tunc uteretur ratione, & vigilaret mente, dicunt potuisse verum consensum dare, ac matrimonium inire cum Eva.

12 Verùm hæc responsio videtur pati difficultatem, quia ad matrimoniũ requiritur necessariò, expressio, manifestatio exterior, & sensibilis interioris consensus: hic enim consensus manifestatus per signa externa requiritur ad essentiã matrimonij. Unde melius posset responderi, matrimonium primorum parentum fuisse institutum, & initum, quando educta fuit Eva de Adæ costa, & excitato Adamo fuit illi tradita. Hæc tertia D. Thomæ sententia videtur communior, & eam docent Thomistæ.

13 Quæritur tertiò, an matrimonium post peccatum Adæ fuerit institutum in remedium concupiscentiæ aliqua speciali institutione? Respondetur negativè, quia illud idem matrimonium quod ante peccatum fuerat institutum in officium naturæ, mansit postea in remedium concupiscentiæ ex vi prioris institutionis: ratio est quia non constat ex scriptura, neque ex doctrina Sanctorum Patrum, fuisse post peccatum hanc specialem institutionem factam. Et licèt aliqui in ea sint opinione, ut censeant fuisse hanc specialem institutionem à Deo factam, quando Deus *Genes. 9.* dixit: Ad Noë, & ejus filios *Crescite, & multiplicamini*: quia cùm ibi permiserit eis usum matrimonij, dicunt etiam eundem usum præcepisse. Id tamen non videtur intentum suadere, quia tametsi tunc Deus præceperit usum matrimonij, non tamen sequitur instituisse tunc speciali institutione matrimonium in remedium concupiscentiæ: aliud enim est præcipere usum matrimonij, & aliud speciali institutione instituere matrimonium in remedium concupiscentiæ: sicut neque Christus quando *Lucæ 22.* dixit: *Hoc facite in meam commemorationem* Eucharistiam dicitur instituisse, sed tantùm ejus usum præcepisse, & administrationem.

14 Præterea sequeretur, quòd si tunc tantùm Deus instituisset matrimonium in remedium concupiscentiæ, copula carnalis inter conjuges fuisset illicita toto tempore, quod intercessit inter peccatum Adæ, & exitum Noë de arca post diluvium. Quamobrem dicendum est, post lapsum Adæ non fuisse matrimonium institutum in remedium concupiscentiæ speciali aliqua institutione, sed illud idem matrimonium, quod ante peccatum fuerat institutum in officium naturæ mansisse postea in remedium concupiscentiæ ex vi primevæ suæ institutionis. An verò in lege naturæ matrimonium diceretur sacramentum, respondent plures præsertim Bernal *de sacramen. disp. 2. sect. 2. §. 1.* in laxa significatione fuisse sacramentum.

15 Cæterum hæc divina institutio non efficit, ut contractus matrimonij quatenus est contractus referatur ad jus divinum positivum, siquidem supposita divina institutione potiùs refertur ad jus naturale, quia est naturale homini procreationem appetere, & alium similem sibi post se hæredem relinquere, & quia id fit naturali modo, seu consensu præstito, & naturalibus subvenit necessitatibus, ideo hæc institutio matrimonij est à Deo, ut cætera bona, & est generi humano simpliciter necessaria: æquè enim ad conservationem speciei est necessaria beneficio matrimonij individuorum propagatio, ac ad conservationem cujuslibet individui est necessaria sumptio cibi, & potûs, & ita censent Fortunius Garcia *lib. 1. §. jus naturale de justit. & jure.* Pontius *lib. 1. de matrim. c. 3.* Covarruvias *de matrim. c. 1. in princ. n. 7. & sequent.*

16 Quæritur quartò, quandónam in lege evangelica matrimonium fuerit à Christo institutũ in ratione sacramenti. Certum est, matrimonium jure divino fuisse elevatum ad rationem sacramenti novæ legis, non alia, aut diversa institutione, quàm fuerint à Christo instituta cætera sacramenta, ut Lucius III. definit in *c. ad abolendum de hæret.* & declaravit Concilium Constantiense *sess. 15.* contra errores Joannis Hus, & Concilium Florentinum in Bulla unionis Armenorum, & Tridentinum *sess. 24. de matrim. in princ.* & *canone 1. c. debitum de bigamis*, ut contra Novatores nervosè ostendunt Sotus *lect. 1. de matrim.* Castro *de hæres. V. nuptiæ.* Bellarminus *tom. 3. controvers. lib. unic. de matrim. c. 7.* Guttieres *tract. de matrim. 2. p. princ. c. 39.* Hinc certum est de fide in lege evangelica matrimonium fuisse à Christo elevatum, ut sit sacramentum, adeò ut in matrimonio fidelium in lege evangelica, prout est sacramentum, concurrant jus naturale, & divinum, illud quatenus natura ipsa propendet ad matrimonium pro conservatione speciei etiam in lege evangelica: & jus divinum quatenus matrimonium elevat ad rationem sacramenti: in hoc sensu intelliguntur textus in *c. debitum de bigamis. c. ult. de frigidis, & malefic. in prologo.*

17 Quòd si dicas, matrimonium iniri non solùm ab infidelibus nondum baptizatis *c. gaudemus de divortijs c. ex parte de transact. c. veniens de presbyt. non baptizat.* sed etiam ab excommunicatis *c. significavit de eo, qui duxit in matrimon.* qui tamen omnes sunt incapaces sacramenti, proinde matrimonium non videtur esse sacramentum à Christo institutum in lege evangelica. Contra est, quia ab infidelibus non initur matrimonium sub ratione sacramenti, sed tantùm sub ratione contractus, adeò ut matrimonium legitimum infidelium dicatur quidem matrimoniũ, sed non sacramentũ *c. quanto de divortijs*, hoc est infideles celebrare quidem contractum matrimonij, non verò recipere sacramentum *c. deinde 26. dist. c. 1. & fin. 28. q. 1. c. de in-*

fideli-

fidelibus de consanguin. & affin. Neque novum est, ut in matrimonio ratio sacramenti separetur à ratione contractus: siquidem etiam inter fideles ecclesia irritavit matrimonium clandestinum, non ut est sacramentum, sed ut est contractus civilis *c. 3. de clandestin. despons.* & quia irritato contractu cessat ratio sacramenti, fit, quòd contrahentes matrimonium clandestinum nec validè contrahant, nec sacramentum recipiant: quia Christus ita instituit sacramentum matrimonij, ut voluerit illud fundari in contractu valido, & licito; non verò in invalido, & prohibito ab ecclesia ob bonum publicum Reipublicæ Christianæ.

18 Ad id, quod addebatur de excommunicatis, respondetur, illos non licitè, bene tamen validè contrahere matrimonium *c. Presbyterum de pœnit. & remiss.* ut notat Covarruvias *de matrim. p. 2. c. 6. §. 3.* Quod verò ad tempus attinet, quo Christus in lege evangelica elevaverit matrimonium ad rationem sacramenti, communior sententia est, tunc contigisse, quando Christus *Matth. 19.* confirmando primam matrimonij institutionem à Deo in Paradiso factam conclusit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* quia Concilium Tridentinum ex hisce Christi verbis *Matth. 19.* infert, Christum Dominum instituisse hoc sacramentum. Tum quia illis verbis Christus dedit matrimonio majorem indissolubilitatem, siquidem exclusit libellum repudij, qui antea permittebatur Judæis; proinde tunc instituit hoc sacramentum, quia hæc major indissolubilitas, quam habet matrimonium apud Christianos provenit ex ratione sacramenti, ut habetur in *c. gaudemus de divortijs.*

19 Quæritur quintò, an matrimonium cadat sub præceptum? Respondetur sub mundi initijs, & in lege naturæ matrimonium fuisse sub præcepto obligante omnes, & desumitur ex *Genes. 1. & 9. crescite, & multiplicamini*, in hisce enim verbis continetur præceptum de usu matrimonij. Ratio itidem ex eo petitur, quia naturam humanam esse, & conservari est bonum, & necessarium: proinde quando urget necessitas conservandi naturam humanam obligat præceptum contrahendi matrimonium: sicut enim homines tenentur comedere, & bibere, quando urget necessitas conservandi individua humana: ita tenentur homines matrimonio copulari, quando urget necessitas conservandi ipsam speciem humanam; imò à fortiori, quia necessitas conservationis speciei est major, & finis, ad quem ordinatur conservatio individuorum. Hinc in statu innocentiæ hoc præceptum obligâsset omnes, donec sufficiens propagatio facta fuisset, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 33. q. 3. art. 2.* Ratio est, quia præceptum contrahendi matrimonium est affirmativum, quod non obligat pro semper, sed solùm quando est necessitas multiplicandi genus humanum.

20 Si dicas individua non obnoxia corruptioni non multiplicari per generationes, ut liquet in Angelis: & homines in statu innocentiæ futuros fuisse incorruptibiles, proinde non fuisse multiplicandos per matrimonium, sed alia via per creationem à Deo. Contra est, quia ille individua incorruptibilia non multiplicantur per generationem, quæ sunt talia per naturam, cujusmodi sunt Angeli, qui utpote spirituales sunt immortales, & incorruptibiles per naturam: secus est de individuis tantùm per gratiam incorruptibilibus, ut fuissent homines in statu innocentiæ: cùm non essent homines natura sua incorruptibiles, fuissent etiam generabiles, & per successivas generationes fuissent multiplicandi, quia tamen etsi non fuissent morituri, erant tamen transferendi ad beatitudinem, proinde fuissent multiplicandi homines modo congruo suæ naturæ, seu per generationem, ut parentibus in cœlum translatis filij superstites in paradiso manerent, ut docet D. Thomas *1. p. q. 98.* cum D. Augustino *lib. 9. de Genes. ad litteram c. 3. & sequent.* Hinc post peccatum Adæ, & ante Abraham hoc præceptum etiam obligavit omnes, & singulos ante diluvium usque ad sufficientem propagationem humani generis, ut etiam post diluvium, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 26. q. 1. art. 2. & in corp. art.* nec propterea Abel dicitur peccâsse ex eo, quòd non contraxerit matrimonium, quia Epiphanius *hæres. 39.* censet, Abelem duxisse uxorem sororem suam Abilem.

Verùm quia contraria sententia est communior, respondetur, Abelem non peccâsse eò quia uxorem non duxerit, quia præceptum nubendi non obligabat statim contrahere, & Abel nondum senuerat, proinde adhuc supererat tempus, ut commodè hoc præceptum impleret, nisi violentâ, & improvisâ morte præventus fuisset. Quòd verò si supervixisset, uxorem duxisset, ex qua filios suscepisset, colligitur ex Paraphraste Chaldeo *Genes. 4.* nam ubi legimus: *sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* vertitur: *vox sanguinis generationum, quæ à fratre tuo Abel erant derivanda clamat ad me de terra.* Imò docet D. Thomas *in 4. dist. 33 q. 3. art. 2.* tempore Abrahæ, ejúsque filiorum, & nepotum præceptum nubendi obligâsse omnes sub præcepto usque ad sufficientem propagationem illius populi, quia Deus elegerat posteros Abrahæ in suum populum, ut ab ijs speciali religione, & cæremoniis coleretur: proinde, ut multiplicaretur hic populus, tenebantur filij, & nepotes Abrahæ uxorem ducere, non minus quàm Adem sub mundi initio, & ejus filij; & filij Noë post diluvium: ratio est, quia cultus Dei non est minus necessarius, quàm conservatio speciei humanæ. 21

Cæterum facta semel sufficiente propagatione illius populi, hoc præceptum non obligavit omnes, & singulos, ut docet D. Thomas *loc. cit.* quia hoc præceptum naturale non obligat nisi in casu necessitatis, & tunc nulla erat necessitas, neque ex Scripturis constat, fuisse aliquod aliud præceptum de hac re: hinc in lege veteri plures fuerunt viri sancti, qui perpetuò voverunt virginitatem, ut Elias, Elisæus, Isaias, Joannes Baptista, Daniel, & alij, ut refert D. Hieronymus *lib. 1. contra Jovin.* & D. Gregorius Nyssenus *lib. de virginit. c. 19.* tum quia 22

Drus *Isaia 56.* promisit præmium spadonibus, seu illis, qui propria voluntate à re uxoria ebstinerent, ut explicet D Augustinus *lib de sancta Virginit. c. 23. & lib. 14. contra Faustum. c. ult.* Neque obstat, quòd Deus *Deuter. 7.* dicat: *non erit in te sterilis*, & *Exod. 13. non eris infæcunda, & sterilis in terra tua*, quie ijs verbis non imponitur præceptum, non enim sterilites est in nostra potestate, quod fuisset necesserium, ut esset materia præcepti: unde verba ille tantùm continent promissionem præmij, qood Deus dabat servantibus legem; ut scilicet non esset sterilitas apud eos, tam in hominibus, quàm in gregibus.

23 Quæritur sextò, en ente Trideutinum matrimonium initum sine præsentia sacerdotis fuerit sacrementum? Respondetur, plures in ea esse sententia, ut censeant sacerdotem ira esse Ministrum metrimonij, quatenus hoc est secramentum, ut ante ipsum Concilium Tridentinum metrimonium clandestinum legitimum quidem fuerit, non ramen sacramentum, eò quia initum sine sacerdotis præsentie. Ad id moventur, quia actio sacrementelis est sacra, prninde exigit Ministrum sacrum, & formem sacram, ne contractus purè civilis, & profenus sit. Tum quia Tridentinum *sess. 24. c. 1 de matrim.* jubet, ut Perochus habito contrahentium consensu proferet illa verbe, *ego vos conjungo*, unde liquet Parochũ conjungere contrahentes, & conficere matrimonium saltem ut sacremenium, alioquin verba essent felsa; edhærent hoic sententiæ Petrus Ledesma *de matrim. q. 42. art. 1. dub. 4. conclus. 4.* Canus *lib. 8. de locis theologicis c. 5.* & alij. Respondendum temen omninc est, Parochum nec ente, nec post Tridentinum esse Ministrum sacramenti metrimonij, edeò ut ente Tridentinum matrimonium clandestinum sine præsentia Perochi initum, non solum fuerit validum, sed etiem verum secrementum, quia matrimonium est contrectus, cujus naturam Christus non immutevit, sed tantùm elevavit ad rationem secramenti, proinde sequitur naturam aliorum contractuum; de natura eutem cujusvis contractûs est, ut contrahentes suis consensibus se obligent, nec alios præter ipsos contractum efficiant.

24 Secnndò, quia ente Tridentinum metrimonia elandestina eranr vera matrimonia, & rate, ut definit Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* & ideo *in c. quanto de divortiis* matrimonium inter infideles initum non appellarur retum, quia non est sacramentum, sed tantùm contractus legitimus in ratione contrectua; ergo ante Tridentinum metrimonium clendestinum non solùm erat contractus, sed etiam sacramentum, quia tunc conrrectus licèt clandestinus eret velidus, & Christus Dominus elevavit hunc contractum validum ad rationem sacramenti.

25 Tertiò, quia verba illa, quæ proferuntur à Parocho *ego vos conjungo* non sunt de essentia matrimonij, sed illis penitùs omissis constat matrimonium, ad cujus valorem sufficit, si contrehatur in facie ecclesiæ, seu corem Parocho, & testibus, tamersi Parochus nullum proferat verbum: & quia tunc metrimonium non solùm habet rationem contrectus, sed etism secrementi, sequitur, Parochum non esse Ministrum matrimonij etiam sub ratione sacramenti.

Quariò quia ente Tridentinum ecclesia cognoscebat de metrimoniis clandestinis, quæ propterea non erant puri contractus civiles, sed etiam sacramenta, quia si fuissent puri contractus profeni, Judex sæcularis de ijsdem coguovisset. 26

Quintò quie Concilium Florentinum explicans fusè Ministros sacramentorum, nil dixit de Ministro matrimonij, quasi manifestum esset, non elium esse, quàm ipsoa contrahentes, qui simul sunt Ministri contractus, & sacramenti, & henc sententiam ante Tridentinum docuit D. Thomas, & post Tridentinum eam probans Bellarminus *lib. 1. de matrim. c. 6.* ubi vocat oppositam sententiam temereriam. Suarez *tom. 1. de sacrament. q. 65. disp. 16. sect. 1.* & communiter Thomistæ, & elij. 27

Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, actionem sacrementalem, que contrahitur mettimonium, esse quidem secram, quatenus significat conjunctionem Christi cum ecclesia, & elevata est hujusmodi actio à Christo ad esse superneturele sacramenti: sed negatur inde sequi, hanc actionem sectem non posse eb elio exerceri, quàm è sacerdote: siquidem etiam actio, qua confertur Baptismus est sacta, cùm sit ectio sacramentalis, & nihilominus validè à laico confertur. Ad secundum, qnod addebatur de verbis, quæ proferuntur è Parocho *Ego vos conjungo*, respondetur, per illa verba Perochum tantùm declarate contrahentibus, quòd ex vi contractus initi sint conjuncti, & quòd ipse approbet pro ecclesia telem conjunctionem, edeò ut cùm Perochus dicit *ego vos conjungo*, perinde sit, ac si dicat: Ego vos conjunctos declaro, & nomine ecclesiæ approbo vestram conjunctionem. 28

Quæritur septimò, en conjuges letheli noxa infecti contrahentes matrimonium lethaliter peccent, & quid dicendum de sacerdote, qui existens in mortali essistit nuptiis? Respondetur, conjuges pecceto lethali infectos peccere letheliter, si matrimonium contrahant. Ratio est perspicua, quia suscipere sacramentum in statu peccati lethalis est, gravem irreverentiem, & injuriam inferre secramento, & talis susceptio secum trahit secrilegium, ut docent communiter Doctores: decet enim sancte sanctè agere, & suscipere. 29

An verò etiam peccent, quatenus ministrant hoc sacrementum matrimonij, plures affirmant; quia ministrantes in morteli secramentum ex officio, ut Ministri ad id specialiter deputati peccant lethaliter, quia sancta sanctè non agunt: etqui conjuges contrahentes matrimonium sunt Ministri hujus sacramenti, proinde si illud ministrant in peccato letheli peccent lethaliter, & ita docent Navarrus in *sum c. 1. 6. sacerdos. num. 10. de pœnit.* Petrus Ledesma *de matrim. q 42. art. 3. ad ult.* & quamvis Suarez *tom. 1. de sacrament. q. 65. art. 4. disput. 16. sect. 4.* censeat 30

censeat hanc sententiam probabilem, propendet tamen ipse in oppositam, ut probabiliorem, cui sententiæ adhærendum puto, quia contrahentes matrimonium non sunt Ministri consecrati ad id munus, sed tantùm illis id concessum est necessitate quadam : siquidem oportuit materiam, & formam constitui in ipso contractu, qui iniri non poterat, nisi per ipsorū contrahentium mutuos consensus: hinc ex necessitate sunt Ministri non consecrati hujus sacramenti matrimonij : sicut urgente necessitate etiam laici sunt Ministri non consecrati Baptismi : quòd si urgente necessitate, eò quia immineat vitæ periculum laicus existens in peccato lethali baptizet infantem, non propterea peccat, quia non est Minister consecratus ; quin potiùs exercet actum charitatis, & ita docent Suarez *loc. cit.* Sotus *in 4. dist. 1. q 5. art. 6.* Paludanus *in 4. dist. 5. q. 2. n. 22.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 2.* Quamobrem sancte sancta fieri debent à Ministris consecratis.

31 Peccant igitur lethaliter conjuges, si in peccato mortali matrimonium contrahant, non quatenus ministrent sacramentum, sed quia sacramentum suscipiunt in peccato lethali. Quid verò dicendum sit de sacerdote existente in lethali, si assistat matrimonio, respondetur, nec sacerdotem peccare lethaliter: ratio est, quia licèt sit persona consecrata non tamen ipse est Minister conficiens hoc sacramentum ; benedictio siquidem quam præstat, est tantùm quoddam sacramentale, & ita docent Suarez *tom 1. de sacrament. q. 65. art. 4. disput 16. sect. 4.* Ledesma *1. p. q. 5. art. 6.* Vega *lib. 6. sum cas. 117.*

32 Quæritur octavò, an in lege evangelica matrimonium initum inter fidelem, & Catechumenam ex Pontificia dispensatione sit sacramentum. Censent aliqui inter quos Sotus *in 4. dist. 26. q. 2. art. 3. in fin.* Eckius *tom. 4. quæst. 73. de sacrament.* matrimonium ex Pontificia dispensatione initum inter fidelem, & Catechumenam esse sacramentum ex parte solius fidelis, eò quia ille solus capax sit sacramenti, non verò catechumena, quæ nondum per baptismum ingressa est ecclesiam. Verùm communior, & verior sententia est, contractum matrimonij ex Pontificia dispensatione inter fidelem, & catechumenam initum non esse sacramentum, nec ex parte fidelis: & ratio desumitur ex eo, quia in utroque conjuge matrimonium est unum numero sacramentum, perinde ac est unum numero matrimonium, proinde sicut si in uno ex contrahentibus non esset matrimonium, nec tale esset in alio, eò quia matrimonium non possit consistere nisi tale sit in utroque contrahente, ita nec potest esse sacramentum in uno contrahentium, quin etiam sit in alio; quòd si in uno non est sacramentum, nec in altero. Inter infideles autem licèt legitimè contrahatur matrimonium, & validè, ut definitur in *c. gaudemus de divortijs*, non tamen tale matrimonium est sacramentum, quia baptismus est janua sacramentorum, ut definit Concilium Tridentinum in decreto de sacramento baptismi : & quia infideles nondum susceperunt baptismum non sunt capaces sacramentorum. Quòd si dicas in c. gaudemus de divortijs matrimonium infidelium vocari sacramentum; respondetur laxè tantùm, & impropriè dici ibi sacramentum, quatenus matrimonium infidelium designat unionem Christi cum ecclesia quamvis impropriè, eò quia fide careant.

Quæritur nonò, quomodo efficaciter contra hæreticos evincatur, matrimonium inter fideles initum in lege evangelica esse sacramentum ? Respondetur ex Tridentino *sess. 7. can. 7. & 8. & sess. 24. can. 1.* constare matrimonium inter fideles initum esse verè, & propriè sacramentum conferens gratiam, ut fusè probat Bellarminus *lib. 1. de matrim. c. 2. & sequent.* ratio est, quia matrimonium fuit institutum à Christo, seu elevatum ad rationem sacramenti, ut esset signum rei sacræ, & conferret gratiam, proinde verè, & propriè est sacramentum, etenim matrimonium inter fideles initum esse signum rei sacræ ex eo eo evincitur, quia est vinculum unius cum una, & quidem indissolubile, quod nequit aliunde provenire, quàm ex ratione sacramenti repræsentantis unionem Christi indissolubilem : unde matrimonium perinde ac alia sacramenta novæ legis à Christo instituta, est signum rei sacræ repræsentans, & significans unionem Christi indissolubilem cum ecclesia, quæ unio est res sacra. 33

Quòd etiam conferat gratiam, ostenditur ex eo, quia Deus non deficit in necessariis : atqui jugum matrimonij esset vinculum intolerabile, quod nulla dispensatione, nullóque eventu dissolvi potest, sine Dei gratia, proinde Christus ut huic consuleret necessitati instituit matrimonium, ut gratiam conferret conjugatis, ne jugum matrimonij esset ipsis intolerabile. Tum quia hoc matrimonium institutum fuit, ut parentes prolem piè, ac religiosè instruerent, & educerent, ad quod desiderabatur gratia. 34

Tum quia cùm sit matrimonium post lapsum Adæ in remedium concupiscentiæ, utique exigebat gratiam conferre conjugatis, ut tranquillam vitam inter se agerent præsertim cùm in lege evangelica non permittatur repudium sicut in veteri, quapropter Christus ita instituit matrimonium, ut non solùm esset signum rei sacræ, & repræsentaret unionem Christi indissolubilem cum ecclesia, sed etiam causaret gratiam, quæ duplicem habet effectum, scilicet reprimere concupiscentiam, & efficere, ut conjuges fideliter sibi assistant, operas suas communicent, & prolem religiosè instruant: quoties enim Deus dat divinitùs aliquam facultatem, suppeditat etiam auxilia necessaria ad illam, ut decet, exercendam; & quia per matrimonium datur facultas ad mutuam cohabitationem, & generationem prolis : debuit gratia sacramentalis, quæ confertur per matrimonium hos effectus producere. 35

Quæritur decimò, an inter fideles possit esse matrimonium, quod non sit sacramentum, & sensus est, an fideles contrahentes matrimonium possint ab eodem ex intentione separare rationem sacramenti, si intendant verum matrimonium inire ? Respondetur cum distinctione, si 36

illa

illa intentio in contrahentibus separandi rationem sacramenti à contractu matrimonij procedat ex errore, quo credant, matrimonium non non esse sacramentum, & nihilominus intendant facere, quod fideles per matrimonium efficiunt, tunc putârim non obstante ea intentione erronea confici sacramentum matrimonij, quia talis error non excludit debitam intentionem, ut docet D. Thomas in *addit. q. 51. art. 1. ad 2.* sicut qui crederet baptismum, esse fictionem, si nihilominus baptizaret, & intenderet facere, quod ecclesia facit verè baptizaret, quia tunc ecclesia supplet defectum illum in Ministro: sin verò illa voluntas sit vera intentio separandi rationem sacramenti à ratione contractus profani, quantum est in ipsis, tunc putârim non confici sacramentum, idque defectu intentionis in ministris: perinde ac non baptizaret, qui ita infantem ablueret, ut non haberet intentionem baptizandi, quia intentio Ministri requiritur ad validitatem sacramenti, & ita docet Suarez *tom. 1. de sacram. q. 64. art. 10. disp. 13. sect. 2.*

37 Verùm putârim in hoc casu nec ipsum contractum matrimonij validum esse in ratione contractus: ratio est, quia ex Christi institutione sacramentum matrimonij est inseparabile à contractu matrimonij, adeò ut ratio sacramenti inseparabilis sit à ratione contractus, proinde intentio non conficiendi sacramentum repugnat intentioni validè contrahendi matrimonium: siquidem è converso, qui intenderet facere sacramentum matrimonij, non autem contractum, nihil efficeret, cùm ex Christi institutione hæc duo ita sint inseparabiliter conjuncta, ut se mutuò ponant, & destruant.

38 Quòd si dicas, conjuges esse Ministros hujus sacramenti, proinde si contrahant sola voluntate perficiendi matrimonium, & sine intentione conficiendi sacramentum illud non conficere, eò quia intentio Ministri requiratur ad sacramentum. Contra est, quia vel defectus intentionis formalis, vel virtualis conficiendi sacramentum procedit ex ignorantia, aut errore, & nihilominus contrahentes intendunt conficere, quod efficiunt cæteri fideles, & tunc contrahunt matrimonium, quia talis error, vel ignorantia non excludit debitam intentionem saltem virtualem. Quòd si contrahant cum expressa voluntate separandi quantum est in ipsis rationē sacramenti à matrimonio, tunc neutrum efficiunt, quia ex Christi institutione intentio non faciendi sacramentum repugnat intentioni celebrandi contractum matrimonialem.

39 Si dicas, ante Tridentinum sponsalia de futuro transivisse in matrimonium per copulam carnalem animo maritali factam *c. veniens 2. c. is qui fidem de sponsal.* sed tunc ratione copulæ non poterant transire in sacramentum: minor probatur, quia absurdum est sacramentum perfici per carnalem copulam illicitam. Contra est negatur minor, quia tunc non fuit factum sacramentum per copulam carnalem secundùm se sumptam, sed per eam quatenus erat signum sensibile affectus conjugalis. Neque obstat quòd talis copula fuerit tunc peccaminosa: quia si vir & fœmina conveniant, ut prolatio talis particularis mendacij sit signum mutui consensus in ordine ad contrahendum matrimonium; tunc eo ipso quòd proferunt tale mendacium, si alia omnia requisita adsint contrahitur matrimonium; quòd si tale mendacium esset tantùm peccatum veniale, adhuc daretur gratia sacramentalis ex opere operato; non quatenus mendacium est peccatum; sed prout præcisè est signum expressivum mutui consensus in ordine ad contrahendum matrimonium; secus si esset peccatum lethale, ut præfata copula, quia tunc poneret obicem infusioni gratiæ.

Quæritur undecimò, an Ordinarius possit etiam invito Parocho delegare facultatem alteri simplici sacerdoti conjungendi in matrimonium conjuges? Respondetur affirmativè, quia Ordinarius habet jurisdictionem in tota sua Diœcesi, & Parochi ab ipso dependent: nomine enim Ordinarij hic intelligitur Episcopus Diœcesis, in qua contrahentes domicilium habent, & hi omnes, qui in authoritatem, & jurisdictionem ipsi succedunt, ut Capitulum sede vacante Vicarius Generalis Episcopi, ut etiam Vicarius Capituli Sede vacante: limitatur tamen nisi horum authoritas specialiter quoad hoc restricta sit: cæterum Ordinarius hanc facultatem alteri sacerdoti invito Parocho nonnisi rarò, & urgente causa concedere debet, quia per hanc delegationem adimitur Parocho assistentia matrimonialis, quæ jure ordinario ei competit, adeo ut jure suo quasi spolietur, quando Ordinarius hanc facultatem assistendi alteri simplici sacerdoti delegat: & tunc quando alter simplex sacerdos assistit, necessaria est ad validitatem matrimonij ex præscripto Concilij Tridentini duorum, vel trium testium præsentia, quæ simultanea esse debet non successiva, quia Tridentinum copulativè exigit præsentiam Parochi, & testium per dictionem *&*, quæ est copulativa, ut notat Barbosa *de offic. Episc. p. 2 alleg. 32. n. 137.* non tamen attenditur qualitas testium, quia Tridentina synodus hanc qualitatem non exprimit, quapropter non est necesse sint omni exceptione majores, sed sufficit, si sint mentis compotes, & apti intelligere, quid agatur: hinc possunt esse testes viri, vel mulieres; imò etiam proximi consanguinei ipsorum contrahentium sine exceptione, quæ hic locum non habet. 40

Ratio verò cur Tridentina Synodus non restrinxerit contractū matrimonij ad testes omni exceptione majores, est, ne obtentu exceptionū multoties matrimonia irritarentur; vel saltem in dubiū revocarentur: possent semper cōjuges volentes matrimonium irritare objicere, testes non fuisse omni exceptione majores, hinc orirentur plures lites, & dissidia, & plerúmque matrimonia irritarentur, vel ut dubia haberentur, ad quæ incommoda vitanda Concilium Tridentinum non exigit testes esse omni exceptione majores, sed tantùm qui sint mentis compotes, & apti intelligere, quid tunc agitur. 41

Quæritur duodecimò, an ad validitatem matrimonij contrahendi requiratur Parochi, & 42

testium

testium præsentis physica, vel moralis? Respondetur, solem præsentiam physicam non sufficere ad validitatem matrimonij, sed requiri etiam moralem, adeò ut tam Parochus, quàm testes sciant, & intelligant, quid agetur, & ipsius Parochi, & testium testimonio probari possit matrimonium fuisse initum inter tales conjugatos: hinc si Parochus sola præsentia physica assisteret, seu tantùm corporeliter esset præsens, sed non intelligeret, nec adverteret, quid ageretur invalidum foret matrimonium defectu præsentiæ non physicæ, sed moralis Parochi, quia tunc de matrimonio coram se inito non posset testari. Pari pacto insufficiens foret Parochi præsentia, si contrahentes matrimonium essent retro aliquem parietem, vel retro aliqua aulæ, vel Parochus cæcus esset, quis tamen si verba audiret, & intelligeret, non posset tamen certò, & securè testari hunc virum, & hanc mulierem in individuo contraxisse, cum ipsos non viderit, & vox possit facilè fallere, ut notat Barbosa *loc. cit. de offic. Episc. p. 2. alleg. 32.*

43 Cæterum quamvis non sufficiet sola præsentia physica sine morali: hæc tamen sufficit, tametsi Parochus invitus, vel planè reluctans esset præsens, séque declararet, nolle ipsos contrahentes conjungere, quia tunc si contrahentes verè coram Parocho invito matrimonium contrahant cum sufficientibus testibus juxta decretum Tridentinæ Synodi, & concurrentibus cæteris requisitis, tunc licèt Parochus reluctans, & invitus sit præsens tali matrimonio, quòd nollet iniri, adhuc potest testari conjuges coram se licèt reluctante, & testibus requisitis à Concilio contraxisse matrimonium, quia tunc censetur matrimonium istud initum coram facie ecclesiæ, cùm certom de ipso possint testimonium dare Parochus, & testes; non enim hoc matrimonium est clandestinum: neque intentio Parochi requiritur cùm ipse non sit Minister, sed tantùm assistat nomine ecclesiæ: Ministri enim hujus sacramenti sunt ipsi contrahentes, qui per verba, & signa externa sensibilia manifestant Parocho, & testibus internum consensum. Cæterum hæc Parochi, & testium præsentia adeo est necessaria ad validitatem matrimonij, ut nec ignorantia etiam invincibilis ejus defectum possit supplere, ut nec etiam privati alicujus necessitas.

44 Quæritur tertio decimò, an saltem in mortis articulo, vel tempore belli, aut pestis, si Parochi præsentia haberi non possit, matrimonium sit validum, si contrahatur coram testibus? Respondetur, tale matrimonium initum sine præsentia Parochi esse irritum. Ratio est, quia quādo in dispositione dicitur *aliter fieri non posse*, tunc inducitur forma essentialiter servanda eo modo, quo præscribitur, & non aliter, ut docet Felin. *c. cum dilecta de rescript. n. 6 fig. 7.* ut etiam quando ponitur decretum annullans, ut docet idem Felin. *loc. cit. num. 9.* atqui in Tridentina Synodo *sess. 24. de matrim. c. 1.* dicitur, quòd aliter non possit matrimonium fieri, quàm præsente Parocho, & duplici teste; & si aliter contrahatur, sit irritum, ac nullum sortiatur valorem, proinde inducitur forma omnino servanda ad validè contrahendum matrimonium, adeo ut pro nullo evento sit matrimonium validum, si contrahatur sine præsentia Parochi, & ratio est evidens, quia nulla res sine sua propria forma potest subsistere.

Tum quia Concilium omnino inhabiles declarat contrahentes, ait enim *sess. 24. de matrim. c. 1. Qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus Testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* ubi ponderenda est illa dictio *omnino*, quæ significet in quovis eventu, absque ulla exceptione, remedio, aut dispensatione, ut notat Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 32. num. 6.* 45

Tum quia Concilium reddit sic contrahentes inhabiles: atqui inhabilitatem materiæ sacramenti nullus potest etiam necessitatis casus supplere, sicut in nulla necessitate possunt frater, & soror copulari, eò quia materia sit inhabilis, ut docet Sotus *lib. 1. de just. q. 6. art. 4.* Philiarcus *de offic. sacerd. tom. 1. part. 1. lib. 4. c. 10.* idque non ratione legis ecclesiasticæ, quia hæc non videtur obligare in tanta necessitate, sed ratione legis naturalis, & divinæ ibi inclusæ, & dictantis, non esse licitum, accedere ad non suam: ac autem ipso quòd ecclesia inhabilitat materiam ad matrimonium, non potest hoc cum tali materia; consistere, proinde si contrahat or, vir accederet ad non suam: præterea ac ipso quòd ecclesia reddit materiam inhabilem, ut non consistet matrimonium, non habetur ampliùs ex lege ecclesiastica, sed divina, quia materia, & formæ sacramentorum fuerunt à Christo institutæ, & habentur è lege divina, ut docent Sarmiento *lib. 1. select. c. 6. num. 7.* Navarrus *lib. 4. consil. in 1. edit. de spons. consil. 44.* & *in 2. tit. de clandest. despons. consil. 4.* 46

Posset tamen in contrarium objici; quia leges divinæ recipiunt interpretationem de bono, & æquo, & ex Epicheia, ut quæ pro charitate inducta sunt, non contrarientur legi divinæ: idque probatur, quia licèt *Joan. 1.* nemo sine baptismo salvari possit, nihilominus deficiente Ministro, vel etiam aqua, sufficit baptismus in voto, quia tunc interpretatur lex divina ob charitatem exercendam in proximum; ergo à fortiori debent leges humanæ, & ecclesiasticæ recipere eandem epicheiam; atqui ex eo, quòd in mortis articulo, vel tempore belli, aut pestis sine Parochi præsentia contrahatur matrimonium, tantùm abest, ut id adversetur charitati, ut potius charitas ipsa exerceatur in proximum, quia proles per tale matrimonium legitimatur, quæ sine illo destitueretur legitimatione. Tum quia morti proximi veldè affecti erga concubinam, plerumque salus spiritualis periclitaretur, si non liceret moribundo etiam non præsente Parocho matrimonium contrahere, eò quia non possit affectum in illam excutere, & vincere. Sed contra quia hoc argumentum tantùm procedit de lege merè præceptiva, & inducente contractui solemnitatem tantùm extrinsecam, non verò de 47

lege inducente solemnitatem substantialem, & inhabilitante materiam. Nec id censendum est contra charitatem, quia expedit bono communi, quòd lex cum tali rigore sancita sit, ne scilicet prætextu belli, vel pestis, vel mortis articuli matrimonia clandestina contrahantur cum summo Reipublicæ discrimine, & damno.

48 Quòd si dicas, præceptum ecclesiasticum non obligare cùm tanto rigore, ut in magna necessitate non liceat contravenire, ut liquet in præceptis de missa audienda, de servando jejunio. Respondetur id verum esse de simplici præcepto ecclesiastico, non de eo, in quo simul concurrit jus naturale, & divinum, ut in casu nostro. Neq; obstat, quòd possit matrimonium tunc validè contrahi sine prævijs denuntiationibus, quia est dispar ratio: siquidem denuntiationes tantùm pertinent ad solemnitatem accidentalem. Secus præsentia Parochi, & testium ad solemnitatem, sine qua matrimonium suum non sortitur valorem.

49 Hinc neque sufficit licentia præsumpta Parochi, nec ratihabitio de futuro, ut docent communiter apud Sanchez Doctores *lib. 3. de matrim. disp. 34.* Neque urget, si dicas, cum eadem licentia præsumpta posse à simplici sacerdote ministrari extremam unctionem: nam adhuc est dispar ratio, quia præceptum hoc est merè ecclesiasticum, quia de præcepto divino est, ut à sacerdote ministretur extrema unctio: secus contrahere matrimonium coram Parocho, & testibus ita est præceptum ecclesiasticum, ut etiam includat divinum.

50 Quæritur quarto decimò, an si in mortis articulo matrimonium contrahatur cum concubina coram Parocho, & testibus per tale matrimonium proles jam ante suscepta legitimetur? Respondetur, tale matrimonium habere vim legitimandi prolem ante susceptam, ita docent Abbas in *c. commissum num. 3. de sponsal.* Alexander de Nevo *eod. c. num. 7.* Joannes Andreas *regul. sine culpa dub. 1. de reg. jur. in 6.* & in *c. tanta num. 2. qui filij sint legitimi.* Baldus *c. innotuit num. 11. vers. ex prædictis de elect.* Albericus *l. cum quis n. 5. c. de mater. liber.* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. de impediment. matrim. disp. 105. num. 5.* ratio est, quia virtus legitimandi prolem susceptam inest vero matrimonio *c. tanta qui filij sint legitimi*: atqui matrimonium in mortis articulo initum coram Parocho, & testibus est verum matrimonium: ergo eidem inest vis legitimandi prolem antea susceptam, quia non cohæret matrimonium esse validum, & non efficere prolem naturalem ante susceptam legitimam.

51 Nihilominus in contrarium objicit Baldus in *l. eam quam num. 27. C. de fideicommiss.* ubi quemvis concedat tale matrimonium esse validum, negat tamen, habere efficaciam ad legitimandam prolem ante susceptam, & movetur quia in *l. nuper. C. de natural. liber.* statuitur, tunc matrimonium habere vim legitimandi prolem ante susceptam, quando spe sobolis initur: atqui à constituto in mortis articulo non initur spe sobolis, quia moribundus non censetur amplius aptus ad generationem, ex quo infert Baldus, esse tale matrimonium validum quidem, sed illi non inesse vim legitimandi prolem ante susceptam.

Idque firmat, quia tunc non potest constitui 52
dos, quæ deserviat oneribus matrimonij sustinendis, quod requiritur ad legitimandam prolem *l. Juliam. ff. de jure dot.* Sed contra, quia ut rectè notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. num. 10.* & cum ipso ferè omnes Canonistæ, matrimonium ad hoc ut dicatur initi spe prolis, sufficit si ineatur ad intentionem legitimandi prolem, quæ ex illegitimo concubitu antea suscepta fuerat, quia tunc verificatur, matrimonium iniri spe prolis, quia hæc de novo acquiritur ut legitima, quæ antea erat illegitima, unde accedente legitimatione ex vi talis matrimonij supervenit proles legitima, quæ antea non erat legitima; propterea tale matrimonium initur spe sobolis, hoc est, ut legitimæ, & in hoc sensu commodè explicantur jura congesta à Baldo, quia proles cum nova qualitate legitimationis antea non erat, & tantùm beneficio talis matrimonij incipit esse, ac proinde dicitur matrimonium illud iniri spe sobolis. Ad id, quod addebatur de dote deserviente oneribus matrimonij sustinendis, respondetur, spectato jure canonico non desiderari dotem ad prolem legitimandam, ut notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 105. num. 8. & sequent.*

Quæritur quinto decimò, an necessitas præ- 53
sentiæ Parochi, & testium etiam requiratur ad valorem matrimonij in illis Provincijs, in quibus Concilium Tridentinum quoad hunc articulum non fuit publicatum. Respondet Zegerus van Espen *de jure eccles. p. 2. tit. 12. n. 29. de spons.* hanc necessitatem præsentiæ Parochi, & Testium tantùm procedere in locis, in quibus Tridentina Synodus publicata fuit, quoad hoc punctum: ait enim in ijsdem Provincijs matrimonia inita sine præsentia Parochi, & testium esse irrita, & nullum sortiri valorem, idque probat quia Concilium Tridentinum *sess. 24.* in fine sui decreti injungit, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, numerandos à die primæ publicationis factæ in eadem Parochia: ex quo infert Van Espen, Synodum Tridentinam noluisse decretum hoc vim suam habere ad irritandum matrimonium in ijs Parochijs, in quibus nunquam fuit publicatum, quacunque etiam ratione fuerit publicatio impedita: & addit in Belgio, & omnibus finitimis regionibus exceptis Angliâ, & Poloniâ Concilium Tridentinum quoad hoc decretum fuisse sufficienter promulgatum, ut etiam ostendit Huygnes in *suis observat. de sacram. matrim. c. 36.* Rursus addit Van Espen, quòd cum in omnibus penè locis publicatio Concilij Tridentini quoad hoc decretum fuerit sufficienter facta, rari incidant casus, in quibus non habeatur nullitas matrimonij clandestini, si hoc ineatur sine præsentia Parochi. Et Huygnes *loc. cit. c. 36. num. 13.* ait, hoc decretum Concilij quoad publicationem non afficere personas ratione loci, ad quem di-

vers

vertunt; vel per quem transeunt, sed ratione loci, in quo habitent, & infert, incolas loci, in quo decretum est publicatum non posse validè contrahere clandestinè in loco diversorij, vel transitûs, ubi non est publicatum, adeò ut Belga non possit Londini clandestinè matrimonium contrahere. Cæterum vagantes possunt contrahere coram Parocho loci, in quo existunt, licèt in eo non habitent, quia sic vagantes, non habent Parochi domicilium: hac ratione Zypæus *tit. de sponsal. num.* 16. refert, sacram Congregationem Cardinalium super Concilio declarâsse, *quòd ubi etiam constat, decretum Concilij esse publicatum, & aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilij observatum; sed parochialis ecclesia utpote vacans proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Episcopo, atque Capitulo habentibus à Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi; nullúsque alius ibi sit, qui vices Parochi, aut Episcopi suppleat, matrimonium valere absque præsentia Parochi servatâ tamen in eo, in quo potest, formâ Concilij nempe adhibitis saltem duobus testibus.*

54 Quæritur sexto decimò, an matrimonia, quæ hæretici contrahunt coram Ministro hæretico, vel Magistratu item hæretico, valida sint in illis locis Germaniæ, tam superioris, quàm inferioris, in quibus olim decretum Concilij quoad necessitetem præsentiæ Parochi Catholici, & Testium publicetum, & receptum fuit, tametsi ibi etiam adsint Perochi Catholici? Respondetur, talia matrimonia Acatholicorum inita coram Magistratu politico, vel Ministro Acatholico valida esse etiam in illis locie, ubi decretum Concilij Tridentini fuit promulgatum, adeo ut hæretici, in matrimonio conjuncti, si convertantur ad fidem Catholicam, non sint urgendi, ut coram Parocho Catholico consensum matrimonialem renovent. Idque esse usu receptum non solùm in Germania, sed etiam in Provinciis confœderatis Hollandiæ, ubi Calvinistæ dominantur à 70. & ampliùs annie testetur Van-Espen *loc. cit. num.* 32. & addit toto quasi orbe spectante fuisse talia matrimonia pro validis reputata: idque probat Martinne de Sween in Academia Lovaniensi Theologiæ Doctor. Primò quia id vergit in utilitatem ecclesiæ, & salutem animarum, quia si matrimonia Acatholicorum coram Magistratu politico, vel Ministro Acatholico inita essent invalida, sequeretur, quòd nullus conjugatus Calvinista posset ad fidem Catholicam converti, & reconciliari ecclesiæ Catholicæ, nisi vel desereret uxorem hæreticam nolentem se convertere; vel nisi cognosceret se huc usque in materiali saltem fornicatione cum putatitia sua uxore vixisse; vel nisi ea consentiret de novo inire contractum conjugalem coram Parocho Catholico, quod nonnisi rarissimè contingeret: hinc difficulter Calvinistæ præsertim ad fidem Catholicam converterentur, proinde ex eo, quòd eorum matrimonia inita coram Magistratu politico, vel Ministro Acatholico habeantur, ut valida; via aperitur hæreticis, ut faciliùs resipiscant, & reconcilientur ecclesiæ Catholicæ. Refert idem Martinne de Swaen hanc rationem proposuisse Cardinalibus Sacræ Congregationis super Concilio Episcopum Castoriensem Vicarium Apostolicum per Provinciae Confœderatas, & respondisse. *Non convenire, ut quæstio ista à sancto officio definiatur, sed statueret ipse, quod crederet animarum sibi creditarum saluti maximè expedire.* Imò refert, eodem anno Pœnitentiariam Romanam respondisse eidem Antistiti, se sentire, matrimonia Acatholicorum in Balgio fœderato inita coram Magistratu politico, vel Ministro Calvinista haberi ut valida.

Tum quia ut ait idem Martinus de Swaen, 55
observatio decreti Concilij Tridentini de contrahendo matrimonio coram Patocho Catholico inter Acatholicos est moraliter impossibilie, cùm Acatholici Parochoe Catholicoe præsertim Amstelodami non permittant, nec matrimonia ita iniri. Rursus veliditatem hujus matrimonij probat præfatus Martinue de Swaen ex fine decreti Concilij Tridentini: siquidem finis Concilij quoad irritanda matrimonia clandestina fuit, ut evitarentur plura incommoda, & damna, quæ ex talibus matrimonije oriebantur: cùm enim in foro externo non possent probari, conjuges post aliquot annoe quasi tedio affecti separabantur, prætextu, quòd non inierint matrimonium, sed tantùm simul cohabitaverint, ex quo sequebatur, quòd proles inde suscepta haberetur illegitima, & conjuges iterum contrahentes matrimonium adulterarent: ad hæc igitur evitenda incommoda rectè Concilium Tridentinum prohibuit matrimonia clandestina, quæ etiam declaravit irrita, eò quia in foro externo non possent probari: atqui hæc incommoda non sequuntur, quando matrimonia contrahuntur inter Acatholicos coram Magistratu politico, vel Ministro hæretico: quia tunc in foro externo probantur per testes sufficientes; talia enim matrimonia contrahuntur publicè, & coram testibus, & non aliter quàm præviis tribus distinctie publicie proclamationibue, sine quibue etiam apud Acatholicos matrimonia clandestina non permittuntur: unde cùm cesset finis decreti Concilij Tridentini, non apparet ratio, cur debeat urgeri ejus observantia. Quòd si dicas, sacram Congregationem Cardinelium etiam declarâsse matrimonia Acatholicorum inita coram Magistratu politico, vel Ministro Acatholico esse invalida post Tridentinum; respondet Zypæus *tit. de sponsal. num.* 16. fuere matrimonia eo tempore declarata nullius valoris, quo Rex Catholicus nullum adhuc jus liberæ Reipublicæ Provinciis confœderatis Hollandiæ cesserat, & nullius adhuc Religionis pacificum nisi solius Catholicæ indulgeret exercitium: pro eo tempore, quo Hollandi primùm defecerunt à Catholica Religione, & omnia turbata erant, potuit sacra Congregatio optimè declarare decretum Concilij Tridentini etiam tunc Acatholicos obligare, eò quia tunc adhuc subjiciebantur Regi Catholico, tametsi ab ejus jurisdictione Rebellantes niterentur se liberare, nec tunc timebantur illa incommoda, quæ nunc oriuntur, si hujus

modi matrimonia non habeantur valida, nec observatio decreti Tridentinæ Synodi erat tunc moraliter impossibilis, sicut hodie; mutato prorsus, & totaliter politico regimine.

56 Quæritur decimo septimò, an valeat dum sit matrimonium inter Catholicum, & hæreticam initum in patria sponsæ hæreticæ coram Magistratu politico? Respondet Svvanius in *dissert. de sponsa duor.* §. 7. matrimonium initum in partibus hæreticorum coram Magistratu, vel Ministro Acatholico suum sortiri valorem, tametsi altera pars contrahentium sit Catholica, & altera hæretica. Et ratio deducitur ex resolutione precedentis quæstionis: etenim si matrimonium initum coram Magistratu Politico, vel Ministro Acatholico validum est, quamvis utraque pars sit Acatholica, videtur dicendum esse itidem validum si altera pars sit Catholica, & altera hæretica. Tum quia matrimonium initum in loco ubi decretum Concilij Tridentini non est publicatum, esset validum licèt clandestinè initum, tametsi una tantùm pars contrahentium in loco isto haberet domicilium, & altera in loco, in quo decretum fuit publicatum, & id fuisse declaratum a sacra Congregatione asserit Wamesius *consil. can. 530.* & Svvanius plura congerit argumenta, & congruentias ut probet validitatem huius matrimonij, & asserit id ad praxim deduci in Pruvinciis Confœderatis Hollandiæ, ubi subinde Catholici uxores ducunt hæreticas in pagis, vel urbibus, ubi exercitium ecclesiæ Catholicæ non permittitur, & addit, quòd si uxor resipiscat, & convertatur ad fidem Catholicam, Presbyteros Catholicos non solere de novo eos conjungere, unde hujusmodi matrimonia inita inter Catholicum, & Acatholicam juxta patriæ leges, & consuetudines valida reputantur: quinimò etiam in Gallia antequam Ludovicus XIV. adigeret ad exercitia fidei Catholicæ hæreticos, & Calvinistas, qui in Galliis ad plura centena milla multiplicabantur, testantur Doctores Parisienses fuisse tunc permissum, ut hæretici in iis Galliæ locis, ubi liberè habitare permittebantur, & ubi sui exercitij liberam habebant ecclesiam, matrimonio jungerentur coram Pseudo-Ministris, non coram Parochis Catholicis, & dicunt, ecclesiam Catholicam fuisse passam Ministros Acatholicos loco Parochorum quoad hoc, ne matrimonia clandestinè inirentur.

57 Certum tamen est, tempore, quo Ludovicus XIV. voluit, omnes hæreticos sui Regni converti ad fidem Catholicam, matrimonia in hæresi inita ab hæreticis non fuisse de novo coram Parocho Catholico contracta, licèt conjuges fuerint ambo conversi ad fidem Catholicam, tunc enim admittebantur ad sanctam communionem, & sacramentalem absolutionem, quamvis non celebraverint de novo matrimonium. Tum quia, si unus conjux convertatur manente uxore in hæresi, non propterea negatur converso sacra communio, vel absolutio: imò nec licet converso ad fidem Catholicam deserere uxorem hæreticam, & alteri nubere, tametsi hæc nolit coram Parocho consensum renovare.

Nihilominus licèt matrimonium initum inter Catholicum, & hæreticam coram Magistratu Politico, vel Ministro Acatholico validum sit in partibus hæreticorum, si fiat juxta consuetudinem loci; non tamen tale matrimonium est licitum, & gravissimè Catholicus peccat ducendo tali pacto uxorem hæreticam, idque saltem ob præsentaneum periculum perversionis ad hæresin, & quia proles inde suscepta deberet instrui à matre, & Præceptoribus hæreticis, unde hujusmodi matrimonia sunt omnino dissuadenda ob gravissimum peccatum, quod incurrit conjux Catholicus ducens uxorem hæreticam, imò Swanius §. 10. refert, fuisse aliquando ex mandato Congregationis Cardinalium prohibitum omnibus Pastoribus, ac Missionariis in Provinciis Confœderatis Hollandiæ, ne ullo modo matrimonio conjungerent personas, quarum altera esset hæretica; addit tamen adeò urgentes fuisse ex parte Missionariorum allegatas rationes, ut paulò post Cardinales concesserint ut obtenta licentia Vicarij Apostolici Pastores, & alij Missionarij personas disparis Religionis coram Ministro Acatholico, vel Magistratu Politico juxta patriæ statuta conjunctas in præsentia sua denuò conjungant: unde prohibetur Missionarijs, ne sine licentia Vicarij Apostolici attentent personas disparis Religionis simul matrimonio conjungere: citat Swanius *loc. cit* §. 10. constitutionem Vicarij Apostolici in Hollandia; cujus verba sunt: *Prohibemus sub pœna suspensionis ab officio missionis omnibus Missionariis, ne quis personas, quarum altera est acatholica nobis inconsultis, & sine speciali nostro consensu præsumat conjungere:* postea addit: *sæpe deterreant Pastores, aliique Missionarij plebem catholicam, ne conjugij jugum ducant cum in fidelibus, nec cum aliis velint unum corpus fieri, cum quibus non possunt fieri unus spiritus*, habentur hæc apud Zegerum van-Espen *p. 2. de jure eccles. tit. 12. de spons. n. 29.* 58

59 Quæritur decimo octavò, an hæretici contrahentes matrimonium ob errorem speculativum, quo putant, matrimonium non esse sacramentum, si nolint sacramentum suscipere, sed velint nihilominus matrimonium contrahere, eo modo quo solent Christiani in ecclesia Christi, suscipiant sacramentum? Respondetur, Acatholicos sic contrahentes matrimonium suscipere sacramentum quoad rem, non verò quoad effectum: quia ob obicem hæresis non suscipiunt gratiam sacramenti, sed tamen contrahunt matrimonium eo modo, quo solent Christiani in ecclesia Christi contrahere: ratio est, quia Christus elevavit contractum matrimonij ad rationem sacramenti, adeò ut inseparabiliter conjunxerit rationem contractus matrimonialis cum ratione sacramenti: sicut si quis existens in peccato lethali non præmissâ sacramentali confessione neque actu contritionis accederet ad Evcharistiam, eámque sumeret, utique sacramentum susciperet, sed non effectum sacramenti, seu ipsam gratiam sacramentalem ob obicem peccati, quod nequit simul cum gratia sacramentali cohærere,

Unde

60 Unde si Acatholici contrahentes matrimonium ob errorem speculativum, quo putant matrimonium non esse sacramentum, noliut sacramentum suscipere; ita tamen ut velint contrahere eo modo, quo solent Christiani in ecclesia Christi, suscipiunt sacramentum, adeò ut tale matrimonium dissolvi amplius non possit, quia repræsentat unionem indissolubilem Christi cum ecclesia. Tum quia, cùm ratio sacramenti ex Christi institutione sit matrimonio inseparabiliter annexa; nequit ratio sacramenti privata, & peculati intentione, vel errore contrahentium separari à matrimonio, alioquin etiam inter Catholicos privata intentione matrimonium posset à sacramento separari, quod dici nequit: alioquin matrimonium non esset omnino indissolubile, quia omnimoda inseparabilitas desumitur à ratione sacramenti.

61 Quæritur decimo nonò, an contrahens matrimonium cum peccatrice, seu meretrice volente se corrigere, exerceat opus meritorium? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. inter opera 20. h. t.* ubi Pontifex declarat publicam meretricem extrahere ex lupanari, & accipere in uxorem esse opus misericordiæ, & proficere in remissionem peccatorum, hoc idem etiam desumitur *ex c. tria 5. dist. c. non est culpandus 32. q. 1.* & ex D. Joanne Chrysostomo ad Theodorum Monachum ibi: *Num vides deformes, imprudentésque mulieres prostitutas vix obtrudi posse gladiatoribus, & ijs, qui eum bestiis depugnare soliti sunt? Si qua autem bona forma, & ingenua, liberalique facie per occasionem in eam inciderit calamitatem, quemlibet generosum virum sine pudore connubio sibi talem adjunxisse: tanta apud homines misericordia, & vulgaris opinionis acceptio sæpe in propatulo ignominia affectas ab infami servitute liberat, & in matronarum ordinem recipit.*

62 Notat tamen Glossa *in d. c. inter opera 20. h. t.* meretricem nolentem continere non esse accipiendam, nec retinendam, ne videatur maritus patronus turpitudinis. Ratio autem, cur publicam meretricem extrahere ex lupanari, & accipere in uxorem sit opus misericordiæ ex eo peritur, quia inficiati nequit, multa onera, & varias molestias sequi matrimonium, scilicet onera societatis ad vitam jugiter duraturæ, incommoda educationis liberorum, familiæ alendæ sumptus, & curam, & plura alia, quæ experiuntur conjugati, adeò ut nisi naturæ usui matrimonij delectationem addidisset, vix esset homo, qui vellet nubere, & nunc etiam præmiis, seu oblatâ dote alliciuntur viri ad matrimonium contrahendum, ut notat D. Thomas *in supplemen. q. 49. art. 1.* siquidem concubinatus pravum explet luxuriæ desiderium sine cura, sine molestia alendi prolem susceptam, & sine onere societatis ad vitam jugiter duraturæ; quia concubina eum sit sine dignitate, & temporaria potest expelli ad libitum etiam sine causa: ergo matrimoniū cum publica meretrice inire ad eum finem ut hæc extrahatur ex lupanari, est opus misericordiæ, & proficit in remissionem peccatorum.

Videtur tamen in contrarium obstare, quia 63
omni jure tam divino, quàm humano, civili, & cannonico prohibitum est meretricem, seu fœminam palam ex suo corpore quæstum facientem in uxorem accipere: id esse prohibitum jure divino liquet in lege Moysi data, quam ita refert Josephus *lib. 4. antiqu. c. ult.* ibi: *Ne meretrix sit sus nuptiarum, cujus propter injuriam suo corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittit: atque hæc ita observari valdè interest, ad hoc ut proles nascatur ingenua, & ad studium virtutis erecta, si non è turpi, aut illiberali matrimonio sint prognati.* Id etiam ceutum esse jure civili liquet ex *t. c. l. Jul. de marit. ordin.* ibi: *Qui senator est, quive filius nepósve ex filio, pronepósve ex filio nato, cujus eorum est, erit, ne quis eorum sponsam, uxorémve sciens dolo malo habeat libertinam, aut eam, quæ ipsa, cujúsve pater, matérve artem ludicram facit, fecerítque; item eam, quæ palam corpore quæstum facit, fecerítque:* quæ verba exponit Ulpianus *in l. palam 43. in princ.* & *§. 1. ff. de ritu nupt. in fragment. tit. 13. §. ult.* Rursus connubium meretricis specialibus legibus diversarum gentium fuisse prohibitū refert Procopius *in histo. Arcan. fol. 45* Sed contra, quia tametsi apud varias gentes prohibitum fuerit, publicas meretrices in uxores ducere, ecclesia tamen, quæ saluti duntaxat animarum intendit prospicere, matrimonium cum meretrice in lupanari existente, & vitam cupiente mutare adeo commendavit, ut remissionem peccatorum maritum consequi dixerit Clemens III. *in d. c. inter opera 20. h. t.* quinimò similibus defunctis uxoribus prohibuit ecclesia ad Ordines ascendere.

Tum quia liberare suum proximum à peri- 64
culo peccandi est procul dubio exercitium meritorium, proinde à fortiori extrahere meretricem volentem resipiscere è lupanari, quia inter opera charitatis relata *in c. tria 45. dist.* enumeratur: deviare errantem à semita peccati: hinc qui eo fine meretricem in uxorem ducit, ut eam à statu illo peccati eximat, liberétque; ab occasione peccandi opus exercet eximiæ charitatis, & remissionem consequitur suorum peccatorum; cum plerúmque ut ait D. Chrysostomus *homil. 68. in Matth.* mulier, quæ fuerat in propatulo ignomina affecta per simile conjugium in matronarum ordinem recipiatur: & meminit idem D. Chrysostomus Phænissæ cujusdam non nobilis tantum meretricis, sed magnæ quoque maleficæ, quæ post exhausta multorum patrimonia, sic Dei gratia conversa est, ut quo modo in theatro quondam, & scena prima fuerat, & omnes impudicitiâ superaverat; ita post baptismum universos continentiâ post se reliquit cilicio per relinquam vitam induta. Hinc *Oseæ 1.* dixit Dominus ad Oseę: *Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac filios fornicationum,* cujus textus verus sensus genuinus est, Deum præcepisse, ut Propheta assumeret in uxorem legitimam eam, quæ fuerat publica meretrix, ut docet D. Augustinus *lib. 3. de doctrin. Christ. c. 12. & lib. 22. contra Faustum c. 23.* ut etiam D. Tho-

mas *t. 2. q. 100. art. 8. ad. 3.* & commoniter explicant textum illum Oseæ, ot Deus præciperet Prophetæ, ut sumeret sibi uxorem fornicationum non tam ad ostendendam obedientiam Prophetæ, quàm ad exercendam cheritatem erge meretricem: hinc D. Hieronymus in Oseam ait: *Non culpandus Propheta si meretricem converteris ad pudicitiam, sed potiùs laudandus, quòd ex mala bonam fecerit.* Hinc filij nati ex hoc Oseæ conjugio fuerunt legitimi, quia tametsi vocentur filij fornicationum denominatione extrinseca ab eo, quòd mater ante metrimonium cum Propheta initum fuerat fornicaria, verè tamen fuerunt legitimi; quia nati ex legitimo mattimonio. Unde falsum est, jure divino prohibitum esse, matrimonium inire cum meretrice volente se corrigere ad eum finem, ut vir eam extrahat à statu peccati: quod verò ad legem civilem ettinet lex canonica est illi præferende, quie saluti enimarum unicè studet.

65 Quæritur vigesimò, an concubinatus permitti possit. Ratio dubitandi desumitur ex eo, quia in pluribus Provinciis, & civitatibus ad impedienda adulteria permittitur meretricetos sub certa forma, certisq; cautionibus, proinde multo magis videtut permittendus concubinatus, quia meretricatue majorem habet deformitatem, & dissonantiam cum metrimonio, quàm concubinatus, qui tentùm exercetut inter solutum, & solutam: vitia autem eò sunt turpiora, quò magis recedunt ab actibus virtutum: quo fit, ut concubinatus sit minus fœdus, minúsque recedat ab actu virtutis, quàm meretricatus. Tum quia concubinatus licèt primò, & principaliter non intendat procreationem liberorum, ad eam tamen est aptior, quàm meretricatus, licèt uterque, libidinis explendæ causâ exerceatur.

66 Tum quia licèt concubinatus ex se sit conjunctio temporaria soluti cum soluta, nihilominus hæc conjunctio diutiùs potest durare, ac propterea meliùs consulere educationi prolis, quàm vagus concubitus, in quo pater omnino incertue est: ex hisce liquet, majorem affinitatem cum matrimonio habere concubinatum, quàm meretricatum, & illa vitia esse turpiora, quæ magis declinent ab actibus virtutum; cùm vitij qualitas à recessu desumatur virtotis; unde quo recessus est mejor, eò vitium est fœdius: ergo ex eo, quòd permittetur meretricetus, videtur sequi, posse itidem permitti concubinatum.

67 Sed respondetur ad quæsitum, nullo modo posse concubinatum permitti, prout dicit soluti cum soluta conjunctionem, seu unius ed onam non publicè prostitutem, sed seorsim habitam accessum, & peccaturos gravissimè Principes, qui talem concubinatum permitterent, ot communiter docent sancti Patres, præsertim D. Augustinus relatus à Gratiano *in c audite 6. 34. dist.* ibi: *Audite charissimi membra Christi, & Matris Catholica ecclesiæ filij, quod dico competentibus, & fidelibus, dico & competentibus, & pœnitentibus, audiant Catechumeni, audiant omnes, timeant, nemo contemnat; sit mihi in consolationem vestor auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus. Competentibus dico fornicare vobis non licet: sufficiant vobis uxores, aut nec uxores, concubinas vobis habere non licet. Audiat Deus si vos surdi estis: audiant Angeli ejus, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet, & si non habetis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis: tantò magis damnatio vobis erit, si volueritis habere uxores, & concubinas:* ubi Augustinue ad prorsus eradicandum concubinetum voce utitur tonitrui, & quidem in rota, ut homines deterreat à tanto facinore.

68 Hinc Tridentina Synodus *sess. 24. de refor. matrim. can. 8.* sub variis, & gravibus pœnis laicorum concubinatum tem solutorum, quàm uxoratorum prohibet: & nihilominus Concilium meretricatum sicut concubinatum non prohibuit sub illis pœnis, tametsi tunc temporis quandò Concilium agebatur, plura fuerint in orbe christiano lupanarie, & plures fœminæ lupæ, seu meretrices, dicuntur enim lupæ à lupanari, quo pacto Romuli, & Remi nutrix nomine Larentina, cognomine lupe vocata fuit à Pastoribus, sumpta denominetione à lupanari, eò quia meretrix esset: veterea enim Romani lupeeeas cognominabant fœminas, quæ corpus suum vulgabant, ut ex Ovidio, Plinio, Livio, & Gelio probat Isæus apud Lactantium *lib. 1. instit. c. 20.* hinc Lupanar dicitur locus ubi ipsæ meretrices prostituuntur, ut notat Lactantius *lib. 1. c. 20.* hæc autem lupanaria certum est apud varias Nationes permissa fuisse ad vitanda mejora mala, nimirum stupra honestissimarum fœminarum, & adulteria conjugatarum. Et Sulon Athenis primue omnium dicitur publica meretricum lupanaria constituisse, ut juvenes ab adulteriis diverterentur, & stupris, imò non solùm epud Ethnicos, sed etiam apud Christianos fuisse meretricatum permissum liquet ex D Chrisostomo *homil. 32. in cap. 19. Matth.* ubi ait: *Permittimus ergo quod nolentes indulgemus; quia pravam hominum voluntatem ad plenum cobibere non possumus: permittitur ergo fieri mala, ne fiant peiora:* hinc D. Augustinue *lib. 2. de ordin. c. 4.* ait: *Aufer meretrices de rebus humanis, & turbaveris omnia libidinibus.* idque etiam probat D. Thomes *de regimine Principum lib. 4. c. 14.* nbi ostendit Reipublicæ expedire meretrices in ea permitti, ut inde graviore peccata vitentur.

69 Retio igitur, cur permitti non possit concubinetos licèt meretricatus permittatur, est, quia si concubinatus permitteretur, nec puniretur inter solutos, rari essent, qui vellent uxores ducere, contenti sua concubine temporarie, quam ad libitum possent dimittere: quo pacto propriæ libidini satisfacerent homines, & onera non susciperent matrimonij, nec varias molestias, quæ ad ipsum consequuntur: etenim societas ad vitam jugiter duratura, liberorum educatio, familiæ cura, totios domus sumptus, onere sunt, quæ non modicè viros aggravant conjugatos, quibus si licitus esser concubinetus procul dubio nollent metrimoniū inire ad hæc onere vitanda: cùm igitur plus damni adferret Reipublicæ concubinatus, si permitteretur,

quàm

quàm meretricatus, rectè ille non permittitur, licèt iste permittatur, quia homines meretrices omnibus communes non tam facilè adeunt ratione pudoris, vel etiam timore inde contrahendi morbos: plurimi enim hoc timore arcentur ab accessu ad lupanaria, qui non averterentur à concubina, quam alerent in propria domo.

70 Hinc concubinatus magis pugnat contrariè, & immediatè cum castitate matrimonij, & cùm ejus statu, quàm meretricatus: hinc si Principes permitterent concubinatum, quem non punirent, procul dubio efficerent, ut minus frequentaretur matrimonium, quia nobiles, vel nunquam, vel seriùs oxores ducerent, nec de liberis curarent, proinde frequenter illustriores familiæ extinguerentur. Hinc verum est, vitia, quò magis recedunt ab actibus virtutum, eò esse fœdiora: sed negatur, concubinatum minus recedere à castitate matrimoniali, quia est vitium deterius respectu meretricatûs, quatenus diutius animam detinet alligatam *c. ult. de consuet.* unde quamvis in ratione peccati tam meretricatus, quàm concubinatus sit simplex fornicatio ut docet Magister *4. sent. dist. 41.* concubinatus tamen est vitium deterius propter circumstantiam diuturnioris temporis, & ob majus impedimentum, quod infert matrimonio; ob enim majora damna, quæ infert Reipublicæ, est vitium deterius, quod nullo modo permitti potest in Republica, quamvis permittatur meretricatus. Hinc graviori pœne punitur concubinatus, quàm fornicatio vaga, tametsi peccans in hisce spurcitiis sordescat. Quamobrem paritas desumpta à permissione meretricatus omnino corruit, quia est discrimen tam ob rationem circumstantiæ culpæ, quàm in obviando castitati matrimoniali. Experientia itidem docet, eos, qui concubinas domi alunt, vix adduci posse, ut matrimonium ineant, & concubinas dimittant, quapropter si concubinatus permitteretur sicut meretricatus, plurimum inde fieret matrimonio damni.

71 Tum quia quanto meliori nomine, aut prætextu retinetur concubina soluta à soluto, eò conjunctio est nequior. Tum quia concubina nulla infamiæ nota ex juris civilis, & canonici censura inuritur, secus meretrix est infamis, & pessimæ notæ, ac abjectissimæ conditionis *l. probrum 41. in princ. & §. 1. de ritu nupt.* ubi, quæ palam corpore quæstum facit turpiter vivere dicitur.

72 Quæritur vigesimo primò, an non obstante copula violenter extorta intra bimestre initi matrimonij, possit sponsa, quæ vim passa est contradicente viro religionem ingredi. Certum est à jure post initum matrimonium concedi sponsis bimestre ad determinandum si velint adhuc recedere à statu matrimonij, & ingredi religionem approbatam à sede Apostolica: licèt matrimonium sit ratum, dummodo non consummetur, conceditur conjugatis hoc bimestre ad deliberandum. Modò quæritur, an si intra hoc bimestre vir violentiam adhibeat, & extorqueat copulam à sponsa; adhuc possit hæc religionem ingredi contradicente viro, à quo fuit vim passa?

73 Respondetur, duas esse sententias, quarum prima affirmat, & hanc docent Sanchez *de matri. tom. 1. lib. 3. disput. 11.* & alij, quos ipse plenâ manu citat. Ratio, qua hæc sententia nititur, est, quia sponsus extorquens violenter talem copulam à sponsa injuriam gravem eidem infert, quia ipsâ renuente non habet jus extorquendi ita violenter illam copulam ante ipsum bimestris, & desumitur *ex c. ad nostram de empt. vend. c. tuæ de cleric. non resid. c. sedes de rescript.* & pluribus aliis juribus, quæ congerit Tiraquel. *de retract. lig. §. 3. Glossa 9 num. 68.* & hæc opinio mihi videtur valdè probabilis, si sponsa fuit totalem violentiam passa, & nullo pacto consensit in talem copulam; quia sine propria sua culpa non videtur privanda jure, quod habet ad perfectiorem statum religionis.

74 Secundam sententiam contrariam docent alij præsertim Basilius Pontius *de matrim. lib. 9. c. 10. num. 3.* eò quia matrimonium revera per talem copulam fit consummatum: jura autem sine ulla distinctione loquuntur: & ubi jus non distinguit, nec nos debemus distinguere, nisi turpitudo sequatur, ex quo infert Pontius, non posse talem fœminam invito viro transire ad religionem. Prior tamen sententia in favorem sponsæ vim passæ videtur æquitati magis consona: jura enim non distinguunt, quia supponunt matrimonium non consummari nisi ex mutuo consensu.

75 Tum quia prior sententia magis favet Religioni, & cœlibatui. An verò maritus intra bimestre cognoscens uxorem invitam peccet lethaliter affirmant plures cum Glossa *in c. conjuges 27. q. 2. V. primum.* Sylvestro *V. debitum q. 1. consf. 4.* Sanchez *lib. 2. disp. 24. num. 25.* Pontio *lib. 9. c. 9. num. 7.* Alij tamen non improbabiliter docent, maritum comprimentem uxorem intra tale bimestre non peccare lethaliter, & nititur hæc sententia, quia à tempore initi matrimonij maritus habet jus in corpus fœminæ suæ uxoris, proinde si illam etiam invitam comprimat, non videtur lethaliter peccare, quia utitur jure suo: nemo enim ex eo, quòd utatur re propria, & jure suo dicitur peccare; quamvis alteri sequatur injuria, quia id se habet per accidens.

76 Si dicas, potuisse fœminam intra illud bimestre Deo inspirante deliberare de meliori statu, & transire ad religionem, proinde vir, qui vi tunc opprimit uxorem, auferre ab illa hanc potestatem, & peccare lethaliter; respondent inde non sequi peccare lethaliter, eò quia nullum in jure invenitur præceptum, quòd debeant conjugati intra illud bimestre abstinere à copula: in jure enim tantùm illis permittitur, ut intra bimestre possint abstinere, ut deliberent de meliori statu, unde cum maritus nullum transgrediatur præceptum, non videtur tunc peccare lethaliter.

77 Verùm ad conciliandas pugnantes sententias censerem procedendum cum distinctione, si enim sponsa dixit tunc marito, velle se religionem

nem ingredi, ac nolle propterea se ab ipso cognosci, in hoc casu si maritus adhuc vi conjugem suam opprimeret, eámque corrumperet, non excusaretur à culpa gravi, quia gravem tunc uxori infert injuriam, a qua aufert corporis integritatem: stante enim voluntate sponsæ ingrediendi Religionem maritus non habat jus in illam intra bimestre, proinde si eam comprimat, non excusatur à culpa gravi. Tum quia jus certum sponsæ transeundi ad Religionem redderetur dubiũ, & litigiosum, & lite mota impediretur emissio solemnis professionis usque ad litis conclusionem; & quia anceps esset litis eventus plures essent sumptus necessarij, quæ omnia procul dubio non modicum inferrent sponsæ gravamen. Tum quia posset fœmina ax tali copula vi extorta concipere, sícque impediri ab ingressu religionis cum gravissimo ejus damno, & ob hanc rationem plures docent, posse sponsam perpetuum facere divortium, ita docent Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 2. §. 1. n. 11.* Gomez *l. 80. taur. n. 39.* & alij. Sin verò sponsa non præmeditetur religionis ingressum intra bimestre, & maritus vi copulã ab ea extorqueat, tunc putârim non peccare lethaliter, quia tunc sponsus utitur jure suo exigendi sibi debitum. Verùm id procedit, quando adhibitis aliis mediis pacificis nollet sponsa marito assentiri, nec sinere se ab illo allici, tunc enim si nõ posset alio modo, & pacificè uti jure suo, adhibendo vim non peccatet lathaliter. Quòd si dicas, peccare eum, qui vi nititur racuperare rem suam, eò quia teneatur Judicis officium implorare, respondet Glossa in matrimonio virum habere manuum injectionem in uxorem ratione subjectionis, proinde posse propria anthoritate uti jure suo.

78 Quæritur vigesimo secundò, an sponsus invita sponsa per vim compressa possit religionem ingredi: Ratio dubitandi est, quia si uxor potest religionem ingredi, signum est adhuc posse matrimonium dissolvi, proinde posse sponsum religionem ingredi? Respondetur, non posse sponsum invita sponsa per vim compressa religionem ingredi. Ratio est, quia ex parte sua voluntariè matrimonium est consummatum: & eatenus jura, & doctores concedunt sponsæ per vim compressæ ingressum religionis, ut damnum violenter sibi illatum possit resarcire.

79 Quòd si dicas, per talem copulam vi intra bimestre extortam non consummari matrimonium, proinde posse adhuc sponsum religionem ingredi, siquidem matrimonium consummatum repræsentat unionem Christi cum ecclesia per carnem, ex hac enim repræsentatione unionis oritur omnimoda indissolubilitas, proinde per eam solàm copulam consummatur matrimonium, quæ hanc unionem potest repræsentare: atqui hujusmodi est sola copula utrinque voluntaria, & non vi extorta, quia unio Christi cum ecclesia, & Verbi divini cum natura humana fuit voluntaria.

80 Contra est, quia etiam per copulam vi extortam revera consummatur matrimonium, quia tunc habetur hæc consummatio quando ambo conjuges fiunt una caro. *c. discretionem de eo qui cognos. consang.* atqui per copulam vi extortam conjuges fiunt una caro, proinde tunc consummatur matrimonium: præterea, quia copula, ex qua oritur affinitas consummat matrimonium: atqui copula vi extorta sufficiens est, ut ax illa oriatur affinitas, unde consequens est, ut per ipsam consummetur matrimonium. Tum quia cum ex parte viri fuerit matrimonium liberè consummatum, sequitur, quòd ex parte illius sit omnino indissolubile. Neque obstat quod objiciebatur, talem copulam non repræsentare unionem Christi cum ecclesia, eò quia hæc unio fuerit omnino libera. Nam respondetur, copulam illam vi extortam repræsentare unionem Christi cum ecclesia quoad substantiam: fiunt enim conjuges per talem copulam una caro, quæ repræsentat unionem Christi cum ecclesia, unde solum quoad modum non repræsentat unionem Christi cum ecclesia, quia hæc fuit omnino spontanea, & talis copula violenta: sufficit autem ad consummationem matrimonij, ut repræsentet unionem Christi cum acclesia quoad substantiam, & non est necesse ut eam repræsentet quoad modum.

Quæritur vigesimo tertiò, an si alter conjux non cogitat religionem ingredi, possit adhuc per primum bimestre non reddere debitum alteri petenti? Duæ sunt in hac quæstione sententiæ, quarum prima est negativa, quam docent Coninck *de sacrament. disp. 26. dub. 4. conclus. 2. num. 46.* Hurtadus *tract. de matrim. disput. diffic. 8. num. 29.* Bordonus *in miscel. decis 244.* & nituntur, quia per matrimonium ratum statim transfertur dominium corporis in alterum conjugem, maximè si neuter desideret religionem ingradi, proinde potest uti jure suo exigendi debitum, & alter conjux cum itidem supponatur sine desiderio ingrediendi religionem, tenetur petenti debitum reddere, quia omne debitum est reddendum creditori. Tum quia privilegium per non usum amittitur, ut notat Glossa in *c. cum venissent. de constitut.* 81

Præterea quia cessante causa ex vulgatis juribus etiam cessat effectus: atqui causa illius bimestris concessi à jure in *c. ex publico de convers. conjug.* est, ut conjux deliberet, an valit raligionem ingredi, unde eo ipso quòd non vult eam ingredi corruit privilegium bimastris, quia cessat causa ejus concessionis. Tum quia ad amissionem talis privilegij, seu bimastris sufficit semel deliberâsse non ingredi, ne sit nimis molestus parti. Contraria tamen sententia probabilior est, ac verior, quam docent cum D. Augustino *lib. 8. confess. c. 3.* D. Thomas *in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 2. ad 2.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 9. c. 7.* Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 24. num. 25.* ubi plena manu citat Doctores docentes hanc sententiam: ratio est, quia hoc bimestre in *c. ex publico de convers. conjug.* conceditur ad deliberandum de ingressu religionis: at licet neuter conjux hodie desideret religionem ingredi, potest tamen contingere, ut cras desideret meliorem statum, & tutiorem pro salute animæ, proinde desideret religionem 82

in

ingredi; ideóque quamvis sponsi nolint religionem ingredi, adhuc non tenentur statim post matrimonium initum sibi invicem reddere debitum, adeò ut non peccet unus conjux, si alteri petenti debitum intra bimestre nolit illud reddere, quia utitur jure suo, quod habet ad deliberandum de ingressu religionis: cùm enim habeat à jure hanc potestatem, non debet invitè eâ privari; proinde licitum ei erit denegare debitum conjugale alteri petenti, donec primum bimestre dilabatur: non enim tenetur quis invitè se privare potestate sibi à jure concessa, & ita cum D. Thoma docet etiam D. Bonaventure *in 4. dist. 26. art. 3. p. 2.*

83 Neque obstant rationes in oppositum pro contraria sententia, quia per matrimonium ratum non statim transfertur absolutè dominium corporis in alterum conjugem, etiam non posita voluntate non ingrediendi religionem, sed tantùm sub tacita conditione, si alter velit consentire in talem copulam ante bimestre, quia si nolit, tametsi hic, & nunc non habeat desiderium ingrediendi religionem, habet tamen potestatem illam ingrediendi per totum primum bimestre, proinde non tenetur se privare hac potestate sibi à jure concessa: quamvis enim hodie neuter conjux intendat religionem ingredi, potest tamen cras, vel alia die intra bimestre mutare propositum in melius, proinde licitum erit utrique conjugi expectare per totum primum bimestre: unde cùm dicitur per matrimonium ratum transferri dominium corporis in alterum conjugem, id subintelligitur sub tacita conditione, nisi velit religionem ingredi, vel si velit cedere jure suo, sèque voluntariè privare potestate sibi à jure concessa.

84 Ad id, quod addebatur, privilegium per non usum deperdi, respondetur, id tantum procedere, quando ponuntur actus contrarij tali privilegio, quia tunc illo non utens, virtualiter, & interpretativè censetur eidem renuntiare. Præterea falsum est, conjugem nolentem debitum reddere alteri petenti intra primum bimestre non uti suo privilegio, quin imò illo utitur, per hoc quòd velit conservare potestatem mutandi in melius propositum, & ingrediendi religionem: privilegium enim datum sponsis in *c. ex publico de convers. conjug.* habet pro objecto hanc potestatem deliberandi de meliori statu, quam potestatem possunt conjuges servare per totum bimestre non reddendo alteri petenti debitum. Ad aliud, quod dicebatur cessante causâ cessare ejus effectum, respondetur, quòd tametsi causa cesset pro eo tempore, quo sponsus nondum deliberavit de meliori statu eligendo, non tamen cessat pro alio tempore, quo potest mutare propositum in melius, proinde licitum est illi tale tempus expectare: potest enim Deus, qui hodie non dat desiderium ingrediendi religionem, cras illud uberiori auxilio dare, & beneficio sui auxilij inflammare voluntatem ad meliorem statum eligendum.

85 Hinc non sufficit, si semel tantùm deliberaverit non ingredi, quia si velit, adhuc potest expectare totum bimestre, an Deus det illi desiderium ingrediendi religionem, & auxilium mutandi in melius propositum. Hinc juvet observare, quòd si sponsa duodennis intra bimestre transeat ad religionem, tenetur tunc ejus sponsus expectare usque ad sextum decimum annum sponsæ, donec hæc in religione à Sede Apostolica approbata solemnem emittat professionem, similiter si sponsus ingrederetur religionem ante bimestre S. Francisci de Paula teneretur sponsa expectare usque ad annū 18. quia tunc in illa religione emittitur solemnis professio, ut notat Pontius *de matrim. lib. 9. c. 9. num. 2.* An verò quando quis intra primum bimestre matrimonij rati, & non consummati vult religionem ingredi, professio possit emitti ante annum probationis exactum? Affirmare videtur Navarrus *c. 16. num. 27.* Verùm contraria sententia communior est, & verior, quia conjux ante completum bimestre, si velit religionē profiteri, potest ingredi religionem, & tempore consueto emittere professionem.

86 Quæritur vigesimo quartò, an bimestre præscriptum in *c. ex publico de convers. conjug.* sit ad deliberandum de religionis ingressu, vel ad profitendum. Aliqui docent, tale bimestre præscribi ad profitendum, adeò ut teneatur sponsus ingrediens religionem intra illud bimestre profiteri, vel matrimonium consummare, & rationem desumunt ex *d. c. ex publico de convers. conjug.* quia ibi præscribitur; ut sponsa debeat intra bimestre ad religionem transire, vel ad virum redire: atqui transire, vel ingredi religionem perinde est, ac ad professionem admitti, idque deducitur ex *eod. cap. ex publico,* ubi dicitur alterius ingressu in religionem dissolvi matrimonium, hæc autem dissolutio non contingit, nisi per solemnem professionem. Secundò quia si manens in sæculo teneretur per annum exspectare, minùs rectè eidem consultum esset, cùm non posset toto illo tempore ad alias nuptias transire, donec alter solemnem professionem emitteret in religione approbata, & ita docent Innocentius in *d. c. ex publico num. unic.* Abbas ibi. *num. 11.* & huic sententiæ videtur adhærere Glossa in *c. statuimus V. habitum de regul.*

87 Alij procedunt cum distinctione, & dicunt, quòd si alter conjux ex alterius consensu ingrediatur, debeat tunc consentiens expectare, donec alter ingrediens religionem in eadem post annum probationis profiteatur, quia eo ipso, quòd effectitur ingressui, videtur etiam consentire anno probationis, qui dari solet in religionibus approbatis ante emissionē solemnis professionis: quòd si unus conjux sine alterius consensu religionem ingrediatur, tunc censent dari tantùm ipsi bimestre juxta *c. ex publico de convers. conjug.* & ita docent in *d. c. ex publico* Joannes Andreas *num. 8.* Ancharanus *n. 10.* Cardinalis *q. 6.* Verùm respondendum est, communiorem, & veriorem sententiam esse, tale bimestre in *c. ex publico de convers. conjug.* dari tantùm ad deliberandum de religionis ingressu, non verò ad emittendam professionem, quia ad hanc datur in jure integer annus, qui non potest

poreſt à Judice coarcteri. Ratio eſt, quia hujusmodi eanus non ſolùm dstur in favorem Novitij, ut Monaſterij euſteritates, & vitæ religioſæ rigores experietur, ſed etiam in favorem Monaſterij, & religionis, ut experietur mores Novitij, ut hebetur in *c. ad Apoſtolicam de regul.* hinc remetſi Nuvitius ob proprium factum poſſit ſe jure ſuo privere, non tamen poteſt Monaſterium privere jure, quod hebet ed probàndos per annum mores Novitij. Prætereà quie ſi jure licitum eſt ſponſo religionem ingredi, debet etiem licere religioni experiri mores Novitij, cùm tale privilegium etiam in favorem religionis concedetur.

88 Demum quia non licet recedere à jure antiquo ſine textu expreſſo; & ne juris correctio indocatur, debent potiùs verbe impropriari: atqui jure antiqoo conceditur annus probationis *c. ad Apoſtolicam. c. Gonzaldus* 17. q. 2. & in *c. ex publico* expreſsè non definitur contrarium, ſed tantùm dicitur, quòd intra bimeſtre debeat ſponſus religionem ingredi, quod commodè intelligitur de tranſitu ad novitiatum, ut jus entiquum ſervetur illæſum, & ita docent Oſtienſis in *ſum tit. de converſ. conjug. num. 11.* Armil. *V. divortium num. 5.* Sotus in *4. diſt. 27. q. 1. art. 4.*

89 Hinc ed fundementa primæ ſententiæ reſpondetur tranſitum ed religionem ſumi completè, non inchoativè tantùm, hoc eſt, ut tranſitus firmetur per emiſſam ſolemnem profeſſionem, quie quamdiu hæc non emittitur matrimonium non ſolvitur: quòd ſi conjux intra bimeſtre ingrederetur religionem, & poſt aliud bimeſtre egrederetur, teneretur redire ad ſuam conjugem. Ad eliud, quòd addebatur, minus rectè conſultum foret ſponſo manente in ſæculo, ſi hic teneretur expectare, donec alter poſt annum ſolemnem emitteret profeſſionem, reſpondetur, nullam inde ipſi injuriam irrogari, quia eſt æqua utriusque conditio; tam enim hoc privilegium eſt in favorem unius, quàm alterius conjugis. Tum qnie ex 20, quòd debeat expectare, donec poſt annum probetionis emittatur ſolemnis profeſſio, id cedit in bonum religionis, quæ probat mores Novitij; oportuit enim, ut bono atiam conſuleretur religionis; unde ed fundementum ſecundæ ſententiæli quet, quòd ſive alter ſponſus ex alterius conſenſu ingrediatur, vel etiam ſine ejus conſenſu, ſemper annus probationis conceditur citra injuriam non conſentientis, quia aſt æqua utriuſque conditio.

90 Quæritur vigeſimo quintò, an deto etiam, quòd bimeſtre daretur ſponſis non ed ſimpliciter ingrediendum religionem, ſed ad profitendum in ea, ut cenſent plures, correctùm id ſit per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de regul. c. 15.* ubi ſtatuitur, nullam ed profeſſionem eſſe admittendum niſi elapſo toto integro anno probationis? plures in ee ſunt ſententie, ut bimeſtre præſcriptum in *c. ex publico de converſ. conjug.* detur ſponſis ad profitendum, & id non eſſe correctum per Concilium Tridentinum in *d. ſeſſ. 25. c. 15.* proinde edigendum eſſe ſponſum ad emittendem profeſſionem intra bimeſtrè præſcriptum in *d. c. ex publico*: quemvis conjux, qui religionem ingreditur nondum ennum ætatis 16. requiſitum à Concilio Tridentino expleverit. Nituntur ee præſertim retione, quia lex poſterior generaliter, & indiſtinctè loquens limitende eſt per ſpecialem antiqniorem, juxta quam debet intelligi, niſi expreſſis verbis eidem contràdicat *l. ſed & poſteriores. ff. de legib.* ibi: *Poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint*, & ite docent Bertolus in *l. omnes populi q. 3. ff. de juſt. & jur.* Abbes *conſ. 24. num. 1. v. ſecundo principaliter vol. 2.* Decius *ff. de reg. jur. reg. 90. n. 12.* Et hanc doctrinem ita veram eſſerunt, ut velint etiam procedere, quamvis in lege nova ſit cleuſule, *Non obſtante*: quinimò licèt enteriores leges abrngetæ ſint, nihilominus juxte illes debent recentiores explicari *l. non eſt novum ff. de legib.* quinimò non ſolùm per legem ſpecielem anteriorem, ſed etiem per retionem legis prioris, ſunt poſteriores leges limitandæ, ut docet Bertolus *l. de pretio ff. de publ. in rem act.* atqui Synodus Tridentine ioquitur generaliter, proinde reſtringenda eſt per ſpeciele jus antiquum in *d. c. ex publico de converſ. conjug.*

Idque firmant, quia quando lex antiqua poſuit caſum ſpecielem; lex nove ſi loquatur generaliter non intelligitur derogare illi caſui ſpeciali, unde cùm in *d. c. ex publico* ſermo ſit de caſu ſpecialiſſimò, & ob ſpecialiſſimam rationem, ne fiet præjùdicium ſponſo manentè in ſæculo, ſi cogatur expectare interdum per annum integrum, nonnunquam per quedriennium, ut ſi ſponſa eſſet duodennis, cùm Tridentinum generaliter ſtatuet, profeſſionem non eſſe emittendem ante annum Novitiatùs, & ante annum ætatis 16. expletum, ideo non eſt Concilium intelligendum in hec generali diſpoſitione, ne loquatur de hoc caſu ſpeciali. Confirmant ſecundò, qnie profeſſus tranſletus ab une religione non mendicante ed aliam non mendicantem poteſt ante annum profiteri juxte *c. ad Apoſtolicam de regul.* cui Tridentine Synodus non videtur derogare in hoc caſu ſpeciali: ergo neque deroget diſpoſitioni in *c. ex publico de converſ. conjug.* 91

Communior tamen ſententia eſt, ut bimeſtre præſcriptum in *d. c. ex publico*, ſit correctum per Concilium Tridentinum, adeò ut annus probetionis non poſſit coarcteri, eò quia Tridentinum generaliter, & per verba negativà ſtatuit, ut profeſſio religioſe nonniſi poſt annum probationis emittatur: & quie hæc lex eſt univerſalis, & negativa, debet univerſeliter intelligi *c. ſolita. §. fin. de major.* & *l. de pretio. ff. in public. in rem act.* idque procedit etiam cùm major retio invenitur, cur non debeat unam magis, quàm aliam ſpeciem includere: & retio petitur ex regula logice, quie cùm ſit negetio melignantis neturæ, & deſtruat quidquid poſt ſe invenit, ponàtque ejus oppoſitum, ſequitur per diſpoſitionem Tridentini deſtrui bimeſtre præſcriptum in *c. ex publico de converſ. conjug.* in ordine ad emittendam profeſſionem. Tum 92

quia

Quia ratio, cur Concilium Tridentinum disposuerit, professionem solemnem nonnisi post annum probationis emitti, est, ut Novitius cognoscat, quale vitæ institutum susceperit, & experiatur difficultates, & incommoda, quæ in ejus observantia occurrunt: & an vires suppetant ad illa toto vitæ tempore perferenda: sin autem conjux transiens è statu matrimonij rati ad religionem statim intra duos menses deberet professionem emittere, non posset suscepti instituti experiri incommoda, nec cognoscere, an vires illi suppetant ad illa perferenda; quòd si post elapsum bimestre, eum suscepti instituti pœniteret, destitutus jam esset omni remedio, & cogeretur miserrimam ducere vitam, plenam molestiis, angoribus, & difficultatibus: unde cùm ratio Tridentinæ Synodi urgeat contra bimestre præscriptum in *c. ex publico de convers. conjug.* sequitur, tale bimestre in ordine ad professionem statim emittendam esse abrogatum per decretum Concilij Tridentini, adeo ut bimestre præscriptum in *d. c. ex publico*, intelligendum sit quoad ingressum religionis; non quoad professionem emittendam; adeò ut conjuges, si post matrimonium ratum velint religionem ingredi, possint intra primum bimestre, & ad hunc finem etiam servare cœlibatum.

93 Verum nihilominus est, quòd si alter sponsus prætextu religionis nimis differret matrimonium consummare vagando de una religione ad aliam intra annum probationis, posset Judex ipsum compellere ad manendum in una religione, in qua expleto anno probationis emittat professionem, vel ut revertatur ad alterum sponsum, & consummet matrimonium: alioquin si octo, vel decem menses maneret in una religione, & postea aliam ingrederetur; & post alios decem menses iterum aliam, & sic successivè postea aliam, & aliam magnum inferretur alteri sponso damnum: siquidem fermè per totum vitæ tempus non posset ad alias nuptias transire. Ad fundamentum, quo nititur opposita sententia, respondetur, legem posteriorem generaliter, & indistinctè loquentem tunc esse limitandam per specialem antiquiorem, quando non constat, per legem generalem posteriorem corrigi specialem antiquiorem: atqui ex dispositione generali Concilij Tridentini, & ejus ratione colligitur evidenter, corrigi specialem antiquiorem, seu bimestre concessum sponsis de præsenti ad profitendum in religione approbata, quia Tridentinum *sess. 25. de regul. c. 15.* statuit generaliter, & per verba negativa, ut ad professionem non ampliùs admittantur, qui religionem ingrediuntur, nisi post elapsum integrum probationis annum: & ratio, quâ movetur Concilium, urget contra bimestre concessum sponsis ad profitendum. Ad id, quod addebatur, transeuntem ad strictiorem religionem, ut ad Chartusiam posse ante annum emittere professionem, id non videtur verum, nisi accesserit dispensatio Sedis Apostolicæ.

94 Quæritur vigesimo sextò, quot dies continere debeat bimestre concessum sponsis de præsenti in *c. ex publico de convers. conjug.* in ordine ad deliberandum circa ingressum religionis? Docent communiter Canonistæ, hoc bimestre esse arbitrarium, ac posse à Judice cognitâ causâ restringi, vel prorogari; tametsi quando detur terminus à lege absq; Judicis ministerio, non possit Judex terminum illum restringere, & prorogare, eò quia Iudex non sit supra legem, quam non potest immutare: secus tamen contingit, quando terminus datur ministerio Judicis, ut in *d. c. ex publico de convers. conjug.* non enim ibi signetur bimestre; sed mandatur Judici, ut illud designet, ut notat Glossa in *d. c. ex publico. V. intra duorum.* & docent Dynus *reg. indultum 17. n. 14. de reg. jur. in 6.* Sylvester *q. 1. cauf. 4.* cum Rosella *V. debitum. n. 1.*

Respondetur ad quæsitum, quòd si lex, vel statutum concedat mensem, simúlque disponat à quónam tempore mensis incipiat, tunc mensis accipitur, ut occurrit in Kalendario, & quod ex illo mense deficit, sumitur de sequenti, adeò ut mensis contineat dies 30. vel triginta, & unum. Si enim electio debeat fieri intra unum mensem à die vacationis; & talis dies fuit decima Januarij, quia usque ad explendum numerum 31. dierum, quos continet Januarius, desunt novem; sunt hi dies sumendi ex sequente mense Februario, ut notat Glossa *c. quam scit de elect. in 6. V. mensem*, & docent Lambertinus *de jure patron. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 4.* Menochius *cas. 50. n. 21. & sequent.* Computantur enim hujusmodi dies de momento ad momentum, ut docet Lambertinus *loc. cit.* quia quoties tempus incipit ab aliqua die determinata, computatur regulariter de momento ad momentum *l. 3. §. minorem. ff. de minor.* an verò tempus computetur de momento ad momentum, vel potius dies, ex quo terminus statuitur, fusè tractat Tirequel. *de retract. lign. §. 1. Glossa 11.* An verò si dies bisextus occurret in eodem mense sint duo illi dies computandi pro uno, videtur esse difficultas, Lambertinus *loc. cit.* cum pluribus aliis dicunt anno bisextili illum diem non esse minuendum, sed tanquam aliam computandam: & licèt hæc sententia sit valdè probabilis. Communior tamen procedit cum distinctione, & docet in favorabilibus in mense bisextili duos dies computari pro uno, in odiosis verò pro duobus, adeò ut suspensus per mensem Februarium, si tunc sit hic mensis bisextilis possit ultima die Februarij celebrare, ita docent Glossa in *c. quæsivit. de V. S. V. quasi c. si propter de rescrip. in 6. V. primi anni.* Henricus in *d. c. quæsivit. num. 6.* & ibi Ancharanus *n. 1.* Abbas *n. 6.* Juvat tamen observare id procedere, quando computantur menses, vel anni; alioquin si computarentur dies, & diceretur quis suspensus per 50. dies, tunc dies bisextus esset numerandus, ut distinctus ab aliis, quia revera est verus dies, & ita habetur in *l. 2. §. de divers. & tempor. præscript.* & docet ibi Glossa *v. videtur.* Bartolus *l. cum bisextus init. ff. de V. S.* imò esset itidem computandus dies bisextus, si quis suspenderetur per totum Februarium, tunc enim non liceret suspenso celebrare ultima die Februarij, quia hæc verè contingeretur in mense Februario, quòd 95

si dispositio, seu lex non exprimet, quo tempore mensis incipiat, ut quando conceditur indulgentia unius mensis, vel duorum, tunc juxta veriorem sententiam dividendus est totus annus in duodecim æquales partes, quarum una designet unum mensem, & duæ indicant duos menses integros: etenim cum aliqui menses constent 30, & alij 31. diebus, & non assignetur principium mensis, non esset major ratio, cur hunc, vel illum potiùs numerum debeamus eligere, unde ad hanc evitandam confusionem; computatio exactius fit, si annus dividatur in duodecim partes, & sumatur mensis pro una parte: hoc pacto evitantur incommoda, quæ sequerentur, ex eo quia menses non semper contineant æqualem numerum dierum, & ita docent Lambertinus *de jure patron. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 14.* Durandus *c. quam sit. §. electus n. 2. V. si verò de elect. in 6.* Rochus *de jure patron. V. honorificum. q. 51.* Hinc patet responsio ad quæsitum cum enim bimestre concessum *in c. ex publico de convers. conjug.* sponsis de præsenti ad deliberandum circa ingressum religionis incipiat currere à die matrimonij initi: si Judex præscribat hoc bimestre à tali tempore; menses computantur eo modo, quo tunc occurrunt in Kalendario, & quidem de momento ad momentum.

96 Quæritur vigesimo septimo, an, si sponsi de præsenti non consumment matrimonium per tres primos menses, possit unus ex sponsis post elapsum bimestre, imò etiam trimestre transire ad religionem, & in ea solemnem emittere professionem? Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia elapso bimestri, tenetur alter sponsus ex justitia alteri petenti reddere debitũ, ad quod potest etiam compelli: unde post elapsum bimestre, non videtur ampliùs posse ingredi religionem. Tum quia si Judex præcipiat sponso, ut intra certum tempus, vel matrimonium consummet, vel ad religionem transeat, idque sub pœna excommunicationis, potest, si neutrum præstiterit, statim eo tempore elapso illum excommunicare, proinde non potest tunc transire ad religionem, alioquin excommunicatio postea lata injusta esset. Respondetur juxta communiorem, & veriorem sententiam, posse sponsum post elapsum bimestre, imò & trimestre, dummodo matrimonium non fuerit consummatum transire ad religionem, idque tametsi post elapsum bimestre alter sponsus debitum petierit, & qui præmeditabatur religionem ingredi, illud denegaverit: ratio est, quia licèt peccaverit negando debitum post primum bimestre, tametsi præmeditaretur ingressum religionis; non tamen amisit jus, quamdiu non consummavit matrimonium eligendi perfectiorem statum, & religionis ingressum: siquidem Christus absolutè concessit hoc privilegium religiosæ professioni, ut hæc semper dirimeret matrimonium ratum, & nondum consummatum: unde sponsus de præsenti, quamdiu non consummat matrimonium etiam post annum, potest semper religionem ingredi, licèt peccaret, si post bimestre alteri sponso petenti non redderet debitum, ad quod posset etiam compelli à Judice sub pœna excommunicationis, vel ad statim ingrediendum religionem.

97 Quòd si dices, inde sequi, nullum esse discrimen inter bimestre concessum in *c. ex publico de convers. conjug.* & reliquum tempus. Respondetur, discrimen in eo situm esse, quia in primo bimestri licitum est sponso de præsenti negare debitum alteri etiam petenti: & elapso bimestri neutri ampliùs licitum est, negare debitum alteri petenti, nisi statim se transferat ad religionem, quia post lapsum bimestre tempus deliberandi cessavit, & sponsus ex justitia tenetur debitum reddere alteri petenti, quia ex vi contractus matrimonialis initi, habet jus in corpus alterius. Cæterũ ex eo, quòd etiam post trimestre alter ex sponsis de præsenti matrimonio nondum consummato transeat ad religionem non irrogatur injuria alteri manenti in sæculo: quia par est utriusque conditio, & ambo matrimonium contrahunt sub hac tacita conditione, ut quamdiu matrimonium non consummaverint, possint perfectiorem statum eligere, & ad religionem transire, ut docet Glossa in *c. ex publico de convers. conjug. V. intra duorum.* Sylvester *V. votum 5. q. 3.* Cuccus *lib. 5. instit. major. t. 12. n. 20.* & D. Bonaventura *in 4. dist. 27. art. 3. q. 2.* etiam docet transacto bimestre teneri sponsum, vel debitum reddere alteri petenti, vel religionem ingredi.

98 Hinc ad rationem dubitandi clarct solutio, quia transacto bimestri potest sponsus compelli à Judice sub pœna excommunicationis incurrendæ, vel ad reddendum debitum alteri petenti, vel ad ingrediendam religionem. Ad aliud, quod adducbatur de sententia excommunicationis irritè lata, respondetur, quòd si Judex hanc excommunicationem latæ sententiæ protulerit in sponsum, ut intra tale tempus consummet matrimonium, sponsum elapso eo tempore incurrit excommunicationem ob contumaciam, & ea ligatur, donec vel religionem ingrediatur, vel debitum reddat alteri petenti; & tunc tantùm absolvendus est ab excommunicatione, ut docet Innocentius in *d. c. ex publico. num. unic.* Quòd si excommunicatio non erat latæ sententiæ, sed ferendæ, in hoc casu non potest excommunicari, si statim ingrediatur religionem: sin verò ingressum differet, potest ob contumaciam præteritam sine alia prævia monitione excommunicari, ut docent Abbas in *c. cùm sit Romana n. 28. de appell.* & Innocentius *c. ex parte. num. 4. de V. S.* quia quoties præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis potest non obtemperans absque alia monitione excommunicari: quia tunc præceptum munere fungitur præviæ monitionis, & ex eo, quòd quis non obediat, est contumax, proinde potest excommunicari.

99 Quæritur vigesimo octavò, an matrimonium metu gravi initum, purgato metu per sequentem spontaneam voluntatem convalescet? Respondetur affirmativè, & desumitur *ex c. de illis 9. de despons. impub. c. consultationi 28. h. t. c. insuper 4. qui matrim accus.* & ita docent Barbosa *in c. ad id 21, h. t.* Petrus Gregorius

in

in c. de muliere 22. h. t. D. Thomas *in 4. dist. 29. q. unic. art. 3.* ratione etiam id evincitur, siquidem qui vult consequens, vult etiam antecedens, ex quo illud dependet, & cum quo est essentialiter connexum *l. illud 77. ff. de acquir. hæredit.* atqui voluntas cohabitandi cum altero sponso, & cum illo consummandi matrimonium præsupponit essentialiter ipsum matrimonium, quia voluntas licitè coeundi cum altero sponso dependet necessariò à matrimonio licitè priùs inito, adeò ut licita consummatio matrimonij dependeat necessariò à prævio matrimonio licitè contracto, cum quo essentialiter nectitur; alioquin nunquam licita esset talis cohabitatio: unde eo ipso, quòd conjux vult sponte cohabitare cum alio sponso, & cum illo consummare matrimonium, creditur ratificare liberè, & spontè matrimonium antea ex gravi metu initum: ergo matrimonium metu gravi initum convalescit purgato metu per sequentem spontaneam voluntatem cohabitandi, & consummandi matrimonium: tunc enim hæc voluntas cohabitandi retrotrahitur ad tempus, quo ex metu gravi fuit matrimonium illud initum, & hoc convalescit, suumque sortitur valorem beneficio subsequentis voluntatis.

100 Idque firmatur, quia si quis hodie promittat ex gravi metu alteri decem aureos: & post octiduum, quando ampliùs non adest metus, spontè solvit decem illos aureos; non potest ampliùs eos repetere, eò quia actus sit confirmatus, & promissio per gravem metum extorta per subsequentem spontaneam solutionem convaluerit; nisi forsan qui solvit post octiduum, ostenderet, se etiam in solvendo vim passum esse *l. 2. c. de his quæ vi l. si ob turpem. ff. de condict. ob turp.* Firmari etiam ex eo potest, quia ubi consensus intervenit, matrimonium perficitur *c. sufficiat 27. q. 2. l. nuptias. ff. de regul. jur.* ergo tametsi ab initio matrimonium metu gravi initum non fuerit validum, ubi tamen consensus intervenit, perficitur matrimonium *c. sufficiat 27. q. 1. l. nuptias. ff. de regul. jur.* Hinc accedente postea consensu, vel voluntate consummandi matrimonium, hæc voluntas purgat metum gravem, ratione cujus matrimonium fuit invalidè initum, & retrotrahitur ad tempus, quo fuit matrimonium ob talem metum invalidè initum, & per hanc subsequentem voluntatem ratificatur, ac si ab initio fuisset sine metu, & spontè initum: superveniens enim consensus dicitur retrotrahi ad tempus actûs *c. final. in fin. regul. c. 1. de his quæ vi. c. proposuit de conjug. servor.* hinc cùm metus gravis impedierit validitatem matrimonij ab initio; per subsequentem consensum, seu voluntatem cohabitandi, & consummandi matrimonium ratificatur, & convalescit; ut etiam ex eo, quòd ambo conjuges simul pacificè vivant, in eadem domo, nec conquerantur de tali societate, quia tunc præsumuntur consentire in matrimonium: imò tanta est hujus præsumptionis vis, ut contra illam non admittatur probatio in contrarium *c. is qui fidem 30. h. t.*

101 Posset tamen in contrarium objici, quia quod ab initio non valet, ac est irritum; tractu temporis non convalescit, tametsi res ad eum deveniat statum, à quo potuit incipere; & initium legitimum habere *l. quod ab initio 29. & 210. ff. de reg. jur. c. non firmatur eod. tit. in 6. l. si servus. ff. qui, & à quibus. l. sicut l. ad legem Cornel. de fals.* ergo matrimonium ab initio nullum, quia metu gravi initum, non videtur postea posse convalescere per subsequentem cohabitationem. Firmari etiam ex eo potest, quia ut metus purgetur per temporis lapsum; longior, ac diuturnior habitatio desideratur *c. 2. de regul.* proinde non statim per quamcunque cohabitationem dicitur matrimonium antea irritum convalescere.

102 Sed contra respondetur cum distinctione, quod ab initio non valuit, non potest convalescere ex eodem actu, quo non valuit conceditur; non potest convalescere ex actu contrario, vel alio habente vires sufficientes ad validandum actum negatur: in nostro autem casu ex novo consensu superveniente, vel copula maritali subsecuta purgatur metus gravis, qui ab initio impedivit, ne matrimonium validè iniretur, non enim consensus subsequens est ille actus, quo fuit matrimonium invalidè initum, sed est alius omnino contrarius, quia primus fuit quodammodo negativus, & hic affirmativus, & retrotrahitur ad tempus initi contractus, qui propterea acquirit suum valorem, & ita se haber, ac si non fuisset invalidè initus, ut habatur in *l. si quis in senatorio. ff. de ritu nupt.* Ad aliud, quod addebatur in confirmatione, respondetur, ad matrimonij ratificationem non desiderari hanc diuturniorem cohabitationem, quia matrimonium statim perficitur, cùm primum consensus supervenit, adeò ut, si velint simul cohabitare censeantur conjuges hac eadem voluntate ratificare matrimonium. Non enim ad tale matrimonium legitimè, & validè ineundum requiritur annus integer probationis, sicut in professione monastica solemniter emittenda, ut dicitur in adducto *cap. 2. de regul.*

103 Quæritur vigesimo nonò, an post Concilium Tridentinum; qui ab initio invalidè matrimonium contraxerunt, debeant illud postea ratificare in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus? siquidem jure communi dabantur matrimonia præsumpta, quæ solùm consensu contrahentium constarent: post Concilium tamen Tridentinum oritur dubium, an matrimonium, quod irritum fuit propter metum, vel simile impedimentum, ut ratificetur per novum consensum, requiratur præsentia Parochi, & testium. Plures censent non posse tale matrimonium ratificari nisi coram Parocho, & testibus, adeò ut si impedimentum fuerit publicum, publicè debeat hæc solemnitas adhiberi: sin verò occultum occultè, & ita docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. c. 7. per tot.* Guttierres *lib. 1. canonic. quæst. c. 18. n. 8.* & alij quia prius matrimonium nullum fuit valorem sortitum, proinde ut postea ratificetur, requiritur solemnitas Concilij Tridentini, quia hæc est forma essentialis. sine qua matrimonium validè non

contrahitur ex vi decreti Concilij Tridentini.

104 Verùm putârim eſſe procedendum cum diſtinctione, ſi primum matrimonium fuit initum in facie eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus, ſive impedimentum fuerit publicum, ſive occultum, ob quod fuit tunc invalidè initum, tunc non eſt neceſsè, ut quando per ſubſequentem conſenſum ratificatur, id fiat in facie eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus: ratio eſt, quia eatenus Concilium Tridentinum ſtatuit, ut matrimonia non contrahantur niſi coram Parocho, & teſtibus, ut eccleſia poſſit teſtari, matrimonium verè fuiſſe contractum inter tales conjuges: atqui finis Concilij, & eccleſiæ obtinetur, quamvis conjuges per ſubſequentem conſenſum ratificent matrimonium antea invalidum ſine præſentia Parochi, & teſtium, quia cùm eccleſia adfuerit primo matrimonio, poteſt judicare de illo, proinde ad ratificationem matrimonij non requiritur hæc ſolemnitas Concilij Tridentini, ut rectè notat Sanchez *de matrim. lib. 4. diſput. 18. n. 22.*

105 Sin verò matrimonium fuit antea invalidè initum ſine præſentia Parochi, & teſtium, tunc non poteſt per ſubſequentem conſenſum ratificari niſi coram Parocho, & teſtibus: alioquin eccleſia non poſſet judicare, nec teſtificari de tali matrimonio, cùm non fuerit antea initum coram eccleſia. Ad rationem dubitandi pro contraria ſententia reſpondetur, ſolemnitatem Concilij tantùm requiri, ut eccleſia poſſit judicare matrimonium fuiſſe initum inter tales conjuges, ne poſſint ampliùs ſeparari, nec tranſire ad alias nuptias: eo autem ipſo, quòd ab initio matrimonium initum fuit coram Parocho, & teſtibus poteſt eccleſia de illo judicare, ac impedire ne conjuges tranſeant ad alias nuptias ſive matrimonium ab initio initum fuerit cum impedimento publico, ſive privato, & quamvis primum matrimonium fuerit nullum; quia per ſubſequentem conſenſum ratificatur: ratio igitur, cur deſideretur ad validitatem matrimonij veluti forma ſolemnitas Concilij, ſeu ut contrahentes matrimonium celebrent coram Parocho, & teſtibus, eſt, ut vitentur illa graviſſima incommoda, & peccata, quæ ante Tridentinum ex matrimoniis clandeſtinis perſæpe oriebantur, hæc autem ratio ceſſat in noſtro caſu, quia prius matrimonium nulliter initum in foro eccleſiæ reputatur validum, proinde non eſt neceſſaria eadem ſolemnitas, quando poſtea ratificatur ex defectu conſensûs, vel alio impedimento præſertim occulto.

106 Quæritur trigeſimò, an ſponſalia de futuro diſſolvantur per alia ſponſalia de præſenti conſummata, & etiam per alia ſponſalia de futuro juramento firmata? Reſpondetur, ſponſalia de futuro diſſolvi per matrimonium poſtea conſummatum, non verò per alia ſponſalia ſimiliter de futuro etiam jurata, idque deſumitur ex *c. ſicut ex litteris 22. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd qui contrahit ſponſalia de futuro cum una, & jurat, deinde cum alia contrahit de præſenti debeat à Judice compelli ad ſervandum matrimonium, & ab eodem injungi pœnitentia pro fractione fidei; niſi fortaſſis contrahens in juramento præſcripſerit certum tempus contrahendi; & per eum non ſteterit intra id tempus: quòd ſi cum utraque contraxit de futuro, tunc mandat Pontifex, ut compellatur ſervare prima ſponſalia, & ut perjurus debeat pœnitentiam agere de ſecundo. Ex quo textu liquet, ſponſalia de futuro etiam juramento firmata diſſolvi per matrimonium poſtea initum, & conſummatum, & deſumitur etiam ex *c. is qui fidem. 30. h. t.* & *c. 1. de ſponſ. duor.* & ita docent Baſilius Pontius *lib. 12. de matrim. c. 13.* Petrus Gregorius *in c. 2. h. t. num. 11.* Gentilis *de nupt. lib. 6. c. 3.* ratio deſumitur ex eo, quia ſponſalia de futuro tantùm continent promiſſionem contrahendi matrimonium ceſſante juris impedimento *c. preterea 2. h. t.* atqui fortius eſt vinculum matrimonij de præſenti initi, quàm ſponſaliorum de futuro, tametſi ſponſalia de futuro fuerint juramento firmata, quia juramentum non poteſt efficere, ut jus quæſitum contrahendi ſecunda ſponſalia auferatur, quamvis ob fidem mentitam ſit eidem congrua pœnitentia injungenda.

Quòd ſi dicas, juramenti religionem talem 107
eſſe, ut actus aliàs invalidos reddat validos *c. ſacram. c. ſi adverſus vendit. c. quamvis de pact. in 6.* proinde ſponſalia de futuro, quæ aliàs per matrimonium de præſenti ſolverentur accedente juramento reddi indiſſolubilia. Contra eſt, quia illud principium procedit, quando juramentum adijcitur actui, qui ex natura ſua eſt invalidus: quia tunc, ut talis actus valeat eidem adijcitur juramentum: ſecus quando actus ipſo jure ſuſtinetur, juramentum interpoſitum ſequitur ejus naturam *l. fin. c. de numer. pecun. c. 2. h. t.* & quia ſponſalia de futuro per ſubſequens matrimonium de præſenti conſummatum ipſo jure nullius ſunt valoris, ideo per adjectum juramentum non firmantur.

Idque firmatur, quia etiam in teſtatore ju- 108
rante ſe non revocaturum teſtamentum, & in Domino jurante ſe non revocaturum Procuratorem conſtitutum, adhuc revocatio in utroque caſu valida eſt, ut docet Covarruvias *2. p. in rubric. de teſtam. num. 15.* Gutieres *de juram. 2. p. c. 1.* ratio eſt, quia in his, & ſimilibus juramentum ſequitur naturam ipſius actûs, cui adhæret, quòd ſi utraque ſponſalia ſint de præſenti, priora ſunt præferenda, tametſi poſteriora fuerint conſummata, quia hæc conſummatio non habet vim diſſolvendi prima ſponſalia de præſenti: non enim copula debet prodeſſe ad ſimul contrahendum, ſed potiùs obeſſe, & ad compellendum, ut conjux adhæreat primæ, cum qua matrimonium inivit, & cui jus quæſitum auferri nequit.

Poſſet tamen objici textus in *l. quotiens C.* 109
de rei vindic. ubi ſi una, & eadem res vendatur duobus, & tantùm ſecundo, non primo emptori tradatur, ſecundus præfertur in emptione primo. Sed contra quia textus citatus tantùm procedit in contractibus, in quibus ex ſolo titulo non transfertur dominium rei; ſed neceſſaria eſt traditio ex *l. traditionibus C. de pact.* in

ſpon-

sponsalibus autam de præsanti initis mutoa corpnrum traditio fit virtuta ipsius contractus matrimonialis, proinde non procedit textus in *d. l. quotiens*, quia ex solo titulo, vel contractu transfertut dominium, seu jus in corpus alterios conjugis: secus in contractu venditionis dominium transfertur pat ipsam traditionem rei vanditæ emptori. Imò si tam priora sponsalia, quàm secunda suerunt de futuro inita, & posteriora juramento firmata, priora autem sola fide præstita: adhuc priora posterioribus prævalant *c. unic. h. t. in 6.* quia secunda sponsalia de futuro sunt ipso jure irrita, & juramentum sequitur naturam actûs, cui adijcitur.

110 Quæritur trigesimo primò, an furiosus possit matrimonium validè cantrahere? Raspondetur negativè, & desumitur ex *c. neque furiosus 32. q. 7. l. furor 8. ff. de spons. l. si cum dotem 22. ff. soluto matrim.* & ita docant Barbosa *in c. dilectus 24. h. t.* Petrus Gregorius *in c. 1. h. t. n. 54.* ratio est, quia cùm furiosus pro eo tempore, quo corripitur furiâ, nō sit sui compos, volontatem non habet, & comparatur dormienti, & ignoranti *l. 1. ff. de bonor. possess. furios. l. si à furioso 12. in princ. de reb. credit.* Imò æquiparatur brutis *l. sed etsi 5. §. & ideo ff. ad leg. Aquil.* unda cùm omnino furiosus sit expers consensûs, naquit matrimonium inire: furiosus enim non sentit, quid alius loquatur, & potiùs patitur, quàm agit, ut notat Antonius Gentilis *de nupt. lib. 3. c. 7.* proinde non potest incipere possidere *l. 1. §. furiosus l. quod meo 18. §. 1. ff de acquir. possess.* Imò atiam ex defectu, quam curator non potest supplare, adeò ot si curator possessionam apprehendat, eam sibi acquirat non furioso *lib. 4 tit 30. p. 3.* & docent Cuiacius *in l. 4. § pupillus ff. de usucap.* Valentia *de acquir. possess. tract. 2. c. 6. num. 11.* imò nec furiosus scit quid agat *l. illud 3. §. fin. ff. de injur.* neqoe sensum ullum habet *l. si cum dotem 22. §. si maritus ff. solut. matrim.* hinc omnia ejus acta æstimantur non secus ac fortuitò, aut casu facta *l. final. §. fin. ff. de adminisṫ. tut.* ex quibus omnibus Innocentius III. rectè in *c. dilectus 24. h. t.* decidit, quòd si aliquis sit perpetuò furiosus, non possit matrimonium contrahete, qoia non potest essa consansus: quòd si matrimonio conjungeretur asset separandus.

111 An verò matrimonium initum à furioso, qui antequàm in furorem incidaret, animum habuit illud contrahandi suam sortiatur validitatem, vidatur dubium esse: quia atiam baptismus susceptus à dormienta, si ante somnum dasiderium habuit illud suscipiendi validè, & licitè illum racipit *c. majores. §. item quæritur.* idque procedit, dummodo præsumatur perseverare in eadem volnntate. Hoc idem etiam procedit de furioso, si antaquam furiâ raperetur voluntatam habuit suscipiendi baptismum; si postea ei conferatut, validè baptismum suscipit: ergo à pari matrimonium à furioso initom, qui priùs habuit voluntatem illud contrahendi, videtur sustinendom ot validum.

112 Verùm dicendom omnino ast, tala matrimonium à furioso initum nullius esse valoris. Ratio est, quia furiosus non potest daliberare, neque liberum consansum præstare, id antem reqoiritur necessariò, ot matrimonium validè contrahatur. Neque paritas de baptismo est ad rem: est anim discrimen inter baptismum, & matrimonium; quia furiosus si baptizetor, est tantùm subjectum baptismi, proinde si ante furorem voluntatam haboit suscipiendi baptismum, quando furore postea corripitur, ei validè confertur: secus respectu matrimonij, si illud contrahat, est Minister, in quo requiritur actualis intentio cum actu humano; adeò ut virtualis sine illo non sufficiat, & quia furiosus tempore, quo furiâ corripitur, non potest hanc actualem intentionam cum actu humano habere, idao non potest esse capax matrimonij contrahendi, quamvis antea habuerit intentionem illud contrahendi; licèt possit validè baptismum suscipere virtute præcedentis voluntatis: quia quoad baptismum se babet merè passivè, & ut subjectum tantùm: quoad matrimonium verò sa habet activè, & ut Minister, in quo requiritur actualis intentio cum acto humano.

Est igitur discrimen inter Ministros sacra- 113
mentorum, & eos, qui sacramenta suscipiunt, quia cum Ministri conferant sacramenta raquiritur in ipsis actualis intentio cum actu humano, adeò ut virtualis sina illo non sufficiat: secus in suscipientibus sacramentum baptismi non requiritur actus humanus, sad sufficit intentio virtualis: & quia contrahentes matrimonium sunt Ministri ejusdem sacramanti; ideo si calebretur ab ijsdem tempore furoris; quamvis subsistat intentio virtoalis ob actualem, quæ præcessit matrimonium, non contrahitur validè. Hinc si sacerdos audita sacramentali confessione pœnitentis in furorem incideret, & furore correptus absolutionem impertiret, hæc nullius esset valoris, ot etiam si eodem furore correptus baptizaret, baptismus nullum sortiretur valorem, tametsi ante furorem voluntatē haboerit baptizandi: quia actus Ministri debet esse humanus, adeò ut eo tempore quo administratur sacramentum, intelligat ejus Minister quid agat.

Posset tamen in contrarium obijci, quia si 114
furiosus non posset matrimonium conttahere, maximè quia non posset consensum præstare, qui secundùm jus naturale ad matrimonium requiritur *c. cum secundum h. t.* & sine consensu matrimonium est nullum: atqui matrimonium à furioso celebratum sustinetur *c. nec furiosus 32. q. 7.* ubi Fabianus Papa ait: *Nec furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere potest; sed si contractum fuerit non separantur:* ergo furiosi ex hoc textu, si contrahant matrimonium, hoc est validum, quia non separantur: alioqnia si initum matrimonium non est validum, sed irritum, deberent statim separari: argo furiosi possunt consensum præstare in matrimonium, illudque validè contrahere. Ad hanc objectionam respondet Glossa *in c. dilectus de sponsal. V. furiosus.* Sponsalia, & matrimonia cum furioso contracta esse valida, si contrahens conscius erat furoris.

Varùm

115 Verùm hæc responsio communiter reijcitur, quia furiosum non posse contrahere, non oritur ex injuria illata alteri contrahenti, adeò ut si alter conscius sit, videatur id ei remittere, ac proinde valida sint sponsalia; sed hæc impotentia oritur ex defectu sufficientis deliberationis, & liberi consensûs. Ad id, quod addebatur *ex c. nec furiosus 32. q. 7.* ubi Fabianus Papa ait, furiosum, & furiosam non esse separandos, si matrimonium contraxerint, respondetur, id intelligi de matrimonio inito ante furorem, adeo ut sensus allegati textus sit, quòd furiosi nullo modo possint matrimonium tempore furioris contrahere: sed si illud contraxerint ante furorem, non debeant separari propter supervenientem furorem: hinc colligitur, quòd, ut sponsalia valeant, requiritur, ut uterque contrahens sit sui compos, utrumque habeat rationis, adeo ut si alteruter insanus sit, sponsalia nullum sortiantur valorem *argum. clement. si furiosus de homicid.*

116 Hoc idem etiam procedit de mente capto, quia hic æquiparatur furioso, & ita docet Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 2. num. 8.* Id autem procedit, quando furiosus, vel mente captus perpetuo furore laborat, quia si gaudeat dilucidis intervallis potest tunc temporis sponsalia, & matrimonium contrahere, quia tunc usu gaudet rationis, & potest matrimonium contrahere *l. divus ff. de offic. Præsid.* & notat Glossa *in c. nec furiosus 32. q. 7. init.* quid verò juris si dubitetur de tali furore. Respondetur, quòd si non constet, eum, de quo agitur, fuisse antea furore correptum, non præsumitur tunc furiosus fuisse, sed sanæ mentis *l. nec Codicillus C. de Codicil.* & ratio desumitur ex eo, quia natura soleat homines sanæ mentis producere, quapropter asserenti aliquem insanum esse adversatur præsumptioni, quæ oritur ex ipsa natura, ut notat Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 2. n. 5.* & Menochius *lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 45. n. 18.* unde asserenti aliquem fuisse tunc insanum, vel furiosum, onus id probandi, eidem incumbit. Cæterum ut validè quis contrahat sponsalia, tunc judicatur sanæ mentis, quando eam deliberationem habet, quæ in materia gravi sufficerat ad culpam mortalem, quia hæc deliberatio etiam requiritur ad valorem sponsalium.

117 Quòd si constat, aliquem fuisse dementiâ affectum, & non constet consuevisse habere dilucida intervalla, tunc adhuc præsumitur demens, ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45. n. 59.* & *cons. 82. num. 220. lib. 1.* id tamen procedit, dummodo probatum fuerit, furorem durâsse quodâ tempore continuato ut per annum: quia si tantùm probatur fuisse furiosum in aliquibus actibus, tunc furor non præsumitur perseverare, ut notat Menochius *loc. cit. præsumpt. 54. num 62.* Imò nec præsumitur furor durare, si præteritorum testimonio probetur ex accidenti, quod jam cessaverit, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 2. num. 6.* Quòd si furiosus lucidis gaudeat intervallis, & dubitetur, an actus tempore furoris, vel sanæ mentis gestus fuerit, in dubio præsumi rationis usum docet Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 4. num. 3.* Verior tamen sententia est, præsumi tunc gestum tempore furoris. Et ratio desumitur ex eo, quia morbus furoris suaptè natura præsumitur insanabilis, ac perpetuus, proinde etiam durare omni tempore; & illa dilucida intervalla per accidens contigisse *l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.* ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45. num. 68.* Molina Jurista *de primogen. c. 9. n. 30.* Molina Theologus *tom. 1. de justit. tractat. 2. disput. 136.* id tamen limitatur, nisi ex actûs qualitate ostendatur non factus à dementi, quia tunc præsumitur factus tempore sanæ mentis, ut notat Govarruvias *loc. cit. n. 7.* Cæterum si habitu furiosus tempore dilucidi intervalli matrimonium contraheret, quamvis validè illud iniret; peccaret tamen illud contrahendo, eò quia idoneus non sit ad prolem educandam, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 34. q. unic. art. 4.* Tum quia injuria irrogatur sacramento.

Quæritur trigesimo secundò, an delirantes 118
in aliqua speciali materia, si in aliis sint sanæ mentis, & matrimonium contrahant, hoc validum sit? Ratio dubitandi est, quia qui delirat in aliqua speciali materia non videtur esse sui compos, proinde nec idoneus ad matrimonium contrahendum. Tum quia non videtur, quomodo possit esse in aliquibus rebus rationis particeps, si in aliis sit ejusdem expers: siquidem omnis nostra cognitio initium sumit à sensibus, ut enim docet Philosophus: Nihil est in intellectu, quod priùs non fuerit in sensu: proinde vitiata sensuum primaria imaginativa non potest intellectus rectè ratiocinari, quod desideratur necessariò ad usum libertatis. Tum quia D. Thomas *2. sent. dist. 25. q. 1. art. 2. ad 7.* docet, usum liberi arbitrij per accidens impediri, eo quia ad id usus rationis exigatur, & ad usum rationis, imaginativæ virtus, quæ per organi læsionem impeditur: unde cum in quocunque demente virtus imaginativæ sit læsa, impeditur usus rationis ac liberi arbitrij exercitium. Præterea quia omnis potentia eodem modo respicit omnia sua objecta, perinde ac visus omnes colores: sed si visus vitiatur circa unum objectum, laborat statim eodem vitio quoad cætera omnia objecta: ergo si ex imaginativæ læsione intellectus deficit quoad unum, vel alterum objectum malè ratiocinando circa illud, fieri nequit, quin etiam deficiat circa reliqua.

Demum quia si delirantes in aliqua speciali 119
materia possent uti ratione in aliis, inde sequeretur, eundem hominem fore capacem merendi in una tantùm materia, non in aliis. Ob hanc difficultatem Victoria *relect. ad quid teneatur homo veniens ad usum rationis, num. 19.* docet, non posse aliquem usum rationis habere in una materia, & non in aliis, & ait Maniacos, & phreneticos habere usum rationis circa omnem materiam, & tantùm errare circa aliquam quasi naturaliter, & invincibiliter.

Nihilominus putârim probabilius dari de- 120
lirantes in aliqua speciali materia tantùm, & in

eadem

eadem mataria asse propteraa incapaces liberi arbitrij, consequenter axpertes meriti, & damariti, & nataralitar instar brutorum duci imaginstione: secùs in aliis, uti ratione, & libaiè operari, aa capaces esse mariti, & demeriti: & hos putârim posse validè matrimonia contrahare, sicut alia sacramanta atiam racipera, dummodo mataria circa quam dalirant, sit alia distincta. Ratio est, quia axao, quòd sint sui compotes circa matrimonium, ntuntur libaro arbitrio, & liberè propterea consaotiunt: atqui ad valorem matrimonij sufficit libar utriusqua aontrahantis consansus, si alia non obsint impadimenta dirimentia: argo tala matrimonium initum à dalirante in alia speciali materia, & utanta usu rationis quoad matrimonium inaundum, est validum.

121 Idque firmari etiam potast ax natura delirij: potest anim dalirium oriri ex vahemaota aliqua imaginationa, à qua depandaat tam in fieri, quàm coosarvari, proinda potest contingara, ut aliquis homo daliret, si occupetur in considerationa unius objacti, non verò si alia objecta considarat; sad circa alia potiùs utator plena delibarationa: etenim causa dalirij, ut docant Philosophi est humor fervantissimus in substantia carabri, & in ejus vantriculos effusus, cujus impulsu maus in quædam fictitia, & falsa traducitur, ut fusè explicat Fernalius *lib. 6. de part. morb. c. 2.* Rursus quia virtus imaginativæ ad alterandum corpus, & excitandos humores plurimum habet roboris, & afficaciæ, ut notat Abulaasis *c. 30. Gen. q. 9. in fin.* ex D. Hieronymo; ax virtuta hujus facultatis potast delirium oriri: hinc axperiaotia docat, aliquos ax vahamanti aliqua imaginatione dalirare, non verò ex aliis imaginationibus.

122 Demum id colligi atiam potast ex effactibus, qui ex imaginativa proficiscuntur, sunt enim hujusmodi effectus in duplici diffarantia, alij ita ab imagioativa oriuntur, ut postaa permanaant, eò quia alias causas conservantes habeant: alij depandaat ab actu imaginativæ in fieri, & consarvari, eò quia careant aliis causis, à quibus conserventur; sic humor melancolichus oriens ex rei tristis imaginationa manat cessanta actu in imaginativa; sic ex daliriis dantur aliqua, quæ perpetuò durant, aò quia humor ille calidissimus teoacitar occupet partes cerebri, habeátque sofficiantas causas consarvationis sui; alia sunt daliria, quæ bravi cessaot, eò quia vapor, ex quo proveniunt, sit dabilior: ex hisce colligitur, quomodo possit homo dalirare circa aliquam specialem matariam, & non sit sui compos circa asndam; & nihilominus utatur ratione, & plana deliberatione circa alias, sítque proptaraa capax mariti, & damariti, possítque validè etiam matrimonium contrahare.

123 Tum quia plerúmque sola imaginatio læsa ast, non varò ipsa ratio, & ajus uius, idque de sa ipso rasart Galenus *lib. 4. de locis malè affectis. c. 1.* cum enim ardanti febri laboraret, & festucas atri coloris eminere, & floccos similiter in vestibus assa putaret, quos auferre tentans, & nihil sub digitis eductum inveniens, accuratiùs, vehementiúsqua id efficera conaretur, audiens tamao amicos, qui tunc adarant dicenres: videtia hunc floccos evellere, & fastucas colligara? statim iotallaxit, & cum animo ita constaret, ut ratioaalis in eo facultas non vacillarat, respoodit statim, rectè amici dicitis, proinde na phranesis ma arripiat, auxilio astote, ax quo claret, in Galeno non fuissa tunc rationem læsam, sed solam imaginationem.

Hinc ad primam rationam oppositæ sententiæ raspondatur, ractè posse contingere, ut imaginativa sit vitiata circa unum, val alterum objactum, & nihilominus adhuc ratio sit illæsa. Ad paritatam desumptam ex potaotia visiva, quæ si vitiata sit circa unum objectum, ast etiam vitiata circa omnia alia; id procadara, quia potantia visiva ax sua rationa aodem modo respicit omnia objecta, si hæc eodem modo se habeant; non ita imaginativa, ut axplicatum ast 124

Quæritur trigasimo tertiò, an cootrahcos matrimonium per Procuratoram, validè contrahat, si inscio Procuratore, & altaro conjuge mandatum revocet? Respondetur, matrimooium ioitum par Procuratoram assa validum atiam ubi Concilium est receptum, dummodo contrahantes suum consansum coram Parocho, & testibus par suos Procuratores, tanquam per suos intarpretas axprimant: quia Concilium Tridentinum, idco irritavit matrimonia clandastina, aò quia in facie ecclesiæ probari non pussant, ex quo multa, & gravia saquabantur incommoda: eo autem ipso quòd matrimonium contrahitur publicè per Procuratorem, seu coram Parocho, & tastibus, potast probari in facia ecclasiæ, unda cùm Concilium obtineat suum finam in matrimonijs ioitis per Procuratoram hujusmodi matrimonia sunt valida, dummodo coocurrant quatuor conditiones, quarum prima ast, ut Procurator nomine absaotis habeat ad id speciale mandatum, adeò ut non sufficiat ganerale ad omnia nagotia, axprassis aliquibus exigentibus speciala mandatum; sed debet hoc mandatum essa nominatim ad matrimonium. Quia tamatsi quando axprimontur aliqui casus patantes speciale mandatum clausula generalis subsequans extandatur ad alios casus non exprassos, axigantes similiter spaciale mandatum *c. quid agendum de Pracurat. in 6.* non tamen axtenditur ad matrimoniũ, quia id intalligitur, de ijs qui axprassis similaa fiunt; non varò da longè majoribus, ut est matrimonium: unda ut matrimooium contrahatur per Procuraram requiritur speciala mandatum ad matrimonium, adeò ut axprimatur matrimooium in *c. fin. de Procurat. in 6.* 125

Secunda conditio est, ut mandatum ad contrahandum axprimat illam personam, cum qua debet contrahi, adeò ut non sofficiat generale mandatum ad contrahendum matrimonium cum quacunque persona, sed debeat specificari cum tali certa parsona *l. generali 34. ff. de ritu nupt.* ibi: genarali mandato quærandi mariti filiæfamilias non fiari nuptias, rationis ast; itáque personam ejus patri demonstrari, qui ma- 126

trimonio consansit, ot nuptiæ contrahantur, nacassè est, & ita etiam docat Glossa *c. fin. de Procurat. in 6 V. speciale.* Sunt tamen plures censsntes, quòd licèt in mandato non axprimaratur persona, adhuc si ore tenua, val par littaras exprimeratur, sufficerat ad valorem matrimonij.

126 Tartia conditio ast, nt Procurator par sa ipsum axaquatur, quia non potest substituare alium, nisi id axprasse in ajus mandato contiaaatur *c. fin. de procurat. in 6.* quia eligitur industria personæ Procuratoris dati ad matrimonium: & hoc atiam procedit da Procuratore dato ad contrahanda sponsalia.

127 Quarta conditio est, ut tempore quo Procurator contrahit nomina Principalis, non sit illi ab hoe revocata potestas. Hinc respondatur ad quæsitum, matrimonium, si mandatum sit revocatum invalidè contrahi, quamvis revocatio lataat Procuratoram, & altarum conjugem.

128 Quòd si dicas, id essa contra ragulam juris, quâ Procurator constitutus ad nagotia dicitur, quòd sit certior faciendus de revocationa, nt hæc prosit *clement. unic. de renunt. a. ex parta de rescript. l. 1. §. fin. ff. de contrab. empt.* Respondetur, id asse spaciale in matrimonio, nt contra præfatam regulam juris, si contrahatur par Procuratorem, & Principalis revocet mandatum, sit invalidum, tametsi ravocatio Procuratorem lataat, & altarum conjugem: ratio hujus specialitatis ast, quia in cæteria contractibus potest jus supplara consansum contrahentium, & illia renitentibus dominium transfarra, secus in matrimonio; proinde id in co dicitur speciale. Imò hæc ravocatio Procuratoris ad matrimonium suum sortitur affectum, ac raddit matrimonium irritum, si contrahatur, quamvis juramentum de Procuratore non revocando præmissum sit: quia tunc licàt ravocans sit parjurus, valida tamen est revocatio, nt notat Glossa in *fin. V. revocatum. ff. de contrab. empt.*

129 Quinimò valat etiam ravocatio Procuratoris merè intarna quoad forum conscientiæ, quamvis quoad forum axternum incumbat revocanti probare revocationam factam per tastes idoneos: ratio est, quia deficiente intarno consensu matrimonium non sortitur suum valorem *c. fin. de Procurat. in 6.* ibi: *Cùm illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiverit.* in foro tamen axterno matrimonium valet, nisi per signum aliquod axternum constet da dasactu interni consensûs: quia in foro axterno fertur judicium juxta allegata, & probata per varba, & signa externa; & tunc, qui in animo non consensit, si matrimonium contraxit, dixitque, se in illud aonsantire, quamvis mentiatur, tanetur postea assantiri. An varò sufficiat etiam revocatio tacita mandari, affirmat Covarruvias *in 4. decret. 2. p. num. 4. init. num. 11.* ubi ait sufficera, si facto ipso contrario revocetur, quia hæc ast voluntas tacita: siquidem voluntas, non solùm verbis, sed atiam factis damonstratur *l. Paulus respondit. ff. rem rat. habit.* quinimò fortiùs factis contrariis ostenditur revocatio, quàm verbis *l. si tamen. §. & qui. ff. de adil. edict.*

Hinc si principalis post missum Procuratorem ad matrimonium contrahandum cum una, 130
da facto sponsalia contrahat cum alia in loco ubi raparitur, censetur tacitè ravocare Procuratoram, quia sponsalia inita cum præsenta satis ostandunt, voluntatam principalis contrahantis non ampliùs essa contrahare cum absente: & ratio est clara, quia qui vult consaquans, videtur nacessariò atiam velle antecedans *l. illud ff. de acquir. hared. l. ad legatum. l. ad rem mabilem. ff. de Procur.* & quia nolla contrahara cum absenta per Procuratorem, nascitur necessariò cum voluntate contrahandi cum præsente par se ipsum immediatè, ideo eo ipso, quòd contrahit cū præsenta, tacitè ravocat Procuratoram, & ajus mandatum de contrahendo cum absenta *l. si quis cum Procur. §. fin. de procur.* Quòd si Principalis post missum Procuratorem occupatur in aliis negotiis, adeò nt nec consantira, nec dissantire videatur, tunc matrimonium initum per Procuratorem ast validum, quia prior consansus virtualitar durat, nec illa occupatio in aliia negotiis est signum revocati Procuratoris, nac ponit obicam ad matrimonium.

Quæritur trigesimo quartò, an si Procuratore ad contrehandum matrimonium jam misso, 131
Principalis, qui dedit mandatum, in amentiam incidat, & intarim Procurator nomina ipsius matrimonium contrahat, sit matrimonium validum. Respondat Sanchez *de matrim lib. 1. disp. 11.* Bonacina *da matrim. quast. 2. punct. 5.* & alii affirmativè, quia non obstante amentia adhuc voluntas principalis persaverat, quando ejus Procurator matrimonium contrahit: cùm enim ante amentiam Procurator non fuerit revocatus, prior consansus censetur virtualiter persevarare, sicut Baptismus receptus ab eo, qui priùs baptizari voluit, validè confertur aidam postea dormienti, vel etiam in amentiam lapso *c. majores de baptismo.* Sylvius *V. matrimonium 5. q. 10.* Henriquaz *lib. 11. de matrim. c. 4. n. 4.*

Posset tamen in contrarium objici, quia si 132
sacerdos audita confessione statim fiaret amens, & in tali amantia absolverat; absolutio esset nullius valoris, quia actus Ministri sacramentorum debet asse humanus, & cùm usu rationis factus: atqui contrahentas per Procuratorem sunt Ministri matrimonij, & non Procurator: unde si tampore, quo Procurator matrimonium contrahit; Principalis, qui dedit mandatum destituitur usu rationis, irritum videtur essa matrimonium dafectu libari consensûs in Principali contrahente, qui tunc præsumitur in statu amentiæ,

Sed contra, quia cx hoc argumanto tantùm 133
sequitur, contrahentam per se ipsum debere necessariò esse sui compotem, quando contrahit matrimonium, adeò nt hoc nullius sit valoris, si contrahatur ab amenta, vel furioso: secus quando Principalis contrahit per Procuratorem sufficit, si quando mandatum dedit, fuit sui compos, nac mandatum postaa revocavit: & rursus quòd Procurator, quando contrahit nomine

Prin-

Principalis sit sui compos: & ratio est, quia tunc contrahens non ministrat per se ipsum, sed mediante instrumento, seu Procuratore.

135 Nihilominus contraria sententia est valde probabilis, quia forma, & causa contractûs est consensus, qui si desit in principali, quando celebratur matrimonium, hoc nullum sortitur valorem. Tum quia si Principalis, seu mandans moreretur, postquam misit Procuratorem ad contrahendum suo nomine, nihil Procurator ageret, quamvis mors principalis eum lateret, & alterum conjugem; idque non ob aliam rationem, nisi quia per supervenientem mortem cessaret consensus mandantis: atqui etiam per supervenientem amentiam cessat consensus mandantis, quia amentia quoad consensum æquiparatur morti. Hinc videtur esse dispar ratio de mandante si in amentiam incidat post missum Procuratorem, & si dormiat tempore, quo Procurator nomine ipsius matrimonium contrahit, quia amens incapax est habendi consensum, non verò qui dormit; quapropter in dormiente rectè dicitur virtualiter perseverare præcedens consensus, non ita in amente, qui non est capax habendi consensum.

136 Neque est par ratio de baptismo, qui petitus ante amentiam validè confertur in amentia: ratio discriminis est, quia ut baptismus suum sortiatur effectum, sufficit, si voluntas eum suscipiendi præcesserit, & non fuerit revocata, eo enim ipso, quòd ponitur materia, ponitur etiam effectus: atqui in matrimonio necessarius est consensus perseverans etiam in eodem instanti saltem virtualiter, quo initur contractus: quia consensus per verba, vel signa sensibilia expressus est forma matrimonij. Neque obstat, quòd matrimonium contrahatur per Procuratorem sanæ mentis: quia Procurator non est ipse, qui contrahit, sed mandans, & principalis, qui tunc non est capax consensus præstandi. Huic sententiæ adhærendum puto.

137 Quæritur trigesimo quintò, an in Procuratoribus requiratur diversitas sexuum ad matrimoniũ contrahendũ, & quæ verba Procuratoris contrahentis matrimonium debeant esse? Respondetur, diversitatem sexuum non requiri in Procuratoribus ad contrahendum validè matrimonium, adeò ut duo viri possint esse contrahentium Procuratores, & ratio est, quia ea sexuum diversitas solùm requiritur in ipsis Principalibus, qui matrimonio junguntur, ut rectè notat Ledesma *de matrim. q. 42. art. 1. dub. 7.* Cæterum verba Procuratoris contrahentis matrimonium nomine Principalis, debent hæc esse: NN. consentit in te, vel accipit te in virum, vel uxorem me mediante, ut notant Ostiensis *sum. tit. de sponf. §. qualiter contrahatur.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 4. init. n. 8.* Francus *c. fin. de Procurat. in 6. num 4.* Quòd si Procurator contrahendo matrimonium nomine Principalis diceret, recipio te in maritum, vel uxorem nomine talis personæ, adhuc censet Covarruvias, matrimonium fore validum eò quia per hæc verba habeatur ferè idem sensus, ac per præcedentia.

138 Quòd si Principalis in mandato Procuratorio diceret, do tibi facultatem contrahendi matrimonium servatâ formâ Synodi Tridentinæ, an si tunc Procurator omitteret prævias denuntiationes juxta Tridentinum, adhuc matrimonium valeret: sunt qui censent non valiturum, quia ille ablativus absolutus *servatâ formâ Tridentini* importat ibi conditionem *l. à Testatore. ff. de condit. demonst.* adeò ut sensus sit, do tibi facultatem contrahendi matrimonium, si formam Tridentini servaveris: atqui forma præscripta in Tridentino *sess. 24. c. 1 de matrim.* est, ut præmissis denuntiationibus matrimonium contrahatur coram Parocho, & Testibus.

139 Verùm mihi videtur procedendum cum distinctione, si prævia denuntiationes omittantur ex dispensatione Ordinarij, tunc matrimonium suum sortitur valorem: ratio est, quia forma Tridentini est conditionata quoad denuntiationes, quas vult præmitti, si Ordinarius non dispensaverit: quinimò quamvis non peteretur dispensatio, si omitterentur denuntiationes adhuc matrimonium esset validum, quia præviæ denuntiationes sunt tantùm de solemnitate accidentali, proinde sine ipsis adhuc potest matrimonium subsistere: alioquin Episcopi non possent dispensare, ut omitterentur denuntiationes, sicut non possunt dispensare quoad præsentiam Parochi, & testium, eò quia sunt de solemnitate essentiali, & necessariò requisita ad valorem matrimonij.

140 Hinc si Principalis in mandato expressè diceret suo Procuratori, do tibi facultatem contrahendi matrimonium meo nomine cum Lucretia juxta formam Tridentini præmissis denuntiationibus; adhuc matrimonium validè contraheretur, si Procurator omissis denuntiationibus matrimonium contraheret coram Parocho, & testibus: & ratio est, quia quoties in mandato exprimitur forma juris communis, eo modo, quo juri communi inest, non habetur tunc intentio inducendi novam formam, nec apponendi novam conditionem: sed tunc clausula: *ut præmittantur denuntiationes*, est tantùm quædam monitio, ut servetur forma juris communis, ut benè probat Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 33. n. 3.*

141 Quòd si Procurator excederet fines mandati matrimonium non sortiretur suum valorem, ut si mandatum daretur de contrahendo matrimonio cum certa dote; & Procurator contraheret non servata tali conditione, nil ageret: quia mandatum debet ad unguem servari; siquidem excedens limites potestatis sibi traditæ, censendus est eadem potestate privatus, ut docet Menochius *de recuper. possess. remed. 8. n. 13.* quia cum potestas data Procuratori sit limitata, in eo, in quo quis excedit, potestate caret, & quòd fit sine potestate est irritum

142 Quæritur trigesimo sextò, an valeat matrimonium per Procuratorem, si Principalis sine præsentia Parochi, & testium dedit ei mandatum, seu commissionem? Ratio dubitandi est, quia solemnitas requisita ad aliquem actum est

etiam necessaria ad dandam commissionem faciendi talem actum: hoc prohibente statuto donationem fieri abaque quinque testibus; censetur etiam prohibitum mandatum donandi sine quinque illis testibus, & desumitur ex *l. oratio ff. de sponf.* Tum quia prohibito aliquo censetur etiam prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud: atqui Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* ad valorem matrimonij exigit præsentiam Parochi, & testium: ergo hæc eadem solemnitas etiam requiritur ad valorem mandati illud contrahendi. Tum quia in *l. 3o. Tauri* hodie *l. 13. t. 4. l. 5. recop.* dicitur, quòd eadem solemnitas exigitur in mandato conficiendi testamentum, quæ in ipso testamento requiritur, quia ut notat Antonius Gomez *ead. leg. 39. num. 2.* est eadem ratio: virtus enim, & effectus, qui sunt in consequenti, dicuntur esse in antecedente *argum. l. illud ff. de acquir. hered.* Cùm enim pro testamenti falsitate vitanda jus exigat certam solemnitatem; hæc eadem etiam requiritur ab eodem jure in mandato ad testandum nomine alterius. Unde cum mandatum ad contrahendū matrimonium nomine alterius sit quid prævium, ut tale matrimonium valeat, exigit eandem solemnitatem Parochi, & testium, perinde ac ipsum matrimonium.

143 Respondetur tamen quæsito, non requiri, ut Principalis det mandatum de contrahendo matrimonio suo Procuratori coram Parocho, & testibus, sed sufficere si Procurator postea coram Parocho, & testibus matrimonium nomine Principalis contrahat: ratio desumitur ex eo, quia Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* tantùm irritat matrimonium, quando contractus matrimonialis non initur coram Parocho, & testibus, seu non celebratur in facie ecclesiæ: atqui dare mandatum contrahendi Procuratori non est ipse contractus matrimonij: ergo non exigit eam solemnitatem, quam petit ipse contractus matrimonij.

144 Tum quia decretum Concilij Tridentini corrigit jus antiquum, proinde non debet extendi ultra id, quod in illo exprimitur. Hinc praxis ecclesiæ etiam post Concilium Tridentinum est, ut matrimonium contrahatur per Procuratorem, & tamen non est praxis, ut Principalis coram Parocho, & testibus det mandatum suo Procuratori, sed ut Procurator postea nomine Principalis contrahat coram Parocho, & testibus: quia hæc solemnitas essentialis, & necessaria ad valorem matrimonij requiritur, quando hoc contrahitur; non verò quando instituitur Procurator, vel datur Procuratori mandatum de matrimonio contrahendo nomine Principalis. Præterea quia jure antiquo hæc solemnitas non requirebatur, & Tridentinum eam tantùm exigit, quando ipse contractus matrimonialis celebratur, ut nimirum contrahatur in facie ecclesiæ, hoc est coram Parocho, & testibus: quia Tridentinum ideo irritavit matrimonia clandestina, quia hæc cùm in facie ecclesiæ probari minimè possent, multa, & gravissima incommoda sequebantur: ad vitanda hæc igitur incommoda voluit Tridentinum, ut matrimonia imposterum contraherentur coram facie ecclesiæ, seu coram Parocho, & testibus, ut possint ab ecclesia probari: ad id autem non est necesse, ut principalis coram Parocho, & testibus det mandatū de matrimonio contrahendo eum absente, sed sufficit, si Procurator postea nomine principalis coram Parocho, & testibus matrimonium contrahat, quia tunc probatur coram facie ecclesiæ.

Tum quia si Concilium voluisset, ut mandatum à Principali daretur Procuratori coram Parocho, & testibus, id expressisset, præsertim cùm sit clausula correctoria juris antiqui: & cùm Concilium id non expresserit, sequitur, hanc solemnitatem non requiri in mandato, quod datur Procuratori, sed tantùm in ipso contractu matrimoniali *l. Item apud Labionem. §. Ait Prætor. ff. de jurejur.* Hinc ad rationem dubitandi, negatur, eam solemnitatem, quæ requiritur ad aliquem actum, requiri etiam ad commissionem faciendi talem actum: quia commissio faciendi actum, est quid distinctum ab ipso actu, proinde potest solemnitas requiri ad actum, quæ non requiratur ad commissionem faciendi talem actum, præsertim si actus sit correctivus juris antiqui, ut in casu nostro; quia tunc non extenditur ad casum non expressum, & in Tridentino hæc solemnitas contrahendi coram Parocho, & testibus apponitur ipsi contractui matrimoniali, & nihil dicitur de mandato, quod datur Procuratori; proinde non est hæc solemnitas extendenda ad mandatum, quando datur Procuratori, nec contrarium probat *l. oratio. ff. de sponf.* Ad id, quod addebatur de mandato conficiendi testamentum, respondetur, esse in hoc specialem dispositionem juris ad vitandas plures Commissariorum fraudes. Tum quia tale mandatum ad testandum, non tam dicitur commissio ad testandum, quàm testamentum: siquidem succedit loco testatoris, & continet institutionem hæredis, substitutiones, exhæredationes, melioretiones, & dationes tutorum, quæ omnia si non fiant Commissario, adhuc per tale mandatum valent ipso jure facta, unde cùm tale mandatum succedat loco testamenti, rectè lex exigit in tali mandato eandem testamenti solemnitatem. 145

Quæritur trigesimo septimò, an Procurator contrahens matrimonium in statu peccati lethalis, peccet letheliter? Ratio dubitandi est, quia tunc conficitur sacramentum, & sancta debent sanctè agi? Respondetur, Procuratorem infectum lethali culpa non peccare lethaliter; ratio est, quia si peccaret lethaliter, maximè quia in se reciperet sacramentum, vel illud ministraret: atqui Procurator non recipit in se sacramentum; quia non est ipse, qui matrimonium contrahit, sed Principalis; non enim Procurator per tale matrimonium transfert dominium sui corporis in fœminam, nec ista in Procuratorem, sed in Principalem absentem mediante suo Procuratore: neque Procurator ministret, quia Ministri matrimonij sunt, qui contrahunt in propria persona: hinc Procurator nec est Minister, nec in ipso recipitur Sacramentum; nec verba ipsius sunt materia, & forma sacramenti: sed ipsi Principales contrahentes 146

sunt

sunt Ministri, & recipiunt in se sacramentum, & expressiones consensuum ipsorum, quatenus innotescunt per Procuratorem, sunt enim materia, & forma hujus sacramenti: & Procurator tantùm est conditio, sine qua non contraheretur tunc matrimonium cum absente. Hinc Principalis, qui misit Procuratorem, tenetur sub culpa lethali esse in gratia eo tempore, quo vero simile est fore, ut matrimonium nomine ipsius contrahatur à Procuratore, quia tunc recipit sacramentum: & ratio est, quia susceptio sacramenti obligat ad debitam dispositionem sub culpa lethali, & ideo tenetur, qui Procuratorem misit esse in statu gratiæ pro tempore, quo Procurator nomine ipsius matrimonium contrahit.

147 Quæritur trigesimo octavò, an habentes jurisdictionem quasi Episcopalem possint dispensare, ut omittantur denuntiationes? Certum est, non posse Parochum omittere denuntiationes nisi Ordinarius dispensaverit, ut omittantur, quia Parochus non est Ordinarius; nomine autē Ordinarij potentis dispensare, ut omittantur denuntiationes quis intelligatur, non conveniunt Doctores, Sanchez enim *de matrim. tom. 1. lib. 3. num. 4.* Barbosa *de potest. Episc. p. 2. alleg. 32. num. 130.* putant, nomine Ordinarij intelligi eos, qui jurisdictionem habent Episcopalem, vel quasi Episcopalem.

148 Sed censerem cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 5. c. 31. n. 3.* nomine Ordinarij quoad dispensandum, ut omittantur denuntiationes intelligi solos Episcopos, quia hæc potestas à Concilio Tridentino conceditur solis Episcopis, non verò ijs, qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent, cujusmodi sunt Abbates, & alij similes. Tum quia ita declaravit sacra Congregatio Cardinalium super Concilio his verbis citatis à Pontio. Non permittitur hæc facultas commendatario licèt ejus Abbatia jura Episcopalia habeat, & cujus Abbas appellatione Ordinarij veniat. Tum quia dixit Sanctissimus Dominus noster, seu Pontifex, quòd nomine Ordinarij hic non intelligitur nisi Episcopus. Hanc declarationem affert Pontius *loc. cit.* unde liquet dispensare, ut omittantur denuntiationes pertinere ad solum Episcopum, non verò ad alium habentem jurisdictionem quasi Episcopalem. An verò saltem Vicarius Episcopi possit dispensare, ut ex justa causa denuntiationes omittantur, sententiam affirmativam docet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 7. num. 3.* & ratio, quâ nititur est, quia hæc potestas dispensandi super denontiationibus à Concilio Tridentino conceditur Ordinario: atqui Vicarius Episcopi est Ordinarius, siquidem habet eandem jurisdictionem cum Episcopo, cum quo constituit unum ac idem tribunal, id tamen limitat Sanchez *n. 13.* nisi Episcopus hanc facultatem dispensandi sibi reservaverit.

146 Verùm cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 5. c. 31.* respondendum est negativè, & ita declarâsse sacram Congregationem Cardinalium super Concilio testatur Henriquez *lib. 11. c. 5. n. 5.* ubi asserit, nomine Ordinarij quoad dispensandum super denuntiationibus intelligi solum Episcopum, non verò ejus Vicarium, quæ declaratio si extat, sequitur, non posse Vicarium Episcopi dispensare, ut omittantur denuntiationes præviæ: unde hæc facultas debet ab Episcopo committi specialiter suo Vicario: alioquin sine speciali facultate non potest Vicarius Episcopi dispensare. Hinc ad fundamentum, quo nititur Sanchez, patet solutio, quia Cardinales, ad quos pertinet explicare Concilium Tridentinum declarârunt, ut refert Henriquez *loc. cit.* nomine Ordinarij quoad dispensandum super denuntiationibus intelligi solum Episcopum, non verò ejus Vicarium.

Præterea quia limitatio adducta à Thoma 150
Sanchez *num. 13.* evertit fundamentum, quo nititur: etenim si Vicarius haberet à Concilio Tridentino potestatem dispensandi super denuntiationibus præviis ad matrimonium, non posset hæc facultas ei ab Episcopo auferri, quia Episcopus non potest tollere jus, quod Concilium dat alicui: hinc quamvis Episcopus resistat, & contradicat, non potest auferre licentiam à Parocho assistendi in matrimonio, nec potestatem concedendi alteri licentiam, eò quia hoc jus conceditur Parochis à Concilio Tridentino: ergo ex eo quòd Sanchez limitet suam sententiam nisi Episcopus hanc facultatem dispensandi sibi reservaverit, sequitur, Vicarium Episcopi non habere hanc potestatem, quamvis constituat idem tribunal cum Episcopo, nisi ab Episcopo illi speciatim concedatur. Nihilominus sententiæ Sanchez adhærent Coninck de *sacrament. disput. 27. dub. 6. c. 55.* Riccius *in prax. tom. 1. resol. 226. n. 2.*

Quæritur trigesimo nonò, an si matrimoni- 151
um contrahatur de facto absque denuntiationibus peccent conjuges, si matrimonium consumment, antequam præmittantur? Certum est, contrahere matrimonium sine præviis denuntiationibus, & absque dispensatione esse peccatum grave, quia tametsi hæ præviæ denuntiationes spectent ad solemnitatem accidentalem matrimonij, nihilominus requiruntur à Concilio Tridentino ad detegenda impedimenta, si quæ extant in contrahentibus: unde eas omittere est transgredi præceptum Concilij Tridentini in re gravi, proinde eas omittentes non excusantur à culpa gravi. An verò omittere unam tantùm ex dictis denuntiationibus sit etiam peccatum lethale, negat Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disput. 5. n. 3.* Sed contra Sanchez affirmat Basilius Pontios *de matrim. lib. 5. c. 30. num. 3.* quia omissio unius ex his denuntiationibus non est materia levis, ut liquet ex fine, ad quem ordinantur denuntiationes præviæ, est enim ad detegenda impedimenta, si quæ sunt inter contrahentes: quapropter Parochus, qui suo arbitratu unam omitteret ex his prævijs denuntiationibus puniendus esset graviter ab Episcopo. Verùm quicquid sit de omissione unius tantùm denuntiationis, eò quia per alias duas præcedentes possunt impedimenta sufficienter detegi, si quæ sint, adeò ut sententia Sanchez non videatur improbabilis.

152 Difficultas est, an si omissis omnibus denuntiationibus absque dispensatione, peccent graviter conjuges, si matrimonium consumment antequam præmittantur. Respondetur, quòd si conjuges omnino certi sint, nullum in ipsis esse impedimentum, non peccant mortaliter si consumment matrimonium, ritè tamen celebratum juxta determinationem Concilij: unde quamvis lethaliter peccaverint, eò quia contraxerint matrimonium sine præviis denuntiationibus, & sine dispensatione, non tamen videntur iterum mortaliter peccare, si matrimonium consumment, dummodo conjuges certi sint, nullum inter eos subesse impedimentum: ratio est, quia licèt graviter deliquerint omittentes denuntiationes; matrimonium tamen initum absque ullo impedimento inter conjuges, & coram Parocho, & testibus, seu in facie ecclesiæ suum sortitur valorem, quia præviæ denuntiationes pertinent tantùm ad solemnitatem accidentalem: atqui eo ipso, quòd matrimonium validè contrahitur conjuges acquirunt jus consummandi matrimonium: non enim Concilium hoc illis impedit, quinimo ex Concilio colligitur, posse matrimonium consummare; sunt enim verba Concilij loquentis de præviis denuntiationibus: *ut si aliqua subsint impedimenta faciliùs detegantur; nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædicta denuntiationes omittantur*: ergo cùm conjuges sint certi, nullum subesse impedimentum, non agunt contra decretum Concilij, si matrimonium consumment, quod contraxerunt coram Parocho, & testibus: quia Concilium exigit, ut postquam matrimonium est initum omissis denuntiationibus, si id visum fuerit Ordinario expediens, ante consummationem teneantur contrahentes matrimonium publicare, quando dubitari potest de impedimento: ergo si nullum occurrat dubium, & conjuges sint omnino certi, inter eos nullum subesse impedimentum, non agunt contra Concilium si post initum matrimonium prima vice illud consummant, quia utuntur tunc jure suo, & nemo utens jure suo peccat.

153 Neque est par ratio de contrahente matrimonium non præmissis præviis denuntiationibus, & de consummante idem matrimonium jam validè contractum coram Parocho, & Testibus; quia in primo casu Concilium absolutè præcipit, non esse absque causa denuntiationes omittendas, proinde si absque causa contrahentes eas omittant, antequam matrimonium contrahant, peccant mortaliter contra decretum Concilij: secus in secundo casu, quia Concilium satis se explicat, cum dicit, *ut si aliqua subsint impedimenta, faciliùs detegantur*: loquitur enim sub conditione quod fuerit aliquod impedimentum, quod detegi debeat: proinde si certè constet, nullum subesse impedimentum, conjuges postquam contraxerunt validè matrimonium in facie ecclesiæ non videntur peccare, si illud consumment.

154 Verùm ad id duo requiruntur, ut notat Cajetanus *tom. 1. opusc. tract. 13. de usu matrim. q. 2.* Primò ut conjuges certi sint, quòd nullum subsit impedimentum. Secundò quòd contrahentes consumment matrimonium cum intentione illud publicandi.

Quæritur quadragesimò, an dispensationes, seu remissiones denuntiationum, quæ ex decreto Concilij Tridentini debent præmitti matrimonio concedendæ sint ab Episcopo ex justa, & gravi causa? Respondetur affirmativè, & liquet ex decreto Tridentinæ Synodi *c. 1. de refor. matrim.* ubi ait: *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantùm denuntiatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta faciliùs detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædicta denuntiationes remittantur. Quòd illius prudentiæ, & judicio sancta Synodus relinquit*: Cùm igitur sacra Synodus id relinquat prudentiæ Ordinarij, debet iste ex justa causa, & quidem gravi procedere: quia dispensare absque justa gravi causa non est prudenter agere, cùm possint ex defectu denuntiationum non manifestari impedimenta, ac proinde matrimonia invalidè contrahi: ad hoc enim periculum declinandum sacra Synodus statuit, ut præmitterentur denuntiationes, quæ fierent diebus festis, in quibus frequentia populi est in ecclesia copiosior, imò exigit, ut fiant tribus diebus continuis festivis, quando hujusmodi dies sibi non succedunt immediatè, licèt non desint, qui asserant posse etiam fieri in die feriali, & non festivo, si in eadem ecclesia tunc concionem habeat ad populum insignis doctor cum frequentiori hominum concursu, quia tunc adimpletur intentio Tridentinæ Synodi, quæ eatenus exigit denuntiationes fieri diebus festis, quia tunc populus est in ecclesia frequentior, proinde si habeatur hæc frequentia populi, etiam die feriali possunt denuntiationes fieri, quia cùm teneatur quisque sub culpa gravi impedimentum sibi notum denuntiare, tametsi occultum sit, nec illud probari possit, æquè finis iste obtinetur die festo, ac feriali, dummodo habeatur hæc populi uberior frequentia. 155

Quòd verò remissiones denuntiationum matrimonio præmittendarum non sint concedendæ sine justa, & gravi causa etiam declaravit Concilium Parisiense coactum anno 1429. can. 33. ubi hac de re ait: *Episcopis, Archidiaconis, & alijs, quibus de jure, vel consuetudine competit, injungimus, ne de cætero ita faciliter dispensent super Bannis in matrimonio concedendis, etiam prætextu cujuscunque pecuniæ, sicut hactenus dispensare consueverunt.* Imò adest etiam regia constitutio edita Blæsis, in qua prohibentur remissiones, seu dispensationes super denuntiationibus præmittendis matrimonio, nisi post primam denuntiationem; idque ex urgenti duntaxat, & legitima causa, & postulantibus præcipuis, proximisque parentibus contrahentium. Urgente tamen gravi necessitate dispensationes omnes remittuntur prudenti Episcopi judicio. 156

Justæ

157 Justæ autem causæ dispensandi in hisce denuntiationibus præmittendis matrimonio plures sunt, præcipuæ autem. Primò si probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, ut eis Tridentina Synodus.

158 Secundò si absque nota infamiæ contrahentium fieri non possint denuntiationes, aliquo impedimento dirimente intercedente, quo non obstante contraxerunt, & impedimentum erat ecclesiæ occultum, & postea in ejus devenerit notitiam: tunc enim ne contrahentes detrimentum patiantur in fama, & honore illis remittuntur denuntiationes, & conceditur facultas, ut coram Parocho, & testibus possint legitimè contrahere.

159 Tertiò, si in concubinatu per multum temporis simul vixerint, & ab omnibus habiti fuerint pro veris, ac legitimis conjugibus: si postea velint è peccato emergere, ac legitimo matrimonio copulari, remittuntur eis denuntiationes, ne notam contrahant infamiæ, si innotescat aliis, eos vixisse tanto tempore in concubinatu.

160 Quartò quando sine gravi animæ, aut rerum etiam temporalium discrimine differri non possunt nuptiæ, ut si vir sit constitutus in mortis periculo, vel debeat subitò longum iter suscipere, ac necesse sit connubium contrahi, ut aliàs honestæ, ac ingenuæ mulieris consulatur honori, & proles jam concepta legitima nascatur.

161 Quintò cùm ad vitandum peccatum, vel scandalum, aut infamiam, vel etiam periculosas lites, & vexationes ex parte parentum, & tutorum expedit duobus, ut quàm primùm nuptias ineant, eò quia periculum sit in mora, ne alterius animus ex levitate, infidelitate, vel ex invidorum suasionibus mutetur. Hæcque causa tunc fortiùs urget, cùm mas, & fœmina fuerunt in stupro deprehensi, & mox consentiunt in matrimonium.

162 Sextò quando puella virgo sub tutela est iniqui tutoris, qui eam viro ignobili, & conditione dispari intendit tradere: vel etiam si sit sub potestate novercæ volentis eam in monasterium protrudere. Tunc enim si adsit juvenis, qui paris sit conditionis, ac nobilitatis, & velit eam ducere, & puella consentiat, si periculum sit, ne tutor, vel noverca impediant matrimonium contrahendum, potest Episcopus dispensare super denuntiationibus, & facultatem concedere, ut coram Parocho, & testibus matrimonium contrahant etiam invitis tutore, & noverca.

163 Septimò si vir nobilis, & dives ex charitate velit ducere in uxorem puellam ignobilem, & pauperem, imò & meretricem, ut eam extrahat è lupanari, at revocet à peccato, ne tale matrimonium publicetur cum dedecore viri nobilis, & divitis intendentis opus charitatis exercere solent etiam denuntiationes remitti.

164 Octavò quando Principes contrahunt matrimonium, quod magna cum deliberatione fieri solet, quia tunc si quæ sunt impedimenta, statim clarescunt, proinde cùm vel non adsint talia impedimenta, vel si intercedant, publica sint, ac proinde semper petantur à Pontifice consuetæ dispensationes matrimoniales, solent remitti denuntiationes præmittendæ matrimonio.

165 Nonò si tempus urgeat, quo tempus nuptiarum sit mox claudendum, & celebratio matrimonij prohibita, nec possit hoc differri citra grave incommodum, aut animæ periculum ob incontinentiam eorum, qui volunt contrahere, ut si die penultima, vel etiam ultima bacchanaliorum deliberarent vir, & mulier matrimonium contrahere ex consensu consanguineorum, nec possent citra grave incommodum, & periculum incontinentiæ illud differre, & præsertim quia posset impediri ab invidis; tunc etiam censetur adesse justa causa remittendi denuntiationes: & hanc causam approbâsse sacram Congregationem Concilij Tridentini interpretem refert Zerola in *praxi Episcopali v. matrimonium dub. 9.*

166 Decimò in certis etiam casibus, ubi gravis, & aperta necessitas urget, nec per temporis angustias adiri potest Episcopus, eò quia statim celebraretur occasio contrahendi matrimonium, dummodo contrahentes, ut etiam Parochus, & testes certi sint, nullum adesse impedimentum, tunc etiam non præmissis denuntiationibus potest matrimonium contrahi, ut si residentia Episcopi sit in alio loco, & quidem distito per plura milliaria. Tunc enim, ut contrahetur matrimonium, etiamsi denuntiationes nõ sint ab Episcopo remissæ, probat ecclesia: casus autem esset, si vir sit in præsenti mortis periculo, velitque concubinam ducere, quæ pro illius conjuge communiter habebatur; ac prolem ex ea susceptam legitimam reddere: ut etiam si vir, qui virgini stuprum intulit, authoritate publica, seu ex sententia Judicis compelleretur ad eam ducendam post causæ cognitionem, ut illius aboleat infamiam.

167 Quæritur quadragesimo primò, an si contrahentes matrimoniũ sint diversarũ parochiarum, sint denuntiationes præmittendæ in utriusque contrahentis parochia? Respondetur affirmativè, adeò ut Parochus, vel etiam Episcopus nequeat eos matrimonio jungere, nisi denuntiationes factæ sint in utraq; diœcesi in proprijs parochijs, ac de illis testimonium habeant authenticum ab Episcopo recognitum, & confirmatum, vel legitimam dispensationem in scriptis concessam: quia si secus fieret, difficulter possent impedimenta cognosci, & plures personæ illegitimæ ad contrahendum inter se fallerent ecclesiam, à qua benedictionem surriperent nuptialem: Quia testis unus ad matrimonium impediendum sufficit, qui faciliùs haberi potest, si denuntiationes fiant in diversis parochijs contrahentium, quàm si in una duntaxat. Debet tamen tunc testis solitarius juxta formam juris impedimentum testificari, & desumitur ex *c. super eo de testib. & attestat.* ubi Alexander III. rescribens Matthæo Cardinali ait. *Super illa quæstione an mulier conjungenda non*

sit

sit viro pro eo, quòd sola mater alterutrius eos esse consanguineos confitetur. Respondemus, quòd si non est firmatum matrimonium inter eos matre asseverante ipsos esse consanguineos, non debent conjungi, quia præsumptio est non modica, quòd se linea consanguinitatis attingant. Sin verò matrimonium est firmatum, non debet sine plurium juramento dissolvi. Et in *c. Præterea de sponf. & matrim.* rescribit idem Pontifex sanctæ Agathæ. *De muliere* (inquit) *quæ à viro impetitur, cujus consanguineus cum ea se deloquisse proponit, sed hoc publicè confiteri recusat propter metum, & potentiam mulieris: taliter respondemus, ut matrimonium ipsum fieri (nisi juramentum intervenisset) districtè prohibemus, ne deterius inde contingat.* Si igitur juramentum interveniat, tunc non prohibetur matrimonium propter secretam confessionem unius de tali impedimento, nisi aliunde probetur legitimis documentis. Forma autem testificandi in hisce causis præscribitur in *c. tua nos de consang. affin.* ubi habetur, quòd testes, qui testificantur consanguinitatem, vel affinitatem debeant gradus assignare nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs designando personas, incipiendo à stipite, à parentibus, & germanis, ubi de consanguinitate agitur. Hinc à fortiori fama publica alicujus impedimenti impedit matrimonium contrahendum, & ita declaravit Urbanus III. in *c. super eo de consanguin. & affin.* ubi rescribens Archiepiscopo Burdigalensi ait: *Super eo, quòd juvenem asseris puellam quandam nondum nubilem fide interposita desponsâsse; quæ jam facta nubilis eum repetit, & ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo, quòd postquam puellam adfidavit tandè, carnaliter propinquam ipsius cognovit. Inquisitioni tuæ taliter respondemus: quòd si manifestum est, juvenem cognovisse propinquam prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet: cùm esset sponsa tantummodo de futuro, idem ab ejus impetitione debet absolvi.*

168 Quæritur quadragesimo secundò, an matrimonium clandestinum vim habeat sponsaliorum, & qui possint dispensationes præmittendas matrimonio remittere? Respondetur ad primum, matrimonium clandestinum non habere vim sponsaliorum, proinde contrahentes clandestinè non posse adigi neque à confessario, neque publica authoritate ad contrahendum matrimonium secundùm formam Concilij Tridentini, sicut compelluntur, qui sponsalia contraxerunt, & nulla subsit justa causa ab ijsdem resiliendi. Ratio est, quia ex matrimonio clandestino nulla oritur obligatio, nec civilis, nec naturalis: actus enim, qui ab initio est nullius valoris, perinde se habet, ac si positus non fuisset, proinde nullum producit effectum: sed actus positus contra legem prohibentem expressè substantiam ejusdem, nullus est, & cùm Conciliũ Tridentinum irritet matrimonia clandestina, non possunt hæc ullam obligationem invehere, hinc Concilium Mediolanense *V. p. 3. tit. de matrim.* ait: *Qui testibus adhibitis, at sine Parocho, aliòve sacerdote, cui is, vel Ordinarius facultatem dederit, matrimonium de facto contraxerint, ne eos cogi liceat, ut denuò inter se contrahant; nec rursus eo nomine impediri, quò minus eorum unusquisque cum aliis liberè contrahat;* & addens rationem subdit: *Cum illud eorum factum ne sponsalium quidem, ne dum matrimonij fidem habeat,* & idem etiam declaravit sacra Congregatio Concilij interpres. Ad secundum quæsitum respondetur, solos Episcopos, & ex eorũ licentia Vicarios Generales, nec non Vicarios Capituli sede vacante posse ex justa, & gravi causa denuntiationes præmittendas matrimonio remittere, non verò Abbates, nec alios habentes jurisdictionem quasi Episcopalem: quia Concilium Tridentinum id juris tantùm dedit Episcopis, & ex eorum licentia Vicarijs generalibus, & Vicarijs Capituli sede vacante: hinc sacra Congregatio Concilij interpres declaravit, Alexandrum Cardinalem Farnesium Commendatarium Abbatiæ Farrensis habentem jurisdictionem quasi Episcopalem, non gaudere facultate remittendi duas denuntiationes: licèt Gregorius XIII. ex speciali gratia talem Cardinali facultatem concesserit, quoad viveret, & Pontifex tunc approbavit responsum sacræ Congregationis, quòd nomine Ordinarij, cujus meminit Concilium Tridentinum *c. 1. sess. 24. de refor. matrimon.* solus Episcopus sit intelligendus, ut refert Fagnanus *in 4. lib. decret. c. cum inhibitio de clandestin. despons.* Hinc solus Episcopus vel ejus in spiritualibus Vicarius Generalis de ejus licentia ex justa, eáque gravi causa remittere potest denuntiationes præmittendas matrimonio.

Quæritur quadragesimo tertiò, an qui post 169
peractas denuntiationes differunt matrimonium contrahere etiam post semestre, teneantur iterum denuntiationes præmittere, si velint tunc matrimonium contrahere. Et quid si matrimonium contrahant, non præmissis aliis denuntiationibus? Respondetur, protrahentes matrimonium contrahere ad quatuor menses non posse illud inire nisi novæ denuntiationes arbitrio Episcopi fiant; ita enim declaravit sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum: quinimò Concilium Mediolanense V. *tit. quæ ad matrim. pertinent*, statuit, quòd si peractis denuntiationibus matrimonium ultra duos menses differatur, Parochus idem non antea celebret, quàm iterum denuntiationes ex præscripto Concilij Tridentini edixerit, dummodo Episcopus aliud non concesserit. Cæterum si etiam post semestre à peractis denuntiationibus contrahatur matrimonium, hoc sortitur suum valorem, imò est etiam validum, tametsi nullæ præcesserint denuntiationes: ratio est, quia denuntiationes non sunt de essentia matrimonij, neque conditiones, sine quibus matrimonium irritetur, sed tantùm sunt de præcepto, adeò ut non sint necessariæ necessitate sacramenti, sed solùm necessitate præcepti: proinde non fit clandestinum, & irritum matrimonium, si non præmissis denuntiationibus ineatur, & desumitur ex Concilio Tridentino *c. 1. de refor. matrim.* ubi ait: *Qui aliter quàm præsente Parocho.*

rocho. id est matrimonium contrahit, est nullum, quæ verba ad denuntiationum solemnitatem non referuntur, sed ad Parochi, & testium præsentiam, sine qua præsentia Concilium declarat irritos contractus matrimoniales, partésque ad sic contrahendum inhabiles reddit: ex quo infertur, quòd defectus denuntiationum matrimonium non irritet, nec constituat inhabiles partes ad sic contrahendum: exceptio enim in hoc casu legem firmat in cæteris.

170 Tum quia si denuntiationes essent necessariæ necessitate sacramenti, & non tantùm necessitate præcepti, ac propterea pertinerent ad substantiam matrimonij, non possent post initum matrimonium ampliùs fieri, sed deberent adhiberi in ipso actu, quo matrimonium contrahitur, quia tunc ponuntur omnia, quæ sunt de necessitate sacramenti, & de substantia matrimonij *c. quia propter de elect.* siquidem individuum est quidquid ad substantiam actus pertinet, adeo ut separari, vel disjungi ab illo non possit: atqui ex decreto Tridentinæ Synodi liquet, matrimonium absque denuntiationibus posse celebrari: siquidem Episcopus ex justa, & gravi causa remittit has denuntiationes aliàs præmittendas matrimonio. Tum quia etiam post initū matrimonium possunt in certis casibus differri denuntiationes, si probabilis suspicio orta fuerit matrimoniū malitiosè posse impediri, si præmittantur: ex quibus clarè infertur, denuntiationes præmittendas matrimonio non pertinere ad substantiam ejusdem: neque earum omissionem clandestinum, & irritum facere matrimonium, nisi impropriè, & secundùm quid, non verò simpliciter, ut pluries respondit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres.

171 Quamobrem in locis illis, in quibus prohibentur absolutè matrimonia iniri sine prævijs denuntiationibus, & si contrahantur, dicuntur invalida, id intelligitur tantùm quoad effectus civiles, quatenus Princeps legem sancivit, ut matrimonia inita sine prævijs denuntiationibus, tametsi valida sint, sortiantur tales expressos effectus civiles. Cæterum non excusantur à peccato lethali, qui absque dispensatione, aut causa legitima matrimonio junguntur, nullis præmissis denuntiationibus. Quinimò ejusdem peccati Rei sunt etiam Parochus, & testes, si scientes nullas præcessisse denuntiationes, adhuc velint hujusmodi matrimonijs interesse: & ratio desumitur ex eo, quia tunc tam contrahentes, quàm Parochus, & testes transgrediuntur præceptum ecclesiæ in re gravi.

172 Quæritur quadragesimo quartò, qualis esse debeat Parochus assistens matrimonio, ut suum sortiatur valorem; & explicantur pleráque dubia tam circa Parochum, quàm circa alium sacerdotem assistentem matrimonio ex licentia, vel sine licentia Parochi? Respondetur, ad matrimonium ritè, & validè ineundum sufficere præsentiam unius Parochi, tametsi contrahentes pertineant ad diversas Parochias, idque desumitur ex Concilio Tridentino exigente præsentiam Parochi in singulari, non postulante præsentiam Parochorum: & ratio etiam suffragatur, quia cum matrimonium sit conjunctio duorum, qui habet jurisdictionem erga alterutram partem, habet etiam simul erga utramque: quia non potest una pars alteri conjungi, quin simul altera ei copuletur, adeò ut conjunctio unius partis, erga quam Parochus habet jurisdictionem trahat secum conjunctionem alterius partis; neque requiritur alterius Parochi assensus, dummodo intra fines parochiæ assistentis matrimonium ineatur, quia Parochus potest exercere suam jurisdictionem intra limites totius suæ Parochiæ.

Quinimò validum est etiam matrimonium, 173
& ritè contrahitur, si Parochus viri etiam in Parochia mulieris matrimonio assistat, quia Tridentina Synodus nihil de loco expressit, sed tantùm exigit præsentiam Parochi, & testium, ne matrimonium clandestinè contrahatur, unde sufficit unus Parochus, qui assistat, sive sit viri, sive mulieris, & ita declarâsse sacram Congregationem Concilij Tridentini interpretem refert Prospar Fagnanus in *c. quod nobis de clandest. despons.* quinimò validum est etiam matrimonium in parochia mulieris coram sacerdote habente licentiam à Parocho viri, tametsi Parochiæ viri, & mulieris non sint constitutæ in eadem diœcesi, & ita etiam declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres anno 1595. 16. Februarij.

Ratio ex eo etiam desumitur, quia Conci- 174
lium Tridentinum ea tantùm matrimonia declaravit irrita, quæ aliter celebrantur, quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote de Parochi licentia, & duobus saltem testibus, unde quoties sacerdos de licentia Parochi celebrat matrimonium, hoc contrahitur juxta formam Concilij Tridentini, proinde suum sortitur valorem. Neque obstat quòd matrimonium non contrahatur intra limites parochiæ illius Parochi, qui licentiam dedit tali sacerdoti assistendi matrimonio: quia Concilium nihil de loco expressit, proinde ubicunque celebretur matrimonium præsente parocho, vel alio sacerdote de licentia Parochi, ratum est, ac suum sortitur valorem. Tum quia jurisdictio voluntaria potest exerceri extra proprium territorium, ut communiter docent jurisconsulti in *l. 2. ff. de offic. Procurat.* atqui assistentia Parochi matrimonio ineundo est jurisdictio voluntaria absque strepitu, & clamore; proinde nil vetat, quin possit exerceri extra Parochiam non solùm à Parocho contrahentium, verùm etiam ab alio sacerdote de Parochi licentia: quia tunc sacerdos nomine Parochi assistit, & non ut simplex sacerdos; imò tunc Parochus censetur ipse assistere, licèt non per se immediatè, sed mediante alio sacerdote.

Verùm ut sacerdos, qui non est proprius Pa- 175
rochus contrahentium, possit ritè eos matrimonio conjungere necesse est, ut obtineat specialem, & expressam licentiam à Parocho, vel Ordinario assistendi matrimonio, vel saltem generalem licentiam administrandi omnia sacramenta, quia ita declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres anno 1581. die 22. Junij.

Possit tamen dubitari. Primò an Vicarius Parochialis ecclesiæ absque alia expresse licentia possit ritè assistere matrimonio? Respondetur affirmativè, quia Vicarius ecclesiæ parochialis vices gerit parochi, & ut vicarius, seu vicem gerens principalis tunc assistit, proinde matrimonium ritè, ac validè contrahitur, ac si Parochus ipse præsens esset. Neque Vicario necessaria est alia expressa licentia, quia hanc secum trahit officium Vicarij vices gerentis Parochi: hinc sicut Parochus, ita & ejus Vicarius potest licentiam concedere simplici sacerdoti, ut nomine Parochi assistat.

176 Quinimò Prosper Fagnanus in *d. c. quod nobis de clandest. despons.* refert, eandem sacram Congregationem anno 1586. die 15. Junij declarâsse validum, & ratum matrimonium, cui interfuit sacerdos electus ab ipsis contrahentibus, si isti obtinuerint à Parocho licentiam in scriptis, ut matrimonio inter se celabrando sufficiat præsentia cujusvis sacerdotis pro suo arbitrio eligendi. Imò declaravit etiam ratum esse, si alius sacerdos ex vi ejusdem licentiæ interfuit, dummodo à contrahentibus de licentia Parochi eligatur, adeò ut si primus electus nolit assistere, possit alius eligi, qui si assistat, ratum sit, ac validum matrimonium. Tunc tamen requiritur ex declaratione Congregationis, quòd contrahentes licentiam habeant in scriptis sibi à Parocho concessam, designatis etiam contrahentium nominibus.

177 Dubitatur secundò, an si simplex sacerdos nomine Parochi intersit matrimonio nullâ ab eodem Parocho petitâ licentia, ratum sit tale matrimonium? Respondetur negativè, quia tunc sacerdos tametsi dicat nomine Parochi interesse matrimonio, non tamen vicem gerit Parochi, cùm ab ipso non fuerit ad id deputatus, nec ullam ab eo licentiam obtinuerit: eatenus enim simplex sacerdos assistit nomine Parochi, quia à Parocho substituitur loco sui, & non potest alium sacerdotem substituere, nisi concedat illi licentiam assistendi. Quinimò irritum etiam esset matrimonium, & nullius valoris, quamvis postea Parochus factum ratum haberet, quia tametsi retihabitio retrotrahatur, & æquiparetur mandato *ex regul. jur in 6.* ubi tamen lex vel statutum præsentiam corpoream exigit, tunc ratihabitio subsequens non sufficit ad ratum habendum factum, seu ad firmandum, & validandum actum, & ita respondit sacra Congregatio Concilij interpres anno 1620. die 7. Septemb. Hinc matrimonium contractum coram sacerdote extraneo non habente à proprio Parocho veram licentiam, nullius est valoris: imò declaravit eadem Congregatio anno 1626. die 15. Decemb. nullum, & irritum esse matrimonium contractum coram sacerdote extraneo, qui licèt habuerit licentiam à proprio Perocho unius ex contrahentibus, ignoravit tamen se illam habere, & tanquam Parochus adfuit, quia ob ignorantiam non potuit scire, se vices tunc gerere Parochi, proinde non potuit assistere nomine Parochi, cujus licentiam ignoravit.

178 Cæterum præsentia cujusvis sacerdotis sufficit, ut matrimonium ratum sit, ac validum, etiam absque consensu Parochi, dummodo sacerdos ille licentiam expressè habeat ab Episcopo contrahentium. Quia Concilium Tridentinum alterutrum duntaxat necessarium esse statuit, scilicet vel præsentiam Parochi, vel alterius sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia: atqui Ordinarius tam Parochi, quàm Parochianorum est eorundem Episcopus, ut pluries explicavit sacra Congregatio interpres Concilij Tridentini, proinde dicitur fieri de licentia Ordinarij, quod fit de licentia Episcopi, vel ejus Vicarij Generalis. Abbates verò etiam habentes jurisdictionem quasi Episcopalem non possunt matrimonio conjungere personas suæ jurisdictioni subditas, neque facultatem assistandi concedere alteri sacerdoti, adeò ut matrimonia inita coram hisce Abbatibus, vel sacerdotibus ab ijsdem substitutis nullum sit.

179 Generatim irritum est, & clandestinum matrimonium initum coram Presbytero, qui neque sit alterutrius contrahentium Parochus, neque ab Ordinario, neque ab ipso Parocho authoritatem, & licentiam expressè habeat assistendi tali matrimonio. Ratio est, quia ex Concilio Tridentino ad valorem matrimonij requiritur præsentia Parochi, vel alterius sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia. Plura tamen in locis hæreticorum contrahuntur matrimonia absque licentia Parochi, & tantùm coram Ministro hæretico, vel Magistratu laico. Dubitatur, an tunc matrimonium initum sine præsentia Perochi Catholici ratum sit, ac validum. Respondetur, vel sermo est de matrimonijs, quæ contrahuntur in ijs locis, in quibus decretum Tridentinæ Synodi fuit promulgatum, & tunc si solùm spectetur Concilium Tridentinum hujusmodi matrimonia sunt irrita. Sin verò considerentur mores, & usus ecclesiæ non rescindentis matrimonia hæreticorum publicè inita juxta leges locorum, in quibus hæresis grassatur coram Ministro hæretico; nec permittentis alterutri conjugum ad fidem catholicam converso, ut alterum ineat matrimonium, rata illa esse, ac valida saltem ex consensu tacito ecclesiæ, ut hæretici faciliùs resipiscant, & ad gremium revertantur matris ecclesiæ catholicæ, asserendum est.

180 Quòd si coram hæretico ministro, vel laico Magistratu matrimonia contrahantur in ijs locis, in quibus hæreticarum sectarum libere non est professio, ut nunc Calvinistarum matrimonia in Galliis, invalida sunt, & nonnisi clandestinè contrahuntur. Vel matrimonia contrahuntur in locis, ubi non sunt Episcopi, nec Parochi, vel etiam, ubi prohibentur Episcopi, & Parochi Catholici assistere celebrationi matrimoniorum sub pœna mortis, exilij, vel gravioris mulctæ, ut Londini in Anglia, Amstelodami in Holandia, & tunc Christianorum matrimonia inita coram Magistratu valida, & rata esse, respondit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres referente Cardinale Bellarmino in litteris directis ad Octavium Tricariensem Episcopum per inferiorem Germaniam, & Belgium Nuntium Apostolicum anno 600. die 20. Decemb. in hisce enim casibus adest consensus

tacitus

tacitus ecclesiæ supplentis ob bonū animarum, defectum præsentiæ Parochi, alioquin non esset bene consultum pluribus christianorum millibus, qui Amstelodami, & in aliis hæreticorum amplissimis civitatibus, in quibus prævelentes hæretici non permittont Parochos, & Episcopos Catholicos adesse sub poena mortis, si deprehendantur. Quinimò valida etiam sunt ex tacito consensu ecclesiæ matrimonia, quæ coram Magistratu sæculari, vel Ministro hæretico cum testibus celebratur, adeo ut, si ambo conjuges postea convertantur ad fidem Catholicam, non debeant iterom matrimonium inire, coram Parocho Catholico, ot nec etiam, si alter ex sponsis tantùm convertatur, permittitur vivente uxore hæretica aliud inire matrimonium, ex quo infertur ex consensu tacito ecclesiæ matrimonia inita inter hæreticos coram Magistratu valida esse, tametsi careant effectu sacramenti.

180 Quæritur quadragesimo quintò, an qui causa matrimonij ineundi, se conferunt in aliam Parochiam, eò quia timeant, ne in propria impediantur contrahere, validè contrahant? Respondetur affirmativè, dummodo in tali Parochia, in qua matrimonium contrahunt, verè commorentur, tametsi decreverint ibi diu non manere, & id fuisse declaratom pluries à sacra Congregatione Concilij Tridenrini interprete refert Prosper Fagnanus in *c. significavit tit. de parochys, & alien. Parochian. in 1. p. lib. 3. decret.* ubi etiam adfert plura exempla, primò de juvene quodam nobili Senensi, & fœmina meretrice, itidē Senensi, quam cùm juvenis impurè deperiret, & meretrix vellet eidem nubere, annuit juveni etiam metrimonio copulari, quia verò metuebat, ne si Senis matrimonium contraheret cum solemnitatibus præscriptis à Concilio Tridentino, parentes illud impedirent; ambo se Romam contulêre, & ibi per modicū temporis commorati coram Parocho sanctæ Anastasiæ, in cujus parochia habitabant, ac testibus matrimonium contraxêre, cúmque postea fuisset dubitatum de illios validitate sacra Congregatio super Concilio Tridentino respondit, tale matrimonium ratum esse, ea ratione, quia proprius Parochus is esse censetur, in cujus parochia habitanc contrahentes matrimonium tempore, quo illud contrahunt. Affert Fagnanus aliud exemplum de quodam studioso, qui Patavij quinque, vel sex menses commoratus timens impedimentum à parentibus sibi injici, duxit ibi mulierem plebeam coram Parocho loci, & testibus; cumque fuisset etiam dubitatum, num tale matrimonium fuisset ritè, ac validè initum, sacra Congregatio ob eandem rationem superiùs indicatam respondit, esse ratum, ac validum. Idémque respondit circa matrimonium alterius juvenis, qui ob eandem causam, ne parentes essent ei impedimento se in Angliam contulit, ibique aliquamdiu immoratus coram Parocho domicilij matrimonium cum meretrice contraxit. Refert etiam aliod exemplum de quodam viro, & muliere Trajectensibus ad Mosam, qui pariter timentes sibi impedimentū poni à parentibus, Aquisgranum vicinam urbem se contulêre, ibique per modicum temporis commorati matrimonium contraxerunt: cumque parentes obijcerent invaliditatem matrimonij, sacra Congregatio respondit, tale matrimonium ratum esse, dummodo unius mensis spatio Aquisgrani manserint ante contractas nuptias. Pari pacto cùm mulier ad submovenda scandala ex civitate, in que habitabat, jussu Principis se contulisset in quoddam oppidum, & quidem cum præcepto illinc non recedendi absque novo mandato; & mulier post quartum habitationis mensem coram Parocho ejusdem oppidi cum viro incola ejusdem civitatis matrimonium contraxisset; sacra Congregatio itidem respondit, ratum esse tale metrimonium. Verùm observanda semper sunt statuta locorum, & mores diœcesum, quoad tempus constituendi domicilium, & acquirendi jus ejusdem ad effectum metrimonij contrahendi; alioquin sufficit, si contrahentes tanto tempore manserint in loco, ubi contrahunt, quod sufficiat, ut ibi noti sint aliis, qui possint asserere, eos tale matrimonium ibi contraxisse tali tempore coram tali Parocho, & testibus

Cæterum proprius Parochus Vagorum est 182 quilibet Parochus eorum locorum, ad quæ vagi divertuntur. Ratum enim est eorum matrimonium celebratum in loco, per quem transeunt coram Parocho, & testibus. Non tamen Parochi debent temerè, & absque Ordinarij licentia hujusmodi vagos homines simul conjungere matrimonio, alioquin non excusarentur à gravi culpa, quia maxime cautio in hujusmodi vagis hominibus conjungendis adhibenda est, quia interdum contingit, ut alibi uxores habeant, hinc Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 7. de reform matrim.* ait: *Multi sunt, qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenij, prima uxore relicta, aliam, & plerúmque plures illa vivente diversis in locis ducunt; cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiant:* Magistratus etiam sæculares hortatur, ut eos severiùs coërceant. Parochis autem præcipit, ne illorum metrimonijs intersint, nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Cæterum valida esse vagorum matrimonia inita coram Parocho loci, per quem transeunt, ex eo infertur, quia Parochus locorum, per quæ vagi homines transeunt, possunt ijsdem administrare sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ etiam tempore paschatis; proinde potest etiam Parochus eos matrimonio conjungere, quia non requiritur major authoritas, & jurisdictio ad conjungendos matrimonio vagos, quàm ad ministranda ijsdem sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ tempore paschali.

Quæritur quadragesimo sextò, an ratum, & 183 validum sit matrimonium initum præsente, & intelligente Parocho, sed non consentiente, imò & renuente, ac propterea non obeunte ritus sacros in matrimonij celebratione ab ecclesia præ-

scriptos ? Raspondetur tale matrimonium ratum esse, ac suum sortiri valorem, dummodo fiat præsente, & intelligente Parocho, quamvis non consentienta, & coram testibus; ratio desumitur ex fine, ob quem Concilium Tridentinum axigit præsentiam Parohi, ne scilicet matrimonia clandestinè celebrentur, sed tantùm in facia acclesiæ, seu coram Parocho, & testibus, qui possint cestificari, tales personas contraxisse matrimonium inter se, ne ab eo pessint ampliùa resilire: sicut contingebat, antequam matrimonia clandestina irritarentur, hinc concilium exigit præsentiam Parochi, ut præcipui testis, & authoritatem habentis: atqui licèt parochua nolit consentire in tale matrimonium, imò neqoe vellit ritus sacros obire, adhuc tamen potest semper verè testificari, tales persunas coram ipso dixisse, libero consensu se matrimonio conjungere, seu mulierem dixisse se accipere talem virum in maritum, & virum pariter dixisse, se accipere talem mulierem in uxorem, & cùm id coram idoneis, & sufficientibus testibus dixerint, matrimonium sufficienter dicitur initum coram facie ecclesiæ ad eum finem, ut ab eadem probari possit, & ne qui contraxerunt, pussint ampliùs ab inito à se matrimonio resilire, quod fùit finis, ob quem Tridentina Synodus irritavit matrimonia clandestina, quæ cùm non possent ab ecclesia probari, occasio dabatur contrahentibus post aliquot annos, & susceptos etiam liberos resiliendi, assersbat enim vir, nunquam sa cum tali fœmina matrimonium contraxisse, sed tantùm ut concubinam domi haboissa. Hinc proposito dubio, an matrimonium cum solá præsentia parochi sine ejus consenso, & ministerio, & coram duobus, vel tribus testibus initum sit irricum ex decreto Concilij Tridentini prohibentis matrimonia clandestina, sacra Congregatio anno 1580. die 2. Martij respondit, illa verba *c. 1. Concil. de reform. matrim.* ubi dicitur: *Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto dicat: Ego vos in matrimonium conjungo*, non pertinere ad substantiam matrimonij; proinde matrimonium valere, quamvis verba prolata sint tantùm à contrahentibus, & non à Parocho, dummodo adsit ejus præsentia, & hanc declarationem sacræ Congregationis refert Prosper Fagnanus in *c. quod nobis de clandest. despons.*

184 Verùm ad id requiritor, ut Parochus sit à contrahentibus adhibitus, & vocatus, ut assistat, ac audiat, alioquin, si partes contraherenc matrimonium, dum fortè Parochus confabulandi causâ, vel cùm ageret aliud negotium, adessat, vel etiam alia re occupatus tantùm audirec hujusmodi contractum fieri, quin esset ipse vocatus ut Parochus; tunc matrimonium essec nullum, quia Parochus ei non interfuisset, ut Parochus, cùm non fuerit ad id adhibitus: quapropter si alter ex contrahentibus vellet postea hujusmodi contractum rescindere ea ratione, quia non fuerit Parochus vocatus, ut assisteret, nec adhibitus; Sacra Congregatio censuit, posse tale matrimonium rescindi, nisi alia adducantur, ex quibus conijci possit, Parochum à contrahentibus fuisse adhibitum, ut refert Prosper Fagnanus in *d. c. quod nobis de clandest: desponf.*

Sin verò vocatus Parochus à contrahentibus 185
ut assistat, ac proinde adhibitus fuit ut talis, quamvis postea nihil eorum, quæ contrahentes agebant, voluerit videre, & intelligere, eò quia affectaverit studio non videre avertendo oculos, nec audire obturando aures, in hoc casu ratum, ac validum esse matrimonium initum coram tali Parocho, & duobus, vel tribus testibus idoneis declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres referente Fagnano in *c. quoniam de constit.* Verum tamen est, quòd à culpa plerúmque non excusantur contrahentes matrimonia præsente tantùm Parocho, & non consentiente, nec impertiente benedictionem nuptialem secundùm ritum ecclesiæ, quia tunc temerè violant decreta ecclesiæ. Ut nec etiam excusantur à culpa gravi, qui domicilium studiosè mutant, migrántque in aliam parochiam, ubi non sunt noti, ut ibi transacto domicilij tempore matrimonium contrahant, quod legitimè, & justè fuisset impeditum, ubi contrahentes erant noti. Hinc gravioris etiam sunt culpæ Rei, qui ex industria migranc in eas regiones, in quibus Concilium Tridentinum non est receptum, ut ibi matrimonium contrahant, quia tunc ecclesiæ leges dolo malo, & fraude insigni eludunt.

Quæritur quadragesimo septimò, an vali- 186
dum sit matrimonium initum coram Parocho suspenso, vel excommunicato, aut intruso, vel nondum sacerdote, vel etiam existente extra terminos suæ parochiæ, imò etiam extra limites Diœcesis proprij Episcopi ? Respondetur, matrimonium contractum coram Parocho suspenso, vel etiam excommunicato ratum, ac validum esse. Ratio desumitur ex eo, quia Parochus in contractu matrimoniali nullam exercec jurisdictionem, sed tantùm suam puram exhibet præsentiam, & ministerium facti, ut declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres. Præterea suspensio, & excommunicatio non irritanc sacramentum, nisi in his quæ jurisdictionis sunt, ut absolvere à peccatis. Sed assistere simpliciter matrimonio, & suam exhibere præsentiam non est actus jurisdictionis, alioquin etiam testes assistentes matrimonio exercerent jurisdictionem, cùm & ipsi exhibeant suam præsentiam, quod tamen nullus concedit. Neque impartiri simplicem benedictionem, est exercere jurisdictionem, ut per se liquet; hinc ratum, & validum est etiam matrimonium initum coram Parocho suspenso, & excommunicato etiam denuntiato, ita enim declarâsse sacram Congregationem Concilij interpretem tempore Cardinalis Matthæi re diligenter discussâ refert Fagnanus in *c. litteras, quae de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.*

Non tamen excusantur à gravi culpa, qui 187
scienter coram parocho excommunicato contra-

trahunt, imò incurrunt etiam excommunicationem, si Parochus sit etiam axcomunicatus, quia tunc fideles tenentur vitara ejus comunionem; matrimoniū tamen, si contrahatur corā parocho intruso irritum est, & ratio ex eo petitur, quia Parochus intrusus non est verus Parochus: & Concilium Tridentinum declarat irtita omnia ea matrimonia, quæ aliter, quàm præsanta Parocho, aut alio sacardote da ipsius Parochi, aut Ordinarij licentia contrahuntur, unda cùm Parochus intrusus revara non sit Parochus, matrimonium coram ipso initum ast irritum. Sin verò Parochus intrusus titulum haberet tantùm coloratum, ac arrore communi censeretur verus Parochus, ratum tunc asset matrimoninm coram ipso initum; ut atiam quamvis ipso jura sit Parochus privatus beneficio ob aliquod criman, val quia axcommunicatus arat, cùm ad illud fuerat promotus, val quia possidaat aliud beneficium incompatibile cum cura parochiali, val quia intra annum à sua promotione ad parochiam non fuerit sacerdos initiatus; si tamen nondum sit spoliatus parochiâ, & quamdiu non spoliatur, matrimonium coram ipso initum ast ratum, ut atiam quando præsumitur habera justam causam retinendi benaficium parochiale, & desumitur ex *c. licèt Episcopus de prab. in 6.*

188 Cæterum matrimonium initum coram Parocho nondum sacerdota ratum esse, præsertim, si contrahatur intra annum ipsi à jura concessum, ut presbytaratûs ordinem suscipiat, daclaravit sacra Congregatio Concilij Tridantini interpres, ut refert Fagnanus in *c. quoniam de constitut.* ubi addit, ratum atiam essa matrimonium contractum coram Parocho minoribus duntaxat initiato Ordinibus, quia adhuc ast verus Parochus, licèt nondum sacerdos, proinde ejus præsentia sufficit, ut matrimonium suum sortiatur valorem. Imò non solùm intra limites suæ parochiæ, sed atiam extra, potest validè matrimonio assistere, imò & axtra diœcesim validè suos parochianos matrimonio conjungera, dummodo danuntiationes præmissæ fuerint, ac factæ in parochia. Ratio ex eo desumitur, quia assistentia parochi, & impertitio benadictionis non sunt actus jurisdictionis contentiosæ, proinde non circumscribuntur solo tarritorio propriæ parochiæ, vel diœcasis. Imò atiam simplax sacerdos de licantia parochi potast axtra parochiam matrimonio conjungera parochianos proprios illius parochi, à quo licantiam obtinuit, quia tunc sacerdos vices garit ipsius parochi. Non tamen validum ast matrimonium contractum coram Clarico non sacerdote de licentia parochi, vel Ordinarij, quia Concilium Tridentinum in suo decreto *de reform. matrim.* exigit præsentiam parochi, val sacerdotis da licantia parochi, val Ordinarij; Concilium anim eos declarat omnino inhabilas ad contrahandum matrimonium, qui alitar, quàm præsante parocho, vel alio sacardota da ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, val tribus testibus attentant contrahera, & si contrahant, declarat matrimonium irritum, ac nullum. Hinc non solùm Concilium exigit præsentiam parochi, vel sacerdotis da licentia parochi, seu Ordinarij, sad etiam duorum, vel trium testium, sine quibus matrimonium est irritum, & clandastinum, ut anim habatur *Deuter. 19. v. 15.* & *Matth. 18. v. 16. In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* Cæterum quod attinet ad qualitatem tastium non ast nacesse, ut hi sint omni axceptione majores, sed sufficit, si sint rationis compotas, quamvis impuberes, consanguinei, domastici, fœminæ, & alij, qui moralitar præsentas assa possunt, ac de re gasta tastimonium farra. Quia quales debeant essa testes in contractu matrimonij, Concilium Tridantinum non præscribit: ragularitar tamen samper seliguntur, qui sint adulti, probi, ac bena utentes rationa.

189 Quæritur quadragesimo octavò, in quónam sensu Parochus assistans contractui matrimonij dici possit Ministar sacramanti matrimonij, cùm ipsi contrahantes sint hujus sacramenti Ministri? Raspondatur, aliquos in ea essa opinione, ut parochus, sicut alia ministrat ecclasiæ saaramanta exceptis duobus confirmationis, & Ordinis, quæ ministrantur, & conferuntur ab Episcopo, ita atiam sacramantum matrimonij; ita enim docent Melchior Canus, Esthius, Sylvius, & alij censentes, formam sacramenti matrimonij non essa verba conjugum, sad verba sacerdotis in rituali Romano præscripta, val alia æquivalantia secundùm uniuscujusqua ecclasiæ ritum, & nituntur, quia Concilium Tridantinum *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* ait: *si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiæ procedatur, ubi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto vel dicat: Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* ex quo textu infarunt, Concilium Tridantinum valle, ut parochus tanquam ecclasiæ ministar dicat contrahentibus varba illa: *Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris &c.* hinc subdunt: atqui hæc verba id afficiunt, quod significant, & cùm significent conjunctionem sacramentalem, concludunt, hanc matrimonij conjunctionem fieri à parocho, qui propterea ministar est hujus sacramenti; idque firmant, quia si non esset parochus minister conjungens matrimonio contrahentes, sed ministri essant ipsi contrahentes, qui matrimonio jungarantur per propria varba, quibus Barta dicit, accipio in meum maritum Titium, & Titius vicissim accipio Bertam in meam uxorem, si tunc jungerentur, cùm varba à parocho postea profarantur, & inveniant contrahentes jam matrimonio conjunctos, non dicaret, ego vos in matrimonium conjungo, sad potiùs ego vos in matrimonium conjunctos declaro. Adhærant huic santantiæ Guillelmus Parisiansis *lib. de sacrament. tract. de matrim.* Petrus Paludanus in *4. sent. dist. 5. quæst. 2.* & nituntur etiam authoritata Concilij Chartaginansis IV. *can. 13.* ibi: *Sponsus, & sponsa cùm benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis, vel paranimphis offerantur, qui cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in* vir-

virginitate permaneant: atqui si Patres Africani benedictionem sacerdotis meram esse cæremoniam existimâssent, non injunxissent novis coojogibus tantam reverentiam, cùm majorem, vel æqualem benedictionem fideles singulis diebus accipiant in fine sacrificij, tum à sacerdotibus, tum ab Episcopis, cùm tamen non moneantur, ut ab usu abstineant conjugij propter talem benedictionem: unda discrimen inter has benedictiones, & illam, qoam novis conjugibus impartitur parochus, est, quia hæc ast verum sacramentum matrimooij, non ita aliæ benedictiones sunt sacramenta.

190 Tum quia Eugenius IV. in decrato asserit, sacramenta tribus perfici, rebus tanqnam materia, verbis tanquam formâ, & persona Ministri; sin verò contrahantes essent Ministri sacramenti matrimonij, otique hoc sacramentum parficeretur sine verbis per litteras, vel nutus mutuum consensum exprimentes. Tum qoia sacramentum sine intentione ministri perfici posset, cùm conjuges habeant tantùm intentionem suscipiendi, non varò ministrandi sacramantum, com de hac re nec ab ecclesia moneantur. Tum quia mulier, quæ ex Apostolo non permittitur in ecclesia loqui, multò minus debet permitti, ot sacramenta ministret, ut contingeret, si ipsa esset ministra hujus sacramenti. Nihilominus dicendum est, ministrum effectionis sacramenti matrimonij non esse parochum, sed conjnges matrimonium ineuntes, quia ille est propriè Minister sacramanti, qui formam verborom profert, quibus sacramentum conficitur, ot liqnet in cæteris sacramentis: sed soli contrahantes proferunt formam verborum matrimonij, qoæ sunt, cùm Berta dicit coram parocho, & testibus: ego accipio in menm maritum Titium, & vicissim Titius ego accipio in meam uxorem Bertam, quia tunc initur verns contractns civilis inter Bertam, & Titium, & quem Deus elcvavir ad rationem sacramenti: non enim Christus immutavit naturam contractus humani, quando illum elevavit ad rationem sacrsmenti; unde sicut in aliis contractibus civilibus, & humanis ipsi contrahentes sunt, qui contractum efficiunt, ita etiam in contractu matrimoniali, quo contrahcntes ineunt matrimonium per mutusm liberam traditionem, & acceptionam corporom, proinde sunt ministri effectionis hujos contractue, consequenter etiam sacrsmenti matrimonij, quod à Christo fuit annexnm huic contractui tanquam quid accessoriom, quod seqnitur naturam sui principalis.

192 Quamobrem parochns assistens matrimonio, tantùm dici potest esse Minister ratificationis; non verò effectionis sacrementi matrimonij: hinc Tertullianus *lib. 1. ad uxor. c. 9.* ait: *unde sufficiamus ad enarrandum felicitatem ejus matrimonij, quod ecclesia concilsat, confirmat oblatio, obsignat benedictio, Angeli renuntiant, & Pater ratò habet*. Vult Tertullianus, benedictionem obsignare matrimoniū, quia illud supponit jam contractū, illud enim benedicitur, quod est. Rursus ait: *Pater*, seu Prælatus ecclesiasticus *ratò habet*, quatenos parochus ratificat matrimoniom jam contractum ab ipsis sponsis. Quamobrem cùm parochus dicit: ego vos conjungo in nomine Patris, & filij, sensus non est, quòd per talia verba conjungat conjuges, ac si antea non fuissent conjuncti, sed tantùm per illa verba nomine ecclesiæ ratificat conjunctionem jam factam ab ipsis contrahentibus: neque inutilia sunt præfata parochi verba, quia per verba illa solemniter declarat, quod ante talia verba factum fuit ab ipsis conjugibus, perinde ac Judex ecclesiasticus, non inutiliter in foro exteriori absolvit excommunicatum, qui jam in foro conscientiæ erat absolutus, quando enim profert verba illa *ego te absolvo à vinculo excommunicationis* nil tunc efficit de novo, sed solùm solemniter declarat, talem esse absolutum, & ut talem habendum esse ab omnibus: unda parochus tantùm dicitur esse Minister ratificationis matrimonij, non verò effectionis.

Hinc Concilium Mediolanense injungit 192
parocho, ut ubi sponsus, & sponsa sigillatim, & nominatim interrogati soom expresserunt consensum proferat alta voce verba illa, *quod Deus conjunxit homo non separet*, quæ verba præsupponunt sponsoe jam matrimonio conjunctos per mutuum consensum expressum. Deinde procadit parochus ad ratificandum solemniter nomine ecclesiæ matrimonium jam initum: hinc sponsi genoflectunt, & parochus dextera sua sponsi dexteram preheodit, & ad significationem vinculi, fideique conjugalis imponit manoi dexteræ sponsæ, sommitatésque stolæ in modum crucis super imponit sponsorum manibus, & postea alta voce ait: *Ego authoritate sancta matris ecclesia, qua fungor, conjungo vos in matrimonium*, hoc est nomine ecclesiæ solemniter ratifico, & confirmo matrimonium, quod hi sponsi injerunt per mutuum consensum; eum enim se ipsos conjunxerint, simpliciter, ego iterum nomine ecclesiæ, & solemniter aos conjungo in matrimoninm; & postea manu signum crocis super utrumqoe sponsum ducens ait: *In nomine Patris* †, *& Filij* †, *& Spiritus sancti* †, *Amen*.

Neqoe ullom facessit negotium, quod ad- 193
ducitur ex Concilio Chartaginensi, quia Patres Africani non prupter solam benedictionem injunxerunt talem reverentiam sponsis, sed propter benedictionem, ut coonaxam, & accessoriam ad matrimonium, seu sacramentū initum, & susceptum à sponsis, & quia aliæ benedictiooes non sunt ita annexæ, ideò tanta reverencia illis non injungitur. Ad aliud, quod addebatur ex decrato Eugenij IV. docentis: Sacramenta perfici tribus, scilicet rebus tanquam materia, verbis ut forma, & persona ministri, respondetur, Eugenium non negare, Ministros matrimonij esse contrahentes, ut exprimentes verba consensuom, cùm in quolibet sacramento minister sit, qui profert formam illius: quamobrē per personā ministri ut distinctam à contrahentibus non intelligit ministrum effectionis, sed ratificationis. Hinc manent soluta alia, quę addebantor, posse sine intantione Ministri perfici hoc sacra-

sacramentum, eò quia contrahentes habeant intentionem illud suscipiendi, non verò ministrandi, quia eo ipso, quòd habent intentionem contrahendi matrimonium, & proferendi consensum internum per verba sensibilia, habent etiam intentionem perficiendi, proinde ministrandi hoc sacramentum. Neque obstat, quòd in aliis sacramentis minister sit sacerdos, quia hoc speciale est matrimonij sacramento, ut consistat in contractu ipsorum suscipientium, proinde est etiam speciale ipsius, ut contrahentes sint Ministri hujus sacramenti, perinde ac cæteri contrahentes sunt causa efficiens, & Ministri eorum contractuum, quos inter se ineunt. Hinc quamvis ex Apostolo non liceat mulieri loqui in ecclesia, adhuc tamen ei licet matrimonium contrahere, proinde etiam efficere hoc sacramentum, cùm verba contrahentium fuerint ex Christi institutione elevata ad rationem sacramenti.

194 Quæritur quadragesimo nonò, quomodo evincatur, legem matrimonij contrahendi non obligare omnes, cùm à Deo dictum sit hominibus *Genes. 1. Crescite, & multiplicamini?* Respondetur, id ex eo præcipuè evinci, quia virginitas, seu status continentiæ in sacris scripturis commendatur, diciturque majorem in se perfectionem, & sanctitatem continere statum continentiæ, & virginitatis, quàm contineat status matrimonij: Christus enim *Matth. 19.* ait: *Sunt Eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum*: hoc est, quia statum continentiæ, & virginitatis elegerunt propter Deum, cui expeditiùs pure mente, & mundo corde inservirent; qui enim matrimonio sunt conjuncti pluribus implicantur curis, & negotijs, quibus nequeunt ita frequenter vacare orationi, & Deo inservire. Hinc etiam Apostolus 1. *ad Corinth.* ait: *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Igitur qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit melius facit.* Quòd si meliùs facit, sequitur, statum continentiæ esse perfectiorem statu matrimonij.

195 Neque obstat, quòd Deus *Genes. 1.* dixerit: *Crescite, & multiplicamini*, quia hæc verba eò spectant, ut declarent finem, ob quem est matrimonium institutum, scilicet ob generationem prolis, propagationem, & conservationem humani generis, non verò ut singulis hominibus necessitatem imponant nubendi. Tum quia non solùm hominibus, sed etiam bestiis præcepti incapacibus dixit Deus: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Præterea, quia etiam post diluvium dixit Deus ad Noë, & filios ejus, *Crescite, & multiplicamini*, & tamen constat, ipsum Noë nullam postea prolem genuisse: hinc liquet, per verba illa *Crescite, & multiplicamini*, Deum non imposuisse ullum præceptum hominibus matrimonium contrahendi, quapropter per illa verba non exprimebatur ullum præceptum, sed tantùm largitio significabatur fœcunditatis, & impertitio benedictionis, ut desumitur ex eodem sacro textu *benedixitque Deus Noë, & filiis eis.* Cæterum in ipso exordio humani generis naturæ lege tenebantur omnes conjugium inire, donec ad justam multitudinem humanum genus perduceretur: quia sicut naturæ præceptum est, ut quisque saluti corporis consulat alimentorum sumptione; ita est etiam præceptum, ut saluti humani generis, ejúsque conservationi consulatur filiorum generatione: & licèt sub mundi initiis, donec ad justam multitudinem genus humanum perduceretur, fuerit præceptum obligans singulos homines: nunc autem obligat solam Rempublicam, & sufficit, si in eadem sint plures, qui nuptias contrahant; non verò est necesse, ut omnes matrimonium contrahant. Rursus matrimonium tantùm erat præceptum singulis ad populum Dei pertinentibus, ut populus ille multiplicaretur. Tempore autem novi testamenti multitudo populi fidelis procuranda erat non generatione filiorum, sed conversione Ethnicorum.

Quinimò etiam in lege veteri populo illo 196
satis multiplicato non ampliùs obligavit singulos ad contrahenda matrimonia, ut probant exempla Josue, Eliæ, Elisæi, & Jeremiæ, qui sine injuria legis divinæ, & naturalis cœlibes vixerunt, & culturæ castitatis fuerunt addicti: quinimo Deus Isaiæ cap. 56. *Eunuchis legem suam servantibus promittit in domo sua locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum.* Eunuchorum autem nomine homines significantur cœlibes, & continentes, quibus propterea Deus promittit cœlestem beatitatem, à qua tamen excluderentur per transgressionem præcepti, si nuptiæ obligerent omnes, & singulos. Hinc etiam sapientiæ 3. commendatur castitas nescia thori conjugalis, ibi: *Qui nescivit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum.* Josephus Hebræus in sua historia etiam refert, Essenos cœlibatum servâsse. Neque obstat quòd *Exod. 10. & Deuter. 17.* legemus, sterilem non fore quemquam in terra Israël, quia id non injunxit ullum præceptum, sed fuit sola promissio, qua benedictio fœcunditatis promittebatur conjugibus Dei mandata servantibus. Tum quia steriles, si propriè loquamur non dicuntur, qui studio castitatis, & continentiæ à nuptiis abstinent, sed qui conjugio usi liberos habere nequeunt, & hæc erat illa sterilitas, quæ in lege veteri conjugibus probro dabatur, quapropter S. Elisabeth *Luc. 1.* ait: *Dominus respexit auferre opprobrium meum.*

Demum, quia si in lege veteri præceptum om- 197
nibus, & singulis fuisset matrimonium, Esseni non fuissent permissi cœlibatum servare, neque Christus, qui venerat legem adimplere, quidquam contra præceptum egisset, neque Joannes Baptista, neque Apostoli, qui vel uxores non habuerunt, vel assumpti ad Apostolatum ab usu abstinuerunt conjugij, & cùm constet, hos omnes cœlibem duxisse vitam, concludendum est, matrimonium non fuisse omnibus, & singulis præ-

præceptum etiam in lege veteri: hinc D. Augustinus *lib. 1. de nupt. & concupisc. n. 13.* loquens de hac procreatione filiorum in lege veteri ait: *Hæc enim propagatio filiorum, quæ in sanctis Patribus propter generandum, & conservandum populum Dei, in quo Prophetiam Christi præcedere oportuit, officiosissima fuit; nunc jam non habet illam necessitatem. Patet ibi jam ex omnibus gentibus spiritualiter gignendis, ut undecunque carnaliter fuerit coria filiorum. Et quod scriptum est Eccles. 3. tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu, per illud atque hoc tempus agnoscitur distributum. Illud quidem fuit amplectendum, hoc autem continendi ab amplexu.*

198 Quæritur quinquagesimò, quomodo probetur sacramentum matrimonij in lege Evangelica conferre gratiam? Respondetur, dogma fidei esse, matrimonium verum, ac propriè dictum novæ legis esse sacramentum, id enim docet Apostolus ad Ephes. 5. *Quia membra sumus corporis ejus de carne ejus, & de ossibus ejus, propter hoc relinquet homo Patrem suum, & matrem suam; & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia.* Quod autem Apostolus dicat, *sacramentum hoc magnum est*, non ad ipsam Christi, & ecclesiæ conjunctionem id refert Apostolus, sed ad matrimonium, eò quia conjunctio viri, & mulieris, seu vinculi matrimonialis, cujus Deus est author, signum est sacrum, seu sacramentum significans rem sacram, seu conjunctionem Christi Domini cum ecclesia: siquidem illud pronomen demonstrativum *hoc* refertur tantùm ad id, quod proximè præcesserat de humano conjugio, & de quo præcipuè agebat Apostolus scribens ad Ephesios, & hunc esse genuinum Apostoli sensum, asserunt SS. Patres expressè docentes, matrimonium esse verum novæ legis sacramentum, D. Augustinus *lib. de fide, & operib. c. 7.* ait: *In civitate Dei nostri in monte sancto ejus, hoc est in ecclesia, nuptiarum non solùm vinculum, verùm etiam sacramentum ita commendatur, ut non liceat viro uxorem suam alteri tradere:* & *lib. de bono conjugal. c. 18.* ait: *In nostrarum nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, quàm fœcunditas uteri.* D. Ambrosius *lib. 1. de Abraham. c. 7. Cognoscimus* (inquit) *velut præsulem, custodémque conjugij esse Deum, qui non patitur, alienum thorum pollui: & si quis fecerit, peccare eum in Deum, cujus legem violet, gratiam solvat. Et ideo quia in Deum peccat, sacramenti cœlestis amittit consortium.* Hinc Concilium Tridentinum *sess. 24. can. 1.* asserens, matrimonium verè, & propriè esse sacramentum, & conferre gratiam ait: *Si quis dixerit, matrimonium non esse verè, & propriè unum ex septem legis evangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in ecclesia inventum, neque gratiam conferre, anathema sit.*

199 Est enim matrimonium ex sua institutione signum rei sacræ, quatenus significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, sponsi cœlestis cum sponsa, quam ut sibi desponsaret in fide, & justitia in sempiternum è sinu Patris in terras descendit, eique per Mysterium incarnationis conjunctus est ad sobolem spiritualem in perpetuum tempus propagandam, & regenerandam: quin & amore tam ardenti, eam dilexit, ut se ipsum morti traderet pro ea, ut eam sanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ: & eò sibi speciosiorem exhiberet ecclesiam non habentem maculam, & rugam, quò eam lavacro aquæ purgaverit à quavis macula. Quòd verò non solùm sit signum rei sacræ, sed etiam gratiam conferat, est etiam dogma fidei, ut definivit Concilium Tridentinum *sess. 24 can. 1. de sacram. matrim.* ubi ait: *Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugésque sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor, atque perfector.* Per hanc autem gratiam, quam confert sacramentum matrimonij, vir, & uxor mutuo charitatis vinculo conjuncti mutuis se benevolentiis prosequuntur, & alter in alterius benevolentia conquiescit, nec alienos, ac illicitos amores quærit, & thorum suum servat immaculatum. Rursus per hanc gratiam, fit ut matrimonium quod in remedium concupiscentiæ institutum est, ipsam compescat, & coerceat: siquidem nisi per matrimonium gratia conferretur, concupiscentia potiùs augeretur, quàm imminueretur per ipsum matrimonij usum, unde Augustinus *lib. de bono conjugali c. 5.* ait: *Ad hoc nuptiæ sunt, ut illa concupiscentia redacta ad legitimum vinculum, non deformis, & dissoluta fluitaret habens de ipsa irrefrænabilem carnis infirmitatem; de nuptijs autem indissolubilem fidei societatem; de se ipsa progressum immoderatè coëundi; de nuptijs modum castè procreandi.*

Rursus per hanc gratiam fit, ut Christiani 200
conjuges prolem quærent, non solùm ut mundo nascetur, sed & Deo renascetur per lavacrum baptismi, & Christo consecretur per Christianæ vitæ institutum, ut ait idem Augustinus *lib. de nupt. & concupisc. c. 7.* inquiens: In nuptiis bona nuptialia diligentur, proles, fides, sacramentum; sed proles, non ut nascetur tantùm, verùm etiam ut renascetur: nascitur námque ad pœnam nisi renascatur ad vitam. Præterea per hanc gratiam conjuges fideles inviolatam, eámque individuam fidem sibi mutuò servent, parentes ritè, & rectè prolem instituunt, onera, & incommoda matrimonij æquo animo tolerant, tribulationes sustinent, quas patiuntur conjugati, ut ait Augustinus *lib. de sancta virginit. c. 16. In suspicionibus zeli conjugalis, in procreandis filiis, atque nutriendis, in timoribus, & mœroribus orbitatis. Quoties enim quisque se connubij vinculis alligat, istis trahitur, atque agitatur affectibus.*

Ad hanc igitur tolerandam tribulationem 201
gratia, quam confert sacramentum matrimonij, juvat, & corroborat conjuges fideles. Hinc Augustinus expendens illud Ps. 40. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus*, pulchrè ait: & appositè ad rem nostram, *Lectus doloris infirmitas est carnis. Ne dicas non possum tenere*, &

& piritare, & frænare carnem meam. Adjuvatis, ut possis. Dominus opem ferat tibi super lectum doloris tui. Portabat te lectus, non portabas lectum; sed paraliticus intus eras, adest, qui dicat tibi, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Et ad ipsum Dominum convertit se, tanquam quæreretur. Quare ergo cum opem nobis ferat Deus, tanta mala patimur in ista vita, tanta scandala, tantes labores, tantam inquietudinem carnis, & sæcule? Convertit se ad Deum, & tanquam consilium medicina ejus nobis exponens. Totum stratum ejus inquis versâstì in infirmitate ejus. Per stratum intelligitur aliquid terrenum. Omnis anima infirma in hac vita quærit sibi aliquid terrenum, ubi requiescat: quoniam intentionem laboris, & mentis extenta in Deum difficilè potest perpetuò tolerare. Aliquid sibi in terra conquirit, ubi requiescat, & quodammodo pausatione quadam recumbat, veluti sunt ista, quæ diligunt, & paulò infra subdit: *Acquiescit in domo sua, in familia sua, in conjuge, in filijs, sed tamen Deus volens nos amorem non habere nisi vitæ æternæ; & istis velut innocentibus delectationibus miscet amaritudines, ut & in his patiamur tribulationes, & universum stratum nostrum vertit in infirmitate nostra.* Ad has igitur æquo animo tolerandas tribulationes desiderabatur Dei gratia, quam sacramentum matrimonij confert, & cujus beneficio mater fastidia in prolis gestatione, labores in partu, & tædia in nutritione, feliciter superat, imò & cùm gaudio tolerat. Hujus gratiæ beneficio pater libenter curam domûs sustinat in aducanda prole; solicitudinea, & anxietates patitur, quæ omnia sine ope divinæ gratiæ tolerari vix possent. Quemobrem ed id confertur per sacramentum matrimonij gratia, ut ejus ope conjuges libenter ferant molestias, incommoda, & onera conjugij, difficultates superent, & æternæ salutis impadimenta in eo statu occurrentia vincant. Imò par hanc gratiam vir suam etiam diligit uxorem, sicut Christus ecclesiam, & mulier libenter subijcitur viro suo, cui adhæret, sicut ecclesia Christo.

202 Hinc matrimonium infidelium non est sacramentum, sad tantùm contractus civilis, quia non sunt capaces sacramenti, cùm non sint baptizati; est enim baptismus janua sacramentorum, quæ non suscipiuntur, nisi ab ijs, qui per hanc januam baptismi ingrediuntur, quapropter Innocentius III. in *c. gaudemus de divortijs* ait: Sacramantum conjugij propriè apud fideles tantùm existera; & apud infideles nonnisi impropriè. Hinc D. Thomas in *4. sent. dist. 39. q. 1. art. 11. ad 1.* ait: *Quamvis infidelibus non competat matrimonium secundùm quod est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens; competit tamen eis in quantum est in officium naturæ: & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamvis non actualiter, eò quod actu non contrahunt in fide ecclesiæ:* Hinc cùm primùm conjuges infideles convertuntur ad fidem eorum matrimonium, quod in sententia D. Thomæ erat tantùm sacramentum hebitualiter, fit sacramentum actualiter per baptismum, & incipit suam conferre gratiam.

Quæritur quinquagesimo primò, an prisci 203 Patres, qui in lege veteri plures duxerunt uxores perperam egerint? Respondetur negativè, quia tunc ad uberiorem propagationem populi Dei desiderabatur, ut vir plures duceret uxores. Quinimò plures ex Patribus illis priscæ legis singulari floruerunt sanctitate, unde & *Matth. 8.* promittitur electis illis fore, ut recumbent, cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno cœlorum. Tum quia si Polygamia fuisset ijsdem data probro, Deus in tali hypothesi non permisisset tot adulteria impunita, nec Jojada summus sacerdos Joaso Regi Juda duas tradidisset uxores, si secundam sine crimine habere non potuisset. Neque obstat, si dicas, legem de unitate uxoris esse divinam, & naturalem, quia licèt id verum sit, est tamen de numero earum legum, in quibus potest Deus dispensare, sicut de facto dispensavit in lege veteri. Ex legibus naturalibus quædam sunt, quæ ad legem naturæ primariò pertinent, cujusmodi sunt præcepta Decalogi, Deus est super omnia amandus, parentes sunt honorandi, mendacium non est proferendum: & quia hujusmodi leges, seu præcepta decalogi talia sunt, ut iisdem opposita, sint intrinsecè mala, ideo nisi immutetur materia, ut in homicidio, furto, & adulterio, semper sunt illicita, & quà talia non possunt dispensari. Quædam verò pertinent ad legem naturæ tantùm secundariò, quæ cùm per se mala non sint, sed eatenus sunt mala, quia prohibita, ideo Dei dispensatione, & authoritate possunt laxari, talis est prohibitio polygamiæ, in qua Deus dispensavit cum priscis illis Patribus, ut plures ducerent uxores ad uberiorem populi Dei propagationem, ut etiam ad significationem plurium mysteriorum: siquidem Apostolus mysterium adumbratum in duobus Abrahæ uxoribus explicat *ad Galat. 4.* inquiens: *Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit; unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla secundùm carnem natus est; qui autem de libera per promissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta:* hinc D. Augustinus *lib. de bon. conjug. c. 17.* ait: *Tunc ipsius pietatis erat operatio etiam carnaliter filios propagare, quia illius populi generatio nuntia futurorum erat, & ad dispensationem propheticam pertinebat.*

Tum quia ex divina dispensatione prisci illi 204 patres plures duxerunt uxores, & tametsi scriptura nullibi meminerit hujus dispensationis, ex ea tamen apartè colligitur, cùm eorundem Patrum sanctitatis testimonium perhibeat; neque eorum polygamiam usquam reprehendat, quæ tamen, cùm frequens tunc esset, si inculpata non fuisset, nec usurpata Deo inspirante, & dispensante, procul dubio alicubi Deus eam reprehendisset, imò & prohibuisset. Quapropter Augustinus *lib. 22. contra Faust. c. 47.* ait loquens de polygamia. *Quando mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est.*

est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quacùm ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus insiul habitis uxoribus objicitur sancto viro Jacob? si naturam consulas non lasciviendi, sed gignendi causâ illis mulieribus utebatur; si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur: si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò, cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia, & moribus, & legibus hoc non licet? vult Augustinus non fuisse tunc polygamiam coutrariam præcepto, quia nulla lege positiva prohibita erat, nunc verò prohibetur Christianis.

205 Quæritur quinquagesimo secundò, an matrimonium initum coram Parocho, cui Episcopus interdixit, ne tali matrimonio assistat, suum sortietur valorem? Ratio dubitandi ex eo videtur desumi, quia actus, qui fit à non habente jurisdictionem, nullius est valoris, cùm sit jurisdictio, quæ actui valorem impertitur *l. 3. C. de jurisd.* sed actus, seu assistentia parochi, cui Episcopus inhibuit, ne tali matrimonio assisteret, est actus positus à non habente jurisdictionem: siquidem tota jurisdictio, & potestas parochorum ab Episcopo dependet, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 20. art. 4. q. 1. in corp.* & *dist. 24. q. 3. art. 2. q. 1. ad 3.* unde ex eo, quòd Episcopus inhibuerit parocho, ne tali matrimonio assisteret, jurisdictionem quoad talem assistentiam ei abstulit, seu coarctavit jurisdictionem parochi, ne se extenderet ad talem assistentiam, quæ proinde contra prohibitionem Episcopi nullius est valoris, & matrimonium initum est irritum, quia ex Concil. Trid. *sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* matrimonium initum sine assistentia parochi habentis jurisdictionem est nullum. Quòd verò Episcopus possit prohibere parocho talem assistentiam, non videtur dubium, quia potest Episcopus prohibere parochis, aliisque sacerdotibus absolutionem à casibus sibi reservatis, & posita tali prohibitione, absolutio à reservatis est nulla ex Concil. Trid. *sess. 14. c. 7.* quapropter potest Episcopus etiam prohibere parochis, ne matrimonio assistant, sicut iisdem potest prohibere, ne absolvant à reservatis: & sicut stante tali prohibitione absolutio à reservatis est nulla, ita & assistentia parochi quoad matrimonium ineundum. Tum quia illud matrimonium est irritum, cui simplex sacerdos assistit, tametsi parochus dederit ei facultatem assistendi, si postea eandem facultatem revocaverit, proinde à fortiori irritum erit matrimonium, cui parochus non obstante Episcopi prohibitione assistit; quia eatenus est irritum matrimonium, cui simplex sacerdos non obstante revocatione licentiæ assistit, quia supposita revocatione non verificatur, quòd matrimonium contractum sit coram parocho, vel alio sacerdote de parochi, seu Ordinarij licentia juxta formam Concilij Tridentini: proinde est etiam irritum matrimonium, cui parochus assistit contra prohibitionem sui Episcopi, quia stante hac prohibitione non contrahitur coram parocho juxta formam Concilij Tridentini, quia prohibitio operatur, ut parochus non sit legitimus in ordine ad actum validè assistendi, ut notat Fagnanus in *c. littera de matrim. contract. contra interdictum Ecclesiæ num. 20.* Tum quia parochus validè non assistit matrimonio, quod contrahitur à non subditis ejusdem, *argum. Clement. de privileg.* & *c. 18. de pœnit. & remiss.* supposita autem Episcopi prohibitione contrahentes quoad hunc actum subtrahuntur è jurisdictione parochi, qui propterea nequit validè tali matrimonio assistere.

206 Respondendum nihilominus est, tale matrimonium suum sortiri valorem non obstante prohibitione facta parocho ab Episcopo, & ita docent communiter Canonistæ, præsertim Panormitanus in *c. ad dissolvendum de matrim. contract. contra interdict. Eccles.* Fagnanus *in c. littera de matrim. contract. contra interdict. Eccles. num. 7. & 19.* Pontius *lib. 6. de matrim. c. 7. num. 3.* Gonzal. *in c. fin. de matrim. contra interdict. Eccles. num. 2.* Ratio etiam petitur ex discrimine, quod intercedit inter prohibitionem, & irritationem; aliud enim est prohibere matrimonium, ne contrahatur, & aliud matrimonium irritare *c. 6. qui Clerici, vel voventes c. unic. de voto in 6.* unde ex prohibitione matrimonij non ritè infertur ejus nullitas, si contrahatur: juxta vulgatam regulam: multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem *c. 16. de regul.* ex eo igitur, quòd Episcopus prohibeat parocho, ne assistat tali matrimonio, non sequitur, quòd si assistat, sit irritum, quia ex simplici prohibitione, cui decretum irritans non adnectitur, non rectè infertur nullitas actûs.

207 Quòd sola prohibitio non irritet actum, liquet ex eo, quòd tametsi Ecclesia prohibeat, ne matrimonia contrahantur cum impedimentis tantùm impedientibus, adhuc non obstante tali prohibitione, si contrahantur cum iisdem impedimentis, valida sunt, *c. 2. de matrim. contract. contra interdict. Eccles.* ubi Pontifex rescribit: *Licèt contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conveniens, ut ob id solùm sacramentum conjugij dissolvatur:* quòd si interdictum Ecclesiæ matrimonium non irritat, à fortiori neque prohibitio Episcopi facta parocho, idque desumitur etiam ex Concil. Trident. *sess. 24. de refor. c. 7.* ubi sacra Synodus expressè prohibet parochis, ne vagabundorum matrimonijs intersint: & nihilominus si parochus contra prohibitionem Concilij assistat talibus matrimoniis, hæc suum sortiuntur valorem juxta declarationem sacræ Congregationis Concil. Trident. apud Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 25. n. 16.* unde à fortiori validum est matrimonium, cui assistit parochus contra prohibitionem Episcopi, quia sola & simplex prohibitio non irritat matrimonium, si hoc contrahatur, alioquin invalida essent matrimonia, quæ contraherentur, cum impedimentis tantùm impedientibus, & non dirimentibus, cum Ecclesia prohibeat, ne hujusmodi matrimonia contrahantur: quoties enim prohibitio non habet annexum decretum irritans, relinquit validum de jure matrimonium, ut li-

quet

quet ex omnibus impedimentis tantùm impedientibus *c. unic. de voto in 6.* unde prohibitio Episcopi facta parocho, ne assistat tali matrimonio, illud non irritat, si contrahatur cum assistentia talis parochi : quia nec Episcopus, nec alius Prælatus Papâ inferior potest impedimenta dirimentia matrimonium statuere, nec per prohibitionem irritare matrimonium, nec inhabilitare personas, ut notat Fagnanus in *c. littera quæ de matrim. contra interdict. Eccles.* Ad solum summum Pontificem pertinet matrimonia irritare, & de illis statuere cum decretis irritantibus ob bonum Ecclesiæ regimen.

208 Matrimonium igitur initum coram parocho, cui Episcopus prohibuit, ne eidem assisteret, suũ sortitur valorem, quia contrahitur coram facie Ecclesiæ, & juxta formam Concilij Tridentini *sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* ubi statuit, ut matrimonium celebretur præsente parocho, & hæc forma verificatur, tametsi Episcopus prohibuerit parocho, ne assisteret : quia per prohibitionem Episcopi, non privatur parochus qualitate parochi, nec desinit esse parochus, proinde si coram ipso matrimonium contrahatur, hoc suum sortitur valorem, tametsi assistentia parochi ob inhibitionem sibi factam sit illicita. Semel, quòd quis à superiore legitimatur ad aliquem actum, nequit ab inferiore ad eundem actum inhabilitari *l. 5. ff. de jurisdict.* Parochus autem à Concilio Tridentino legitimatur ad exhibendam suam præsentiam matrimonijs *sess. 24. c. 1. Qui aliter quàm præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* unde est Concilium, quod legitimat personam parochi, ut validè assistat matrimonio, proinde nequit persona parochi ab Episcopo per prohibitionem inhabilitari, ne validè assistat tali matrimonio, quod propterea est validum, tametsi coram tali parocho contrahatur; dummodo contrahentes eidem subijciantur, vel saltem unus ex ipsis, quia ad valorem actûs sufficit, si adsint de facto omnia requisita, quæ de jure debent adesse *argum. l. 20. §. 1. ff. de condit. institut.* ut communiter docent Doctores, unde sufficit, si parochus de facto suam exhibuerit præsentiam, & assistentiam: & quamvis stante prohibitione Episcopi, non debuisset assistere, validum tamen est matrimonium.

209 Hinc ad primam rationem dubitandi respondetur, quòd tametsi parochus in fieri, seu ut creatur parochus, dependeat ab Episcopo, ejúsque examine, & approbatione, non tamen postquam semel est creatus parochus dependet ampliùs ab Episcopo in ordine ad assistendum validè matrimonio, quia hanc facultatem habet parochus à jure, & à Concilio Tridentino : & Episcopus utpote inferior Concilio non potest inhabilitare Parochum ad talem assistentiam, quia inferior non habet potestatem in superiorem : licèt possit Episcopus Parochum removere à suo officio, ne sit ampliùs parochus, non tamen si perseveret parochus, potest illum inhabilitare ad assistendum matrimonio suorum parochianorum, cùm hanc facultatem habeat à Concilio Tridentino: unde licèt stante prohibitione assistat illicitè, validum tamen est matrimonium.

Ad aliud, quòd addebatur, posse Episcopum prohibere parocho absolutionem à casibus reservatis, respondetur, esse discrimen, quia absolvere est actus jurisdictionis, nõ ita assistere matrimonio: unde per talẽ prohibitionẽ non privat parochum ulla jurisdictione: secus cùm prohibet, ne absolvat à casibus reservatis: Parochus assistendo matrimonio exhibet nudam præsentiam, & ministerium facti, adeo ut validum sit matrimonium etiam contractum coram parocho suspenso, & excommunicato denuntiato, & ita fuisse declaratum à sacra Congregatione Concilij refert Fagnanus in *c. littera de matrim. contract. contra interdict. Eccles. num. 26.* quia Concilium tantùm requirit qualitatem parochi proprij, quam non obstante prohibitione, aut excommunicatione retinet. 210

Ad aliud, quod addebatur de simplici sacerdote est disparitas, quia semel quòd parochus revocat licentiam assistendi matrimonio, manet simplex sacerdos, & persona tantùm privata, quæ ut talis non habet qualitatem legalem à jure requisitam, ut matrimonio validè assistat. Secus parochus non obstante prohibitione Episcopi remanet parochus, & habet à Concilio legalem qualitatem, ut validè assistat matrimonio tanquam persona publica ad id destinata ab Ecclesia : & hac qualitate non potest Episcopus eum privare, si maneat parochus proprius contrahentium : tametsi parochus sit prohibitus ab Episcopo, ne assistat; adhuc est legitimus, & proprius parochus, proinde potest sacramenta ut parochus ministrare contrahentibus. Ut enim notat Fagnanus *loc. cit. n. 21.* Parochus proprius quamvis ab Episcopo prohibitus non censetur illegitimus jure naturæ, quatenus matrimonium est officium naturæ, nec jure divino, prout est elevatum, ut sit sacramentum, nec multo minus jure humano ecclesiastico, quatenus est contractus, qui debet iniri cum conditionibus ab Ecclesia requisitis. 211

Quæritur quinquagesimo tertiò, an matrimonium sit validè contractum, si contrahentes sub fictis nominibus ab Ordinario obtinuerint licentiam, ut coram simplici sacerdote possint contrahere. Ratio dubitandi est, quia fictio nominis est quid accessorium, & accidentale insufficiens ad irritandum actum, etenim *Genes. 27.* etiam Jacob sub ficto nomine Esau paternam ab Isaaco impetravit benedictionem, quæ tamen valida fuit, & felices præstitit affectus : ergo etiam licentia contrahendi coram simplici sacerdote, & impetrata sub fictis nominibus est valida, & matrimonium initum juxta formam Concilij Tridentini *sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* ubi præscribens formam essentialem contrahendi validè matrimonium, ait : *Præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus contrahatur :* & hæc forma servatur, tametsi obtenta sit licentia ab Ordinario sub fictis no- 212

minibus, quia adhuc sacerdos de ipsius Ordinarij licentia assistit matrimonio.

213 Tum quia matrimonium initum præsente parocho licèt invito, imò & contradicente, ac protestante in contrarium, adhuc est validum: dummodo naturaliter parochus intelligat, quid contrahentes dicunt, & agunt; quia non obstante contradictione parochi matrimonium contrahitur coram facie Ecclesiæ juxta Concilium Tridentinum, hoc est præsente parocho, & habetur textus *in l. 209. ff. de V.S. Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi intelligat: velle tamen non debet: nam & invito eo rectè fit, quod jussum est*; & habetur etiam decisio Rotæ Romanæ in Granatens. matrim. coram Verospio in Novis. Præterea, quia error, aut falsitas, si tantùm contingat in accidentalibus, vel in causa impulsiva, non verò in finali, nec in substantialibus non vitiat dispositionem, nec concessionem datam à superiore *c. 14. §. considerantes quoque de prebend. in 6. l. 71. §. ob falsam causam. ff. de condit. & demonstrat.* Falsitas autem, seu error contingens in nomine, vel pronomine; non censetur contingere in substantialibus, nec in causa finali, sed tantùm in impulsiva, & accidentalibus, proinde non vitiat concessionem contrahendi coram simplici sacerdote.

214 Tum quia reliqua sacramenta non sunt invalida ob falsam substitutionem alterius nominis, aut cognominis, ut si quis ficto nomine confirmetur, vel sacris Ordinibus initietur, vel in sacra Exhomologesi absolvatur: ergo etiam matrimonium erit validum non obstante falsa substitutione ementiti nominis, & cognominis.

215 Præterea valida est licentia contrahendi coram non parocho ab Ordinario impetrata sub fraudulenta occultatione qualitatum personæ, ne si contrahens cognosceretur, impediretur, quo minus matrimonium contraheret: sed æquè se tenet ex parte causæ impulsivæ occultatio qualitatum, ac nominis, & cognominis, proinde si non obstante fraudulenta occultatione qualitatum personæ contrahentis, matrimonium validum est ex decisione Rotæ Romanæ *in Mechlinien. matrim. coram Cerro 5. Martij anno 1666.* erit etiam validum, non obstante falsa substitutione ementiti nominis, & cognominis.

216 Respondetur hujusmodi matrimonium nullius esse valoris, & ratio ex eo desumitur: quia mandatum delegationis datum ad certam personam, vel determinatam causam nequit prorogari ultra illam personam, & causam expressam in mandato delegationis *c. 32. & 40. de offic. & potest. judic. deleg.* & *c. 34. de rescript.* siquidem prorogatio est extensio præsuppositæ similis potestatis *l. 1. ff. de judic.* proinde ubi non præsumitur similis potestas, nequit fieri prorogatio *l. 5. ff. de precario l. 3. C. de jurisd.* potestas autem delegata ad certam personam, vel causam, non præsupponitur delegata ad aliam personam, vel causam *c. 40. de offic. & potest. judic. deleg.* Cùm igitur Ordinarius concedat licentiam simplici sacerdoti assistendi matrimonio contrahendo à talibus personis, quæ tali nomine, & cognomine singularizantur, ac distinguuntur ab aliis, non intelligitur talis facultas concessa, ut se extendat ad alias personas; alioquin matrimonium initum inter tales personas non contraheretur coram facie Ecclesiæ, quia hæc non posset probare matrimonium inter tales personas fuisse initum; possent enim, qui sub fictis nominibus contraxerunt in alium proficisci locum, & si vir negaret, talem fœminam esse suam uxorem, sed tantùm simplicem concubinam; non possit mulier probare, talem hominem secum contraxisse; præsertim si simplex sacerdos jam decessisset, quia Ordinarius supponitur contrahentes nunquam vidisse, & in libro Ecclesiæ, in quo matrimonia scribuntur, propria nomina viri, & mulieris non legerentur: neque Ecclesiæ incommodis obviaret, quæ ex matrimonijs clandestinis ante Concilium Tridentinum oriebantur.

Quamobrem facultas delegata ab Ordinario simplici sacerdoti assistendi matrimonio maris, & fœminæ cum tali nomine, & cognomine 217
non intelligitur concessa pro aliis personis, cum alio nomine, & cognomine, quia mandatum delegationis datum ad certam personam, vel delegatam causam non potest prorogari ultra illam personam, vel causam expressam in mandato delegationis *c. 34. de rescript. & 32. de offic. & potest. Judic. deleg.* unde sacerdos simplex virtute facultatis sibi concessæ pro istis personis cum hoc nomine, & cognomine non potest validè assistere matrimonio illarum personarum, quæ alio nomine, & cognomine denotantur; quia nonnisi respectu personarum, quæ cum tali nomine, & cognomine exprimuntur in mandato delegationis, intelligitur habere facultatem sibi ab Ordinario concessam assistendi huic matrimonio, non verò si contrahentes hoc nomine, & cognomine revera non præsignentur: respectu enim horum nullam simplex sacerdos habet facultatem, & si assistat, id præstat ut privatus sacerdos, non verò ut vices gerens Parochi, consequenter matrimonium est irritum defectu formæ Conciliaris, quæ debet contrahi præsente Parocho, vel alio sacerdote de licentia Ordinarij, ut expressè præcipit Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. matrim. c. 1.* hæc autem forma non verificatur, si sacerdos assistat matrimonio contrahentium, qui non præsignantur nomine, & cognomine expressis in ejus mandato; cùm mandatum delegationis datum ad certam personam non possit prorogari ultra illam *c. 32. & 40. de offic. & potest. Jud. deleg.* Et id fuisse declaratum à sacra Congregatione Concilij Tridentini interprete refert Cardinalis de Luca *de matrim. discurs. 3. num. 1.* ubi asserit, quòd proposito dubio ob magnam votorum scissuram nil inter Theologos, & Canonistes fuisse resolutum, & tantùm in Congregatione habita sub die 9. Febr. anno 1669. prævaluisse vota pro nullitate: & pro hac sententia stat etiam Glossa in *c. 34. de rescript. V. non de Remens.* cui communiter Doctores adhærent.

Hinc

218 Hinc ad primum fundamentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur cum Abulenſe ad *cit. c. 27. Geneſ. q. 7.* ſenem Iſaacum decumbentem tunc in lecto, & ex ſenio cæcutientem dubitâſſe de filio, cui erat benedictionem impertiturus, num Eſau natu major eſſet, vel Jacob, dixit enim vox eſt Jacob, ſed manus ſuot Eſau, & in illo dubio direxiſſe benedictionem ad præſentem filium, utervis ille fuerit ſive Eſau, ſive Jacob. Exactiùs tamen ad rem noſtram reſpondet D. Auguſtinus *de Civit. Dei lib. 6. c. 37. in fin.* benedictionem à Jacob ſub ficto nomine Eſau impetratam, ab initio fuiſſe quidem invalidam: valuiſſe tamen poſtea, eò quia Iſaac ex revelatione cognoverit, divinam voluntatem eſſe ut benedictio Jacob natu minori impertiretur, & hac ratione ratificâſſe benedictionem.

219 Ad ſecundum reſpondetur, formam Concilij Tridentini in tali aſſiſtentia non verificari, neque ſervari, quia revera matrimonium non contrahitur tunc præſente Parocho, vel alio ſacerdote de Ordinarij licentia ſibi delegata, quia mandatum delegationis tantùm dirigitur, & reſtringitur ad perſonas, quæ revera tali nomine, & cognomine expreſſis in mandato præſignantur, & quia ſacerdos aſſiſtit matrimonio contrahentium, qui tali nomine, & cognomine non denotentur, ejus licentie ad has perſonas non extenditur, quia earum nomine, & cognomina non exprimuntur in mandato delegationis: non enim tale mandatum ad certas perſonas expreſſas cum tali nomine, & cognomine extenditur ad illas, quæ revera tali nomine, & cognomine non præſignantur: communiter docent Doctores, mandatum delegationis datum ad certam perſonam expreſſam tali nomina, & cognomine non poſſe prorogari ultra illam, eò quia prorogatio ſit extenſio præſuppoſitæ ſimilis poteſtatis *l. 1. ff. de judiciis*, & ubi non præſumitur ſimilis poteſtas, ut in caſu noſtro, non fit prorogatio *l. 5. ff. de precario. l. 3. C. de Jurisdic.* Quamobrem defectu poteſtatis in ſacerdote aſſiſtente, matrimonium non contrahitur juxta formam Concilij. Tum quia fraudulenta impetratio licentiæ non tantùm reddit Ordinarium invitum, ſed etiam ipſum conſtituit ignarum negotij gerendi, & cùm perſonæ contrahentes illi non innoteſcant, non poſſet affirmare, eas contraxiſſe matrimonium, ſi fictis relictis nominibus propria reaſſumerent: & ſi vir negaret fœminam illam eſſe ſuam conjugem id Ordinarius non poſſet, probare: nec ex libro Eccleſiæ, in quo ſcribuntur matrimonia nomina, & cognomina contrahentium poſſet id oſtendere, quapropter tale matrimonium non contrahitur coram facie Eccleſiæ.

Ad tertium, quod addebatur de matrimonio contracto coram Parocho invito, & contradicente, imò & proteſtante in contrarium, reſpondetur eſſe diſcrimen, quia Concilium ad valorem matrimonij non exigit aſſenſum Parochi, ſed tantùm ejus teſtimonium, ut poſſit atteſtari, quòd contrahentes reverà voluerint etiam ipſo invito, & contradicente matrimonium contrahere, & de facto illud contraxerint coram duobus, vel tribus teſtibus: quia tunc Eccleſia probat, tales perſonas verè contraxiſſe matrimonium, quod propterea dicitur contractum coram facie Eccleſiæ, ſi Parochus licèt invitus, & contradicens viderit, & audierit, tales perſonas verè contraxiſſe: ſi enim hoc fateatur jam Ordinarius, & Eccleſia eſt certa, tales perſonas contraxiſſe, & ſufficienter poteſt id probare, quod ſufficit, ut dicatur contractum coram facie Eccleſiæ: non enim tunc matrimonium eſt clandeſtinum, nec contrahentes poſſunt negare ſe contraxiſſe.

221 Ad quartum, in quo aſſerebatur, errorem contingentem in accidentalibus, & in cauſa impulſiva, non verò in finali non irritare actum, reſpondetur, quòd tametſi error, & falſitas contingens in nomine, & cognomine in abſtracto poſſet dici contingere in accidentalibus, & cauſa impulſive: negatur tamen id poſſe aſſeri in concreto, & caſu noſtro: ſiquidem ex concurrentibus circumſtantiis clarè conſtat, falſitatem in tali nomine, & cognomine contingere in ſubſtantiali, & cauſa finali, qua ceſſante ceſſat diſpoſitio, ut & facultas in ſacerdote aſſiſtendi tali matrimonio. Finis Concilij exigentis propria nomina, & cognomina contrahentium eſt, ut conſtet Eccleſiæ, tales perſonas contraxiſſe matrimonium, & ut obviaret incommodis, quæ ante Concilium Tridentinum ſequebãtur ex matrimoniis clandeſtinis, quæ cùm non potuiſſent ab Eccleſia probari, vir poſt decurſum alicujus temporis ſuam faſtidiens uxorem, aſſerebat, ſuam tantùm fuiſſe concubinam, & ad alias tranſibat nuptias: & quia contrahentes ſub fictis nominibus coram ſimplice ſacerdote non ſunt noti Ordinario, & ſi diſcedant à loco ubi contraxerant, non poſſet eccleſia probare eos contraxiſſe; poſſet vir aſſerere, talem fœminam ſuam tantùm fuiſſe concubinam, & tranſire ad alias nuptias contra finem Concilij Tridentini, ex quo clarè liquet, falſitatem in nomine, & cognomine contingere in ſubſtantiali, & cauſe finali, qua ceſſante ceſſat diſpoſitio, & corruit facultas ab Ordinario data ſimplici ſacerdoti aſſiſtendi tali matrimonio.

222 Tum quia Ordinarius non concederet talem facultatem, ſi fraus, & falſitas in nomine, & cognomine illi innoteſceret, & aliàs perſonæ non eſſent ipſi notæ, ut in caſu noſtro. Tunc falſitas in nomine, & cognomine contingit tantùm in accidentibus, vel cauſe impulſiva, quando concedens, ſeu Ordinarius eſt certus de perſona determinate, non ita ſi non ſit certus de corpore, & perſonis contrahentium. Hinc ſi Teſtator demonſtrans Joannem eum hæredem inſtituit; valet inſtitutio, quamvis Teſtator erroneè eum vocaverit, Petrum de Jacobis, ut deſumitur *ex § 29. inſtit. de legatis.* ubi Imperator expreſsè ait: *Si quidem in nomine, cognomine, pronomine, agnomine legatarij teſtator erraverit: cùm de perſona conſtet, nihilominus valet legatum. Idémque in hæredibus ſervatur, & rectè. Nomina enim ſignificandorum hominum gratiâ reperta ſunt: qui ſi quolibet alio modo intelligantur, nihil intereſt.* Pari pacto ſi

 Teſta-

Testator voluit Paulo ralinquare pro legato fundum Paulianum, valet legatum, quamvis testator vocet fundum illum Julianum *l. 4. ff. de lagat. 1.* quia quando constat de corpore, & persona, tunc error in solo nomina, & cognomine est contingans, & non vitiat dispositionem: secus quando de certo corpore, & determinata parsona, ac individuo non constat; error in nomine, & cognomine est circa substantialia, & causam finalem, quia tunc operatur, ut deficiat intantio, & voluntas disponentis; idque à contrario sensu ax *cit. §. 29. instit. de legat.*

223 Neque valet paritas de suscipienta alia sacramenta sub ficto nomina, & cognomine: quie eatenus reliqua sacramenta non sunt invalida ob fallam substitutionem oominis, & cognominis, quia suscipiens debet necassariò essa præsans, & sacerdos administrans sacramenta tanetur dirigere suam intentionem ad personam hic, & nonc sibi præsentem, na irritetur sacramentum: quo fit, ut error, & falsitas in nomine, & cognomine ob certitudinem parsonæ non contingat in aliquo substantiali, neque deficiat intentio ministri, quæ fertur in personam detarminatam hic & nonc præsantem, quocunque nomine, & cognomine vocetur: secus Ordinarius concedans facultatem simplici sacerdoti assistandi matrimooio personarum, quæ sub fictis nominibus contrahont, non habet præsentes ipsos contrahentes, quos nec cognoscit, & unicè dirigit suam intentionem ad personas, quæ reverà tali oomina, & cognomine præsignantur, & quia contrahentes ravarà tali nomine, & cognomina non vocantur, jam intentio Ordinarij ed illas parsonas noo dirigitor, sed tantùm ad illas, quæ reverà tali oomine, & cognomina axprassis in mandato insigniuntur: cùm igitur daficiat intentio Ordioarij, & facultas in sacerdota assistante, in qoo tantùm restringitor ad personas, qoæ revera vocantur tali nomine, & cognomine expressis in mandato, seqoitur, matrimonium esse irritum, quia non contractum juxta formam Concilij, & in facie Ecclesiæ, & errorem tunc contingera in substantialibus, & circe causam finalem, quâ cessante cessat validitas actûs.

224 Ad ultimum da fraudulenta occultatione qualitatum personæ respondatur, asse discrimen, quia per affectatam, aut fraudulentam occultationem qualitatum personalium, dummodò expressum sit genuinum nomen, & cognomen, ipsa sobstantia, & varitas in parsona non mutatur, proinde matrimonium contrahitor coram facie Ecclesiæ, à qua probari potest. Hinc si vir nobilis indutus abjecto, & vili habitu compareat aoram Ordinario cum aliqua puella, quam velit ducere, & uterqoe exprimat propria nomina, & Ordinarius aos conjungat, quamvis eidem non innotescant qualitatas personarum, adhuc matrimoniom suum sortitur valorem, quia intentio Ordinarij, vel atiam sacerdotis, cui ab Ordinario facta est facultas assistendi tali matrimonio, fertur in determinatas persones, quarum propria nomina, & cognomina scribuntur, & ab Ecclesia probari potest, matrimonium inter easdem fuisse contractum: unda liquet discrimen inter facultatem concassam simplici sacerdoti assistendi matrimonio contrahentium sub fictis nominibus; & eorum, qui tantùm nobilitatam, & alias qualitates occultant: quia quoties substituontur ficta nomina, & cognomina mutatur substantia, & veritas in persona, quia supponitur una pro alia, & tunc deficit intentio Ordinarij ob incartitudinem, & diversitatem personæ: alioquin si facultas concessa ab Ordinario simpliei sacerdoti valida tunc esset, seqoeretur illud ingens absurdum, quòd aadem licentia aliis pluribus prodesset personis quoad effectum validè contrahendi contra finem Concilij Tridaotini irritantis matrimonia clandastina.

Quæritur quinquagasimo quartò, an prima 225 sponsalia simplicia de futuro irritentur par secunda itidem de futuro, si ijsdem fuarit copula superaddita, & eadem etiam joramento confirmata? Censent pluras, præsertim Pontius *lib. 12. c. 14. num. 4.* Paleus *disp. 1. de spons. punct. 22. num. 6.* Coninc. & alij posteriora valera, eò quia quoties duo contendunt unos de locro, & alter da damno vitando, favendum potius ast huic, quàm illi, & cùm secunda fœmina passa sit damnum, non prima, quæ tantùm agit da lucro, debet secunda præferri primæ. Verùm quamvis plarísque visa sit valdè probabilis hæc sententia, putârim tamen probabiliùs adhærendum sacundæ, cum Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 1. disp. 49. num 5.* Hurtado *disp. 2. diff. 8. num. 30.* & aliis. Ratio ex ao petitur, quia vir non tenetur ad sponsalia posteriora rationa promissionis etiam juramento firmatæ, quia stantibus primis sponsalibus secunda sunt nulla, ut relata ad tempus juris altarios: secunda enim sponsalia præsuppositis primis sunt illicita, & juramentum adoexum rei illicitæ nullam inducit obligatiooem, cùm nemo teneatur ad id, quod non est licitum, quapropter juramentum additum secundis sponsalibus oullam inducit obligationem: oaqua posteriora sponsalia obligant ratione damni illati posteriori spoosæ, quia vir potast aliter compensara hoc damnum constituendo dotem puellæ, quam comoperat. Prætarea injuria secundæ puellæ illata non aosert jus priori sponsæ acquisitum per priora sponsalia. Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, secundam fœminam tantùm quærere lucrum, & primam jus suum, quod præferendum est, qoia propter lucrum unius non debet alter privari jure suo, nec lædi justitia: qoamobrem saconda sponsalia præsuppositis primis nullius sunt valoris, proinda si priora dissolverentur, non inciperent posteriora valera: quia cùm nunquam fuerint valida, non possont ex aliano casu convalescera.

Quæritur quinquagesimo qointò, an ma- 226 trimonium initum sob conditione de futoro validum sit, ut si puella nubat viro sub hac conditione, dummodo ejus pater, qui abest, & est venturus post mensem, sit contantius, & valit tantam dotem dare, an tone post patris adventum, & consensum sint de novo vocandi Paro-

chus,

chus, & testes, ut matrimonium ratificetur. Non esse vocandos censet Sanchez *de matrim. lib. 5. disp. 8. n. 24.* ea ratione, quia nec in matrimonio per Procuratorem contrahendo necesse sit, ut Parochus, ac testes litteres mendati cognoscant; licèt ex tali mendato non minus dependeat matrimonium absolutum, quàm ab advento patris, conditionatum. Præterea quia non est necesse, ut Parochus, & testes inspiciant litteras, vel dispensatorias inter prohibitos, vel natalitias de cognoscenda contrahentium ætate, licèt ab istis etiam valor matrimonij dependeat, non minùs ac ex putificatione conditionis adjectæ. Tum quia tale mattimonium initum est juxta formam Concilij Tridentini, quia Ecclesiæ constat de hoc matrimonio, quæ propterea non permittit alterius contrahentium transitum ad alias nuptias, donec satis innotuerit de eventu conditionis adjectæ.

227 Nihilominus opposite sententia tutior est, & probabilior, quam docent Layman *lib. 5. tract. 10. p. 2. c. 7. n. 3.* Martinus Perez *de matrim. disp. 16. n. 4.* Coninc. *de sacram. disp. 29.* cùm quibus respondendum est, Parochum & testes esse de novo vocandos dum consentit pater, ut ecclesia, & testes cettificentur de impleta conditione, quia ad valorem matrimonij ubi Tridentinum fuit receptum, necessariò requiritur, ut Parochus, & testes intelligent, & testari possint, quòd matrimonium verè, & perfectè fuerit contractum, idque ad evitenda in foro externo pleraque incommoda: sin eutem juxtà primam sententiam sufficeret, illos interfuisse contractui tantùm conditionato, non possent id præstare in foro externo, quia alteruter ex contrahentibus posset negare conditionem adjectã fuisse impletam, & ecclesia non posset contrarium probare: ad quod incommodum removendum necesse est, ut impletio conditionis constet etiam ecclesiæ; ne contrahentes possint à matrimonio resilire: & hæc impletio conditionis non potest constare ecclesiæ nisi Parochus, & testes de novo vocentur, dum pater consentit, & conditio adjecta matrimonio adimpletur.

228 Ad fundamentum oppositæ sententiæ, respondetur, Parochum, & testes debere necessariò cognoscere litteras mandati, ut ex illis sufficienter constet de ipso mandato. Ad secundum sufficit, si Parochus, & testes intelligant marem, & fœminam verbia, signis, litteris, vel mandato manifestêsse suam voluntatem circa matrimonium contrahendum, tametsi non intelligant, eos validè contraxisse, ut notet Layman *loc. cit.* Ad tertium negatur tale matrimonium contrahi juxta formam Tridentini, si Parochus, & testes non adsint, cùm conditio purificatur: posset enim alteruter contrahentium facilè negare, conditionem fuisse adimpletam.

229 Quæritur quinquagesimo sextò, an raptus puellæ consentientis, dissentientibus tamen parentibus irritet matrimonium, si hoc contrahatur coram Parocho, & fratribus, aliisque consanguineis raptoris, & testibus, & quidem in ejusdem domo, non præmissis denunciationibus. Videtur, tale matrimonium suum sortiri valorem, quia non videtur esse irritum, ratione puellæ raptæ, quie cum ipsa consentiat vito, ejus abductio est potiùs fuga voluntaria, quèm raptus formalis, ed quem requiritur violentia, & renisus puellæ raptæ, unde in *c. penul de Raptor.* dicitur: *Raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris assensum.* Tum quia Concilium Trident. *sess. 24. de refor. matrim. c. 6.* statuit impedimentum dirimens inter raptorem, & raptam, quamdiu hæc est in potestate raptoris; voluit enim Concilium favere libertati matrimonij, ne puella repta repugnans, & dissentiens cogatur inire mattimonium cum raptore, unde vult, ut rapta pristinæ restituatur libertati, & reponatur in loco tuto; quando autem puella consentit in sui abductione, ex causa matrimonij, licèt parentes dissentiant, non læditur libertas matrimonij; neque puella invite edigitur nubere raptori.

Neque est irritum matrimonium, eò quia 230 fratres, & alij consanguinei sint testes, quia germani fratres censentur testes sufficienter qualificati, in causis enim favorabilibus possunt testes adhiberi, quamvis non sint omni exceptione majores, dummodo non patiantur defectum de jure naturæ *c. 5. de Haret. in 6.* & cau æ matrimoniales sunt favorabiles *c. fin. de sent. & re judic.* proinde in causis matrimonialibus possunt adhiberi testes, quamvis non sint omni exceptione majores, ut fratres, & consanguinei, qui censentur suspecti de jure *argum. c. 22. de testib.* siquidem videntur diligere incrementum, & honorem consanguinei. Præterea posse consanguineos esse testes in matrimonio contrahendo habetur expressè in *c. 3. qui matrimonium accusare possunt.* ubi determinatè dicitur *In matrimonio conjungendo, & dissiungendo ex ipsius conjugij prerogativa, & quia favorabilis res est, congruè admittuntur pater, filius, mater.* scilicet ut testes, ergo etiam fratres germani sunt testes sufficienter qualificati, & congruè admittuntur etiam in matrimonio.

Tum quia Tridentina Synodus *sess. 24. c. 1.* 231 *de refor. matrim.* præter Parochi præsentiam requirit duos, vel tres testes, & nullam in illis desideat qualitatem, nec quòd testes sint omni exceptione majores, quia difficulter reperirentur, et plura orirentur semper dubia, an testes fuerint omni exceptione majores, & pleráque matrimonia exposita essent periculo nullitatis ex defectu horum testium.

Si dicas in *c. 1. de consanguin. & affin.* Pon- 232 tificem in causis matrimonialibus desiderare *Testes circumspectos omni exceptione majores*, quales non sunt fratres germeni, utpote suspecti, & nimis faventes contrahenti; respondetur, id tantùm procedere, quando vitium, & insufficientia testium aliunde non suppletur per præsentiam alterius personæ specialiter qualificatæ, qualis est Parochus, qui præter duos, vel tres testes ma rimoniis essentialiter debet interesse, etiam ad eum fortassis finem, ut aliorum testium insufficientiam suppleat *argum. l. 6 §. 1. ff. de edendo.* & ibi communiter Doctores, quapropter Pontifex in *c. 3. qui matrim. accus. poss.* in causa matrimoniali utpote favorabili admittit etiam patrem, filium, matrem, ut testes: & ne

sacri

sacri Canones sibi invicem contradicant, debet textus in *c. 1. de consanguin. & affin.* intelligi in casu quo vitium, & insufficientia testium aliunde non suppleatur; in casu autem nostro abunde suppletur per præsentiam Parochi, qui est persona specialiter qualificata.

233 Neque est tale matrimonium irritum, eò quia non fuerint præmissæ denuntiationes, quia aametsi non defuerint Doctores, qui sibi persuaserint à Concilio Tridentino denuntiationes prævias fuisse præscriptas pro forma substantiali matrimonij: hodiè tamen communis Theologorum, & Canonistarum sententia negat, denuntiationes pertinere ad essentialem formam matrimonij: & talis est etiam ubique locorum praxis ecclesiæ, & sacra Congregatio Concilij sæpe declaravit, omissas denuntiationes non influere nullitatem matrimonij, ut etiam perpetuò tenuit Rota Romana apud Cardinalem de Luca *de matrim. discurs. 2. n. 7.*

234 Ratio itidem ex eo desumitur, quia ante Concilium Tridentinum denuntiationes non pertinebant ad formam matrimonij, proinde nec post Tridentinum: quia hoc circa denuntiationes non fecit novum decretum, sed tantùm illud Concilij Lateranensis consuetudine infirmatum innovavit, & corroboravit utens verbis tantùm præceptivis, non verò irritantibus, & annullantibus matrimonium: quapropter licèt mortaliter peccent contrahentes matrimonium non præmissis denuntiationibus sine justa causa, nec obtenta licentia ab Ordinario, non tamen matrimonium contractum coram legitimo Parocho, & duobus, vel tribus testibus est nullum, sed suum sortitur valorem: unde quamvis licitè non contrahatur, & contrahentes peccent; validè tamen contrahitur, quia omissio denuntiationum non est de essentia, sed tantùm de solemnitate matrimonij. Idque ex eo liquet, quia ex dispensatione Episcopi omitti, vel prorogari possunt, vel etiam subsequi actum jam completum: quapropter denuntiationes pertinent tantùm ad solemnitatem extrinsecam.

235 Respondetur ad quæsitum, tale matrimonium non esse irritum ex causis hactenus recensitis, neque ex sola abductione puellæ consentientis, sed esse nullius valoris ex tali abductione simul cum dissensu parentum. Duplex datur raptus, formalis unus, quando puella reluctans, ac dissentiens à viro rapitur; & civilis, quando puella licèt consentiens abducitur, parentes tamen omnino dissentiunt. Utrumque autem raptum formalem, & civilem irritare matrimonium ex Concilio Tridentino declaravit sacra Congregatio apud Cardinalem de Luca *de matrim. discurs. 5. n. 11.* ubi asserit, Concilium Tridentinum ex declaratione sacræ Congregationis voluisse irritare matrimonium inter raptorem, & raptam, etiam quando raptus contingit juxta terminos juris civilis, seu quando puella consentiens abducitur invitis parentibus *l. unic. prin. & §. pœnas C. de raptor. virgin.*

236 Ratio itidem est, quia mens Concilij fuit impedire incommoda, ac plura inconvenientia, quæ etiam ex raptu civili oriebantur: siquidem viri inæquales imò etiam indigni, & parentibus exosi ita filias alliciebant, & illecebris in sua trahebant vota, ut absque parentum consensu, & scientia easdem etiam consentientes abducerent, & in uxores coram Parocho legitimo, & testibus ducerent, extorquentes hac frande parentum hæreditates, ac successiones, ubi præsertim ex investitura, vel fideicommisso, seu majoratu Majorum, aut à statuto successio est necessaria, nec refert habere parentes benevolos, vel indignatos. Concilium igitur, ut hisce incommodis in Republica occurreret, & scandalis; validitati matrimonij adjecit conditionem dummodo puella non solùm formaliter, sed etiam civiliter non sit rapta: & ita fuisse declaratum Concilium Tridentinum à sacra Congregatione die 24. Januarij anno 1608. refert Cardinalis de Luca *loc. cit.* ubi etiam narrat Rotæ sententiam de nullitate matrimonij ex causa raptûs, non obstante consensu puellæ in Leodiensi nullitatis matrimonij coram Cerro sub die 18. Junij 1666. & ait etiam in secunda appellationis instantia die 27. Martij 1667. fuisse eandem sententiam de nullitate confirmatam, ut etiam in tertia instantia 13. Junij 1670. & demum concessâ contra iteratam Rotæ sententiam novâ Audientiâ iterum die 11. Martij 1671. Patres inhæsisse prioribus decisis, & in *Signatura justitiæ* non solùm fuisse denegatam restitutionem in integrum, sed etiam recursum *ad signaturam gratiæ*. Unde nulli dubium, quin raptus civilis ex stylo Romanæ curiæ irritet matrimonium.

Pars III.

De consensu, & indissolubilitate matrimonij, ac obligatione ex eodem orta conjugibus.

Egimus de matrimonio quoad ejus quidditatem, materiam, formam, quæ sunt causæ intrinsecæ, ex quibus physicè coalescit matrimonium. Superest nunc dicendum de illius causa efficiente, quæ est consensus influens; & potest tripliciter sumi, pro contractu, pro vinculo indissolubili; & pro sacramento; & quamvis consensus, ut exteriùs manifestatus, non sit causa contractûs, sed potiùs ipse contractus: est nihilominus causa ipsius vinculi, seu matrimonij, ut est quoddam vinculum, quod propterea est indissolubile. Unde quæritur, quomodo se habeat hujusmodi consensus ad matrimonium, ut est vinculum indissolubile.

§. I.

§. I.

An consensus contrahentium ita requiratur necessariò ad matrimonium, ut non possit ab alio suppleri.

1 Certum est, ad valorem matrimonij requiri internũ consensum contrahentiũ, ut fuit definitum in Concilio Florentinò *decreto de sacramentis*, & in Tridentino *sess. 24. c. 9.* & *in c. sufficiat. 27. q. 2.* & *c. tua de sponsalib. c. tua de sponsa duorum*, & *l. nuptias. ff. de regul. jur.* Ratio est, quia si matrimonium sumatur pro ipso contractu includit essentialiter mutuum consensum contrahentium, ut habetur in *l. labeo 2. ff. de V. S.* ubi ab Ulpiano definitur contractus, quòd sit ultrò, citróque obligatorius. Tum quia contractus est quoddam pactum, quod intrinsecè includit consensum *l. 1. ff. de pact. §. 1. instit. de empt. & vendit.* ubi definitur pactum esse duorum, aut plurium in idem placitum, & consensum. Sin verò matrimonium sumatur pro vinculo, quia hæc unio maritalis non est qualiscunque unio, sed societatis, & amicabilis corporum, & animorum, ideo exigit essentialiter electionem voluntatis, & consensum. Si demum sumatur pro sacramento etiam essentialiter exigit consensum contrahentium, quia sacramentum matrimonij est ipse contractus, ut initus inter Christianos, quia Christus talem contractum elevavit ad rationem sacramenti, & quia contractus includit essentialiter consensum, ita etiam matrimonium, ut est sacramentum. Tum quia intentio ministri requiritur necessariò ad sacramentum, & quia contrahentes sunt ministri hujus sacramenti, ideo eorum consensus requiritur necessariò.

2 Quòd si dicas, Magistrum *in 4. dist. 27. c. 2.* expressè asserere, verba externa contractûs etiam sine animo consentiendi prolata efficere matrimonium; proinde consensum, qui est actus voluntatis, non requiri necessariò. Contra est, quia Magister tantùm loquitur in foro exteriori, quatenus licèt in foro conscientiæ, & apud Deum contrahentes sine consensu interno, si solùm verba proferant externa simulantia consensum internum, non sint conjugati: quia tamen ecclesia non judicat de purè internis, ideo in foro externo judicantur verè conjugati.

3 Dices, si vinculum matrimonij pendet essentialiter ex mutuo consensu, sequitur quòd dissolvatur per dissensum; quia unumquodque destruitur per contrarium illius, à quo factum fuit. Sed contra, quia consensus mutuus est causa, à qua tantùm in fieri dependet vinculum matrimonij, non verò in facto esse, proinde dissensus solùm potest destruere vinculum illud, ne fiat, non tamen potest dissolvere si jam factum fuerit. Neque ex eo quòd consensus requiratur necessariò, sequitur, validitatem matrimonij, fore semper incertam, eò quia neuter conjugum possit esse certus de suo conjugio, cùm non possit esse certus de interno consensu alterius conjugis: hinc videretur sequi, non posse in conscientia petere, nec reddere debitum ob incertitudinem de validitate sui matrimonij, quia cùm consensus sit interior, & occultus, & verba exteriùs prolata possint esse fallacia, & simulare consensum, nunquam conjux esset certus de validitate sui conjugij.

Nam contra est, quia licèt neuter conjux possit esse certus de suo conjugio certitudine evidente, cui non possit falsum subesse, cùm unus non cognoscat evidenter consensum alterius; moraliter tamen est certus de valore sui conjugij, quia verba exteriùs prolata significant hunc internum consensum, & ex circumstantijs non potest conijci, quòd verba exteriùs prolata simulent internum consensum, & hoc sufficit, ut conjuges censeantur certi de suo matrimonio, possintque mutuò petere, & reddere debitum tutâ conscientiâ; hæc enim certitudo moralis in sacramentis suscipiendis sufficit, ut liquet in eo, qui prævia confessione accedit ad Eucharistiam, quamvis non sit certus evidenter evidentiâ physicâ, vel metaphysica de intentione absolventis. 4

Quinimò mutuus contrahentiũ consensus est ita necessarius, ut à nulla creata potestate possit suppleri, nec possint conjuges in matrimonium sine eorundem consensu validè conjungi; adeo ut ipsis invitis non possit matrimonium inter ipsos iniri: si enim sermo sit de matrimonio sumpto pro contractu, certum est, consensum contrahentium pertinere ad essentiam matrimonij, cùm sit consensus de essentia contractûs: & id etiam procedit de matrimonio sumpto pro sacramento, quia ratio sacramenti supponit necessariò rationem contractûs validi, cui ex institutione Christi innititur: unde sublato contractu ex defectu consensus non potest haberi ratio sacramenti, quia Christus non elevavit quemcunque contractum matrimonialem, sed contractum validum, & approbatum ab ecclesia. 5

Tum quia mutui consensus conjugum, ut exteriùs manifestati per verba, & alia signa sensibilia sunt materia, & forma hujus sacramenti, ut superiùs ostendimus: atqui in ecclesia non est potestas variandi materiam, & formam sacramentorum; consequenter neque contrahendi matrimonium in ratione sacramenti absque mutuo consensu. Demum quia sive sacramentum matrimonij sumatur in fieri pro contractu, sive in facto esse pro vinculo, & mutua conjugum cohabitatione manifestata, est signũ conjunctionis Christi cum ecclesia, sed hæc conjunctio Christi cum ecclesia fuit libera, & ex mutuo utriusque consensu; proinde ut hæc significatio salvetur, debet matrimonium esse liberum ex utriusque consensu. Præterea si sermo sit de matrimonio absolutè sumpto etiam hoc exigit essentialiter consensum utriusque conjugis, sine quo matrimonium necesse est, deficiat: siquidem deficiente fine primario, & intrinseco matrimonij, debet etiam ipsum matrimonium deficere: atqui deficiente consensu contrahentium, frustratur finis matrimonij: 6

est enim ejus primarius, & intrinsecus finis generetio prolis, & secundarius mutua societas emicabilis,&hi duo fines non possnnt haberi sine consensu conjugum: non enim possunt Filij invitis parentibus generari.

7 Videtur tamen in contrarium obstare, quia Respublica,aut Princeps potest dare dominium aliarum rerum, cui voluerit, etiam invitis dominis: & sicut urgente necessitate publice potest triticum invito Domino dari; ita non videtur repugnare,posse rempublicam dare fœminæ dominium corporis viri, & è contra viro dominium corporis fœminæ, etiam altero eorum renuente: & tunc haberetur matrimonium sine consensu interno contrahentium. Tum quia vinculum matrimonij est longè suavius, quàm vinculum perpetuæ servitutis: sed potest respublica personas eliàs liberas in perpetuam servitutem tradere ob bonum pacis etiam ipsis invitis;proinde multò magis poterit virum,& fœminam simul matrimonio copulare, etiam ipsis renuentibus.

8 Tum quia plus debet civis reipublicæ, quàm sibi, ut tradit Aristoteles *in polit.* proinde si potest dominium sui corporis in alium transferre. Hoc idem etiam poterit Respublica, & Princeps.

9 Sed contra,est enim dispar ratio, ex eo enim, quòd dominium aliarum rerum ut tritici possit tradi alteri invito Domino, non frustretur proprius finis ipsarum rerum, quia tunc triticum inservit ad succurrendum indigentiæ humanæ: est enim finis intrinsecus tritici inservire nutrimento, & humanæ indigentiæ; & cùm hæc tunc vel maximè urgeat, ideo triticum, quod Princeps invito Domino distribuit populo indigenti consequitur suum finem principalem: secus finis ad quem mutua corporum traditio ordinatur per matrimonium, non potest obtineri nisi de utriusque consensu: quia finis principalis est generatio prolis, & si conjuges non consentiant, nec velint simul convenire non obtinetur talis finis: hinc patet solutio ad id, quod addebatur de vinculo perpetuæ servitutis: siquidem opera servitutis non repugnant fieri cum violentia; quinimo opera servilia ut talia, potiùs exigunt fieri ex coërcitione,quàm ex amore, secus opera matrimonij exigunt fieri ex libertate, & mutuo obsequio: hinc licèt in Republica sit potestas redigendi civem in servitutem, si publica necessitas id exiget; non tamen est potestas conjungendi in matrimonium virum invitum cum muliere invita. Ad id quod addebatur civem plus debere Reipublicæ,quàm sibi, respondetur, id esse verum circa ea,quæ ex natura sua libertatem non exigunt, non verò circa matrimonium exigens ex natura sua omnino liberum consensum.

10 Civis igitur plus debet Reipublicæ,quàm sibi quoad res familiares, & etiam quoad propriam personam in his, quæ natura sua libertatem non exigunt: quinimò licèt in aliquo casu possit civis à republica compelli, ut liberè velit, si id necessarium sit pro conservatione Reipublicæ, & salute ejusdem: non tamen potest Republicæ facere, ut absque libero consensu contrahentium sit validus contractus; si talis contractus ex natura sua libertatem exigat.

Nulla igitur in Republica ecclesiastica, vel sæculari est potestas conjungendi aliquos in matrimonium absque eorundem mutuo consensu, cùm id sit contra finem matrimonij,quod cùm ordinetur ad sobolis educationem, ac mutuum amorem frustraretur hoc fine, si consensus conjugum in illo ineundo non requireretur: quia sine amore nunquam simul conjuges cohabitarent, proinde non progignerent sobolem. Tum quia cùm sit matrimonium vinculum perpetuum, & indissolubile, non debet iniri violenter sine libero contrahentium consensu,quia ut ait Philosophus nullum violentum est durabile. Demum quia omne vinculum per Rempublicam factum potest per eandem dissolvi: & matrimonium consummatum nulla humana potestate dissolvi potest. Hinc Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 9.* anathemate percutit omnes Principes compellentes ad matrimonium, proinde supponit non inesse ijsdem potestatem,ita compellendi. 11

In contrarium tamen videntur obstare aliquot textus præsertim *c. is. qui fidem de sponsal.* ubi Gregorius IX. rescribit, sponsalia per carnalem copulam transire in matrimonium, & contra hanc præsumptionem non admitti probationem, neque sponsum posse aliam ducere, *c. fin. de condit. appos.* ubi matrimonium sub conditione impossibili initum declaretur validum,& nihilominus in his casibus persæpe deest consensus. 12

Demum quia Concilium Florentinum *in decret. de sacrament.* ait,ad matrimonium regulariter concurrere consensum: quòd si regulariter concurrit: ergo non semper requiritur; proinde potest ab ecclesia fieri sine contrahentis consensu. 13

Sed contra,quia ex neutro textu probatur,matrimonium sine consensu esse validum: quia revere in foro interno in neutro ex illis casibus matrimonium potest sortiri suum valorem, si desit consensus:quia verò ex facto præsumitur ab Ecclesia talis consensus, sequitur, quòd in foro exteriori illud matrimonium censeatur validum; proinde ecclesia probationem dissensus contra talem præsumptionem non admittit. 14

Est tamen, ut notat Glossa,præsumptio quadruplex. Prima est juris, & canonis, vel legis, sive de jure, quod est idem, & hæc non admittit probationem in contrarium: secunda est hominis: tertia naturæ: quarta facti; & istæ admittunt probationem. Ad id, quod addebatur ex Concilio Florentino, respondetur, Concilium loqui de consensu expresso, & formali, qui ante tempore Concilij Tridentini non erat simpliciter necessarius ad matrimonium, sed ut plurimum; eò quia tunc sponsalia transirent in matrimonium per copulam affectu maritali habitam, quia in tali copula habebatur consensus virtualis, qui tunc sufficiebat ad validè ineundum matrimonium; sicut intentio virtualis est, quæ adnectitur alicui actioni per 15

Te

sit ordinata ad aliud ; ita qui ponit talem actionem virtualiter intelligitur, velle illud aliud, ad quod talis actio ordinatur.

16 Major difficultas est, an saltem de potentia Dei absoluta possit consensus contrahentium matrimonium suppleri. Respondetur, quòd si matrimonium sumatur ut praecisè est contractus, tunc certum est, non posse, nec de potentia Dei absoluta suppleri consensum contrahentium ; ratio est quia consensus est de essentia contractûs, & nulla res per ullam potentiam potest consistere absque sua essentia ob contradictionem, quae inde sequeretur, quia eadem res esset, & non esset. Tum quia matrimonium ut praecisè est contractus humanus, & civilis est essentialiter conjunctio animorum contrahentium : haec autem conjunctio non potest aliter intelligi nisi per unionem consensuum. Praeterea quia matrimonium est transitio ad statum matrimoniale, perinde ac votum ad statum religionis, & sicut nulla ratione fieri potest, ut habeatur votum sine voventis consensu ; ita neque matrimonium sub ratione contractûs absque contrahentium consenso. Tum quia copulatio animorum dependet à voluntate libera eorum, qui simul copulantur mediante contractu humano : proinde consensus semper est necessarius ad matrimonium ineundum sub ratione contractus civilis, & humani.

17 Quemobrem difficultas procedit de matrimonio prout simpliciter, & praecisè est vinculum, quo unus conjugum acquirit potestatem in corpus alterius, & vicissim hic secundus in corpus primi, & mihi videtur valde probabile, posse de potentia absoluta haberi hoc vinculum inter virum,& mulierem sine mutuo consensu : praescindo, ac tale vinculum, seu mutua potestas in corpus alterius dici debeat matrimonium, nec ne : siquidem hoc vinculum de facto se habet consecutivè ad mutuum contrahentium consensum, adeo ut mutui consensus contrahentium sint causa efficiens talis vinculi : atqui Deus potest se solo facere, quod facit mediis causis secundis efficientibus : ergo se solo sine consensu contrahentium potest hoc vinculum ponere inter virum,& mulierem.

18 Neque mihi videtur urgere, quod respondet Sanchez *lib. 2. disp. 26.* consensum non solùm esse causam efficientem vinculi matrimonij, sed etiam causam formalem intrinsecam ejusdem, ex quo infert, quòd sicut Deus non potest facere se solo actionem aliquam vitalem absque concursu potentiae vitalis,ita nec vinculum matrimoniale sine consensu voluntatis.

19 Nam contra est, quia quamvis operatio vitalis dicat intrinsecam, & essentialem dependentiam à potentia vitali, adeo ut non possit fieri sine concursu illius ; nihilominus effectus actionum vitalium, & ipsi termini non dicunt hanc essentialem dependentiam ab ipsis potentiis, nec ab earum vitalibus operationibus, proinde nil obstat, quo minus possit à solo Deo talis effectus fieri : etenim generatio, & nutritio, cùm sint actiones vitales, non possunt à solo Deo fieri, cùm exigant essentialiter immanere in potentiis, à quibus eliciuntur, & Deus non sit capax actionis vitalis accidentalis superadditae, ut nutritionis ; & nihilominus earundem actionum termini possunt optimè fieri à solo Deo per creationem : siquidem potest Deus se solo hominem creare, qui est terminus generationis, & carnem producere, quae est terminus nutritionis. Pari pacto licèt non possit Deus se solo efficere intellectiones, & volitiones nostras ; potest nihilominus earundem terminos se solo efficere, seu ipsos habitus virtutum intellectualium, & moralium, qui sunt effectus intellectionum, & volitionum nostrarum : quòd etiam possit Deus se solo producere terminum intellectionis, & volitionis, ex eo liquet, quia potest se solo producere verbum mentis, & pondus amoris, ut docent plures Thomistae : quemobrem licèt non possit Deus se solo producere ipsos consensus conjugum, poterit tamen producere effectum eorundem consensuum, scilicet vinculum illud, quo unus conjugum acquirit potestatem in corpus alterius, & vicissim.

Praeterea potest Deus absque utriusque conjugis consensu dare viro dominium in corpus foeminae, & vicissim foeminae dominium in corpus viri, ut eo licitè utatur in ordine ad perpetuam vitae societatem, ac filiorum generationem : est enim Deus supremus rerum omnium, vitae etiam, & mortis Dominus; adeo ut possit eitra injuriam creaturae de ipsa disponere, prout ipsi magis libuerit : quia cùm totum esse creaturae sit à Deo, à cujus dependentia in fieri, & conservari non possit pro ullo eventu eximi ; habet Deus plenissimum, ac dispoticum dominium in creaturas omnes : hinc jussit, Abrahamum occidere filium suum Isaac ; unde potest transferre, & dare dominium in corpus foeminae viro ; & dominium in corpus viri foeminae neque in hoc ulla apperet repugnantia, quia Deus utitur jure suo, & creaturae tenentur ei parere, cùm plenè ipsi subijciantur. 20

Tum quia majus dominium habet Deus in hominē, & ea,quae ipsi insunt, quàm habeat ipse homo in se ipsum; unde si homo potest pro sua voluntate potestatem sui corporis alteri tradere per matrimonium;hoc idem poterit Deus absque ipsius hominis consensu ; cum Deus non teneatur expectare consensum creaturae, ut illā utatur, pro ut ipsi magis libuerit : cùm enim fortius, ac plenius sit dominium, quod habet Deus in omnes homines, quàm quod habent homines in se ipsos, sequitur ; quòd sicut homines possunt liberè consentire, ut alter habeat jus in suum corpus, & vicissim quoad prolis generationem ; ita à fortiori Deus etiam sine consensu hominum potest dare dominium in corpus foeminae viro, & è contra dominium in corpus viri foeminae, quia tunc Deus disponit de illis corporibus, ut de re propria, in quem haber plenissimum, ac dispoticum dominium,quo potest uti illis corporibus prout ipsi magis libuerit. Cum quia alietam rerum, quae sunt extra nos potest Deus transferre dominium de uno in alterum, etiam ambobus invitis, quia nulla est creatura, 21

quæ possit Deo resistere : ergo etiem respectu humanorum corporum potest Deus transferre dominium prout ipsi megis libuerit.

22 Neque obstar, si dices, tale vinculum, ac dominium unius in corpua elterius dependere à consensu libero hominum. Contra est, quia temetsi de lege ordinarie id verum sit, non verò de potentia absolote, quia Deus rarione plenissimi, ec dispotici dominij, quod hebet in creetures omnes, potest dare viro dominium in corpus mulieris, & vicissim dare dominium in corpus viri ipsi mulieri : hæc enim corpora metis, & fœminæ dependent in fieri, esse, & & conservari à Deo, qni propteree hebet in ille plenissimum dispoticum dominium, & potest de illis disponere prout eidem megis visum fuerit, quie tunc utitur jure suo, & creeturæ velint, nolint, tenentur Deo ita disponeati parêre.

§. II.

An, ut matrimonium filiorum sit validum, requiratur consensus parentum.

1 RESpondetur, matrimonium à filiisfemiliaa utriusque sexus initum sine consensu parentum esse validum, & non posse à parentibus, vel Magistretu infringi, aut irritari, id enim desumitur *ex c. cum virum. 12. in fin. de regular.* ubi dicitur, quòd puelle constituta in nubili ætete, seu pubertete non possit compelli sequi voluntatem parentum, eò quia habeet liberum arbitrium in electione propositi, scilicet ingrediendi monesterium, vel non, seu menendi in sæculo, & nubendi : ergo si est sui juris in ordine ed subeundum onus religionis, vel illud matrimonij ; sequitur, quòd etiem ebsque consensu parentum validè metrimonium contrahat. Hoc idem etism desumitor ex Tridentino *sess. 24. c. 1. de reformat. matrim.* ubi non solùm hæc veritas stetuitur, sed etiem anathemete percutiontur, non solùm dicentes matrimonia clandestine olim contracta non fuisse rata ; verùm etiam illi, qui matrimonia hæc filiorum familias valida non esse sine consensu parentum asserunt : siquidem excommunicatio fertur in torum copulativè, quod utrumque intludit, ut liquet ex contextu.

2 Probant aliqui assertum, eò quie *Genes. 2.* dixerit : *Propter banc relinquet bomo patrem, & matrem, & adharebit uxori sua*, ex quo textu inferunt, consensum perentum non requiri ut filij, vel filiæ familias cùm ad pubertetem pervenerint, possint validè matrimonium contrahere. Verùm præsetus textua potest fetilè explicari de filiis, & filiabus femilies post contrectum metrimonium ; edeo ut sensus sit, quòd si semel matrimonium injerit filiusfamilies, debeat relinquere patrem, & matrem, & adhærere uxori suæ ; edeo ut verba intelligantur de filiis, & filiebus, postquem metrimonio sunt conjuncti, idque evincirur eriem ex textu, air enim Deus : *Et adharebit uxori sua* : unde supponir filium familias esse uxoratum, & jam contraxisse matrimonium, ratinne cujus tenetur adhærere uxori suæ etiem relinquendo patrem, & metrem : unde sensua non est, quòd filiusfamilias debeet sine consensu parentum sibi quærere uxorem, & illi adhærere relinquendo patrem, & metrem. Exactiùs igitur probetur, quia filijfamilias, postquam ad usum pervenerint rationis, plenámque hebuerint libertatem, ac attigerint ætetem pubertatis, quæ in viris est 14. annorum, in fœminia 12. habent dominium suorum corporum, ac propriarum actionum personelium : consequenter possunt disponere circa omnia pertinentia ed propries personas ; quivis enim in iis, quæ ed status electionẽ pertinent, est sui juris, edeo ut non dependeat ab arbitrio alterius : idque vel meximè verum est in statu matrimonij, quia cùm hebeat ennexe onere gravissime, sit vinculum indissolubile, & perpetuum, & quædam veluti servitus, à que hominea à natura sunt liberi ; ideo non debet ejus electio pendere eb eliorum voluntate, quàm illorum, qui talem statom liberè suscipiunt : edeo ut non possint parentea filios tompellere ad matrimonium ineundum, si nolint : unde matrimoaia filiorom familias velide sunt, tametsi contrahantor insciis, imò & invitis parentibus : quia ed veliditetem metrimonij requiruntur soli consensus contrahentium, hi enim sufficiunt ad totem substantiam metrimonij.

Tum quia filijfamiliaa si semel attigerint ætatem pubertetis habent dominium in suea propriae actiones, & in propria corpora in ordine ad eligendum statum, onúsque subeundum, vel religionie, vel matrimonij : proinde possunt disponere circa omnia pertinentie ed proprias personas, & cùm hojusmodi sit matrimonium contrahere ; eò quia per fidem matrimonij non tradatur alteri dominium rei familiaria, sed sui cotporis, & actionum personaliom ; possunt filij, & filiæfemilias, si attigerint ætetem pubertatis, validè contrahere matrimonium insciis, imò & invitis parentibus. Tum quie filijfamilias possunt validè absque parentum consensu religionem vovere, non solòm voto simplici, sed etiem solemni, dummodo legitimam ætatem expleverint : siquidem ex voro non oritur obligátio realia, sed tantùm personalis : ergo poterunt etiam contrahere metrimonium : siquidem strictiua est vinculum religionia, quèm matrimonij, cùm religio solvi non possit per matrimonium subfequena, & è contre possit matrimonium retum, & non consummatum per votum solemne religionis dissolvi : unde sequitur, quòd si filijfamilias possunt sine parentum consensu religionem solemniter profiteri, à fortiori possint etiem validè matrimonium contrehere insciis, imò & invitis parentibus. 3

Non tamen desunt ex Juristis, qui censeent, matrimonium filiorum families contrectum sine consensu parentum esse invelidum, ut præ cæteris docet Cassanæus *in suo catalog. Gloria mundi p. 12. considerat. 36. num. 12.* ubi eir, matrimonium ut sit validum debere esse honestum : sed si fiat insciis parentibus, imò & contra eorum voluntatem non potest esse honestum ; 4

stum ; quia illud est honestum, quòd est juxta convenientiam, & tantùm abast, quòd matrimonium initum sine consensu parantum sit juxta convenientiam, ut potiùs invehat disconvanientiem intar patram, & filiumfamilias propter contemptum petris, & inobediantiam filij: contra petrem : quid enim pajue est arge patram, quàm quod fit contre civilem, & neturalem rationem ? Honestas val maximè raquiritur expresè in matrimonio, ut habetur in *l. adoptivis* §. 1. ubi dicirur : *quoniam in contrahendis matrimonijs naturale jus, & pudor inspiciendus est.* & in *l. semper ff. de ritu nuptiar.* habatur, in metrimoniis non solòm considarandum essa, quod licet, sad atiam quod est honastum, & hanc legam allagat Glossa *in V. honestè vivat in dicto praem. §. ideóque post Glossam juris civilis in V. honestè in dictis. §§. juris pracepta supra alleg.*

5 Hinc ait Cessanæus, quòd si juvanis per solicitationas suas induxerit filiamfemilias ceutelis, dolo ad ai promittandum par verba da præsenti sine volunteta petris, in cujus est potestste, eámqua de impudicitia interpallaverit, ant se eam interpallâsse jactat, maximè quando habet petrem, & matram, & contra eorum voluntstem, quòd cum ao ipso inhonastè agerit, & in ao nulle sit honestas, sed potius injuria facta patri, & matri, quòd non valaat promissio, aò quia sit contra civilem, & naturalem rationam, ut habatur in taxtu. *§. 1. instit. de nupt.* cum quo videtur atiam conaordare textus juris canonici *in c. non omnis mulier. in fin. 32. q. 2.* & fuit ordinatio Sotharis Papæ XIII. ut rafert Philippus Bergomas in *supplement. chronicor. lib. 8.* Tum quia Evaristus Pepa *in c. aliter 30. q. 5.* inter alias conditiones, quæ ad legitimum matrimonium raquituntur, ponit consensum parantum, & in fine capitis addit matrimonia aliter facta non essa conjugia, sad sdulterie, vel stupra, aut fornicationea potius, quàm legitime conjugia.

6 Sed contra, quia quando jura civilia vidantur prohibere metrimonie filiorumfemilias, si contrahentur sine consensu parentum, id non per modum præcepti, & lagis nacessariò sarvandæ, sed tantùm per modum consilij innuunt, ut notat Glossa *in d. l. 2. §. de ritu nuptiar.* ubi axprassè eit, textus civilas habara potiùs retionam consilij, quàm præcepti : quinimò atiamsi dicaremus, habera rationem præcapti, non tamen itritarant factum, sad solùm prohibarent hujusmodi metrimonia contrahenda : quaproptat *in l. filius emancipatus ff. de ritu nuptiar.* dicitur, quòd filius emancipetus possit contrehare matrimonium sine consensu parentum, & quòd filius ax tali matrimonio natus sit hæras lagitimus : quod à fortiori dicandum ast de non emancipeto in legitima ætete constituto : quia quantum ad obligationas parsonslas non differunt, quamvis differant quantum ed reeles : quemobram lagas axigentes consansum parentum intelligendæ sunt de honastata, ac dacantia, non verò de necessiteta, sau obligstione : plura enim illicità fiunt, quæ tsmen fscta sunt valida. Præterea quemvis leges civilas declaraverint nullum, matrimoniom contractum sine consansu parantum, suarunt abrogetæ per jus canonicum ; & quando dicunt, naturalam rationem suadere in nuptijs filiorum habendum asse consansum parentum, in quorum sunt filij potestate, id intelligendum est, quòd retio naturalis suadeat, ut honastum, & conveoians, quòd filius sine consensu patris matrimonium non ineat, non verò id præcipera ut nacessarium, idqua evidentar dasumitur *ex l. filius 35. §. de ritu nuptiar.* ubi dicitur, quòd filius amancipatus validè contrahat mettimonium sina consensu parantum : unde jure naturali, & civili, ut matrimonium velidè contrahstur, non est necessa, ut parantes in ipsum consenserint.

7 Ad textus patitos ax jure canonicò respondatur, in jure canonico matrimonia inita à filiis, val filiabusfamiliss sine consansu perantum vocari invalida, & illagitime, aò quia contrahantur clandestinè, & anta Concilium Tridentinum licèt matrimonie clandastina fuarint in se valida, non taman præsumptivè, & in foro ecclesiæ, cùm enim non potuarint probari habebantur ut invalida, & illagitime. Hinc notat Glossa, duobus modis matrimonium dici validum, & lagitimum : primò sacundùm rem, & alio modo sacundùm præsumptionem ; potest aliquod matrimonium præsumi eb acclasia ut validum, & legitimum quod revera in se non sit tela dasectu interni consansus : sic è convarso matrimonie clendestina ante Tridentinum arant secundùm rem legitime, & valida, non ita quantum ad Ecclasiæ præsumptionam: & quia matrimonie, quæ absque consansu parentum à filiis, & filiebusfemilies contrahebantur, ut plurimùm fiebant clandastinè, ideo quia præsumptivè arant in foro ecclasiæ invalida, aò quia nõ possent probari, eb Evaristo Pape in *pracit. cap. aliter 30. q. 5.* vocantur illegitima, stupra, & fornicationas, scilicet præsumptivà.

8 Verùm quia possent metrimonia sine consansu perantum eliquando etiam fiari publicà, & in facie ecclesiæ, idao potast rasponderi aliter ad præcitatos taxtus juris canonici : quia duplicitar potest contrectus dici lagitimus. Primò sumendo legitimum pro firmo, & velido, ut sumitur *in c. 4. de divortiis.* ubi habetur, matrimonia fidelium possa essa lagitima, quamvis non rata, nac valida, aò quie dissolvi possint : alio modo sumendo lagitimum pro ao, quod fit secundùm lagam, edao ut nulli legi advarsatur naqua irritanti, naque prohibanti : matrimonia igitur sine consensu perantum inita in *prædict. cap. aliter. 30. q. 5.* vocentur ab Evaristo illegitima sumando illegitimum pro ao, quod ast contra legam ; quia cùm lagas præcipient, filios non aontrahare, nisi de parantum licantie ; tamatsi nulla lax itritet metrimonia contracta sine tali consensu perantum ; nihilominos quæ sina tali consansu contrahuntur, vocantur illagitime, eò quia sint contra lagem prohibantem facte : quòd varò in hoc sensu sumentur matrimonie illegitime in prædicto taxtu constet ax aodam cepita, quia ibi etiem dicitur requiri ad matrimonium lagitimum, quòd nxor dotetur,

& à paranymphis viro tradatur; & quòd conjuges per biduum, triduúmve preces Deo fundant, & castitatem servant; & nihilominus certum est, matrimonia sine hisce solemnitatibus contracta suum sortiri valorem.

9 Cæterum filius contrehens matrimonium tenetur priùs aonsilium petera à parentibus, quia id honestum est, & omnino conveniens, ne scilicet filij in re gravi aliquid statuant absque consilio parentum: noo tamen tenetur filins parêre parenti, si nolit, eum matrimonium contrehera; vel velit el eliam dere oxorem, qoam non emat, tnne enim potest etiam licitè matrimonium contreherre etiam iovitis parentibus, ut docet D. Thomas *e. 2. q. 104. a. 5. in corp.* obl docet, inferiorem non teneri parêre sue superiori, si ei eliquid percipiat, in quo illi non subditur: ex quo infert, hominem in iis, quæ ad neturam corporis pertinent, non teneri homini parera, ot in iis, quæ pertinent ad hominis sustantationem, prolisque generationem; ex qno seqnitur, oon teneri filios obedira parentibus citea matrimonium contrahendum, virginitatem servendam, vel onns religionis subeundum, qnie filius in iis non subjacet potestati parentum. Qnia quamvis gravis injuria irrogetur patri, si filins ipso inconsulto matrimonium contrehet; non tamen si ipso consulto, quia tuoe si nolit assentiri, filius ntitur jura suo.

10 An verò filij pecent, si absqua juste causa sine aonsensu parentum matrimonium ineant? Respondetur, non axcusari à paccato gravi propter injuriam, quam parentibus repugnantibna ac invitis inferont; qoia ob plures extrinsecas caosas, & circumstantias oacurrentes regolariter oon possnns liberi metrimoninm cuntrahere absqoe consensn parentum, nt si velint matrimonium contrehere cum persona inæqnali, vel infemi cum gravi dadecore familiæ. Ob justam taman causam possuot libari etiam perentibus non consentientibus matrimonium inira, ut si parans nolit, filiom jam adultum, & in periculo incontinentiæ aonstitutum, honestum inira metrimonium.

11 Dices, porest pater irritare votum emissum à filio *c. 30. Numer. vers. 4.* ergo potest etiam irritare sootractum matrimonij: qnia si promissio facte Deo per votom potest irritari à patre, à fortiori promissio facta homini per matrimonium. Sed contra, hæc conseqoentia noo benè infertur; quia Deus voluit, nt promissio sibi facta per votnm dependeret ex consensu, & voluntata hominis; non ita promissio facta homini per matrimonium.

12 An verò filins mortalitar peecat, si non dneat dignam, quem pater vult ipsi dere in uxorem, sed ipse ducat aliem æquè dignam, qoam amore prosequitur. Respondet Fagnndez *in decalog. tom. 1. lib. 4. c. 4. n. 4.* peccere tunc filium letheliter ducendo æquè dignã contra voluntatem, & consensum petris, cui in re tam gtavi tenetnr perêre, præsertim cùm pater illi exhibeat aliam æquè dignam, & divitam.

13 Verùm probabilior, & communior sententia asserit, filium excusari à peccato, si priùs patrem consuluerit, qoia non tenetur sequi consilium patris, si dneat eliam æquè dignam, & divitem, quam vehementi emore proseqoitur: qoie non pater, sed filius tenatur onera subire matrimonij, unde æquum est, nt eam docat, quem amat; non verò eliem, quæ ipsi noo satisfecit, tametsi sit æquè digna, & dives: unde tunc nullam infert filius injuriam patri, cùm oon nubat illo inconsulto, & otatur jore soo. Hine non tenetnr filius contrahere matrimonium, quod peter promisit, quie filins in sobeundo matrimonij onere; æqoum est, ut illam ducat, quæ sibi magis placuerit.

Cæterum quamvis per metrimonium, filij, & filiæ non eximentor à patria potestate *§. fin. instit. de patria potest. l. 2. §. 1. ff. soluto matrimonio:* non tameo filiorum uxores sobijciontur potestati soceri, quia id in nullo jure exprimitnr. Imò si nxor adhua in potestate petris axistens invita ab eo detineatur, potest maritus etiam invito patre egere intardicto ad abducendam nxorem suam, eámque exhibeodam *l. 2. ff. de lib. exhib.* & *l. 3. C. eod. l. si invita 11. C. de nupt.* qnia quoed hoc fortius est vinculum matrimonij, quàm patriæ potestatis *l. 1. in fin. ff. eod.* Imò si oxor detineetur invita potest maritus adire judicem, & petere, eam sibi restitui. 14

§. III.

Qualis debeat consensus esse ad matrimonium contrahendum.

Respondetur, hnna consensum debere omnino liberom esse, & qnidem motuũ, quia in matrimonio fit motua traditio corporum: atqui quod pertinet ad nnum, non traditur alteri sine proprio aonsensn libero: hinc sumendo matrimonium, non ut vinculum, sed in retiona contrectûs civilis, & humani, aonsansus est de essentia matrimonij, ut io præcedentibus diximns, & repugnat, rem possa existere sine sua essentia. Quòd verò dabeat hujusmodi mutoua consansus esse liber, ex ao liqnet, quia metrimoninm perinde aa quilibet alins contrectus inducit obligationem, quæ est cujusvis contractus effectns: atqui sine libero aonsensu non inducitur obligatio; unde matrimonium oecessariò exigit mutuum liberum aonsensum contrahentinm. 1

Si dicas, sina consensu voluntario posse matrimooinm fieri, proinde etiem sine libero: quì enim contrahit ignorans essentiam matrimonij, & ajos obligationem, & intendit facera, quod in acclesia præstent fideles, verè contrahit, proinde sine consensu volnotario in essentiam matrimonij, videtor posse matrimoninm validè contrahi: quòd tale matrimoninm sit sina aonsenso voluntario liquet, qoie omne volunterinm sopponit cognitionem, & cùm contrehens supponatur oon cognoscere essentiam matrimonij, non videtur consentire volontariè. 2

Contre est, quia tametsi in particulari contrahens naturam, & essentiam ignoret matrimonij. 3

monij, nihilominus cognoscit matrimonium sub ratione communi contractus civilis obligantis contrahentes, eò quia liberè velint contrahere. Tum quia eo ipso, quòd matrimonium contrahit juxta morem ecclesiæ, utique intendit, id præstare, quod intendit ecclesie; & hoc sufficit, ut implicitè dicetur in naturem matrimonij voluntariè consensisse, ut contingit in aliis sacramentis; quamvis enim ignoret quis efficaciem, & essentiam baptismi, si tamen intendat illum suscipere juxta intentionem ecclesiæ, velidè illum suscipit, quia intentio ecclesiæ tunc supplet.

4 Ex eo autem quòd ad velidè contrahendum matrimonium requiratur consensus liber, mutuus utriusque contrahentis, sequitur, insanos, mente captos, ebrios tempore, quo carent usu rationis, non posse velidè metrimonium inire, de furioso hsbetur *in c. dilectus de sponsalib. & l. 6. tit. 2. p. 4.* & colligitur etiem ex *clementina si furiosus de homicidio*, & *ex l. furiosum. C. qui testamentum facere possunt*, ubi habetur *nihil à furioso effici posse, quo consensum liberum acquirat*, ut notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. num. 5.* De mente capto, & carente omnino usu rationis docet idem Covarruvias *loc. cit. num. 8.* ut etiem de Ebrio carente totaliter usu retionis. Id temen procedit, si matrimonium contrahatur eo tempore, quo contrehentes cerent usu retionis; quia si defectus iste superveniat in metrimonio jam contracto, illud non dirimit: ut atiam si furiosus non perpetuò cereat usu retionis, sed hebeat lucida intervalle, velidum erit matrimonium contractum tempore, quo cessat insania *c. quamvis 7. q. 1. & l. Divus. ff. de officiis præsid.*

5 Si dicas cum Glosse *in c. dilectus de sponsalib.* sponsalia, & metrimonia à furioso contracta suum sortiri valorem, si contrahens, qui est rationis compos, conscius erat alterius furoris: & ratio etiem videtur id suedere, quia potest quis cedere suo juri, & condonare injuriam sibi illetam contrehendo cum furioso: & videtur esse decisio Fabieni Pontificis in *c. neque furiosus 32. q. 7.* ubi dicitur: *Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit non separentur.*

6 Contra est, quie licèt tele matrimonium foret validum, si ejus nullites oriretur præcisè ex injuria illata conjugi habenti usum retionis, eò quie posset hic cedere juri suo, & illam remittere: attamen quie nullitas oritur ex defectu mutui consensus liberi, qui est de essentie contractûs metrimonialis; & cùm furiosus non censeatur liberè consentire; ideo deest, quod requiritur essentialiter ed essentiam, & valorem matrimonij, quod propterea nullius est vsloris, nec est matrimonium, quia sine constitutivo repugnat constitutum; & mutuus consensus liber utriusque contrahentis est retio constitutiva, ac essentia contractûs matrimonialis: quamobrem non obstante scientie, & patientia alterius conjugis, si alter ex defectu usûs rationis non consentiat liberè, nunquam hebetur essentia matrimonij. Quòd si furor advenerit matrimonio jam contracto, hoc non dissolvitur, quia cùm fuerit validè, & ex mutuo consensu contrahentium initum per accidens se habet talis superveniens furor, qui propterea non habet vim dissolvendi matrimonium. Econtra tametsi Ebrij ante ebrietatem habuerint voluntatem simul contrahendi matrimonium sive formaliter, & expressè, adeo ut matrimonium in se ipso directè voluerint; sive tantùm virtualiter, & in causa, ut si advertentes ex sua ebrietate futurum esse, ut matrimonium contreherent; nihilominus hoc non obstante si voluntariè se inebriaverint, adhuc matrimonium est invalidum, quia licèt ad peccatum lethale sufficiat voluntarium etiam in causa, non tamen hoc sufficit ad ineundum mstrimonium, quia requiritur consensus omnino liber tunc, quando actu matrimonium contrahitur.

Si dicas, baptismum tempore ebrietatis, aut insaniæ receptum esse validum ratione voluntatis formalis, & expressæ entecedentis illum recipiendi, proinde etiam matrimonium in ebrietate contrectum suum sortiri valorem ex vi antecedentis voluntatis expressæ illud ineundi. 7

Contre est, ratio discriminis ex eo petitur, quie in matrimonio ipsi contrahentes sunt ministri, proinde eorum actus debent esse humani, & liberi: & sicut non valeret absolutio ab insano, aut ebrio impertita, qui ante insaniam, & ebrietatem audivit confessionem, animo postea absolvendi: nec verè baptizaret secerdos insanus, vel ebrius, qui ante dementiam, & ebrietatem habuit intentionem beptizandi: ita nec valer matrimonium ab ebriis contrectum: secus est de illo, qui baptismum suscipit; ille enim non est minister baptismi, sed subjectum illum recipiens, proinde sufficit ejus voluntas antecedens non retractata.

Si dicas, homicidium imputari ebrio, & insano retione voluntatis antecedentis, quia tunc ebrietas assumitur tanquam medium in ordine ad perpetrandum homicidium, proinde ipsi ebrieteti adnectitur voluntas virtualis perpetrandi homicidium: ergo hæc virtualis voluntae sufficit, ut matrimonium initum ab ebriis ex præcedente voluntete illud contrahendi verè sit initum, & liberè volitum, proinde sufficit, ut suum sortiatur valorem. Contra est, negatur consequentia; duplex enim potest assigneri ratio discriminis inter homicidium, & metrimonium: prima enim desumitur ex ille generali differentia inter bonum, & malum adducta à D. Dionysio *c. 4. de divinis nominib.* nimirum quòd ad malum sufficiat quicunque defectus; ad bonum verò requiretur integre causa: hinc quia homicidium est quoddam malum, ideo ut dicatur voluntarium, & homini imputetur sufficit, quòd sit volitum in causa, seu in ebrietete, quia malum hsbetur ex quacunque defectu, & est defectus velle in ebrietate homicidium, quod propterea est malum, & imputatur ebrio, ex vi præcedentis consensua in tale homicidium: secus matrimonium est de genere bonorum, & debet esse volitum in se, adeo ut contrahentes, quando actu contrahunt debeant liberè, & cum 8

pleno

pleno usu rationis contrahere: & si deficiat tunc usus rationis, & libertas, non habetur ampliùs, ut quid bonum, cùm hoc sit ex integra causa; adeo ut nullus interveniat defectus; consequenter neque potest esse matrimonium validum: eadem ratione sunt etiam irrita vota emissa in ebrietate ab eo, qui cum sciat se plura facilè promittere, cùm ebrius est, nihilominus se voluntariè inebriat, tunc vota emissa in ebrietate invalida sunt. Alia etiam potest discriminis ratio assignari, quia ebrius homicidium imputatur ebrio, quia in ipso reperiuntur tres conditiones requisitæ ad voluntarium indirectum, & interpretativū, scilicet *posse, teneri, & non facere*; quæ conditiones non reperiuntur in matrimonio inito ab ebriis: homo enim tenetur vitare homicidium, quod prævidet futurum in ebrietate, & rursus cum possit illud vitare non se inebriando, minimè id præstitit, sed voluntariè se voluit inebriare, proinde censetur voluisse indirectè, & interpretativè ipsum homicidium; secus qui matrimonium volunt contrahere, non tenentur evitare matrimonium, sed sunt sui juris: neque judicantur habere voluntatem virtualem illius ex eo præcisè, quòd prævidentes se matrimonium in ebrietate inituros, se nihilominus voluntariè inebriant.

9 Imò post Concilium Tridentinum non sufficit ad valorem matrimonij, ut contrahentes in conjugalem obligationem consentiant de præsenti solo interno consensu, sed ulteriùs requiritur, ut hunc internum consensum exprimant per signa exteriora sensibilia, vel verba; cùmque mutuò conjuges acceptent, ut desumitur *ex c. licet. 3. de sponsa duorum.* ubi postquam dictum est, matrimonium contrahi per legitimum consensum de præsenti virum inter, & mulierem; subditur: *ita ut unus alterum in suo mutuo consensu verbis consuetis expressè recipiat*, vel aliis signis externis: quia nullus humanus contractus potest iniri in ordine ad obligandum, nisi utriusque contrahentis voluntas exprimatur, mutuóque sibi innotescat: cùm enim contractus matrimonialis sit humanus, & civilis, debet humano modo fieri; scilicet per signa sensibilia. Tum quia matrimonium inter baptizatos est sacramentum, de cujus ratione est, ut sit signum sensibile externum.

10 Non tamen est necesse, ut consensus exprimatur per verba determinata; sed sufficit, si per nutus, vel signa alia extrinseca sensibilia sufficienter manifesteturur, quia nullum adest præceptum, quod obliget, ad non aliter contrahendum, quàm per verba, ut notat Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 30. & 31.* Non tamen excusaretur à peccato, qui potens nollet per verba exprimere consensum matrimonialem, si justa non subesset causa contrahendi matrimonium sine verbis, quia non est recedendum à communi usu, & à regula certa, ac ordinaria, si nulla urgeat justa causa.

11 Neque necesse est, ut consensus utriusque conjugis præstetur simul eodem tempore, sed sufficit, si uterque contrahens consentiet, & per signa externa sensibilia manifestet suum consensum, tametsi ab uno ad alium consensum aliqua intercedat temporis mora; dummodo consensus prioris conjugis non sit revocatus, quia in quovis contractu sufficit consensus licèt diverso tempore adhibeatur: alioquin si ad quemcunque contractum requireretur, ut utriusque contrahentis consensus esset actu simul, inter absentes non possent contractus iniri; quia unus priùs dat suum consensum, & postea mittit ad alium si velit consentire; & si hic post duos, vel tres dies consentiat, & prior contrahens non retractaverit suum consensum, contractus validè initur inter absentes: & quia matrimonium sequitur naturam aliorum contractuum, ideo non exigit, ut utriusque contrahentis consensus sit actū simul. Neque in ratione sacramenti exigit matrimonium ut simul tempore contrahentes consentiant; quia in sacramento pœnitentiæ, in quo confessio peccatorum est para materialis hujus sacramenti, potest hæc etiā per multum temporis præcedere absolutionem, quæ est ejus forma: unde matrimonium neque in ratione contractûs civilis, neque in ratione matrimonij, & sacramenti exigit, ut uterque contrahens simul, & semel consensum præstet; sed sufficit, si post consensum unius alter postea consentiat quocúmque temporis spatio intercedente: quia tamdiu dicitur prior in suo consensu persistere, quamdiu illum non revocat.

Verùm communior, & tutior sententia est, 12 requiri simultatem saltem moralem, adeo ut non multum intervallum temporis inter unius, & alterius contrahentis consensum intercedat, quia etiam in aliis contractibus per multum temporis effluxum consensus non censetur virtualiter manere, & habetur ut revocetus, ut notat Filliucius *tract. 10. c. 3. q. 9.* Quantum verò debeat esse hoc temporis intervallum inter utriusque contrahentis consensum, ut censeatur obstare valori hujus contractus, non conveniunt Doctores: Sotus *in 4. dist. 27. q. 1. a. 3.* censet, distantiam septennij obstere. Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 3.* vult biennium satis esse, ut consensus non censeatur amplius manere. Sanchez verò *de matrim. lib. 2. disp. 32.* asserit, taxationem distantiæ obstantis permanentiæ consensûs esse remittendam arbitrio prudentis viri consideratis peculiaribus circumstantiis.

Si quæratur, an quando matrimonium fuit 13 invalidū, eò quia alter conjugum fictè, vel etiam ex gravi metu coactus consensit, sufficiat si hic postea consensum in matrimonium renovet, vel necesse sit, ut utérque conjux de novo consentiet? Respondetur, probabiliorem sententiam asserere, non esse tunc necesse, ut utérque expressè, & per signa sensibilia externa, seu verba consentiat, sed sufficere, si qui illegitimè consensit, denuò consentiat: ratio est, quia cùm alterius conjugis consensus fuerit validus, ac legitimus censetur virtualiter, & habitualiter perseverare. Tum quia eo ipso, quòd petit debitum matrimoniale, consentit in matrimonium, cùm illa petitio debiti fundetur in matrimonio ritè contracto: unde satis est, si alter con-

conjux, qui fictè, vel ex gravi metu coactus consensit, iterum consentiat, quia ad matrimonium tunc nil aliud deest nisi consensus illius, qui fictè, aut ex metu consensit, unde accedente consensu ex parte illius matrimonium convalescit. Quòd si utérque contrahens ex gravi metu invalidè consensisset, tunc teneretur utérque consensum renovare: quia cùm utérque consensus fuerit nullus, etiam matrimonium nullius fuit valoris, proinde debet iterum contrahi.

14 An verò qui contraxit matrimonium irritum ob impedimentum dirimens, eò quia sponsus ante matrimonium rem habuerit cum matre, vel sorore sponsæ, cum qua propterea contraxerit affinitatem, teneatur manifestare uxori, se contraxisse cum aliquo impedimento dirimente, et propterea petere ab ipsa, ut iterum velit contrahere. Cajetanus *tom. 1. opusc. tract. 12. q. 2.* Sotus *in 4. dist. 28. q. 1. art. 2.* Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 32. n. 10.* & alij respondent, non esse necesse, aliquid intimari alteri conjugi, scilicet matrimonium fuisse initum cum impedimento dirimente, et propterea non valuisse, quia id tantùm est necessarium, ubi non habetur consensus alterius sponsi: & in hoc casu cum sponsa sit in bona fide, & maritali affectu prosequatur sponsum, cum quo cohabitat, & à quo debitum matrimoniale petit, in illo virtualiter perseveret ejus consensus in matrimonium, proinde sufficit si sponsus etiam consentiat post absolutionem ab impedimento dirimente coram confessario: usus enim matrimonij est sufficiens signum consensus conjugalis.

15 Secus si matrimonium esset invalidum defectu utriusque conjugis teneretur uterque de novo contrahere, non tamen esset necesse, quòd iterum contraherent coram parocho, & testibus, quia cùm id jam semel fuerit præstitum, jam coram ecclesia fuit matrimonium initum, & secundùm præsumptionem tale matrimonium judicetur ab ecclesia validum. Neque obstet, quod primum matrimonium fuerit invalidum in se, quia licèt in se fuerit irritum, in foro tamen ecclesiæ fuit validum, & ejus nullitas est occulta ecclesiæ, propterea si contrahentes vellent iterum in facie ecclesiæ contrahere, nisi hæc certioreretur de nullitate, impediret tale matrimonium: unde ad revalidandum matrimonium, publicè, & in foro ecclesiæ præsumptivè validum, non est necesse, id fiat coram parocho, & aliis testibus. Benè tamen id requireretur, si matrimonium publicè, & plenè probabile foret nullum, quia tunc prior contractus præsumitur publicè nullus: & si posterior non fieret coram parocho, & testibus, non posset ab ecclesia judicari validus ex defectu probationis requisitæ à Tridentino, & faciendæ per parochum, & alios testes.

16 Quòd si contrahentes matrimonium de præsenti inirent per verba obscura, tunc essent verba intelligenda secundùm communem significationem, modúmque loquendi, idque desumitur ex *c. ex litteris. 7. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, quòd quando duo contrahunt sponsalia, seu matrimonium, ita tamen ut alter non intelligat, quid alter proponet, tunc judex priùs videat, si contrahentes matrimonium sint idonei scientia, & ætate: deinde recurrat ad communem intelligentiam illorum verborum, & compellet utrumque contrahentem servare verba secundùm sensum communem rectè intelligentium: ex quibus deducitur, duo necessariò requiri in contractibus matrimonialibus. Primò scientiam, seu judicium discretionis, quo quis intelligat, quid agat: hinc furiosi, amentes, & ebrij, si usu careant rationis matrimonium non possunt validè contrahere, & desumitur ex *c. neque. 26. caus. 32. q. 7.*

Secundò requiritur etiam ætas, quæ in maribus incipit post 14. annum completum, & in fœmina post 12. nisi malitia ætatem suppleat. Rursus si in foro externo dubitetur de verborum interpretatione non erit standum intentioni contrahentium, quia hæc ecclesiam latet, sed ea debent interpretari secundùm communem loquendi usum, seu eo sensu, quo communiter à rectè intelligentibus accipiuntur: quia non ex opinionibus singulorum, sed ex communi loquendi usu debent verba æstimari *l. labeo. 7. §. de supell. legat.* 17

Neque obstat, quòd verba loquentium dicantur esse intelligenda secundùm eorum intentionem, eò quia verba deserviant intentioni, non intentio verbis *c. humana 11. causa. 22 q. 5.* Contra est, quia debet excipi, nisi tempore contractus constet aliam fuisse mentem contrahentium, ut si aliqui simplices putantes matrimonium non esse contractum perpetuum, vellent tantùm ad tempus inter se contrahere non in perpetuum usque ad mortem, & quamvis id sufficienter exprimerent, adhuc tale matrimonium foret nullum propter defectum consensus in matrimonium perpetuum *c. solet. 6. caus. 32. q. 2.* 18

Sin verò matrimonium contraheretur per interpretem, ut fieri potest juxta *l. 1. §. fin. ff. de V. O* & verba essent obscura; tunc integra fides præstanda est interpreti, cùm fuerit ex communi consensu contrahentium electus: quòd si dubium orietur ex eo, quòd alter contrahentium dicat, se non intellexisse verba interpretis; ad communem sensum, seu significationem verborum tunc recurrendum est, ut desumitur *ex d. c. ex litteris. 7. h. t.* ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 4. §. 1. n. 3.* & præsertim Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 29. num 3.* ubi asserit, sufficere si Parochus, & testes per interpretem intelligant mutuum consensum: ut si contrahentes sint diversi idiomatis. & *num. 4.* addit, quòd si orietur dubium circa verborum significationem, credendum sit dicto solius interpretis, eò quia non sit testis, sed electus de communi contrahentium consensu, ut notat Bartolus *l. 1. §. fin. n. 2. ff. de V. O.* 19

Ad expedienda dubia, quæ possunt occurrere in verbis de præsenti interni consensus contrahentium matrimonium; solent aliquot tradi regulæ. Prima est, ut verba debeant omnino esse de præsenti, nec sufficiet si sint de futuro, 20

ut fuit definitum in Concilio Florentino, & *in c. penult. de sponsal.* quia sola verba de præsenti significant, & causant traditionem dominij corporis requisitam ad matrimonium, ut docet D. Thomas *q. 45. art. 3.*

21 Secunda quando sunt dubia, an significent ad tempus, vel in perpetuum, accipiendæ sunt in ea significatione, quâ communiter usurpantur, adeo ut si contrahentes mutuò dicant, duco te, quousque terra operiat oculos meos; matrimonium sit validum, quia tametsi verba illa videantur significare consensum ad tempus, eò quia possent oculi eorum terrê operiri antequam morerentur: nihilominus talia verba communiter intelliguntur usque ad mortem.

22 Tertiò si verba judicio prudentum non sint de se sufficientia ad contrahendum matrimonium, tunc considerandæ sunt circumstantiæ, an ex illis sufficienter conijciatur consensus internus, ut si Cajus interrogetur à Parocho, an velit nubere Lucretiæ, & Cajus respondeat per modum interrogationis *quare non?* tunc matrimonium censetur validum, quia negatio per modum interrogationis prolata importat affirmationem: & quamvis simplex affirmatio seorsim sumpta non exprimat consensum potius de præsenti, quàm de futuro; ex circumstantiis tamen determinatur ad præsens, cum sacerdos, & testes vocari non soleant nisi ad matrimonium de præsenti ineundum.

23 Quarta si unus contrahentium utatur verbis manifestè explicantibus consensum de præsenti: alter verò utatur verbis ambiguis ad tempus præsens, vel futurum, judicandum est matrimonium validum, & initum juxta sensum illius, qui clarè suam voluntatem expressit, quia cùm alter illi non contradixerit, supponitur per verba illa dubia etiam consensisse.

24 Quinta si ex verbis utriusque conjugis, & ex circumstantijs non colligatur, an fuerit contractum matrimonium de præsenti, vel sponsalia de futuro; sed semper maneat dubium, tunc standum est intentioni contrahentium, si de illa constet.

25 Sexta si dubium sit simul de significatione verborum, & de intentione contrahentium, judicandum est in favorem matrimonij.

26 Contra tamen primam regulam videntur obstare aliquot textus in jure. Primus desumitur ex *c. ex parte 9. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, validum esse matrimonium his verbis contractum, *tenebo te in uxorem.* Alter ex *c. si quis 80. q. 5.* ubi dicitur, quod quando quis juravit, se aliquam habiturum in uxorem, illa sit vera ejus legitima uxor. Sed contra ad primum respondetur Alexandrum III. rescripsisse, tale matrimonium esse validum, eò quia addita fuit hæc particula ab hoc tempore; adeo ut sponsus dixerit *ab hoc tempore tenebo te in uxorem meam*, unde illud verbum *tenebo* sequens ad illa prævia *ab hoc tempore* trahitur ad tempus præsens.

7 Quod si dicas, non fore baptismum si quis diceret ex nunc baptizabo te, tametsi simul aquam infunderet. Contra est, quia eatenus non valeret baptismus, quia hic habet determinata verba pro forma: non ita matrimonium, quod tantùm exigit quæ sunt expressiva consensus de præsenti, qualiacúnque sint. Christus enim instituendo baptismum dedit specialem formam, quam non potest homo immutare: quando verò elevavit contractum matrimonij ad rationem sacramenti, non immutavit contractum civilem, & humanum, sed eum reliquit in suo valore, & quia hic est validus per qualiacunque signa extrinseca, & sensibilia exprimentur consensus contrahentium de præsenti, sequitur, quòd si matrimonium contrahetur his verbis: deinceps semper omnibus diebus vitæ meæ *habebo te*, vel *tenebo te in uxorem*, vel *ex nunc eris semper mea uxor*, valet matrimonium, quia illæ particulæ trahunt verbum ad significationem de præsenti: siquidem quamvis verba videantur de futuro, quia tamen habent executionem de præsenti; trahuntur ad præsens: alioquin si quis simpliciter diceret *accipiam te in meam uxorem*, non esset matrimonium, sed tantùm sponsalia.

28 Ad secundum textum respondetur, matrimonium illud factum fuisse per verba de præsenti clandestinè habita: alioquin si consensus internus esset de præsenti, & verba de futuro, non contraheretur matrimonium; tametsi ex errore, vel ignorantia contrahentes uterentur verbis de futuro, & intelligerent contrahere de præsenti, quia mutui consensus expressi per verba de præsenti sunt materia, & forma hujus sacramenti: & licèt ignorantia invincibilis excuset à peccato, non tamen sufficit, ut fiat matrimonium, quia hoc caret tunc vera materia, & forma.

29 An verò sola taciturnitas possit sufficere ad contrahendum matrimonium? Respondent plures ex adjunctis circumstantiis posse esse signum sufficiens interni consensus. Sunt autem circumstantiæ, quas recenset D. Thomas *in 3. p. q. 45. art. 2. ad 3.* ubi ait, sufficere si puella tacente, parentes pro ea loquantur, quia tunc verba parentum censentur ipsius puellæ, cùm hæc non contradicat, sed potius per signum aliquod extrinsecum, ut per inclinationem capitis annuat. Tum quia ut habetur *in c. unic. §. final. de despons. impub. in 6.* talis taciturnitas sufficit ad sponsalia, proinde etiam ad matrimonium cum utrinque requiratur manifestatio proprij consensus. Non tamen sufficeret, si verba proferentur ab extraneis, quia soli parentes censentur vices gerere puellæ.

30 Quinimò non desunt, qui censeant sufficere etiam solam puellæ taciturnitatem, tametsi nulla haberentur verba parentum. Verùm hæc sententia ex eo tantum probabilis posset esse, si taciturnitas, ita necteretur cum signis antecedentibus, & concomitantibus denotantibus consensum, ut puella per talem taciturnitatem videretur assentiri: alioquin sola taciturnitas præcisè sumpta est indifferens ad consensum, & dissensum, & ut tollatur indifferentia, necessa est determinetur ad consensum per adjectas circumstantias, ut si puella fuerit à parentibus requi-

quisita ad tale matrimooium inaundum, & ipsa non renuarit: & quòd vocata ad nuptias, se præperavarit, ac ornaverit, & voluotariè coram Parocho, & testibus extitarit: ratione herũ circumstantiarum ejus taciturnites datarminatur ad assansum: imò ipsæ circumstantiæ sunt signa axterna sensibilia, quæ internum puellæ consensum manifestant.

§. IV.

Qualénam sit obiectum essentiale consensús matrimonialis.

RESpondatur, objactum coosensus matrimonialis essa obligationas ad trie bona matrimonij, & mutuem potestarem supra corpus altarius, adeo ut conjuges contrahentes matrimonium tencaotur assentiri hisce omnibus: siquidem illud est objectum consarsus conjugalis, quod fit directè per ipsum, & talia sunt præracansira. Trie anim sunt bona, quæ necassariò debent intendi à contrahentibus, ut matrimonium sina paccato contrahatur. Primum est bonum sacramenti, quod iovanitur in matrimonio, & quo conjuges dilligunt se, perinde ec Christus eeclesiem dilexit, & gratlem racipiunt, quâ faciliùs vinculum perpatuum tolarant. Secundum bonum ast illud prolis, quæ geoeratur, & aducatur ad divinum obsequium: & quamvis hæc non samper sequasur, selvatur tamen sempar in ipso fina intrinseco, ad quem matrimonium dirigitur. Non enim carnalis copula est de assentia metrimonij, imò naque est necasse ad rationam matrimonij absolutà, & axprassà coosantiri in carnalem copulam, ut docec D. Thomas *in 3. p. q. 48. art. 1.* quia copula carnalis non est de assenria metrimonij, sed tantùm ejus affactus, & operetio: cùm tamen matrimonium essentialiter consistat io mutua corporum traditione ad copulam, licèt consensus constituat matrimonium, onn fit explicitè in catnalam copulam, sed in jus, & potestatem ed illam, idao virtueliter, & implicità etiam est consensus ad illem. Tertium boonm est, quo conjuges sibi mutuò obligantur ad raddendum debitum, & nagandum proprium corpus cuique alteri; edao ut hoc bonum inclodat observantiam fidei datæ.

Cæterum noo est oecassè, ut contrahentes exprassè, & explicitè consentiant in has obligationas: licèt enim rustici nasciant has obligationes incurri per matrimonium, edhuc illas incurrunt ex ao præcisè quòd matrimoniũ contrahant eo modo quo in ecclasia allj fideles illud contrahunt: eo enim ipso quòd axpressè volunt matrimonium inire, ut moris est in ecclasia, implicitè consentiunt in omnes præracensitas obligetiones, quia in illo objacto expressè volito, contineotur implicitè, & virtualiter præracensitæ obligationes.

Si dicas, mutuam conjugum obligationem, & potastatem non esse perpatuam, proinde non ingradi objectum consensus matrimonialis; siquidem sicut matrimonium, ita ejus objectum debet essa parperuum. Quòd varò mutua conjugum obligario non sit parperua, ex eo liquat, quia conjugas eb eeclesia possunt quoad torum saparari, & tunc non manar obligario ad mutua obsequia. Contra ast, quia in conjugibus ita separatis semper persevarat hæc obligatio non contrahendi eum alio, & servandi fidem, sau non cognoscendi alium præter proprium conjugam. Quod varò ad cohebitationam attinet, licèt sb ecelasia saparentur quoad torum, ae mutue obsequia sibi raddenda; manet nihilominus sampar aadem obligatio, quæ solùm tune impeditur, quoad axecutionem; perinde ac in pueris impeditur dominium rerum suarum: ex quo liquet, propriatatas ortas ex mattimonio perpatuas essa, sieut ipsum matrimonium, qusmvis usus aliquarum possit ax juste eeula impadiri.

Vidatur taman urgate difficultas circa consansum virtualem, & implieitum in carnalem eopulam nacessarium ad vslorem matrimonij: siquidem eo ipso, quòd conjuges vieissim tradunt potestetem proprij corpotis alteri, implicitè consentiunt in copulam, qui enim consentit in eausam explicitè, ceosetur implieitè consentira in ejus affectum. Tum quia traditio hujus potastatis in proprium corpus dabet asse in ordina ad fines metrimonij, & præcipuus ajus finis ast ganaratio prolis: & secundarius finis, ramedium concupiscantiæ.

Difficultas nihilominus oritur ex eo, quia beata Virgo nullo modo, nae axplicitè, nac implicitè, & virtualiter consansit in copulam, & nihilominus ejus metrimonium fuit varum, & validum, ut doeant communiter cum D. Thoma *3. p. q. 29. art. 2.* unda videtur concludendum, hunc virtualam, & implicitum consensum in copulam non esse necessarium. Quòd varò baate Virgo nac implicitè, nec virtualiter hsbuerit talem consensum, ex eo liquat, quia advatsatur virginitati saltam mentali, & baata Virgo semper mente, & corpore fuit Virgo, proinde non potuit habere talem consensum virtualem, & implieitum, cùm repugnet virginitari mentali. Firmari ax ao potest, quia consansus in cernalem copulam etiam implicitè tantùm, & virtualiter volitam voto adversatur castitatis, & B. Virgo antequam matrimonium inirat ex sententia SS. Petrum vovit virginitatem; proinde non potuit sine violatione voti consentire etiam implicitè, & virtualiter in copulam. Firmatur etiam sacundò, quia si mutua potastas, quam sibi per matrimonium conjuges tradunt asset io ordina ad carnalem copulam, sequeretur, quòd beata Virgo, imò & alij, qui post initum matrimonium ex mutuo coosensu castitatem voverent, essent simul, & non assent obligati ad copulam, quod est lueolenta contradictio; siquidem ratione matrimonij initi, & traditionis mutuæ potastaris contraharent obligationem, & rationa voti emissi ab eadem libararentur.

Verùm hæc difficultas non ast tanti momenti, ut commuoe evertat assertum. Negatur anim major, quia consensus implicitus in copu-

lam, pro ut ad matrimonij valorem requiritur, non derogat virginitati mentali, ut rectè notat Cajetanus *in opusc. 17. respons.* 2. ratio est quia consensus hic virtualis non est consensus in copulam ipsam actualem, sed tantùm in ejus causam, quæ est conditio diminuens; siquidem est volitio matrimonij, in quo veluti in causa continetur obligatio ad copulam. Naque beata Virgo ex eo, quòd nupserit S. Josepho, periculo se exposuit virginitatis amittendæ, cum ex divina revelatione certa facta fuerit, non futuram carnalem copulam cum conjuge; neque periculum labefactandi virginalem puritatem. Hinc addit Cajetanus, etiam nunc juxta ecclesiæ morem, quo spatium duorum mensium ad consummandum matrimonium, vel ingrediendam religionem sponsis conceditur, virginitatem mentalem non amitti, neque periculo eam amittendi se exponere, qui matrimonium contrahunt, nisi simul intendant ipsum consummare, hoc idem etiam docet D. Thomas *in 4. dist. 30. q. 2. art. 2. quæstiunc. 2. ad 3.* ubi docet, potentiam ad copulam ortam ex matrimonio non adversari virginitati, neque puritati mentis derogare.

7 Ad primam confirmationem respondet D. Thomas *3. p. q. 28. art 4.* beatam Virginem ante nuptias non emisisse absolutum votum virginitatis, sed tantùm conditionatum, nisi Deus aliud sibi placere revelaverit: & post nuptias pari cum S. Josepho consensu virginitatem absolutè vovisse, & desumitur etiam ex D. Augustino relato *in c. B. Mariæ 27. q. 2.* Hinc eùm Deus revelaverit B. Virgini, ut nuberet, & quòd post initum matrimonium esset cum suo sponso emissura votum absolutum perpetuæ virginitatis; clarè explicatur, quomodo salva virginitate B. Virgo matrimonium contraxerit cum sancto Josepho.

8 Nihilominus quia plures ex SS. Patribus docent, beatam Virginem ante matrimonium emisisse votum absolutum virginitatis, adhuc dupliciter solet responderi. Primò beatam Virginem consensisse quidam in obligationem ad copulam conditionatè si sponsus esset eam petiturus: sed quia ex revelatione divina sciebat, virum nunquam esse petiturum debitum; ideo ex eo, quòd consenserit in copulā sub illa conditiona, nil egit contra votum absolutum emissum de perpetua virginitate servanda. Hæc tamen solutio licèt communis inter Scotistas cum Scoto *in 4. dist. 30. q. 2.* non plenè satisfacit, quia si intelligatur de consensu expresso, & directo in copulam sub tali conditione, id non est concedendum, quia consensus in copulam directus etiam conditionatus non est necessarius ad matrimonium. Tum quia si fœmina voto castitatis adstricta nubat, & ex animo consentiat in copulam sub illa conditiona, si petatur, videtur peccare contra votum, quamvis sciat, debitum nunquam fore reddendum, neque petendum; non minus, quàm si extra matrimonium in copulam conditionatam consentiret cum alio jam mortuo, ex suppositione quòd viveret.

Sin verò intelligatur de consensu implicito, & 9 in causa adhuc non satisfacit solutio, quia si quis post votum castitatis emissum nuberet fœminæ moribundæ, adeo ut esset moraliter certus, non fore unquam debitum petendum, adhuc revera peccaret contra votum. Tum quia nefas est ex natura rei rem Deo sacram usibus obligare profanis, quamvis certus quis sit, talem profanum usum non esse eventurum: unde videtur etiam ex natura rei adversari absoluto voto virginitatis virginem per votum Deo dicatam usui obligari carnali, ut fit per matrimonium, quò conjux se obligat ad reddendum debitum, si petatur; quamvis certò præcognoscatur non esse petendum.

Quamobrem respondetur, beatam Virginem 10 nubendo, nec directè, & explicitè, nec implicitè habuisse consensum ad copulam carnalem, neque eam habere potuisse sine voti violatione; sed tantùm habuisse in obligatione talem consensum, sive talis obligatio sit proxima, & formalis, sive tantùm radicalis, & remota. Aliud enim est assentiri in solam obligationem ad copulam ex præscientia quòd copula nunquam erit secutura, neque petitura; & aliud assentiri in ipsam copulam si petatur. Primum enim non derogat voto perpetuo virginitatis, benè tamen secundum.

Quòd si dicas, eum qui consentit in causam 11 consentire virtualiter, & implicitè in effectum in eadem contentum; proinde assentiri in obligationem ad copulam includere implicitè, & virtualiter consensum in ipsam copulam. Tum quia virtualis, & implicitus consensus in copulam censetur necessarius ad valorem matrimonij.

Contra est, quia potest quis assentiri explicitè in causam, & non assentiri virtualiter, & 12 implicitè in ejus effectum, si nimirum consentiens in causam certò sciat ex divina revelatione, quòd effectus nunquam erit secuturus; tunc enim potest explicitè consentiens in causam, etiam explicitè dissentiri ejus effectui: dissentiri autem explicitè alicui non est implicitè, & virtualiter eidem assentiri.

Imò tunc neque in causa assentitur effectui, 13 quia eatenus contentiens causæ implicitè assentitur ejus effectui, quia hic nectitur cum tali causa, propter enim hanc connexionem volens explicitè causam intelligitur velle implicitè ejus effectum: atqui quando effectus nunquam erit secuturus ex tali causa, tunc non nectitur cum illa, & qui certò scit, talem effectum certò non secuturum, quamvis explicitè consentiat causæ, non tamen implicitè, vel virtualiter assentitur ejus effectui.

Ad secundam confirmationem respondetur, 14 quòd tametsi obligationes contrariæ si sint ejusdem rationis non possint esse simul, sed una per aliam extinguatur, sicut votum simplex unius religionis extinguitur per solemnem professionem emissam in alia etiam laxiori; & etiam promissio sponsaliorum facta uni totaliter extinguitur per matrimonium cum altera contractum; non tamen id procedit, quando obliga-

tiones

tiones contrariæ pertinent ad diversas rationes, quia tunc possunt simul in eodem manere ; tametsi quæ fortior est, impediat, ac suspendat consensum alterius : idque liquet in voto simplici religionis, quod per matrimonium etiam consummatum non extinguitur, sed tantùm executio ejus obligationis suspenditur donec solvatur matrimonium per mortem alterius conjugis, tunc enim, cùm qui votum emisit, non sit ampliùs ligatus, tenetur suum religionis votum implere.

15 Non anim per matrimonium obligatio voti fuit extincta, & postea soluto matrimonio itarum emersit : siquidem obligatio semel extincta non reviviscit, ut desumitur *ex c. quamvis de consecrat. dist. 4.* & *l. queres. §. ad eam. ff. de solution.* Quamobrem quia obligatio, quæ oritur ex matrimonio ad reddendum debitum est diversæ rationis ab ea, quæ oritur ex voto ad abstinendum à carnali copula ; cùm una proveniat ex promissione facta homini ; & altera ex promissione facta Deo : nil obstat, quò minus possint esse simul : tametsi usus, & exercitium obligationis ortæ ex inito matrimonio sit ligatum.

§. V.

De indissolubilitate matrimonii.

1 Matrimonium potest considerari quoad torum, seu cohabitationem ; & quoad vinculum. Certum est, quoad torum posse matrimonium solvi etiam ex solo mutuo conjugatorum consensu: possunt enim, si velint castitatem vovere, & simul non cohabitare, dummodo adsit utriúsque conjugis consensus, plures enim viri sancti hanc è toro separationem ex mutuo consensu mariti, & uxoris voverunt, ut legitur de S. Henrico Romanorum Imperatore, & sancta Cunegunda ejus conjuge. Rursus matrimonium etiam in ratione contractûs civilis, & humani non est ita indissolubile, ut ejus dissolutio repugnet jure naturæ, ut docet Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 13. num. 8.* quia obligationes, quæ mutuo consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvi possunt, *§. ult. instit. quib. mod. toll. obligatio.* Quatenus verò est talis contractus scilicet matrimonialis est matrimonium jure naturali, & divino indissolubile, eò quia ex primæva institutione Authoris naturæ sit indissolubile, & desumitur ex *c. placuit. q. 7.* & *c. unic. de voto in 6.* & etiam ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* & habetur *Matth. 19. quod Deus conjunxit, homo non separet*, & etiam *Luc. 16.* ubi prohibetur viris uxores dimittere, & *1. ad Corinth. 7.* dicitur, hoc esse præceptum Domini. Quòd si Deus conjunxit primum hominem cum Eva vinculo indissolubili, & perpetuo, ut ait Tridentinum *d. sess. 24.* ubi ait : *matrimonij perpetuum, indissolubilémque nexum primus humani generis parens divini spiritus instinctu pronunciavit, cum dixit : hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea* ; sequitur, hoc vinculum indissolubile matrimonij esse de jure naturali, & divino : siquidem in statu innocentiæ Adam indissolubiliter adhærebat uxori suæ Evæ : sed tunc nullum aliud extabat præceptum divinum positivum præter illud de abstinentia ab arbore vetita, proinde hæc indissolubilitas non est de jure positivo, sed naturali divino.

Præterea quia Christus *Matth. c. 19.* ait, *ab initio* (scilicet in statu legis naturæ) *non fuit sic* : 2
scilicet non fuit permissum dare libellum repudij, & dimittere uxorem, consequenter non erat tunc solubile matrimonium : sed in lege naturæ nondum matrimonium fuit assumptum ad rationem sacramenti, proinde ejus indissolubilitas non oritur ex sola ratione sacramenti, ac præcepto positivo, sed ex jure naturali. Tum quia ut docet D. Thomas in *3. p. q. 67. art. 1.* hanc indissolubilitatem exigebat natura contractus matrimonialis. Primò ut amor inter conjuges fidelior foret. Secundò ut major esset solicitudo circa res domesticas, cum conjuges sciant, se perpetuò teneri simul convivere. Tertiò quia sic tolluntur occasiones adulterandi, quæ procul dubio saltem frequentiores essent, si vir uxorem, & hæc virum dimittere posset, unde cùm natura hujus contractus matrimonialis videretur exigere hanc indissolubilitatem, sequitur, matrimonium ex natura rei, seu ex jure naturali divino esse indissolubile. Non enim matrimonium ordinatur tantùm ad generandam, sed etiam ad educandam prolem, quod commodè fieri non posset, si foret solubile ; si enim proles esset incerta malè educaretur.

Quòd si dicas, matrimonium ex mutuo conjugum consensu obligare, proinde posse ex eorundem mutuo consensu dissolvi, eò quia utrique volenti, & consentienti non fiat injuria, & omnis res, per quas causas oritur, per easdem dissolvitur *c. 1. de reg. jur.* & *§. final. instit. quib. mod. obligat. tollit.* Contra est, quia ab hac regula excipitur contractus conjugalis ob particularem, & diversam rationem : siquidem cæteri contractus ideo possunt dissolvi pro arbitrio contrahentium, quia cedunt in bonum eorundem : non ita contingit in matrimonio, quia postquam est initum non dependet amplius à contrahentium voluntate in conservari. Tum quia mutua potestas corporum, quæ traditur ad generationem, & educationem prolis, exigit perpetuitatem, adeo ut contrahentes teneantur assentiri in vinculum perpetuum juxta exigentiam matrimonij, ut amor inter conjuges sit fidelior, filij majori solicitudine educentur, & res domesticæ exactiùs procurentur. 3

An verò matrimonium infidelium consummatum dissolvi possit, si alter conjux ad fidem convertatur, & alter velit in sua infidelitate persistere ? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. uxor legitima 28. q. 1. c. final. 28 q. 2. c. quanto.* & *c. gaudemus de divort.* idque vel maximè verum est, si conjux manens in sua infidelitate nolit cum conjuge fideli cohabitare ; vel si velit, non tamen sine contumelia Salvatoris, adeo ut non cesset à blasphemiis contra Christum, aut à perversione alterius conjugis. 4

Verùm advertendum eſt, an conjux fidelis recuſans habitare cum conjuge infideli, id recuſat ex juſta cauſa: alioquin ſi conjux infidelis nullam det juſtam cauſam, fidelis tenetur cum ipſo habitare, ſi affulgeat ſpes, ut poſſit converti, & ex charitate procurare ejus converſionem.

5 Sin autem petetur quo jure ex juſta cauſa matrimonium inter infideles initum, & conſummatum diſſolvetur, ſi alter ad fidem fuerit converſus. Reſpondetur diſſolvi jure divino ex privilegio Chriſti in fevorem fidei: & deſumitur ex illo *1. ad Corinth. 7. quòd ſi fidelis diſcedit, diſcedat. non enim ſervituti ſubjectus eſt frater, aut ſoror:* ratio itidem eſt, quia majus eſt bonum fidei, quàm matrimonij; proinde ne ſemel ſuſcepta fides eb altero conjuge abnegeretur, conſultiùs fuit, ac rationi megis conſonum, ut matrimonium diſſolveretur, quando non niſi cum Chriſti contumelia deberet conjux fidelis habitere cum infideli: & ex alio capite obligare conjugem fidelem ed vitem cœlibem perpetuò ducendem duriſſimum forec.

6 Cæterum ſi conjux infidelis velit pertinaciter perſiſtere in ſue infidelitete, nec ulla ſit ſpes, ut convertatur, tunc ut docent plures cum D. Thoma *in 3. p. q. 59. art. 4.* Covarr. *2. p. de matrim. c. 6. §. 1. num. 2.* poteſt conjux fidelis non habitere cum infideli; quia ſi ratione adulterij adulter emittit jus ad cohebitationem, & licitum eſt innocenti cum eo non hebitere; ita à fortiori retione infidelitetis ſi in ille pertinaciter velit perſevcrere ebsque ulla ſpe converſionis. Imo D. Thomas *loc. cit. art. 3. ad 2.* ait non ſolùm poſſe, ſed etiam teneri conjugem fidelem non hebitare cum infideli, quia ex nimia infidelis pertinecia megnum immineret perverſionis periculum conjugi fideli ex hebitetione, & conſortio cum infideli.

7 Tum quia matrimonium tunc non haberet ſuam ſignificetionem ex parte fidelis, quia non ſignificeret unionem Chriſti cum eccleſia. Quòd ſi dices, D. Paulum *1. ad Corinth. 7.* aſſerere non debere maritum fidelem diſcedere ab uxore infideli, nec eam dimittere, ſi conſentiet habitere cum illo: ait enim Apoſtolus: *ſi quis frater habet uxorem infidelem, & hac conſentit habitare cum illo, non dimittat eam.* Contra eſt, quia Apoſtolus ibi nullum poſuit præceptum, ſed tantùm dedit conſilium, ut liquet ex verbis præcedentibus: *Ego dico, non Dominus* hoc eſt per modum conſilij.

8 Non tamen deſunt, qui cenſeant, Apoſtolum impoſuiſſe præceptum pro illo tempore primitivæ eccleſiæ ad vitanda ſcandala, quæ ex tali ſeparatione oriebantur. Communior tamen ſententia eſt, non fuiſſe præceptum, ſed tantùm conſilium humanum, quod pro temporis, & circumſtantiarum diverſitate variari poteſt.

9 Cæterum ſi dicamus, eſſe præceptum adhuc poſſet reſponderi, non eſſe præceptum obligatorium, niſi quando eſt probabilis ſpes de converſione conjugis, uc erec in primitiva eccleſia ſtentibus Apoſtolorum miraculis, & prædicatione. Poſſet etiam dici, eſſe præceptum humanum, quod mutari poſſit ex circumſtantijs; etenim fuit etiam præceptum Apoſtolicum in primitive eccleſia de non comedendo ſanguine ſuffocato, quod tamen præceptum non duravit niſi per aliquod tempus ſub illis eccleſiæ exordijs.

10 Quòd ſi infidelis ſine contumelia Salvatoris velit habitare cum conjuge fideli abſque ullo ſcandalo, tunc non licet conjugi fideli ad ſecundas nuptias tranſire, ut docet D. Thomas *in 3. p. q. 59. art. 5. in corp.* & eſt expreſſa deciſio Innocentij III. *in c. 4. & c. gaudemus de divortiis*, ubi Pontifex reſeripſit, hujusmodi matrimonium diſſolvi non poſſe niſi in duobus caſibus; hoc eſt, niſi infidelis renuntiet cohabitere, vel ſi velit cohabitare, id temen non contingat ſine Salvatoris contumelie, & conjugis fidelis ſcandalo.

11 Quòd ſi conjux fidelis ſtatim poſt converſionem alind matrimonium contraheret cum fideli, non tamen prius ſolveretur, quia ut docet D. Thomas *3. p. q. 59. art. 5. ad 2.* per ſimplicem converſionem non diſſolvitur matrimonium, quia poteſt contingere, quòd etiam alter conjux convertatur; idque deſumitur etiam ex c. *gaudemus de divortijs in fin.* ubi expreſsè dicitur, quòd ſi antequam fidelis contrahat, infidelis ad fidem etiam convertatur, facta utriúsque ſeparatione, tenetur fidelis eum ut verum conjugem habere: ergo Pontifex ſuppoſuit primum matrimonium cum infideli ex ſimplici converſione alterius conjugis non fuiſſe diſſolutum.

12 Quòd ſi dicas *in c. fin. 28. q. 2.* diti, contumeliam Salvatoris ſolvere jus matrimonij. Contra eſt, quia id, non eſt ita intelligendum, ut eo ipſo, quòd infidelis habitare renuit ſine Chriſti injuria; matrimonium diſſolvetur, ſed tantùm ut fidelis acquirat jus diſſolvendi matrimonium, & tranſeundi ad alias nupties: unde inde non ſequitur, quòd ex præciſa converſione unius conjugis matrimonium diſſolvetur. Quinimo ſi non poſſit conjux fidelis habitare cum infideli ob contumeliam Salvatoris, vel quia pertinaciter velit perſiſtere in ſua infidelitate; tenetur conjux fidelis, antequam tranſeat ad ſecundas nuptias, monere conjugem infidelem, an velit converti: è converſo neque diſſolvitur matrimonium ex eo præciſè, quòd infidelis alteri nubat, priúsquam fidelis id præſtet: ratio eſt, quia hoc privilegium diſſolvendi matrimonium conceſſum fuit ſoli fideli in favorem fidei, non verò infideli.

13 Matrimonium ratum, & conſummatum, inter fideles Chriſtianos eſt indiſpenſabiliter indiſſolubile ex jure divino addito juri naturali, ſeu ex præcepto Chriſti impoſito in lege evangelica *Matth. 19. quod Deus conjunxit homo non ſeparet.* Id intereſt diſcriminis inter matrimonium ratum, & conſummatum quoad ſignificationem, quia ratum ſignificat unionem diſſolubilem Chriſti cum anima exiſtente in gratia; vel ut volunt alij, repræſentat unionem Chriſti per charitatem cum tota eccleſia, & cùm utrèque unio quoad membra eccleſiæ ſit diſſolubilis per culpam lethalem, quamvis non ita

quo-

quoad totam ecclesiam simul; ideo matrimonium ratum dissolvi potest. Consummatum verò significat indissolubilem unionem Christi cum ecclesia per carnem assumptam, & sicut hæc onio est indissolubilis; ita etiam matrimonium consummatum, quia tunc verè fiunt una caro, ut expressè habetur *in c. 2. de convers. conjug. & c. lex. 27. q. 2.* & desumitur etiam *ex c. Agathosa. fin. 27. q. 2.* adeo ut solùm matrimonium consummatum significet eam conjunctionem, per quam Christus factus est cum ecclesia una caro per mysterium incarnationis, ut liquet ex Apostolo Paulo *ad Ephes. 5.* obi postquam præmisisset *erunt duo in carne una* scilicet per matrimonium contmmatum; postea subdit, *Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo, & ecclesia.*

14 Probatur, matrimonium consummatum inter fideles Christianos esse indissolubile jure divino positivo, quia Christus *Marc. 10.* ait, *quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit adulterium committit*, & infra, *si uxor dimiserit virum suum, & alium duxerit machatur*; & *Matth. 19.* cùm Christus dixisset: *erunt duo in carne una* postea subdit: *quod ergo Deus conjunxit homo non separet*: quod specialiter de matrimonio consummato intelligitur, quia per illud conjuges verè fiunt una caro. Id etiam definitur in Concilio Florentino *sess. ult. in decreto union.* & in Tridentino *sess. 24. can. 5.* Quòd si dicas, Christum *Matth. 19.* dicere *quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur*: ex quo videtur inferendum ob fornicationem posse virum dimittere uxorem suam, & aliam ducere, consequenter dissolvi tunc matrimonium. Contra est, quia Christus ibi tantùm loquitur de dimissione uxoris quoad torum, & cohabitationem, non autem de dimissione uxoris quoad vinculum, adeo ut sensus verborum sit. Quòd fornicatio, seu adulterium sit justa causa, ob quam maritus separetur quoad torum, & cohabitationem à conjuge adultera; non verò quòd ob fornicationem possit maritus aliam ducere.

15 Si instes, ob solam separationem quoad torum virum non posse dici mæchum, proinde verba illa *nisi ob fornicationem* non esse intelligenda de sola separatione quoad torum, sed de transitu ad alias nuptias, quas non potest nisi ob fornicationem inire, & si eas contrahat, & matrimonium consummat cum secunda, mæchatur. Contra est, quia illa exceptio *nisi ob fornicationem* referenda tantùm est ad verba antecedentia scilicet *qui dimiserit uxorem suam*, adeo ut sensus sit, quòd non debeat vir separari ab uxore quoad torum nisi ob fornicationem, non verò refertur ad sequentia, *& aliam duxerit, machatur*; & hæc explicatio concordat cum alio textu *Luca 16. Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, machatur*: & qui dimissam à viro (scilicet ob fornicationem) duxerit, mæchatur: unde ideo mæchatur, quia non obstante fornicatione, & dimissione uxoris à marito matrimonium non dissolvitur.

16 Cæterum matrimonium ratum, & nondum consummatum dissolvi potest per solemnem professionem emissam in aliqua religione approbata, vel per dispensationem factam à summo Pontifice. Ratio prioris est, quia cùm per solemnem professionem in religione approbata vir religiosus contrahat matrimonium spirituale cum Deo, fortius est matrimonium spirituale, quàm carnale, proinde hoc illi cedit. Quòd verò matrimonium ratum, & nondum consummatum possit etiam dissolvi per dispensationem summi Pontificis, docent communiter Theologi, & Canonistæ: & ratio est, quia matrimonium ratum non est omnino indissolubile, non ex ratione contractûs, ut liquet ex matrimoniis infidelium, quæ dissolvi possunt. Neque ex ratione sacramenti, aut illius significationis, quia matrimonium tantùm significat conjunctionem Christi per charitatem cum fidelibus, quæ conjunctio dissolvi potest, quatenus possunt fideles per peccatum lethale amittere gratiam, & charitatem, & separari à Christo: ergo Pontifex potest in matrimonio rato dispensare, cùm sit ex se dissolubile: hinc de facto plures Pontifices hujusmodi matrimonia tantùm rata, & nondum consummata solverunt, quia cùm potestas ligandi, ac solvendi à Christo fuerit ecclesiæ concessa in utilitatem animarum, ideo prout consultius visum fuerit extendenda est hæc facultas, utpote favorabilis ad ea omnia, quæ speciali jure divino non prohibentur: & quia nullibi in jure prohibetur dissolvi matrimonium ratum, & nondum consummatum, sequitur, posse Pontificem ratione potestatis sibi à Christo concreditæ ligandi, & solvendi, hujusmodi matrimonia rata ex justis causis dissolvere. Tum quia Pontifex potest dispensare in voto solemni: ergo à fortiori etiam in matrimonio rato, cùm hoc sit vinculum debilius voto solemni.

Si dicas, Pontificem non posse dispensare in jure divino naturali: sed matrimonium licèt ratum tantùm jure divino, & naturali est indissolubile, proinde non videtur, quomodo possit Pontifex dispensare. Contra est, quia tametsi matrimonium ratum ex primæva Dei institutione dicatur indissolubile; id tantùm dicitur quia ex mutuo ipsorum contrahentium consensu dissolvi nunquam possit, eò quia se obligaverint ad vinculum perpetuum; non verò dicitur indissolubile, quia non possit dissolvi à superiore, seu summo Pontifice ob bonum publicum communitatis: neque tunc Pontifex propriè, ac immediatè, & directè dispensat in ipso jure divino, sed tantùm in contractu humano, & civili: & quia per sublationem hujus contractus cessat fundamentum obligationis juris divini, & naturalis, ideo indirectè, & per accidens cessat jus divinum, & naturale: contractus autem matrimonialis cùm sit civilis, & humanus dependet à legislatore civili, & humano: & quia in tali contractu fundatur jus naturale divinum, cessat hoc jus cessante ipso contractu. 17

Hoc etiam contingit in dispensatione voti, & juramenti: non enim superior ecclesiasticus dispensat tunc propriè in jure divino, vel naturali, quo votum, vel juramentum obligat, sed 18

tollit

tollit ipsam promissionem ab homine, quæ est fundamentum illius obligationis, quam homo spontè sibi imposuit, & sublato fundamento cessat res fundata in ipso. Hinc quamvis Pontifex non possit immutare sacramentum, quia tamen in matrimonio dependet ex contractu humano, in quo fundatur ratio sacramenti, ideo si contractus dissolvatur per authoritatem Pontificis, indirectè etiam desinit ratio sacramenti: quo pacto quia Ecclesia irritat matrimonia clandestina in ratione contractûs civilis, & humani, cessat ratio sacramenti in matrimonio clandestino, eò quia Christus non assumpserit ad rationem sacramenti nisi contractum validũ, & approbatum ab ecclesia.

19 Quòd si dicas, matrimonium etiam ratum esse perpetuum, & indissolubile, proinde non posse per ecclesiasticam dispensationem solvi. Contra est, quia matrimonium ratum, ut superiùs diximus, dicitur tantùm indissolubile respectu contrahentium, quatenus ab ipsis non potest ampliùs dissolvi, non verò respectu potestatis Pontificiæ ligandi, & solvendi, prout consultiùs visum fuerit ad utilitatem animarum, quia cùm hæc potestas sit favorabilis, debet ad ea omnia extendi, quæ non prohibentur specialiter jure divino.

20 Neque ex eo, quòd possit Pontifex dispensare in matrimonio rato, sequitur, quòd possit etiam dispensare in matrimonio consummato. Nam est dispar ratio, quia matrimonium consummatum ex Christi institutione est assumptum ad significandam unionem Christi cum ecclesia, & Verbi cum humanitate, & quia hæc unio est indissolubilis, ideo matrimonium consummatum significans hanc unionem indissolubilem desumit ab eadem indissolubilitatem: secus matrimonium ratum tantùm, & non consummatum, quia significat unionem Christi cum fidelibus ratione charitatis, & hæc unio est dissolubilis, quatenus fideles per peccatum lethale possunt amittere gratiam, & charitatem, proinde etiam unionem, fit, quòd hæc unio dissolubilis reddat etiam matrimonium ratum tantùm, & nondum consummatum dissolubile, non ab ipsis contrahentibus, sed ab ecclesia: & hæc est ratio, cur Christus dederit ecclesiæ potestatem solvendi matrimonium tantùm ratum, non verò consummatum: differunt enim hæc matrimonia tanquam perfectum integraliter, & imperfectum, quia consummatio est quædam integralis perfectio matrimonij.

21 Cæterum ut dispensatio in matrimonio rato, & nondum consummato licita sit, & valida, requiritur justa causa, quia in jure naturali, & divino, ex quo oritur indissolubilitas matrimonij etiam rati, nec licitè, nec validè dispensatur, sicut nec in voto etiam simplici, nisi justa causa subsit, quia Pontifex in his non est absolutus, & despoticus Dominus, sed tantùm dispensator fidelis.

22 Justæ autem causæ dispensandi in matrimonio rato plures sunt, quæ assignantur à Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 16.* Prima est notabilis disparitas in qualitate, quando contrahentes sunt notabiliter conditione impares, & cæco amore ducti matrimonium inierunt: quia cùm matrimonium ordinetur ad mutuam amicitiam, & concordiam, cui disparitas conjugum vel maximè adversatur, cùm omne animal diligat sibi simile, ideo hæc disparitas habetur justa causa ad dissolvendum matrimonium ratum, & nondum consummatum, quâ ratione apud Romanos nuptiæ inter Impares habebantur illegitimæ, ut notat Tiraquel. *lib. 5. connubial. Gloss. 1. p. 5. num. 16.* esse hanc conjugum disparitatem in conditione sufficientem causam dispensandi in matrimonio rato, & nondum consummato censent communiter Canonistæ Decius, *cons. 112. ad fin.* Felin. *cons. 26. n. 20.* Soccin. *cons. 28. n. 8. lib. 1.* Menoch. *cons. 385. n. 4. vol. 4. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. n. 39.*

23 Secunda causa est gravis timor scandali magni futuri, eò quia id cedat in magnum damnum commune, & inde solent oriri rixæ graves, & neces, ut docet Menoch. *loc. cit. præsumpt. 10. n. 24.*

24 Tertia est lepra alteri superveniens, quia cùm matrimonium ordinetur ad futurum corporis usum ratione sobolis procreandæ, & extinguendæ libidinis, & lepra id impediat ob contagionis periculum, ideo cùm per ipsam finis matrimonij non obtineatur, potest Pontifex dispensare in matrimonio tantùm rato, & Borgasius *de irregularit. p. 6. tit. de sponsal. n. 74.* refert, Martinum V. dispensâsse ob lepram. Hinc etiam impotentia ad consummandum matrimonium, si superveniat, antequam fuerit consummatum est justa causa illud dissolvendi, ut notat Menoch. *de præsumpt. 16. n. 44.*

25 Quarta est quando alter conjugum asserit, se non habuisse animum contrahendi: verùm id in foro exteriori debet probari, & ostendi per testes, quòd nullo modo induci potuerit, ut præstaret verum consensum.

26 Quinta si vir efficiatur Episcopus; sed casus est valdè rarus, nec talis assumeretur nisi ob ingens, & necessarium bonũ ecclesiæ, quia tunc causa consulendi bono communi censeretur sufficiens ad dissolvendum matrimonium ratũ.

27 Sexta quam assignat Sanchez *loc. cit.* est mutuus conjugum consensus. Quod tamen Sanchez modificat, si inter se ita essent discordes conjuges, ut infelices exitus absque spe remedij timerentur. An verò possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato infidelium, si ambo baptizentur, Navarrus *lib. 3. cons. tit. de convers. in fidel.* asserit, posse, cujus sententiæ adhæret etiam Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 17.* & ratio, quâ nititur, est, quia matrimonium ratum fidelium est firmius, quàm consummatum infidelium: siquidem majorem firmitatem sortitur matrimonium ex ratione sacramenti, quàm contractûs naturalis: atqui matrimonium consummatum inter infideles non habet nisi rationem contractus civilis, & humani: & matrimonium ratum tantùm apud fideles non solùm habet rationem contractus civilis, sed etiam rationem sacramenti, proinde si Pontifex potest dissolvere matrimonium ratum inter fideles, à fortiori poterit etiam dissol-

vere

vere matrimonium consummatum apud infideles.

§. VI.

De mutua coniugum obligatione.

1 CErtum est, conjuges ratione matrimonij validè initi plures contrahere obligationes quoad habitationem, elimante præstanda, liberos educandos, debitum conjugale reddendū, de quibus cursim hic dicamus. Quòd ad cohabitationem attinet, tenentur conjuges simul cohabitare, & non solùm in eadem domo, sed etiam mensa, & toro saltem ut plurimum, & desumitur *ex c. 1. & 2. de conjug. lepros.* & etiam *ex c. 2. Genes. propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ*; ex mutuo tamen consensu potest separatio tori fieri ad tempus, ut innuit Apostolus *1. ad Corinth. 7.* ubi alloquens conjugas ait, *nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus.* Non tamen sine legitima causa, & non nisi secluso periculo incontinentiæ in utroque conjuge potest hujusmodi separatio fieri.

2 Regulariter secluso pacto tenetur mulier virum aliò migrentem sequi, adeò ut si vir mutet domicilium, & in alium illud transferat locum etiam dissitum, teneatur mulier mariti m sequi, ut habetur *in c. 3. caus. 13. q. 2.* ubi dicitur *Unaquaque mulier sequatur virum suum sive in vita, sive in morte.*

3 Id tamen limitatur, nisi in pactis matrimonialibus certus locus fuerit prohabitatione destinatus; tunc enim uxor non teneretur maritum hinc discedentem sequi, nisi nova oriretur justa causa non prævisa tunc, quando fuit matrimonium initum, pactúmque eidem adjectum; quia si hæc superveniens justa causa mutandi domicilium fuisset prævisa, conjuges non addidissent contractui matrimoniali illud pactum non discedendi à tali loco.

4 Limitatur secundò, si mulier ex eo, quòd unà cum marito aliò se transferret, deberet grava corporis, vel animæ pati detrimentum, ut si maritus, qui matrimonium contraxit cum sua uxore catholica hic Monachij, vellet Norinbergam transferre domicilium, ubi non sunt nisi Lutherani, mulier enim ob periculum perversionis, & ex defectu subsidiorum spiritualium, quæ Norinbergæ ipsi deessent, non teneretur maritum sequi.

5 Limitatur tertiò, si maritus vellet semper hinc inde vagari, & nullibi fixum habere domicilium; nisi mulier, cùm matrimonium contraxit, sciverit, maritum nullibi habere certam sedem fixam, sed negotiationis causâ semper vagari, in quo casu teneretur illum sequi; aliter non; quia id esset nimis grave, & molestum uxori. Quòd si maritus ex inhonesta, & turpi causa vagari vellet, non teneretur uxor eum sequi.

6 Limitatur etiam si maritus vellet ebeque justa causa longam suscipere peregrinationem, quæ valdè incommoda foret conjugi: cæterum si justa subsit causa, & non contingat grave incommodum conjugi, tenetur hæc virum sequi mutantem domicilium; ratio est, quia conjuges tenentur ad mutuum obsequium, quod præstare non possent, si simul non cohabitarent: & cùm vir sit caput mulieris tenetur uxor parêre marito, eúmque sequi si sine gravi incommodo domicilium mutat.

Imò probabile est, teneri uxorem maritum mutantem domicilium sequi, tametsi justa causa ei non appareat, dummodo ei non videatur turpis, & inhonesta, quia cùm vir sit caput mulieris, ad virum pertinet eam dirigere, & gubernare, proinde etiam domicilium eligere, unde quomodocúnque vir domicilium eligat, dummodo non sit ex turpi, & inhonesta causa, nec mulier grave patiatur detrimentum in corpore, vel enima ex tali mutatione, tenetur virum sequi, ut notat Glossa *in c. 1. de conjug. lepros. V. sequatur*, & Hostiensis ibid. Abbas *c. de illis. n. 4. h. t.* Quòd si vir tantùm negotiationis causa sese transferret ad alium locum animo redeundi intra unum, vel alterum mensem plures censent, non teneri mulierem virum sequi, eò quia tunc non transfert domicilium, & mulier manet in domicilio viri, alioquin teneretur mulier virum sequi, quocúnque iret etiam per unam, vel alteram hebdomadam, quod nimie grave contingeret mulieri. 7

Quòd si vir ob delictum teneretur exulare à patria, & relinquere domicilium; censent plures, non teneri tunc uxorem maritum sequi, eò quia non sit consonum æquitati, ut uxor innocens patiatur grave incommodum exilij ob culpam mariti: hoc enim petinda foret ad damnare innocentem ad pœnam subeundam ob delictum alterius, ut docet Bald. *l. si cùm dotem. §. si maritus. num. 1 ff. sol. matr.* Imola ibid. *n. 17.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 10. n. 4.* ubi eddit, neque teneri mulierem virum excommunicatum sequi. Nihilominus probabilior sententia est, teneri mulierem maritum sequi etiam cùm ob delictum tenetur à patria exulare, quia uxor debet infortunium viri sequi *l. si cùm dotem, §. sin autem. ff solut. matrim.* & eadem ratione tenetur etiam cohabitare cum viro excommunicato *c. inter alia de sentent. excommun.* 8

Neque tunc punitur uxor innocens ob delictum alterius; quia pœna non injungitur uxori, sed tantùm ipsi viro, adeo ut possit uxor ex consensu mariti manere in patria, vel quoties ipsi placuerit ad illam revarti: unde per accidens tantùm indirectè punitur uxor eò quia sit matrimonio conjuncta tali viro, quem tenetur sequi ex causa necessaria, & inevitabili aliò migrantem: hoc etiam dici potest de servo mariti exulantis à patria, non enim servus innocens punitur pœnâ exilij, sed quia ratione servitutis tenetur Dominum sequi, ideo indirectè tantùm, & per accidens dicitur in hoc puniri famulus, quatenus hic jure servitutis tenetur dominum sequi, ut docet Glossa *c. 1. qui matrim. accus. poss. V. exiit.* Hugo *c. si quis necessitate 34. q. 1.* Econtra quando uxor ex causa necessaria recadit 9

à domicilio illud aliò transferens tenetur vir illam sequi: ratio est, quia quoad mutua obsequie conjugalia sibi præstanda pares sunt vir, & mulier; si enim hæc ob aëria intemperiem ex medicorum consilio deberet domicilium in alium salubriorem locũ transferre, teneretur vir eam sequi, quie mulier eum periculo vitæ non teneretur moreri in priori loco, ut docent Glossa *c. 1. de conjug. leprof. V. sequatur.* ibid. Hostienf. & Ancharanus *n. 6.*

10 Discrimen autem inter virum, & uxorem quoad obligationem comitandi in eo consistit, quòd cùm vir sit capnt mulieris, & pertineat ad virum mulierem gubernare, potest ad libitum vir domicilium aligere, si aliquod ex tali mutatione commodum ipsi oriatur, & uxor renetur eum sequi; secus cùm uxor subijciatur marito, nõ potest ex quacúmque causa habitationem eligere, nec virum compellere, ut ipsam sequatur: quòd si ob vitæ periculo cogatur mulier domicilium mutare, tunc jus matrimonij virum adigit cohabitare cum uxore, proinde eum compellit, ut illam sequatur, proinde etiam ut domicilium mutet, quie id pertinet ad mutua obsequia conjugalia, quæ tenentur conjuges sibi mutuò præstare, adeò ut in ijsdem habeantur pares.

11 Alia obligatio, quam contrahit maritus ex vi matrimonij initi, est prolem elere, & familiam gubernare, quia ad hoc accipit fructus dotis *l. dotis, 7. §. de jure detium. l. pro eneribus 20. C. eod.* Si tamen uxor vellet sine culpa mariti ab eodem se seperare quoad torum, & absque ulla necessaria causa etiam in alium locum se transferre, tunc non teneretur maritus eam alere, quia uxor debet esse in obsequio viri *c. hac imago 13. cauf. 33. q. 5.* unde si mulier recufet præstare debitum obsequium, potest maritus ei denegare alimente, aliàs ipsi debita: siquidem qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet *l. si ea 3. C. de condit. insert.* Quòd si uxor à viro discederet ob ejus excedentem sævitiem, aut frequentem furorem, vel morbum contagiosum, tunc teneretur vir illam alere, si maritus jam totam dotem acceperit: secus tamen si illam nondũ accepit. Quòd si indotatam duxerit, tenetur illam alere, quia tunc debet sibi imputare, matrimonium contraxisse sine dote. E contra si maritus sit pauper, & uxor divitijs affluat, tenetur hæc viro suppeditare alimenta *l. si cum dotem 22. §. si maritus. ff. solut. matrim.*

12 Quod verò ad filios alandos pertinet, tenetur utérque parens necessaria ijsdem alimenta suppeditare, & etiam honestè, ac piè educare, ut monet Apostolus *ad Ephes. 6.* inquiens *Patres filios vestros educate in disciplina, & correptione Domini*, & *1. ad Corinth. 12.* ait: *Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs:* Ratio hoc idem etiam suadet, quia cum parentes dederint filijs esse naturale, tenentur etiam illud asse conservare, adeò ut non possint filios privare necessarijs alimentis, neque hæreditate, hinc si parentes moriantur ab intestato à jure succedunt filij, qui acceperunt esse ab ijsdem, & sunt veluti para superstes eorundem. Principalior tamen cura alendi filios ad patrem pertinet, quia ad hunc finem dotem accepit à sua uxore, ut opera matrimonij sustineat, ac familiam alat.

Quòd si pater inopia laboret, tenetur tunc supplere avus paternus *l. si quis 5. §. utrum autem ff. de lib. agnos.* deficiente etiam matre tenentur supplere avus, & alij ascendentes materni *l. penult. ff. eod.* Hæc autem procedunt ex suppositione, quòd liberi indigeant alimentis; alioqnin parentes non tenentur, si filij aliunde sufficientem habeant sustentationem, vel proprio labore, ec industria possint sibi consulere, ac providere necessaria *l. si quis à liberis 5. § sed si filios ff. de liber. agnos.* Nomine autem alimentorum non solùm intelliguntur, quæ necessaria sunt ad vitæ sustentationem, sed etiam quæ requiruntur ad vitam honestè, & competenter sustentandam, juxta propriam qualitatem, & statum personæ. 13

Ex jure canonico parentes filijs etiam illegitimis tenentur elimenta suppeditare habita ratione ad filios legitimos, adeo ut illegitimi nõ fiant pares legitimis, sed isti præferantur quoad omnia *c. cùm haberet 5. in fin. de eo qui duxit:* hinc jus canonicum correxit civile prohibens elimenta præstari filijs spurijs, *authent. ex complexu. C. de incest. nupt.* Quòd si proles illegitime nata sit, antequam mulier viro nuberet, qui prolem illam generavit; tunc obligatio elendi prolem illegitimam per primũ triennium pertinet ad matrem: & absolutè postea ad patrem: siquidem neturali jure debenter alimenta omnibus liberis sive legitimis, sive illegitimis, cùm natura sit illis communis. 14

Alie obligatio, quæ contrahitur à conjugibus est reddendi debitum matrimoniale, quod per se, & ex natura sue est licitum, & honestum, quapropter Apostolus *1. ad Corinth. 7.* ait: *Uxori vir debitum reddat, similiter autem, & uxer viro*, quia cùm ipsum matrimonium sit per se bonum utpote institutum in officium naturæ, & etiam præceptum à Deo ad propagationem humani generis, etiam ejus usus, ec redditio debiti utrínque suam contrahit honestatem, quinimò Deus *Genes. 2.* præcepit primis parentibus actum conjugelem cùm ipsis dixit *crescite, & multiplicamini.* Verùm licèt redditio debiti sit sub præcepto, ita ut unus conjux altero exigente teneatur debitum reddere, & quidem ex justitia ratione contractus matrimonialis, quo vir dedit dominium in suum corpus uxori, & hæc marito; non tamen petitio debiti conjugalis propriè sumpta per se est sub præcepto, quia nemo obligatur ad utendum jure proprio, præsertim si hoc non fuerit necessarium ad salutem corporis, vel enimæ. Per accidens tamen ex charitate potest contingere ut conjux teneatur debitum petere, si conjiciet marito iminere periculum incontinentiæ, quod facilè per debiti petitionem possit averrere: hoc autem modo debitum petere esset moraliter reddere, ad quod tenetur utérque conjux ratione translationis dominij sui corporis in alterum 15

in

in ordine ad actum generationis, adeo ut ex vi contractûs, & ex justitia teneatur reddere debitum, nec excusetur à culpa gravi, si sine justa causa seriò petenti negetur.

16 An verò si post matrimonium bona fide initum suborietur dubium de ipsius valore, possit conjox dabius de valore matrimonij petere, & reddere debitum; Basilius Pontius *de matrim. lib. 10. c. 15.* Vasquez *1. 2. disp. 66. c. 4.* Turrianus *in opusc. theolog. opusc. 10. disp. 4. dub. 1.* & alij censent, conjugem dubitantem de matrimonij valore non posse debitum petere, teneri tamen alteri reddere, & nituntur ea ratione: quia in dubiis sit tutior pars eligenda: & conjogi dubitanti sive mala, sive bona fide contraxerit, semper totius est non petere: siquidem ex eo quòd non petat, ad nullum se exponit periculum peccandi, & petendo se exponit tali periculo: rursus eidem conjugi tutius est reddere petenti bona fide, quàm non reddere, quia non reddendo se exponit periculo injustitiæ contra jus alterius conjugis petentis; & reddendo tantùm se exponit periculo fornicationis contra castitatem, & minus est peccare contra castitatem, quàm contra justitiam, ex quo concludunt, conjugem dubium de valore matrimonij teneri debitum reddere alteri petenti; non verò posse ipsum petere.

17 Nihilominus licèt ante sufficientem diligentiam edhibitam ad eruendam veritatem de valore matrimonij teneetur conjux dubitans debitum reddere, & non possit illud petere: post tamen adhibitam sufficientem diligentiem potest æqnè reddere, ac petere, ut docet Sanchez *tom. 1. lib. 2. disp. 41. n. 46.* ubi eit, ante diligentiam edhibitam ad assequendam veritatem, teneri conjugem dubitantem debitum reddere, non tamen posse petere, quie dubitens an res sit sua, quamvis eam retinere possit, non temen potest illa oti, donec veritas illi innotuerit: proinde conjux dubitane non potest debitum petere, seu uti matrimonio; donec sufficientem edhibuerit diligentiam pro veritate inquirenda.

18 Neque inde sequitur, non posse ante adhibitam diligentiam debitum reddere, eò quia hujusmodi redditio sit etiam usus matrimonij, Nam contra est, quia licèt sit usus matrimonij, non ita dominij, sed potius cujusdam servitutis, quia tenetur conjux ex vi contractus initi alteri petenti reddere debitum: cùm enim alter omnino bona fide possideet matrimonium, potest uti jure suo, proinde tenetur, qui dubitat, debitum illi reddere, & tunc qui reddit potiùs patitur, ne alter injustè privetur sua possessione: petere propriè est actus dominij, non verò reddere, quòd potioe importat subjectionem, & servitutem, quatenus qui reddit obtemperat alteri petenti.

19 Quòd verò post sufficientem inquisitionem si non possit dobium vincere, possit non solùm reddere, sed etiem petere; ex eo probat Sanchez *loc. cit.* quie possessor bonæ fidei, si dubitet rem esse elienam, & facto sufficienti examine non possit dubium vincere, tunc licitum illi est, non solùm rem illam detinere, verùm etiam illâ uti: unde conjux dubitans, si præmiserit sufficiens examen, & adhuc dubius hæserit, poterit matrimonio uti, non solùm reddendo, sed etiam petendo, idque vel maximè procedit, si moraliter sit impossibile post adhibitam diligentiem posse dubium vinci.

Quòd si dubium valoris matrimonij orietur ex dubio impedimenti impotentiæ, tunc etiam in contrarie sententie potest conjux utérque reddere, & petere debitum. Quòd si contingeret, conjugem dubitentem de velore matrimonij ante edhibitem diligentiam petiisse debitum, an in tali casu tenetetur alter ei debitum reddere, plures affirment cum Cordube *in summa. q. 45. punct. 3.* Henriquez *lib. 12. c. 6. n. 5.* eò qoia in dubio conditio possidentis semper sit melior: & in hoc dubio uterque conjux possidet ex suppositinne, qaòd atérque bona fide contraxerit. Verùm contreria sententia mihi videtur probebilior, qnie stante tali dubio, qui dubitat non hebet jus ed petendum debitum nisi post adhibitam sufficientem diligentiam ad ecqnirendem veritetis notitiam. 20

An verò si conjux dubitane de valore matrimonij contrahendi, illod nihilominus contrahat, possit postea reddera, & petere debitum: eliqui respondent, quòd si elter conjux bone fide contrexerit, tonc qui cum dubio matrimonium inivit, non possit debitum reddere, nec petere, ut docent Sotus *in 4. dist. 27. q. 1. art. 3.* Ledesma *de matrim. dub. 20.* Verùm probabiliue putârim cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 41. num. 2.* & eliis, posse qui cum teli dubio contrexit debitum reddere elteri bone fide possidenti, non verò posse ab illo debitum petere. Quòd si utérque conjux mela fide contraxisset, neuter posset petere, nec reddere, quis neutri suffrageretur possessio cùm hac male fide inchoata. Sin eutem conjuges haberent retiones probabiles pro valore matrimonij, censet Sanchez *tom. 1. lib. 2. disp. 42. num. 8.* esse tunc rationes considerationi permittendas docti, ec prudentie viri, à quo si judicatæ fuerint probabiles, ait, posse conjuges petere, & reddere debitum. 21

Quòd si fœmina contraxerit matrimonium cum impedimento dirimente, eò quie ante matrimonium peccaverit cum fratre sui mariti, si post contractum sciat ob impedimentum dirimene matrimonium fuisse nallum, ac prorsus irritum, an tunc teneatur reddere debitum marito petenti etiam pro illo tempore, quo ipsa petit dispensationem; & illi imminet vitæ periculum si nolit reddere debitum; videtur esse mejor difficoltas, & duæ extant contrariæ sententiæ, quarum prima docet, mulierem tonc consciem nullitatis sui matrimonij ob impedimentum dirimens non posse sine peccato debitum reddere merito petenti, ita docent Coninck *de sacrament. disp. 34. dub. 10. n. 96.* Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 39. c. 44. n. 3.* Bonacina *de matrim. q. 4. punct. 4. n. 17.* Guttieres *de matrim. c. 50. num. 4.* Senchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 39. num. 8.* ubi expressè ait, tenendom esse tanquem certissimum, conjugem matri- 22

matrimonii nullitatis conscium ob impedimentum dirimens sive divino, sive humano jure, in nullo eventu posse reddere debitum conjugi ignoranti, licèt excommunicetur ab ecclesia, ac vitæ periculum subeat, & gravissima sequantur scandala. Ratio, quâ nititur hæc sententia, est, quia si licitum foret conjugi conscio nullitatis matrimonii reddere debitum alteri petenti, sequeretur, fornicationem aliquando posse licitam esse, scilicet causâ tuendæ famæ, ac vitæ, si periculum immineat; atqui hoc asserere est falsum, quia in communi omnium Theologorum sententia, fornicatio est intrinsecè mala: & sicut etiam cum vitæ periculo non potest quis licitè peccare, ita neque debitum reddere, si certè sciat, matrimonium esse nullum ob impedimentum dirimens: quia tunc certè scit per redditionem debiti fornicari, quod est intrinsecè malum: unde si licitum esset in tali casu reddere debitum, etiam licitum foret subinde fornicari.

23 Alia sententia è contra asserit, conjugam impedimenti occulti conscium posse reddere debitum alteri petenti si gravissimum ipsi immineat malum, nisi reddat; & hæc sententia mihi videtur probabilis cum Magistro *in 4. dist. 38.* Hugone de S. Victore *de sacram. p. 11. c. 6.* Diana Coordinat. *de sacram. matrim. resol. 176. n. 3.* Molfesio *in summa. tom. 1. tract. 4. c. 14. n. 19.* quia licèt revera respectu conjugis conscii impedimenti dirimentis occulti matrimonium sit irritum; ex parte tamen alterius, qui bona fide contraxit, est validum, adeo ut si cognoscarat carnaliter aliam fœminam adulterium committeret, ratione matrimonii bona fide à se contracti; unde si respectu illius est verum matrimonium; copula est licita respectu eiusdem, cùm excusetur ab ignorantia invincibili: & ratione matrimonii initi acquisivit jus petendi debitum, quo non debet privari sine justa causa, quæ illi innotescat, & quia alter conjux conscius impedimenti dirimentis non tenetur se diffamare, neque ei manifestare, se ante matrimonium rem habuisse cum suo fratre ob periculum vitæ, quod illi immineret, & etiam ob jacturam famæ in re tam gravi; ideo si conjux, qui bona fide contraxit, petat debitum; potest licitè reddere, præsertim si jam petierit pro dispensatione, quia præsumitur, quòd Pontifex statim dispenset, atque talia redditio videtur mala, cùm sit actus justitiæ, quo conjux conscius impedimenti dirimentis reddit alteri conjugi, quod est ei debitum ex vi matrimonii à se initi: reddere enim, quod alteri est debitum est actus virtutis justitiæ, proinde non est malum: neque conjux impedimenti conscius consentit in opus peccati, quia ipse non se habet activè, sed tantùm passivè permittendo, ut alter conjux exerceat suum jus in eius corpus ipsi quæsitum ex vi matrimonii; permittere autem, seu non impedire, quod alter accipiat, quod ipsi est debitum, non est, se habere activè, sed tantùm vel negativè, vel merè passivè.

24 Secundò quia in sententia D. Thomæ, & plurium Theologorum potest judex eum condemnare, quam scit esse innocentem, si ex allegatis, & probatis in judicio constet esse reum: & ratio est, quia judex non potest in tribunali sententiam ferre nisi ut minister publicus, proinde nisi juxta approbata, & allegata in eodem judicio, tametsi ut persona privata certè sciat, reum esse innocentem: ergo à pari licèt conjux conscius impedimenti dirimentis occulti, sciat matrimonium esse nullum, quia tamen id scit privatim; & matrimonium initum fuerit coram facie ecclesiæ, & alter conjux bona fide contraxerit, non tenetur stare privatæ notitiæ quoad redditionem debiti, sed publicæ, & secundùm id, quod factum fuit coram parocho, & testibus. Tum quia peccatori occulto publicè petenti tenetur parochus ministrare sacramenta: ergo à fortiori tenetur debitum reddere conjux conscius nullitatis matrimonij ob impedimentum occultum, & dirimens.

Demum quia tametsi malum foret debitum 25
reddere, adhuc si conjugi immineret periculum vitæ, ac perpetuæ infamiæ, videtur ex his duobus malis, ne majus sequatur; permittere, seu non impedire, quod est minus: minus autem malum est reddere debitum, quàm permittere, ut sequantur tot scandala, ut perpetua infamia, uxoricidium: siquidem ex duobus malis minus est eligendum *c. duo mala dist. 13.* & licèt id verum sit de malis pœnæ, non verò culpæ, non tamen redditio debiti esset malum culpæ, quia esset actus justitiæ, & conjux conscius impedimenti tantùm se haberet passivè, permittendo, vel non impediendo ut alter conjux, qui bona fide contraxit, jus suum exerceat, cùm enim non concurrat activè petendo, vel alliciendo, sed tantùm merè permissivè, non videtur delinquere: sicut nec delinquit Princeps, si ad impedienda adulteria permittit meretrices, eò quia simplex fornicatio sit minus malum; & Princeps tunc tantùm se habet permissivè, vel negativè non impediendo minus malum, ne majus sequatur.

Hæc sententia quamvis sic explicata probabilis sit: nihilominus conjux conscius impedimenti dirimentis teneretur ex aliquo palliato prætextu se ab alio conjuge ad tempus separare, donec dispensationem ab impedimento dirimente obtineret, si id fieri posset absque suspicione, & scandalo: imò, & ex consensu alterius coniugis, tunc enim tutiùs procederet. Juvat etiam observare, quòd si ad Pontificem non facilis pateret accessus ob inopiam, vel ex alia justa causa impediente, posset Episcopus loci super dictis impedimentis dispensare, vel docet Ochagavia *de sacrament. tract. 2. de matrim. q. 11. conclus. 3. n. 5.* 26

Oritur tamen alia difficultas, an impetrata 27
à Pontifice, vel Episcopo dispensatione super impedimento dirimente teneatur conjux impedimenti conscius aperire alteri matrimonium contractum fuisse irritum ex defectu impedimenti, idque ad eum finem, ut de novo ambo consentiant in matrimonium. Plurea censent, teneri conscium impedimenti alteri illud manifestare, ut iterum consentiat in matrimonium,

monium, ita docent plures apud Sanchez, quos ipse etiam sequitur *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 36. num. 8.* & huic sententiæ etiam adhærent Basilius Pontius *de matrim. lib. 4. c. 28. n. 2.* Hurtadus *de matrim. disp. 3. difficult. 10 n. 36.* Rebellius *p. 2. lib. 2. q. 9. n. 4.* Lessius *de justit. lib. 2. c. 17. dub. 11. n. 76.* nititur hæc sententia; tùm quia nihil sit magis contrarium consensui, quàm error *l. si per errorem ff. de jurisd. omn. judic.* & quia alter conjux contraxit ex errore, quo putavit fœminam esse suam uxorem, quâ ratione in illam consensit, & non aliter, ideo ad eandem accessit, eò quia putavit, se potuisse cum ipsa contrahere matrimonium absque ullo impedimento; quòd si impedimentum ei innotuisset, minimè contraxisset: ergo cùm consenserit ex errore, & per errorem ad illam accesserit, censendus est non consensisse in tale matrimonium, proinde teneri iterum assentiri.

28 Tum quia conjux ignarus impedimenti præcedentis, & nunc per dispensationem ablati, tantùm intendit per copulam conjugalem, vel aliâ verba ex errore prolata approbare prius matrimonium, & non aliud de novo efficere. Quinimò si conscius esset impedimenti forsan nollet ampliùs illud inire. Nihilominus contraria sententia est probabilis, & docet, conjugem impedimenti conscium obtenta dispensatione, & cessante impedimento non teneri alteri aperire matrimonium ratione impedimenti dirimentis fuisse nullum; sed sufficere, si cautè curet utriusque consensum renovari; ut si dicat conjux impedimenti conscius alteri, se esse benè contentum habere ipsum in proprium conjugem, & interim interrogare etiam alterum, an & ipse sit benè contentus; sed hæc interrogatio tunc deberet fieri quando alter debitum petit, & conjux impedimenti conscius est moraliter certus, quòd debeat annuere: & si annuat etiam ad majorem securitatem, & expressionem posset addere conjux conscius impedimenti, & si ego deberem iterum nubere; alteri nullem nubere, quàm tibi, ut facilè alter conjux hoc idem repetat: tunc enim sine propriæ infamatione potest haberi utriusque conjugis novus consensus quo matrimonium, quod antea erat nullum, suum acquirit valorem: non enim est necesse, ut hic novus consensus utriusq; conjugis exprimatur coram Parocho, & testibus, quia id jam fuit factum, quando fuit initum coram facie ecclesiæ matrimonium, licèt ratione impedimenti fuerit nullum: siquidem hæc nullitas fuit tantùm occulta, & ecclesia præsumit matrimonium fuisse validè contractum.

29 Tum quia ecclesia judicat inter ipsos conjuges esse verum matrimonium, quod sufficit, ut non repetantur consensus coram parocho, & testibus: hæc inquam sententia est perquàm probabilis præsertim si timeatur scandalum, aut aliud grave damnum. Imò probabile etiam est, sufficere, si conjux conscius impedimenti dirimentis impetrata dispensatione de novo in tale matrimonium consentiet, dicátque confessario, vel ex se, velle habere in maritum suum conjugem: quia cùm alter conjux verè consenserit, & ignarus impedimenti bonâ fide contraxerit, talis consensus virtualiter, & habitualiter censetur perseverare: unde quando conjux ignarus impedimenti petit ab altero debitum conjugale, cùm in tali petitione sit virtualiter annexus consensus in matrimonium; siquidem eatenus petit tale debitum, quia supponit esse suam conjugem, & eatenus supponit esse conjugem suam, quia consentit in illam, ut in uxorem, & accedit ad illam, ut ad propriam conjugem, quæ omnia includunt consensum conjugalem si non explicitè, saltem implicitè, & virtualiter: unde tametsi alter conjux tunc non extorqueret ab ipso alium consensum, sufficeret si diceret, se esse benè contentum habere ipsum in conjugem, & si iterum deberet nubere, alteri non nuberet, quàm ipsi.

Hæ omnes sententiæ sunt probabiles: si tamen nullum timeretur scandalum, nec grave damnum ex eo, quòd conjux impedimenti conscius illud alteri aperiret, ut iterum explicitè ambo consentirent in matrimonium, tutius tunc esset, si ambo explicitè elicerent novum consensum, neque esset necesse hunc novum consensum exprimere coram parocho, & testibus, quia id iam antea præstiterunt, quando matrimonium iniverunt; quòd sufficit, ut matrimonium non sit clandestinum, quia ecclesia potest semper probare, eos esse veros conjuges. 30

An verò sit semper peccatum lethale non reddere debitum conjugi petenti? Respondetur cum distinctione si conjux nunquam, vel non nisi rarissimè debitum redderet alteri seriò petenti, idque vel ob dissidia, quæ solent inter conjuges oriri; vel ob injuriam alteri illatam; & in vindictam illius nollet dare, quod ipsi debet, vel etiam si ex tali denegatione periculum incontinentiæ immineret alteri, tunc procul dubio denegatio debiti esset peccatum lethale, quia contingeret cum gravi damno alterius conjugis, & esset contra justitiam: cæterum si frequenter conjux alteri debitum redderet, & tantum nonnunquam illud denegaret, quando precibus, & blanditiis illud peteret; nisi fortassis ex verecundia non auderet aliter petere, talis denegatio debiti non esset tunc peccatum lethale, quia conjux eo ipso, quòd precibus, & blanditiis exigit debitum, præsumitur nolle conjugem graviter obligare, imò persæpe neque leviter: & hac ratione excusentur ab omni peccato debitores pecuniarii, qui suis creditoribus precibus, & blanditiis petentibus debita non solvunt, ut notat Sotus *in 4. dist. 32. q. unic. art. 1.* 31

Non tamen excusatur è peccato levi denegare debitum etiam rarò, præsertim si vir non nisi rarò etiam petat. Cæterum censet Sotus *loc. cit.* nullum esse peccatum denegare debitum, si illud nimis frequenter, & immoderatè petatur. Quòd si frequenter fieret cum periculo incontinentiæ alterius conjugis non excusaretur à culpa gravi, quia violatio justitiæ 32

commutativæ est ex genere suo culpa grevis, nisi ex parvitata matariæ, aut alia ex causa fieret venialis. Quamobrem in denegatione debiti conjugalis detur parvitas matariæ, retione cojus talis denagetio sit tantùm peccatum veniale, ut si uni fraquenter exigenti altar non nisi rarò debitom neget, vel illud ad breve tempus tantùm differat, seclnso tamen periculo incontinantiæ in eltaro conjuge. Si tamen nulla subsit justa causa negendi debitum, & alter conjux seriò instet non obstante quscunque excosatione, & dicet, imminere sibi periculum incontinentiæ si non reddat, teneretur tunc reddere sub culpa grevi, alioquin esset causa peccati incontinantiæ in marito: unde nec in tali casu parvitas materiæ excuseret à culpa grevi, quie actus conjugalis est etiam in remedium concupiscentiæ, & non potest, quando periculum urget, tale remedium denegari conjugi justè petenti: unde hac in re pertinet ed virum prudentem seriò examinere circumstantias, ut valeat de gravitate colpæ judicare.

33 Quòd si petatur, an difficultas gravis in elendis filiis possit axcusera ed reddendum debitum? Taxede *tom. 2. lib. 4. tract. 1. controvers. 12. num. 129.* respondet, non excusara, & nititur. Primò quia multiplicatio prolis pertinet ed præcipuum finem matrimonii, seu ed propagationem, & conservationam speciai, quem natura ipsa intendit, & ad quem natureli propensione inclinet; est anim metrimonium institutum propter propegationem, & conservationem speciei humanæ, ut liquet ex illo *Genes. 2. Crescite, & multiplicamini:* atqui privera naturem specificam hoc bono per negetionem debiti matrimonialis, est gravissima injuria, quæ infertur toti speciei, & qoid injustum, quod proptcrea non excuset à culpe grevi. Secundò quie longè multò malius ast proli ex teli complexu nascituræ accipare esse, ac vivere licèt in paupertate, quàm absolutè non esse: siquidem esse est melius, quàm non essa: onde ob paupertetem à parentibus præsumptá, non est proles quæ nasciture erat ex conjugeli congressu, privanda hoc esse, quod haberet, si conjux alteri non denagaret dabitum. Tertiò quia denagare debitum conjugi ne proles multiplicetur, opponitur immedietè divinæ providentiæ, ejúsque consiliis, quasi Deus, qui curam hebet de quovis minimo enimeli sit negaturus curam creeturæ rationali. Demum quia suscipere prolem ex matrimunio ast magnum bonum, cui debat postponi quudcunque incommodum, quod possit conjugibus contingera.

34 Quòd si dices, in aliis debitis grevem solvandi incommoditatem excusere; consequenter eandem etiam axcusare in solutiona debiti conjugelis conjugem peuperem. Contre est, negatur consequentie, quia suscipere prolem ex matrimonio est magnum bonum, quod præponderet, quibuscunque incommodis, quæ ex paupertate possunt conjugibus oriri. Tum quia si perentes sint peuperes filii taman ab ipsis progeniti possunt proprio labore, & industria ad pinguiorem promoveri fortunam, & parentibus succurrera; certum est enim, plures filios ex pauperibus natos perentibus promotos fuisse ad summas dignitates, ac divitiis affluxisse; unde parentes ex timore peupertatis non debeat diffidere ob multiplicetionem filiorum de divine providentia, sed potiùs spe erigi, & exercere in matrimonio debitos justitiæ actus: præsertim cum ex nagatione debiti possint plura committi incontinentiæ peccata, & excitari inter conjuges dissidie, & jurgie cum grevissimo totius familiæ damno.

35 Hæc sententia mihi videtur probabilior, & semper ad praxin deducenda, & moveor præsertim, quia multiplicatio prolis, tametsi in statu paupertetis, est in bonum commune totius reipublicæ, & speciai humanæ juxta finem matrimonii, & intentionam naturæ: quòd verò coniuges laborent paupertate, & priventur aliquo commodo ax multiplicatione prolis ast tantùm quid particulere, & bonum privatum, quod contingeret coniugibus si proles non esset ita multiplicata: atqui sicut bonum commune est præferendum perticulari; ite multiplicatio prolis debet præferri illi priveto bono, quod obtingeret coniugibus si proles non esset ita multiplicata.

36 Cæterum non dasunt qui contrariam sententiam atiam probabilem censeant docantes, cessante periculo incontinentiæ nullam culpam nec venialem committi, si ob paupertatem, quâ coniuges laborant, unus naget elteri debitum coniugale, ne proles multiplicetur, & incommodum paupartatis fiat gravius: volunt enim tunc denegara debitum, nac esse peccatum veniala, quie non tenetur coniux debitum raddere, si probabiliter timeat aliquod grava damnum asse sibi, vel proli obventurum: etqui hoc damnum sequitur, si proles multiplicetur coniogibus grevi paupertate leborantibus, quia tunc ediguntur mendicatò vivara. Tum quia ab aliis solvendis debitis axcuset magna incommoditas, & difficultas; ergo hæc eadam excusebit etiam è redditione debiti matrimonialis, ut sentiunt Sotus *in 4. dist. 32. q. unic. art. 1.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 64. art. 1. in fin.* Sanchez *lib. 9. disp. 25. n. 3.* Gaspar Hurtadus *disp. 10. de matrim. difficult. 12. n. 54.*

37 Adhæret etiam huic sententiæ Diana *resol. 183. de matrim. num. 5.* eò quia debitor non teneatur satisfacere creditori cum notabili suo detrimento, si in creditore nullum simile, nec majus timeatur detrimantum, proinde nec coniux tenetur alteri coniugi debitum reddere, si ax actu coniugeli ea sit secutura filiorum multiplicetio, ut parentes eus non possint alere: quia id cedarat in grevissimum onus perentum, qui tanarentur multiplicatam prolem elere. Verùm quod exemplificetur de debitore, quòd non tenatur satisfacera creditori cum notabili suo detrimento non videtur multum urgere, quia creditor non supponitur multum instere, & aliàs non multum indiget teli debito; & quia si illi solveratur, ejus debitor notabile pataretur detrimantum; censetur tunc

cre-

creditor nolle tam grave Incommodum obtingere suo debitori; siquidem incommodum in facultatibus excusans debitorem à persolvendo debito non tam oritur ex natura rei, quàm ex quadam tacita creditoris concessione, qui non præsumitor velle suum debitorem ita gravare: atqui in casu nostro conjux, cui ab altero denegatur debitum conjugale non potest præsumi nolle alium conjugem gravare incommodo multiplicatæ prolis, quia ipse creditor, seu coniux petens debitum, æquale etiam incurrit incommodum, & detrimentum, in qood nihilominus vult se voluntariè iniicere: imò fortassis maius detrimentum incurreret ex dilatione solutionis ob periculum incontinentiæ: hinc communes pauperes non videnter excusari à reddendo debito, quia ipsi non patiuntur detrimentum statûs ex multiplicatione prolis: & generatim sententia asserens difficultatem in alendis filiis non excusare à redditione debiti conjugalis est probabilior, & tutior,& ad praxim deducenda.

§. VII.

Solvuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 QUæritur primò, an consensus sub conditione generali, vel speciali intrinseca sufficiat ad matrimonium? Notandum est, conditiones generales, & speciales intrinsecas eas dici, quæ in quovis matrimonio intelligun-tur tacitè, & quæ illi insunt, tametsi non exprimantur; & sine quibus matrimonium non potest consistere, cuiusmodi est hæc conditio: contraho tecum, si tu quoque consenseris, vel contraho tecum, si inter nos non fuerit ullum impedimentum. Respondetur, tales conditiones appositas contractui matrimonii non suspendere consensum, sed matrimonia fidelium cum iisdem conditionibus celebrata, absoluta esse, ac valida, si nullum subsit impedimentum. Ratio est, quia hujusmodi conditiones determinatè, & intrinsecè includuntur in quovis matrimonio saltem tacitè: alioquin matrimonium initum sine consensu alterius contrahentis, vel cum aliqoo impedimento dirimente nollum sortitur valorem, unde sive exprimantur, sive nō, non suspendunt consensum, nec matrimonium.

2 Tum quia specialitar ea generalis conditio, *si tu quoque consenseris* non magis suspendit contractum, quàm si expresè non apponeretur contractui, quia in omni contractu maximè matrimoniali prior consensus est semper inefficax, & suspensus, donec alter consentiat *l. aliquando de condit. & demonst. l. per has verba Testatoris ff. de legat. 1.* Quando verò conditio respicit impedimenta, & non consensum; tunc quæstio procedit de matrimoniis, quæ contrahuntur inter fideles, quia hæc impedimenta dirimentia sunt ecclesiastica, quæ non obligant infideles, proinde si isti in contractibus suorum matrimoniorum apponerent huiusmodi conditiones, revera suspenderent consensum, ut etiam matrimonium, si conditio non purificaretur, quia infideles non tenentur legibus ecclesiasticis, & tales conditiones ab iisdem adiectæ contractui matrimonii non essent intrinsecæ respectu suorum contractuum; unde respectu infidelium assertio procedit de conditionibus generalibus. quibus excluduntur impedimenta jure naturæ dirimentia.

3 Verùm in contrarium posset obiici, quia legatum relictum alicui sub hac conditione, si ipse acceptaverit, revera est conditionale, & manet suspensum, donec Legatarius expresè illud acceptet, adeò ut si ante acceptionem moriatur, legatum sub tali conditione relictum non transeat ad hæredem, *l. si ita legatum §. illi si vellet ff. de legat.* atqui ea conditio, si Legatarius acceptaverit, est generalis, & tacitè inhærens: proinde expressio conditionis generalis suspendit actum, consequenter etiam matrimonium.

4 Respondet Covarruvias *4. p. decret. c. 6. §. 2. num. 4.* illas conditiones quamvis communes suspendere ipsum actum, eúmque reddere conditionatum, eò quia aliter expressæ sint, quàm inerant à jure: quòd si eodem prorsus modo, quo insunt à jure, exprimerentur, asserit, tunc non suspensuras actum: illa siquidem conditio, si Legatarius acceptaverit, si consideretur, ut inest ipsi legato, intelligitur de acceptione præsumpta, & si adiiceretur eo modo, quo inest, statim Legatarius dominium legati acquireret, tametsi inscius esset talis legati; & mortuo legatario ad hæredes transiret, perinde ac si talis conditio adiecta non fuisset, quia præsupponitur semper, quòd Legatarius velit acceptare legatum sibi relictum: & quando conditio apponitur sine limitatione non adiicitur, ut inest, hoc est, si acceptaverit consensu præsumpto, sed apponitur hoc alio modo, nimirum si expresè declaraverit, se accepturum legatum sibi relictum, & tunc conditio adiecta suspendit legatum.

5 Potest etiam in contrarium adhuc obiici, qoia si matrimonium, vel sponsalia à fidelibus contracta sub expressa conditione, si ecclesiæ placuerit, suspenduntur, donec constet de ecclesiæ approbatione, ut docet Glossa in *c. unic. de sponsal. in 6.* Ostiensis *c. ad audientiam de sponsal. in fin.* Abbas *c. significasti de elect.* ergo erunt etiam suspensa sponsalia de præsenti, si iisdem adiiciatur conditio, si non sis mea consanguinea, vel si nullum obsit impedimentum canonicum: siquidem hæc conditio videtur esse eadem cum illa alia, contraho tecum si ecclesiæ placuerit: quia si non subsit canonicum impedimentum placet ecclesiæ, ut tale matrimonium contrahatur, quia illud non impedit: sin verò subsit impedimentum, non placet ecclesiæ, unde si sponsalia à fidelibus contracta sub hac expressa conditione, si ecclesiæ placuerit, suspenduntur, donec constet de ecclesiæ approbatione: ita etiam suspenditur matrimonum, si contrahatur sub hac conditione, si non es mea consanguinea; vel si nullum subsit impedimentum canonicum.

6 Sed contra, quia tametsi videatur esse utrin-

que

qua eadem conditio, est tamen diverso modo adiecta; quia quando apponitur conditio contraho tecum, si non es mea consanguinea, vel si non subsit aliquod impedimentum, apponitur tunc conditio eo prorsus modo, quo tacitè inarat ipsi contractui: quæ ratio est, cur non suspendat matrimonium, quia expressio rei, quæ juri inest, & eodem modo, quo inest non inducit suspensionem, quia conditio tunc per se non est suspensiva; secus si contrahens dicat absolutè contraho tecum si ecclesiæ placuerit, tunc conditio adiicitur diverso modo, quo inest rei, intelligitur enim tunc conditio in hoc sensu: contraho tecum, si facta super hoc sufficienti discussione nostrum matrimonium fuerit ab ecclesia approbatum: proinde hæc conditio adiecta contractui suspendit consensum, donec certè constet de approbatione ecclesiæ.

7 Idque explicari potest, quia hæc conditionalis, confero tibi hoc beneficium, si sis idoneus non suspendit collationem, quia tunc conditio idoneitatis tacitè inest: secus hæc alia conditionalis confero tibi beneficium, si fueris idoneus repertus, suspendit collationem; quia non adiicitur conditio idoneitatis, ut inest, sed alio modo, quatenus ratione conditionis adiectæ sub illis verbis exigitur prævium examen de idoneitate, & postea approbatio idoneitatis, quæ ipso jure non requirebatur.

8 Quæritur secundò, an consensus sub conditione de futuro necessariò eventuro sufficiat ad matrimonium? Respondetur in foro externo per talem conditionem non suspendi consensum, sed matrimonium sub illa initum esse eo ipso validum, non minus ac si talis conditio non esset adiecta; hinc matrimonium initum sub conditione de futuro necessariò eventuro: *contraho tecum si cras orietur sol*, ex nunc tale matrimonium est validum, tametsi non expectetur crastina solis ortus, ita docent communiter Canonistæ præsertim Covarruvias *4. p. decret. c. 3. §. 2. num 10* & ratio desumitur ex eo, quia quæ necessariò sunt aventura, habentur quodammodo ut præsentia in suis causis, quapropter conditio de futuro jam est implata in sua causa, proinde ab ecclesia habetur ut præsens, & matrimonium sub tali conditione initum suum sortitur valorem, etiam antequam habeatur crastinus solis ortus. Hinc conditiones respicientes futurum eventum necessarium non suspendunt obligationem §. *conditiones instit. de V. O.* si enim Titius dicat Caio, dono tibi hodie meum equum, si sol cras oriatur, donatio est valida hodie, tametsi nondum habeatur crastinus solis ortus, quia cùm sit necessariò eventurus, habetur ut præsens in suis causis, & hæc præsentia sufficit ad verificandum, & valorandum contractum, idque etiam desumitur ex *l. si pupillus §. 1. ff. de novationibus* ubi dicitur, eum qui stipulatur sub conditione, quæ omnino extitura est, perinde se habere, ac si purè, & sine conditione stipulatur.

9 Quinimò id etiam procedit quamvis conditio non habeat diem certum, ut si Titius dicat Lucretiæ contrahò tecum matrimonium, si pater mens sit moriturus; est matrimonium validum ex tunc etiam ante patris mortem; quia perinde mors patris est necessariò aventura, sicut crastinus solis ortus, hoc tantùm discrimine, quòd solis ortus habetur in die carta; mors autem Patris, qua die debeat contingere, est incertum, tametsi certum sit, quòd necessariò contingat. Varùm ut notat Sotus *in 4. dist. 29. q. 2. a. 1.* in hisce contractibus ita conditionatis, debet Judex prudenter procedere, quia si Titius diceret Lucretiæ contraho tecum, si Pater meus sit moriturus, statim matrimonium tenet, & contractus suum sortitur valorem, quia conditio adiecta est necessariò eventura, & non adiicitur, ut designatio temporis: sin verò dicatur de futuro: contraham tecum, si pater meus moriatur, quamvis conditio sit necessaria, videtur tamen tunc apposita non tam ut conditio, quàm ut modus, ac determinatio temporis, proinde sponsalia tunc non sortiuntur suum valorem donec purificetur conditio, seu usque ad obitum Patris.

Sin verò conditio sit de re, quæ noscitur certò eventura, tametsi ipsa secundùm se, & ex natura rei non sit necessaria, sed potiùs contingens, tunc nec conditio adiecta suspendit contractum, ut notat Glossa *ad leg. si pupillus §. quia sub conditione. ff. de condit. indebit.* ratio est, quia eo ipso, quòd res noscitur certò aventura, perinde est præsens in suis causis, sicut crastinus solis ortus, idque ratione infallibilitatis suæ futuritionis, proinde conditio adiecta contractui illum non suspendit. 10

Quòd si conditio secundùm se esset necessaria, reputaratur tamen falsò à contrahentibus contingens, tunc adiecta contractui illum suspenderet, donec conditio impleretur, quia contractus præsertim matrimonij cum dependeat ex intentione, & consensu contrahentium, si talia conditio adiecta à contrahentibus putabatur contingens, debet tunc sortiri effectus conditionis contingentis, quia talis est intentio contrahentium, proinde suspendit matrimonium, donec purificetur conditio. Et id etiam procadit, quamvis conditio secundùm se necessaria respectu contrahentium sit incerta, ut si Titius dicat Lucretiæ contraham tecum, si luna tali die erit eclypsin passura, tunc enim suspenduntur sponsalia, donec purificetur conditio, seu luna eclipsetur tali die, quia cum eclipsis hæc lunaris sit incerta respectu contrahentium, non intendunt isti aliter contrahere, nisi postquam eclipsis tali die contigerit, quia respectu contrahentium non habet rationem conditionis necessariò eventuræ. 11

Quæritur tertiò, an etiam in foro conscientiæ sit validum matrimonium initum cùm consensu, seu conditione de futuro necessariò aventuro? Respondetur, tale matrimonium etiam in foro conscientiæ esse ex tunc validum, dummodo contrahentes non habuerint intentionem suspendendi consensum usque ad futurum eventum conditionis: quia posita hac intentione suspendendi consensum, donec conditio purificetur, non fit ex tunc matrimonium donec conditio 12

diſſo implaatur, ut docet Covarruvias *lib.4.decret. de matrim. c. 3. §. 2. n. 4.* Sotus *in 4. diſt. 29. q. 2. art. 3. ad 2.* ratio eſt, quia matrimonium ſine conſenſu nequit ſubſiſtere, unde ſi contrahens nolit matrimonium inira niſi poſt purificatam conditionam, non erit matrimonium niſi poſt ſubſecnram, & adimplatam conditionem; quia omnis contractus à conſenſn, & voluntate depandat contrahantium, & non poteſt contractua plus obligara, quàm contrahantes intenderint : unde ſi contrahantea mattimoninm hodia ſub conditinna da futuro intendant, ſe tunc tantùm obligara quando purificsbitur conditio, matrimonium non inducit obligationem ante purificationem conditionia.

13 Quòd ſi contrahentes dubitent, num revara habuerint animnm ſuſpendandi conſenſum uaqua ad evantum conditionis, tunc matrimonium canſetur ſtatim validũ etiam nõ expactato aventu conditionis. Ratio aſt, quia in dubio judicandnm ſempar aſt in utroqua foro in ſavorem ſacramanti, & matrimonij, ut dncent communiter Canoniſtæ cum Gloſſa in *c. ex litteris de probat.* & habatur atiam in *c. fin. de ſent. rei judicat.* Tum quia in foro intarno ſarvandnm eſt, quod ſervatur in externo, qnoties ſententia lata innititnr falſæ præſumptioni, nt notant Covarruvias in *c. cum eſſet. num. 7. de teſtament.* & Sotus *lib. 4. de juſtit. q. 5. art. 3.* atqui in foro extariori talis canditio non ſuſpendit conſenſum, proinda aequa in interno.

14 Quæritur quartò, an matrimonium ſub conditiona impoſſibili initum ſuum ſortiatur valorem : carrnm eſt, canditionem impoſſibilem ſeriò appoſitam contractui matrimoniali conſtituare jura naturæ irritum matrimonium in foro conſcientiæ, ut ſi quis ſina voluntata contrahendi, dicat, contraho tecum, ſi digito cœlum tetigaris, quia tunc contrahena ſub hae conditiona, & ſine voluntate contrahendi revara non conſentit in matrimonium *l. non ſolum. ff. de act. & oblig.* atqui deficiente conſenſu matrimoninm non poteſt ſubſiſtera, nac inducara nllam obligationem. Imò etism in ſoro externo eſt hoc matrimonium invalidum, ſi contrahens, qni appoſuit conditionam impoſſibilam daclarat, ſa nolla matrimonium contrahara niſi talia conditio ab ipſo adjecta purificatur : qnia cùm tunc conſtet, contrahentis intentionem fuiſſa ſuſpendera conſenſum usque ad avantum conditionis ; non datur locus ut eccleſia præſumat, contrahantem habuiſſe intentionem contrahendi antequam adiecta tanditio puṫificatur : proinde non poteſt judicare, validum fuiſſa matrimnninm ante purificatam conditionem, qnia validitas matrimoñij à conſanſu depandat, & voluntata contrshentium, adeò ut tunc tantùm incipiat validum eſſa. Quando contrahantas intandnnt ſe obligsra.

15 Cæterum ſi conſtet, contrahantea habniſſa conſenſum abſolotum, tale matrimoninm ſnb conditione impoſſibili initum in utroqne foro cenſatur validnm ; qnia tunc adiecta conditio non irritat matrimoninm jure naturæ dafectu conſensûs, quia ſupponitur adeſſa conſenſua abſolutua : naqua raddit matrimonium irritum jure eccleſiaſtico, quis eccleſia quando adeſt conſanſua, habet has conditiones impoſſibiles pro non adiectis, proinde ſtante conſenſu abſoluto, non impadiunt matrimonium. Sin verò qui adiecit conditionam impoſſibilem revara abſolutè conſentiat, ſed nullum ſignum axternum det ſui conſensûa, tunc tale matrimonium eſt invalidnm, jure etiam naturæ in foro conſcientiæ ; qoia quamvis non deſit conſenſus, daeſt nihilominus expreſſio, quæ jure naturali requiritur neceſſariò ad validitatem matrimnnij ; cùm enim ſit contractus humanus exigit humano modo iniri per ſigna ſenſibilia extarna ; quæ poſſunt hnminibus innoteſcere, unde ſi conſenſus internus non axprimatur per ſigna extarna, ut poſſit innnteſcere hominibus, matrimonium non canſetur validum.

Unda quæritur, an quando præter canditio- 16
nem adiectam de impoſſibili, non habentur alia ſigna diſſenſua in ſoro externo, tale matrimonium ſuum ſortiatur valorem. Reſpondetur ad quæſitum, matrimonium ſub conditiona impoſſibili initum judicio eccleſiæ, ſeu in foro externo cenſeri validum, ae ſi talis conditio adiecta non eſſet, & deſumitur ex *c. fin. de conditionib. appoſit.* ubi Gregorius IX. ſtatuit, ut turpes, & impoſſibilea conditiones, quæ ſubſtantiæ matrimonij non adverſantur, ſint habendæ pro non adiectis, ſeu reijciendæ ſint in foro judiciali ; perinde ac jura civili in ſavorem ultimæ voluntatia eædem conditionas in lagatis teſtamentorum habentur pro non adiectis *l. obtinuit. ff. de condit. & demonſtrat. §. impoſſibus inſtit. de hered.* ratio eſt, quia cùm dubium eſſet, an ſeriò vel jocosè hujusmodi conditiones eſſent appoſitæ à contrahentibus, acleſia ſtatuit eſſe tunc judicandum in ſavorem matrimonij, ac ſi tales conditiones impoſſibiles non ſuiſſent adiactæ : hinc etiam in dubio interiori, an contrahens, qui talem conditionem appoſuit, habuerit conſenſum abſolutum, val conditionatum dependentem ab evantu conditionis in ſoro conſcientiæ judicatur tale matrimonium validum : quia idem ſarvandum eſt in foro animæ, quod in foro exteriori judiciali ſervatur, ſi Judex non inſiſtat falſæ præſumptioni.

Videtur tamen poſſe obiici, quia conditio im- 17
poſſibilis, ſi adiiciatur aliis contractibus, eos irritat, radditqua invalidos etiam in ſoro judiciali ídque defectu conſenſus *l. impoſſibilis ff. de V.O. l. non ſolùm ff. de act. & oblig. §. ſi impoſſibilis inſtit. de inutil. ſtipul.* ſiquidem illa adiectio conditionis impoſſibilis eſt ſignum indubitatum diſſensûs ; proinde etiam irritat matrimonium, quia ax deſactu conſensûs matrimonium non aſt validum. Tum qnia matrimonium diſtinguitur à raliquia contractibus, quia tametſi in iſtis poſſit lex ſupplere conſenſum in ſavorem illius, qui conditionem impoſſibilem appoſuit, vel in pænam apponentia, adhuc tamen lex declarat, tales contractus irritos, & invalidoa defectu conſensûa : ergo à fortiori contractue matrimonij erit invalidus, quia cùm lax non poſſit ſupplara conſanſum contrahantium, nec

potest declarare matrimonium sine consensu initum esse validum.

18 Sed contra, est enim discrimen inter cæteros contractus, & matrimonium, quia cùm lex non excludat conditionem impossibilem à cæteris contractibus, sed de illis judicet ut tali conditione affectis, fit, ut ex adjecta conditione lex conijciat dissensum eam adijcientis, ac proinde declaret contractũ esse irritum, quia sine consensu initum. Secus lex canonica in favorem matrimonij, & in gratiam sacramenti vult similes conditiones haberi pro non adiectis; ac proinde esse judicandum de contractu matrimoniali, ac si talis conditio non esset eidem adiecta: quo fit ut in tali contractu præsumatur consensus, perinde ac in aliis matrimoniis absolutè initis. Hinc ad aliud, quod addebatur de lege supplente consensum in aliis contractibus negatur paritas, quia cæteri contractus non sunt ita favorabiles, ut in eorum gratiam jus præsumat in illis adfuisse consensum: tum quia jus tunc propriè non supplet consensum, sed solùm illum præsumit: atqui in favorem sacramenti, & gratiam matrimonij lex habet pro non adiectis conditiones impossibiles appositas contractui matrimoniali, proinde judicat de matrimonio, ac si talis conditio impossibilis non esset adiecta, si aliunde non constet per aliquod signum extrinsecum, quòd adijciens talem conditionem non consentiat, quia judicandum est in favorem sacramenti.

19 Posset tamen adhuc in contrarium urgeri, quia nulla suppetit ratio, cur ecclesia debeat præsumere in talibus matrimoniis adesse consensum etiam rejecta conditione impossibili, si non adsint evidentiora positiva signa consensus: ergo si hæc deficiant, non videtur ecclesia posse judicare tale matrimonium validum: alioquin tale judicium videretur irrationabile; quod tamen dicendum non est, quia præsumptio juris semper fundatur in causa justa. Tum quia adiectio conditionis impossibilis fuit indicium dissensus juxta communem loquendi usum: etenim moris est, ut cùm quis velit negare aliquid sibi ab alio petitum, soleat suæ promissioni adijcere conditionem aliquam impossibilem: quapropter ut ecclesia rationabiliter reijciat conditionem illam impossibilem, & præsumptionem dissensûs, quæ ex illius appositione colligebatur; & ut præsumat consensum in adijciente conditionem impossibilem, quæri aliunde debent efficaciora signa, ex quibus rationabiliter præsumatur hujusmodi consensus.

20 Sed contra, quia quæstio procedit ex suppositione, quòd adijcientes contractui conditionem impossibilem sciant, talem conditionem ab ecclesia haberi pro non adiecta, ut deciditur in *c. fin. de condit. appos.* tunc enim supposita hac scientiâ ecclesia judicat de tali contractu, ac si conditio impossibilis non esset eidem adiecta: unde si aliunde non constet, adijcientem talem conditionem dissentiri tali contractui, hic ab ecclesia judicatur validus, quia quoties non constat de dissensu, præsumitur consensus, idque in gratiam matrimonij, & favorem sacramenti. Hinc licèt conditio impossibilis, si relinquatur suæ naturæ, indicet dissensum: supposito tamen statuto ecclesiastico reijciente talem conditionem à contractu matrimoniali; & supposita notitia ejusdem statuti in contrahentibus, tunc si non adsint alia signa dissensûs conditio potiùs indicat consensum, quia eam adijciens, cùm sciat, conditionem impossibilẽ reijci ab ecclesia; & non obstante tali adjectione matrimonium judicari ab ecclesia validum: & nihilominus contrahens eam conditionem adijciat matrimonio; in hisce circumstantiis meritò præsumitur velle contrahere eo modo, quo ecclesia judicat in tali casu, proinde cùm ecclesia judicet, tale matrimonium validum, & absolutum; præsumitur etiam contrahens, & adiiciens talem conditionem validè, & absolutè contrahere.

Quæritur quintò, quid juris, si conditio ipsa impossibilis adiecta contractui matrimoniali censeatur à contrahentibus possibilis? 21
Respondetur, tunc conditionem impossibilem non judicari, ut talem, sed ut putatam possibilem à contrahentibus: ratio, quia matrimonium dependet ex intentione contrahentium, proinde conditio ab iisdem adiecta aliam vim habere non debet, quàm ipsi contrahentes intendant; unde conditio impossibilis adiecta contractui matrimoniali, & putata à contrahentibus possibilis habet tantùm vim conditionis possibilis: & sicut conditio possibilis suspendit consensum usque ad purificationem ejusdem conditionis, ita etiam conditio impossibilis existimata possibilis à contrahentibus; siquidem existimatio possibilitatis conditionis adiectæ est signum intentionis in contrahentibus suspendendi consensum usque ad purificationem conditionis, seu usque ad eventum ejusdem: atqui quando sunt signa talis intentionis, matrimonium non judicatur validum in utroque foro, proinde etiam quando conditio impossibilis existimatur possibilis. Tum quia legatum relictum in testamento sub conditione impossibili, quam testator putabat possibilem, est invalidum *l. servo manumisso. ff. de condit. indeb.* proinde etiam erit invalidum matrimonium.

An verò in tali casu conditio adiecta irritet contractum, vel tantùm eum suspendat usque ad eventum conditionis. Respondetur irritare contractum, quia nullus tenetur expectare eventum impossibiliter futurum, unde cùm repugnet conditionem impossibilem evenire, quamvis possibilis existimetur, dicendum est, talem contractum non hærere suspensum, donec conditio purificetur, sed esse ipso facto irritum, & contrahentes manere liberos ab omni obligatione. Idque procedit, sive talis conditio prudenter, & bona fide æstimetur possibilis, ut cùm qui contrahit sub conditione, quòd pater consentiat, quem putat vivere, cùm tamen sit mortuus; sive imprudenter, ut cùm quis contrahit matrimonium sub conditione, si alter contrahens digito cœlum tetigerit, quia in utroque casu cùm consentiens credat, conditionem non eventuram non videtur consentire. 22

Cæ-

23 Cæterum ut conditio impossibilis habeatur pro non adiecta, requiritur in contrahentibus notitia statuti ecclesiastici, quo declaratur, hujusmodi conditionem haberi pro non adiecta, quia eo ipso, quòd contrahentes sunt conscij huius statuti, & non declerant, se velle recedere eb ipsa juris præsumptione, prudenter præsumuntur stare eidem juris præsumptioni, & sensum ipsius juris in suo matrimonio intendere; quòd si ignorarent statutũ ecclesiasticum, durè cum illis ageretur, si in foro judiciali adigerentur stare statuto, cuius nunquam habuerunt notitiam, & præsertim si talis ignorantia fuit invincibilis, quia conditio impossibilis ex sua natura, & ex communi loquendi usu significat dissensum: unde ut in foro externo justè reiiciatur à contractu, & contrahentes præsumantur consensum habuisse, necessaria videtur in ipsis notitia talis statuti, cùm lex non obliget, nisi ut agnoite, imo Sanchez *lib. 5. de matrim. disput. 3.* censet, hanc notitiam juris, & impossibilitatis conditionis necessariam esse in utroque contrahente: quia cùm matrimonium perficiatur ex mutuo utriusque consensu, necesse est, ut in utroque conjuge reperiatur hæc cognitio juris, ut justè in utroque præsumi possit mutuus consensus. Hinc eddit Sanchez *loc. cit.* rarò contingere, quòd matrimonium sub impossibili conditione initum debeat in foro externo validum reputari, eò quia regulariter hoc jus legis canonicæ ignoratur à fœminis.

24 Quæritur sextò, an non solùm à contractu matrimoniali reiiciantur conditiones impossibiles per naturam, ut contraho tecum, si digito cœlum tetigeris: verùm etiam conditiones, quæ in jure dicuntur impossibiles, ut contraho tecum, si inter consanguineos intra quartum gradum licitum sit matrimonium contrahere, vel si filius possit sine causa à patre exhæredari? Respondetur cum Covarruvia *4. decret. p. 2. c. 3. §. 2.* Sanchez *lib. 5. disput. 3.* huiusmodi conditiones jure impossibiles etiam reiici à contractu matrimonii: ratio est, quia tales conditiones dicuntur nobis simpliciter impossibiles, siquidem id solum dicimus posse, quod justè possumus *l. Nepos procul. ff. de V. S.* Tum quia ut notat Covarruvias hæ conditiones impossibiles de jure raiiciuntur eb ultimis voluntatibus *L. 1. ff. de condit. instit.* proinda etiam reiiciuntur à contractu matrimonieli.

25 Verùm quia hæ conditiones aliquando sunt contra jus humanum, & nonnunquam contra jus naturale, ut contraho tecum, si furtum sit licitum, & apponi possunt secundùm omnes temporis differentias, ut contraho tecum, si furtum fuit, est, vel erit licitum. Dubitari potest, quandónam tunc adiecta conditio reiicienda sit. Et respondetur, quòd si conditio adiecta sit contra jus naturæ, tunc in quacunque temporis differentia apponatur, reiicienda statim est, quia jus naturæ est semper idem, ac invariabile: sin verò conditio adiecta sit contra jus humanum reiicienda est pro tempore, quo tale jus viget. Hinc decisio Gregorij IX. in *c. fin. de condit. apposit.* intelligitur etiam de conditionibus impossibilibus de præterito, præsenti, & futuro adiectis contractui matrimoniali: quia conditiones impossibiles non reiiciuntur à matrimonio, eò quia obligent ad impossibile; sed quia præcisè sunt impossibiles: atqui conditiones per naturam impossibiles non minus sunt impossibiles de præterito, & præsenti, quàm de futuro, proinde sub quavis temporis differentia reiiciuntur à contractu matrimonii. Tum quia conditio impossibilis de præsenti excluditur ab ultima voluntate *l. si media ff. de hered. instit.* juxta Glossam *V. si vivent*, ubi conditio, si filia Testatoris vivit, & casu, quo habuit filiam reiicitur à testamento, ut impossibilis, proinde etiam reiicitur à matrimonio, quia eodem modo, quo reiicitur ab ultima voluntate; reiicitur etiam à contractu matrimonii. Neque obstat conditiones de præsenti, & præterito non esse propriè conditiones, eò quia non suspendant contractum. Nam respondetur, Pontificem *in d. c. fin.* non attendere proprietatem conditionis, quæ est suspendere contractum, sed tantùm ipsam impossibilitatem, quæ æquè reperitur in omnibus differentiis temporum, si sit impossibilitas per naturam.

Si dices, conditionem turpem de præsenti, & præteritò non reiici è matrimonio, ut contraho tecum, si furtum fecisti. Respondetur esse discrimen, quia tametsi decisio sit eadem de conditione turpi, & impossibili adjecta contractui; ratio tamen est diversa; quia conditio turpis non reiicitur præcisè, quia turpis sit, sed quia obliget, & invitat ad peccandum, & quia hoc tantùm convenit conditioni turpi de futuro, non verò de præterito, & præsenti; sequitur, quòd sola conditio turpis de futuro reiiciatur à contractu matrimonii, non verò de præterito: secus conditio impossibilis reiicitur præcisè, ex eo quòd sit impossibilis, & quia hæc impossibilitas si sit per naturam, æquè reperitur in re in quavis temporis differentia, sequitur, conditionem de impossibili reiici non solùm, si respiciat futurum, sed etiam præteritum, & præsens, non ita conditio turpis de præterito, & præsenti. 26

Quæritur septimò, an si matrimonium initum fuerit sub hac conditione, si pater consenserit, sit validum. Respondetur, tale matrimonium initum sub conditione contingenti, & honesta de futuro, non esse statim validum, & desumitur ex *c. de illis 0. super eo de condit. apposit.* quia hæc est natura conditionis contingentis quamvis honestæ de futuro, ut suspendat actum, & consensum sub ea datum, donec conditio purificetur, seu adveniat juxta *§. conditionali instit. de V. O.* sed ad matrimonium requiritur consensus de præsenti, proinde consensus præstitus sub conditione de futuro, tametsi manifestetus per verba de præsenti, non dat statim valorem matrimonio inito. Secus si conditio sit de præsenti, vel præterito statim pro illius veritate, vel falsitate matrimonium est validum, vel nullum: quia existente conditione vera habetur consensus necessarius de præsenti, cùm quo matrimonium est statim validum: 27

dum:&existente conditione falsa deest talis consensus, & matrimonium est irritum. Tum quia conditiones de præterito, & præsenti non suspendunt alios contractus, *l. institutio talis. ff. de condit. instit.* proinde neque suspendunt matrimonium.

28 Quid verò dicendum sit, si contractui matrimoniali adiiciatur conditio, si pater meus consentiat, & pater non dicat se consentire, nec dissentire, nec alia exhibeat signa, ex quibus coniici possit consensus, vel dissensus, sed omnino indifferenter se habeat, & pro neutra parte; an tunc ratione taciturnitatis censeatur conditio adimpleta. Plures respondent affirmativè cum Navarro in *sum. c. 22. n. 63*, Sylvestro *V. matrimonium*, quia tunc conditio adiecta tantùm indicat, filium inire matrimonium, dummodo hoc patri suo non displiceat: atqui per paternam taciturnitatem sufficienter colligitur, ei non displicere, alioquin signum daret displicentiæ, proinde tunc conditio præsumitur sufficienter purificata.

29 Verùm contraria sententia est etiam probabilis, & desumitur ex *l. med. 6. ff. de condit, & demonst.* ubi dicitur, quòd conditio debeat impleri in forma specifica: sin autem pater non consentiat, non impletur conditio in forma specifice, proinde contractus cum non purificetur conditio, non sortitur suum valorem. Neque obstat, quòd pater per suam taciturnitatem neutraliter videatur se habere, quia ex *regula 44.* is qui tacet, nec fatetur, nec negat: unde si se habet neutraliter, nec magis propendet in partem affirmativam, quàm negativam; evidens est, quòd per talem taciturnitatem non consentiat, alioquin non se haberet neutraliter, sed magis propenderet in partem affirmativam, seu consensum, quem præsumeretur dare, unde per solam taciturnitatem non impletur conditio, quæ exigit consensum. Præterea quia ex *c. cum de offic. deleg.* facta non præsumuntur, nisi probentur: atqui consensus parentis pertinet ad factum; proinde nisi probetur, non præsumitur ex taciturnitate, quia cùm per taciturnitatem se habeat neutraliter, non potest taciturnitas esse ratio probandi magis consensum, quàm dissensum.

30 Nihilominus putàrim, adhuc adhærendum primæ, & ad fundamentum secundæ posset respondeti, sensum illius conditionis regulariter loquendo esse hunc, dummodo patri non displiceat, vel dummodo pater non contradicat, quando enim filius init similem contractum sub conditione si patri placuerit, regulariter semper intelligitur, si pater non contradixerit, tunc enim censetur sufficienter impleta conditio in forma specifica, per hoc quòd pater non contradicat, unde si pater neutraliter se habeet, nec magis propendeat ad unam partem, quàm ad aliam, tunc non contradicit, quòd sufficit, ut purificetur conditio in forma specifica: hinc ad id quod addebatur ex *regul. 44.* negatur consequentia, quia per adiectam conditionem, si patri placuerit, non requiritur positivus consensus, sed neque dissensus: & utrúmque habetur per taciturnitetem ex allegata regula juris. Ad aliud petitum ex *c. cum de offic. deleg.* respondetur, ad purificandam hanc conditionem adiectam contractui matrimoniali, si patri meo placuerit, non requiri, quòd peter ponat expressum consensum, nec ut præsumatur; sed sufficit, si sint signa non dissensûs, & tale signum est ipsa taciturnitas, in qua includitur virtualiter ipse consensus: cùm enim pater sciat contractum initum à filio sub conditione, si ipsi placuerit; & ipse non contradicat censetur virtualiter assentiri; alioquin cum commodè possit contradicere, & nolit; per ipsam taciturnitatem sufficienter assentitur in ordine ad purificandam conditionem in forma specifica.

Quæritur octavò, an, quando contractus initur sub conditione possibili, & honesta, & quæ suspenderat consensum; cùm primùm hæc purificatur, contractus acquirat suum valorem, & fiat verum metrimonium absque novo consensu? Respondetur post purificatem conditionem esse necessarium novum consensum absolutum, ad hoc ut contractus conjugalis initus per verba de præsenti sub conditione de futuro, ac adveniente fiat matrimonium validum ita cum D. Thoma in *3. p. q. 47. art. 5.* D. Bonaventura *in 4. dist. 28. q. 5. num. 13.* docent ferè omnes Theologi, ut etiam ex Juristis Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 3.* Navarrus *lib. 4. cons. tract. de sponſ. cons. 14. num. 7.* & id videtur expressè definitum in *c. super eo. de condit. appos.* ubi duo expressè statuuntur. Primò consensum sub conditione de futuro non esse consensum de præsenti, tametsi exprimatur per verba de præsenti: secundò ut qui contraxit sub conditione de futuro compellatur iterum contrahere, si conditio impleetur; atqui non potest iterum contrahere, quin novum ponat consensum; proinde qui contraxit sub conditione de futuro, post purificatem conditionem tenetur novum consensum ponere: ergo qui contrahit matrimonium per verba de præsenti sub conditione possibili, & honesta, adveniente conditione, quæ consensum suspenderat, tenetur novum consensum ponere, ut matrimonium validè fiat. 31

Ratio itidem ex eo petitur, quia ad matrimonium requiritur consensus purus, & absolutus de præsenti: atqui prior consensus sub conditione possibili, & honesta de futuro, non fuit purus, & absolutus, proinde ut fiat matrimonium, præter priorem consensum sub conditione possibili, & honesta, purificata hac conditione requiritur alius novus consensus, qui sit purus, & absolutus de præsenti: siquidem prior consensus fuit tantùm conditionatus, & suspensus, proinde insufficiens non solùm ad matrimonium ineundum, verùm etiam ad sponsalia contrahenda, ut habetur in *c. unic. de sponsal. in 6.* ubi dicitur; ex sponsalibus conditionalibus ante purificatam conditionem non oritur impedimentum publicæ honestatis, si postea contrahatur matrimoniū cum consanguinea primæ sponsæ: ergo quia sponsalia de futuro sub conditione non erant sponsalia, alioquin ortum fuisset impedimentum publicæ honestatis. Firmari 32

mari etiam ex eo potest, quia nullum sacramentum pendere potest à conditione de futuro, sed statim est validum, vel irritum, hinc si Minister baptismi dicat, Ego te baptizo, si restitueris, nihil efficit, tametsi postea purificetur conditio, & fiat restitutio; sed qui restituit, debet iterum baptizari: & ita dicendum est de Ministro sacramenti pœnitentiæ, si dicat, Ego te absolvo, si restitueris: unde sacramentum matrimonij cum non possit dependere à conditione de futuro, ut ea impleta fiat matrimonium, requiritur necessariò novus consensus, novúsque contractus, eò quia prior consensus non fuerit purus, & absolutus, qualis requiritur ad matrimonium, nec fuit consensus de præsenti, tametsi fuerit expressus per verba de præsenti.

33 Si dicas, priorem consensum conditionatum per purificationem conditionis fieri absolutum, & consensum de præsenti; proinde sufficere, ut fiat matrimonium sine alio consensu etiam in ratione sacramenti, eò quia id speciale sit huic sacramento, ut in contractu fundetur, & naturam sequatur contractus, qui cùm per conditionis purificationem transeat de statu condicionali ad absolutum, ita etiam sacramentum conficitur tunc absolutè, quando purificatur conditio adiecta contractui.

34 Sed contra, quia sola mutatio rei ad extra non potest variare consensum internum, eúmque transferre de statu conditionato ad absolutum, quia ad id necessaria est mutatio intentionis: unde cùm prior consensus præstitus fuerit ex natura sua conditionatus, non potest per solam extrinsecam mutationem transire in absolutum, quia extrinseca mutatio, nil ponit in priori consensu, neque aufert quidquam; proinde manet, sicut antea. Neque adimpletio conditionis sufficit, ut prior consensus conditionatus fiat absolutus, quia impletio hæc non efficit novum consensum, proinde si prior non sufficiebat ante conditionem adimpletam, neque sufficiet post ejus purificationem.

25 Hinc si antequam purificetur conditio, & ponatur novus consensus alter contrahentium contraheret matrimonium de præsenti absolutè sine conditione ulla adiecta, tametsi peccaret contra fidem priua datam, non tamen matrimonium de præsenti initum cum consanguinea illius, cui spoponderat sub conditione de futuro, esset irritum, quia prior contractus conditionatus non habuit vim sponsalium, proinde non potuit ex tali contractu oriri impedimentum publicæ honestatis, ut declaravit Bonifacius VIII. in *c. ex sponsalibus unic. h. t. in 6.* Hinc notat Valentia in *3. p. disput. 10. q. 3. punct. 3.* quòd si contractus matrimonialis de præsenti, & pendens ex conditione de futuro fiat inter personas illegitimas ad matrimonium, ut inter consanguineos in gradu prohibito, dicántque de præsenti se contrahere, si Pontifex eum ipsis dispensaverit, tum impletâ conditione necessariò est repetendus consensus, ut matrimonium sic validum, ídque non solùm quia prior consensus fuit conditionatus: verùm etiam quia tempore, quo fuit exhibitus personæ contrahentes non erant habiles ad matrimonium, proinde talis consensus est etiam nullus ratione impedimenti, quod reperitur in contrahentibus.

Juvat notare prædicta, in decisione hujus quæsiti regulariter esse intelligenda de illis contrahentibus, qui sine aliqua protestatione contrahunt de præsenti sub conditione de futuro: alioquin si contrahentes expressè paciscantur, vel aliis signis externis declarent, se velle, ut adveniente conditione matrimonium statim fiat, & ex nunc pro tunc de præsenti dicant se consentire in matrimonium; & postea perseverent in eadem voluntate, & consensu virtuali, donec purificetur conditio; tunc probabile videtur, quòd si sine alio novo consensu matrimonium fiat, sit validum: quia quando conditio purificatur, habetur consensus de præsenti saltem virtualis suppositâ prævia declaratione. Contraria tamen sententia docens, esse ponendum novum consensum absolutum, est communior, ac tutior, proinde eidem adhærendum etiam præmissa illa protestatione contrahendi ex nunc pro tunc. 36

Contrariam tamen sententiam docent etiam plures Canonistæ, quibus adhæret Sanchez *lib. 5. disput. 8. num. 5.* quia cùm primùm purificatur conditio honesta de futuro sine novo consensu videtur fieri matrimonium: proinde quando contrahentes sunt consanguinei, & consenserunt in matrimonium sub conditione, si Papa dispensaverit, cum consensus ille non fuerit præstitus pro tempore, quo contrahentes erant inhabiles ante dispensationem; sed pro tempore impletæ conditionis, in quo jam facti habiles sunt, videtur tunc matrimonium fieri sine novo consensu; ex quo inferunt propugnantes hanc sententiam, matrimonium initum cum secunda post purificatam conditionem esse invalidum; quia per purificationem conditionis matrimonium cum prima cæpit ratum esse. Secundò inferunt, contrahentem cum duabus sub conditione de futuro etiam per verba de præsenti, fieri maritum illius, cujus conditio priùs purificatur. Nititur hæc sententia, primò quia alij contractus conditionati purificata conditione sunt validi sine novo consensu *l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. l. potior. ff. qui potior. in pign. habean.* ergo etiam contractus matrimonialis sub conditione honesta de futuro initus purificata conditione manet absolutus. Firmant primò quia ad votum sufficit consensus conditionatus post impletam conditionem, proinde etiam ad matrimonium. Secundò quia consensus conditionatus sub conditione de præsenti est sufficiens ad matrimonium, proinde etiam consensus de futuro adimpleta conditione, si tamen consensus virtualiter perseveret, donec purificetur conditio: siquidem talis consensus per purificationem conditionis perinde se habet, ac si initus sit sub conditione de præsenti. Firmant tertiò, quia si Titius dicat Lucretiæ, contraho tecum, si tu quoque mecum contraxeris, & Lucretia respondeat, contraho tecum, fit tunc verum matrimonium absque ullo novo consensu ponendo à Titio, 37

quamvia ejus consensus fuerit conditionatus de futuro contingente: ergo erit etiam validum matrimonium, si conditio sit de futuro, præsertim si mulier sit absens, & conditio non possit statim impleri ob locorum distantiam.

38 Sed contra quis tametsi cæteri contractus dicantur valere quoad effectum, & ex dispositione legis præcipientis, ut contrahentes sub conditione firmum, ratúmque habeant contractum; non tamen ipsi contractus perficiuntur in sua forma specifica per solam purificationem conditionis: quia cùm contractus sub conditione de futuro sint tantùm promissivi; non habetur ex eorum natura, quòd purificata conditione transeant de statu conditionato ad absolutum absque novo consensu. Quòd si dicas, jus civile conferre valorem hujusmodi contractibus, non solùm quoad effectum, sed etiam in ratione contractus, eò quia jus civile possit in illis supplere consensum. Respondetur quidquid sit de aliis contractibus, id absolutè negandum est de contractu matrimoniali, quia cùm hic pertineat ad jus ecclesiasticum, non potest jus civile quidquam disponere supra contractum matrimonij, sicut disponit de aliis contractibus non pertinentibus ad forum ecclesiasticum, proinde jus civile non potest supplere defectum consensûs in contractu matrimoniali, tametsi illum suppleat in aliis contractibus.

39 Ad primam confirmationem negatur paritas de voto, quia simplex votum est pura promissio, quæ impleta conditione obligat, perinde ac obligant sponsalia impleta conditione: secus in matrimonio ultra promissionem puram habetur etiam actualis translatio dominij rei promissæ, quæ non potest fieri ex vi solius contractus promissorij.

40 Ad secundam negatur consequentia, quia consensus ille ab initio præstitus, tametsi perseveret usque ad purificationem conditionis; nihilominus est semper consensus de futuro, sempérque habet idem objectum, seu matrimonium futurum; siquidem perinde est dicere de præsenti contraho tecum si pater meus consenserit, ac dicere de futuro contraham tecum postquam pater meus consenserit, quamobrem talis consensus ita conditionatus non sufficit ad ineundum matrimonium, quia hoc exigit consensum purum, & absolutum de præsenti.

41 Ad aliam confirmationem negatur consequentia, quia illa conditio, contraho tecum, si tu itidem mecũ contraxeris, est generalis, & intrinseca, proinde non suspendit actum; cùm enim sit de ratione intrinseca matrimonij, ut uterque contrahens consentiat, requiritur necessariò, ut si unus consentit, alter etiam consentiat, & hic mutuus consensus supponitur essentialiter, & intrinsecè, ut matrimonium subsistat. Quæstio verò procedit de conditionibus extrinsecis, & specialibus.

42 Cæterum si Titius dicat, contraho cum Lucretia à me distante per tres horas itineris, si ipsa quoque mecum contraxerit, & illa cùm primùm certior fit de consensu præstito à Titio etiam det suum consensum, matrimonium videtur validum, quia licèt contractus fiat inter absentes; nihilominus, quia tempus illud interjectum inter consensum utriusque moraliter censetur simul; ita etiam consensus utriusque conjugis censetur eodem tempore præstitus. Si tamen per longius itineris spatium conjuges distarent, tunc per Procuratorem potiùs deberent matrimonium illud inire, vel contrahentes deberent simul convenire, quod semper tutiùs est, & ad praxin deducendum.

Quæritur nonò, an matrimonium contractum non servata lege, & consuetudine loci, 43
seu regionis, in qua solent matrimonia celebrari, sit validum? Respondetur, matrimonium validè iniri, quamvis consuetudines, & solemnitates patriæ non serventur, idque desumitur ex *c. de Francia 1. h. t.* ubi ex Concilio Triburiensi statuitur, quòd si quis matrimonium contrahat non secundùm leges, & consuetudines loci illius, matrimonium tenet, adeò ut si prima dimissa aliam ducat, teneatur secundam dimittere, & reverti ad primam. Ratio est, quia consuetudo cum sit juris positivi, & humani non potest habere vim contra matrimonium legitimè initum, nec potest illud quoad substantialia irritare, vel tollere; quia matrimonium, ut est sacramentum oritur ex jure divino, cui nulla consuetudo humana potest præjudicare, ut notat Abbas in *d. c. de Francia 1. num. 3. h. t.* Et id non solùm intelligi debet de consuetudine laicorum, qui nullam habent potestatem disponendi de rebus spiritualibus, verùm etiam de consuetudine communi tam Clericis, quàm laicis. Tum quia textus in *d. c. de Francia* loquitur generaliter de quacunque consuetudine, ad quam inducendam requiritur consensus majoris saltem partis populi, proinde loquitur de consuetudine communi Clericis, & laicis: quia etiam Clerici sunt de populo, & universitate. Hinc non solùm laici, sed etiam Clerici carent potestate statuendi de his, quæ pertinent ad essentiam matrimonij, quia hæc sunt reservata soli summo Pontifici, proinde consuetudo non potest in his præjudicare matrimonio, ut notat Fagnanus in *c. 1. num. 15. de cognat. spirit.* quinimò neque talis consuetudo potest legitimè præscribi cùm sit contra jus divinum, ut habetur in *d. c. de Francia 1. h. t.*

Sunt tamen quædam veluti accessoria, & 44
accidentalia ipsi matrimonio, & circa hæc potest consuetudo patriæ, in qua contrahitur matrimonium aliquid disponere, ut notat Hostiensis in *d. c. de Francia 1. h. t.* ut si consuetudo loci sit, ut nullum conjugium fiat sine dota, & ut nuptiæ publicè celebrentur, ac sponsus, & sponsa benedicantur à sacerdote, & paranymphis offerantur, & aliæ hujusmodi cæremoniæ adhibeantur: quia cùm hujusmodi solemnitates sint tantùm accidentales, non pertinent ad essentiam matrimonij, sed tantùm ad ejus probationem, adeò ut si constiterit, eas intervenisse, non supersit locus dubitandi de tali matrimonio legitimè inito: sin verò omissæ sint, censeatur concubitus illicitus.

An

45 An verò per consuetudinem possint impedimenta matrimonij tam impedientia, quàm dirimenta induci, & quomodo? non conveniunt Doctores, alij dicunt, hanc vim inducendi hujusmodi impedimenta obtinere solam consuetudinem mixtam, seu communem Clericis, & laicis, si illam scandalum comitetur, quod procul dubio ex matrimonio inito contra talem consuetudinem oriretur: tunc docent tale matrimonium impediri, & dirimi, non ratione consuetudinis, sed quia sacri Canones non patiuntur cum scandalo matrimonium contrahi; ratio itidem est, quia sicut consuetudo non potest habiles eos ad contrahendum efficere, quos jus canonicum inhabiles facit *c. quod super in fin. de consangnin. & affin.* ita neque potest eos inhabiles reddere, quibus jus matrimonium permittit, & ita docent Covarruvias, Henriquez, Lopez, & alij quos plena manu congerit Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 4. num. 7.* & explicant textum in *c. de Francia 1. b. 1.* de consuetudine tantùm laicorum, & quam nullum scandalum comitatur, in hoc sensu dicunt, matrimonium initum contra leges, & consuetudines loci validum esse. Alij non exigunt consuetudinem communem Clericis, & laicis, sed tantùm quæ trahat scandalum si contra ipsam fiat matrimonium, & arguunt à matrimonio spirituali, ad carnale ex *c. cum olim* juncta Glossa *fin. de clericis conjug.* & ita docent cum Glossa Butrius, Præpositus, & alij, quos citat Sanchez *loc. cit. num. 11.* alij volunt per consuetudinem posse quidam introduci impedimenta impedientia, non verò dirimentia, & ita docent Glossa, Goffredus, Innocentius in *d. c. super eo*, & alij, quos refert Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 4. n. 10.*

46 Verior tamen sententia est per consuetudinem legitimè præscriptam in *c. fin. de consuet.* posse induci impedimenta etiam dirimentia matrimonij, ut docet ipse Sanchez *loc. cit.* hinc propter consuetudinem legitimè præscriptam matrimonium contra eam initum nullum est, in *c. super eo de cognat. spiritual.* Secus quia in *c. de Francia 1. b.* nulla fuerat consuetudo legitimè præscripta apud Francos, nec ab ecclesia approbata, quæ matrimonium dirimeret, sed tantùm aderant leges præscribentes solemnitatem nuptiis, tam in bannis, quàm in dotis constitutione, & ideo in *c. de Francia 1. b. 1.* matrimonium initum contra talem consuetudinem judicatur validum.

47 Quòd si dicas, apud varias Nationes legibus sæcularibus fuisse certa matrimonia prohibita, ut inter Vasallum, & dominam faudi apud Francos ex edicto Henrici II. relato à Guiberto Costano *de dote q. 12.* ut etiam quòd Principes de sanguine regio non possint matrimonium contrahere sine consensu Regis, ut ait Franciscus Marcus *decis. Delphin 306. num. 1.* & ex Phrosaro Renatus Copinus *lib. 3 de dom. Franc. tit. 19. n. 11.* hinc Parlamentario Arrasto fuit declaratum nullum matrimonium Gastonis fratris Regis Ludovici XIII. cum Margarita Ducissa Lotharingiæ, eò quia initum sine assensu Regis, ut narrat Duplaisius in Ludovico XII. anno 1634. Sunt etiam plures aliæ leges civiles, quibus prohibentur matrimonia contrahi.

Verùm leges sæculares non possunt quidquam contra substantiam matrimonij, quia cùm matrimonij contractus ita elevatus fuerit à Christo Domino ad sacramentum, ut nullo modo apud fideles possit iniri ut contractus, quin etiam sit sacramentum: inde provenit, ut nullus Princeps sæcularis, vel ecclesiasticus præter summum Pontificem possit impedimenta matrimoniis apponere, ut rectè probat Basilius Pontius *lib. 6. de matrim. c. 2. num. 4.* hinc leges sæculares impeditivas matrimonij ut omnino injustas improbârunt Eugenius *consil. 18. n. 14.* Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 23 n. 2.* Sunt tamen qui eas leges defendant ut justas, inter quos Barbosa in *lib. 1. p. 4.* Molina Jurista *de primogen. lib. 2. c. 16. n. 10.* ideo posset responderi per leges sæculares posse juvari sacros canones, quibus certa matrimonia improbantur, cujusmodi sunt leges Hispanæ apponentes pœnam contra contrahentes matrimonia clandestina, hæ leges juvant sacros canones prohibentes matrimonia clandestina; leges enim sæculares adjiciunt tantùm pœnam: aliæ verò leges sæculares, quibus certa matrimonia impediuntur, debent omnino improbari ut nullæ ex defectu jurisdictionis, quâ carent sæculares in res pertinentes ad forum ecclesiasticum. 48

Quæritur decimò, an consensus sub conditione turpi substantiæ matrimonij, aut ejus bonis contraria sufficiat ad matrimonium? Respondetur cum D. Thoma in *3. p. q. 47. art. 5* Covarruvia *2. p. de matrim. c. 3. §. 1.* talem consensum sub illa conditione turpi non sufficere ad validè contrahendum matrimonium, & expressè id definitur in *c. fin. de condit. appos.* Conditiones turpes substantiæ matrimonij contrariæ, præ cæteris sunt istæ, contraho tecum, si venena sterilitatis sumpseris; vel si generationem, & partum prolis evites: vel si pro quæstu adulterandam te tradas. Ratio est, quia ex natura rei implicat rem aliquam esse absque sua essentia, & substantia: atqui de essentia matrimonij est consensus in ordine ad generationem prolis: ergo si consensui apponatur conditio turpis impeditiva finis matrimonij, consensus non sufficit ad ejus valorem. Præterea quia conditio contraria substantiæ cæterorum contractuum, eos irritat; ut si quis vendat equum ea conditione, ut ejus dominium non transferatur à venditore in Emptorem; ergo conditio contraria substantiæ matrimonij illud etiam irritat. Hinc si quis contrahat matrimonium cum una, donec aliam ditiorem, & pulchriorem inveniat, matrimonium non est validum, quia est de essentia matrimonij consensus in vinculum perpetuum, & in obligationes, ac jure ad bona matrimonij, quæ ex illo dimanant: unde quoties matrimonium contrahitur sub conditione destruente vinculi perpetuitatem, ut contraho tecum, donec ditiorem, & pulchriorem inveniam, nullum sortitur valorem, & nec etiam quando conditiones destruunt obligationes provenientes ex matrimonio. 49

Possat

50 Posset tamen in contrarium objici, quia conditio contraria Ordini sacro illum non irritat, ut desumitur ex *c. Diaconi 28.* ubi declaratur non esse prohibendum à ministerio sacri Ordinis eum, qui quando ipsum recepit, protestatus fuit coram Episcopo, se continere non posse, adeóque futurum sibi licitum esse uxorem ducere: ergo neque conditio contraria substantiæ matrimonii adiecta consensui illud irritat. Sed contra negatur consequentia, & ratio discriminis est, quia ut notat Covarruvias illa conditio ducendi uxorem non contrariatur substantiæ, & essentiæ sacri Ordinis; sed solùm adversatur voto castitatis, quod jure tantùm ecclesiastico annexum fuit sacro Ordini: hinc rectè fuit decisum sic ordinatum non esse prohibendum à ministerio sacri Ordinis: at in casu nostro conditio adiecta supponitur contraria substantiæ matrimonij, & implicat ex natura rei, rem aliquam subsistere sine propria substantia.

51 Si dicas, conditionem contrariam voto solemni religionis ipsum non irritare: siquidem conditio retinendi propria bona est omnino contraria voto solemni paupertatis *c. cùm ad Monasterium de statu Monach.* & nihilominus non irritat professionem solemnem *c. fin. qui Clerici, vel voventes,* ubi declaratur, votum solemne cum conditione retinendi propria bona cum omni sua substantia, validum esse, & matrimonium subsecutum irritare: ergo non obstante conditione contraria substantiæ matrimonij, hoc si contrahatur, validum erit.

52 Sed contra, respondetur cum distinctione votum solemne religionis, seu paupertatis emissum, cum conditione retinendi propria bona tam quoad usum, quàm quoad proprietatem est contra substantiam religionis, ac votum solemne paupertatis conceditur, & in hoc sensu explicatur textus in *c. cum ad Monasterium de statu Monach.* conditio adiecta retinendi propria bona tantùm quoad usum, non quoad proprietatem est contra substantiam religionis, & voti solemnis paupertatis negatur, & in hoc sensu procedit decisio in *d. c. fin. qui clerici vel voventes,* ut notat Covarruvias *de matrim. p. 2. c. 3. §. 1. n. 8.* unde negatur consequentia, quia si conditio adiecta consensui sit contraria substantiæ matrimonij illud irritat.

53 Si dicas, matrimonium initum cum intentione non servandi fidem, vel nunquam illud consummandi, vel filium non suscipiendi suum fortiri valorem, tametsi hæc omnia sint contra bona matrimonij: proinde matrimonium validum esse, tametsi sub istis conditionibus contrahatur. Contra est, quia aliud est contrahere matrimonium cum intentione non servandi fidem, vel illud non consummendi: & aliud matrimonium contrahere non solùm cum illa intentione; sed etiam cum pacto expresso non se obligandi ad consummandum matrimonium, vel fidem servandam: inire matrimonium priori modo cum sola intentione illud non consummandi non est contra essentiam matrimonij, proinde hoc non irritatur, sed ad id se obligare ex vi pacti expressi adversatur essentiæ matrimonij, & tunc est irritum: sicut votum emissum cum solo animo illud non adimplendi adhuc est validum: secus emissum cum animo non se obligandi ad illud implendum est irritum, quia sine animo se obligandi nequit votum subsistere: ita à pari matrimonium contractum cum animo non servandi fidem, vel illud non consummandi est validum, tametsi peccet, ita contrahens: at contractum non solùm cum animo, sed etiam cum pacto illud non consummandi est irritum, quia illa obligatio destruit bona matrimonij, & ejus finem.

Quòd si hujusmodi conditiones apponantur à contrahentibus post matrimonium legitimè contractum illud non irritant, & ratio discriminis est, quia matrimonium semel voluntariè, & legitimè contractum non potest amplius dissolvi, & ejus vinculum est perpetuum, quod sola morte disrumpitur, & per hoc differt contractus matrimonialis à cæteris contractibus, quia isti per mutuum dissensum possunt dissolvi, quia dependent à sola voluntate contrahentium tam in fieri, quàm in facto esse: secus contractus matrimonialis, si semel validè fiat ex jure divino ejus vinculum est perpetuum, & non potest amplius dissolvi per mutuum dissensum, unde licèt matrimonium quoad fieri dependeat à voluntate contrahentium, non ita in facto esse ejus dissolutio dependet à contrahentibus, ex quo liquet, valorem matrimonij nō dependere in conservari à consensu, sicut dependet valor aliorum contractuum: hinc patet discrimen, & ratio, cur conditio contra substantiam matrimonij si adijciatur ipsi contractui, eo tequam fiat impediat validitatem matrimonij: secus si apponatur postquam matrimonium est voluntariè, & legitimè initum amplius illud non irritet, nec dissolvat. 54

Quæritur undecimò, an conditio honesta contraria bonis matrimonij, si adijciatur ejus contractui irritet matrimonium? Conditiones, quæ possunt adijci contractui matrimoniali aliæ sunt turpes, de quibus dictum est in præcedenti quæstione: & aliæ honestæ, ut si Titius dicat Lucretiæ, contraho tecum hac lege, ut perpetuam castitatem servemus: de hisce enim conditionibus honestis est difficultas, an si adijciantur matrimonio, illud irritent? Respondetur cum D. Thoma affirmativè. Ratio est, quia matrimonium non potest contrahi cum conditione secum pugnante, tametsi honesta sit ut docet D. Thomas in *3. p. q. 47. art. 5.* Posset tamen cum Barbario in *c. fin. de precariis* obiici quia si uterque conjux, ante matrimonium esset voto simplicis castitatis adstrictus adhuc matrimonium inter ipsos initum esset validum, tametsi sic contrahentes tenerentur votum adimplere, & perpetuam castitatem servare; ergo erit etiam validum matrimonium tametsi conditio de servanda perpetua castitate adijciatur ipsi contractui; siquidem ratione voti emissi ante matrimonium, contrahentes cum voto simplici castitatis, tenentur castitatem servare, non minus ac si matrimonium contractum fuerit cum conditione servandi perpetuam castitatem. Sed contra, negatur consequentia, & ratio discriminis 55

nis est, quia votum simplex non est traditio, sed sola promissio, quæ non obstat, quo minus per subsequens matrimonium fiat in conjugem vera translatio dominij corporis ipsius voventis, & juris eo utendi: secus conditio vovendi castitatem apposita contractui impedit plenam, & totalem translationem potestatis corporis, quæ ad essentiam matrimonij necessariò requiritur. Tum quia ex vi conditionis adjectæ contractui de vovenda castitate detur utrique conjugi jus justitiæ ad non reddendum, & tollitur jus justitiæ ad non petendum, hoc autem adversatur substantiæ matrimonij.

56 Si dicas, hanc conditionem, ut scilicet possint conjuges ex mutuo consensu vovere, & servare castitatē tacitè inesse contractui matrimoniali, consequenter eius expressionem non irritare matrimonium. Cùm enim post contractum matrimonium possint conjuges mutuo consensu vovere castitatem in ipso contractu matrimonij, hæc conditio tacitè includebatur, tum quia jus petendi, & reddendi debitum tolli potest salva essentia matrimonij, proinde conditio auferens hoc jus non tollit essentiam matrimonij, nec illud irritat. Sed contra, quia ex eo, quòd post initum matrimonium validum possint conjuges vovere castitatem, tantùm sequitur, quòd hæc potestas vovendi fuerit tacitè imbibita in ipso contractu, non verò ipsum votum: quia aliud est, conjuges posse vovere castitatem post initum matrimonium, & aliud teneri eam vovere: primum est conditio tacitè imbibita in ipso contractu matrimonij, non ita secundum, quod si adijciatur irritet matrimonium. Ad aliud quod addebatur de jure petendi, & reddendi, quod potest tolli salvâ essentiâ matrimonij, respondetur, esse discrimen, quia quando ablatio juris petendi, vel reddendi deducitur in pactum in ipso actuali contractu, tunc impeditur totalis, & perfecta translatio dominij requisita ad valorem matrimonij: secus si matrimonium jam fuerit contractum, & translatio totaliter facta; cùm non possit voluntate contrahentium ampliùs revocari, non contrarietur eidem, quòd jus petendi, aut reddendi ei auferatur.

57 Quæritur duodecimò, an dari possint casus etiam post Concilium Tridentinum, ut matrimonium initum sine præsentia Parochi suum sortiatur valorem? Respondet affirmativè Amicus in *suo cursu theolog. tom. 9. disput. 7. sect. 13. num. 135.* ubi enumerat tres casus, in quibus asserit, posse matrimonium initum sine Parocho esse validum. Primò quando Parochus simpliciter non potest haberi. Secundò quando non sine maximo ejusdem Parochi, vel contrahentium periculo. Tertiò, si maxima contrahendi urgeat necessitas, quæ usque ad Parochi præsentiam differri non possit. Et ait, quoad priores duos casus fuisse id declaratum à sacra congregatione super Concilio circa formam matrimoniorū, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ contrahuntur. Declaratio verò sacræ Congregationis Concilij data fuit sub die 19. Januarij anno 1605. ad Episcopum Tricariensem Nuntium tunc Apostolicum per Germaniam inferiorem: verba declarationis sunt hæc: *Si verò Parochia, in qua fuit aliquando observatum decretum Concilij Tridentini Parocho careat, & cathedralis itidem Episcopo, & Capitulo habentibus à Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullúsque alius ibi sit, qui vices Parochi, aut Episcopi suppleat; matrimonium valet absque præsentia Parochi, servata tamen in eo, in quo potest, forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Sin verò extent quidem Parochus, & Episcopus, sed nullo constituto Vicario uterque metu hæreticorum lateat, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum est matrimonium absque Parocho, adhibitis tamen duobus testibus.* Ex qua declaratione, quem refert Diana *tract. 6. de matrim. resol. 69.* & Amicus *loc. cit.* duo colliguntur casus, in quibus matrimonium absque præsentia Parochi initum est validum, dummodo in reliquis servetur forma Concilij, & matrimonium contrahatur coram duobus saltem testibus.

58 Primus casus est, si decretum sit publicatum, sed ecclesia Parochialis careat Parocho, & cathedralis Episcopo, nec non Capitulo habentibus facultatē delegandi alium sacerdotem, & nullus sit, qui vicem Parochi suppleat: in hoc casu si matrimonium contrahatur coram duobus testibus, tametsi sine præsentia Parochi suum sortitur valorem, si in cæteris servetur forma præscripta à Concilio: & ratio est, quia licèt tunc matrimonium non contrahatur in facie ecclesiæ, non tamen contrahitur clandestinè, cùm probari semper possit per testes sufficientes, unde non sequuntur illa incommoda, ob quæ Concilium Tridentinum prohibuit, & irritavit matrimonia clandestina.

59 Secundus casus est, quòd tametsi adsit Parochus, & Ordinarius; sed uterque nullo constituto Vicario lateat ob metum hæreticorum, & contrahentes ignorent, ubi sit tutus ad Parochum, vel Ordinarium accessus ob prohibitionem sub gravi mulcta; matrimonium si contrahatur coram duobus saltem testibus est validum, & hi duo casus frequenter occurrunt in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ. Et id etiam procedit, si matrimonium contrahatur à catholicis inter hæreticos promiscuè viventibus, si non sit tutus accessus ad proprium Parochum, vel Episcopum: alioquin si illis pateat accessus ad proprium Parochum, quamvis simul habitent cum hæreticis, tenentur catholici coram proprio Parocho contrahere, si sine periculo possint illum adire. Hanc sententiam etiam docet Bellarminus apud Amicum, & eam colligit ex quodam ejus responso dato Octavio Carafæ Episcopo Tricariensi Nuntio Apostolico tunc ad Rhenum inferiorem, ut etiam refert Sylvius: ait enim Bellarminus de matrimoniis contractis, ubi nulli jam sunt proprij pastores; jam olim actum fuit coram S. D. N. & Congregatione Concilij Tridentini, & sententia communis fuit illa efferata. Neque ad hujusmodi matrimonia pertinere decretum Concilij, cùm in hujusmodi locis observari non possit. Non video ergo, cur talia matrimonia non debeant tolerari cùm satis constet Concilij decretum,

tum, quòd jubet matrimonium fieri coram Parocho non se extendere ad loca ubi nulli sunt Parochi: hæc Bellarminus.

60 Amicus verò *loc. cit.* ex declaratione sacræ Congregationis infert tertium casum, & ait esse maximam necessitatem, qualis esset si contrahentes in metu mortis, vel amissionis proprij status cum ingenti jacture subditorum cogerentur contrahere absque Parochi præsentia: & affert exemplum de Principe habente aliquam concubinam, ex qua filium susceperit: si cùm Princeps sit constitutus in evidente periculo mortis, & si sine legitimo filio decedat, totus ejus Principatus cum maximo subditorum damno devolvatur ad Principem hæreticum: censet Amicus in hoc eventu posse Principem sine præsentia Parochi matrimonium cum sua concubina contrahere, ac legitimare filium ex ea susceptum, ut is possit Principatui succedere, suósque subditos in vera fide, & religione conservare: quia si non tutus accessus ad Parochum ex declaratione sacræ Congregationis excusat contrahentes, quò minus teneantur contrahere coram Parocho, dummodo adhibeant duos testes: à fortiori etiam excusabit hæc urgens necessitas Principem, cùm majoris sit momenti impedire, ne totus Principatus devolvatur ad Principem hæreticum, quàm non posse ad Parochum tutum haberi accessum. Nihilominus præter duos priores casus expressos in declaratione sacræ Congregationis Concilij sub die 19. Januerij anno 1605. tertium quem colligit ex prioribus Amicus non admitterem, nisi exprimeretur in aliqua declaratione ejusdem sacræ Congregationis: quia id omnino dependet ab ecclesia, à qua non est recedendum in re tanti momenti.

61 Quòd si bona fide tale matrimonium contraheretur à Principe constituto in illa extreme necessitate cum sua concubina ad eum finem, ne totus ejus Principatus cum ingenti damno subditorum devolveretur ad Principem hæreticum, posset ecclesia illud ratificare: quia sicut pro bono publico ad evitanda plura incommoda prohibuit, & irritavit matrimonia inita sine præsentia Parochi, & Testium: ita ob bonum publicum mutatis circumstantiis ad impediendum, ne totus Principatus devolvatur ad Principem hæreticum cum gravissimis incommodis, & damnis Catholicorum, potest tale matrimonium ratificare, & approbare; sicut enim legislator ob bonum publicum legem condit, ita potest ob idem bonum publicum eandem solvere mutatis scilicet circumstantiis.

62 Quæritur tertio decimò, an in mortis articulo possit Parochus solus assistere matrimonio, & conjungere contrahentes sine præviis denuntiationibus, & Testibus. Plerúmque contingit, ut velit quis contrahere cum aliqua vel ad legitimandam prolem ex illa susceptam; vel ad tollendam infamiam, & dedecus fœminæ; dubitatur, an tunc possit Parochus assistere solus? Respondetur, quod ad prævias attinet denuntiationes, posse has in articulo mortis omitti; quia cum pertineant ad solam solemnitatem accidentalem, non intendit ecclesia irritare matrimonium, si urgente aliqua gravi necessitate omittantur: hinc si peste infectus in articulo mortis velit concubinam ducere, vel ad prolem legitimandam, vel ad majorem suæ conscientiæ tranquillitatem, possunt denuntiationes omitti, & si matrimonium contrahatur coram Parocho, & duobus Testibus non solùm est validum, sed etiam licitum, quia in hac urgente necessitate ecclesia non intendit obligare constitutum in mortis articulo præmittere denuntiationes, quinimò cùm non supersit tempus esset obligare ad aliquod impossibile, & ita docent Guttierres *de matrim. c. 61. n. 4.* Coninck *de sacrament. disput. 27. dub. 1.*

63 Non tamen potest etiam in mortis articulo matrimonium validè contrahi sine Parocho, & Testibus, quia ubi in dispositione dicitur, quòd aliter fieri non possit, inducitur tunc forma necessariò servanda, ut notat Felin. in *c. cum dilecta de rescript. num. 6. sign. 7.* & hoc etiam procedit, quando ponitur decretum annullans, ut notat idem Felin. *loc. cit. n. 9. sign. 5.* atqui Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* statuit matrimonium aliter fieri non posse, quàm præsente Parocho, & duplici teste, & aliter contractum esse irritum: ergo inducitur forma omnino servanda ad valorem matrimonij, adeò ut in nullo eventu matrimonium initum sine tali forma, seu sine præsentia Parochi, & Testium sit validum; siquidem res sine sua proprie forma non potest subsistere. Firmari etiam ex eo potest, quia in eodem Concilio Tridentino *loc. cit.* contrahentes sine Parocho, & Testibus redduntur inhabiles ad contrahendum, siquidem Concilium adhibet illam dictionem *omnino*, quæ significat in omni eventu sine ulla exceptione, ut notat Sanchez *lib. 1. disput. 32. n. 6.* atqui inhabilitatem materiæ sacramenti nullus necessitatis casus potest supplere, qua ratione nullâ necessitate sine Pontificia dispensatione possunt consanguinei in secundo, vel tertio gradu matrimonium contrahere, eò quia materia sit inhabilis, ut docet Sotus *lib. 1. de justit. q. 6. art. 4. ad fin. corp.* idque non ratione legis ecclesiasticæ, cùm hæc non obliget in tanta necessitate; sed ratione legis naturalis, & divinæ ibi inclusæ, & dictantis nunquam licere accedere ad non suam: sed eo ipso quòd ecclesia inhabilitet materiam ad matrimonium non potest hoc cum illa subsistere, proinde si contraheretur, & consummaretur, esset accessus ad non suam, qui prohibetur lege divina. Unde eo ipso quòd ecclesia reddit materiam inhabilem ad matrimonium est postea lex divina, quæ irritat tale matrimonium.

64 Posset tamen in contrarium objici, quia leges divinæ recipiunt interpretationem de bono, & æquo, seu epickiam, ut quæ pro charitate inductæ sunt, iisdem non adversentur, hinc *Joan. 3.* Quamvis dicatur, neminem sine baptismo posse salvari, nihilominus hæc lex divina ita interpretatur, ut si deficiat Minister, vel copia aquæ sufficiat baptismus in voto: ergo à fortiori leges humanæ eandem debent epickiam

am recipere : unde urgente extrema necessitate, & etiam in mortis articulo potest lex canonica præscribens matrimonium non esse contrahendum nisi coram Parocho, & testibus interpretari, ut valeat tunc si contrahatur sine Parocho, & testibus: quia si tale matrimonium sic initum esset invalidum, adversaretur charitati, quatenus proles per matrimonium illud legitimanda remaneret illegitima : & persæpe morti proximus, & valdè affectus erga concubinam periclitaretur de salute spirituali, si non posset matrimonium contrahere, quo huic pravæ affectioni consuleret : ergo decretum Concilij Tridentini in hisce casibus potest recipere interpretationem, ut matrimonium initum tunc sine Parocho, & Testibus sit validum.

65 Sed contra, quia hoc tantùm procedit quoad legem merè præceptivam, & inducentem contractui solemnitatem tantùm extrinsecam; non verò quoad legem inducentem solemnitatem substantialem, & inhabilitantem materiam; quia tunc sine materia non potest sacramentum matrimonij confici, neque id adversatur charitati, quia ob bonum commune expediebat tali rigore legem esse latam : alioquin si permitterentur matrimonia sine Parocho, & Testibus inita plura sequerentur incommoda in perniciem reipublicæ, & animarum.

66 Quòd si dicas, hoc præceptum contrahendi matrimonium coram Parocho, & Testibus esse ecclesiasticum, quod non obligat cum tanto rigore, præsertim urgente gravissima necessitate, ut liquet in præceptis ecclesiasticis de missa audienda diebus festis, & de jejunio servando in pervigiliis. Respondetur, id verum esse, quando præceptum ecclesiasticum est simplex, non verò quando mixtum, seu de eo, in quo concurrit jus naturale, & divinum, ut in casu nostro. Neque obstat, quòd urgente gravi necessitate possit matrimonium contrahi sine prævijs denuntiationibus. Quia est dispar ratio; denuntiationes enim cùm pertineant ad solam solemnitatem accidentalem possunt omitti urgente gravi necessitate : secus præsentia Parochi, & Testium pertinet ad solemnitatem substantialem, sine qua non potest matrimonium initi.

67 Si dicas urgente tali necessitate præsumi licentiam Parochi, aut ratihabitionem de futuro. Contra est, quia hęc licentia non præsumitur, nec ratihabitio in illis sacramentis, quæ non sunt necessitatis, sed liberæ voluntatis, cujusmodi est matrimonium. Rursus hæc ratihabitio, & licentia tunc tantùm potest præsumi, quando præceptum est purè ecclesiasticum, non verò quando est mixtum ex ecclesiastico, & divino.

68 Quæritur quartodecimò, an peregrini à suo domicilio absentes teneantur contrahere matrimonium secundùm leges, & consuetudines illius loci, in quo habent proprium domicilium? Respondetur, duas esse sententias primam esse negativam, quam docent Sanches *tom. 1. lib. 3. disput. 18. num. 28* Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. c. 9. per tot.* Coninck *de sacrament. disput. 28. num. 28.* quia Peregrini à domicilio absentes non tenentur legibus sui domicilij, si in loco ubi se recipiunt, vigeant contrariæ leges quoad solemnitates adhibendas in contractibus. Secundò quia quando inhabilitas est absolutè, & simpliciter constituta in aliquam personam, tunc sequitur personam quocunque ierit, quia eidem adhæreścit : secus si constituta sit per modum legis ; quia tunc sicut lex illa non obligat in aliis locis, ita inhabilitas, & annullatio actus non obtinent vim in aliis locis, quia cùm non adhæreant personæ, eam non sequuntur aliò euntem, proinde non obligant nisi in locis, in quibus lex illa vim habet obligandi.

69 Hinc si habitantes in ea parochia, seu loco, ubi Concilium Tridentinum de matrimoniis clandestinis est publicatum, & servatur, se transferant in alium locum etiam cum animo ibi non habitandi, sed tantùm ibi contrahendi juxta leges, & consuetudines talis loci, asserunt illud matrimonium validè iniri, tametsi non servetur decretum Tridentini, & ita docet Sanchez *tom. 1. lib. 3. disput. 18. num. 29.* ubi tamen aliqui limitant hanc sententiam, nisi adirent alia loca in fraudem decreti Tridentinæ synodi, nempe ut ibi possint liberè absque Parocho, & Testibus matrimonio copulari : quia fraus nemini debet patrocinari *c. Ex timore de rescript.* patrocinaretur verò, si tale matrimonium validum esset. Tum quia *l. 1. §. idem aiunt. V. denique ff. de aqua pluvia arcen.* ibi : *Marcellus scripsit cum eo, qui in suo fundo fodiens vicini fontem everterit, nihil posse agi, nec doli actione, si non animo nocendi vicini, sed suum agrum meliorem faciendo id fecit*, ex quo textu à contrario sensu colligitur fodientem animo nocendi non posse fodere : ergo ita dicendum in casu nostro si incolæ locorum animo fraudulento recesserunt, ut alibi matrimonium contraherent sine Parocho, & Testibus.

Verùm hæc limitatio non placet ipsi Sanchez, 70 quia etiamsi aliò irent animo, ut possent ibi liberè sine Parocho, & Testibus matrimonium contrahere, adhuc istud tutum esset, eò quia utens jure suo non possit dici fraudem committere, ut ea ratione effectus impediatur *regul. nullus videtur 55. paulò post princ. vers. Is tamen. ff. de liber. hom.* ibi : *dolo malo non videtur habere qui jure suo utitur.* Tum quia contractus non læditur ex bona, & mala intentione, quia hæc non permanet in affectu, nec transit in contractum exteriorem, qua ratione docent communiter ex prava intentione non oriri obligationem restituendi, si revera damnum non sit illatum.

Secunda sententia est omnino contraria, & 71 docet, habitantes in ea parochia ubi Concilium Tridentinum de clandestinis matrimoniis non contrahendis est publicatum, & servatur, si transeant in aliam Provinciam sine animo ibi habitandi, sed tantùm contrahendi matrimonium sine Parocho, & testibus, & postea redeundi ad proprium domicilium, matrimonium ita initum sine Parocho, & Testibus esse invalidum, & pro hac sententia Franciscus Zypæus in *consult. canon. lib. 4. tit. de sponf. & matrim.* ton.

matrimonio contrahendo teneatur matrimonium contrahere, vel potiùs votum adimplere? Certum est votum ita emissum semper obligare, tametsi qui vovit postea contrahat matrimonium, adeò ut inito matrimonio ratione voti castitatis non possit debitum petere, sed tantùm reddere; & dissolutis sponsalibus ex justa causa, vel mortua uxore teneri abstinere ab aliis nuptiis, & servare votum castitatis; quòd si votum fuerit religionis tenetur eam ingredi. Quamobrem difficultas tantùm est, an teneatur votum castitatis servare, vel puellam ducere, quam defloravit. Ratio dubitandi est, quia obligatio posterior non videtur potuisse derogare priori ortæ ex voto. Tum quia vovens non teneatur ducere puellam ratione promissionis, quia hæc cùm fuerit contra votum, ac proinde de re illicita non potuit obligationem inducere: neque tenetur eam ducere ratione damni, quia violans virginem nuptiis non promissis, non tenetur eam ducere, sed aliter satisfacere.

82 Respondetur nihilominus probabilius esse, teneri ita voventem ducere puellam, quam post votum emissum defloravit fide eidem data de matrimonio contrahendo. Ratio desumitur ex eo, quia justitiæ vinculum fortius est vinculo castitatis: atqui obligatio ducendi puellam defloratam oritur ex virtute justitiæ, quia damnum illatum puellæ ex justitia est eidem resarciendum per promissum matrimonium: & obligatio orta ex voto emisso ob Dei amorem procedit à virtute charitatis, proinde hæc obligatio debet cedere obligationi, quæ oritur ex justitia. Tum quia ob vinculum pietatis erga parentes si isti extremè indigeant ope filij, qui emisit votum religionis, tenetur votum suspendere, ut indigantiæ opituletur parentum: ergo à fortiori ob vinculum justitiæ tenetur quis suspendere votum emissum castitatis. Secundò quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis, ut docent communiter in tractatu de voto: sed hic notabilissima advenit mutatio ob superveniens fortissimum justitiæ vinculum, & gravissimum proximi damnum, si votum impleatur, proinde tenetur vovens votum suspendere, & puellam ducere. Tertiò quia per hoc, quòd deflorator fœminam ducat, non absolvitur à voto antea emisso: sed tantùm differt ad tempus voti executionem, nimirum si uxor priùs decedat, vel ex justa causa dissolvatur matrimonium; proinde tenetur satisfacere obligationi ortæ ex justitia, quia hæc est fortior. Tum quia ex parte sua vovens adhuc potest servare votum castitatis non petendo debitum, sed tantùm reddendo conjugi illud petenti. Quartò quia gravatus ære alieno, si brevi sit solvendo non potest religionem ingredi, tametsi voto se religioni adstrinxerit, sed tenetur differre ingressum, donec debitis, quibus gravatur, satisfaciat, eò quia obligatio satisfaciendi Creditoribus est ex justitia, quæ fortiùs obligat: ergo qui post emissum votum castitatis defloravit puellam fide ei data de matrimonio contrahendo, quia contraxit obligationem ex justitia eam ducendi, tenetur illam docere non obstante priori obligatione orta ex voto.

Ad primam rationem dubitandi respondetur tunc posteriorem obligationem non derogare priori, quando res notabilem non subierunt mutationem. Præterea quia prior obligatio non solvitur, quia quantum est ex se tenetur vovens votum servare, & non petere debitum, & mortua uxore non transire ad secundas nuptias: puella autem exigens matrimonium petit, quod est ipsi debitum ex justitia ob damnum, quod est passa, & non potest eidem resarciri nisi per subsequens matrimonium. Ad secundam respondetur, teneri ratione promissionis, & damni; quia puella sub hac conditione permisit se violari, ut esset ejus uxor: & quia fuit ingens damnum passa, acquisivit jus exigendi, ut illi resarciretur per matrimonium. 83

Quæritur decimooctavò, an si votum castitatis superveniat sponsalibus jam antea contractis, hæc dissolvantur? Procedit quæstio de simplici voto castitatis, & de sponsalibus absque alio damno illato puellæ, ut si Titius priùs promisit Lucretiæ de futuro, se ducturum illam in matrimonium, & postea ipsum pœniteat suæ sponsionis, & ne Lucretiam ducat, vovat simpliciter castitatem, an per hoc votum posterius fiat liber à matrimonio contrahendo, & dissolvantur præcedentia sponsalia. Dixi si emisit votum simplex, quia si esset votum religionis ingrediendi, non est dubium quin præcedentia sponsalia dissolverentur, quia votum ingrediendi religionem respectu sponsalium se habet sicut votum solemne religionis respectu matrimonij rati: unde sicut votum solemne dissolvit matrimonium ratum, ita votum simplex ingrediendi religionem dissolvit sponsalia, ut docet Sylvester *matrim. 7. q. 5. dict. 5.* Cordoba *in sum. q. 136. punct. 4.* 84

Rursus si votum castitatis esset emissum ante sponsalia, & nullum inferretur puellæ damnum virginitatis, vel famæ, tunc etiam votum præcedens esset servandum, quia cùm puella non esset passa damnum, obligatio posterior non derogaret priori ortæ ex voto, tum quia subsequens promissio non inducit obligationem eò quia fit de re illicita, seu de violatione voti castitatis priùs emissi, unde talis promissio nullius est valoris, quia ad rem illicitam nemo tenatur. 85

Neque obstat, propositum servandi cœlibatum in sæculo non dirimere sponsalia, si hæc postea contrahantur, proinde nec votum. Nam contra est, quia ut docet D. Thomas *2. 2. q. 183. art. 1.* est discrimen inter propositum servandi cœlibatum in sæculo, & votum castitatis, quia tale propositum, si voto non firmatur, non constituit statum, est enim status stabilis obligatio vitæ: secus votum inducit hanc stabilitatem vitæ, & obligationem, proinde constituit statum. Rursus si postea sponsus emittat votum castitatis; alter fit omnino liber à fide sponsalium servanda, quia vovens eo ipso, quòd votum emisit sponsalibus renuntiavit, à quibus propterea potest alter liberè recedere. Tum 86

quia

quia res sunt etiam notabiliter mutatæ, quia cum vovens teneatur abstinere à petitione debiti gravissimum onus imponeretur alteri, si semper adigeretur ad petendum, maximè si esset fœmina ob erubescentiam, ut notat Sylvester *V. sponsalia q. 7.*

87 Difficultas igitur est, utrum votum simplex castitatis superveniens sponsaliis antea initis ea dissolvat. Respondetur cum communiori, tale votum simplex non dirimere sponsalia antea contracta, idque desumitur ex *c. veniens qui cler. vel vov.* ubi fœminæ, quæ promiserat matrimonium, imponitur pœnitentia ob mentitam fidem, eò quia per ipsam steterit, ne matrimonium sequeretur, & nihilominus fœmina illa post inita sponsalia emiserat votum castitatis, ut notat Joannes Andreae *num. 3.* Ancharanus *n. 2. in d. c. veniens*: hinc colligitur, votum simplex castitatis superveniens sponsalibus ea non dirimere.

88 Tum quia Deus non acceptat promissionem rei priùs alteri promissæ, & in ejus præjudicium, si enim Petrus promisit suum equum Joanni; & postea eundem repromittat Francisco, prior promissio prævalet, imò tametsi repromitteret ecclesiæ: quia per priorem promissionem acceptam prior promissarius acquisivit jus ad rem sibi promissam: atqui sponsus per sponsalia promisit suum corpus alteri, proinde repromissio ejusdem corporis facta Deo per votum, non est illi accepta, quia Deus non vult privare alium jure acquisito ad rem. Præterea quia nullibi reperitur inesse sponsalibus tacitam conditionem nisi statum continentiæ elegero, & sic docent communiùs Canonistæ in *d. c. veniens qui cler. vel vov.* & Sylvester *V. matrimonium 7. q. 5. dec. 5. & V. Sponsf. q. 7.* ubi observat voventem post sponsalia etiam peccare, eò quia recedat à sponsalibus, cùm non adsit sufficiens causa recedendi, verùm id intelligitur, si voveret animo manendi in sæculo, & resiliendi à sponsalibus, & ad eum finem, ut posset ab iisdem resilire, alioquin si voveret castitatem animo ingrediendi religionem, vel perficiendi sponsalia matrimonio inito, & obligandi se ad castitatem ex parte sua, in quantum potest, nullius tunc esset peccati reus, quia hoc pacto vovere castitatem licitum est etiam conjugatis.

89 Posset tamen in contrarium objici, quia quando concurrunt duo vincula incompatibilia, & valida, tunc fortius prævalet, *c. si inter de sponf.* atqui vinculum voti castitatis est incompatibile cum sponsalibus, & est etiam fortius, quia inducit obligationem fidelitatis respectu Dei: cùm sponsalia non inducant hanc obligationem nisi respectu hominis. Sed contra, quia argumentum tantùm procedit, quando utrumque vinculum suum sortitur valorem: votum verò simplex castitatis emissum post sponsalia inita, eo animo, ut vovens non contrahat matrimonium cum illa, cui spopondit, tale votum non est validum, quia est in sponsæ præjudicium, & non acceptatur à Deo. An verò qui ita vovit castitatem post sponsalia inita teneatur religionem ingredi, nonnulli affirmant, quia tametsi per se, & ratione voti ad id non teneatur; per accidens tamen obligatur: quia aliter votum perfectè implere non potest, cùm enim sponsalia non sint dissoluta manens in sæculo tenetur matrimonium inire, & debitum reddere contra castitatem: proinde, ut satisfaciat voto, & non adigatur matrimonium contrahere, dicunt teneri religionem ingredi.

Communior tamen sententia docet, non teneri ad religionis ingressum, sed posse ingredi si velit, vel etiam inita sponsalia per matrimonium de præsenti perficere: & hæc sententia est rationi consona, quia qui votum simplex emisit castitatis, non vovit religionem, & quamvis non possit aliter castitatem integrè servare, nisi ingrediendo religionem, non tamen tenetur cum tam notabili mutatione, & difficili perfectè votum implere. Quòd possit, si velit etiam matrimonium contrahere, ex eo liquet, quia sponsalia non sunt dissoluta, proinde utérque sponsus tenetur illa implere, quamvis in statu matrimonij teneatur, qui votum emisit illud ex parte sua servare non petendo debitum, vel petere commutationem, vel solutionem à voto: unde quamvis non desint, qui censeant, tale votum simplex castitatis post inita sponsalia nullius esse valoris; putârim tamen esse validum, & obligare ipsum voventem licèt non in sponsæ præjudicium, siquidem etiam votum castitatis emissum à conjugato valet in sui præjudicium, & quantum est ex se, tenetur illud servare. 90

Idque firmatur etiam ex *c. veniens qui cler. vel vov.* ubi fœmina, ut à sponsalibus eximeretur, castitatem vovit, & rogatus Pontifex, an non obstante voto posset nubere; respondit ob fornicationis periculum injungendam esse pœnitentiam de voto violato, & dandam esse nubendi licentiam: ergo quia tale votum fuit validum, ubi juvat notare fœminam in illo textu non petiisse licentiam nubendi ei, cui fidem dederat, quia is jam cum alia contraxerat, sed ad nubendum alij, quod dispensatione indigebat ratione voti, quia hoc valet etiam respectu aliorum, & sic docent Glossa in *d. c. veniens* Innocentius *c. unic.* Hostiens. *ad fin.* Joannes Andreas *num. 9.* Ancharanus *num. 3. in d. c. veniens.* 91

Quæritur decimononò, an consensus ad matrimonium ineundum ita sit necessarius, ut nec de potentia Dei absoluta possit matrimonium consistere sine tali consensu? Certum est posse Deum dare viro potestatem in corpus fœminæ, & è contra etiam absque illorum consensu, siquidem Deus habet majus dominium in corpus conjugum, quàm ipsimet conjuges; & cùm isti sint Domini alterius conjugis, adeò ut vir habeat dominium in corpus fœminæ, & hæc in corpus viri: ita Deus à fortiori potest independenter, & sine consensu viri, & fœminæ transferre tale dominium. Rursus si sermo sit de matrimonio causaliter, & prout est contractus humanus oriens à propria voluntate tanquam à causa, certum est etiam per nullam potentiam posse consistere sine mutuo consensu: siquidem consensu 92

sensina

ſenſus eſt de intrinſeca ratione contractûs, & ſicut actus intellectus, eò quia ſit vitalis per nullem potentiam poteſt abſque intellectu produci; ita contractus humanus, qui oritur à voluntate, ut è principio vitali, non poteſt ſine ejus conſenſu iniri.

93 Unde quæſtio procedit de matrimonio prout eſt ſimpliciter vinculum, quo conjuges ſimul copulantur, an poſſit hoc vinculum conſiſtere etiam de potentia abſoluta ſine proprio conſenſu, & communior opinio docet per nullam potentiam poſſe matrimoniũ ſine conſenſu conſiſtere, eò quia ſit conſenſus de eſſentia matrimonij, & repugnat poſſe rem conſiſtere abſque ſua eſſentia, quia eſſet, & non eſſet: perinde enim matrimonium, ut præcisè importans vinculum, quo conjuges invicem copulantur coaleſcit ex mutuo conjugum conſenſu, ſicut homo ex animalitate, & rationalitate: & ſicut repugnat homo ſine animalitate, & rationalitate, ſeu ſine propria eſſentia: ita etiam implicat matrimonium exiſtere ſine proprio conſenſu. Tum quia matrimonium eſt eſſentialiter conjunctio animorum conjugum: & hæc conjunctio non poteſt haberi aliter niſi per conſenſuum unionem.

94 Tum quia perinde matrimonium eſt traditio ad ſtatum matrimonialem, ſicut votum ſolemne eſt traditio ad ſtatum religionis: & ſicut hæc traditio ad religionem non poteſt fieri ſine conſenſu voventis, ita nec traditio ad ſtatum matrimonialem, importat enim traditio ipſum conſenſum. Tum quia ipſa copulatio animorum conjugum dependet ab illorum voluntate conſentiente, non ſolùm in genere cauſæ efficientis, verùm etiam quodam modo in genere cauſæ formalis ſicut conjunctio affectiva amantis, & amati dependet ab amore voluntatis, unde ſicut hæc conjunctio non poteſt haberi ſine voluntate; ita neque conjunctio maritalis ſine mutuo conſenſu conjugum. Demum quia non poteſt dari relatio in aliquo cum vero actu formali illius ſine ejus fundamento, non enim poteſt dari paternitas in aliquo, ratione cujus verè dicatur pater abſque actu generandi: atqui matrimonium inter conjuges eſt relatio, quæ fundatur in mutuo conjugum conſenſu, proinde repugnat matrimonium abſque conjugum conſenſu.

95 Quæritur vigeſimò, an conſenſus requiſitus ad matrimonium ſit in copulam carnalem, vel tantùm in jus ad eandem? Reſpondetur, non eſſe ad talem copulam, quia ſi quis contrahat matrimonium animo profitendi in religione approbata ante ejus conſummationem validum eſt matrimonium, ut habetur in *c. commiſſum de ſponſ.* ratio eſt, quia conſenſus ad contrahendum matrimonium, & ad illud non conſummandum non repugnat, quia verſatur circa diverſa, matrimonium enim non conſiſtit in ipſa conſummatione, ſed in vinculo, & conſenſu: & vinculum poſt ſtare ſine conſummatione, quæ tantùm ſe habet conſecutivè. Tum quia beata Virgo, ut docet D. Thomas *3. p. q. 29. art. 2.* contraxit matrimonium cum ſancto Joſepho cum intentione illud non conſummandi, & nihilominus fuit verum matrimonium.

Neque obſtat, quòd D. Auguſtinus *lib. 19. contra Manichæos c. 26.* aſſerat, matrimonium dici, eò quia non ob aliud puella nubat, niſi ut mater fiat, quia D. Auguſtinus fuit tantùm locutus juxta id, quòd communiter accidit; non tamen dixit, eſſe ſimpliciter neceſſarium ad matrimonium. Reſpondetur igitur ad quæſitum, conſenſum conſtituentem matrimonium eſſe explicitè, & per ſe primò in jus, & poteſtatem ad carnalem copulam: implicitè autem ſecundùm id quod communiter accidit etiam ad copulam: dico, ſecundùm id quod communiter accidit, quia carnalis copula non eſt de matrimonij eſſentia, ſed tantùm ejus effectus: ſiquidem eſſentia matrimonij conſiſtit in mutua corporum traditione ad copulam: unde conſenſus efficiens matrimonium non fertur explicitè, & primariò ad copulam, ſed in jus, & poteſtatem ad illam; & implicitè, conſecutivè, ac virtualiter ad copulam juxta id, quod communiter accidit: ſiquidem conſenſus in matrimonium fertur in id, quod eſt de eſſentia ejuſdem matrimonij: & quia conſenſus in aliquam rem fertur etiam implicitè, & conſecutivè in effectum ejuſdem rei, & ad quem res illa ordinatur; inde fit, ut conſentiens in mutuam corporis traditionem virtualiter conſentiat etiam in copulam juxta id, quod communiter accidit, quia poteſt quis matrimonium contrahere ſine expreſſa voluntate illud non conſummandi, ſed profitendi religionem approbatam ante ejus conſummationem. Quòd ſi uterque conjux contraheret ſub expreſſa conditione, ut tenerentur ſibi reddere debitum, tunc matrimonium non cenſeretur validum, eò quia excluderetur totaliter ab utroque contrahente, ex vi contractûs, conſenſus implicitus in copulam, ut docent D. Thomas *in 4. diſt. 28. q. unic. art. 4.* Scotus *in 4. diſt. 30. q. 2. art. 3.* D. Bonaventura *in 4. diſt. 28. q. ult.*

Notandum eſt, dupliciter poſſe conſenſum implicitum deſiderari ad matrimonium. Primò ex parte contractûs, & tunc ſemper deſideratur, quia contractus matrimonii intrinſecè ordinatur ad copulam, quia tametſi contrahens habeat intentionem non conſentiendi in copulam, adhuc habetur verum matrimonium, ut docet D. Thomas. Secundò ex parte contrahentis: hâc diſtinctione adhibitâ facilè intelligitur, quomodo conſenſus in carnalem copulam ſemper requiratur implicitè, & virtualiter, licèt non explicitè: requiritur enim implicitè ex parte contractûs, quatenus hic intrinſecè ordinatur ad copulam; non verò ex parte contrahentis, quia contrahens poteſt validè contrahere, quamvis non intendat conſummare matrimonium. 96

Quæritur vigeſimo primò, qualénam finem debeant contrahentes matrimonium intendere ut hoc validum ſit? Notandum eſt, bona matrimonij, quæ intendi poſſunt à contrahentibus eſſe in triplici differentia: ſiquidem alia ſunt bona 97

bone sacramenti, alie fidei, & alia prolis. Difficultes est, en ed validitetem matrimonij debeent necessariò saltem implicitè intendi hæc tria bona, adeò ut nullum sit matrimonium, si contrehentes hujoamodi bona explicitè excludent: ut si intendant contrahete non in perpetuum, sed ed tempua, qnod est excludere bonum secrementi, & individuem vitam, seu unionem indissolubilem, quæ significatur per sacramentum matrimonij: vel intendant non generere, nec educere prolem, sed procurare sterilitatia venene, quod est contra bonum prolia: vel intendunt negare sibi invicem corpua, & aliia concedere; quod adversatur bono fidei: & quæstio procedit quendo hæc inteotio sole mente retinetur.

99 Respondetur igitur ed quæsitum, ad veliditatem matrimonij requiri, ut illud contrahentes seltem implicitè intendant bonom sacramenti, adcò ut seltem non habeent intentionem contrariem, & nō esse necesse ut implicitè intendant alia duo bona: unde si contrehentes habeent animum etiam corde retentum contra bonum sacramenti, intendántque non contrahere matrimonium nisi ad tempua, matrimonium est irritum: secua si habeent intentionem contra alie duo bona matrimonij sole meote retentam, & non deductem in pactum, validum est metrimonium: ut si inceodant vitere prolem: & habitam non educere, & debitum negare, & adultereri. Retio prioria partia est, quia est de ratione matrimonij esse vinculum perpetuum, unde eo ipso, quòd contrehentea intendunt matrimonium inire dissolobile, & tantùm ed tempua, verè non intendnnt matrimonium contrahere, eò quia inteotio tunc adversatur essentiæ metrimonij. Secunda pers est probatu fecilia, quie tunc ee iotentio viteodi prolem, & adulterandi, & est intentio contra bonum prolis, & fidei, non pertinet ad substantiam contractus, quia si contrahens velit ebsolutè contrahere, obligatur ex vi contractus ad non agendum contra bonum prolis, & fidei, non obstente, quòd contrerium intenderit.

100 Idque ex eo firmetur, quia stet verè obligari ad eliquid seciendum, & adesse animum non implendi, qui enim juret enimo violendi jurementum, adhuc contrehit obligationem juramenti servandi; quia intentio illa non tollit velorem obligationia: peri pacto potest quia velidè metrimonium contrehere, tametsi intendat fidem non servare, ut docet D. Thomaa *in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. iu corp.* ubi eit, sine bono sacrameoti nunquam esse metrimonium, posset tamen esse sine fide, & prole; quamvis non esset matrimoninm, si in consensu exprimeretur aliquid contrarium fidei, & proli, eò quie tunc deduceretur in pectum, & non sisteret io sola intentione mente retente. Jovat tamen observere, eliud esse sentiendum de tribua bonia matrimonij, quoad solam obligationem, & eliud quoed executionem: quia quoad obligationem omnie trie præreceosita bona sunt de essentia matrimonij: & conjuges obligantur ex vi matrimonij ad vitam individuam, & ad reddendum sibi debitum, & prolem non impediendam, & hebitam educandam, ut expressè docet D. Thomea *dist. 31. q. 1. art. 3.* inquiens: fidea, & prolea secuodùm quod considerentur in suis principiia, ut pro prole eccipietur intentio prolis, & pro fide debitnm servandi fidem, sine quibua metrimoninm esse non potest; & sic accipiendo fidem, & prolem sunt essentialissima in metrimonio: sin verò considerentur quoad executionem, & in se ipsis; bonum secramenti quod est iodissolubile vinculum, est de essentia sacrementi matrimonij, non verò fides, & prolea, ut docet D. Thomea *loc cit.*

Hinc sola intentio contrarie bono sacramen 101
ti irritat metrimonium, non verò intentio contreria bono fidei, & prolia: quòd si intentio fidei, & prolis quoad sua principia adverlaretur, etiem irritaret mattimonium; ut si quia contraheret non intendens se obligare ad prolem educendam, vel ed servendem fidem; quia cùm hæc sint essentielia matrimonio, talis intentio essentiam excluderet illiua, ut docet D. Thomea, quæ omnia proceduot in foro interno: quia quoed forum exteroum hujusmbdi intentio esset probenda, & onua probandi incumberet asserenti habuisse intentionem contra bonum prolis, & fidei.

Quæritur vigesimo secnndò, an si contra- 102
hentes matrimonium possint loqui, & verba exprimere, validum sit matrimonium, si ab iisdem contrahetur sine verbis, sed per soloa nutua? Plures censent, verba ita esse necessaria in ijs, qui possunt loqui, ut si solis signis eb iisdem matrimonium contrahatur, hoc sit irritum, quia ecclesia statuit hoc impedimentum dirimena metrimonium in ijs, qui loqui possunt, si solis signia matrimonium contiahent, proinde licèt stando juri naturæ validum sit hoc matrimonium, perinde ac si contraheretur à mutia; jure temen ecclesiastico est irritum, & desumitur ex *c. tua 25. de spons.* ibi: *Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum consensum, sed necessaria sunt quantum ad ecclesiam verba consensum exprimentia: nam Surdi & Muti possunt coutrahere sine verbis, & pueri ante annos legitimos per verba non contrahunt, cùm intelligantur non consentire.* ubi verbe dicuntur necesseria jure ecclesiastico: sed quod necessarium est, formam importat, quæ requiritur necessariò ad valorem sacramenti. Firmatur etiam ex eo, quie textua constituit discrimen inter mutos, & potentea loqui, quòd in illis signa externa sufficiant, & in istia verba desiderentur. Secundò potest etiam probari ex *c. licet de sponsa duorum* & *c. si inter de spons.* ubi Pontifex dicena matrimonium consensu iniri, postea subdit: *Ita ut unus alteram verbis consuetis expressè recipiat utroque dicente:* atqui non dicitur expressum, quod per signe, vel sub generelitete fit, ut habetur in *c. 2. de rescript. in 6.* Tum quia in mattimonio spirituali verba sunt oecessaria *c. cum inter canonicos, c. quia propter de elect.* ubi in Episcopi electione, quæ est metrimonium spirituale, requiruntur verba, proinde etiem in matrimonio carnali, quia valet argumentum à matri-

matrimonio spirituali ad carnale: & hanc sententiā tenent plures Jurisperiti præsertim Glossa in *c. tua nos. V. nec forma de sponf.* Innocentius ibid. paulò post init.

103 Respondetur nihilominus, ad valorem matrimonij satis esse, si per signa extrinseca exprimatur consensus internus. Sunt, qui hanc sententiam probant ex eo, quia cum rei essentia sit invariabilis; si verba essent de substantia matrimonij, adeò ut non posset hoc aliter iniri, quàm per verba externa exprimentia internum consensum, non posset inter mutos matrimonium consistere. Verùm hæc ratio, cui nonnulli fidunt, non videtur intentum probare: respondent enim adversarij, ecclesiam irritâsse matrimonium absque verbis initum in ijs tantùm, qui loqui possunt, & exprimere per verba externa consensum internum; non verò irritâsse in mutis, qui cùm loqui non possint, sufficit, si per signa aliqua sensibilia, quæcunque illa sint, exprimant consensum internum: dicunt enim hoc impedimentum irritans esse ecclesiasticum: & potuisse ecclesiam illud ponere ex justis causis, præsertim ne potentes loqui se postea excusarent non consensisse, & per alia signa externa non intendisse significare internum consensum.

104 Ratio igitur efficax ex eo petitur, quia Christus noluit materiam, & formam sacramenti matrimonij magis determinare, quàm ad rationem contractûs exigaretur: siquidem id sufficiebat ad hujus sacramenti significationem, cùm ratio sacramenti ex Christi institutione annexa sit humano contractui: atqui ad rationem contractûs sufficit, si mutua contrahentium voluntas signis manifestetur: ergo etiam in valentibus loqui satis est ad valorem matrimonij, si hoc contrahatur per signa extrinseca significantia internum consensum.

105 Quòd si dicas, id tantùm verum esse quoad legem divinam, non verò quoad ecclesiasticam, eò quia ecclesia in *c. tua de sponsal.* irritaverit matrimonium initum sine verbis ab iis, qui loqui possunt. Contra est, quia cùm jure divino tale matrimonium sit validum, si ecclesia illud irritaret, utique expressissimis verbis illud assereret irritum, quod non fit *in d. c. tua de sponsal.* quia ibi Pontifex consultus, an verba sint necessaria ad matrimonium, respondet solùm consensum legitimum requiri, & loquitur de consensu externo, non de interno: consensus autem externus sufficienter exprimitur per alia signa externa, quamvis non sint verba: idque ut probet Pontifex, addit etiam rationem, *quia etiam mutus sine verbis potest validè contrahere.* Quòd si dicas, Pontificem etiam addidisse in illo textu verba esse necessaria quoad ecclesiam; respondetur, inde non sequi, esse absolutè, & simpliciter necessaria, sed tantùm quoad consuetudinem, & praxin ecclesiæ, seu quoad faciliorem probationem in foro externo ecclesiæ: alioquin Pontifex absolutè, & simpliciter dixisset, verba esse necessaria.

106 Idque probari etiam potest ex *c. ex parte de restit. spoliat.* ubi textus decidens titulum matrimonij esse probandum, assignat etiam rationem illis verbis: *cùm per solam traductionem, quam non præcessêre sponsalia, vel consensus legitimus nullum introducatur vinculum matrimonij.* Vult enim Pontifex sponsalia, seu verba, vel consensum legitimum sine verbis sufficere: siquidem hæc est natura alternativæ, ut altera pars sufficiat *c. inter cæteras 4. de rescript.* hinc professio religionis, quæ est matrimonium spirituale solis nutibus fieri potest *c. vidua de regul.* proinde etiam matrimonium carnale: cario itidem est, quia eatenus requiruntur verba, ut constet de interno consensu necessario ad contrahendum matrimonium: unde si sufficienter possit de tali consensu constare, per alia signa extrinseca hæc sufficit ad valorem matrimonij: nil enim refert, si ex æquipolentibus aliquid fiat *c. licet ex quadam de test.* Tum quia efficaciùs factis, quàm verbis voluntas exprimitur *c. dilecti de appellat.* & *l. de quibus ff. de legib.*

Tum quia, si pater nomine puellæ præsentis, & tacentis exprimat consensum, habetur verum matrimonium *c. unic. §. fin. de desponf. impub. in 6.* & rationem etiam addit D. Thomas *in 4. dist. 27. q. 1. art. 2. ad 3.* nimirum: *Quia verba parentum reputantur puellæ: est enim sufficiens signum, quòd sunt ejus, ex quo non contradicit.* Ex quo liquet, non requiri verba expressa, sed sufficere signa extrinsecè significantia internum consensum. Tum quia in *c. Is, qui fidem de sponf.* deciditur, matrimonium contrahi copula subsecuta post sponsalia, tametsi nulla alia intercessetint verba exprimentia consensum de præsenti; quia fortius facto, quàm verbo consensus exprimitur. 107

Demum quia si verba essent simpliciter, & necessariò de essentia matrimonij, ecclesia id clarè explicuisset, ne homines circa rem gravissimam laborarent ignorantia, & ita docent D. Thomas *in 4. dist. 27. q. 1. art. 2. ad 2.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 19. §. 1.* Glossa *in c. sufficiat. 27. q. 2. init.* Cagoolus *l. nuptias num. 7. ff. de regul. jur.* Sylvester *V. matrimonium 2. q. 7.* 108

Neque fundamenta contrariæ sententiæ sunt magni momenti: ad primum petitum *ex c. tua de sponsal.* respondetur, verba dici necessaria quoad ecclesiam, id est quoad clariorem probationem, ut rectè notant Panormitanus in *d. c. tua prope fin.* & Alexander de Nevo *n. 15.* non verò ecclesiam ibi asserere esse verba ita simpliciter necessaria, ut sine illis matrimonium sit irritum: ex eo quòd Pontifex requirat verba quoad clariorem probationem, non excludit alios modos probandi internum consensum per signa externa: ratio itidem est, quia quod non est necessarium quoad substantiam; sed tantùm quoad probationem potest per æquipolens impleri. Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 4. n. 1.* ait *in d. c. tua de sponsal.* verba dici necessaria hoc est utilia ad meliorem probationem. Tum quia muti in eodem textu dicuntur sine verbis validè contrahere. 109

Ad aliud, quod addebatur ex *c licèt de sponsa duor.* respondetur, illa verba, per quæ contrahitur 110

bitur matrimonium non proponi ad certam formam præscribendam, sed ad majorem ampliationem, quæ non coarctat regulam. Ad aliud petitum ex paritate matrimonij spiritualis respondetur, plures esse differentias inter utrumque matrimonium, & non semper in quovis matrimonio spirituali requiri verba exprimentia consensum, sed sufficere signa, ut si Novitius in religione approbata emittat professionem in mortis articulo; hæc professio est verum matrimonium spirituale, licèt non intercedant verba, sed solum nutus, & alia signa externa indicantia internum consensum.

111 An verò matrimonium solis nutibus contractum sit sacramentum, non desunt, qui negent, eò quia Concilium Florentinum in *decreto de sacramentis* expressè dicat. Omnia sacramenta constare rebus, & verbis. Nihilominus respondendum est, omne matrimonium initum inter fideles esse sacramentum, quamvis non verbis, sed solis nutibus, vel alijs signis externis initum sit, quia Christus adnexuit contractui matrimoniali inito inter fideles rationem sacramenti, unde quoties contractus matrimonialis est validus in ratione contractus humani, trahit ad se rationem sacramenti: atqui contractus matrimonialis initus per solos externos nutus, & alia signa sensibilia exprimentia internum consensum est validus in ratione contractus humani, proinde est etiam sacramentum.

112 Neque obstat Concilium Florentinum, quia Concilium tantùm declarat, constare omnia sacramenta verbis, vel signis sensibilibus gerentibus vices verborum: & hujusmodi sunt signa sensibilia, quibus in matrimonio exprimitur internus consensus. Tum quia Concilium loquens de matrimonio dixit, regulariter constare verbis, quòd si regulariter: ergo potest aliquando non constare verbis, & adhuc sortiri suum valorem: neque obstat, quòd alia sacramenta debeant necessariò constare verbis, quia est dispar ratio, matrimonium enim est contractus humanus, de cujus natura est, ut possit etiam nutibus validè celebrari: non ita cætera sacramenta, quæ propterea exigunt necessariò verba.

113 Quæritur vigesimò tertiò, an ad validitatem matrimonij sufficiat consensus, quo uterque conjux consentit, tametsi falsò putet, subesse impedimentum dirimens? Procedit quæstio de errore facti, & juris scientia, eò quia contrahentes falsò crederent adesse impedimentum dirimens, & eo stante non potuisse matrimonium consistere, quod nihilominus contraxerunt: si enim errarent solùm in jure omnes concedunt, tale matrimonium esse validum, quia tunc non deficit consensus: unde quæstio procedit de errore facti, & juris scientia. Aliqui censent, talem consensum non sufficere ad validè contrahendum matrimonium, & probant ex *l. Is, qui putat. ff. de acquir. hæred.* ubi deciditur, credentem se necessarium hæredem esse, cùm verè non sit, repudiare non posse: quia opinio veritati præfertur: ergo à pari, qui credit, se ratione impedimenti, quod falsò adesse putat, non posse validè contrahere, legitimè non contrahit. Secundò quia tunc erratur circa substantiam matrimonij, siquidem conjuges existimant, impossibilem sibi esse corporis traditionem, quæ tamen traditio est de substantia matrimonij. Tertiò quia voluntas nequit ferri in impossibile, & ita docent Joannes Andreas in *c. cùm in Apostolica de spons. n. 9.* Ancharanus ibid. *num. 5.* Abbas *num. 6.* Alexander de Nevo *num. 17. & sequent.* Nihilominus contraria sententia videtur communior, si contrahentes intendant, quantum est in se ipsis consentire in matrimonium: ratio est, quia cum de facto tale impedimentum non subsit, personæ contrahentes revera sunt habiles, & habent omnia requisita, ut possint contrahere si velint: atqui supponuntur, velle contrahere, tametsi putent, adesse tale impedimentum dirimens, ergo revera contrahunt. Tum quia hic error non ponit obicem consensui, quia stante tali errore adhuc contrahentes supponuntur, quantum est in se ipsis velle contrahere, & consentire in matrimonium. Tum quia in *c. ex sponsalibus unic. h. t. in 6.* deciditur, quòd ex sponsalibus invalidis ratione consanguinitatis, vel alterius impedimenti oriatur impedimentum publicæ honestatis, dummodo adsit consensus: ex quo textu colligitur, esse possibilem consensum etiam cum impedimento dirimente: alioquin sine consensu non orietur impedimentum publicæ honestatis.

114 Præterea error non impedit, quin suscipiatur sacramentum, si adsit intentio illud suscipiendi: hinc si hæreticus credens, baptismum esse rem nullius valoris, si nihilominus baptizet, & intendat facere, quod intendit ecclesia, adhuc cum tali errore verè baptizat, quia habet intentionem faciendi, quod facit ecclesia, & consensus baptizandi non est incompossibilis cum errore putantis baptismum esse nullius valoris: ergo à pari quamvis contrahentes matrimonium putent adesse impedimentum dirimens, & matrimonium ob tale impedimentum nullum sortiri valorem, adhuc possunt habere legitimum consensum, & intendere, quantum est in se ipsis contrahere matrimonium juxta intentionem ecclesiæ, quo pacto verè contrahunt, & tale matrimonium est validum, ut docet Glossa in *c. cum in Apostolica V. remanere de spons.*

115 Hinc in foro externo talibus negantibus se consensisse, non creditur, nisi probent, se revera non consensisse, ut notat Covarruvias *decret. 4. p. 2. c. 3. §. 7. num. 1.* & onus id probandi incumbit negantibus consensum. Hinc ad primum fundamentum contrariæ sententiæ petitum ex *l. Is, qui putat.* respondet Covarruvias *loc. cit. §. 7. num. 1.* opinionem præferri in eo casu veritati, quia ad illum actum est necessè agentem scire, ex qua causa, & quo jure eundem agat: id autem non desideratur ad matrimonium. Ad secundum falsum est, quòd error circa valorem matrimonij illud irritet, ut liquet in sacramento baptismi. Ad ultimum respondetur

tur, illam volontatem non ferri omnino, & absolutè in impossibile, sed solùm sub conditione, in quantum potest. Cæterum contrahentes cum tali errore adhuc intendunt quantum est in se ipsis contrahere, & habent verum consensum, proindè verè contrahunt.

116 Quæritur vigesimo quartò, an ut ratificetur matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens, impetrata impedimenti dispensatione, vel etiam eo cessante, debeat uterque conjux consensum renovare, vel sufficiat, si tantùm renovetur ab eo, qui impedimentum novit? Plures censent, sufficere, si is tantùm impedimentum renovet, qui illud noverat, & probant ex *l. si quis in Senatorio l. eos. ff. de ritu nupt.* ubi dicitur, matrimonium irritum convalescere, si cessante impedimento alter conjux in pristino statu persistat. Tum quia tamdiu antiquus consensus censetur moraliter perseverare, quamdiu non revocatur, unde si alter conscius impedimenti consensum renovet post impetratam impedimenti dispensationem, vel post ejus cessationem, revalidatur matrimonium, quia tunc uterque conjux consentit in matrimonium de præsenti. Nihilominus communior, & verior sententia est, tale matrimonium non convalescere, nisi novus consensus utriusque conjugis accesserit, & ita docet D. Thomas *in 4. dist.* 40. *q. unic. art. 4. ad 6.* Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 4.* Sylvester *V. matrimonium, 6. q. 5. dict.* 2. ratio est, quia cùm prior consensus fuerit ex parte utriusque prorsus invalidus, eò quia ceciderit super illegitimam, & inhabilem materiam, ideo debet uterque consensus denuo renovari.

117 Neque obstat, priorem consensum alterius conjugis perseverare moraliter, cùm nunquam fuerit revocatus. Nam id verum esset, si consensus ab initio suum valorem fuisset sortitus circa matrimonium, sed quia ab initio fuit invalidus, ideo non censetur posse perseverare, cùm nullus fuerit in ordine ad valorem matrimonij; siquidem, quod non est, non potest dici perseverare, quia permanentia supponit existentiam; & consensus, qui nunquam extitit, permanere non potest. Quinimo nec sufficit, si ponatur novus consensus internus, sed requiritur, quòd per signa externa, seu verba manifestetur, & ita passim docet Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 4. n. 5.* ubi pluries repetit, tale matrimonium esse verbis, vel signo alio externo iterum contrahendum, & potest etiam à pari id evinci: si enim professio fuit prorsus invalida, quia profitens nondum attigerat ætatis annum 16. vel non absolverat annum probationis, vel ob aliam causam; non sufficit, ut confessio convalescat, renovatio solius actus interni: sed requiritur, ut iterum professio emittatur per actus externos: ita semel quòd matrimonium antea initum fuit invalidum ob impedimentum aliquod dirimens; sublato impedimento debet uterque conjux iterum consentire de præsenti in matrimonium, & talem consensum manifestare per verba, vel signa extrinseca.

118 Unde juvat observare, ad renovationem hujus consensus non requiri, ut matrimonium iterum contrahatur cum suis solemnitatibus, quia cum jam fuerit initum coram Parocho, & testibus, aliisque accidentalibus solemnitatibus, tale matrimonium probatur ab ecclesia, proinde sufficit, si conjuges copulâ maritali, vel alio signo externo consensum iterum exprimant; ut si mulier dicat marito: verè tu es meus maritus; & hic respondeat, verè tu es mea uxor: sin verò maritus solus esset conscius impedimenti dirimentis, posset datâ occasione interrogare mulierem, an ipse sit suus maritus, quod si respondeat esse suum maritum, potest tunc vir respondere, & tu etiam es mea uxor: hoc pacto sufficienter ambo conjuges consentiunt per verba de præsenti, quamvis uxor nihil sciat de invaliditate prioris matrimonij, nec ei innotescat impedimentum dirimens. Hinc patet solutio ad fundamentum prioris sententiæ, ad primum enim petitum ex *l. si quis in senatorio*, & *l. eos ff. de ritu nupt.* respondetur, has leges communiter intelligi, ut notat Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 4. init. num. 5*, quando conjuges copula maritali, vel alio signo externo iterum consensum exprimunt, ut explicuimus. Ad aliud quod addebatur de antiquo consensu non revocato respondetur, priorem consensum suppositi invalidum, proinde esse renovandum.

Quæritur vigesimo quintò, an ad ratificandum 119 matrimonium, quod ob impedimentum occultum fuerat invalidè initum debeat postea cessante impedimento manifestari alteri conjugi nullitas prioris matrimonij, vel sufficiat sola renovatio consensus? Respondetur cum distinctione, si matrimonium fuit irritum ob personæ, vel conditionis errorem, tunc conveniunt omnes Canonistæ, non ratificari tale matrimonium quoconque actu, quamdiu durat error: siquidem eo perseverante manet idem impedimentum dirimens matrimonium, quod si semper contraheretur cum tali impedimento, esset irritum sicut antea: non enim posterior consensus esset priori efficacior, cùm semper eadem nullitatis causa perseveraret. Idque firmari etiam potest *ex c. fin. de conjug. servor.* ubi dicitur convalidari hoc matrimonium si auditâ servitute, seu errore personæ, ingenuus verbo, vel facto consentiat. Imò non sufficit quæcunque auditio servitutis: sed necesse est, ut ingenuus eam credat, & non sufficeret, si tantùm dubitaret, quia dubitans habetur pro ignorante *l. ult. C. de condit. indeb.*

Sin verò impedimentum non sit error conditionis, vel personæ: tutior sententia est, conjugem impedimenti ignaram, adhuc esse certiorem faciendam de prioris matrimonij nullitate, tametsi causa ei detegatur talis invaliditatis. Ratio est, quia consensui nil magis adversator, quàm error *l. si per errorem. ff. de jurisdic. omn. Judic. l. nihil consensui ff. de regul. jur.* atqui si Titius ex errore, quo putat Lucretiam esse suam conjugem in illam consentit; verè non consentit, quia non est ejus conjux: reducitur enim his error ad personæ errorem, cùm putet 120

con-

consentira in suam, cùm revera non sit sua: quinimo est major error, quàm ille personæ: quia Titine integram contractûs substantiam ignorat, & nescit, quid agat.

121 Idque declarat, Felinus in *c. ecclesia num. 14. c. 10. de constit.* exemplo processus invalidi, eò quia Judex erret in fundamento juriadictionia, tametsi eam revera habest: sufficit enim, si ignoret se habere ad irritandum processum *l. hoc autem. §. non defendi.* ibi, *Constare Pratori ff. ex quibus causis in possess.* atqui etiam errat conjux ignarua in consenso, qui est fundamentum matrimonij: siquidē putat illum ferri in suam uxorem, cùm de facto non sit sua uxor. Præterea invalidè professue, vel etiam ligatus voto invalido, nil agit, si ex errore putet professionem valere, & votum itidem esse validum, qoia ille error non dat valorem professioni ex se invalidæ, proinde tenetur de novo profiteri, ac vovere; ratio ex eo petitur, quia error, quo quis putat, priorem actum valuisse, reddit involuntarium consensum posteriorem, proinde à fortiori idem error irritat matrimooium exigene totslem libertatem *c. cum locum de sponsal. in 4.* siquidem ignorantia est causa involuntarij, tametsi non sit error personæ: unde cùm hic novus consensus procedat ex ignorantia, censetor involuntarius.

122 Præterea qoia renovantes consensum non intendunt matrimonium denuò contrahere, quia putant jam fuisse antea legitimè initum, & nihil volitum quin præcognitum; proinde non videntur iterum contrahere, quia actus humani non operantur ultra agentium intentionem *l. non omnis init. ff. si cert. pet.* Tum quia fœmina ignara impedimenti tantùm intendit approbare per novum illum consensum prius matrimonium, non verò illud de novo contrahere, cùm putet prius fuisse validum: quòd autem est nullum non potest ratificari *c. ad dissolvendum de desponsf. impub.* unde consensue debet esse de præsenti, ut explicui in præcedente quæstione, & ex suppositione, quòd prius matrimonium fuerit initum coram facie ecclesiæ, à qoa probari possit: ratio enim, cur Concilium Tridentinum jusserit matrimonia contrahi coram facie ecclesiæ, fuit, ot possent probari in foro externo ad removenda ea incommoda, quæ sequebantur ex matrimoniis clandestinie, unde cùm ecclesia supponat primum matrimonium validum, sufficit, si conjuges iterum renovent consensum de præsenti.

123 Immo videtur sufficere si novus hic consensua procedat ex cognitione æquivalente scientiæ nullitatis prioris matrimonij, quamvia alter conjux eam ignoret, ut si conjux impedimenti conscius interrogaret alium ignarum impedimenti: num ita eum diligat, ut iterum velit ipsum in maritum; si mulier tunc responderet: Ego te diligo, & iterum volo te in meum maritum; & iste etiam diceret: & ego etiam te vel maximè amo, & volo te iterum in meam uxorem. Juvat observare tunc consensum debere necessariò esse de præsenti, nec sufficeret, si conjuges dicerent si non contraxissem tecum, vellem iterum contrahere, nisi intenderent de præsenti, quia matrimonium per hoc distingoitur à sponsalibus, quia hæc important consensum de futuro, & matrimooium de præsenti.

Quando autem ponitur novus consensue de 124 præsenti tunc conjnges non solùm intendunt in matrimonio jam contracto perseverare; sed iterum contrahere sub hac conditione, si prius matrimonium fuit irritum, & quia conditio revera existit, & prius matrimonium fuit irritum; verè contrahitur de novo matrimonium per hunc secundum consensum mutuum, quia hic secundus consensue non procedit cum errore, quamvis sit simul cum errore, quatenus alter conjux putat prius matrimonium fuisse validum: & rursus fertur in objectum illud conditionatum absolutè, adeò ut error, & ignorantia non se habeant antecedenter, & causativè, sed tantùm concomitanter: ignorantia autem concomitans non tollit voluntarium, quamvis illud tollat negativè, quatenus non ponit consensum in actu, sed in habito, & hoc tantùm contingit, quando cum tali ignorantia concomitante non elicitur consensus de præsenti: atqui in casu nostro talis consensus ab utroque conjuge iterum ponitur: proinde initur novum matrimonium. Imò sufficit, si conjuges scientes impedimentum cessâsse, se cognoscant affectu maritali, ut prius matrimonium quod erat irritum convalescat, idque desumitur ex *c. fin. de conjug. servor.* ubi dicitur, quòd contrahens ignoranter cum ancilla, revalidet matrimonium, si cognita servitote verbo, vel facto in eam consentiat.

Idque etiam probatur ex *c. Is qui de sponsal.* 125 ubi sponsalia dicuntur transire in matrimonium per copulam affectu uxorio habitam. Quinimò si timeretur probabiliter scandalum, ac fore, ut vir nullitatis conscius nollet denuò contrahere; vel fœmina maximum pateretor detrimentum in honore, vel fama, vel prole, vel si non posset impedimentum sufficienter probari; tunc non esset necesse, ut invaliditas prioris matrimonij alteri manifestaretur, sed satis esset, si verbo, vel facto ambo conjuges iterum affectu maritali consentirent: unde si sit probabile periculum scandali, vel timor infamiæ, vel quòd non possit extorqueri consensus ab alio conjoge, sufficit, si ambo conjuges carnali copula, & affectu uxorio consentiant in matrimonium, quia prius matrimonium licèt ob impedimentum dirimens fuerit invalidum, probari tamen potest ab ecclesia, cùm supponatur initum coram facie illius, proinde faciliùs convalescit, ex eo quòd conjuges verbo, vel facto iterum consentiant, quia sublato impedimento sunt ambo habiles ad contrahendum, & quia consentiunt in matrimonium, hoc erit legitimum, præsertim cùm talis error non sit personæ, nec conditionis, sed tantùm juris, quo conjuges putant se matrimonio conjunctos esse, cum non sint.

Matrimonium igitur initum inter personas 126 illegitimas ob impedimentum dirimens, impe-

tractà à summo Pontifice dispensatione non convelescit, nisi novus utriusque consensus de præsenti accedat : quia dispensatio non dat firmitatem matrimonio priùs contracto ; sed tantùm constituit personas idoneas ad contrahendum ; cum antea ratione impedimenti dirimentis essent inidoneæ. Et quia consensus antea expressus fuit illegitimus, & insufficiens ob impedimentum ad matrimonium ineundum ; ideo post impetratam dispensationem requiritur novus consensus de præsenti, verbis, vel signis expressus, privatim tamen, cum ecclesia jam supponet matrimonium coram se, & testibus antee contractum esse validum ; ac possit id testificari. Imò ob plura pericula, quæ possent oriri ; maximâ prudentiâ uti debet sponsus ad eliciendum consensum eb alio, cui impedimentum non innotescit. Quapropter sufficit, si conscius impedimenti inter blanditias conjugalis amoris dicat alteri inscio impedimenti ; tenerrimè te amo, mihique bene est quòd te acceperim in uxorem ; & iterum te accipio in meam uxorem ; nunquid tu etiem me accipis in tuum maritum; & cor tuum affectum est in me, sicut meum in Te? si mulier id verbis affirmet, vel innuat signis, sufficit ut habeatur mutuus consensus de præsenti. Consultius tamen esset si conjux impedimenti conscius id ageret cum alter debitum petit conjugale, quia tunc præsumitur magis dispositus ad assentiendum. Imò putârim sufficere ipsam petitionem debiti conjugalis, quia petens tunc intendit accedere de præsenti ad suum conjugem ; in quem propterea consentit ut maritum, & à quo ut marito debitum exigit conjugale ; idque fulcitur declaratione Pij V. in Enchirid. *cap. 22. num. 70.* & censent Barbosa *p. 2. d off. Episc. alleg. 32. n. 157.* Zerola *in prax. Episc. verb. dispensatio testium, ad quintum dubium.*

127 Quæritur vigesimo sextò, an ecclesia possit canonem condere, quo irrita reddentur matrimonia filiorum inita absque consensu parentum? Respondetur, ecclesiam posse talem canonem constitoere, & ea irritere metrimonia, quæ filijfamilias ebsque consensu perentum contrahunt. Ratio desumitur ex eo, quia ecclesie potest impedimenta constituere, quæ non solùm impediant matrimonium contrahere, sed etiam dirimant contractum, idque desumitur ex Tridentina Synodo *sess. 24. can. 3.* ibi: *Si quis dixerit, eos tantùm consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in levitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse ecclesiam in nonnullis dispensare, aut constituere, ut plures impediant, & dirimant, anathema sit.* & *can. 4.* ait: *si quis dixerit, ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errâsse, anathema sit.* Hinc ecclesia de facto plura constituit impedimenta, quæ matrimonia dirimunt, imò & clandestina, quæ antea rata erant, deinceps irrita fore declaravit, idque ob bonum regimen Reipublicæ christianæ, & ad avertenda pleráque incommoda, quæ ex metrimoniis clandestinis oriebantur, cùm enim ecclesia sit quædam Respublica sacra, cui Christus tradidit amplissimam jurisdictionem circa spiritualia, ac potestatem condendi leges; consequens erat, ut sicut Respublicæ civiles ob bonum regimen, & ad impedienda incommoda possunt impedimenta ponere, quæ contractus civiles prohibeant, vel dirimant, eò quia non sint in commodum publicum, si ita ineantur e ita ecclesia contractui metrimonij eleveto à Christo ad digniteiem sacramenti, proinde pertinenti ad suum forum potest quædam opponere impedimenta, quibus prohibeatur metrimonium contrahi, & si contrahatur, nullius sit valoris : hæc enim facultas prohibendi, & irritandi contractum matrimonij, si in aliquibus circumstantijs non conducat ad bonum commune, sed potius plura mala, & inconvenientia secum trahat, erat ecclesiæ necessaria, ut Rempublicam christianam posset ritè moderari, & fideles ad salutem æternam dirigere : alioquin Christus ecclesiæ suæ in necessariis defuisset, eique imperfectam tantùm dedisset potestetem circa marrimonia.

Quòd verò Christus tradiderit ecclesiæ fa- 128
cultatem opponendi impedimenta, quæ in aliquibus circumstantiis, quia non conducunt ad salutem animarum, prohibeant matrimonia, ne contrahantur, & dirimant contracta, desumitur ex Apostolo *1. ad Corinth. 7.* ubi conjugi ad fidem christianam conversæ, & cum qua vir infidelis pacificè, & citra Creatoris injuriam habitare non vult, permittit, ut ab eo discedat, & alteri nubat : hinc ecclesia opposuit matrimonio impedimentum dirimens, seu cultûs disparitatem, ait Apostolus, *si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum : sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem : & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Quòd si infidelis discedat ; non enim servituti subjectus est frater, aut soror in huiusmodi.* Non ait Apostolus ut fidelis mulier, cum qua vir infidelis non vult pacificè habitare citra Creatoris injuriam, maneat innupta ; sed permittit, ut si talis infidelis discedit, & ipsa etiam discedet dirempto scilicet matrimonio ob cultûs disparitatem: est siquidem impedimentum dirimens impositum ab ecclesia ; præmiserat enim Apostolus. *Nam cæteris ego dico, non Dominus,* & hoc impedimentum fuisse semper in ecclesia à tempore Apostoli est firma traditio, hinc Tertullianus huius impedimenti disparitatis cultûs meminit *lib. 11. ad uxor.* ubi illud duntaxat Christianorum matrimonium ratum, & firmum esse, asserit. *Quod ecclesia conciliat, confirmat oblatio, obsignat benedictio, Angeli renunciant, Pater ratò habet,* & *lib. de corona militis c. 13.* assignans rationem, cur matrimonia christianorum cum infidelibus inita sint irrita ait : *Ideò non nubimus Ethnicis, ne nos ad idololatriam usque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt :* Sicut igitur ob bonum Reipublicæ christianæ potest ecclesia quædam opponere impedimenta, quæ in aliquibus circumstantiis personarum matrimonium dirimant : nulli dubium, quin possit

etiam

etiam canonem condere, quo irrita reddantur matrimonia, quæ filijfamilias sine consensu parentum contrahunt. Quinimò Ecclesiam Græcam irritâsse olim hujusmodi matrimonia, & hunc canonem viguisse, videtur inferri ex epistola S. Basilij ad Amphilochium *can. 42.* ubi ait: *Quæ sine ijs, qui habent potestatem, fiunt matrimonia, sunt fornicationes. nec ergo vivente patre, nec Domino ij, qui conveniunt, sunt ab accusatione liberi, donec conjugio Domini annuerint. Tunc enim accipiet firmitatem conjugium.*

129 Hanc disciplinam viguisse in ecclesia græca usque ad tempus schismatis, liquet ex Nomocanone Photij. *tit. 13. c. 9.* ex Balsamone, qui Nomocanonem Photij interpretatus fuit. Ne tamen in ecclesia latina matrimonia, quæ filijfamilias contrahunt sine consensu parentum irritarentur censuit Tridentina Synodus, quæ annuit validitati talium matrimoniorum, ne scilicet libertatem ad matrimonium contrahendum requisitam in contrahentibus minueret. Tum quia interdum contingit, ut filij prudentiùs agant in matrimoniis, quæ ipsi contrahunt: plures enim possent rationes tradi, cur Tridentina Synodus judicaverit rata, & firma matrimonia, quæ filijfamilias contrahunt absque consensu parentum, quarum prima potest esse, quia subinde parentes proponunt filiis uxores, quæ sunt ipsis exosæ, neque earum moribus possunt accommodari. Secunda, quia interdum parentes sunt perversæ, ac suspectæ religionis, & uxores propterea quærunt filiis, à quibus hi avocentur à religione catholica, & in hæresin pertrahantur. Tertia quia quandoque parentes sunt sordidè avari, qui ne dotem cogantur numerare, nuptias filiarum protrahunt non absque detrimento animarum, vel filiis uxores quærunt divitiis affluentes parum curantes, an moribus sint corruptæ, & filiis eas etiam exhibent uxores, quas non diligunt; & propterea ferè inviti, & ut suis complaceant parentibus, pertrahuntur filij ad hujusmodi nuptias. Quarta quia nonnunquam contingit, ut parentes velint filias etiam invitas in monasterium detrudere, & nunquam in earum nuptias consentiunt, ne adigantur dotem numerare. Quinta, quia plures sunt filij, & filiæ extra parentum potestatem, ut viduæ, & alij aliis modis emancipati, quique in regionibus à parentibus longè dissitis degunt: esset enim ipsis perquam incommodum consensum expectare parentum, qui etiam plerúmque illum denegarent. Ob has, & alias rationes censuit Tridentina Synodus, non esse irritanda matrimonia, quæ filijfamilias contrahunt absque consensu parentum.

130 Sin verò filij in locis, ubi parentes non multùm distant, & à quibus possent etiam consensum obtinere ipsis insciis matrimonium contrahent, non curantes eorum consensum petere, non excusarentur à culpa gravi, ut etiam si parentes ex justa, & legitima causa dissentiant tali matrimonio à filio contrahendo, quia tunc filij transgrediuntur legem divinam ipsis injungentem honorare parentes, & eisdem debitam exhibere observantiam. Neque Patriarchas veteris legis inconsultis parentibus legimus uxores duxisse, imò de Isaac, & Jacob, testatur scriptura, eos parentum consiliis, ac voluntati fuisse obsecutos in matrimoniis ducendis *Genes. 24. & 28.* quinimò Samson *Judic. 14.* noluit mulierem in uxorem ducere, quam deperibat, eò quia consensus non dederat parentum. Et licèt Tobias uxorem duxerit inconsulto patre: id tamen præstitit, quia longè remotus fuit à parentibus, & illud non inivit nisi ex consilio ductoris, ac moderatoris, cui à patre fuerat Tobias commendatus: neque dubitavit, quin pater esset ratum habiturus matrimonium, quod ex consilio inivit Moderatoris. Hinc Tertullianus *lib. 1. ad uxor* ait: *Nam nec in terris filij sine consensu parentum rectè, & jure nubunt,* & D. Ambrosius *lib. de Abraham c. ult.* loquens de Rebecca ait: *Consulitur puella non de sponsalibus, nam illa judicium expectat parentum; non est enim virginalis pudoris eligere maritum, unde illud Euripideon, quod mirantur plerique, unde translatum sit, manifestum est: sponsalia quidem meorum pater meus curam subivit; hoc enim non est meum ita ait Euripides in Andromacho: Ergo quod & ipsi Philosophi mirati sunt servate virgines, sed etiam mulieres, si qua amisso cito marito adolescentula laqueum infirmitatis suæ timet incidere, nisi vult nubere, nubat tantùm in Domino, ut electionem mariti parentibus deferat.*

Hinc in Galliis Parochi ex regiis constitu- 131
tionibus Henrici II. Henrici III. & Ludovici XIII. non benedicunt nuptias filiorumfamilias, si mares minores sunt triginta annis, & puellæ minores annis 25. completis invitis parentibus, quorum propterea consensum tenentur in scriptis filijfamilias exhibere Parochis, idque ut filij debitam parentibus pietatem, & observantiam exhibeant juxta divinam legem jubentem filios, ut debitam parentibus impendant observantiam, & honorem, ac iisdem propterea obediant: sin verò ipsis insciis, imò & repugnantibus, ac ex justa causa nolentibus consentire, filij uxores ducunt non curantes eorum consensum, non dicuntur tunc parentes honorare, neque iisdem debitum exhibere obsequium: tenentur enim filij obedire parentibus justa præcipientibus, *non tantùm propter iram, sed etiam propter conscientiam,* ut monet Apostolus.

Neque obstat, si dicas, ob incontinentiæ 132
periculum legem obediendi tunc parentibus non obligare in conscientia. Contra est, quia si ob periculum incontinentiæ lex non obligaret in conscientia, sequeretur plures leges ab ecclesia latas non obligâsse in conscientia. Constat enim, ecclesiam olim inhibuisse publicè pœnitentibus matrimonium contrahere, ut habetur in Concilio Arelatensi XI. *can. 21.* & in Toletano VI. *can. 8.* Rursus prohibuisse incestuosis, ne matrimonium contraherent in pœnam patrati incestûs, ut liquet ex Concilio Vermeriensi in pluribus canonibus præsertim in secundo, decimo, & pluribus sequentibus, & ex Moguntino *can. 56.* Triburiensi *can. 43. & aliis sequent.*

Præ-

Præterea ei, qui Episcopum occidisset, spem omnem conjugij abstulit Concilium coactum apud Theodonis villam *c. 4.* hoc idem etiam statutum fuit in aliis Conciliis contra eos, qui occidissent Presbyterum, Diaconum, vel Monachum. Imò etiam viduis subdiaconorum, Exorcistarum, & Acolythorum inhibuit Concilium Matisconense II. *can. 16.* transire ad secundas nuptias. De viduis Presbyterorum, & Diaconorum idem prohibet Concilium Antisiodorense *can. 12.* hæ, & aliæ id generis leges ecclesiasticæ suum fuerunt sortitæ valorem, & obligârunt in conscientia non obstante periculo incontinentiæ. Plures hujusmodi leges, & statuta refert Isaac Lingonensis Episcopus *tit. 11. sua collect.* qui plura desiderat, ipsum consulat, & tametsi ex hisce legibus incommoda suissent aliqua secuta, quia tamen promovebant bonum publicum, & salutem animarum, obligationem invehebant.

133 Quamvis in Galliis possint parentes filios exhæredes testamento declarare, si abaque eorundem consensu matrimonium contraxerunt, ac revocare omnes donationes in eorum favorem factas. Pietas tamen exigit, ut consanguinei, Episcopi, Parochi, & Confessarij satagant parentes filiis placare, ac iisdem reconciliare, ne secundùm legum severitatem velint cum ipsis agere. Quòd enim filius uxorem duxerit sine consensu parentis forsan ex eo processit, quia stimulis conscientiæ ad id adigebatur, eò quia fortassis puellam cognoverat, & ex intensiori amore eidem promiserit, se eam ducturum, & quia postea patria verebatur iram, non fuit ausus consensum petere; tunc enim condonandum est aliquid juvenili ætati, ebullitioni sanguinis, concupiscentiæ urgenti, amori quasi obcæcanti, & præsertim pro conscientia, cui filius cupiit satisfacere, hinc S. Ambrosius omni studio placavit Sisinnium filio, qui invito patre uxorem duxerat. Noverat S. Ambrosius patrem filio iratum, vocavit ad se filium, quem & ad officium revocavit, perduxitque ad veniam humillimè rogandam patri, quem flexit, & reconciliavit filio, ait S. Ambrosius *epist. 83.* ad Sisinnium, cui gratulatur reconciliationem cum filio. *Quod filio nostro remisisti meo rogatu, quia te inconsulto uxorem acceperat pietati magis tribuo, quam nostro amori: plus est enim pietatem ipsam de te impetravisse, quàm cujuscunque petitionem. Certè sacerdos tunc magis impetrat, cùm virtus prævalet; sacerdotis enim petitio doctrina est pietatis.* Et infra subdit: *Fecisti igitur, quod boni parentes, ut citò ignoscere, sed obsecratus: nam antequam rogareris non erat ignoscere, sed factum probare. Deinde diutiùs differre veniam, & tibi acerbum, & illis inutile; neque enim paterna viscera diutiùs tolerare possent.*

134 Quæritur vigesimo septimò, an dicenti se fictè, & simulatè matrimonium cum aliqua contraxisse, sit ei fides præstanda in ordine ad dissolvendum matrimonium? Respondetur, quòd si tale matrimonium fuit initum in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus non est credendum dicenti se fictè, & simulatè contraxisse, alioquin daretur occasio dissolvendi plura matrimonia: plures enim, ut primam uxorem dimitterent, & aliam ducerent, possent allegare, se fictè, & simulatè contraxisse matrimonium, proinde in foro exteriori tale matrimonium censetur validum, quia ecclesia judicat juxta ea, quæ sub sensus cadunt, & cùm audierit ambos conjuges confessos esse in tale matrimonium per verba expressiva consensus, & fuerit matrimonium initum coram Parocho, & testibus, nec ullum adfuerit impedimentum, quo minùs posset iniri inter contrahentes; & illa fictio, & simulatio, quæ adducitur, sit tantùm interna, nec ecclesia potuerit de illa suspicari, imò & supposuerit internum consensum fuisse expressum per verba exteriùs prolata à contrahentibus, sequitur, quòd in foro externo judicandum sit in favorem matrimonij, & adigendus sit sponsus ad præstandum verum consensum. Tum quia dolus nemini debet patrocinari. Sin autem in facie ecclesiæ simulando consensum, verbis sensibilibus expressit, quod in animo non habebat, & mulieri illusit, eam ducere non teneretur in uxorem, & dolus illi patrocinaretur tum in foro interno conscientiæ, tum externo ecclesiæ. Dantur enim aliquot exceptiones, quibus simulator subinde non tenetur eam ducere. Primò si postquam fictè, & simulatè consensit statim abivit, & profectus in aliam regionem alteram duxit, legitimo consensu adhibito, sed tunc teneretur ad compensandam injuriam priori illatam arbitrio prudentum.

Putâtim tamen vix casum istum posse ad praxin deduci, quia ubiq; locorum Parochi invigilant, quando matrimonio exteros conjungunt, priùs exigunt fidē, quòd non sint conjugati, qualis sint conditionis, ex qua patria, quapropter ecclesia semper in tali casu eum adigeret ad remanendum cum prima, & compelleret ad præstandum verum consensum, & colligitur ex *c. Ex parte de sponsal. c. licèt de spons. duor.* quia ecclesia judicat secundùm ea, quæ foris apparent. Docet tamen S. Thomas in tali casu eum, qui fictè contraxit cum prima, & vero, ac legitimo consensu cum secunda teneri potius excommunicationem sustinere patienter, quàm ad primam uxorem accedere relictâ secundâ, cum qua adhibito legitimo consensu contraxit, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 3.* Secundò censent plures, non teneri simulatorem puellam ducere, si maxima sit conditionis disparitas, vel intercesserint signa evidentia, quibus puella potuisset facilè conijcere, virum sibi non parem ad eam tantùm decipiendam, & ad extorquendum consensum ad turpia promittere sibi matrimonium, tunc enim puella non debuisset verbis viri credere, & sibi magis attendere. Tertiò si mulier, quæ decepta videtur se virginem simulaverit, cùm talia non esset. Quartò si gravissima perniciosa dissidia, capitales inimicitiæ, & cruentæ cædes timerentur ex tali matrimonio. In hoc enim casu sufficit pecuniaria compensatio, quâ compensetur injuria puellæ illata. 135

Cæte-

136 Cæterum ptoles ex mstrimonio fictè contracto suscepta, antequam fictin elteri conjugi innotescat, vel prubetur, legitime censende est, quie filij geniti ex mattimonio bana fide alterius conjugis intto in facie ecclesiæ legitimi censentur, dummodo concepti sint ante divurtium Judicis ecclesiastici sententiâ declaratum, & desumitur ex *c. Cum inter. c. Perlatum. qui filij sint legitimi, & ex c. Ex tenore 14.* ubi Innocentius III. ait: Intelligentes, quod Peter prædicti R. matrem ipsius in facie ecclesiæ ignaram, quòd ipse stbi aliam matrimunieliter cupulâsset, duxerit in uxutem,& dum ipsa cunjux ipsius legitima putaretur, dictum R. susceperit ex eadem: In favorem prolis potiùs inclinamua, memoratum R. legitimum reputantes. Estque etiam sententia, quæ docetur à D. Thuma *art. 3. quæst. 1. in 4. sent. 41. q. 1. ad 2.* ubi exptessè sit; *Ignorantia excusat illicitum coitum à peccato, nisi sit affectata, unde illi, qui conveniunt bona fide in facie ecclesia, quamvis sit impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filij sunt illegitimi.*

137 Hinc eum alter ex cunjugibus esserit sibi defuisse consensum, nun statim licet alteri novum inire conjugium, quia sicut ecclesia non statim credit asserenti sibi defuisse verum consensum, ita nec alter, spunsus tenetut id credere, sed putest adhucuti jure suo, eò quia sit bonæ fidei possessor; putest enim existimsre, quòd elter conjux vel mentiatur, vel pet jucum dicat, sibi desuisse consensum, cùm uterque per verba expressive veri cunsensûs in facie ecclesiæ cunsenserit, & desumitur ex *c. perpetuas de probat,* ubi Innocentius III. rescribit: *Nimis indignum est (juxta legitimas sanctiones) ut quòd sua quisque voce diluciдè protestatus est, in eundem casum proprium valeat testimonio infirmare.* Id etiam expressè docet D. Thomas in *4. sent. dist. 27. q. 1. art. 2. quæstiunc. 4 ad 2.* ubi ait: Si desit cunsensus mentalis ex parte unius ex neutre parte est matrimonium; quia mettimonium cunsistit in mutua cunjunctione: tamen probabiliter potest credi dolus nun esse, nisi evidentia doli appareat: quia de quolibet est præsumendum bunum, nisi prubetur cuntrarium, unde ille ex cujus perte dulus non est, à pecceto excusatur per ignurantiam.

138 Cætetum qui post matrimonium fictè contractum cum una sincerè, & legitimo, ac vero adhibito cunsensu secundum conttaxit cum altera, nun debet, imò nec potest tuta conscientia redire ed primam, eum qua fictè contrsxit, tametsi pet sententiam Judicis ecclesiastici, imò per censuras ad id compellatut, adeò ut debeat potiùs censuras patienter sustinere, & desumitur ex *c. Inquisitioni de sent. excommun.* ubi Innucentius III. loquens de eo, qui fictè cum prime, & sincerè cum secunda conttaxit ait: *Debet potiùs excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale,* peccaret autem lethaliter, si eam dimitteret, cùm qua legitimè contraxit, & ad primam reverteretur, cum qua tantùm fictè, & simulatè matrimonium Inivit; & quæ propterea nun est ejus conjux defectu consensus, nec potest esse, eò quia verum matrimonium jam contraxerit cum secunde.

Quæritur vigesimo octevò, quínsm sit me- 139
tus, qui dicitur cadere in virum constantem, & lædere libertstem, ac extotquete violenter consensum insufficientem ed firmitstem, ac velorem mattimonij? Respondetur, metum cadentem in vitum constentem eum dici, quo quis ad declinandum grave eliquod, & majus malum, quod vetisimiliter ei imminet, nisi consentiat in matrimonium, compellitur eidem assentiri, eò quia putet esse minus mslum, quàm hoc incurrere: hinc qui timore sincero mortis, mutilatiunis, ecerbi cruciatus, servitutis, carceris, vel perpetui exilij, vel etiam gravioris infamiæ incurrendæ compellitur ad assentiendum matrimonio cum aliqua fœmina, quem slinquin nollet ducere, neque duceret, nisi timor adesset incurrendi msjus malum, quod æstimatur gravius, ac majus, quàm uxotem eam docere, quæ ei displicet, nec esm duceret nisi periculum imminetet incurrendi majus illud malum. Quòd si malum, quod timetor, non sit majus, quàm censeatur esse matrimonium inire cum fœmine, quæ displicet cunsentienti ex timore, tunc metus nec diceretut cadere in virum constantem, non videtetur sufficere ad irritendum matrimunium, ut si qois metu insamiæ, quæ facilè abuleti potest, ae deleri; vel metu amittendi nummos, vel ne excidet gretiâ Heri, vel amici, vel ne dimittatur à servitio consentit in matrimonium cum aliqua; metus iste, non caderet in vitum constantem, & potiùs esset metus viri inconstantis, ac levis, proinde insufficiens ad irritandum matrimunium, ad cujus nullitetem requiritur metus grevloris, ae majoris mali incurrendi, quique cadat in virum constantem, ut desumitur ex *c. cum locum de sponsal. matrim.* & ex *c. Venitus ad nos de spons. & matrim.* ubi de qundam juvene, qui fidem duabus dederat puellis, uni per verba de futuro subsequente copula, ex qua prules fueret suscepte; & alteri per verba de præsenti coactus tuetet à patre puellæ, qui simul eos in uno lectu invenerat ad cuntrahendum, tespondet Alexsndet III. *Mandamus quatenus si inveneris, quòd primam post fidem præstitam cognoverit, ipsum cum ea facias remanere: alioquin secunda (nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere eam desponsaverit) adhærere facias ut uxori;* desumitur etiam ex *c. Consultationum 28. eod. tit.* & expressè docet D. Thumas in *4. dist. 29. q. 1. art. 3. quæstiuncul. 1.* ubi ait: *Vinculum matrimonij perpetuum est: undè illud, quod perpetuitati repugnat, tollit matrimonium: Metus autem, qui cadit in constantem virum, perpetuitatem contractûs tollit, quia potest peti restitutio in integrum; Et ideo talis coactio metûs, qui cadit in constantem virum, tollit matrimonium, & non alia. Quidam autem dicunt, quòd si adsit consensus quamvis coactus interiùs est matrimonium quantùm ad Deum, sed non quantùm ad statum ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem propter metum. Sed hoc nihil est: quia ecclesia non solet, nec debet de aliquo præ-*

sumere peccatum, quousque probetur: peccavit autem, si dixit, se consentire, & non consensit, unde ecclesia præsumit, eum consensisse. sed judicat illum consensum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

140 Quinimò metus gravioris mali probabiliter imminentis, & qui propterea matrimonium irritat, non est necesse, ut soli personæ contrahenti incutiatur, sed sufficit, si etiam illius patri, matri, filiis, fratribus, & sororibus, aliisque consanguineis, & affinibus idem malum gravius metuatur, nisi contrahens uxorem ducat talem puellam. Ut si juvenis ostenderit aliquam propensionem, & amorem in puellam, & dixerit amico, se etiam eam velle ducere in uxorem, si meus pater assentiretur: si tunc pater puellæ vellet patrem juvenis interficere, nisi ejus filius matrimonio copuletur cum sua filia, tunc si juvenis ex timore, ne suus pater interficeretur à patre puellæ, cum illa contraheret, cum qua non ampliùs vellet contrahere, talia timor majoris mali irrogandi parenti irritaret matrimonium filij cum tali puella, quia esset timor cadens in virum constantem.

141 Sin verò metus gravis esset justè incussus sufficeret ad matrimonij firmitatem, nec per talem metum justè incussum contractus irritaretur, quia quando metus justè incutitur, tunc consensus non extorquetur per injuriam; neque qui cogitur ipso jure assentiri dicitur invitus, quia ille sibi potius timorem incutit, quàm ab alio patiator incussum. Idque causæ, cur persæpe ecclesia etiam sub gravissimis pœnis eos adigat, qui nulla suppetente justa, & legitima causa resiliunt à sponsalibus, ut promissum contrahant matrimoniū: quamvis quispiam ex timore censuræ ecclesiasticæ, vel excommunicationis, vel carceris contrahat matrimonium data fide promissum puellæ, talis metus, quia justè ab ecclesia incussus matrimonium non irritat, quia non provenit ab extrinseco, sed potiùs ab intrinseco originem trahit, quatenus qui promisit matrimonium de futuro, à qua promissione vult postea resilire, incutit talem metum, & quidem liberè, quia sicut vult liberè resilire à promisso, quod tenetur servare, ita etiam liberè trahit secum comminationem ecclesiæ, quæ se habet accessoriè ad illam resilientiam, proinde etiam liberè secundariò, & consecutivè talem metum sibi incutit, qui sequitur ad ipsam resilientiam: quapropter tunc contrahens sibi potiùs metum incutit, quàm ab alio patiatur incussum, hinc si Judex damnationem ad perpetuum carcerem, vel ad triremes, vel etiam exilium justè comminaretur, ut vir eam puellam in uxorem duceret, quàm cum promissione matrimonij constupraverat; matrimonium ex tali metu contractum ratum, & validum esset; quia tunc contrahens talem metum sibi potius incuteret, quàm eum ab alio pateretur incussum; & desumitur ex *c. pervenit de adult. & stup.* ubi ex S. Gregorio Magno *epist. ad Episcopum Sipontinum 42. lib. 2.* habetur: *Pervenit ad nos, quòd Felix quandam virginem stupro decepit: quòd si verum est, quamvis esset de lege pœnâ plectendus Nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modò disponimus, ut aut quam stupravit, uxorem habeat; aut si renuendam putaverit, corporaliter castigatus, excommunicatusque in monasterium, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine nostra præceptione licentia.* Validum est etiam matrimonium, si ob timorem mortis justè ad eam subeundam condemnatus meretricem in uxorem ducit, quia tunc metus mortis propriæ non est causa matrimonij, sed potiùs matrimonium causa est, cur contrahens liberetur à tali metu, quo justè perculsus fuerat ob patrata delicta, quæ cùm liberè egerit, secum etiam traxit talem timorem pœnæ; cùm sit pœna pedissequa culpæ.

142 Generatim quoties metus suam trahit originem à causa naturali, & interna ipsius metuentis, non irritat matrimonium, neque consensus ex tali metu elicitus obstat libertati electionis, neque ecclesia declarat irritum contractum cum tali metu initum. Hinc qui ex metu mortis ob gravissimum morbum, quo laborat, ducit in uxorem filiam Medici, eò quia speret ab eo sanitatem acquisiturum; & nisi talis morbus extaret, nollet Medici filiam ducere, tale matrimonium initum ab ægro ex timore mortis, ne à Medico derelinquatur, nisi filiam suam ducat in uxorem, quam alias nollet, ratum, ac validum est, tametsi sit ægro adeo necessaria talis Medici opera, ut sine ea nulla ipsi superstit spes sanitatis, quia tunc Medicus propriè non est author metûs, quo æger perculsus consentit matrimonio; sed morbus gravis, qui secum trahit periculum mortis, est causa talia metus, qui propterea cum proveniat à causa naturali, & interna non irritat matrimonium. Hinc ecclesia approbat matrimonium ex tali metu proveniente à causa naturali intrinseca initum, ut etiam professionem religiosam, ad quam aliquis inducitur ex metu mortis ob gravem ægritudinem, hinc etiam vota, quæ fiunt in mari, cùm imminet mortis periculum, & naufragij, suum sortiuntur valorem, ut etiam omnia illa vota, quæ fiunt ex metu, ne quis incurrat aliquod grave malum, quia tunc metus oritur à causa interna, & periculum naufragij incurrendi, & mortis subeundæ tantùm est occasio, qua vovens ex timore, ne incurrat tale malum votum emittit.

143 Quinimò neque metus injustè incussus irritat matrimonium ex eo contractum, si metus ille non sit illatus ad extorquendum consensum, quia tunc etiam ad declinandum imminens damnum spontè matrimonium eligitur, ut si pater puellæ juvenem inveniat in stupro cum filia; & pater spontè ad compensationem injuriæ illatæ suæ filiæ offerat eam in matrimonium; etiamsi comminetur eum interficere, nisi eam duxerit; quamvis ex timore, ne interficiatur puellam ducat in uxorem, validum est matrimonium, quia pater quamvis injustè incutiat metum juveni, non tamen ad extorquendum ejus consensum in matrimonium, sed ad ultionem injuriæ illatæ filiæ, quam constupravit, & dedecoris injecti toti familiæ, ad quod

dam-

damnum compensandum, & resarciendam jacturem honoris in familia exigit, ot juvenis, quam constupravit puellam, sibi ducat in uxorem. Quòd si pater puellæ moriem stupratori mineretur, nisi constupratam à se puellam statim duceret, & verisimiliter juvenem statim interfecisset, tunc si ex tali metu juvenis statim matrimonium iniret, hoc irritum esser; quia selis metus tunc incutereiur injustè, cùm pater jus non habeat occidendi, vel mutilandi filiæ suæ stupratorem, sed tantùm eum in judicium vocandi, & tunc peter non ad vindicendem injuriem illetem suæ filiæ, led ad extorqoendum consensum metum ilium incuteret. Generatim quoties metus injustè incutitur ed extorquendum consensum in matrimonium, illud irritet: secus quando incutitur ob alias causas, & timore perculsue ad declinandum malum aliquod grave consentit in matrimonium, hoc suum sortitur valorem: hinc si obsessus in alique urbe ex metu expugnationis, incendij, expiletionis, vel etiem promiscuæ cædis omnium civium ducerer siliem, vel sororem obsidentis in matrimonium, ut ille desisteret à teli expugnatione, tele matrimonium retum esset, ac validum, quie obsidens urbem non incussit talem timorem ad extorquendum consensum obsessi in matrimonium filiæ, vel sororis, sed vel ad vindicandam injuriam sibi illatem à tali populo, vel ob alias causes. Ratum est etiam metrimonium, quod contrahitur ex metu reverentiæ, quia talis metus non cogit voluntatis assensum, neque cadit in virum constantem, quapropter in *c. ex litteris de desponsat. imbub.* Urbanus III. non declarat irrita sponsalia inita de voluntete parentum ob solùm metum reverentiæ, sed ob minas à parentibus puellæ intentatas ibi: *De voluntate parentum potiùs, quàm de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta, ubi nolens, & invita minis parentum impulsa moram fecit per annum, & amplius.*

144 Quæritur vigesimo nonò, an matrimonium defectu consensus invalidè contractum coram temea Parocho, & testibus, & inter personas alioquin legitimas, & carentes impedimento convelescet, si conjuges privatim postea, & tacitè consentiant in tale matrimonium per osum ejusdem affectu meritali, quo mulier intendat reddere debitum viro ut marito, & vir mulieri ut veræ uxori? Respondetur effirmativè, & desumitur ex *c. Ad id 21. de sponsal. & matrim.* obi Clemens III. rescribit, matrimonium initum à muliere, cùm certo viro per vim; ex eo, quòd per ennum, & dimidium postea simul spontè cohabitaverint, & effectu maritali se tractaverint ut conjugea, convaluisse, eit enim Pontifex: *Quamvis ab initio invita fuisset ei tradita, & renitens, tamen quia postmodum per annum, & dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire, nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd non consenserit in eundem nominaverit producendos: cùm mora tanti temporis hujusmodi probationem excludat.* Hinc si mulier etiam undecim annorum invita tradatur viro, cum quo postea spontè cohabitet per annum cum dimidio, censetur tacitè consensisse in metrimonium cum ipso, & ipsam coactionem transijsse in consensum. Quòd si mulier velit postee testes inducere ed evincendem coectionem, non sunt isti admittendi, sed compellendi sunt conjuges, ut se effectu meritali prosequantur. Notat Glossa, mulierem undecim annorum, si malitie ætetem suppleet, posse contrehere, & metrimonium, quod ex defectu consensûs eb initio eret irritum, tractu temporis per spontaneam cohabitationē convalescere, quie præsumuntur, se affectu maritali prosequi, & per hanc spontaneam cohabitationē consensisse in metrimonium, & contra hanc præsumptionem non esse edmittendam contreriam probetionem. Desumitur etiam ex *c. significavit. de eo qui duxit in matrim. quam polluit. per adulter.* ubi Alexander III. rescribit Abbati de Fontibus: hominem cui tanta vis illata fuit, ut non spontè in matrimonium cum certa quedam muliere consenserit, posse reverti, liberè ed secundem, quem postee duxit uxorem, nisi primam post præstitum jurementum carneliter cognoverit, quie copula post coactionem subsecuta, quædam est matrimonij ratihabitio æquivalens consensui libero.

Demum Pius V. declarevit, matrimonium 145
per metum contractum in facie ecclesiæ secundùm formam Concilij Tridentini, tametsi ab initio defuerit consensus, convalescere postea ex tacito conjugum mutuo consensu, & spontenee cohabitatione; neque opus esse, iterum repetitis solemnitatibus matrimonium coram facie ecclesiæ contrahere, si solemnitates fuerunt ritè adhibitæ in primo contractu, quamvis ex defectu consensûs irrito, quia per subsequentem spontaneem cohabitationem conjuges consentiunt in tale matrimonium, cùm vir tractet mulierem ut uxorem, & hæc virum, ut maritum. Quòd si impedimentum esset manifestum, & publicum, & scirent omnes, tele matrimonium fuisse invalidè contrectum, tunc matrimoniom esset de novo contrahendum, etiam servate forma Concilij Tridentini, & ita respondisse sacram Congregetionem ejusdem Concilij interpretem refert Fagnanus in *c. is, qui fidem 30. de spons. & matrim.*

Quæritur trigesimò, an matrimonium ini- 146
tum sub hac conditione: Duco te in meam uxorem si nunquam domo mea exieris, sed semper in ea manebis, ut nemo te videat extra domum, velidum sit? Fuit vir quidam nobilis, qui ceptus amore cujusdam puellæ ignobilis, quam eò ardentiùs deperibat, quò ipsa semper detrectavit turpibus essentiri, eique setisfecere; nisi priùs eam duceret in uxorem, quò posset honestè, & ebsque Dei offensa ei adhærere: promisit vir eam ducere, hac temen adjecte conditione; ne unquam domo exiret; sive ex zelotypia; sive ut proprio consuleret honori, quia nollet ab omnibus sciri se duxisse uxorem non paris conditionis; matrimonium fuit contractum coram Parocho, & testibus sub tali conditione; dixit vir: accipio in meam uxo-

rem Lucretiam si ipsa manserit semper in mea domo, & nunquam exierit, cum habeat ibi commodum ex quadam fenestra audiendi sacrum in ecclesia domui meæ adnexa: similiter puella dedit assensum, dixitque accipio in meum maritum dominum Alexandrum, & promitto, me nunquam domo exituram, ut ipse à me exigit. Dubitatum fuit, num hoc matrimonium cum consensu illo conditionato initum foret validum. Respondi, tale matrimonium spectatis simpliciter conditione non fuisse sortitum suum valorem in foro exteriori. Ratio est perspicua: quia consensus sub conditione de futuro libero, ac dependente à voluntate contrahentium suspenditur quoad suum effectum, donec conditio adimpleatur; seu non fiat contrarium conditioni adjectæ: atqui contrarium conditioni adjectæ potuit semper à Lucretia poni, quamdiu viveret, adeo ut vir nunquam possit esse certus de impletione conditionis, nisi post mortem uxoris; proinde conditio consensui adjecta tunc tantùm impletur, cum vir non potest ampliùs contrahere cum muliere: sunt enim quædam conditiones, quæ in ordine ad contrahendum matrimonium trahunt secum impossibilitatem; ut sunt hæ: contraho tecum si mihi exequias persolveris; aut si post obitum meum sororem meam alueris: quia in utroque casu perinde est ac asserere: contraho tecum postquam mortua fuero: ita hic consensus conditionatus contraho tecum si nunquam toto tempore vitæ tuæ exieris domo; perinde est ac dicere contraho tecum postquam fuerit mortua; quia tunc tantùm conditio adjecta consensui adimpletur; quia contrarium conditioni adjectæ est per totam vitam possibile; & conditio suspendit consensum usque ad verificationem conditionis: proinde matrimonium contractum sub tali conditione in foro externo est nullius valoris: quia contrahentium intentio supponitur fuisse suspendere consensum usque ad impletionem conditionis; nec datur locus, ut ecclesia præsumat, sponsum contrariam intentionem habuisse; proinde non potest judicare, validum fuisse tale matrimonium. In foro autem interno conscientiæ si sponsi non obstante tali conditione reverà absolutè consenserunt, & conditio tantùm fuit adjecta consecutivè, & secundariò ad declarandum, quòd vir desideraret, ut tale matrimonium à se initum non innotesceret aliis, eò quia mulier sit inferioris conditionis, tunc validum esset matrimonium, ad cujus consensum conditio tantùm se habet secundariò, & per accidens. Dices, prærecensitas conditiones accenseri impossibilibus, sed conditiones impossibiles adjectæ consensui matrimoniali non irritant matrimonium, & habentur pro non adjectis; proinde matrimonia, quibus adjiciuntur præfatæ conditiones suum sortiuntur valorem. Sed contra, quia tunc tantùm conditiones impossibiles habentur pro non adjectis, quando aliundè constat de absoluto consensu contrahentium: secus quando non constat de tali consensu; quia tunc conditio impossibilis adjecta contractui satis declarat contrahentes non assentiri tali contractui: intentio enim contrahentium tunc est suspendere consensum, donec conditio impleatur; & quia hæc ob suam impossibilitatem nunquam implebitur, ita intentio apponentium talem conditionem est, nunquam assentiendi tali contractui: neque ecclesia præsumit tunc validum matrimonium nisi ei constet de absoluto consensu contrahentium. Quando enim contrahentes absolutè consentiunt; id conjicitur ex signo aliquo sensibili: & tunc conditio impossibilis habetur pro non adjecta; quia attenditur consensus contrahentium; qui tamen debet constare per signum aliquod sensibile; alioquin si tantùm in animo contrahentes assentirentur matrimonio, hoc esset adhuc irritum, quia licèt non desit consensus internus, deest tamen expressio sensibilis illius, quæ necessaria est jure naturæ.

Quæritur trigesimo primò, an ut conditio impossibilis, habeatur pro non adjecta, requiratur in contrahentibus notitia legis ecclesiasticæ statuentis, talem conditionem habendam esse pro non adjecta? Respondetur affirmativè, cum Covarruvia *2. p. de matrim. c. 3. num. 1.* Joanne de Medina *C. de restitut. q. 23. post med. § ad cognoscendum.* Sanchez *lib. 5. de matrim. disput. 3.* & aliis. Ratio desumitur ex eo, quia si contrahentes conscij sint hujusmodi juris in suo contractu facto sub conditione impossibili, & non declarant se ab illa præsumptione juris velle recedere, rectè præsumuntur stare juris præsumptioni, ac intendere in suo matrimonio sensum ipsius juris. Secus si ignorent jus statuens talem conditionem, habendam esse pro non adjecta, durè cum contrahentibus ageretur, si in foro judiciali cogerentur stare legi, cujus nunquam ullam habuerunt notitiam: imò & durius etiam cum iisdem ageretur, si hæc ignorantia juris invincibilis foret; præsertim cùm ipsa conditio impossibilis ex natura sua, usúque communi loquendi dissensum prodat contrahentium, qui eatenus non absolutè contrahunt, sed contractui conditionem adjiciunt impossibilem, quia intendunt per talem conditionem nolle assentiri contractui, alioquin absolutè contraherent, nec illam adjicerent conditionem, quæ cùm sit impossibile, ut eveniat, satis declarant, nunquam præstituros verum consensum, sicut nunquã adjecta conditio purificabitur; proinde ut in foro externo justè hæc conditio adjecta contractui ab eodem rejiciatur, & præsumatur, contrahentes habuisse consensum, necesse est, ipsis innotescat statutum juris, quo conditio impossibilis adjecta contractui habeatur pro non adjecta, quia tunc, si adhuc contrahant cum tali conditione, quam sciunt à jure haberi pro non adjecta, præsumuntur præstare verum assensum, cùm sciant perinde esse adjicere, ac non apponere talem conditionem. Tum quia lex non obligat, nisi cognita; proinde si contrahentes legem ignorent, & censeant conditionem impossibilem habendam esse pro adjecta, tunc sicut sciunt conditionem nunquam purificaturam, & consensum alligaverint tali purificationi conditionis satis apertè indicant, se nunquam consensuros. Hinc ut notat 147

notat Sanchez, ad hoc, ut conditio impossibilis habeatur pro non adjecta duo requiruntur, quorum primum est notitia juris habentis pro non adjecta conditionem impossibilem, quæ à contrahentibus adijcitur contractui. Secundum ut impossibilitas conditionis etiam cognoscatur ab utroque contrahente præsertim in contractu matrimonij: quia cum matrimonium ex mutuo utriusqua consensu perficiatur, necessè est, ut in utroque conjuge reperiatur utraque cognitio, ut justè præsumatur in ipsis mutuus consensus: cæteroquin ex parte illius,qui alterum ex his duobus ignorarat, non posset rationabiliter consensus præsumi. Hinc raro contingit, ut in foro externo contractus matrimonialis initus sub conditione impossibili ratus, & validus judicetur, eò quia regulariter jus à fœminis ignoretur.

148 Quæritur trigesimo secundò, an consensus virtualis, & implicitus in copulam carnalem necessarius sit, ad valorem matrimonij? Communis, & vera sententia ast,ad rationem matrimonij non esse necesse, ut absolutè, & expressè contrahentes consentiant in copulam carnalem, ut docet D. Thomas in *3. p. q. 48. art. 1.* & ratio fit statim obvia, quia copula carnalis non est de essentia matrimonij,proinde consensus in illam non est necessarius ad valorem matrimonij. Tum quia potest quis, ut stet promissioni factæ puellæ de illa ducenda,matrimonium contrahere, & illud non consummare, sed cum proposito post initum matrimonium ingrediendi statim religionem aliquam ex approbatis, & profitendi in ea; atqui in hoc casu fatentur omnes, tale matrimonium initum cum animo, & proposito illud non consummandi ratum esse, ac validum, & desumitur ex *c. Commissum de sponsal. & matrim.* quia intentio contrahendi matrimonium, & non consummandi, non pugnant inter se, cùm non sint circa idem objectum; sicut non pugnat volitio suscipiendi sacrum Ordinem, & nolitio eum exercendi; plures enim sunt, qui Ordinem suscipiunt Subdiaconatus, quem tamen nunquam exercent. Præterea, quia matrimonium initum inter beatam Virginem, & S. Josephum fuit verum matrimonium, & tamen beata Virgo non consensit directè, & expressè in copulam, ut deducitur ex ejus verbis ad Angelum *Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*, seu ut explicant D. Augustinus *lib. de Virgin. c.* 4. & D. Ambrosius *de Institut. Virgin. c. 6. Quomodo fiet istud, quoniam propositum habeo non cognoscendi virum.*

149 Major igitur difficultas est de consensu virtuali, & implicito ad copulam carnalem: & respondetur, hunc virtualem, & implicitum consensum, requiri necessariò, & ratio petitur ex eo,quia hæc maritalis potestas implicitè vult ipsam copulam: ad id enim hæc mutua potestas traditur, ut mediante copula proles generetur, est enim hæc finis matrimonij: qui autem consentit in causam, consentit etiam implicitè in effectum ob connexionem, quam dicit effectus ad suam causam. Tum quia ex Apostolo *1. ad Corinth. 7.* traditio hujus potestatis debet esse in ordine ad fines matrimonij, cujus finis primarius est generatio prolis; & secundarius remedium concupiscentiæ; & contrahentes nonnisi per carnalem copulam utrumque finem consequuntur. Verùm videtur in contrarium obstare, quia Virgo mater nullo pacto neque explicitè, neque implicitè virtualiter consensit in copulam, cùm tamen ejus matrimonium cum S. Joseph validum fuerit, et ratum, ut docent communiter SS. Patres præsertim D. Augustinus *lib. 1. de nuptijs c. 11. & lib. 5. contra Jovinianum c. 9.* D. Ambrosius *in Lucam c. 1.* & docent communiter Theologi cum D. Thoma *3. p. q. 29. art. 2.* proinde si stat matrimonium ratum, & validum sine consensu explicito, & implicito, ac virtuali ad copulam, sequitur manifestè,consensum virtualem non requiri necessariò ad valorem matrimonij. Tum quia consensus etiam implicitus, & virtualis in carnalem copulam voto adversatur castitatis: atqui beata Virgo ante matrimonium ex doctrina SS. Patrum voverat virginitatem, proinde non potuisset sine voti violatione consentire in copulam. Præterea quia si mutua potestas, quam sibi per matrimonium tradunt conjuges esset in ordine ad copulam carnalem, sequeretur, quòd beata virgo, & quicunque alij, qui de mutuo consensu post contractum matrimonium voverant, essent, & non essent obligati ad copulam, quod est loculenta contradictio: siquidem ratione matrimonij ad illam obligarentur, & ratione voti ab illa deobligarentur.

Sed contra,solet enim responderi, consensum implicitum in copulam, qui ad matrimonium requiritur non derogare virginitati mentali, quia ut docet Cajetanus *in opuscul. 17. respons. 2.* consensus iste implicitus non est in copulam ipsam actualem, sed est consensus in causam, quatenus est volitio matrimonij, in quo ut in causa continetur obligatio ad copulam, quam tamen beata Virgo nec implicitè, neque explicitè intendarat: neque ratione talis matrimonij se exposuit periculo amittendi virginitatem ob privilegium divinæ revelationis, quâ certa erat, copulam carnalem nunquam futurem, neque puritatem virginalem pariturum. Tum quia nunc ex ecclesiæ statuto, intra bimestre possunt conjuges non consummato matrimonio religionem ingredi,& si nolint ambo, posset id alterutem: & tamen conjuges ratione matrimonij simpliciter initi, non dicuntur deperdere virginitatem mentalem, imò neque periculo se exponere amittendi corpoream, nisi simul intendant ipsum consummare, ut docet D. Thomas in *4. dist. 30. q. 2. art. 1. quæstiunc. 2. ad 3.* ubi expressè ait: potentiam ad copulam, quæ ex matrimonio oritur non contrariari virginitati, neque de ejus puritate diminuere. Ad primam confirmationem respondet D. Thomas *3. p. q. 28. art.* 4. Virginem matrem ante nuptias non emisisse votum virginitatis absolutum, sed tantùm conditionatum, nimirum nisi Deus aliud sibi placere revelaverit: & post initum matrimonia.150

monium peri consensu cum sponso suo Josepho virginitatem absolutè vovisse, & detumitur etiam ex D. Augustino in *c. Beata Maria 27. q. 2.* Cum igitur Deus reveleverit beatæ Virgini, ut nuberet; nihil contra votum sub ea conditione emissum nubendo commisit. Verùm quie elij asserunt, Virginem matrem ante initas nuptias votum absolutum virginitatis emisisse. In hac suppositione respondent aliqui, beatam Virginem consensisse quidem in obligationem ad copulam, si vir debitum peteret: sed quie edocta erat à Spiritu sancto, virum nunquam debitum petiturum, ideo consentiendo in copulam sub illa conditione nil contra votum egit. Verùm hæc solutio petitur difficultatem, quia vel intelligitur de consensu expresso, & directo in copulam sub illa conditione, si vir debitum petat; vel solùm de consensu implicito, & virtuali in casu. Primum dici nequit, quia hujusmodi consensus explicitus, & directus in copulam etiam conditionatus non est necessarius ad matrimonium. Si dicatur secundum, respondetur cum distinctione, vel enim sermo est de ipso consensu implicito, & virtuali, se tenente ex parte Virginis contrahentis, & falsum est, beatam Virginem habuisse hujusmodi consensum, quia si quis post emissum votum castitatis matrimonium iniret, quamvis esset moraliter certissimus, non fore unquam debitum petendum, adhuc peccaret contra votum castitatis. Tum quia nefas est ex natura rei rem sacram profanis usibus obligare, temerè certum sit, quòd talis usus profanus nunquam sit secuturus, proinde videtur ex natura rei contrariari voto castitatis obligare Virginem Deo per votum dicatam, usui carnali. Quamobrem vel sermo est de consensu implicito, & virtuali se tenente duntaxat ex parte contractus, & non ex parte contrahentis, & in hoc sensu vere est doctrina docentium, beatam Virginem consensisse implicitè, & virtualiter ex parte scilicet contractus in copulam, non verò ex parte contrahentis. Ratio, cur consenserit implicitè, & virtualiter consensu se tenente ex parte contractûs est; quia consentiens in causam consentit virtualiter, & implicitè in effectum, quatenus hic in tali causa continetur: atqui hujusmodi consensus implicitè, & virtualiter, tanquam effectus continetur in ipso contractu matrimonij, proinde beata Virgo hebuit hujusmodi consensum implicitum, & virtualem se tenentem ex parte contractûs tantùm, & non ex parte contrahentis: Juvat observare consensum in copulam, qui ad matrimonium necessariò requiritur, dupliciter posse intelligi esse implicitum, & virtualem. Primò ex parte contractus; & hac ratione absque ullo dubio dicendum est, consensum hunc virtualem, & implicitum requiri ad valorem matrimonij, cum includatur virtualiter, & implicitè in ipso contractu matrimonij, qui enim vult explicitè causam, vult etiam implicitè, & virtualiter id, quod in eadem continetur. Secundò potest considerari hujusmodi consensus implicitus, & virtualis ex parte ipsius contrahentis, & hoc pacto non est necessarius ad matrimonium ineundum, neque requiritur, quod contrahentes præter voluntatem nubendi habeant etiam hanc voluntatem, quæ implicitè terminetur ad copulam, quia tametsi contrahens, quando contrahit, nil cogitet de tali copula, imò quamvis habeat potiùs animum omnino contrarium, ac intendat nunquam coire, adhuc matrimonium ratum est, ac suum sortitur valorem, ut docet D. Thomas *loc. cit. in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. quæstiunc. 2. ad 3.* ubi ait: *Copulam carnalem concedisse sub consensu Beatæ Mariæ*, & paucis interjectis subdit: *Quæ quidem scilicet copula nunquam fuit in proposito ejus, sed erat jam certificata, quòd actus nunquam sequi deberet*: & quia hi duo textus videntur inter se pugnare, ideò quoad primum explicatur D. Thomas de consensu implicito in copulam ex parte contractûs; non ex parte contrahentis cum potiùs ex secundo textu hebuerit oppositam intentionem, ait enim D Thomas *quæ quidem copula nunquam fuit in proposito ejus.* Quamobrem talis consensus fuit tantùm implicitè volitus in ipso contractu, & explicitè nolitus in ipsa Virgine contrahente.

151 Quæritur trigesimo tertiò, an causâ adulterij possit matrimonium dissolvi quoad vinculum? Respondetur negativè, contra hæreticos nostri temporis sentientes matrimonium per adulterium posse solvi. Non dissolvi vinculum matrimonij causâ adulterij desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* & ex c. *Placuit 32. q. 7.* & c. *unic. de voto in 6.* & habetur Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet, Luc. 16.* ubi prohibetur viris, uxores dimittere, & Apostolus *1. ad Corinth. 7.* ait: Hoc esse præceptum Domini. Imò ipso jure naturæ est indissolubile, ut docet D. Thomas 3. *p. q. 67. art. 1.* Id enim exigit natura hujus contractus, ut amor inter conjuges sit fidelior. Ut major sit solicitudo circa res domesticas, dum conjuges, se perpetuò esse ligatos non ignorent. Tum quia rescinditur occasio adulteriis, quæ facilè contingerent, si vir uxorem, & è contra uxor virum dimittere posset. Tum quia ratio à priori id suadet, quia matrimonium natura sua ordinatur ad perpetuam educationem prolis, hæc autem non posset commodè fieri, si matrimonium esset natura sua dissolubile: & hæc est ratio, cur naturale sit, parentes filiis thesaurizare, & filios parentum esse hæredes. Quòd si dicas ex *c. 1. de regul. juris, & §. fin. instit.* haberi, quòd omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur. Contra est, quia ab hac regula excipitur contractus conjugalis ob specialem rationem superiùs adductam; eatenus cæteri contractus pro contrahentium arbitrio dissolvi possunt, quia id cedit in bonum commune: contrarium autem contingeret, si matrimonium esset causâ adulterij dissolubile, id enim vergeret in detrimentum boni communis, proinde non est eadem ratio, ac de cæteris contractibus: unde quamvis matrimonij obligatio, si consideretur in fieri dependeat à mutuo consensu,

vel

vel dissensu ; tamen postquam talis obligatio est contracta, non dependet amplius à voluntate contrahentium. Idque etiam evincitur ex illo *Luc. 16. v. 18.* ubi Christus ait: *Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur*, & *Marci 10.* *Quicunque dimittit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam*, hinc D. Augustinus *lib. 1. de adulterin. conjug. c. 9.* ait: *Qui ergo nos sumus, ut dicamus: est, qui mœchatur uxore sua dimissa alteram ducens, & est, qui hoc faciens non mœchatur? cùm evangelium dicat omnem mœchari, qui facit. Proinde si quicunque id fecerit, id est, omnis qui hoc fecerit, ut uxore sua dimissa alteram ducat mœchatur; sine dubitatione ibi sunt ambo, & qui præter causam fornicationis, dimittit uxorem, & qui propter causam fornicationis dimittit uxorem. Hoc est enim quicunque dimittit; hoc est, omnis qui dimittit.*

152 Quia verò in pluribus hæreticorum partibus hodie moris est, ut si alter ex conjugibus deprehendatur in adulterio matrimonium censetur solutum, & innocens aliam de facto ducit rejectâ priore adulterâ, insistendum est sacris scripturis apertè asserentibus per adulterium matrimonium non dissolvi quoad vinculum, & alterum conjugem innocentem adulterium committere, si aliam uxorem ducat, quam carnaliter cognoscat, quamdiu vivit prima conjux, quæ deprehensa fuit in adulterio; clarè enim id evincitur ex Apostolo ad Romanos 7 ubi ait: *Quæ sub viro est mulier vivente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir ejus soluta est à lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.* Observandum est, Apostolum asserere, tunc tantùm mulierem esse solutam à lege viri, non quando vir ejus fornicatus fuerit cum alia muliere, sed quando mortuus fuerit, adeo ut mulier non sit soluta à lege viri quoad vinculum matrimonij, quandiu vir ejus vivit, sive adulter sit, sive non, ait enim Apostolus: *Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri: ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.* Quòd igitur mulier sit soluta à lege viri, & non sit adultera, si fuerit cum alio viro, Apostolus non in adulterium viri, sed in solam mortem ejusdem refundit, adeò ut non adulterium, sed sola mors liberet uxorem à lege viri, ut possit esse cum alio viro sine adulterio, quòd si vir ejus vivat, quamvis adulter, adhuc mulier non est soluta ab ejus lege, quoad vinculum matrimonii, nec potest nubere alteri viro, quin sit adultera. Hinc D. Augustinus *lib. 2. de adulterin. conjug. c. 5.* expendens verba Apostoli ad Roman. 7. Luculenter ad rem nostram ait: *Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt, nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit nisi prioris esse desiverit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. Licitè itaque non dimittitur conjux ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamsi nunquam reconcilietur viro; carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus. Reus verò excommunicatus, ideò nunquam carebit Regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quoniam nunquam moritur Deus. Remanet itaque ut, si secundùm Apostolum sapere volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideo licere uxori ejus alteri nubere. Quamvis enim sit mors adulterium, non corporis, sed quod pejus est, animæ. Non tamen, & de ista morte loquebatur Apostolus, cùm dicebat.* Quod si mortuus fuerit vir ejus, cui vult, nubat: *Sed de illa sola, quâ de corpore exitur. Quoniam si per conjugis adulterium conjugale solvitur vinculum, sequitur illa perversitas, quam cavendam esse monstravi, ut & mulier per impudicitiam solvatur hoc vinculo: Quæ si solvitur, libera erit à lege viri; & ideò, quod insipientissimè dicitur, non erit adultera, si fuerit cum alio viro, quia per adulterium liberata est à priore viro. Quòd si ita est à veritate devium, ut nullus id, non dico Christianus sed humanus sensus admittat; profectò* Mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit: *Quod ut apertiùs dicam quamdiu vir ejus in corpore est. Pari ergo formâ, & vir alligatus est, quamdiu mulier ejus in corpore est. Unde si vult dimittere adulteram non ducat alteram, ne quod in illa culpat, ipse committat. Similiter & mulier, si dimittit adulterum, non sibi copulet alterum: alligata est enim quamdiu vir ejus vivit; nec à lege viri nisi mortui liberatur, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.*

Solent tamen hæretici contra hactenus ex- 153
pensa objicere verba Christi *Matth. 19. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, cùm igitur Christus excipiat causam fornicationis, inferunt, hanc solvere matrimonium etiam quoad vinculum, ac proinde eum non mœchari, qui uxorem dimittit ob fornicationem, & aliam ducit. Verùm hæc objectio nullum facessit negotium, quia exceptio illa spectat tantùm ad priorem partem sententiæ Christi, sitque sensus, ut Christianis ex sola fornicationis causa licitum sit dimittere uxores à thoro: non autem spectare ad secundam partem ejusdem sententiæ Christi, quasi non mœchetur, qui dimissa adultera duxerit alteram: aliud est ob fornicationem dimittere uxorem, & aliud aliam ducere: siquidem per dimissionem uxoria adulteræ solvitur matrimonium tantùm quoad thorum, & cohabitationem, non verò quoad vinculum: & per hoc, quòd vir ducat aliam uxorem supponitur matrimonium prius solutum etiam quoad vinculum: & quia non solvitur quoad vinculum, nisi per mortem alterius conjugis, ideò si vivente prima conjuge, quamvis adultera, vir aliam ducat mœchatur, & etiam qui dimissam ab uno viro ducit, mœchatur, quia rem habet cum uxore alterius. Utrumque enim mœchari, explicat Christus, & eum scilicet, qui dimissa uxore adultera aliam ducit, & eum, qui dimissam adulteram ducit in uxorem, quia cùm matrimonium per adulterium non sit solutum quoad vinculum, uterque vir est adulter; qui enim ducit adulteram dimissam ab alio peccat cum uxore alterius, quia

tamet-

tametsi dimissa sit, adhuc quamdiu vivit ex Apostolo est alligata legi, & est uxor viri, à quo fuit dimissa: & rursus vir, qui dimisit suam uxorem ob fornicationem, si ducat aliam, etiam committit adulterium, quia licèt sit separatus à sua uxore., adhuc tamen est eidem vinculo matrimonij alligatus. Quamobrem ex verbis Christi *Matth. 19.* infertur, virum non posse dimittere suam uxorem, nisi ob fornicationem, & hanc dimissionem non importare solutionem matrimonij quoad vinculum, sed tantùm quoad thorum; proinde cùm remaneat vir alligatus vinculo matrimonij uxori dimissæ, si aliam ducat mœchatur, ut etiam qui dimissam ducit: & hic est genuinus sensus verborum Christi *Matth. 19. Dico autem vobis, quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem*, adeò ut fornicatio sit causa dimissionis quoad thorum, & tantùm referatur ad hanc dimissionem: postea subdit, *& aliam duxerit mœchatur*, hoc est, si post dimissam uxorem ob fornicationem vir velit aliam ducere, & cum ea rem habere mœchatur, quia vivente sua uxore, quamvis dimissa, cognoscit aliam mulierem, quæ quamdiu prima vivit, nequit esse ejus conjux, quapropter Apostolus ad Roman. 7. ait: *Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi*, unde quamdiu vir vivit, ejus uxor, quamvis ob fornicationem dimissa semper alligata manet legi, & perseverat uxor viri, à quo fuit dimissa; proinde si alter vir eam ducat mœchatur, quia rem habet cum uxore aliena, & ideo subdit Christus *Matth. 19. Et qui dimissam duxerit mœchatur*: hic enim est verus sensus verborum Christi, sunt enim tunc ambo viri mœchi, & is, qui præter causam fornicationis à viro dimissam duxerit, & qui propter causam fornicationis uxore dimissa se alteri copulavit. Præterea verba Christi apud *Matth. 19.* ab aliis Evangelistis adeo clarè, ac dilucidè explicantur, ut nulla possit difficultas superesse, ait enim Christus apud S. Marcum *c. 10. num. 11. Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit*: dicit simpliciter, quicunque dimiserit uxorem suam etiam ob causam fornicationis, quia locutio absoluta verificatur de dimissione ex quacunque causa; proinde si aliam ducat, qui ob fornicationem uxorem dimisit, adulterium committit. Hoc idem explicatur etiam apud S. Lucam *c. 16. v. 18. Omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram mœchatur*: & quia Evangelistæ, quando de una eadémque re loquuntur, quamvis diversis utantur verbis, non tamen ab uno sensu, eadémque sententia dicuntur dissentire, ideò D. Matthæus hoc idem quoad sensum significavit, quod cæteri Evangelistæ, adeò ut fuerit una, ac eadem omnium Evangelistarum sententia, nimirum eum mœchari, qui ob fornicationem dimissa uxore alteram ducit: hinc Augustinus *lib. 1. de conjug. adulterin. c. 8. & sequent.* ait: *Qui dimissam à viro ducit mœchatur*, quomodo est verum? *Quomodo mœchatur, nisi quia illa, quam duxit; eo vivente, à quo dimissa est, adhuc uxor aliena est? si enim jam sua, non aliena miscetur uxori, utique non mœchatur: mœchatur autem: Aliena est ergo, cui miscetur. Porrè si aliena est, hoc est, ejus à quo dimissa est, etiamsi propter fornicationis causam dimissa est nondum dimittentis uxor esse cessavit. Si autem illius esse cessavit, jam hujus est, cui alter nupsit: & si hujus est, non mœchus judicandus est, sed maritus. Sed quia non eum maritum dicit scriptura, sed mœchum, adhuc illa illius est, à quo etiam causâ fornicationis abjecta est, & ideo quamcunque etiam ipse illâ dimissâ ducit uxorem, quia cum alieno marito concumbit, adultera est. Unde autem fieri potest, ut adulter etiam ipse non sit, cum constet adulterare, quam duxit?*

Instant tamen hæretici, quia præter forni- 154
cationem plures aliæ causæ sunt, ob quas potest uxor dimitti à thoro, proinde Christum cum *Matth. 19.* ait: *Quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, fuisse locutum de solutione matrimonij, seu dimissione uxoris non solùm à thoro, sed etiam à vinculo matrimonij, adeò ut per fornicationem solvatur matrimonium quoad thorum, & quoad vinculum simul, cum dentur aliæ causæ ob quas fit dimissio uxoris à solo thoro. Sed contra, quia licèt plures, sint aliæ causæ, ob quas liceat uxorem dimittere ad tempus, nulla tamen est alia, ob quam liceat viro excludere in perpetuo à thoro uxorem nisi ob causam fornicationis. Quando igitur ob alias causas uxor dimittitur à viro non absolutè, & in perpetuum, sed tantùm ad tempus dimittitur, donec dimissa, & afflicta resipiscat. Verùm propter solam fornicationem absolutè, & in perpetuum uxor dimittitur, adeò ut licet dimissa se correxerit, adhuc maritus, si nolit, non teneatur eam resumere, quia ob fornicationem non dimittitur, ne faciat, sed quia injuriam intulit marito, à quo non dimittitur, ut culpam corrigat, sed ut reliquo vitæ tempore criminis pœnam luat. Præterea, quia aliæ occurrentes causæ, ob quas vir uxorem dimittit, non sunt causæ propriæ matrimonij, sicut adulterium quod violat conjugalem fidem, quæ est veluti basis matrimonij. Ex eo autem, quòd Christus velit uxorem non esse à thoro in perpetuo dimittendam nisi ob fornicationem, plura addidit legi evangelicæ, siquidem in lege veteri propter adulterium uxor non dimittebatur, sed lapidabatur, quòd Christus sustulit, non enim jussit adulteram morti addici, sed posse à thoro dimitti permisit. Rursus noluit causa adulterij dari dimissæ libellum repudij, ut coërceret nimiam licentiam in dimittendis uxoribus, & ut viri, si scirent nec sibi, nec uxori licere alias tentare nuptias minùs audaces essent, ac prompti in uxoribus dimittendis etiam à thoro, cùm ad alias non possent nuptias transire. Præterea plures alias causas, ob quas in lege veteri licitum erat uxores dimittere, Christus resecuit in lege evangelica, & solam excepit fornicationem. Tum quia in lege veteri, si vir semel uxorem dimisisset, non potuit eam ampliùs revocare: secus in evangelica potest uxor adultera semel dimissa iterùm à viro revocari; & licèt

id

id Christus non jusserit, optavit tamen, ut conjuges perfecto se prosequerentur amore, simúlque concordes viverent, hinc Apostolus loquens de uxore dimissa à viro ait: *Maneat innupta, aut viro suo reconcilietur*. Demum quia in lege veteri tantùm licitum erat viro uxorem adulteram dimittere, non uxori innocenti virum adulterum: in lege autem evangelica voluit parem causam esse viri, ac uxoris. Adhuc tamen urgent hæretici, quia Pharisæi Christum interrogabant, an ex quacunque causa invisam, & odiosam uxorem dimittere liceret, dimissione utique apud Judæos usitata, quâ scilicet separati conjuges novum possent conjugium inire, & Christum respondisse *Matth. 19. Quicunque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, & quia responsio debuit interrogationi cohærere, inferunt, Christum fuisse locutum de illa dimissione, de qua fuerat interrogatus; proinde de dimissione non tantùm à thoro, sed etiam à vinculo, adeò ut conjuges separati, aliud possint matrimonium inire, Sed contra, quia tametsi Christus fuerit locutus de sola dimissione à thoro, non verò de dissolutione vinculi, de qua fuerat interrogatus, adhuc ad propositum respondit, quia voluit Pharisæos interrogantes docere quid in divortijs Judaicis licitè, & quid illicitè fieret; duo siquidem in repudio continebantur, dimissio perpetua conjugis à thoro, & potestas alteram ducendi; Christus igitur, hæc duo distinxit, & illud quidem ob solam causam adulterij concessit, scilicet dimissionem perpetuam à thoro ob causam fornicationis; aliud verò negavit, ac sustulit in lege evangelica, eò quia vinculum matrimonij indissolubile est, & uxor, quamdiu vir ejus vivit alligata est legi, proinde si vivente viro fuerit cum alio viro, vocabitur adultera, ut ait Apostolus ad *Roman. 7.* hinc D. Hieronymus in commentariis explicans responsum Christi datum Pharisæis interrogantibus apud *Matthæum 19.* ait: *Sola fornicatio est, quæ uxoris vincit affectum: imò cum illa unam carnem in aliam diviserit, & se fornicatione separaverit à marito, non debet tenere, ne virum quoque sub maledicto faciat dicente scriptura: qui adulteram tenet, stultus, & impius est. Ubicunque igitur est fornicatio, & fornicationis suspicio liberè uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret: sic priorem dimittere jubetur uxorem, ut secundam prima vivente non habeat.*

355 Quæritur trigesimo quartò, quo jure matrimonium ratum, sed nondum consummatum dissolvatur per solemnem professionem emissam ab altero conjuge in religione aliqua approbata? Certum est, tale matrimonium ratum, sed nondum consummatum dissolvi per solemnem professionem emissam in religione approbata, ut definitum fuit in Concilio Tridentino *sess. 24. de matrim. can. 6.* & habetur etiam jure antiquo in lege desponsatam *c. decreta legalia 27. q. 2. & c. 2. ex publico, c. ex parte sua de convers. conjug.* Unde difficultas est, quo jure votum solemne subsecutum dirimat matrimonium ratum antecedens. Respondetur, votum solemne non dirimere matrimonium jam contractum jure naturæ, quia spectata sola rei natura, & secluso quovis jure positivo, votum solemne post matrimonium ratum emissum videretur potiùs invalidum, quia res semel uxori tradita, & ob factam dominij translationem, nequit alteri ampliùs tradi sine Domini consensu, & quia per matrimonium ratum est traditum conjugi dominium proprij corporis, sequitur, quòd non possit postea tradi Deo per votum solemne, nisi Deus ratione supremi, ac dispotici dominij iterum restituat dominium datum uxori ipsi viro, ut possit de illo iterum disponere: igitur inspecta sola rei natura, & secluso quovis jure positivo votū solemne post matrimonium ratum emissum esset potiùs invalidum, nec posset matrimonium ratum dirimere; alioquin hoc esset natura sua dissolubile, quia per causam naturalem posset solvi: neque est par ratio de voto solemni emisso ante matrimonium, quod jure naturæ illud dissolvit, si subsequatur, sitque propterea invalidum jure naturæ matrimonium initum à viro religioso, qui solemnem professionem emisit in religione approbata: quia matrimonium, quando subsequitur votum solemne, invenit subjectum incapax conjugij, proinde irritum est tale matrimonium ob incapacitatem subjecti; secus quando matrimonium præcedit votum invenit subjectum capax, proinde validè contrahitur, & votum subsequens si sola rei natura spectetur potiùs videretur irritum, nisi aliquo jure divino, vel humano validetur. Si dicas, matrimonium consummatum dissolvi ex natura rei per mortem naturalem alterius conjugis: proinde etiam matrimonium ratum dissolvi ex natura rei morte spirituali per professionem religionis. Contra est, quia professio religionis non est verà mors spiritualis, sed tantùm metaphorica: etenim etiam vota simplicia, quæ emittunt Patres Societ. Jes. dicuntur mors spiritualis, & tamen asserunt plures non dirimere matrimoniū antea contractum. Quamobrem respondendum est, vota solemnia dirimere matrimonium ratum, & nondum consummatum antea initum jure divino positivo: siquidem de fide est, illud dirimere, sed non jure naturæ, nec solo jure humano ecclesiastico, siquidem matrimonium ratum obligat jure divino, & ecclesia non solvit vincula juris divini, tametsi interdum declaret ex justa causa deficere, proinde solo jure divino solemnis professio religiosa dirimit matrimonium antecedens ratum, & nondum consummatum. Tum quia in *c. Ex publico de conversione conjugat.* dicitur, dissolutionem matrimonij rati, & nondum consummati per votum solemne deduci ex sacri eloquij interpretatione, & etiam ex *c. Exponere 20. eod. tit.* ubi refertur, quosdam sanctos ex divina revelatione, quæ omnem legem superat transiisse à matrimonio ad statum religionis, hæc autem revelatio non fuisset necessaria, si extaret jus ecclesiasticum

ſticum approbans talem diſſolutionem. Tum quia matrimonium ratum, & nondum conſummatum de jure divino diſſolvi per vota ſolemnia eſt traditio eccleſiæ.

Pars IV.

De Impedimentis matrimonij.

TAmetſi in pluribus titulis hujus quarti libri agatur de impedimentis, ut *in tit. 11.* de cognatione ſpirituali *in 12.* de conſenguinitate, & affinitete: oihilominus in præſenti de ijs agemus, de quibus alibi non agitur, ſuot autem hujusmodi impedimenta in duplici genere, quædam enim ita impediunt matrimonium contrahendum, ut ſi contrahatur, reddant illud invalidum, hæcque dicuntur impedlmenta dirimentia, eò quia adverſentur eſſeotiæ metrimooij: alia verò ita impediunt matrimonium contrehendum, ut reddant illud illicitum, & peccaminoſum ſi cootrahatur; contractum tamen illod non irritaot, nec iovalidant, eò quia non adverſentur eſſeotiæ matrimonij, ſed tantùm ejus ſolemnitati, aut ejus oroatui accidentali: quo fit, ot ex impedimentis alia dicantur dirimentia, eò quia matrimonium de facto contractum irritant: & alia impedieotia, quæ taotùm efficiunt; ut matrimonium illicitè quidem contrahatur, oon temen invalidè.

§. I.

An in Eccleſia ſit poteſtas conſtituendi impedimenta dirimentia matrimonium.

1 REſpondetur in eccleſia catholica eſſe poteſtatem ſtatuendi impedimenta etiam dirimentia matrimonium, adeo ut ſi hoc contrehetur contra eccleſiæ prohibitionem, ſit oullum, idque definitum fuit in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de ſacrament. matrim. can. 3. & 4.* ubi habetur *ſi quis dixerit, eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendu erråſſe anathema ſit*: deſumitur etiam ex Concilio Turonenſi *tom. 5. Concil. c. 17.* & liquet etiam ex oſu, & praxi univerſæ eccleſiæ, & præſertim de impedimento conſanguinitatis docent SS. Patres. D. Auguſtious *lib. 5. de civit. Dei c. 17.* D. Gregorins *lib. 12. regiſtri epiſt. 31.* & alij, qoos refert Magiſter *in 4. diſt. 40.* Ratio id ſuadeos etiam eſt, quia matrimonium in eccleſia dupliciter conſideratur. Primò ratione contractus humani, & civilis, in quo convenit etiam cum matrimonio infideli-um extra eccleſiam, quia etiam ioter gentes matrimonium eſt contractus civilis initus inter marem, & fœminam. Secundò ratione ſacramenti quatenus Chriſtus hunc civilem contractum initum inter perſonas beptizatas elevavit ad eſſe ſacramentū relinquendo eccleſiæ, nt diſponeret circa rationem contractûs, prout conſultiùs viſum fuerit expedire pro bono commuoi: ergo eccleſia ad impedienda mala poteſt ad valorem hujus contrectûs civilis requirere tales coodi-tiones, quæ ſi non ſerventur, cootractus civilis eſt oullus, eò quia oon ſit juxte booum reipublicæ, & eccleſiæ: dependet enim cootractus civilis io ſuo valore ab homine ſuperiore, qui rempoblicam gubernat; & quia Chriſtus non quemcuoque contractum matrimonielem; ſed ſolum contractum validè inter Chriſtianos initom elevavit ad retionem ſacramenti, ſequitur, quòd ſi ſideles non ſervent formam eccleſiæ in contrahendo metrimonio contractus ſit oullus, & illi noo inſit ratio ſacramenti.

Præterea quia matrimonium eſt quidam 2 actus humanus, ſeu contractus civilis, ſed quicunque contractus humanus pro varietate temporis, & circumſtantiarum exigit diſtinctas, & diverſas conditiones juxta exigentiam reipublicæ: ergo ſimiliter matrimonium pro temporis, & circumſtantiarum varietate petit ſubinde diverſimodè cootrahi, ut conducet ad bonum chriſtianæ reipublicæ, ad quod ordioatur: proinde ſummo Pontifici debet authoritas ineſſe, nt id exigentibus circumſtantiis, poſſit plures, & varias conditiones appooere contractui civili matrimonij, ſine quibus, aut oon validè, aut non licitè contrahatur: alioquin non eſſet in eccleſia tanta poteſtas, & authoritas; quanta neceſſaria eſſet ad bonum reipublicæ chriſtianæ, neque rectè proviſum fuiſſet eccleſiæ à Deo, quod eſt abſurdum, & ſapit impietatem.

Negant temeo hæretici ooſtri temporis 3 præſertim Lutherus, & Calvioos haoc in eccleſia poteſtetem apponendi impedimenta dirimentia matrimonium: aſſerunt enim ea ſolùm deri impedimenta, quæ ipſo jure divino ioſtituta fuerunt; ex quo inſerunt, licitas eſſe omnibus, promiſcuè ſacerdotibus, ac religioſis nuptias. Probant non poſſe eccleſiam hæc impedimenta dirimentia apponere ex illo *Matth. 19.* ubi Chriſtus ait, *quod Deus conjunxit homo non ſeparet*: unde argumententur: Deus eſt author matrimooij: ergo nulla poteſtas humana valet impedimenta dirimentia apponere, præter ea, quæ Deus poſuit; alioquin homo ſepararet, quod Deus conjunxerat. Secundò inſerunt, nec poſſe poni ab eccleſia impedimenta, quæ reddant metrimonium illicitum, & peccaminoſum, eò qnia forum, & judicium conſcieotiæ ſit forum, & judicium Dei, & ſicut nulla lex humana poteſt obligare in foro, & judicio cooſcientiæ; ſiquidem poteſtas inferior, & humena non poteſt legem ſancire, quæ obliget in foro ſuperiori, & divino; proinde nequit eccleſia impedimenta apponere, qnibus matrimonium fiet illicitum, & peccaminoſum.

Va-

4 Verùm hæc nullius sunt momenti, & fundamenta, quibus hæretici nituntur, facilè corruunt. Ad primum respondetur, Deum non instituisse hoc sacramentum matrimonij nisi in contractu civili, & humano, cujus validitas dependeret à conditionibus appositis ab humana potestate juxta exigentiam boni communis: & quia ex temporum mutationes, & morum in hominibus variatione ad valorem contractus civilis possunt requiri uno tempore conditiones in ordine ad bonum commune, quæ antea non desiderabantur, ideò Deus reliquit arbitrio potestatis humanæ apponere conditiones validitati contractûs civilis, & humani, quæ conducerent ad rectum reipublicæ regimen, & bonum commune, adeò ut Deus non instituerit sacramentum matrimonij in quocunque contractu matrimoniali, sed tantùm in illo, qui apud homines esset validus, & quem respublica judicaret expedire bono communi.

5 Hinc ante Concilium Tridentinum matrimonium clandestinum tolerabatur ab ecclesia, & præsertim primis temporibus cum apud homines magis vigeret timor erga Deum, & vix frangebatur fides etiam clandestinè data: postquam verò malitia inter fideles crevit, & postIhabito Dei timore, conjugalis fides clandestinè data frequentiùs violabatur, adeo ut qui occultè cum una contraxerat publicè alteram ducerer, & cum illa in perpetuo adulterio cohabitaret, & matrimonia clandestina jam plus detrimenti, quàm commodi afferrent reipublicæ, ac plura inde orirentur scandala, dissidia inter fideles, adulteria perpetua in perniciem æternam animarum; ideo ecclesia ad hæc mala impedienda statuit, ut imposterum contractus civilis, & humanus matrimonij suum non sortiretur valorem, nisi coram parocho, & testibus, ac præmissis denuntiationibus iniretur, idque ut posset judicari per probationes sensibiles, quódnam matrimonium validum foret, & quod non: & quia Christus non elevavit quemcunque contractum matrimonialem ad rationem sacramenti, sed tantùm contractum, quem, inter fideles initum ecclesia judicaret validum, ideo quamvis ante Tridentinum ratio sacramenti esset adnexa matrimonio clandestino; post Tridentinum non est ampliùs hoc sacramentum adnexum tali matrimonio, eò quia non sit contractus validus, nec approbatus ab ecclesia.

6 Neque inde sequitur, ecclesiam variare essentiam sacramenti, quia ecclesia non mutavit materiam, neque formam sacramenti matrimonij, sed tantùm irritavit contractum civilem, & humanum ob bonum reipublicæ: & ad impedienda scandala, & peccata ad valorem contractus matrimonialis apposuit conditiones, ut, non nisi initus coram Parocho testibus, & præmissis denuntiationibus habeatur validus: hinc si non celebretur hujusmodi contractus juxta hanc formam ecclesiæ, est nullus, proinde definit esse materia sacramenti, cùm Deus hoc tantùm instituerit in contractu valido, & cessante materia definit etiam ipsa ratio sacramenti: unde liquet, ecclesiam non variâsse essentiam sacramenti, sed tantùm immutâsse materiam ob bonum commune, & ad impedienda pleraque mala, & deficiente materia prærequisita ad sacramentum hoc etiam definit: quamobrem potestas ecclesiæ directè, & per se non versatur, nisi circa contractum civilem, & humanum, quem potest immutare juxta exigentiam boni communis: quod postea cesset in contractu, quem ecclesia judicat invalidum, id non oritur ex potestate ecclesiæ, sed ex Christi institutione, qui voluit sacramentum apponere contractui tantùm valido juxta exigentiam boni communis, & prout validus est ab ecclesia approbatus: unde ecclesia ex eo, quòd irritet contractum clandestinum, non separat quod Deus conjunxerat, quia per contractum invalidum Deus non conjunxit conjuges invalidè contrahentes. Ad secundum fundamentum respondetur cum D. Thoma. 1. 2. *q. 96. art. 4.* potestatem humanam sanciendi leges, & irritandi contractus juxta exigentiam boni communis esse à Deo, ut scripsit Apostolus *ad Romanos 13.* quapropter qui resistit ordinationi potestatis humanæ Deo etiam resistit, agitque contra conscientiam: siquidem omnis humana lex à lege derivatur supernaturali, ut docet D. Thomas *loc. cit. q. 5. art. 2.*

Non tamen hæc in ecclesia potestas se extendit ad infideles, quia isti ecclesiasticis con- 7
stitutionibus non ligantur, ut habetur *in c. gaudemus 8. de divort.* non enim infideles sunt de gremio ecclesiæ, nec subjiciuntur potestati ecclesiasticæ: unde D. Paulus *1. ad Corinth. 5.* ait: *Quid enim mihi de his, qui foris sunt judicare?* quapropter matrimonia omnium infidelium in gradibus à sola ecclesia prohibitis valida sunt. Excipiuntur tamen infideles, qui sua habent domicilia in statu ecclesiæ, & subjiciuntur jurisdictioni temporali Pontificis: quia cùm Pontifex habeat temporalem jurisdictionem in ipsos, potest eorum matrimonia, periode ac aliis contractibus civilibus, & humanis ob bonum commune suorum subditorum apponere impedimenta, quibus irritentur. Hinc facultas hæc in ecclesia irritandi contractum matrimonij non se extendit ad eos infideles, qui sua habent domicilia in terris subditis aliis Principibus christianis sæcularibus, quia Pontifex non habet jurisdictionem temporalem circa incolas provinciarum pertinentium ad Principes sæculares, sed tantùm habet jurisdictionem spiritualem circa fideles: & quia ad positionem horum impedimentorum requiritur aliqua jurisdictio, & cum infideles sint à jurisdictione spirituali summi Pontificis exempti, non possunt eius legibus ligari.

Neque hæc potestas statuendi impedimen-
ta dirimentia matrimonium inter fideles com- 8
petit Episcopis; sed soli summo Pontifici est reservata, si non ex speciali lege saltem ex generali ecclesiæ consuetudine: quia causæ in quibus de valore matrimonij agitur, sunt ex gravioribus, quæ proinde pertinent ad summum Pontificem, vel generale Concilium cum suo

capite, seu summo Pontifice, cujus authoritate firmetur.

9 Cæterum ecclesia potest constituere impedimenta dirimenta matrimonium non solùm indirectè inhabilitando personas ad contrahendum, sed etiam directè, & immediatè ad annullandum ipsum contractum, quia non solùm personæ, sed etiam ipse contractus matrimonij subiicitur potestati ecclesiæ. Tum quia hæc de facto irritavit alios contractus, ut professionem religionis factam ante annum probationis finitum, ut etiam ante sextum decimum expletum, ut liquet ex Concilio Tridentino *sess. 25. de regu. lar, c. 16.* & etiam irritavit matrimonia clandestina *sess. 24. de refor. matrim. c.* 1. Licèt matrimonium inter fideles sit sacramentum, est tamen etiam contractus civilis, & humanus, quo per politicam, & ecclesiasticam potestatem immutato desinit esse materia sacramenti.

10 Imò spectata rei natura, & seclusis ecclesiasticis constitutionibus, quilibet Princeps sæcularis, qui habet potestatem absolutam ferendi leges potest suis subditis etiam fidelibus, & Christianis statuere impedimenta irritantia contractum civilem ex justa, & legitima causa, quia contractus, quilibet civilis subiicitur potestati politicæ, & sæculari, à qua potest immutari si justa subsit causa, & id exigat bonum commune. Verùm quoad contractus civiles matrimonij ecclesia hanc potestatem ademit Principibus Christianis respectu fidelium, qui ipsis subiiciuntur, & sibi eam reservavit, quia postquam contractus civilis matrimonij fuit à Christo elevatus, ut sit sacramentū, æquum erat, ut judicare de validitate hujus cōtractus ratione sacramenti eidem adnexi ad solam potestatem ecclesiasticam supremam, seu Pontificiam pertineret, ut etiam impedimenta matrimonij statuere, ut desumitur *ex c. tuam 3. de ordin. cognit.* & ex Concilio Tridentino *de sacramen. can. ult.* cùm enim potestas temporalis subiiciatur spirituali in ordine ad finem supernaturalem, potuit adimere eidem potestatem ponendi impedimenta contractui matrimoniali ratione sacramenti eidem adnexi.

11 Cæterum Principes Christiani, & à fortiori etiam Ethnici possunt statuere impedimenta circa matrimonia infidelium sibi subiectorum: ratio est, quia matrimonium inter infideles initum non est sacramentum, & cùm infideles non subiiciantur ecclesiæ, non ligantur ejus constitutionibus, sed tantùm legibus illius Principis, cui subiiciuntur, quatenus in ejus ditione proprium habent domicilium.

12 Fideles tamen commorantes in terris Principum infidelium tenentur contrahere matrimonium juxta formam ecclesiæ, quoad fieri potest, adeò ut quoad matrimonium non ligentur legibus Principum infidelium, à quibus à Pontifice liberantur: quamvis Pontifex non habeat potestatem directam in Principes infideles, habet tamen indirectam, quatenus potest præcepta imponere servanda à fidelibus in suis ditionibus degentibus: si enim solus Princeps esset infidelis, & omnes subditi fideles, si vellet Princeps infidelis subvertere fideles, posset Pontifex eximere fideles à jurisdictione Principis infidelis, & à juramento ei præstito, quo pacto indirectè, ac mediatè privaret Principem infidelem suo principatu. Quamobrem fideles degentes in terris infidelium ligantur impedimentis matrimonij ab ecclesia statutis ubicunque locorum maneantur.

Ut autem impedimenta dirimant matrimonium debent ex justa causa apponi: alioquin Pontifex non posset matrimonium irritare, si absque ulla justa causa talia impedimenta dirimentia apponeret: siquidem ejus potestas non in destructionem, & dissipationem, sed ad ecclesiæ ædificationem est illi à Christo data, quapropter necesse est, subsit justa causa ad prohibendum matrimonium aliàs jure divino, & naturali concessum, & permissum hominibus: & quidem major causa requiritur ad matrimonium dirimendum, quàm simpliciter, & præcisè ad impediendum, quia majus est, matrimonium esse invalidum, quàm esse illicitum. Quamobrem si Pontifex sine justa causa apponeret impedimentum matrimonio, non solùm peccaret, sed etiam matrimonium contra tale impedimentum injustè appositum esset validum, & licitum, ut docet Hostiens. *in summa tit. de matrim. contra interdictum. num. 3.* & Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 1. n. 6. art. 4.* 13

Ratio est, quia dispensatio Pontificis in his, quæ sunt de jure naturæ, & divino, si fiat absque justa causa, est illicita, & invalida, proinde etiam prohibitio eorum, quæ jure naturæ, & divino conceduntur, & permittuntur, si fiat sine justa causa, non habet vim obligandi: unde si contractus matrimonialis absque ulla justa causa prohibeatur, prohibitio non habet vim obligandi, cùm contractus matrimonialis jure naturæ, & divino concedatur, seu permittatur omnibus excepto primo gradu consanguinitatis inter ascendentes. 14

Quòd si dicas, plura posse Pontificem facere illicita, quæ tamen facta tenent, si enim dispenset cum Petro in jejunio absque ulla justa causa, quamvis Pontifex peccet, nihilominus dispensatio est valida, & eâ positâ licitum est Petro non jejunare: pari pacto si absque justa causa dispensec cum aliquo in gradibus prohibitis ab ecclesia nuptias contrahere, nihilominus matrimonium est validum, & firmum: ita à pari quamvis sine justa causa prohibeat matrimonium inter certas aliquas personas apponendo impedimentum dirimens, adhuc prohibitio erit illicita, & matrimonium validum, ex paritate rationis inter dispensationem, & prohibitionem. 15

Sed contra, est enim dispar ratio, quia priora posita in antecedenti prohibentur tantùm jure humano ecclesiastico; & sicut legislator leges condit, ita potest easdem tollere: proinde Pontifex potest etiam sine justa causa legem aliquam ecclesiasticam validè tollere, abrogare, vel dispensare: secùs habilitas personarum ad matrimonium ineundum secluso saltem primo gradu consanguinitatis, sicut jure naturæ, & divino 16

con-

conceditur, ac permittitur: ita non potest fine justa causa hæc permissio prohiberi, vel revocari, nec possunt apponi impedimenta cōtra illam.

§. II.

An præter ecclesiam possint ab alio poni, vel abrogari impedimenta matrimonium dirimentia.

1 Si sermo sit de potestate sæculari, simpliciter, & præcisè considerata ejus naturâ, certum est, Principes sæculares æquè Christianos, ac gentiles posse constituere impedimenta, quæ humanum, ac civilem contractum matrimonij dirimant, ut docet D. Thomas *in 3. p. q. 50. art. 1. ad 4.* ratio est, quia contractus omnes civiles, & humani, cùm ordinentur in bonum reipublicæ debent subiici potestati civili Principis, vel Magistratûs, ad quem pertinet reipublicæ regimen, ut eo ipso, quòd incipiunt esse nocivi communitati, irritentur, ac disponantur sub illa forma, & circumstantiis, quæ bono communi magis visæ fuerint expedire: & cùm matrimonium sit verus contractus humanus, & civilis necesse est, subiaceat potestati civili Principis, ut disponatur prout bono communi magis expedire visum fuerit, adeo ut possit Princeps ad ejus valorem apponere illas conditiones, quas bonum commune hic, & nunc exigit, & etiam ea ponere impedimenta, quibus irritetur prout consultius visum fuerit pro conservatione pacis, & tranquillitatis in republica, & ad illa præcavenda mala, quæ alioquin orirentur. Hinc de facto habentur plures leges in jure civili, quibus aliqua matrimonia prohibentur, ut in *l. semper. l. palam, l. final. §. de ritu nuptiar.* Tum quia potestas civilis Regis, vel Reipublicæ de facto irritat plures contractus civiles, redditque personas inhabiles ad eos ineundos: de facto enim irritat contractus minorum fine licentia tutoris; contractus uxoris sine licentia mariti: proinde considerata præcisè potestate sæculari, & eius natura non repugnat posse apponere, vel abrogare impedimenta matrimonium dirimentia.

2 Videtur tamen in oppositum stare textus *in c. de Francia. 1. h. t.* ubi statuitur, quòd matrimonium cum alienigena contractum sit validum, quamvis initum fuerit contra leges civiles suæ gentis, & Nationis, & textus *in c. tua de ordine cognit.* ubi decernitur, causas matrimoniales pertinere ad forum tantùm ecclesiasticum, & non sæculare. Ratio etiam videtur id suadere, quia cùm matrimonium fidelium sit sacramentum, & quid spirituale, procul dubio excedit potestatem omnem sæcularem. Tum quia potestas sæcularis non se extendit nisi ad ea, quæ pertinent ad forum contentiosum externum, & non se extendit ad forum conscientiæ, cùm hoc sit forum Dei, & cùm matrimonium pertineat ad forum conscientiæ, non subiicitur potestati sæculari. Tum quia matrimonium est pactum naturale, quod obligat lege naturali, proinde non cadit sub civili potestate, ut alij contractus civiles emptionis, & venditionis.

3 Tum quia ad leges civiles tantùm pertinet præmiis remunerari bonos, & pœnis punire malos, non verò quæ ex sua natura bona sunt, sua prohibitione mala, & illicita reddere: atqui matrimonium ex natura sua est licitum, proinde humana potestas non potest illud illicitum reddere, sed tantùm potest punire eos, qui matrimonia invalida contrahunt. Demum quia ex opposita sententia plures sequerentur perturbationes inter fideles, quia impedimenta, quæ à Pontifice apponerentur, possent à Principe sæculari tolli, præsertim si contraria forent suis legibus, hinc fideles nescirent, cui parêre in ordine ad contractum hunc matrimonij ineundum.

4 Verùm hæc non videntur multùm urgere, quia de facto hodie Principes Christiani non possunt leges condere, quibus apponant impedimenta dirimentia matrimonium; nec quibus tollant, quæ ab ecclesia fuerunt imposita, quia potestas ecclesiastica, quæ præest sæculari, ademit eisdem hanc facultatem, quam sibi duntaxat reservavit: cæterum præscindendo ab hac restrictione facta ab ecclesia potestas civilis quantum est ex natura sua haberet hanc potestatem ponendi impedimenta dirimentia contractum civilem, & humanum matrimonij: sicut ex eo quòd à potestate superiori prohibeatur inferiori aliquod opus, non sequitur, quòd potestas inferior ex natura sua non posset tale opus efficere.

5 Ad secundum respondetur, matrimonium præcisè ut sacramentum non cadere directè sub potestate civili sæculari, sicut neque sub ecclesiastica Pontificis, sed tantùm sub ratione cōtractus civilis, & humani cadere sub utraque potestate Principis ecclesiastici, & sæcularis, quantum est ex natura sua, adeo ut possit uterque Princeps propter bonum commune reipublicæ apponere certas conditiones, quibus non servatis non approbent contractum civilem, & humanum matrimonij sub præcisa ratione contractûs, qui proinde habeatur invalidus: quòd verò potestas ecclesiastica limitaverit potestatem sæcularem, ut non se extendat ad contractum matrimonij inter fideles initum, eò quia Christus apposuerit tali contractui Sacramentum, id non tollit, quin potestati sæculari ex natura sua insit facultas talia impedimenta ponendi, vel tollendi, prout consultius visum fuerit expedire.

6 Ad tertium etiam Principibus sæcularibus inesse potestatem obligantem in foro conscientiæ: siquidem cùm omnis potestas etiam temporalis sit à Deo, ut ait Apostolus *ad Roman. 13. Omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*, & quia resistere ordinationi Dei est peccatum, ita etiam obsistere potestati humanæ, hinc est, quod contractus etiam purè civiles, ut emptio, venditio, donatio, obligent etiam in foro conscientiæ.

Ad quartum respondetur, etiam alia pacta, quæ ineuntur in donationibus, promissionibus jure

jure naturæ esse valida, & obligatoria, & tamen cadere sub potestate civili.

8 Ad quintum negatur assumptum; quia potest Princeps sua lege constituere aliqua ex se alioquin indifferentia in genere vitij, aut virtutis, quando ratione alicujus circumstantiæ visum fuerit, id expedire bono communi; alioquin potestas civilis esset insufficiens ad gubernandam rempublicam.

9 Neque timendæ sint illæ perturbationes, quæ in ultima objectione invehebantur, quia de facto Principes Christiani non se opponunt, nec possunt se opponere impedimentis impositis ab ecclesia ad præcavenda plura scandala, & mala, quia Principes sæculares non se immiscent causis matrimonialibus quoad earum validitatem, quia cognoscere de istis pertinet ad forum ecclesiasticum ratione sacramenti adnexi matrimonio.

10 Cæterum usus potestatis civilis, & sæcularis in ordine ad impedimenta constituenda in contractu civili matrimonij est ab ecclesia interdictus, & soli summo Pontifici reservatus, adeò ut nunc, & de facto Principes Christiani sæculares non imponant hujusmodi impedimenta, nec possint ea imponere, non quidem defectu suæ potestatis præcisè consideratæ, sed ratione reservationis, qua ecclesia sibi id reservavit: hæc autem reservatio evincitur à posteriori ex ipsa Christianorum Principum consuetudine, qui nihil hac de re statuerunt: & ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. c. 9. de reform. matrim.* ubi sub anathemate prohibentur Principes sæculares libertatem matrimonij directè, vel indirectè impedire.

11 Tum quia ecclesia pluries abrogavit leges civiles, quibus certa aliqua matrimonia iniri prohibebantur, ut liquet *ex c. de Francia. 1. h. t.* ubi approbatur quoddam matrimonium contra leges patriæ initum, & *ex c. fin. de Raptorib.* approbato, & explicato à Concilio Tridentino *sess. 24. de reform. matrim. c. 6.* ubi habetur, quod matrimonium raptoris cum rapta sit validum dummodo rapta in loco tuto liberè consentiat, cujus oppositum erat legis civilis statutum *l. unic. de raptu virginis*, & *in c. super illam quæstionem*, rursus in *c. quadam 25. q. 3.* & *c. non de consanguin.* declaratur, irritum esse matrimonium inter filios duorum fratrum quod tamen erat lege civili permissum *l. celebrand. C. de nupt. de instit. de nupt. §. inter eas.* Præterea *in c. lege dist. 10.* abrogantur leges humanæ, quibus certis de causis concedebatur libellus repudij, & solutio matrimonij *l. consensum. C. de repudiis, authent. de nupt. §. distrahuntur collat. 4.* ut notat Azorius *tom. 1. lib. 5.*

12 Ratio, cur ecclesia hanc potestatem sibi soli reservatam voluit ex eo desumitur, quia respublica sæcularis subjicitur spirituali in his præsertim, quæ cum spiritualibus nectuntur, & quidem ad finem spiritualem, seu supernaturalem: ex quo sequitur ex justis causis posse potestatem spiritualem moderari sæcularem circa ea, quæ annexa sunt spiritualibus, cujusmodi sunt contractus matrimoniales, quibus ex institutione Christi nectitur ratio sacramenti. Quòd verò potestas temporalis subjiciatur spirituali ex eo liquet, quia ut docet Aristoteles 1. *ethic. c. 1.* ea facultas est alteri subjecta, cujus finis ordinatur ad finem alterius, quâ ratione ars frænofactoria, subjicitur arti equitandi, & ars equitandi, arti militari: & sicut ars inferior subjicitur superiori, cui subordinatur, ita etiam artifex inferior superiori: atqui finis potestatis sæcularis est tranquillitas in Republica, & pax in civili convictu: atqui civilis convictus ordinatur ad felicitatem spiritualem, quæ est finis potestatis spiritualis, ex quo fit, quòd potestas sæcularis subordinetur spirituali, ac illi subjiciatur, perinde ac finis potestatis sæcularis subordinatur fini potestatis spiritualis, cui subjicitur.

Cæterum ecclesia sibi reservavit hanc pote- 13
statem imponendi impedimenta dirimentia matrimonium, quia Christus contractum civilem matrimonij elevavit ad rationem sacramenti, quæ enim conjuncta sunt cum spiritualibus, & ordinantur ad finem spiritualem non possunt convenienter per potestatem laicalem gubernari, eò quia exigant cognitionem plurium, quæ ad divinum jus pertinent, quæque jurisdictionem humanam, & laicalem superant: quæ causa fuit, ut ecclesia sibi soli hanc potestatem reservaret: hinc si de facto Princeps aliquis Christianus hujusmodi apponeret contractui matrimoniali impedimenta, hæc nullius essent valoris, quia est ab ecclesia id interdictum Principibus sæcularibus, adeò ut ab iisdem in contrarium facta sint eo ipso irrita, & invalida. Non tamen hæc reservatio se extendit ad Principes infideles, quia isti cùm sint extra gremium ecclesiæ non ligantur legibus ecclesiasticis, proinde possunt etiam nunc suis subditis infidelibus talia impedimenta ponere.

Consuetudo tamen in ecclesia introducta, 14
si sit rationi consona, potest novum impedimentum etiam dirimens statuere, quia consuetudo rationi consona, & legitimè introducta habet vim legis, ubi lex desideratur, seu requiritur ad bonum commune, ut desumitur ex *c. consuetudo dist. 1.* hinc Augustinus *epist. 86.* ad Casulanum ait, *Mos populi Dei, & instituta majorum pro lege sunt tenenda, & sic prævaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt;* si igitur consuetudo rationi consona, ac legitimè inolita vim habet legis, & hæc obligationem inducit, sequitur ex sola consuetudine posse in ecclesia introduci matrimonium dirimens. Tum quia *in cap. super eo 3. de cognat. spirit.* Alexander III. declarat, dirimendum esse matrimonium initum contra receptam populi consuetudinem, tametsi nullum aliud obstet ecclesiasticum impedimentum.

Tum quia consuetudo reddit inhabilem 15
personam ad matrimonium spirituale, seu ad beneficium obtinendum, ut liquet ex *c. cum olim de cleric. conjugat.* ergo poterit etiam impedimentum ponere ad matrimonium carnale. Neque obstat, quòd Pontifex sibi reservaverit

usum

usum potestatis constituendi hæc nova impedimenta. Nam inde tantùm, sequitur, Pontificem prohibuisse hunc usum Principibus christianis sæcularibus, & Episcopis, non tamen quòd consuetudine legitimè præscripta non possit in ecclesia hoc novum impedimentum constitui.

16 Dices, consuetudinem de se non habere vim legis, nisi quatenus dimanat à Principis consensu, & à republica libera, ut docet D. Thomas *1.2.q.97.art.3.* proinde seclusâ approbatione Pontificis non posse consuetudinem in ecclesia vim legis habere, neque nova constituere impedimenta matrimonium dirimentia. Tum quia lex non potest constitui sola voluntate populi subjecti Principi, proinde neque consuetudo, quæ vim habeat legis sine tacito saltem Principis consensu, qui ad minus requirit scientiam, & tolerantiam talis consuetudinis.

17 Sed contra, quia sufficit, si consuetudo præter legem, & quæ desideratur loco legis ob bonum commune approbetur tacitè, & implicitè à superiore, neque ad hoc genus approbationis requiritur expressa scientia, vel tolerantia. Quòd si dicas, Pontificem non posse dici approbare, quod ignorat. Respondetur, hanc approbationem colligi *ex c. final. de consuetud.* quia cùm in eo statuerit Pontifex consuetudinem in Rempublicam introductam vim legis habere: hæc voluntas est tacita scientia, & tolerantia consuetudinis imposterum inducendæ, & ejusdem approbatio, ad quod sufficit, si talis consuetudo cognoscatur secundùm rationes communes. Unde ad id, quod addebatur, ad consuetudinem introducendam requiri consensum Principis, respondetur, non esse necesse, ut requiratur consensus explicitus, sed sufficere implicitum, & genericum.

18 Obstare tamen videtur textus *in c. de Francia. 1. b. t.* ubi quidam natione Francus intendens matrimonium à se contractum contra patriæ consuetudinem esse irritum, fuit à Pontifice condemnatus. Sed contra, quia illud matrimonium non fuit initum contra consuetudinem præter legem introductam, & rationabilem, de qua sola in præsenti loquimur: sed fuit matrimonium illud contractum contra leges civiles patriæ, etiam jure canonico abrogatas, proinde meritò Pontifex judicavit tale matrimonium validum. Quinimo neque necesse est, ut consuetudo præter jus civile debeat esse præscripta ad hoc ut vim habeat: quia cùm consuetudo præter legem, & ubi lex desideratur non sit contra legem, non indiget præscriptione, ut notat Gloss. *in c. ult. de consuetudine V. legitimè.* unde sufficit solum decennium, ut consuetudo præter jus inducta vim habeat legis, quia decennium reputatur longum tempus, ut docet Abbas *in c. ult. de consuetud. n. 11.*

19 An verò impedimentum dirimens matrimonium possit per contrariam consuetudinem abrogari videtur esse specialis difficultas, Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 4. num. 14.* asserit probabiliùs, posse consuetudine derogari legi ecclesiasticæ statuenti impedimentum dirimens inter aliquos, ac proinde vi consuetudinis posse eos habiles fieri ad ineundum inter se matrimonium, idque probat, quia *in c. fin. de consuetud.* generaliter statuitur, consuetudinem habere vim ad derogandum legi. Tum quia lex, quâ statuuntur hujusmodi impedimenta dirimentia, non est naturalis, nec divina, sed merè humana: atqui lex humana potest per contrariam consuetudinem abrogari, proinde etiam lex imponens hujusmodi impedimenta dirimentia matrimonium.

Quod si dicas, consuetudinem non habere hanc vim, eò quia improbetur in *c. quod super in fin. de consanguinit. & affinit.* Tum quia cùm hujusmodi consuetudo introducatur contra jus Pontificium, non potest rationi consona esse. 20

Contra est, quia improbatio allegata *in d. c. quod super.* non est ad rem, quia quoties lex reprobat consuetudinem aliquâ, ut iniquam, & eidem etiam ut futuræ derogat, potest ex nova causa induci consuetudo etiam contra talem legem, ratio est, quia nova causa tollit iniquitatem, quæ inesse videbatur consuetudini eo tempore, quo lex ipsam ut iniquam reprobavit, ut probat textus *l. si hominem 30. ff. mandati*, ubi statuitur, quòd generalis procurator potest revocare specialiter à domino provisa, si justa subsit causa revocandi: & hanc justam causam Abbas in *c. at si clerici, §. de adulter. n. 9. de judiciis*, esse novam causam, unde cum consuetudo vim statuendi novam legem habeat, & antiquam abrogandi, poterit contra ipsius Principis dispositionem ex nova causa suam habere vim, & obligare, ut docent communiter Jurisperiti, quos plenâ manu citat Sanchez *loc. cit.* 21

Ad aliud quod addebatur consuetudinem contra jus pontificium introductam non esse rationi consentaneam, proinde non posse vim legis habere, respondetur, consuetudinem nunquam censeri rationi dissonam, nisi juri divino, vel naturali adversetur: unde cum in nostro casu non adversetur juri divino, aut naturali, sed soli Pontificio, sequitur non esse dissonam rationi, ut docent Menoch. *lib. 2. de arbit. centur. 1. cap. 82.* Gerson *3. p. tract. de vita spirit. anim. q. 4. corol. 13. alphabet. 62.* Gabriel. *in 4. dist. 42. art. 3. dub. 6.* & alij, quos refert Sanchez *loc. cit.* ubi addit, tunc consuetudinem esse rationi consonam, quando de eadem re, de qua est consuetudo, justa esset lex denuò edita, & priori mutata, si qua esset; vel minimè mutata, si nulla erat, ut docet Sotus *lib. 1. de justit. 7. art. 2.* quia tunc si poneretur nova lex conformis tali consuetudini esset consona rectæ rationi, quia juxta exigentiam boni communis; proinde etiam ipsa consuetudo cùm vicem gerat talis legis erit rationi consona, quia cùm consuetudo vim legis debeat habere, eadem convenitur honestare, quam lex ipsa deposcit: & sicut dari potest justa causa legis novæ inducendæ, quâ gradus aliqui consanguinitatis antiquis canonibus interdicti in matrimonio abo leantur, adeò ut interdictio ad pauciores gradus restringatur; ita ex nova causa potest etiam consuetudo induci, quâ aliquod impedimentum dirimens abrogetur. 22

Si

Si petatur, quantum temporis requiratur, ut consuetudo contraria prævaleat contra legem. Respondetur cum distinctione, si sermo sit de consuetudine approbata per expressum consensum Principis, nullum requiri determinatum tempus, adeò ut eo ipso, quòd à Principe est approbata censeatur legitimè præscripta, ut communiter docent. Sin verò consuetudo sit contra jus civile exigit longum spatium temporis, ut censeatur præscripta, & ex tacito Principis consensu approbata: longum autem tempus jure civili est decennium ad minus, ut habetur *in l. super long. C. de præscript. long. temp. & instit. de usucap. §. jure civili, & de jure Regni l. 5 tit. 2.*

24 Sin verò consuetudo sit contra jus canonicum requiritur spatium 40. annorum ut præscripta censeatur, & à Pontifice approbata, ut notat Glossa *in c. ult. de consuetud.* Non tamen ut consuetudo prævaleat contra legem, & canonem necessaria est scientia Principis, sed sufficit, si sit legitimè præscripta, & rationi consona *in d. c. fin. de consuetud.* ubi ponuntur conditiones requisitæ, ut consuetudo legi derogat, & nulla fit de speciali scientis Principis mentio, nec illa desideratur, sed solùm quòd consuetudo sit rationabilis, & legitimè introducta, ut notat Covarr. *2. p. de matrim. c.* 8. §. 10. *n.* 19.

25 In contrarium tamen videtur dicendum, nulla consuetudine posse habilem fieri ad matrimonium, quos jus canonicum inhabiles facit. Primò quia *in c. quod super 5. de consanguinitate, & affinit.* Innocentius III. declaravit, separandos, & puniendos esse eos, qui in gradibus ab ecclesia prohibitis contraxerunt, non obstante quacunque consuetudine in contrarium, quæ potiùs dicenda est corruptela: hoc idem etiam statuitur *in c. super eo 3. de cognat. spiritual.* ubi filij duorum compatrum, par quorum unum, aut utrumq; patentes ad compaternitatem venerunt, separari præcipiuntur à Pontifice. Tum quia consuetudo contra legem, quâ prohibentur matrimonia intra certos gradus consanguinitatis expressè à Pontifice reprobatur *in d. c. quod super.* proinde non potest prævalere contra legem, quia quod expressè reprobatur, non potest dici tacitè approbari, quod necessarium est ad valorem consuetudinis. Secundò quia ut consuetudo derogat legi præsertim ecclesiasticæ debet esse rationi consona, ut habetur *in c. fin. de consuetudine*: atqui consuetudo contra legem positivam canonicam non potest rationabilis esse; proinde in jura canonico hujusmodi consuetudo vocatur corruptela. Tum quia ut notat Glossa *in d. c. quod super.* ea consuetudo dicitur esse rationabilis, quam leges, & jura non damnant, nec improbant.

26 Sed contra quia consuetudo etiam à lege reprobata potest, si nova subsit causa, contra legem prævalere, quâ damnator; si hæc nova causa recens occurrens ob bonum commune exigit talem consuetudinem, vel desiderat legem similem, quia tunc legislator præsumitur non prævidisse talem causam, quando sua lege consuetudinem reprobavit: siquidem eo tempore, quo eam reprobavit, consuetudo erat iniqua, & contra bonum commune: atqui facta temporum variatione cessavit causa iniquitatis, & nova emersit, quâ consuetudo honestatem induit, proinde consuetudo etiam improbata ex nova causa potest iniquitatem exuere, & honestatem induere, ac proinde prævalere contra legem. Tum quia verba legis, quibus dicitur *non obstante contraria consuetudine*, non habent majorem vim, quàm jus scriptum: atqui contra jus scriptum potest consuetudo introduci, proinde etiam contra legem, in qua sunt verba derogatoria consuetudinis, quia potest contingere, ut quod uno tempore tanquam malum lege prohibebatur, progressu temporis mutatis rerum causis, & affectibus desinat esse malum.

Ad secundum respondetur, reprobari consuetudinem inductam adhuc vigente eadem causa, quæ existebat tempore legis promulgatæ: non verò reprobari consuetudinem ortam ex nova causa, quia hæc tacito Principis consensu censetur approbata, ut consona rationi. 27

Ad aliud petitum *ex c. de Francia 1. h. t.* respondetur, illam consuetudinem non fuisse mixtam laicorum, & clericorum, quod requirebatur, ut prævaleret contra legem ecclesiasticam, ut notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 6. §. 10. num. 14.* sed fuisse dissentientibus clericis, à solis laicis inductam, & quia laici non inest potestas inducendi consuetudinem contra ecclesiasticos, præsertim in causis matrimonij, ideo non potuit inducta consuetudo contra legem ecclesiasticam prævalere. 28

Ad aliud argumentum allatum respondetur, consuetudinem *in præcitato cap. quod super 5. de consanguinit. & affinit.* vocari corruptelam, eò quia sine nova causa inducta fuit: tunc enim non potest præsumi consensus Pontificis etiam tacitè, quia Pontifex nunquam consentit in iniquitatem, secus quando nova causa subit, quâ consuetudo exuit iniquitatem, & induit honestatem, tunc est consona rationi, & præsumit consensum Pontificis, proinde suum sortitur valorem. 29

Regula generalis cognoscendi quando consuetudo contra legem positivam censenda sit rationabilis est, si res, de qua consuetudo est, inspectis rerum circumstantiis, æquum afferat, ut lex sanciatur, quæ illam præciperat, & antiqua lex contraria aboleretur: cùm enim per temporum vices hominum moras, rerúmque constitutiones varientur, fit, ut quod uno tempore cum talibus circumstantiis videbatur obesse bono communi; occurrentibus aliis circumstantiis, & novâ causâ, profit, imò & necessarium sit pro bono communi promovendo: hinc lex, quæ cum primis circumstantiis prohibuit talem consuetudinem; cum aliis circumstantiis, & novâ occurrente causa æquum est, ut ipsam præcipiat: cùm enim consuetudo vim obtineat legis exigit honestari eadem honestate, quâ ipsa lex, ut notat Menoch. *lib. 2. de arbit. centur. 1. cas. 82.* & quia bonum commune occurrentibus novis circumstantiis, & nova causa exigerat novam legem conformem 30

tali

tali consuetudini; ideo consuetudo, quæ tunc vicem gerit legis induit honestatem, & vim habet legis.

§. III.

De Impedimentis matrimonium dirimentibus, quid sint.

1 IMpedimenta dirimentia sunt, quibus positis, si matrimonium contrahatur, nullum sortitur valorem. De jure antiquo sunt duodecim comprehensa his versibus

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultûs disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hæc celebranda vetant connubia, facta retractant.

2 De jure tamen novo Concilium Tridentinum prædictis impedimentis duo alia addidit, scilicet absentiam Parochi, & testium *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* & etiam illud quod contrahitur cum rapta, quamdiu illa est in potestate raptoris, ut habetur *in ead. sess. 24. c. 6.* & hæc duo impedimenta jure novo adjecta comprehenduntur his duobus versibus.

Si Parochi, & duplicis desit præsentia testis,
Raptáque sit mulier, nec parti reddita tuta.

3 Non tamen hujusmodi impedimenta se habent eodem modo, quia ex illis quædam sunt de jure naturali, & quædam de jure ecclesiastico. Rursus alia reddunt personam inhabilem absque respectu matrimonij cum quocunque conjuge, cujusmodi sunt impotentia, ligamen, ordo, & votum solemne: alia tantum respectu matrimonij cum certa quadam persona, ut sunt cognatio, affinitas, publica honestas, cultus disparitas, & crimen. Demum alia sunt, quæ nec respectivè impediunt, sed solùm ratione defectûs libertatis, aut solemnitatis necessariò requisitæ, ut sunt vis, error, conditio, raptus, absentia Parochi, & testium. Dicuntur hæc impedimenta dirimere matrimonium, eò quia hoc invalidè contrahatur cum illis. Quòd si superveniant jam contracto, illud non dirimunt.

4 Qualis autem probatio impedimenti matrimonij plena, & sufficiens sit, ut ecclesia illud contrahi impediat, & sponsalia dissolvat, declarat Alexander III. *in c. præterea 12. h. t.* ubi habetur, quòd quando unus tantùm dicit adesse impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non juratum: ut si consanguineus volentis contrahere nuptias testetur se cognovisse carnaliter illam mulierem, tametsi id nolit publicè confiteri propter metum, & potentiam mulieris. Ex quo claret, impedimentum, ne matrimonium contrahatur, plenè, & sufficienter probari unico teste: & ratio, quæ à Doctoribus assignari solet est, quia hic agitur de peccato vitando, ne scilicet impediti contra ecclesiæ prohibitionem contrahendo matrimonium graviter peccent. Hoc etiam procedit, quamvis testis non fuerit citatus, sed tantùm à parte producente judici oblatus: non enim præsumitur ex hoc se ipsum ingerere: *argu. c. constitutus de testib.* secus esset, si se ipsum ingereret, quia tunc tanquam suspectus esset repellendus *l. uxori. §. 1. ff. de fals.* ut docet Abbas *c. cum in tua num. 2. de spons.* & Mascardus *de probat. con. 1035. n. 3.* Imo etiam procedit, quamvis testis nolit parte citata, & publicè, ut debet, testimonium ferre juxta *c. 2. de testibus.* sed tantum clam, & absque nominis publicatione velit testari, ut habetur *in d. c. præterea de spons.* & docent ibi Innocentius, & Abbas *n. 7.* Quinimò Glossa *in d. c. Præterea*, addit, quòd si testis vellat publicè testari, non sit illi fides adhibenda eò quia testi publicè confitenti in casu illius textûs non debeat credi ob turpitudinem suam, quam fatetur: & tunc valet, quòd dictum unius non satis probet: nihilominus Hostiensis *in d. c. Præterea.* Abbas *ibid. num. 7.* & alij contrarium censent, ea innixi ratione, quia major sit præsumptio contra clam deponentem, quàm contra eum, qui non erubescit publicè testari, quia tunc declarat se paratum esse ad probandum contra quemlibet suum dictum: hinc D. Bernardus scripsit ad Eugenium Papam: *hanc tibi constituas regulam, ut omnem, qui palam veretur dicere, quod in auribus locutus est, suspectum habeas*: Quamobrem sive testis clam, sive publicè testetur, putârim, esse illi fidem adhibendam, & ejus dictum plenam, & sufficientem esse probationem in ordine ad matrimonium impediendum: quia ubi agitur de peccato vitando unus testis, dummodo sit vir probus, inducit plenam, & sufficientem probationem. Hodie tamen jure novo affinitas orta ex fornicatione restringitur à Concilio Tridentino *sess. 24. c. 4. de refor.* ad primum, & secundum gradum consanguinitatis.

5 Quinimò non solùm sufficit unus testis, vel fama ad impediendum, ne sponsalia compleantur ad plenè probandum, & quando adducitur impedimentum impediens matrimonium; verùm etiam quando allegatur alia causa, quâ existente nullum foret peccatum matrimonium contrahere, ut si ad dissolvenda sponsalia sponsus allegaret fornicationem sponsæ, ut docet Paludanus *in 4. dist. 27. q. 1. art. 3 cas. 1.* & probat *ex c. super eo de testib. & attestat.* Verùm contraria sententia probabilior est, quia quando agitur de præjudicio tertij unius testimonium non sufficit, ut desumitur *ex c. licèt ex quadam. c. veniens. c. in omni negotio de testib.* & *l. ut jurisjur. C. de testib.* & in præsenti agitur de præjudicio juris acquisiti sponsæ, ne sibi fides præstita impediatur: unde ab hac regula generali solùm excipitur, quando opponitur impedimentum matrimonij in ordine ad vitandum peccatum, & quia regula est potius pœnalis, non debet extendi ad casum, in quo non agitur de peccato vitando, sed de solo præjudicio tertij.

6 An verò attestatio unius tantùm testis faciat etiam plenam, & sufficientem probationem, quando sponsalia fuerunt juramento firmata? plures

plnres censent, tunc non sufficare testimonium unius ad impediendum matrimonium ne contrahatur, ratio quâ nituntur est religio juramenti: siquidem ecclesia certa est de perjurio, iis non impletis, & incerta de impedimento, & ideo tutiùs eligit, ut docent Glossa *in c. super eo de consanguinit. V. faba.* Abbas, & alij.

7 Probabilior tamen sententia est, sufficere testem unum omnino integrum, quia hic non minus, quàm fama probat, & quia sola fama sufficit ad dissolvenda sponsalia jurata: ita etiam unos testis, neque obstat, qnod *in d. c. preterea 12. h. t.* dicatur, quòd dictum unius testis non sufficiat, quia testis, de quo Pontifex loquitur *in d. c preterea.* non habuit omnes conditiones requisitas ad inducendam sufficientem probationam per suum testimonium; siqnidem, non deponebat testimonium manifestè; nec proprio publicato nomine: & rursus propriam allegabat turpitudinem, ut enim notat Mascardus *de probat. conclus.* 1035. *n.* 10. ut testis unus sufficientem faciat probationem deber omnino intagrum, ac circumspectissimū testimonium ferre: qua verò circumspectione, & integritate debeat testis deponere id relinquitur arbitrio Jndicis, ut notat Hostiensis *in d. c. preterea. V. nisi juramentum.* & Ancharanus *ibid. n.* 4.

8 Conditiones verò requisitæ ad nnicum testem, ut par suum testimonium impediar perfici sponsalia, sunt. Primò ut deponar tanquam testis, & non ut tantùm denuntiet, quia si solùm denuntiaret, non impediret matrimonium, nisi probaret de fama, ut notat Alexander de Nevo *in c. cùm in tua de sponf. num. 9. &* 14. Secundò ut testis juret, verum esse, quod testatur, quia testi non juranti fides non adhibetur *c. tua de cohabit. cleric.* Tertiò ut juret, se certò scire impedimentum, qnia non suffitit, si testificetur de solo auditu, quamvis alter testis simul cùm illo absque tamen juramento de certa scientia deponeret: adeò ut majorem fidem faciat sola fama, vel unicus testis, qui juret, quàm duo testes, quorum unus cum joramento deponat de auditn, & alter sine juramento de certa scientia, ut notant Mascardus *de probat. conclus.* 1035. Covarr. 4. *decret. 2. p. c. 6. §.* 19.

9 Excipitnr tamen ab hac regula, ut non sufficiat testis de auditu deponens, nisi ad probandam consanguinitatem *c. licet ex quadam de testibus*, & docer Navarrns *lib. 4. cons. 2. de consanguin.* nbi ait, quendam testem, ut matrimonium impediret, deposuisse à quodam suo majori audivisse contrahentes esse consanguineos, & concludit, talem testē non impedire, quin matrimonium contrahatur, quia est testis de auditn, qui consanguinitatem non probat, nisi à pluribus majoribus audivisset. Er Mascardus *conclus. 410. de probat. num. 3.* air requiri etiam ut testes sint personæ graves, & audierint sponsos esse consangnineos ante litem motam, quia post litem motam nullam fidem facit. Quartò etiam requiritnr, ut testis non sit persona vilis, quia hæc sponsalia etiam non jurata non impediret, ut notat Panormitanus *in d. c. preterea 12. h. t.* & *c. cùm tua eod. tit. num. 7.* ubi contra Goffredum ait, ad impediendum etiam peccatum futurum non admitti vilem personam ad denuntiandum nisi factum ita sit clandestinum, ut probari non possit, nisi per vilem personam; quia ubi facultas probandi deficit, admittitur probatio aliàs non integra, ut habetut *in c. preterea de test.*

Quòd si sponsalia inter virum, & mulierem sint juramento firmata, non debet ob dictum unius solius matrimonium impadiri, quæ sententia est tutior. Præter autem testem, etiam sola fama de consanguinitate, sufficit ad impediendum matrimonium, ne contrahatur, ut expresse rescribit Innocentius III. in *c. cùm in tua 27. h. t.* ubi habetur, quòd quando aliquæ personæ volunt contrahere, & est fama, quòd intersit consanguinitatis impedimentum, & contrahentes volunt producere juramenta majorum, quòd nulla sit propinquitas, tunc judex si ei persona gravis, & digna fide denuntiet, eos esse consanguineos, & de fama, vel scandalo doceat, vel si judex per se ipsum possit certificari de plano; tunc judex non recipiat juramenta parentum, & compellat contrahentes, ut desistant à tali contractu, vel exhibeant juramenta propinquorum contra dictam famam pro arbitrio judicis: sed si denuntians non est talis, vel non potest docera de fama, vel standalo, judex potest monare, ut desistant, sed non debet compellere contrahentes. Hinc fama dicitur impedire matrimonium contrahendum etiam fide data. Non tamen sufficit, si fama sit privata, adeò ut constet tantùm judici ut privatæ personæ, eò quia id extra judicium intellexerit: tunc enim hæc sola fama privata non sufficeret ad impediendum matrimonium; sed tantùm ad inquirendam, & recipiendam probationem de fama. 10

Quòd si fama constet judici, non ut personæ privatæ, sed nt judici, ac personæ publicæ, eò quia talis fama ptobata fnerit in judicio per testes, tunc talis fama sufficeret ad impediendum matrimonium, ne contraheretur, & desumitur *ex c. super eo, 2. de consanguin. & affin.* ubi Urbanus III. declaravit, quòd si aliquis desponsavit puellam, & postea excipit, se cognovisse carnaliter propinquam puellæ, si famâ loci hoc habetur, liberatur à sponsalibus. 11

Potest ramen contra probationem famæ in ordine ad impediendum matrimonium admitti alia contraria probatio, quòd si hæc secunda fuerit clarior primâ eliditur effectus prioris probationis, ut notat Glossa *in d. c. V. famam.* Imo ad deponendum contra huiusmodi famam admittitur etiam juramentum consanguineorum, & desumitur *ex d. c. cum in tua* ubi Pontifex exigit, *contra famam hujusmodi juramenta propinquorum*, potest etiam hæc fama, & eius probatio elidi arbitrio judicis, si consanguinei volentes contrahere jurent, se non esse consangoineos, quia tunc relinquitur arbitrio judicis juxta qualitatem personarum admittere hoc juramentum contra famam, ut notat Mascatdus *de probat. tom. 2. conclus.* 1034. *n.* 16. 12

Cæte-

13 Cæterum si propinqui se spontè offerant ad juramenta præstanda, judex non debet illa recipere, sed repellere, quia eo ipso, quòd se spontè offerunt, habentur suspecti, imò possunt etiam compelli, ut desistant à contractu matrimonii, ut etiam si ex contractu matrimonii inter consanguineos contrahentium timeatur scandalum, debet judex impedire, ne matrimonium ineatur, quia ut habetur *in d. c. cùm in tua 27. h. t.* etiam scandalum reddit personas inhabiles ad contrahendum matrimonium.

14 Lite autem matrimoniali pendente si litigans non expectatâ sententiâ judicis aliam ducat uxorem ignorantem facti, si postea feratur sententia de nullitate matrimonij, validum est secundum matrimonium, quamvis contractum fuerit pendente lite; sed tunc viro injungitur pœnitentia, & ut abstineat à conjuge per tempus pœnitentiæ, idque definitum fuit ab Urbano III. *in c. cum Apostolica 18.* Quamobrem licèt sit regula generalis, quòd lite pendente nil sit innovandum, ut habetur *in tit. 16. lib. 2. decretal.* est nihilominus hic casus specialis, in quo lite adhuc pendente permittitur innovatio: & ratio solèt à Canonistis hæc essignari, quia matrimonium sit juris divini, & litis pendentia non nisi de jure humano, & sicut interius debet superiori cedere; ita nec jus humanum potest vim habere, nec tollere, quæ sunt juris divini.

15 Verùm hæc ratio, quamvis vera, non tamen evacuat totam difficultatem; siquidem plura impedimenta matrimonij sunt tantum juris humani, eò quia tantùm jure ecclesiastico fuerint introducta, & nihilominus impediunt, vel dirimunt matrimonium, licèt hoc secundùm se sit de jure divino, ut notat Canisius in præsenti titulo *num. 2.* ubi hanc aliam assignet rationem, quia litis pendentia non sit ullum impedimentum ditimens matrimonium, cum à jure canonico nullibi introductum fuerit tale impedimentum; neque à doctoribus pendentia litis numeretur inter impedimenta matrimonij; quo fit, quòd lite pendente prioris matrimonij, si secundum contrahatur, sit validum, si prius postea judicetur nullum, quia tunc nil intervenit, quo debeat impediri valor secundi matrimonij, non prius, quia hoc supponitur nullum, & quod est invalidum perinde se habet, ac si non esset: neque pendentia litis, quia hæc non est ullum ex impedimentis.

16 Quòd si uterq; sponsus fateatur impedimentum, tunc eorum dicta sufficiunt ad dissolvenda sponsalia, quamvis juramento firmata, quia mutuo consensu possunt sponsalia liberè dissolvi. & quando uterque fatetur impedimentum, satis apertè explicat mutuam resiliendi voluntatem, ut probant Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 2. cas. 103. num. 2.* Mascardus *de probat. conclus. 1035. n. 17.* quinimò si alter tantùm fateatur impedimentum, & ille sit, qui matrimonium celebrare exoptat, etiam sufficit ad solvenda sponsalia *argu. c. attestationes de sponſ. impub.* quia hic secundus casus non differt à primo, quia alter, qui non obstat, matrimonium contrahi, jam dissentit, & si alter, qui optat matrimonium, fateatur impedimentum, uterque censetur dissentire: eo enim ipso quòd fatetur impedimentum, recusat matrimonium celebrare. Secus si qui fatetur impedimentum, sit ille, qui non vult matrimonium, non est standum eius attestationi, quia tunc hæc est in suum favorem, & in præjudicium juris tertii jam acquisiti, ut notat Mascardus *loc. cit. n. 18.*

§. IV.

De Impedimento erroris, personæ, fortunæ, & qualitatis.

Cum ad matrimonium requiratur consensus voluntarius, adeò ut non solùm positivus dissensus, sed etiam carentia consensus matrimonium impediat, & contractum irritet, sequitur quòd error, quo fuit matrimonium contractum illud irritet, quia ut docet Aristoteles *3 ethic. c. 1.* error tollit voluntarium necessariò requisitum ad valorem matrimonij. Rursus error quadrupliciter potest in contractu matrimoniali irrepere. Primò ratione personæ, si una pro alia supponatur, ut si Cajus putans nubere Catharinæ, ducat Lucretiam. Secundò ratione conditionis servilis, ut si contrahens sit liber, & putet, se contrahere cum libera, & nihilominus postea deprehenderit, se duxisse servam. Tertiò ratione qualitatis, ut cùm quis putans se nubere puellæ virgini, pulchræ, nobili, deprehendit, se duxisse plebeam, deformem, & corruptam. Quartò ratione pinguioris fortunæ, ut si puella credat, nubere alicui, qui divitiis affluat, & postea deprehenderit sponsum, paupertate laborare. 1

Præterea quilibet ex his erroribus ex parte subjecti potest esse duplex; scilicet error, qui inhæreat subjecto antecedenter ad consensum; & alter qui concomitetur consensum; & inter utrumque id interest discriminis, quia error antecedens consensum sit causa ejusdem, adeò ut consentiens, ideo consentiat, quia est in tali errore, non consensurus, si error abesset, ut si putans ducere Lucretiam divitem, virginem, & pulchram, illam ducat ex tali errore, non ducturus, si cognovisset, Lucretiam esse deformem, pauperem, curruptam, & non bonæ famæ: secus error concomitans non est causa consensûs, quia ita se habet concomitanter, ut quamvis non esset talis error, adhuc contrahens matrimonium assentiretur eidem: quamobrem error concomitans non dicitur inducere ad consensum, sed tantùm accidere consensui, ut si Cajus putans ducere Bertam divitem, quæ revera est pauper, & illam nihilominus duxisset, quamvis ejus paupertas illi innotuisset; hic error dicitur tantùm se habere concomitanter, seu concomitari consensum, non verò inducere ad consensum: unde licèt uterque error inhæreat antecedenter ad consensum ipsi contrahenti, ac consentienti, nihilominus ille tantùm error dicitur antecedens, qui est causa consensûs, qui non poneretur, si error non esset: alius verò 2

dicitur tantùm concomitans, quatenus non est causa consensûs, quia etiam illo non extante adhuc contrahens suum præberet consensum, & contraheret. Hinc error antecedens facit consensum omnino involuntarium, non ita concomitans.

3 Error personæ, si sit antecedens dirimit matrimonium non solùm jure positivo ecclesiastico, verùm etiam jure naturali, adeo ut hic error dirimat matrimonium, etiam inter infideles initum. Quòd verò jure ecclesiastico, & canonico matrimonium dirimat, liquet *ex c. unic 35. q. 1.* ubi hoc expressè deciditur; quòd verò etiam dirimat jure naturæ, ratione evincitur. Quia jure naturæ requiritur consensus liber, & voluntarius ad matrimonium, quem error antecedens tollit: non enim potest esse actu volitum, quod ignoratur: & habetur etiam in jure civili *l. si per errorem ff. de jurisdic. omn. judic l. cùm testamentum. l. non idcirca. C. de juris, & facti ignor.*

4 Neque obstat, quòd error personæ non irritet alia sacramenta, ut si quis baptizet, confirmet, absolvat, ungat, ed sacros ordines promoveat Titium, quem putaverat esse Cajum: quia contractus humani non censentur vitiari ex errore personæ, ut si quis vendat Titium, putans vendere Cajum. Nam contra est, quia conditiones individuales personarum, vel maximè conducunt ad matrimonij finem, seu ad individuam vitæ consuetudinem, ac perpetuam societatem, proinde si error personæ antecedat, matrimonium dirimit: secus ad fines aliorum sacramentorum ac civilium contractuum personæ nihil referunt, sed se habent omnino per accidens: hinc patet discrimen inter sacramentum matrimonij, & alia sacramenta, ut etiam inter contractū matrimonialem, & alios contractus. Quòd si dicas, inter Jacob, & Liam fuisse verum matrimonium, & nihilominus ibi intercessisse errorem personæ, cùm Jacob putaverit cum Rachaele contrahere. Contra est, quia talis consensus erroneus præcedens non constituit Jacob, & Liam veros conjuges, sed alius consensus subsequens.

5 Si instes, Jacob fuisse à suo patre Isaaco validè benedictum, tametsi Isaac erraverit errore personæ putans se benedicere primogenitum suum Esau: proinde Jacob validè contraxisse nuptias cum Lie ex vi prioris consensus, & cum errore personæ antecedente contractum matrimonialem. Contra est, quia ut respondit D. Augustinus *lib. 16. de civit. c. 37. circa finem.* illa benedictio fuit initio invalide propter errorem personæ, & postea validam fuisse quando Isaac ex divina inspiratione, & cognita Dei voluntate eam confirmavit. Præterea respondet Abulensis *q. 7. in c. 27. Genes.* intentionem Isaac tantùm fuisse benedicere eum filium, quem tunc præ carem habebat.

6 Ratio igitur cur error personæ non irritet alia sacramente, sed solum matrimonium est, quia in aliis sacramentis non initur contractus cum persona ea suscipiente, neque interest ministri scire, quisnam sit, qui absolvitur, baptizatur, ungitur, communicat; nec cui illa applicet. Secus in matrimonio initur verus contractus, & interest contrahentis scire cum quo, vel cum qua contrahat; & potest suam intentionem restringere ad certam personam, cum qua tantùm velit contrahere, & non cum alia; secus in aliis sacramentis minister debet habere intentionem baptizandi, confirmandi, absolvendi personam præsentem, quamvis ignoret, quæ illa sit. Cum igitur in matrimonio ineatur verus contractus; ad cujus valorem requiritur consensus liber, ac voluntarius, quem error personæ tollit; sequitur, hunc errorem antecedentem irritare matrimonium, non alia sacramenta.

Quinimò etiam error personæ concomitans matrimonium irritat, quia licèt contrahens eum tali errore ita habitualiter sit animo affectus, ut quamvis si non erraret, sed sciret, esse aliam, quam non putaverat, adhuc cum illa vellet contrahere, adeo ut talis error non efficiat contractum involuntarium; nihilominus facit contractum non voluntarium, quatenus aufert actualem, & positivum consensum in personam, quæ affertur: atqui ad valorem contractûs matrimonialis requiritur hic actualis, & positivus consensus: & cum errore concomitante voluntas actu, & de præsenti fertur tantùm in Lucretiam, quam animo concepit, & non in Barbaram, cum qua actù contrahit, & quam putat esse Lucretiam: ergo consensus non est actu in Barbaram, cum qua contrahit, quia ignorat esse Barbaram cum putet se cum Lucretia contrahere; ignorantis autem, & non cognoscentis nullus est consensus: unde liquet, errorem personæ concomitantem etiam irritare matrimonium: qui enim ita errat contra personam, non habet positivam voluntatem eam ducendi in particulari, quia actu voluntatis non consentit in Barberam, cum qua contrahit, sed in Lucretiam, cum qua putat se contrahere, & non contrahit. 7

Dices, qui contrahit cum Barbara existimans errore concomitante, esse Lucretiam, habet voluntatem actualem interpretativam contrahendi cum ipsa Barbara: ergo error concomitans non tollit voluntarium sufficiens ad consensum, quia ad matrimonium sufficit non solùm consensus actualis, sive formalis, & expressus, sed etiam interpretativus; & cum errore concomitante habetur consensus interpretativus, quia qui contraxit cum Barbara, quam putavit esse Lucretiam, detecto errore complacet sibi, eò quia contraxerit cum Barbara, etiam cum tali errore, proinde censetur habuisse actualem voluntatem, interpretativam contrahendi cum Barbara. 8

Sed contra, negatur antecedens, & ad ejus probationem respondetur, quòd tametsi detecto errore sibi complaceat, quòd duxerit Barbaram, quam si non duxisset, etiam de præsenti duceret, exinde non convincitur, habuisse consensum actualem contrahendi cum Barbara tunc quando de facto cum ipsa contraxit, quia voluntas actualis tunc erat ad solam Lucretiam, 9

cum

eum qua potabat se contrahere: sed solùm convincitur, quòd habuerit voluntatem, & consensum in habitu, seu in præparatione animi; & quòd consensisset in Barbaram, si novisset eam, cum qua contraxit, fuisse Barbarem; hæc eutem voluntas non fufficit ad matrimonium, quia est voluntas conditionata implenda tantùm ex purificatione conditionis, si Barbara ei innotuisset, cùm enim de facto ei non innotuerit, nec puteverit se eum Barbara contrahere non habuit consensum actualem requisitum necessariò ad validè contrahendum matrimonium; non enim solus consensus habitualis situs in solà animi præparatione sufficit ad matrimonium validè contrahendum, sicut non sufficit dicere, eam ducerem, si scirem esse Barbaram, sed necessarius est consensus de præsenti, quo dicat, *duco Barbaram in meam uxorem.*

10 Quòd si contrahens cum errore concomitante actu intenderet contrahere cum persona præsenti, quæcumque illa sit, tunc validum esset matrimonium, quia non adesset error, concomitans, sed verè consentiret in illam præsentem, cum qua de facto verè contraheret. Quòd si contrahens erraret tantùm in nomine existimans eam, cum qua contrahit, vocari Lucretiam, cui tamen nomen esset Barbara, tunc esset matrimonium validum, quia error non esset personæ, sed solius nominis; & error nominis non est impedimentum dirimens.

11 Error tamen fortunæ, & qualitatis, quamvis sit antecedens, dederitque causam matrimonio etiam ex dolo, non dirimit matrimonium jam contractum, ut si vir contrahens credat se ducere virginem, nobilem, & divitem, & talis non sit, quam docit. Ratio est, quia bona fortunæ, & qualitates personæ sunt tantùm accidentis, quæ non pertinent ad substantiam contractûs; proinde non irritant contractum, quie posito errore contra accidentia potest manere consensus circa substantiam contractûs. Tum quia licèt error antecedens faciat actum involuntarium, non tamen omnis error facit actum involuntarium simpliciter; sed tantum ille, qui est contra substantiam actûs: unde quando quis putat se contrahere cum nobili, virgine, pulchra, & divite, & de facto contrahit cum ignobili, corrupta, deformi, & paupere, error efficit consensum matrimonialem tantùm involuntarium secundùm quid, hoc est circa qualitates, & accidentia personæ, cum qua contrahitur, & quæ se habent tantùm per modum rationis motivæ, seu impulsivæ, & causæ finalis extrinsecæ; unde cùm talis consensus non impediat consensum substantialem circa personam, materiam, & substantiam contractûs, non vitiet matrimonium: & quamvis contractus venditionis, & emptionis cum errore circa qualitatem per modum extrinsecum initus subsistat, ita tamen ut ob dolum rescindi possit; non ita matrimonium, quod si semel fuerit validè contractum, non potest ampliùs rescindi.

12 In duobus tamen casibus error qualitatis per accidens potest irritum reddere matrimonium. Primò si qualitas in qua erratur per modum conditionis apponatur contractui matrimonij, adeò ut non intendat contrahens aliter contrahere, quàm cum tali conditione, seu qualitate, quê sublatê non contraheret cùm tali persona; tunc enim error hujus qualitatis irritaret contractum, quia ille deficiente deficit etiam consensus in ipso contrahente, & sine consensu matrimonium non sortitur suum valorem. Secundò si error qualitatis inducat, vel involvat simul errorem personæ, ut si quis velit ducere primogenitam talis familiæ, & illi alia afferatur ignota tanquam primò genita; tunc irritum est matrimonium propter errorem circa personam, quia contrahens non vult ducere obletam, nisi sit primò genita talis familiæ, in quam solùm consentit. Quòd si dicas, errorem cujusvis circumstantiæ reddere actum involuntarium ex doctrina Aristotelis. *3. ethic. c. 1.* consequenter reddere etiam irritum matrimonium. Contra est, quia error cujusvis circumstantiæ reddit actum involuntarium secundùm quid, scilicet quoad illam circumstantiam, non verò reddit illum involuntarium simpliciter, quoad substantiam, & alia, quæ fuerunt cognita, & volita: hinc qui ducit Lucretiam pauperem, quam putat esse virginem, & postea deprehendit ipsam corruptam voluntariè ducit Lucretiam pauperem, & involuntariè ducit illam ut corruptam. Ad matrimonium autem sufficit consensus simpliciter voluntarius, qualis est, qui habetur in ipsam personam, circa quam, ut substantiam versatur contractus, unde quòd postea sit contractus involontarius quoad unam, vel alteram circumstantiam, & qualitatem id per accidens se habet.

Instabis, sponsalia facta cum errore circa qualitatem, & fortunam sunt irrita: ergo etiam matrimonium. Sed contra negatur antecedens, quia si deceptus velit stare promissis, tenetur alter ex vi sponsaliorum fidem servare, proinde non fiunt sponsalia irrita ipso jure ex deceptione circa qualitatem: præterea est discrimen inter sponsalia, & matrimonium, quia ille ex mutuo consensu dissolvi possunt, non verò matrimonium, quod semel validè initum non potest ampliùs ab homine dissolvi. 13

Juvat observare, errorem personæ non solùm jure ecclesiastico, sed etiam jure naturæ matrimonium dirimere. Si enim illud dirimeret solo jure ecclesiastico posset Pontifex statuere, ut error personæ matrimonium non dirimeret, adeo ut, si Cajus putans ducere Lucretiam, duceret Catherinæ, matrimonium validum foret sublato authoritate Pontificis impedimento erroris personæ; sicut enim Pontifex potest auferre impedimenta consanguinitatis infra primum gradum, eò quia sint de jure ecclesiastico, ita posset etiam tollere impedimentum erroris personæ: quod tamen est falsum, quia talis error cùm libertatem, & consensum auferet, *l. si per errorem. ff. de jurisdic. om. judic.* siquidem errantibus non est consensus, nec voluntas *l. cum testamento*, & *l. non id circo. C. de jur. & fact. ignor.* ideo jure naturæ matrimonium dirimit, quia si ineatur sine consensu libero, 14

libero, & voluntario est jure naturæ irritum.

15 Tum quia id interest discriminis inter cæteros contractus, & matrimonium, quia justitia commutativa, ad quam cæteri contractus pertinent, qui sunt onerosi, cujusmodi sunt contractus emptionis, & venditionis, respicit solam æqualitatem inter rem, & pretium, & rei venalis usum, ac commoditatem, proinde nihil refert, an erretur in persona vendente, vel cui venditur, vel in quantitate rei venditæ, dummodo æqualitas pretij, idem usus, & commoditas serventur, quo fit, ut hujusmodi contractus minimè vitientur per talem errorem in persona: secus in contractu matrimonij, quia hoc per se primò respicit individuas personas præstantes mutuam corporum traditionem, conferunt personæ ad substantiam contractûs matrimonialis, proinde error personæ contractum irritat, eò quia fit circa substantiam contractûs, ut notant Hostiensis *summa 1. de matrim. n. 26.* Alexander de Nevo *c. 2. n. 9. de conjug. servor.*

§. V.

De Impedimento voti.

1 VOtum duplex est, solemne unum, alterum simplex; illud duobus modis emittitur, vel per susceptionem ordinis sacri, vel per professionem solemnem in religione approbata emissam. Votum simplex etiam duobus modis emitti potest. Primò extra professionem cujusvis religionis approbatæ, vel in religione, ut in societate Jesu post biennium. Certum est, matrimonium initum, & etiam consummatum post solemnem professionem emissam in religione aliqua approbata esse nullius valoris, ut definitum fuit in pluribus Concilijs Calcedonensi *can. 16.* Toletano *1. c. 16.* & Tridentino *sess. 24. de matrim. can. 9.* Hoc idem etiam habetur *in c. consuluit de convers. conjug. c. meminimus. c. fin. Qui clerici vel voventes. c. unic. de voto, & voti redemption. in 6.* & *element. unic.* & fusè probat Bellarminus in controvers. *lib. 2. de Monach. 2. c. 22.* ubi duo occurrunt notatu digna. Primum quòd votum, ut vim habeat dirimendi matrimonium postea initum, emissum sit juxta formam traditam à Concilio Tridentino *sess. 25. c. 15. de Regul.* adeò ut emissum sit post 16. ætatis annum completum, & peracto toto anno probationis post susceptionem habitûs. Alterum est, quòd præter nullitatem matrimonij Religiosi professi scienter matrimonium contrahentes sint ipso facto excommunicati, ut liquet ex *clement. unic. de consanguin. & affinit.* Imò si quis contraheret cum Moniali esset etiam plectendus capite ex jure civili in *l. si quis. C. de Episcop. & cleric.*

2 Difficultas est, quo jure matrimonium per votum solemne antea emissum sit nullum. Respondetur, tale matrimonium esse irritum jure divino naturali, ut docent communiter Canonistæ, & Theologi cum D. Thoma *in 3. p. q. 53. art. 2.* Idque ex eo evincitur, quia religiosus per votum solemne abdicavit se dominio suæ personæ, illúdque tradidit Deo, ex quo sequitur, quòd postea translatio dominij sui ipsius in alium conjugem facta per matrimonium sit jure divino, & naturali irrita, quia nemo dare potest alteri, quod non habet, & cùm Religiosus per solemnem professionem, se totum Deo donaverit, non habet ampliùs dominium in se ipsum; proinde non potest ampliùs se donare alteri, consequenter neque inire matrimonium; cùm per talem contractum unus conjux det dominium sui corporis alteri, & vicissim.

3 Idque ex eo etiam convincitur, quia ideo secundæ nuptiæ priori conjuge vivente contractæ sunt jure naturæ invalidæ, quia conjux non habet ampliùs dominium sui corporis cum illud dederit priori conjugi ex vi primi contractus matrimonialis cum illo initi, semel enim, quòd quis non habet dominium rei non potest illam alteri dare, cùm nemo det, quod non habet: ergo cùm per matrimonium spirituale, seu professionem solemnem emissam in approbata religione Religiosus se totũ Deo dederit specialiter, non potest ampliùs alteri se dare, quia non habet ampliùs tale dominium, quo possit se alteri dare: hinc *in c. si quis sacro. 27. q. 1.* statuitur, quòd contrahentes post solemne votum emissum in religione approbata separandi sint verbo Domini, & authoritate canonica, dicitur verbo Domini, quia de jure divino tale votum irritat matrimonium subsequens. Unde Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. can. 9.* ait: *Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos matrimonium contrahere, contractúmque esse validum, non obstante lege ecclesiastica, & voto anathema sit.* Et hæc nullitas ex Concilio oritur à voto solemni sive religionis, sive castitatis annexæ ordini sacro, & est diversa ab illa nullitate, quæ provenit ex lege ecclesiastica, proinde debet nullitas ut distincta ab illa, quæ oritur ex lege ecclesiastica oriri ex jure divino, & ex natura talis voti etiam secluso quocunque ecclesiastico jure.

4 In contrarium tamen opponi potest, quia traditio facta per matrimonium non pugnat cum ea, quæ fit per professionem, quia possunt de facto simul reperiri, cùm possit unus conjux de licentia alterius validè religionem profiteri, imò etiam sine illius licentia si alter commiserit adulterium, & nihilominus in hoc casu non dissolvitur vinculum matrimonij, sed simul cùm voto religionis perseverat: ergo professio religiosa non dirimit matrimonium jure naturæ, alioquin non possent simul cohærere votum, & vinculum matrimonij. Firmari etiam ex eo potest, quia matrimonium priùs contractum non irritat jure naturæ votum religionis postea emissum, sed potest simul stare cum illo: unde etiam è converso votum solemne priùs factum non irritat jure naturæ matrimonium postea factum, videtur enim utrinque par ratio, quia si matrimonium prius contractum potest reperiri simul cum voto religionis, & cùm solemni professione religiosa postea amissa, adeo ut traditio facta per votum sit valida non obstante

prio-

priori traditione facta per matrimonium, ita poterit simul reperiri cum solemni religiosa professione priùs emissa matrimonium postea contractum, adeo ut non obstante prima traditione facta per votum, possit etiam fieri secunda per matrimonium.

5 Sed contra, quia matrimonium potest dupliciter considerari. Primò inchoativè, & in fieri. Secundò in facto esse, & postquam est legitimè contractum: si consideretur priori modo in fieri, adversatur ex natura rei præcedenti professioni, adeo ut cum illa priùs emissa nullo modo possit cohærere, nec simul esse in eodem subjecto: sin autem consideretur in facto esse, potest simul cohærere cum professione valida subsequente factâ post initum matrimonium: ex quo fit, quòd quamvis matrimonium priùs contractum possit reperiri simul cum solemni professione religiosa postea emissa; non tamen vice versa, quòd post solemnem professionem possit matrimonium contrahi: quia in hoc secundo casu matrimonium assit in fieri, quod repugnat cum solemni voto religionis; & in primo casu sumitur matrimonium in facto esse, quod non repugnat cum tali solemni voto: hinc non obstante priori traditione facta per matrimonium potest fieri secunda traditio per votum solemne religionis; non è contra post primam traditionem factam per votum solemne religionis potest fieri secunda traditio per matrimonium; ex quo patet solutio ad argumentum, & ejus confirmationem.

6 Ratio autem, cur matrimonium in fieri repugnet cum voto solemni religionis, non ita in facto esse, est, quia ut matrimonium validè contrahatur in fieri requiritur, ut inter conjuges fiat vera translatio dominij propriorum corporum, simul cum potestate, & jure utendi illis, & obligatione ad cohabitationem, & mutua obsequia: & quia hæc translatio dominij, & traditio potestatis proprij corporis repugnat cum professione religiosa; cùm Religiosus per talem professionem transferat in Deum plenum dominium totius sui ipsius simul cum perpetua obligatione abstinendi à quibuscunque venereis, ratione voti castitatis; ideo repugnat post emissam solemnem professionem in religione approbata matrimonium contrahi à tali Religioso, quia id perinde esset, ac velle, & non velle abstinere à quibuscunque venereis, quòd est contradictorium. Secus postquam matrimonium est validè initum inter personas habiles, seu si consideretur in facto esse, possunt conjuges renuntiare suo juri acquisito in corpus alterius ex vi contractûs, proinde in perpetuum abstinere, non obstante matrimonio, ab ejus usu, & omnibus venereis, ac servare castitatem, unde matrimonium in facto esse, tunc non pugnat ex natura rei cum solemni professione: quia prima traditio cùm non reducatur ad actum quoad usum matrimonij non pugnat cum secunda, sed potius conjuges renuntiantes primæ se obligant ad secundam.

7 Dices, eatenus matrimonium in fieri, repugnat cum solemni professione priùs emissa in religione approbata, quia per talem professionem Religiosus jam totum se Deo dedit, & abdicavit se dominio sui ipsius: sed hæc ratio non videtur urgere, quia etiam servitus antecedens dicit hanc carentiam dominij, cum servus ratione servitutis non sit dominus sui corporis, cùm sit prius Domino traditus, perinde ac Religiosus ratione voti Deo: atqui servitus antecedens non adversatur ex natura rei matrimonio, ergo nec votum solemne.

Sed contra, est enim discrimen de traditione, 8
quæ fit per servitutem, & quæ per matrimonium, sunt enim traditiones diversæ rationis, non solùm quantum ad rationem vinculi, quo servus est adstrictus Domino, & conjugi: verùm etiam quantum ad rationem juris, & potestatis, quam Dominus habet in servum, & conjux in corpus alterius conjugis; opera enim quæ servus debet suo Domino sunt omnino diversa ab ijs, quæ unus conjux debet alteri: secus opera debita conjugi per matrimonium sunt omnino eadem cum illis, à quibus ratione professionis debet Religiosus abstinere: siquidem ratione matrimonij conjux dat dominium sui corporis alteri, & acquirit jus super corpus alterius in ordine ad usum matrimonij: & per solemnem professionem Religiosus jam se obligavit ad omnino abstinendum à tali usu, & ab omnibus venereis: hinc patet discrimen cur servitus antecedens non adversetur matrimonio ex natura rei; cui tamen adversatur professio religiosa, quia hæc omnino tollit, quæ matrimonium subsequens ponit; non ita servitus antecedens negat opera, quæ ponuntur per subsequens matrimonium, quia opera, quæ à servo debantur Domino, sunt omnino diversa ab illis, quæ conjuges ratione matrimonij exercent simul.

Votum tamen simplex, aut etiam juramen- 9
tum castitatis, aut religionis, vel suscipiendi sacros ordines, vel non nubendi non dirimit matrimonium, quod subsequitur, quamvis illud sub mortali impediat. Ratio est, quia per votum simplex non fit traditio corporis, nec translatio dominij illius in Deum, sicut per votum solemne, sed solùm est nuda promissio: unde post votum simplex, adhuc manet apud promittentem verum dominium sui corporis, quod propterea potest per contractum matrimonialem transferre in alium saltem validè, quamvis non licitè, & peccet, qui post votum simplex castitatis matrimonium contrahit. Quòd si dicas, votum simplex non minus obligare apud Deum, quàm solemne, ut habetur in *c. Rursus 6. qui clerici, vel voventes* ubi Cœlestinus III. rescripsit, quòd qui vovit castitatem, si postea juret, aliquam ducturum, debeat votum servare, & assignat rationem, quia votum simplex non minus obligat apud Deum, quàm solemne, & injungit pœnitentiam pro juramento temerario ipsi juranti.

Sin autem de præsenti contraxit tener ma- 10
trimonium, quia votum simplex licèt impediat, non tamen dirimit matrimonium, unde Pontifex *in d. c.* etiam respondet objectioni, & assignat discrimen inter votum simplex, & solem-

ne,

ne; quia iſtud ſimul impadiat, & dirimat matrimonium ſi contrahatur poſt votum ſolemne. Secus votum ſimplex tantùm impadit, non dirimit matrimonium quòd poſteà contrshitur.

11 Hinc patet ſolutio ad argumentum, quia tametſi utrumque votum ſimplex, & ſolamne obliget ſub mortali; non tamen ſimplex dirimit matrimonium ſicut ſolemne. Quòd ſi quæratur, cur ſolemne illud dirimat; & non ſimplex; reſpondetur id oriri ex natura rei; eò quia in voto ſolamni ſit traditio totius voventis in Deum, hæc enim traditio ex natura rei contrariatur matrimonio poſteà contrahendo, quia illud idem, quod votum tollit, matrimonium ſubſequens ponit. Secus per votum ſimplex cùm non fiat hæc traditio, non dirimit matrimonium, ſi poſtea contrahatur, eſt enim votum ſimplex tantùm pura promiſſio abſque traditione.

12 Si inſtes, votum ſimplex caſtitatis irritata ſponſalia ſi poſtes contrahantur, proinde etiam irritare matrimonium. Contra eſt, negatur conſequentia ob diſcrimen inter ſponſalia, & matrimonium, quia per ſponſalia promittens obligatur ad rem, quam ſine culpa implere non poteſt, quo fit, ut talis promiſſio ſit nulla, quia nemo tenetur ad illicitum; ſecus per matrimonium, quamvis ſi qui vovit ſimpliciter caſtitatem peccet lethaliter, ſi illud contrahat, poſtquam tamen eſt contractum non ampliùs obligatur ad rem illicitam, quia redditio debiti, ad quam obligantur conjuges fit abſq; ullo peccato; unde patet diſcrimen inter ſponſalia, & matrimonium initum; quia illa referuntur ad matrimonium quod ſtante voto caſtitatis non poteſt licitè iniri: ſecus matrimonium quamvis illicitè initum, quia tamen fuit validè contractum, ordinatur ad ipſam redditionem debiti, quæ ſtante validitate matrimonij licita eſt.

Dices, obligationem fortiorem infringere
13 debiliorem; & obligationem ortam ex voto etiam ſimplici eſſe fortiorem aliâ orta ex matrimonio; quia illa eſt obligatio immediata ad Deum, hæc ad hominem; proinde obligatio voti utpote fortior, debet extinguere obligationem ortam ex mattimonlo.

Sed contra, quia tales obligationes ſunt in di-
15 verſis rationibus & tunc quæ fortior eſt tantùm ſuſpendit uſum alterius, & quia obligatio orta ex voto ſimplici fortior eſt ratione illius, cui fit obligatio, ſeu Dei, idao ſuſpendit uſum juris, & poteſtatis patendi debitum, quod oritur ex matrimonio: at ex parte modi obligandi, obligatio orta ex voto ſimplici eſt debilior, quia per votum ſimplex tantùm fit pura promiſſio ſine traditione: & per matrimonium fit promiſſio integra, ſcilicet promiſſio, & traditio rei promiſſæ ſimul. Hinc in ordine ad reddendum debitum obligatio orta ex matrimonio ſuſpendit eam, quæ provenit ax voto ſimplici.

16 Si inſtes, in voto ſimplici etiam fieri traditionem, & acceptationem non minus, quàm in ſolemni, proinde ſi votum ſolemne antecedens matrimonium illud irritat; hoc idem etiam præſtabit votum ſimplex: etenim quòd fiat traditio per votum ſimplex liquet; quia quantum eſt ex parte voventis nihil amplius facare videtur, qui intra religionem coram Prælato vovet, quàm qui extra ſoli Deo, cùm enim ſit homo Dominus ſuæ libertatis, poteſt ſe Deo mancipare, etiam per votum extra religionem, ſéque illi tradere, perinde ac poteſt quilibet homo alteri ſe tradere: unde in voto ſimplici habetur vera traditio rei, quæ Deo vovetur: quod etiam ex parte Dei habeatur acceptio probarà poteſt ex *regul. 43. de regul. jur. in 6. qui tacet conſentire videtur*, cùm Deus ſit ubique præſens, & votum ſimplex ei ſummè placeat, ſequitur, quòd Deus cenſeatur illud acceptare, & cum vovente paciſci. Tum quia ſi Deus non acceptaret vota ſimplicia ſibi facta, non eſſet illorum violatio peccaminoſa, quod eſt abſurdum.

Quòd ſi dicas, Deum accaptare quidem 16
promiſſionem, non verò traditionem dominij ſibi oblati, & ſic voti violationem eſſe peccatum contra virtutes religionis, & fidelitatis, non contra juſtitiam; id non niſi gratis dicitur, quia ſine ſufficiente fundamenro dicitur Deus accaptare ſolam promiſſionem, non verò traditionem dominij ſibi oblatam. Reſpondetur igitur ad objectionam in voto ſimplici voventem non plus dare Deo, quàm quod intendit, nec plus ſe obligare, quàm habeat in intentiona: atqui in voto ſimplici vovens tantùm intendit, ſe obligare per nudam, & ſimplicem promiſſionem, quam ſolam dat Deo, qui ratione illius ſpeciala jus acquirit in voventem; non verò intandit per votum ſimplex traditionem ſui dare, ſicut ſi inter homines promittat quis dare ſuum equum Franciſco, non tamen unà cum promiſſione fit traditio equi, ſiquidem potaſt traditio fieri poſt promiſſionem prout promittenti libuarit, vel juxta ejus obligationem: ita qui ſoli Deo vovet voto ſimplici, offert illi quidam dominium rei promiſſæ, & quantum eſt in ſe, habet affectum eam tradendi; nihilominus in executiona illam non tradit, idque defectu acceptationis ex parte Dei, qui ſolùm tunc cenſetur acceptare promiſſionem; quam intendit vovens; non verò ipſam traditionem; & diſcrimen, cur in voto ſolamni acceptet Deus ſimul promiſſionem, & traditionem: & in voto ſimplici ſolam promiſſionam, & non traditionem; oritur ex diverſa natura utriusque acceptionis, qoia acceptio promiſſionis ex natura ſua ad id tantùm ordinatur, ut promittens maneat adſtrictus ad ſervandam fidem, ſervando tamen apud ſe dominium rei promiſſæ, & jus illâ utendi: acceptio verò traditionia ordinatur ad acquiſitionem dominij rei traditæ.

Si petas, quomodo explicari poſſit; quòd 17
Deus in voto ſimplici ſolam acceptet promiſſionem ſine traditiona; & in ſolemni promiſſionem, & traditionem ſimul. Reſpondetur, id poſſe explicari, quia Deus, cùm da potentia, & lega ordinaria non utatur creaturis ſe ſolo immediatè, ut cauſa particularis, ſed tantùm ut univarſalis: idao non admittit ſe ſolo, & immediatè traditionem ſibi factam per votum ſimplex,

plex: neque accipit peculiare dominium rei oblatæ ultra id, quod sibi competit, ut causæ primæ, & universali: quia ut causa particularis non nisi mediante creatura sensibili acceptat traditionem rei promissæ: quo pacto si quis offerat in cultum Dei munus aliquod, Deus non nisi per suum ministrum ecclesiasticum illud acceptat, adeo ut sit ipse superior ecclesiæ, vel monasterij, qui nomine Dei acceptet traditionem rei oblatæ: hinc traditio non potest alteri fieri, nisi illi ecclesiastico, qui nomine Dei rem traditam acceptat: & quia in voto simplici vovens non tradit superiori ecclesiastico rem promissam Deo; nec superior acceptat traditionem rei promissæ per votum, clarè constat, in voto simplici Deum non acceptare traditionem rei promissæ, sed tantùm ipsam promissionem, quâ promittens se liberè obligat Deo: & in voto solemni acceptare non solùm promissionem, sed etiam ipsam traditionem rei promissæ, quia in voto solemni superior ecclesiasticus sensibiliter nomine Dei acceptat traditionem.

18 Idque ex eo firmari etiam potest, quia humanus contractus non perficitur, nisi per traditionem, & acceptionem non utcunque, sed humano modo factam: & non fit humano modo, nisi ii, si contrahentes humano modo contrahant, scilicet per signa, vel verba sensibilia: & quia Deus non nisi humano modo acceptat traditionem rei promissæ, se accommodando hominibus, & causis secundis id non facit, nisi mediante persona visibili, quæ suo nomine acceptet; ut contingit in voto solemni, quod emittitur in manu Prælati acceptantis nomine Dei tale votum.

19 Non tamen sufficit, si votum castitatis extra religionem approbatam emittatur in manu alterius hominis acceptantis, ut sit solemne; vel etiam in religione approbata in manu alterius non Prælati, nec vices Prælati gerentis: quia cùm talis promissio fiat Deo, non potest acceptari à quocunque homine, sed tantùm ab eo, qui vices gerit Dei, seu superioris ecclesiastici in eo loco, & Ordine, in quo vovens emitrit suum votum.

20 Si dicas, Deum per immensitatem esse ubique præsentem, proinde per se acceptare immediatè traditionem rei promissæ. Contra est, quia illa præsentia per immensitatem non cadit sub nostros sensus, & Deus non acceptat talem traditionem nisi factam sensibiliter, & humano modo: hæcque est ratio, cur simplex promissio Deo facta non transeat in pactum, sicut ea, quæ fit homini: & cur votum simplex castitatis non dirimat matrimonium; sicut solemne: quia cùm per votum simplex traditio nō acceptetur à Deo, ideo potest vovens traditionem sui corporis alteri tradere non licitè, sed tantùm validè, quia votum simplex licèt non dirimat, impedit tamen matrimonium.

21 Cæterum quando diximus, votum simplex castitatis non dirimere matrimonium, id procedit de jure communi, quia de jure particulari Gregorius XIII in Bulla, cui initium est: *Ascendente JEsu* in favorem societatis JEsu speciali jure correxit jus antiquum commune, & declaravit, vota simplicia in illa societate post biennium novitiatûs emissa irri are matrimonium, adeò ut si post emissa talia vota simplicia aliquis clericus ex illa societate exuat habitum, & nubat, matrimonium sit nullum ex vi voti simplicis castitatis emissi: quia tametsi tale votum sit simplex quatenus traditio non acceptatur à superiore nomine Dei, & possit superior semper dimittere è societate eum, qui talia vota emisit, si justæ subsint causæ: nihilominus hujusmodi vota simplicia post biennium emittuntur in illa societate coram testibus, & post maturam deliberationem, seu post biennium probationis: & ipsi voventes ratione talium votorum mutant statum sæcularem in regularem, novóque speciali titulo se ecclesiæ subjiciunt, ratione cujus pertinent ad forum ecclesiasticum, à quo possunt compelli judicialiter ad servandam fidem per vota emissa datam: hæc autem omnia cessant in aliis votis simplicibus à sæcularibus emissis extra religionem: cùm hæc vota frequenter fiant privatim sine testibus, sine matura deliberatione; & ratione illorum voventes non mutent statum sæcularem in religiosum; nec magis subjiciantur ecclesiæ, quàm ante emissum votum, adeò ut in foro judiciali non possint compelli ad observantiam voti: hinc assignatur etiam ratio, cur votum simplex castitatis emissum post biennium in societate JEsu irritet matrimonium, non verò si emittatur extra societatem à viro sæculari.

Tum quia in voto simplici emisso post biennium in societate habetur etiam vera traditio, & acceptio ex ipsa decisione Gregorij XI I. in præfata Bulla *Ascendente JEsu*: & tantùm hæc traditio, & acceptio differt ab illa, quæ fit per votum solemne; quia hæc est plenior, & totalis; & traditio, ut etiam acceptatio in voto simplici emisso post biennium in societate est simplex, quatenus licèt societas acceptet tale votum, non ita tamen, ut se obliget ad nunquam recedendum: quia sibi reservat potestatem resiliendi, & dimittendi voventem, si justa subsit causa, & per hoc traditio hæc, & acceptatio differt ab illa, quæ in cæteris religionibus habetur in votis solemnibus, quæ emittuntur ab aliis Religiosis. 22

§. VI.

De Crimine, & cultûs disparitate.

1 Crimina, quæ matrimonium dirimunt, oriuntur ex homicidio, & adulterio juxta varias occurrentes circumstantias; & quatuor solent recenseri. Primum est occisio conjugis simul cum adultero. Secundum sola occisio conjugis cum intentione ducendi alteram. Tertium solum adulterium cum promissione contrahendi matrimonium cum adultera, si maritus moriatur. Quartum solum adulterium cum matrimonio de præsenti. Juvat observare, hoc impedimentum criminis esse solo jure eccle-

ecclesiastico introductum ad evitanda homicidia, & adulteria, & ad consulendum incolumitati conjugum, eorúmque mutuæ fidelitati: potuit ecclesia ob bonum commune hoc impedimentum dirimens matrimonium apponere; adeo ut illo stante matrimonium invalidè contrahatur. Quòd verò hoc impedimentum fuerit ab ecclesia introductum, liquet, quia matrimonium David cum Betsabea post adulterium, & occisionem Uriæ validum fuit seclusâ quavis dispensatione; quia non fuit impedimentum contra jus divinum; & impedimentum ecclesiasticum tunc nondum existebat, ut notat Gratianus *in c. si quærit. 31. q. 1.*

2 Certum est, eum invalidè contrahere matrimonium; qui post commissum adulterium conjugem suum occidit, ut eum adultero contrahat; idque desumi *ex c. super hoc 3. de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium*, ubi Alexander III. declaravit, quòd qui vivente uxore cum alia de facto contraxit, si ista adultera sit, & machinata in mortem conjugis, adeò ut adulter fidem dederit; quòd prima defuncta eam duceret; secundùm jura non possit eam habere: & desumitur etiam *ex c. significâsti 6. eod. tit.* ubi Innocentius III. declaravit, eum, qui vivente uxore habuit copulam cum altera, mortua uxore, si non præcessit fides, vel machinatio, posse eam ducere: unde à contrario sensu valet argumentum, si præcessisset fides, vel machinatio, nullum est matrimonium.

3 Et hoc procedit solùm quando vir uxorem occidit, quia jura de occisione uxoris tantùm loquuntur, imò ad contrahendum hoc impedimentum non est necesse; quòd conjux proprius, & propriis manibus occidat alterum conjugem, sed sufficit, si consilio, & mandato; & per alium eum occidat: si tamen non jussisset occisionem, sed tantùm ratam habuisset; non contraheret hoc impedimentum, ut notat Sanchez *lib. 7. disp. 78. num. 6.* ubi ait, ratihabitionem occisionis conjugis factæ non sufficere ad contrahendum hoc impedimentum, quia ratihabitio ex sola fictione juris retrotrahitur, & æquiparatur mandato; sed ut fictio locum habear, requiruntur duo extrema habilia ad illum actum exercendum, adeo ut qui nomine infantis hominem occidit, si infans major factus ratam habeat occisionem, nequit illa ratihabitio retrotrahi, quia infans nequibat tunc mandare. Pari pacto concesso termino ad aliquid agendum; si amicus nomine alterius id præstitit, transacto termino non prodest ratihabitio alterius. Ratio est, quia post terminum non poterat id verè efficere defectu mandati, proinde nec fictè *l. bonorum. ff. rem ratam haberi*: atqui jura ad hoc impedimentum contrahendum exigunt machinationem ad inferendam necem conjugi: unde quoties hæc machinatio non præcedit; ratihabitio secutæ necis non potest retrotrahi, ut notant Glossa *c. si quis vivente. V. occidisse. 31. q. 1. & c. 1. in fin de convers. fidelium.* & ibi Hostiensis, Joannes Andreas, Abbas, Ancharanus, & plures alij, quos refert, & sequitur *loc. cit.*

Imò aliquot requiruntur conditiones, ut ex hoc crimine contrahatur impedimentum dirimens; quarum prima est, ut prævia machinatio suum sortiatur effectum, si enim maritus mortem uxori machinetur, si tamen eam non occiderit, nec per se, nec per alium, sed mortua fuerit naturaliter, potest adulter matrimonium cum adultera postea inire; quia in *c. si quis vivente 36. q. 1.* ubi hoc impedimentum statuitur, requiritur actus consummatus. Secunda ut sit occisio uxoris, adeò ut si uxor virum interficiat ad contrahendum cum adultero nullum incurratur impedimentum, eò quia jura *in c. super hoc*, & *c. significâsti de eo, qui duxit, quam polluit.* loquuntur tantùm de interfectione uxoris; & quia hoc impedimentum est odiosum, & in pœnam criminis appositum, non est extendendum, quando uxor virum occidit; præsertim cum hic casus non nisi rarissimè accidat, ut docent Ledesma *2. p. dis. 4. q. 62. art. 2.* Victoria *in summa. de matrim. n. 292.* 4

Verùm probabiliùs putârim, hoc impedimentum dirimens etiam contrahi ab uxore, si maritum occidat animo nubendi adultero: quia est utrinque par ratio. Tum quia *in c. si quis vivente 31. q. 1.* etiam includitur uxor, si virum occidat, ut nubat adultero; & ita docent Sotus *in 4. dist. 37. q. unic. art. 4. col. 3.* Bellarminus *lib. 1. de matrim. c. 22.* Glossa *in fin. c. fin. de eo, qui duxit.* Abbas *c. 1. n. 3. eod. tit.* Alexander de Nevo *c. significâsti. num. 3. eod. tit.* Non enim videtur esse major ratio de uno conjuge, quàm de alio; neque, quòd conjux rariùs occidat maritum animo nubendi adultero, id eam liberat ab hoc impedimento incurrendo, quia semper est idem crimen, & ex eodem fine perpetratum, quod enim rariùs contingat, non variat speciem. Tertia conditio est, ut cum machinatione mortis interveniat etiam adulterium, quando solus alter conjux alterius conjugis mortem machinatur; potest si sic vir aliam uxorem ducere, si hæc non fuit machinata simul viro eamdem mortem, secus est, quando conjux, & alter eum quo matrimonium est ineundum machinantur alterius conjugis mortem. 5

Verùm hæc conditio à pluribus negatur, eò quia hoc impedimentum contrahatur juxta canonea, qui non exigunt adulterium, ut *in c. de convers. infid.* ubi nulla de adulterio fit mentio, sed tantùm de occisione: quia ratio hujus impedimenti est ne ob matrimonij spem detur occasio conjugi interficiendi suum conjugē, & hæc occasio daretur, si occiso conjuge eum intentione nubendi alteri, posset sine impedimento eidem nubere: unde rationi consonum est, ut hoc impedimentum etiam contrahatur ex sola conjugis interfectione, etiam absque adulterio. Verùm ad id quatuor requiruntur. 6

Primò ut uterque ad occisionem cooperetur, & desumitur *ex c. laudabilem de convers. infid.* sive per se ipsos conjugem occidant, sive per alium præcipiendo, consulendo, aut quovis alio modo adjuvando: quia si alter solùm mortem conjugis machinetur sine scientia, & consilio alterius non contrahitur impedimentum, ut 7

ten-

censent nonnulli, ea innixi ratione, quia impedimenta dirimentia utpote odiosa restringenda potiùs sint, quàm amplianda. Verùm alij contrarium sentiunt, eò quia jure opponant hoc impedimentum, ne uxor in necem alterius machinetur animo nubendi alteri, ut si vir venenum propinet uxori, ut aliam ducat, etiamsi nondum cum ipsa sit adulteratus; hæc enim causa finalis semper urget, etiamsi solùm conjux machinatur in necem alterius.

8 Secundò requiritur, ut homicidium perpetretur cum intentione nubendi alteri.

9 Tertiò, ut mors sequatur ex vi inflicti vulneris, aut propinati veneni, quia si mors sequatur ex culpa medici, vel alterius conjugis infirmi non dirimit matrimonium subsecutum.

10 Quartò, quòd matrimonium priùs contractum sit legitimum, quia si fuerit irritum quamvis bona fide putaretur validum, non esset impedimentum dirimens: ratio est, quia jure hoc impedimentum introducentia exigunt occisionem conjugis, & conjux non est nisi per matrimonium validè initum.

11 Quarta conditio est, ut interfectio conjugis fiat fine ineundi matrimonium cum altero; quia si fiat alio fine, non est impedimentum dirimens. Verùm hæc conditio non placet pluribus, nec immeritò, quia finis inductionis hujus impedimenti, fuit, ne conjux in vitam alterius machinaretur: unde sufficit, si conjux ex odio, vel aversione in conjugem eum occidat, vel per inflictum vulnus, vel per propinatum venenum, ut possit alteri nubere etiam in generali; quia tunc concurrit machinatio necis, cum effectu, & animo contrahendi cum alio etiam in genere, quia jura, tantùm intendunt impedire homicidia inter conjuges.

12 An verò adulterium cum promissione futuri matrimonij sit impedimentũ dirimens? Respondetur affirmativè, adeò ut si, cum adulterio jungatur promissio contrahendi cum adultero post mortem conjugis, irritum sit matrimonium, cum ipso postea contractum, & desumitur ex *c. relatum 31. q. 1. c. veniens*, & *c. final. de eo, qui duxit, quam polluit*, idque ne spe futuri matrimonij detur occasio machinandi conjugis necem.

13 Verùm ad id requiruntur aliquot conditiones, quarum prima est, ut matrimonium priùs contractum fuerit validum, quia adulterium tantùm existimatum cum promissione futuri matrimonij non esset impedimentum, ut habetur in *c. 2. de eo, qui duxit, quam polluit*, & ratio est, quia verum adulterium non habetur, nisi adulter validum contraxerit matrimonium cum alio.

14 Secunda, ut simul concurrent adulterium, & promissio, nec requiritur si hæc sit jursmento firmata, quia nuda promissio sufficit.

15 Tertia, ut adulterium, & promissio habeantur durante priori matrimonio, quia post mortem conjugis non causaret impedimentum.

16 Quarta, ut promissio manifestetur signo aliquo sensibili, quia si sit purè interna, & alteri occulta non det occasionem procurandi necem conjugis: sed debet promissio necessariò manifestari per signum aliquod sensibile. Imò quamvis fictè ita manifestaretur, adhuc sufficeret ad inducendum impedimentum, quia fictio lateat; & illud signum sensibile dat occasionem ad occisionem conjugis.

Quinta, ut promissio sit mutua, vel saltem unius, & accepta ab altero. 17

Sexta, ut uterque adulter cognoscat matrimonium alterius, qui conjugatus est, 18

Quod verò ad impedimentum ortum ex cultûs disparitate attinet. Certum est, matrimonium baptizati cum non baptizato esse nullum ob disparitatem cultûs, seu religionis, & desumitur ex Concilio Toletano III. *c. 14.* & Lateranensi II. *c. 19.* verùm in hisce juribus solùm videtur prohiberi matrimonium inter dispares cultu, ut illicitum, non verò ut invalidum. Nihilominus licèt non reperiatur expressè lex scripta, quæ declaret ex cultus disparitate matrimonium esse irritum: id tamen satis constat ex consuetudine, & praxi ecclesiæ à temporibus Apostolorum: hæc enim consuetudo ab initio ecclesiæ introducta, & accepta vim legis obtinet. Ecclesia autem hujusmodi matrimonia irritavit, quia inconveniens omnino est, quòd fidelis, & christianus matrimonium contrahat, quod non sit sacramentum: eo autem ipso, quòd ambo contrahentes non sunt baptizati contractua matrimonialia non est sacramentum, quia Christus non nisi contractus matrimoniales inter fideles baptizatos initos elevavit ad esse sacramentum: unde fidelis contrahens cum infideli non conficeret sacramentum contra Christi institutionem. 19

Cæterum hoc impedimentum dirimens ortum ex cultûs disparitate, introductum fuit tantum ab ecclesia: quia jure naturæ tale matrimonium non est irritũ, sed tantùm illicitum, nisi urgens necessitas excuset: siquidem non defuerunt fideles, qui cum in fidelibus matrimonium inierint; & tamen in scripturis non reprehenduntur: sic Jacob nupsit filiabus Laban, quæ fuerunt idololatræ: Joseph cum filia Putipheris: Moyses cum filia Jetri Æthiopissa: Esther cum Assuero gentili. Imò neque tale matrimonium est illicitum jure divino positivo novæ legis evangelicæ: quia temersi hoc jure prohibitum sit matrimonium Christianorum cum gentilibus dicente Apostolo *2. ad Corinth. 6. nolite jugum ducere cum infidelibus*, non tamen extet ullum jus divinum, quo irritetur tale matrimonium, præsertim in nova lege evangelica, in qua Christus non dedit ulla præcepta morum, sed tantùm fidei, & sacramentorum: hinc quia Pontifex potest dispensare super impedimentis positis ab ecclesia, ita posset dispensare ex gravissima causa, ut fidelis infideli nuberet, ut notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 71. num. 10.* & quamvis Christus elevaverit contractum matrimonialem initum inter fideles ad esse sacramentum; non tamen est juris divini, ut omne matrimonium cujusvis Christiani, si contrahatur cum infideli, sit sacramentum, sed solùm, ut initum inter duos fideles. 20

21 Hinc matrimonium initum inter baptizatum, & cathechumenam, est irritum, ut expressè habetur *in c. cave 28. q. 2. juncta Glossa V. si Christiana.* Est etiam irritum matrimonium hæretici cum fœmina Turca, Judæa, vel gentili, quia hæreticus est baptizatus, & subjicitur legibus ecclesiæ.

22 Quòd si petatur, quo jure disparitas cultûs matrimonium dirimat. Respondetur solo jure ecclesiastico, siquidem non dirimit jure naturæ, nec jure divino, proinde solo jure humano ecclesiastico, & licet hoc jus nullibi habeatur expressè, constat tamen ex insolita ecclesiæ consuetudine, quæ vim legis habet.

23 Quòd si dicas, matrimonium initum inter fidelem, & infidelem adversari fini primario matrimonij, proinde esse irritum jure naturæ; siquidem pugnat cum recta filiorum educatione; quia filij à parentibus cultu disparibus non possunt benè educari. Tum quia rara inter cultu dispares est concordia, & rarior benevolentia, ac rarissima quieta cohabitatio. Tum quia recta ratio dictat, vitandas esse occasiones peccandi; sed si fidelis mulier contrahat cum viro infideli, se injicit in occasionem idololatriæ; proinde cùm tale matrimonium sit contra rectam rationem, adversatur legi naturæ.

24 Sed contra quia ex inde tantùm sequitur, matrimonium fidelis cum infideli jure naturæ esse prohibitum, non verò esse eodem jure irritum: & ratio est perspicua, quia non tollit omnino consecutionem finis matrimonij, seu susceptionem prolis; sed tantùm reddit difficilem educationem. Natura enim primariò, & per se intendit multiplicationem individuorum, ut propagetur, & conservetur species humana, & hic finis habetur, quamvis fidelis cum infideli matrimonium ineat, quia nil obstat, quin filios generent, & finem primarium naturæ assequantur: unde hoc impedimentum dirimens ortum ex cultûs disparitate tantùm est de jure ecclesiastico, adeo ut in lege veteri antequam esset jus ecclesiasticum fideles cum infidelibus matrimonium inierint, ut Joseph cum filia Putipharis: Jacob cum filiabus Laban: Esther cum Assuero gentili: non enim tunc cultûs disparitas dirimebat matrimonium.

25 Si dicas *Deuter. 7.* interdici Hebræis matrimonium cum gentilibus, & tale præceptum fuisse partim morale, ne scilicet fidelis subduceretur, ut diis alienis serviret; ergo etiam nunc obliget, quia præcepta moralia antiquæ legis non fuerunt abrogata: Tum quia *lib. 1. Esdra. c. 9. & 10.* separati sunt Hebræi ab uxoribus, quas duxerant: ergo quia præceptum Deuteronomij revera non fuit solùm prohibens, sed etiam irritans. Tum quia Apostolus *2. ad Corinth. 6.* scribit: *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, seu matrimonium inire. Tum quia Christus jure divino elevavit contractum matrimonialem ad rationem sacramenti; proinde voluit, nullum esse matrimonium in ecclesia, quod non sit sacramentum: & quia matrimonium inter cultu dispares initum non potest esse sacramentum ob incapacitatem infidelis: ita neque erit verum matrimonium jure divino.

Sed contra, quia ex allegatis textibus tantùm sequitur, matrimonium inter fidelem, & infidelem esse jure divino prohibitum; non verò jure naturæ invalidum; cùm finis primarius, & principalis matrimonij habeatur, quamvis fidelis cum infideli contrahat. Ad aliud quod adducitur ex Esdra, ubi præceptum Deuteronomij dicitur non solùm prohibens, sed etiam irritans, respondetur, illud præceptum quatenus irritans fuisse cæremoniale, & sic fuisse extinctum, ac omnino cessâsse per mortem Christi, sicut & cætera legalia. Ad aliud desumptum ex D. Paulo, respondetur, Apostolum prohibere tale matrimonium, ut illicitum, & etiam ut jure ecclesiastico tunc temporis jam incepto nullum: non verò jure naturæ irritum. Hinc ad ultimum respondetur, Christum elevâsse matrimonium inter fideles initum ad esse sacramentum, non verò irritâsse matrimonium inter infideles initum, quia reliquit matrimonium dispositioni juris naturalis, & etiam ecclesiastici: de jure autem ecclesiastico cultûs disparitas dirimit matrimonium, non verò jure naturæ. 26

Quid verò dicendum sit de matrimoniis, quæ passim in Germania contrahuntur inter catholicos, & hæreticos. Respondetur, talia matrimonia esse quidem valida, sed illicita, nisi gravis causa excuset, & habeatur moralis certitudo, nullum inde secuturum periculum scandali, neque perversionis, neque incommodorum, quæ plerumque ex talibus matrimoniis oriri solent, ut docent Laymen. *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 14. num. 2.* Tanner. *de matrim. disp. 8. q. 4. dub. 5. num. 86.* & desumitur etiam ex D. Thoma *in 4. dist. 34. q. unic. art. 1. ad 5.* Talia matrimonia esse valida docent etiam communiter Canonistæ cum Covarruv. *2. p. de matrim. c. 6. §. 1. num. 4.* & desumitur etiam *ex c. decrevit. 14. de haret. in 6.* ubi statuitur ut, uxores, quæ scienter hæreticis viris nupserunt, priventur dote in pœnam delicti: non tamen, præcipitur, eas separari à viris, quòd si fœminæ non præcipiuntur separari à viris hæreticis, signum est, quòd validè cum ijsdem matrimonium contraxerint. Ratio etiam id suadet, quia cùm uterque contrahentium sit baptizatus, non decuit ita irritum reddi, sicut matrimonium cum infideli, seu non baptizato: sicut etiam si mulier fidelis, & pia matrimonium contrahat cum publico peccatore baptizato, & fideli, matrimonium suum sortitur valorem. 27

Quòd verò tale matrimonium sit illicitum, desumitur *ex c. cave. 15. caus. 28. q. 1.* ubi expressè dicitur, *Cave ne alienigenam hoc est hæreticam uxorem accersas tibi.* Hoc idem etiam prohibet Apostolus *1. ad Corinth. 7. Cui vult, nubat, tantùm in Domino* hoc est cum fideli, unde Apostolus cùm prohibeat aliter contrahi matrimonium inter baptizatos, quàm in Domino, & nubere hæretico non sit contrahere matrimonium in Domino ob periculum subversionis, sequitur, tale matrimonium esse illicitum, præsertim si nulla subsit gravis, & urgens necessitas, quia ministrare sacramentum indigno 28

est

eſt illicitum : et quando Catholicue cum fœmina hæretica, vel è contre matrimonium contrahit, tunc conjux Catholicus miniſtrar hæretico ; ſeu indigno ſacramentum matrimonij, quie Chriſtus alevevit contrſctum matrimonielem Initum inter baptizatus ad eſſa ſacramentum ; proinda conjux fidelis inaundo talem contractum cum hæratico illi miniſtrarat hoc ſecrementum, quod perinda eſſat ac miniſtrere ſecremantum indigno, quòd nunquam eſt licirum.

29 Præteraa matrimonium inltum intar fidelem, & hæraticum, vel hæreticem aſt atiam illicitum jura neturæ ob pariculum pervarſionie conjugie Catholici, & na proles melè aducecor in fide, & etiem ob jurgia, & inaxtingnibilie diſſidia inter ſimiles conjuges, qui non convanientes in fide ; nequa convenient in ijs, quæ ed res domeſticas pertinent. Cæterum ſecluſo omni ſcandalo, & periculo pervarſionis, aliiſque incommodis, & urgens neceſſites ſubſit, poteſt atiem eliquando metrimonium inter Catholicum, & hæreticam, val è contra licitè contrehi, & daſumitur *ex c. non oportet 16. cauſ. 28. q. 1.* & fuit daſumptum ax Concilio Agethenſi. *c. 25.* ubi habatur : non oportas cum hæreticie commiſcare connubie, vel filios, vel filies dere, ſad potiùs accipare, ſi teman profitaantur ſa catholicos fututos. Ratio eriam id videtur ſuedere, quia matrimonium intar catholicum, & hæreticam initum, non videtur ita intrinſacè malum, quin poſſit nonnunquam cohnneſtari, ac proinde licitè iniri ; quie poſſunt in pluribne particularibus caſibus prædicte pericnla, & incommode ceſſare, vel omnino, vel ſeltem ex majori parte. Imò ſi bonum commune inde ſperetur, & ceſſent prædicte pericula, & incommoda, poteſt cetholicus ducere hæreticam.

30 Nequa obſtat præceptum divinum, & neturele de non miniſtrendo ſacramento indignis, ut contingit, quendo cetholicus nubit hæraticæ, vel è contre, quie tunc hæreticus rationa hæreſis ſuſcipit ſacramentum metrimonij in ſtatu peccati lethalis ; proinda ſi nulla ſubſit urgens naceſſitas paccat Catholicus cooparendo paccato illius, & irrogando injuriam ſecramento.

31 Nem contra eſt, quia ſi greviſſima, & valdè urgens cauſe ſubſit, & inda ſperatur bonum commune, ut pax, trenquillitas in republice, val ecquiſitio novi Ragni, vel provinciæ, cum ſpe propegationis fidai Cetholicæ, tunc ſecluſis pericnlis, & incommodis præreceanſitis tele metrimonium ſic initum, videtur induere honeſtatam : nec cetholicus ita contrahens par ſe intendit coopareri peccato alterius, ſed tentùm intendit nubera ob bonum commune, & ed acquirendas novas Provincias, in quibus poſſit fidas catholice propageri, & ſtabiliri : hæ enim rationas finelas videntur cohoneſtara tale metrimonium : quamobrem conjux fidelis tentùm par accidene, & extrinſacè concurrir ad peccatum hæretici ſoſcipientis indignè ſacramentum, quatenue illi exhibet quaſi materiam, & objectum peccati ; ſicut ſi fœmina certò ſciret, virum cum quo matrimonium aſt mox initure eſſa in ſtaru peccati mortelis, adhuc licitè contreheret cum illo, quin non intenderet concurrare ed ſacrilagium ſui ſponſi, ſed tantùm ad Ineundum metrimonium : ſic etiem potaſt quie etiam miniſtrare Euchariſtiem paccatori occulto publicè patenti, ne datagatur peccatû proximi.

32 Si obijcias taxtum delumptum *ex canone 72.* Sextæ Synodi Genaralis, ubi non ſolùm prohibentur, ut illicitæ, ſed etiam cenſentur invalidæ telea nuptiæ catholicæ cum hæretico, vel è contre. Reſpondatur, tele jus jam eſſa ebrogatum præſertim poſt Concilij Conſtantianſis decretum, ubi non prohibetur communicatio cum hæreticis, niſi nominatim excommunicatis, & danuntiatis, ec notoriis clericorum percuſſoribus : in quibus tamen edhuc poteſt diſpenſari. Hinc in Germenie, ubi hæratici præſertim in pluribus civitetibus Imparielibua cum catholicis parmixtè vivunt conſuetudina recepte, & tolerata, licita ſunt conjugie inter catholicum, & hæreticam, vel è contre, dummodo conjugi catholico permittatur liberè, & ſine periculo parvarſionie in fida permanere. Verùm putârim id ſimpliciter non eſſe concedendum, ſi catholicua poſſet commodè cum muliare catholica nuptias contrahare ; & niſi edeſſet greviſſima, & valdè urgens cauſe ineundi tale matrimonium, quie ſina juſta, & urgente canſe miniſtrare ſacramentum indigno eſt ſempar illicitum, & tantùm urgens neceſſitas, na ſuſcipians ſacremantum publicè infametur, ut cum Eucheriſtie miniſtretur peccetori occulto publicè petenti, vel quando ſponſa matrimonium contrehit cum ſponſo, qoem certò ſcit eſſe in ſtetu pacceti mortelis, poteſt cohonaſtare ectum.

33 Cætarum pecte, quæ iniri ſolent intar conjuges hæreticum, & cetholicam, val è contra, ut maras ex patre hæretico hæraſin petris ſequantur, & fæminæ ax matre catholica genitæ fidem catholicam, ſunt omnino impie, & nullius valoris Ratio eſt, quie parentes tenentur indiſcriminatim omnes ſuoe liberos in vera fide educera, nec poſſunt huic obligationi renuntiara: unde ſi mulier catholica nubaret viro hæretico ſine ſpe, quòd vir deberet fidem catholicam amplecti, ſi non permitterat omnes liberos meres, & fœminas educeri in catholica raligiona, licitè non iniret tela matrimonium ; quie educatio prolis pertinat ed finam ſecundarium matrimonij, cui non poſſunt parentes renuntiere.

§. VII.

De Impedimento coactionis, ſeu vis illatæ.

2 INter impedimenta dirimantia matrimonium racenſatur etiam coactio, ſeu violentia, ac matus, qui cedit in virum conſtantem, dummodo metus ſit injuſtè incuſſus à cauſe libara ad axtorquandum conſenſum: adeò ut per metum levem non raddatur metrimonium invelidum, quia in jure non habetur ratio metûs

levis, nisi fortassis tollat omnino consensum, quia tunc matrimonium irritum foret in conscientia, cùm ad ejus validitatem jure naturæ requiratur consensus *c. veniens 2. de sponf. c. 2. de eo, qui duxit*. Ratio, cur coactio matrimonium dirimat, est, quia consensus vi extortus adversatur mutuo conjugum amori, ac dabitæ filiorum educationi, nec non matrimonij perpetuitati. Tum quia professio religiosa per vim extorta est invalida *ex c. perlatum de his, quæ vi*: ergo etiam matrimonium, quia utrinque fit totalis traditio corporis.

2 Coactio tamen, sicut & metus, duplex esse potest, alia enim est, quæ fit per metum cadentem in virum constantem; & alia, quæ tantùm movet virum inconstantem: hinc etiam metus provanians ex tali coactione, alius est, qui cadit in virum constantem; & alius qui tantùm movet virum inconstantem; prior timor dicitur justus, probabilis, & gravis; secundus injustus, vanus, improbabilis, & levis: ratio est, quia prior timor labefactat constantiam, & fortitudinem, & vir prudens, & fortis justè illo deterratur: secundus verò utpote levis, & imprudens non est contra constantiam.

3 Hinc dupliciter incuti potest ab extrinseco metus ab homine, justè, vel injustè: si quis sub gravi pœna compellatur à judice contrahere matrimonium, & stara sponsalibus antea initis, quæ vir adimplere recusabat justè dicitur cogi à judice ad tale matrimonium ineundum; & licitè dicitur judex eum compellere, quia tenetur illud perficere, proinde validum est matrimonium, si cum tali metu ineatur. Injustè verò incutitur, cùm quis minatur accusare furem de furto, nisi talem mulierem ducat, quia tales minæ injustè fiunt in ordine ad extorquendum consensum; proinde matrimonium cum hujusmodi minis, seu cum tali metu initum est invalidum. Quando verò metus incutitur à causa libera non ad illum finem, ut matrimonium ineatur, sed ob aliam causam, non connexam cum consensu ad matrimonium, tunc matrimonium cum tali metu initum est validum, quia tametsi matrimonium celebratum per metum incussum ad alium finem, quàm ad extorquendum consensum sit aliquo modo involuntarium, non tamen hoc involuntarium censatur causa consensûs, sed tantùm occasio, proinde non sufficit ad irritandum matrimonium; hinc validum est matrimonium contractum à defloratore puellæ, eò quia pater, vel frater puellæ voluit illum occidere, & interim deflorator se spontè obtulit ad illam ducendam, ut mortem declinaret.

4 Non tamen ad irritandum matrimonium sufficit coactio, vel metus levis, sed requiritur metus gravis, qui cadat in virum constantem, ut docent communiter Theologi cum D. Thoma *in 3. p. q. 47. art. 3.* & Canonistæ cum Covarru. *a. p. c.* 3. §. 4. ratio est, quia in juribus tantùm fit mentio metûs gravis cadentis in virum constantem. Tum quia si quilibet metus etiam levis sufficeret, pluribus scrupulis daretur occasio. Tum quia licet metus levis damni minuat interdum libertatem non minus, ac metus cadens in virum constantem, id tamen non provenit per se ex ipsa natura rei, quæ metum incutit, sed per accidens vitio ipsius timentis.

Non tamen desunt, qui cum Navarr. in summa. *c. 22. num. 51.* & *lib. 1. consil. tit. de his quæ vi consil. 1.* censeant, matrimonium metu levi contractum judicari quidem in foro externo validum, eò quia ecclesia non præsumat metum levem ad consensum coegisse: at in foro conscientiæ putant, posse esse invalidum, si consensum extorserit, quia metus levis perinde compellit virum inconstantem, sicut metus gravis virum constantem; proinde uterque timor matrimonium dirimit, vel neuter. 5

Idque firmant primò, quia alia sacramenta quocunque metu collata, aut suscepta valida sunt, proinde etiam matrimonium. 6

Firmant secundò ex communi regula, quâ dicitur, quòd metus, quo cæteri contractus rescindi possunt, irritet matrimonium: atqui metus levis cæteros contractus irritat saltem in foro conscientiæ; res enim metu donata, vel vendita restitui dabet: ergo etiam irritat matrimonium saltem in foro conscientiæ. 7

Sed contra, quia ille tantùm metus matrimonium irritat, qui justè, & rationabiliter voluntatem compellit, & talis est tantùm metus cadens in virum constantem; ratio est, quia causa, ob quam ecclesia voluit, ut metus dirimeret matrimonium non est præcisè, quia tollat plenam libertatem, siquidem quicunque metus etiam levis semper minuit libertatem: sed quia eam tollit læsa manente constantiâ viri fortis. 8

Ad primam confirmationem respondetur, esse discrimen inter alia sacramenta, & matrimonium, quia hoc tantùm fundatur in contractu, qui approbationi ecclesiæ subjicitur: potest enim ecclesia ob bonum publicum irritare contractum civilem matrimonialem, non verò alia sacramenta; quia in istis consensus ministri, vel suscipientis non est pars intrinseca, & essentialis sacramentorum, sed tantùm conditio, sine qua non, vel dispositio: secus in matrimonio consensus contrahentium est pars essentialis, proinde ad illud requiritur major libertas in consensu, quàm ad alia sacramenta. 9

Ad secundam confirmationem respondetur, illam regulam tantùm valere, quando metus talis est, ut sufficiens sit ad dissolvendos alios contractus in utroque foro, ad id autem requiritur metus gravis: hinc negatur consequentia; & ratio discriminis est, quia irritatio aliorum contractuum in foro conscientiæ provenit ex injustitia, quæ ab eo committitur, qui alium compellit; secus irritatio matrimonij non habetur præcisè ob hanc injustitiam, sed ut conjuges omnino liberè contrahant, ac in statu matrimoniali ob mutuum amorem, pacem, & tranquillitatem servent, ac bona familiæ promoveant. 10

Ut autem metus in ordine ad matrimonium ineundum dicatur cadere in virum constantem, 11

tem, quinqoa raquiruntur conditiōnas, quarom prima aſt, ut res, quæ timetur, ſit gravis, ut mors, mutilatio membri, gravia cruciatio corporis, ſervitus, captivitas, ſtuprum, exilium, carcer diuturnua, infamia, amiſſio omnium, vel majoris partia bonorum, ut notat Sanchez *lib. 4. diſp. 5.* Sacunda eſt, ut futuritio mali; quod timetur, non ſit vana, aut lavis, ſed probabilis. Tertia, ut qui minatur, potans ſit minas exequi, adeò ut qui metum patitur, ratiōnabilitar putac, poſſe ab illo damnum ſibi inferri. Quatta, ut qui minatur ſoleat minaa exequi. Quinta ut timens non poſſit facilè aa mala vitare, nec etiam opa ſuperioris, vel amicorum.

12 Minua tamen malum, ut etiam minor ejus probabilitas ſufficit in fœmina, quàm in viro, ut etiam in uno viro, quàm in alio ob diverſas, quas hominaa ſortiuotur indoles; alij enim ſunt aliis timidioras, imbecillioras. Ruſſus nec eſt neceſſe, ut hæc mala timeantur in propria perſona, ſed ſufficit, ſi immineant filiis, aut parentibus, aut affinibus uſque ad quartum gradum, vel atiam amicis arctiori amicitiæ vinaulo conjunctis. Prætaraa ut metua gravis matrimonium dirimat, debet incuti à cauſa extrinſeca morali; unda ſi cauſetur ab intrinſeco ex metu gehennæ, vel ētiam ab extrinſeca cauſa naturali, ut ax matu mortia, vel imminentia naufragij, val peſtis graſſantis, vel morbi urgentis, val faræ irruentis, tunc validum aſt matrimonium ex tali matu contractum, ut atiam votum, ut habetur in *c. ſicut nobis de regular.* quia in præracenſitis caſibus à nullo alio homo impallitur ad matrimonium, quàm à ſe ipſo.

13 Hinc matrimonium cum concubina in ægritudine, vel bello initum matu Dei, val Infarni, aut mortia imminentis eſt validum; ut notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. §. n. 18.* Validum atiam eſt matrimonium initum ab illo, qui ex medicorum conſilio uxorem ducit ad fugiendam mortam ob humoris qualitatem, vel abundantiam; ut notat idem Covarruvias *loc. cit.* Validum eſt etiam matrimonium damnati ad mortam cum publica maretrica matu mortis aontractum, ut mortem declinet, ut docet idem Covarruvias *loc. cit. n. 17.* quia Reos non fuit ad mortem damnatua ad fine ut matrimonium cum illa maretrice contraherat, ſed ut maritam da patratis criminibus pœnam lueret.

14 Imò eſt etiam validum matrimonium, ſi judax offerat vitam rao damnato ad mortam, dummodo certam ducat muliarē, ut notat idem Covarruviaa *loc. cit. n. 17.* quia metus mortia non incutitur à judice ad extorquendum conſenſum matrimonialam; quinimò potiùs metos mortis extinguitur à judica per oblationem matrimonij. Generaliter quando metua incutitur ad alium finem, quàm ad extorquendum aonſenſum, licèt cauſat aliquo modo involuntarium; illud taman non cenſetor cauſa conſenſus, ſed tantùm occaſio, proinde non ſufficic ad reddandum matrimonium itritum.

15 Quinimo debat atiam metoa axtorquena matrimonium eſſa injuſtè incuſſus, ut illud dirimat ſive coactio infarens metum ſit injuſta quantum ad ſubſtantiam, ſiva ſolùm quantum ad materiam procedendi, quia jura irritant tantùm matrimonia, quæ diractà fiunt per conſenſum coactum injuſtè extortum: hinc ſi judax injuſtè damnat aliquem ad mortem, val aliam gravam pœnam, niſi contrahat cum aliqua determinata fœmina; matrimonium eſt irritum, ut etiam quamvis juſtè damnet, ſi in exacutione ſentantiæ iniquè procedat ad opprimendum, vel deterrendum Reum; ut illam fœminam ducat; quia quamvia pœna juſta ſit, executio tamen eſt injuſta, ac vim infert ad axtorqoendum conſanſum. Validum taman eſt matrimonium initum ex metu à Magiſtratu incuſſo, quamvis ordinetur ad extorquendum conſanſum; ut ſi judex virginis ſtupratorem ad mortem damnaret, niſi eam ducaret; vel fidem illi datam ſetvarat, ut deſumitur ex *l. continet. l. ſi vim ff. de eo, quod metûs cauſâ*, obi dicitur, quòd vis à Magiſtratu juſtè illata, non vitiet contractum; & hoc procadit, etiam cùm ecclaſia compellit per excommunicationem, & alias pœnas ad matrimonium ineundum eos, qui ſponſalia contraxàrunt.

Quinimò etiam matrimonium injuſta coactione initum; quamvis juramento firmatū, eſt 16
irritum, quia juramantum non tollit injuriam, ratione cujus contractus matrimonij eſt jure invalidua. Tum quia jura irritant matrimonia omnia coacta, eò quia injuriam irrogent contrahenti; ſinique contra bona matrimonij; quando autem matrimonium aſt extortum, ſive ſit juramento firmatum, ſive non, ſemper ſequuntur eadem inconvanientia; proptar quæ ecclaſia matrimonium irritat. Tum quia ſi juramantum matrimonium coactum firmaret, ſequeratur, jura non providiſſa ſufficienter incommodis, quæ ax matrimoniia coactis ſequuntur, ſiquidam compallens ad matrimonium, poteſt etiam compallare ad juramentum.

Vidatur tamen in contrarium obſtare diffi- 17
cilis taxtus deſumptus ex D. Auguſtino, & relatus *in c. 2. q. 4.* ubi dicitur validum aſſe matrimoniom initum à quodam cum concubina, quam per metum mortis juravarat ducturum. Verùm omiſſis variis raſponſionibus, quæ aſſignantur à Doctoribus, reſpondetur, in dicto textu nihil decarni circa validitatem matrimonij, ſed tantùm circa valorem juramanti: ſiquidem homo ille, de quo in præfato textu eſt ſermo, duo juravit, quorum primum fuit, ſe ducturum concubinam; & altarum propriam matrem, & ſuos fratres ejecturum è domo: & quoad primum, dicitur matrimonium validum, & firmum: irritum varò, & illicitum quoad ſecundum; quia non poterat filius violenter matrem aijcere è domo, eique denegare propria alimenta. Alij etiam probabiliter reſpondent, matrimonium illud cum concubina initum poſt juramentom fuiſſe validum, eò quia quando matrimonium initum fuit, coactio ceſſavit.

Sin autem matrimonium metu initum eodem 18
matu conſummatur procedendum eſt cum diſtinctiona, ſi metua proveniat ab intrinſeco, val etiam ab axtrinſeco, ſed ſit juſtè incuſſus, matrimoni-

monium non irritat, quia tunc copula est voluntaria, & affectu maritali habita, proinde ratificat matrimonium, quia talis copula est sufficiens signum consensus liberi; & metus tunc cùm non dirigatur ad extorquendum consensum, dat tantùm occasionem ad liberè consentiendum, & consummandum matrimonium.

19 Sin verò metus gravis sit injustè incussus à causa extrinseca libera in ordine ad extorquendum consensum in matrimonium, & illud contractum consummandum, est irritum, quia jura irritantia matrimonia coacta universaliter loquuntur, & non distingunt inter matrimonia consummata. Tum quis coactio ad copulam non minus repugnat bonis matrimonij, quàm coactio ad contractum. Demum quia nisi hæc matrimonia consummata forent irrita, ecclesia non sufficienter providisset damnis, quæ ex matrimoniis coactis sequuntur, si matrimonia coacta per subsequentem copulam itidem coactam firmarentur, siquidem qui cogit ad matrimonium, poteſt etiam cogere ad copulam.

20 Quòd si petatur, quo jure coactio dirimat matrimonium. Respondetur, illud non dirimere jure naturæ, si non obstante coactione coactus consensum præstet, quia tunc relinquit hominem simpliciter liberum, ut possit se ipsum tradere, & alterius traditionem acceptare; non enim tunc se habet coactus merè passivè, sed etiam activè, unde licèt coactio libertatem minuat, non tamen totaliter tollit, adeo ut coactus si velit, non obstante quacunque vi sibi illata possit obsistere coactioni, & non assentiri; ut liquet in SS. Martyribus, qui nulla vi trahi potuerunt ad cultum Idolorum. Tum quia, si jure naturæ coactio matrimonium dirimeret, id esset, quia infert injuriam, aut minuit libertatem: atqui etiam per coactionem, metúmque levem infertur injuria, & tamen non irritatur matrimonium; neque quia libertatem minuat, quia etiam metus levis sine injuria incussus à quacunque causa minuit libertatem, & tamen non irritat matrimonium.

21 Contrarium tamen docet Covarruvias *2. p. c. 3. §. 5. num. 6.* & nititur eo fundamento, quia coactio, & violentia ex natura rei pugnant cum perpetuitate, siquidem nullum violentum est perpetuum: atqui matrimonij vinculum de se perpetuum est, proinde pugnat ex natura rei cum coactione. Tum quis qui cogit ad matrimonium infert injuriam contra jus naturæ, proinde idem jus naturæ debet irritare tale matrimonium, quia jus naturæ non deficit in necessariis, proinde debuit providere de mediis, quibus talis injuria resarciretur: sed non poteſt aliter resarciri nisi irritando matrimonium: quia si semel validum sit, non suppetit naturæ amplius medium, quo dissolvatur, & illata injuria recompensetur: ergo natura debuisset illud irritâsse.

22 Neque sufficit, si dicatur, jus Pontificium suppleviſſe defectum juris naturæ, eò quia jus Pontificium irritaverit matrimonium coactè initum. Nam id non satisfacit, quia ab eodem petendum est remedium, à quo oritur malum. Sed contra est, quia si consideretur violentia simpliciter, passum tantùm patitur, séque habet merè passivè, & nullo modo activè, & tunc verò est, quòd pugnet cum perpetuitate: non ita si coactio, non sit tota ratio agendi, sed passum adhuc se habeat activè, quia tunc non dicitur coactio simpliciter, sed tantùm secundùm quid quâ positâ, qui violentiam patitur adhuc activè concurrit, & liberè, licèt minori libertate: unde cùm talis coactio tantùm minuat, non tollat libertatem, non videtur dirimere jure naturæ matrimonium, sed tantùm jure canonico.

Ad id, quod addebatur, quòd jus naturæ non possit resarcire injuriam illatam per talem coactionem, respondetur, id non esse necesse, quia etiam homicidium est injuria contra jus naturæ, & nihilôminus non est in natura, à quo detrimentum illud resarciatur per restitutionem vitæ. Præterea posset responderi, esse in natura, à quo talis injuria possit resarciri sine detrimento matrimonij, quatenus adest superior, qui poteſt, & tenetur delictum illud punire; & qui violentiam est passus habet jus naturale, ut in judicio audiatur: quinimo etiam ipse jure naturæ habet potestatem repellendi vim vi cum moderamine inculpatæ tutelæ in propriam defensionem, si id expediat. 23

§. VIII.

De aliis Impedimentis matrimonium dirimentibus.

Sunt plura alia impedimenta, quæ matrimonium dirimunt, sed quia de ipsis in sequentibus titulis occurrit dicendum, hic tantùm expediemus, quæ ad alia pertinent. Inter hæc autem impedimenta dirimentia recensetur publica honestas, quæ à D.Thoma in *4.dist.41. q. 1. art. 2.* definitur esse *propinquitas ex sponsalibus validis, & certis proveniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione ob ejus honestatem.* Quòd verò publica honestas matrimonium dirimat, desumitur *ex c. unic. de sponsal. in 6. c. Juvenis. ad audientiam. c. sponsam de sponsalib.* Ratio est, quia justum, æquúmque erat ob publicam decentiam, matrimonia non contrahi cum consanguineis prioris sponsæ, & conjugis, sive consanguinei legitimè sint, sive illegitimi. 1

Sin verò petatur, ad quem consanguinitatis gradum extendatur hoc impedimentum. Respondetur, publicam honestatem ortam ex sponsalibus non excedere primum gradum lineæ rectæ, aut transversalis, adeò ut sponsus non possit validè matrimonium contrahere cum matre, sorore, vel filia sponsæ; neque ista cum patre, fratre, aut filio sponsæ, benè tamen cum primis consanguineis sive ascendentibus, sive collateralibus, & desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. matrim.* ubi corrigitur jus antiquum, quo impedimentum publicæ honestatis extendebatur usque ad quartum gradum. 2

Secus si publica honestas non oriatur ex spon- 3

ſponſalibus, ſed ex matrimonio dirimit uſque ad quartum gradum, ut declaravit Pius V. in ſua extravag. cui initium eſt *ad Romanos* edita 21. Junij 1568. ubi expreſsè ait, reſtrictionem juris communis factam à Concilio Tridentino ſolùm procedere in publica honeſtate orta ex ſponſalibus de futuro: & ita fuit etiam declaratum à ſacra Cardinalium congregatione.

4 Ut autem, hoc impedimentum matrimonium dirimat, debet oriri ex ſponſalibus validis, & deſumitur ex Concilio Tridentino *loc. cit.* ubi etiam corrigitur jus antiquum quoad hoc, quatenus ante Concilium Tridentinum ex ſponſalibus adhuc invalidis, quacunque ex cauſa, dummodo non eſſent invalida defectu conſensûs, oriebatur publica honeſtas efficax ad dirimenda ſponſalia, & etiam matrimonia ſequentia, ut definiverat Bonifacius VIII. *c. unic. de ſponſal in 6.*

5 Cæterum publica honeſtas orta ex matrimonio ſemper dirimit, ſive matrimonium, ex quo oritur, validum ſit, ſivè irritum ex quacunque cauſa excepto defectu conſensûs: quia correctio juris antiqui facta à Concilio Tridentino non extenditur ad publicam honeſtatem ortam ex matrimonio de præſenti, ut declaravit Pius V. in *ſua extravag.*

6 An verò hoc impedimantum etiam oriatur, quando ſponſalia ſunt invalida defectu conſensûs interni, affirmat Sanchez *lib. 7. diſp. 61. n. 14. & diſp. 70. n. 11.* ubi ait, hoc idem etiam procedere, ſi hoc impedimentum oriatur ex matrimonio invalido defectu conſensûs interni.

7 Verùm contraria ſententia eſt probabilis, quia jura definiunt non oriri ex ſponſalibus quacunque ratione invalidis: ergo Concilium non comprehendit omnem invaliditatem etiam illam, quæ provenit ex defectu conſensûs non ſolùm externi, ut in furioſo, vel infante, ſed etiam interni; unde in foro conſcientiæ non dirimit ſubſequens matrimonium. Tum quia à jure antiquo non eſt recedendum niſi aliter decernatur jure novo; ſed jure antiquo non oriebatur hoc impedimentum defectu conſensûs; proinde nequenunc dirimit matrimonium. Neque oritur ex ſponſalibus conditionalibus antequam purificetur conditio; unde valebit matrimonium initum cum ſorore ejus ſponſæ conditione nondum purificata: ratio eſt, quia cùm conditio ſuſpendat conſenſum uſque ad ejus purificationem antequam impleatur, ſponſalia non ſunt valida ex defectu conſensûs.

8 Id tamen procedit, quando conditio eſt de futuro, quia ſi eſſet de præſenti, aut præterito, oriretur ſtatim impedimentum publicæ honeſtatis, ſi conditiones verè purificarentur. Et ſicut ex ſponſalibus de futuro conſurgit publica honeſtas dirimens matrimonium cum conſanguineis primæ ſponſæ in primo gradu, à fortiori oritur ex matrimonio rato, cùm ſit fortius vinculum; & tunc, ut diximus, hoc impedimentum extenditur uſque ad quartum gradùm ex declaratione Pij V.

9 Non tamen ex ſponſalibus incertis, ut ſi quis promittat ducere unam ex filiabus Titij, nullâ ex illis deſignatâ, oritur hoc impedimentum, ut deſumitur ex *c. unic. de ſponſalib. in 6.* Ratio itidem eſt, quia ſponſalia incerta ſunt irrita, eò quia non ſint alligata perſonæ determinatæ, & ex ſponſalibus irritis non oritur hoc impedimentum.

Neque oritur hoc impedimentum ex ſponſalibus, quæ mutuo conſenſu poſtea diſſolvuntur, adeò ut qui contraxit ſponſalia cum filia, illis poſtea ex communi conſenſu ſolutis poſſit cum matre, vel etiam ejus ſorore ſine diſpenſatione Pontificis contrahere matrimonium; ratio eſt, quia ſponſalia, quæ mutuo conſenſu diſſolvuntur, evaneſcunt immediatè, & ſponſi per ſolutionem ſponſaliorum fiunt omnino liberi, proinde poſſunt nubere, cui voluerint. 10

Non tamen id procedit de ſponſalibus, quæ non mutuo conſenſu, ſed morte alterius diſſolvuntur: quia hæc tantùm ceſſant; adeò ut vìventibus ſponſis ſemper unus ad alterum pertineat, & è contra, proinde ex iſtis, utpote perpetuis, ac validis oritur hoc impedimentum. Præterea ex ſponſalibus poſterioribus cum ſorore prioris ſponſæ non oritur hoc impedimentum, quod dirimat priora ſponſalia, ut deſumitur *ex c. unic. de ſponſal. in 6.* ubi habetur ex prioribus ſponſalibus oriri impedimentum irritans poſteriora, non è contra ex poſterioribus oritur impedimentum irritans priora. Tum quia hoc impedimentum non oritur ex ſponſalibus invalidis; & ſecunda ſponſalia inita cum ſorore prioris ſponſæ ſunt invalida, proinde non poteſt ex ipſis oriri hoc impedimentum. Quòd ſi qui ſponſalia inivit cum Lucretia de futuro, matrimonium poſtea contrahat cum ejus ſorore de præſenti, tunc ſi non conſummavit matrimonium cum ſecunda, tenetur primam ducere, & validū eſt matrimonium cum illa, eò quia matrimonium cum ſecunda initum non inducit impedimentum publicæ honeſtatis irritans priora ſponſalia. 11

Quòd ſi conſummaverit matrimonium cum ſecunda, tunc cum neutra poteſt validè contrahere, non cum prima, propter impedimentum conſanguinitatis ortæ ex matrimonio conſummato. Neque cum ſecunda, ob impedimentum publicæ honeſtatis ortæ ex ſponſalibus validis cum prima ſorore. 12

Aliud impedimentum dirimens matrimonium jure novo ex Concilio Tridentino eſt Raptus, ſeu violenta puellæ extractio de domo patris, aut tutoris. Dirimit enim hujusmodi raptus matrimonium inter raptorem, & raptam, ſi contrahatur tempore, quo rapta detinetur in poteſtate raptoris: non ita ſi contrahatur, poſtquam rapta ſeparata eſt à raptore, & in loco tuto conſtituta, ut deciſum fuit in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de matrim. c. 6.* ubi corrigitur jus antiquum. 26. *q. 2. & l. unic. c. de raptu. & c. final. de raptorib.* ubi dicitur, validum eſſe matrimonium ſi rapta ceſſante metu liberè conſentiret, quamvis in poteſtate detineretur Raptoris: Concilium Tridentinum enim hoc correxit, & ſtatuit, matrimonium eſſe invalidum, quamdiu rapta detinatur apud rapto- 13

rem, licèt consentiat, exigit enim Concilium, ut priùs separetur, & constituatur in loco tuto, ubi sit plenè sui juris; postea, si consentiat, validum est matrimonium.

14 Verùm ut raptus matrimonium dirimat necesse est, ut factus fuerit causa explendæ libidinis: alioquin violenta extractio puellæ, alio fine facta non dicitur propriè raptus, ut docet D Thomas 2. 2. *q. 154. art. 7.* ubi raptum ponit intra speciem luxuriæ. Quòd si parentibus invitis puella volens matrimonium omnino liberè contrahat, adeò ut priùs cum parentibus se declaraverit, velle raptori nubere; tunc probabilius est, per raptum non dirimi matrimonium; quia tamen si tunc irrogetur parentibus injuria, nihilominus quia finis Concilij imponentis hoc impedimentum fuit cavere, ne puella metu consentiret; & in hoc casu cesset consensus extortus vi, & metu, ideo ex tali raptu non oritur juxta mentem Concilij hoc impedimentum. Tum quia quando puella se declaravit cum parentibus, velle nubere raptori, tunc puella propriè non rapitur, sed potiùs consentiens, & volens simul sufugit cum raptore, seu cum illo, cui vult nubere: & tunc matrimonium est validum, quamvis contrahatur tempore, quo detinetur in potestate raptoris.

15 Tum quia consensus parentum, non requiritur essentialiter ad valorem matrimonij, nec Concilium exigit, ut puella restituatur parentibus, si verè rapta fuerit; sed solùm quòd in loco tuto ponatur, ut sit pleni sui juris. Sin autem puella rapta sponsa fuisset de futuro, & rapta eâ renitente, tunc procul dubio raptus dirimeret matrimonium, quia non potest violenter compelli ad matrimonium ineundum: quòd si sponsa consenserit, etiam dissentientibus parentibus, adeò ut non obstantibus sponsalibus initis cum alio, liberè fugeret cum raptore, cum quo matrimonium iniret, hoc esset validum, ut desumitur *ex c. penult. de raptor.* quia seclusa publica honestate vinculum matrimonij, utpote fortius solvit aliud sponsaliorum.

16 Cæterum raptus non solùm matrimonium; sed etiam sponsalia irritat, quia est eadem ratio, ac de matrimonio, proinde debet extendi etiam ad sponsalia. Neque obstat, hanc Concilij legem esse pœnalem, & correctivam juris communis, proinde non esse extendendam. Quia inde tantùm sequitur, quòd non debeat extendi ad alia, quæ non includuntur in matrimonio; sponsalia verò sunt quædam inchoatio matrimonij, ad quod pertinent; proinde lex licèt pœnalis non extenditur, sed comprehendit matrimonium secundùm suam inchoationem. Quòd si dicas, decretum irritans matrimonia clandestina non extendi ad sponsalia, proinde, neque decretum irritans matrimonium cum rapta debere extendi ad sponsalia. Contra est, negatur consequentia; & ratio discriminis est, quia in raptu militat eadē ratio, tam in matrimonio, quàm sponsalibus, seu defectus talis libertatis: non ita in contractu clandestino: siquidem clandestinè contrahentes sponsalia liberè contrahunt. Quòd si puella etiam de consensu parentum raperetur, adhuc ex tali raptu orietur impedimentum dirimens, quia ad matrimonium requiritur liber consensus puellæ, & non sufficit, si soli parentes consentiant.

§. IX.

De Impedimentis non dirimentibus.

Dicuntur impedimenta non dirimentia, quæ tantùm impediunt, ne licitè matrimonium contrahatur, non verò illud dirimunt. Sunt autem hæc impedimenta quinque, scilicet *interdictum juris, Catechismus, sponsalia, votum, & crimen.* Interdictum juris est tempus feriatum, quo prohibentur matrimonia contrahi, ut tempore Adventùs, & quadragesimæ, in quo prohibitæ sunt nuptiæ, quoad benedictionem, & solemnem traductionem sponsæ in domum sponsi, quia contractus matrimonij, privata traductio sponsæ in domum sponsi, & consummatio ipsa non prohibentur, si absque solemnitate fiant, nisi ubi consuetudo fortassis contraria vigeret. Cæterum Sanchez *lib. 7. disp 7.* quem sequitur Diana *tract. de sacrament. resol. 266. p. 3.* censet, non esse peccatum mortale traducere sponsam solemniter in domum sponsi, & convivia solemnia instituere tempore adventus, & quadragesimæ. 1

Verùm putârim, vix esse excusandum à gravi culpa, eò quia in re gravi violetur præceptum ecclesiæ, & quidem non sine scandalo cæterorum fidelium ratione solemnitatis. Cæterum nomine interdicti intelligitur etiam prohibitio Episcopi, ejus vicarij, aut judicis, vel Parochi interdicentis alicui, ne contrahat matrimonium, donec occurrens impedimentum examinetur: si enim ante examen contraheretur matrimonium, utique contrahentes peccarent lethaliter præsertim si dubium esset, an impedimentum esset ex dirimentibus. Tum quia contrahentes in re gravi agerent contra prohibitionem superioris. 2

Catechismus est imperfecta cognatio spiritualis orta ex eo, quòd aliquis puerum teneat baptizandum in catechismo, & respondeat nomine pueri interrogationibus sacerdotis. Unde hoc impedimentum tantùm contrahitur ab eo, qui tenet infantem baptizandum, & respondet ejus nomine ministro interroganti, an credat, an renunciet Diabolo. Quòd si idem sit patrinus catechismi, & baptismi, contrahit impedimentum dirimens, sin verò sit patrinus solius catechismi, contrahit tantùm impedimentum impediens, ut desumitur *ex c. 2. de cognat. spir. in 6.* 3

An verò hoc impedimentum ortum ex solo catechismo sit sublatum per Concilium Tridentinum, non conveniunt doctores, Navarrus *c. 22. num. 22.* Tuletus *lib. 7. c. 18.* Ugolinus *de matrim. c. 20.* censent, tale impedimentum adhuc manere. Communior tamen sententia asserit per Concilium Tridentinum fuisse hoc impedimentum sublatum, eò quia in Tridentino dicatur spiritualis cognatio non contrahi, nisi in 4

baptis-

baptismo, & confirmatione, & cùm aliud fit tenere in baptismo, & aliud in catechismo, censenda erit ablata cognatio tenentium in solo catechismo: quinimo usu jam receptum est, ut super hoc impedimento non petatur dispensatio, quia ubi non est vinculum, non est necessaria relaxatio à vinculo, & pro hac sententia Pontius *lib. 6. de matrim. c. 11. num. 3.* citat declarationem sacræ congregationis Concilij interpretum.

4 Sponsalia etiam inducunt impedimentum impediens subsequens matrimonium cum alia, licèt illud non dirimant, si contrahatur: omnis enim qui post contracta sponsalia cum una absque justa causa contrahit postea matrimonium cum alia, lethaliter peccat in sententia communi, quia omnis contractus obligat ex justitia: & per sponsalia habetur verus contractus, seu mutua, ac reciproca obligatio, quæ proinde obligat ex justitia, & sub mortali. Hinc si quis contraxit sponsalia cum una, non potest ducere aliam sine peccato, nisi intercesserit justa causa sufficiens ad solutionem sponsaliorum.

5 Votum simplex castitatis, vel religionis ingrediendæ, vel sacros ordines suscipiendi, vel manendi in cœlibatu, & abstinendi à nuptiis impedit etiam, sed non dirimit matrimonium: ratio est, quia hujusmodi votum non importat corporis traditionem, sed nudam promissionem, proinde verum dominium adhuc manet apud voventem, ea enim est natura promissionis, ut impediat quidem licitam translationem dominij rei promissæ in alterum, eò quia adversetur fidei datæ; non tamen ut reddat irritam illam traditionem, eò quia supponatur facta à vero Domino, & desumitur *ex c. de viduis c. si quis votum. 27. q. 1. cap. unic. de voto in 6.* Id etiam procedit de juramento facto de iisdem rebus, vel de castitate servanda; quia hujusmodi juramenta, & vota adversantur statui matrimonij. quod propterea impediunt, non tamen dirimunt, ut notant Sanchez *lib. 7. disp. 11. n. 6.* Sylvius *in supl q. 53. art. 1.* Gutierrez *c. 15. n. 1.*

6 An verò qui vovit castitatem peccet mortaliter, si contrahat matrimonium animo ingrediendi religionem, priusquam illud consummet? Respondetur affirmativè, idque ratione gravis injuriæ, quam infert alteri conjugi, qui cogeretur ejus professionem expectare; quod gravissimum ei contingeret, ut notat Sanchez *lib. 1. disp. 43. n. 8. & 18.* Alij tamen id limitant in tribus casibus. Primò si matrimonium esset omnino necessarium ad vitandum gravissimum scandalum, vel imminens malum. Secundò si adesset notabilis metus, quamvis non cadens in virum constantem amittendæ vitæ, vel famæ. Tertiò quando voto adstrictus non posset aliter religionem ingredi, eò quia inclusus detineatur.

7 Crimen prout impedit, ne licitè matrimonium contrahatur est septuplex. Primum est *incestus* seu copula habita cum consanguineis conjugis usque ad gradum prohibitum; talis enim gradus impedit cum quacunque alia post incestum; quamvis probabile sit tantùm impedire intra secundum gradum, est tamen probabilius impedire intra quartum gradum: hinc si copula habeatur cum consanguineis sponsæ de futuro, quamvis proprius incestus non sit, oritur tamen impedimentum cum quacunque alia, quamdiu complex delicti est superstes: ex io testu autem cum propriâ consanguinea probabilius est, nullum oriri impedimentum, quia jura videntur loqui tan ùm de incestu cum affine, ut notat Sanchez *lib. 7. disp. 13. num. 16.* Incestus cum consanguinea uxoris in primo, aut secundo gradu impedit virum à jure petendi debitum, non ita in aliis gradibus, quia de illis jus canonicum non disposuit.

8 Secundum crimen est *Raptus alienæ sponsæ* sive de præsenti, ut fert communior sententia, sive etiā de futuro, ut probabiliter censent plures: impedit enim matrimonium cum rapta, & cum quacunque alia. Ipsa autem sponsa, quæ suum consensum præbuit raptori, impeditur etiam, ne possit cum alio contrahere matrimonium.

9 Tertium est *uxoricidium*, si committatur authoritate privata, etiam in vindictam adulterij commissi, tunc enim impedit matrimonium cum quacunque alia, imò Navarr. *c. 22. n. 74.* & Gutierrez *c. 88. n. 4.* & alij censent extendi hoc crimen ad homicidium viri patratum ab uxore. Opposita tamen sententia est probabilior, eò quia nullus adsit textus, qui loquatur de homicidio viri patrato ab uxore.

10 Quartum crimen est *susceptio proprij filij, vel alterius conjugis in Baptismo, vel Confirmatione*, si fiat animo insidiandi matrimonio, ut scilicet alter conjux privetur debito conjugali ob impedimentum, ne mortuo conjuge possit cum alio matrimonium inire *can. de eo. 30. q. 1.*

11 Quintum est *presbytericidium*, dummodo homicida fuerit in judicio de crimine convictus.

12 Sextum est *solemnis pœnitentia*, quamdiu enim quis publicam agit pœnitentiam, impeditor, ne matrimonium contrahat. Hodie tamen solemnes pœnitentiæ non sunt ampliùs in usu.

13 Septimum est *matrimonium scienter contractum cum Moniali*, tunc enim contrahens non solùm invalidè contrahit cum Moniali, verùm etiam impeditur, ne possit cum alia contrahere.

14 Si præscindamus à consuetudine in contrahentes cum præfatis impedimentis lethaliter peccant, quamvis impedimenta non sint dirimentia, sed tantùm impedientia, quia agunt contra prohibitionem ecclesiæ in re gravi. Quamobrem si adsint hujusmodi impedimenta, necessaria est dispensatio petenda à superiore ecclesiastico. Ubi autem consuetudo viget, ut cum his impedimentis nolle petita dispensatione matrimonium ineatur, sine culpa tunc contrahitur, quia consuetudo legitimè præscripta vim habet abrogandi legem ecclesiasticam.

15 Hodie ubique locorum consuetudo hæc videtur legitimè præscripta, adeò ut affectus aliquo

aliquo ex prærecensitis impedimentis etiam non petita dispensatione sine culpa matrimonium contrahat, exceptis tamen sponsalibus, voto, & interdicto. Et si quis scrupulis angatur, ac dispensationem petere malit, potest Episcopum adire, ut communiter docent cum Navarro *lib. 4. constit. sant. 9. n. 5.*

16 Si pœnitens ex ignorantia vincibili, & mortaliter culpabili matrimonium invalidè contraxit admonendus est à confessario, tametsi admonitio non sit profutura, quia si confessarius dissimularet, conferret sacramentum indigno, nempe pœnitenti affecto lethali culpâ. Sin autem pœnitens invalidè contraxit ex ignorantia invincibili juris, vel facti, & ex admonitione nullus speretur fructus, sed potiùs timeatur scandalum, vel notabilis infamia, non tenetur tunc confessarius, imò nec debet pœnitentem admonere; quia nulli debemus laqueum injicere: & quando nullus speratur fructus per incongruam admonitionem, injicitur potiùs laqueus: siquidem qui non peccabat ratione ignorantiæ, posita admonitione, & sublatâ ignorantiâ non amplius excusatur à peccato. Quòd si speretur ut admonitio sit profutura sine gravi scandalo, vel detrimento, tenetur confessarius admonere pœnitentem, quia debet illum instruere saltem ex charitate.

17 Ut autem confessarius possit devenire in notitiam, an pœnitens laboret ignorantia invincibili, potest tunc illum prudenter interrogare, num existimet se esse in bono statu, vel dubiam habeat conscientiam: quod prudenter faciendum est, ne ex interrogatione constituatur pœnitens in dubia fide cùm priùs illæsam habuerit conscientiam. Potest enim contingere, ut licèt anteà fuerit in mala fide, nunc eam deposuerit, & potest esse in bona fide: quia ignorantia, quæ in uno est vincibilis, potest in alio esse invincibilis. Cæterum confessarius non potest absolvere conjugem etiam invincibiliter ignorantem impedimentum dirimens matrimonium, si conjux sit ita actualiter affectus, ut nolit debitum reddere ob iram, indignationem, vel aliam causam injustam, si non speret fructum eum admonendo de invaliditate matrimonij: ratio est, quia cùm pœnitens credat, se injustè denegare debitum est in statu peccati, ut notat Bonacina *de matrim. p. 3. p. ult. num. 5.*

§. X.

De dispensatione Impedimentorum matrimonij.

1 Certum est, Pontificem non posse dispensare super impedimentis dirimentibus jure divino, & naturali: ratio est perspicua, quia inferior non potest tollere legem superioris *c. inferior 4. dist. 21.* idque neque absolutè, nec etiam in casu speciali, in quo abrogaretur obligatio legis naturalis per dispensationem, quia ad solum legis conditorem pertinet, suam legem abrogare, ac tollere, vel mutare. Id tamen procedit de lege ordinaria, & propriè: quia urgente maxima necessitate posset Pontifex pro conservatione humani generis per Epikiam interpretare, & declarare legem naturæ hic, & nunc non obligare: & tunc si Pontifex concederet facultatem, ut fratres, & sorores inter se matrimonia inirent, non diceretur propriè dispensare, sed tantùm impropriè, vel potiùs interpretari, ac declarare legem naturæ.

Circa impedimenta matrimonij, quæ tantùm impediunt potest Episcopus dispensare, ut etiam circa ea, quæ superveniunt matrimonio, jam contracto, & impediunt petitionem debiti, adeò ut possit Episcopus dispensare in cognatione spirituali, vel affinitate. Super impedimentis dirimentibus ante celebrationem matrimonij regulariter solus summus Pontifex potest dispensare. Ex urgentissima tamen causa, & necessitate posse etiam Episcopum dispensare in impedimentis dirimentibus, vel per se immediatè, vel etiam per alium delegatum docent Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 12.* Basilius Pontius *lib. 8. c. 13. n. 9* Barbosa *allegat. 35. num. 5.* Diana *de matrim. resol. 17.* Mulfessus *in sum. tom. 1. tract. 4. c. 12. num. 35.* & alij asserentes ex urgentissima necessitate posse Episcopum dispensare circa impedimenta dirimentia etiam antequam matrimonium contrahatur, quando scilicet non patet accessus tutus ad Pontificem, & desunt media ad ipsum accedendi, vel mittendi, & periculum sit in mora, nec possit aliter obviari gravibus incommodis scandali, & infamiæ, ut si sponsa manè ad confessarium accedens, cùm omnia jam sunt parata ad nuptias contrahendas vespere ejusdem diei, quæ sine gravi infamia, & scandalo omitti non possunt, nec differri, inveniatur à confessario habere impedimentum dirimens: in hoc enim casu Episcopus posset per se immediatè, vel etiam per alium dispensare super tali impedimento dirimente etiam ante contractum matrimonium ad vitanda scandala, quæ inde sequerentur. 2

Ratio est, quia impedimentum dirimens, de quo agitur est juris humani, unde sicut Episcopus potest in eo dispensare in casu urgentissimæ necessitatis post contractum matrimonium, ita etiam priusquàm contrahatur, quia tunc stante illa urgentissima necessitate præsumitur habere tacitam facultatem à summo Pontifice dispensandi pro foro conscientiæ. 3

Neque obstat, quòd inferior non possit in legem superioris. Idenim verum est, sed in tali casu Episcopus non tollit legem superioris, sed tantùm interpretatur mentem legislatoris esse, ut ipse Episcopus stante illa urgentissima necessitate dispenset loco Pontificis per potestatem, quasi sibi delegatam ad impedienda illa gravissima scandala, quæ sequerentur: præsertim cùm post initum matrimonium bona fide saltem unius, & publicè, si impedimentum sit occultum, & separatio conjugum non possit fieri sine magna honoris, & famæ jactura, vel sine gravi scandalo, aut alio magno detrimento, & non facilis pateat accessus ad Papam, nec ad alium haben- 4

habentem ad id potestatem, & aliàs periculum sit in mora, possit tunc Episcopus dispensare super impedimentis occultis dirimentibus matrimonium, ut docent communiter cum Basilio Pontio *lib 8.c.13.n.4.*

5 Quòd si matrimonium cum impedimento mala fide contractum fuerit, communior sententia est, non posse tunc Episcopum dispensare super tali impedimento, eò quia Concilium Tridentinum *sess.24.c 5.* de contrahente mala fide cum impedimento dirimente ait *Separetur, & spe dispensationis obtinendæ omnino careat.* Nihilominus non desunt, qui censeant etiam probabile, posse Episcopum in tali casu opitulari tali misero dispensando ab impedimento, ut docent Moscolius *tract.10.c.29.num.12.* Henriquez *lib.12. c. 3. num. 2.* quia tametsi potestas Episcopi sit à Pontifice limitata, non tamen censetur limitata in omnibus casibus, sed in ordinariis, quia quando adest periculum animarum, præsumitur Papa velle, quòd Episcopus suam exerceat jurisdictionem, & ut remedium adhibeat, ne sequantur scandala, & damna in animarum perniciem; sic videtur decere patrem communem, bonum pastorem, & prudentem dispensatorem, & dicunt cum hac limitatione posse interpretari Tridentinum; quia etiam Deus homicidium prohibet, quod tamen permittit in necessariam defensionem, si aliter non possit quis se tueri.

6 Tum quia Concilium quamvis prohibuerit dispensationem cum sic contrahentibus, non tamen ademit potestatem Pontifici, nec ejus ligavit manus, quin quando sibi videtur congruum dispensare possit, proinde neque prohibuit Episcopo, posse interpretari mentem Pontificis. Verùm adhærendum omnino puto sententiæ communi docenti, non posse Episcopum cum impedimento matrimonium mala fide contractum dispensare, cùm Concilium Tridentinum absolutè asserat, ut *separetur, & spe dispensationis obtinendæ omnino careat*, mens enim Concilij est eadem cum illa Pontificis, quia tota authoritas à summo Pontifice derivatur in Concilium.

7 In impedimentis non dirimentibus potest Episcopus dispensare in voto castitatis perpetuæ, & religionis, ut docet Ledesma *q. 55. art.6.* Navarrus *c. 22. n 85.* Diana *tract. de sacram. resolut. 259.* quia licèt inferior non possit dispensare in lege superioris per se loquendo, usu tamen, & consuetudine jam receptum est, ut dispensatio horum impedimentorum non obtineatur à Papa excepto voto castitatis, & voto religionis. Imò post Concilium Tridentinũ Gregorius XIII. concessit Patribus societatis JEsu 24. Augusti 1576. pro partibus ultramontanis, ut in locis ubi decretum Concilij Tridentini de irritandis matrimoniis clandestinis promulgatum est, & ab aliquibus non servatum, qui induci non possunt, ut iterum servatâ formâ Concilij contrahant, possint ab eorum confessariis absolvi; & ipsi confessarij possint etiam cum talibus dispensare in foro conscientiæ, & facultatem concedere, ut iterum secretè inter se contrahant, non servatâ Concilij formâ, & postquam sic contraxerint, filij ita suscepti ipso facto censeantur legitimi. Rursus 2. Septembris 1580. indulsit, ut possint dispensare cum iis, qui contrexerunt cum impedimento criminis, & qui non putant esse illicitum dare fidem de matrimonio contrahendo post mortem conjugis vivente altero conjuge, imò censent esse justissimum, si copula intercesserit. Hæ concessiones dicuntur insertæ appendici ad litteras Apostolicas pro societate JEsu, Verùm quia tantùm vivæ vocis oraculo dicuntur factæ, cautè est procedendum, quamvis alij Religiosi communicent in privilegiis: & præsertim quia per constitutionem Urbani VIII. fuerunt omnes hæ concessiones annullatæ, & privilegia abrogata.

Quia verò in dispensandis impedimentis matrimonium dirimentibus requiritur aliqua justa causa, operæ pretium est hic recensere, quæ sint hujusmodi justæ causæ, & respondetur plures esse. 8

Prima extinctio diuturnæ, & magnæ litis, & ut diffidentia consanguineorum capita pace componantur beneficio matrimonij: & hæc causa reducitur ad evitationem gravium scandalorum inter cognatos, ut etiam quando dispensatio est quasi remedium necessarium obviandi alicui magno delicto. 9

Secunda, quando propter loci angustiam, vel nimis propagatam fœminæ cognationem in loco insigni, quem inhabitat, non reperitur matrimonium æquale, præterquàm cum consanguineis, & affinibus. 10

Tertia, defectu dotis competentis, ut puella nubat juxta suam conditionem extraneo æquali. 11

Quarta, conservatio divitiarum in eadem cognatione, quando amplissimæ sunt 12

Quinta, illustris familiæ conservatio in eodem sanguine. 13

Sexta, excellentia meritorum in petente dispensationem, vel etiam in illo, cui petitur. 14

Septima, proles habita ex coo anguinea, quando bona fide suscepta est, quinimò sufficit, prolem bona fide alterius tantùm conjugis susceptam esse. Quòd si plures ex istis causis simul concurrant, vim majorem, & efficaciam obtinent pro obtinenda dispensatione super impedimento dirimente, quod fit de jure ecclesiastico, ut notant Sanchez *lib.8 disp 9.* Covarruvias *4. decret. 2.p.c.6.§ 9.* 15

Quia verò à sacra pœnitentiaria conceditur confessario facultas dispensandi cum aliquo super impedimentis matrimonij, proderit hic adjicere aliquot monita pro confessariis, ut valeant has dispensationes ritè exequi. Primò debet confessarius diligenter inquirere num res ita se habeat, sicut fuit Pontifici proposita, ne rescriptum sit ob- vel sub-reptitium, & hanc notitiam debet à pœnitente habere, cui tenetur fidem præstare. 16

Secundò, non est necesse, ut pœnitens pro obtinenda dispensatione super impedimento matrimonij præmittat sacramentalem confessionẽ, 17

18 Tertiò, relinquitur prudentiæ confessarij, ut ipsa injungat congruam pœnitentiam, quando hæc taxata non fuit à sacra pœnitentiaria.

19 Quartò, ut delictum sit occultum in ratione delicti: dicitur autem occultum, quando non laborat publica infamia, vel quando non est deductum ad forum contentiosum.

20 Quintò, ut sciat, hanc dispensationem non prodesse nisi in foro conscientiæ.

21 Sextò, pœnitens, qui obtinuit facultatem, ut possit à Confessario dispensari, potest uno confessario negante dispensationem, alium adire.

22 Septimò, quia matrimonium est invalidum, antequam confessarius in virtute mandati summi Pontificis ex sacra pœnitentiaria dispenset, ideò debet priùs confessarius accepisse tale mandatum, & postea in virtute illius dispensare cum pœnitente.

23 Octavò, matrimonium invalidum ob aliquod impedimentum occultum iterum debet contrahi coram Parocho, & testibus, si isti conscij sint illius impedimenti, vel etiam quando impedimentum probari potest in judicio: secus si delictum sit omnino occultum, tunc enim sufficit, si semel in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus initum fuerit matrimonium. Qui plura desiderat, consulat Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 35.*

24 An verò possit Papa dispensare in primo gradu affinitatis rectæ lineæ, ut nimirum socer ducat nurum, vel vitricus privignam. Videtur dicendum, non posse in hoc primo gradu dispensare.

25 Primò, quia privignus habetur loco filij, perinde ac nurus, quæ facta est una caro cum filio.

26 Secundò, quia Apostolus *1. ad Corinth. 5.* hanc matrimonialem conjunctionem in primo gradu affinitatis, ut plenam abominatione detestatur, ait enim, *Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat*, hinc D. Thomas *ibid. lect. 1* ait: *Uxor patris repellitur à matrimonio sicut persona patris, vel matris*: & ratio est, quia uxor patris facta est cum patre una caro, & sicut filia non potest nubere patri, ita nec filius uxori patris.

27 Tertiò, quia Concilium Avarnense sub Vigilio Papa *c. 51.* postquam prohibuit matrimonium cum privigna, subjungit, *Enim qui secus ausus fuerit sacrilegè authoritatem divina legis, & juris natura prorumpere*; unde supponit Concilium hoc matrimonium in primo gradu affinitatis esse naturali lege prohibitum.

28 Quartò, quia plures, quos refert Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 66. num. 6.* docent, matrimonium inter affines in primo gradu lineæ rectæ esse jure naturæ nullum.

29 Idque firmari potest, quia Pontifex nunquam legitur in hoc primo gradu affinitatis lineæ rectæ dispensâsse. Nihilominus putârim probabilius, matrimonium inter affines primi gradûs lineæ rectæ non esse jure naturæ nullum; proinde posse Pontificem in tali gradu dispensare, ita docent D. Thomas *2. 2. q. 154. art. 9. ad. 3.* ubi ait inter solos parentes, & filios prohiberi jure naturæ matrimonium, Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 66. num. 5.* & alij, quos plena manu Sanchez congerit. Probari solet hæc sententia, quia Adonias filius David. *3. Reg. 2.* petiit in uxorem Abisag Sunamitidem, quæ fuerat uxor patris sui, & Seleucus dedit uxorem suam Strathonicam in uxorem Antiocho filio suo, ut refert Plutarchus in vita Demetrij.

Ratione etiam id evincitur, quia eatenus matrimonium patris cum filia, vel matris cum filio est jure naturæ irritum, quia natura constituit patrem superiorem filiæ, & matrem filij, adeò ut teneantur, filij, & filiæ subesse parentibus, iisque debita præstare obsequia cum ab ipsis acceperint esse: Sin autem pater nuberet filiæ, vel mater filio, hæc subjectio in filiis contra jus naturæ infringeretur, quia ex vi matrimonij, filius acquireret dominium in matrem, quæ propterea subesset filio, perinde ac uxor marito, & filia itidem acquireret dominium in corpus patris: est autem contra naturam, quod filij habeant dominium in parentes circa actus venereos in ordine ad prolem, & quòd parentes subsint propriæ proli: atqui inter affines, etiam in primo gradu, nulla reperitur superioritas, contra cujus reverentiam sit usus matrimonij, quia unus non est principium naturale alterius: unde ratio evincens matrimonium in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ esse contra jus naturæ non probat, esse itidem contra jus naturæ matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ rectæ. Hinc plura Concilia, ut notant Hurtadus *de matrim. disp. 20. diff. 4. num. 15.* & Sanchez *loc. cit.* præsertim Agathense *can. 61.* Eupapenense *can. 30.* & Aurelianense *3. can. 10.* quæ prohibent expressè matrimonium cum privigna, cum Noverca, vel relicta fratris, aut avunculi, præcipiunt, ut matrimonia ante illam prohibitionem contracta non dissolvantur: imò Concilium Aurelianense decrevit, nec esse dissolvandum matrimonium inter præfatos contractum cum ignorantia legum et ecclesiasticarum, ut notat Pontius *de matrim. lib. 7. tract. 34. num. 3.* Tum quia Pontifices nonnunquam dispensârunt in dicta affinitate orta ex copula fornicaria: & Pius V. hanc facultatem concessit Henrico Cardinali Lusitaniæ, cùm tamen talis affinitas sit ejusdem rationis cum ea, quæ contrahitur ex conjugali copula. 30

Cùm igitur matrimonium in nullo gradu affinitatis lineæ rectæ initum opponatur primariò, aut secundariò fini ipsius matrimonij, cùm possit ordinari ad procreationem sobolis, & in remedium concupiscentiæ, motuúmque conjugum obsequium in rebus domesticis: neque per tale matrimonium violetur jus naturæ superioritatis, quæ inest parentibus in ordine ad prolem: ideo licèt ineatur in primo gradu lineæ rectæ, ut inter privignum, & novercam; vel vitricum, & privignam, non erit contra jus naturæ: siquidem nulla datur relatio naturalis superioritatis inter affines, quæ opponatur debito 31

bito ordini conjunctionis: quia relatio naturalis superioritatis, ex qua oritur naturalis reverentia debita superiori, solùm fundatur inter illas personas, quæ dant, & accipiunt esse naturale per naturalem generationem; cujusmodi sunt parentes,& non affines etiam in primo gradu lineæ rectæ. Tum quia spectato jure naturæ validum est matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ transversæ, ut cum uxore fratris, quemvis facta fuerit una caro cum fratre per matrimonium: ergo etiam erit validum jure naturæ initum inter novercam, & privignum.

32 Neque rationes in oppositum videntur multum urgere. Ad primam respondetur, novercam, & privignum non nisi impropriè dici filios, quia revera non dependent à socero, & noverca, neque ab ipsis acceperunt esse.

33 Ad secundam petitam ex Apostolo *1. ad Corinth. 5.* respondetur, D. Paulum reprehendisse incestuosum, non quia in uxorem acceperat novercam, sed quia cerneliter eam cognoverat, adhuc vivente patre, ut liquet ex *2. Corinth. 7.* ubi Apostolus scribit, *Igitur,& si scripsi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam:* eloquin mortuo patre, si Corinthius ille nupsisset suæ novercæ non fuisset id, quid inusitatum, ut notat Theodoretus *lib. de legib. versus fin.* Quod verò ad S. Thomã ettinet ipse certè mutavit sententiam in 2. 2. *q.* 154. *art.* 9 *in solut. ad* 3. ubi docet, inter solos parentes, & filios prohiberi jure naturæ matrimonium.

34 Ad tertiam desumptam ex Concilio Avernensi respondetur, ibi tantùm dici, metrimonium illud jure naturæ continere aliquam turpitudinem, consequenter esse illicitum, nisi aliqua justa causa cohonestetur.

35 Ad ultimum quod addebatur, Pontifices nondum consuevisse dispensare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, respondetur aliud esse, eos non dispensâsse, & aliud, quòd non potuerint dispensare. Tum quia plures Pontifices dispensârunt in primo gradu affinitatis, ut Innocentius XII. cum Duce Parmensi, ut nuberet uxori fratris sui demortui. Imò Henriquez *lib.* 12. *c.* 13. *n.* 9. in Glossa *litt. D.* refert Gregorium XIII. dispensâsse cum Comitisse de sancta Hadea, ut contraheret cum patruo.

36 Quamobrem nullus gradus affinitatis est jure naturæ ita prohibitus, ut irritet matrimonium, quamvis aliquam præseferet naturalem indecentiam, nisi aliqua cohonestetur justa causa. Hinc ex justa causa Innocentius III. *in c. fin. de divort.* dispensavit cum infidelibus recèns conversis ob eorum infirmitatem, ut utantur matrimoniis initis cum uxoribus relictis à fratribus;& Alexander VI. in eodem primo gradu affinitatis lineæ transversæ dispensavit cum Rege Lusitaniæ.

37 Tum quia Jacob vir sanctissimus *Genes. 29.* duxit Liam, & Rachelem sorores, & Judas *Genes. 38.* eidem mulieri dedit duos fratres in viros, imò *Deut. 27.* lex jubebat, ut frater duceret uxorem fratris sine liberis defuncti. Tum quia arctius est vinculum inter consanguineos in secundo gradu lineæ transversæ, quàm inter solos affines in primo gradu ejusdem lineæ: siquidem illi ab intrinseco per participationem ejusdem sanguinis sunt conjuncti, & isti nonnisi quasi ab extrinseco: atqui inter consanguineos in secundo gradu lineæ transversæ non est irritum jure naturæ matrimonium, sed tantùm jure ecclesiastico, ut liquet *ex cap. gaudemus de divortiis*: ergo à fortiori non erit irritum etiam in primo gradu affinitatis lineæ sive rectæ, sive transversæ.

§. XI.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an metus reverentialis sit justus, & valeat ad matrimonium irritandum, si filij ob reverentiam parentum, vel etiam subditi Dominorum non sunt ausi contradicere? Respondetur metum illum reverentialem non esse justum, videtur evinci ex *l. ad invidiam. C. quod metùs causa. l. fidejuss. 26. §. 1. de pignor, l. si patre 22. de ritu nupt.* siquidem in hisce textibus declaratur, quòd sola reverentia pro justo metu allegari non possit: è converso talem metum esse justum videtur desumi ex *l. penult. ff. de furt.* & *l* 1. §. *in summa ff. quarum rerum actio non datur*, ubi metus, & nimia reverentia æquiparantur. 1

Hinc Doctores in varias distrahuntur sententias, quibus omissis, respondetur, probabilius, reverentiam superiori debitam non indistinctè pro injusto metu allegari posse: alioquin nullus fermè esset locus efficaci contractui inter Dominum, & subditum, vel in præsentia parentum, si prætensione reverentiæ quævis cavillatio posset produci: & in hoc sensu explicari possunt textus allegati priori loco, in quibus telis metus dicitur non esse justus. 2

Quòd si præter simplicem reverentiam debitam superioribus alia concurrent adminicula, ex quibus conijci possit, aliquem revera fuisse invitum, ut si inæqualitas contrahentium, periculosæ minæ,& importunæ persuasiones intercesserint, tunc metus reverentialis habetur pro justo juxte decisionem Rotæ apud Farinac. *tu decis. crimin. & text. decis.* 242. Covarruvias *de matrim. p. 2. c. 3. §. 6. n. 4.* 3

Quæritur secundò, an ubi hæretici non tolerantur, si conjux per sententiam judicis publicè condemnetur tanquam hæreticus formalis; si postea ecclesiæ reconcilietur, teneatur ejus uxor secum ut antea cohabitare? Affirmant plures præsertim Julius Clarus *lib. 5. § hæresis. num. 15.* Simencha *in cathol. instit. tit. 40. n. 16.* ubi hanc sententiam vocat communem, & tantùm excepit, nisi uxor velit Monialis fieri. Solet hæc sententia probari ex eo, quia Christus *Matth. 19.* tantùm dicat, licitum esse divortium propter carnalem fornicationem: ergo non debet extendi ad fornicationem spiritualem, & quando vir est emendatus, séque reconciliavit ecclesiæ: quia tunc cessat periculum subversionis. 4

nis. Tum quia hæc opinio favat matrimonio, cùm injungat obligationem conjugibus ad cohabitandum: imò favet etiam fidei, quia à tali cohabitationa hæretici faciliùs alliciuntur ad raconciliandos fa acclefiæ.

5 Nihilominus contraria fantantia communior eft, & probabilior, quam docet Layman *lib. 5. tract. 10. p. 3. c. 7. n. 16.* Coninck *de facrament disp 35. dub. 4. num. 24.* Bafilius Ponrius *de matrim. lib. 9. c. 22. num. 3.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 15. 9. & 19.* & plures alij, quos refert, & fequitur Diana *tract. 6. de matrim. refol. 120.* Ratio eft, quia nimis durum foret, obligationem injungere innocenti vel ad perpetuum raligionis onus fubeundum, idque in favorem hæretici, ut ipfe libertate donatus poffit alteri nubere, vel ad cohabitandum: unde non tenetur conjux innocens, fi nolit cum nocente, licèt re onciliato, cohabitara, onus fubire religionis.

6 Tum quia hæraticus femel condemnatus, quamvis refipifcat, & reconcilietur, ecclefiæ, adhuc notatur infamia ob formalem hærafin, in quam incidit: atqui ubi hæretici non tolerantur, qui deprehenduntur, & damnantur, ut formales hæratici in pœnam hærefeos, privantur fuo jure, quod habebant ut altar conjux fecum cohabitaret, ac debitum tadderat: atqui fi femel privatur fuo jura, non tenatur alter conjux debitum illi teddare, nec confequentet cum illo cohabitare, quamvis remancat vinculum matrimonij: poteft enim conjux innocens fepsratim vivare ab altero, quamvis raconciliato acclefiæ.

7 Quinimò neque aft necaffaria fpecialis fententia divortij, fed fufficit fententia judicis, feu Inquifitoris, quâ fuerit daclaratus hæraticus forma'is: poftiâ hâc fententia potaft conjux innocens faorfim ab alio vitam ducera in fæculo, quia cùm hoc divortium fit pœna hærefis eò ipfo quòd aonjux fuit per fententiam judicis declaratus hæreticus, damnatur hac pœna, ficut & amiffione bonorum.

8 Ad id, quod adducabatur ax *Matth. 19.* refpondetur, ibi tantùm agi de dimiffione, quam ex vi aontractûs poteft conjux par fa facara: non verò de illa, quam in pœnam hærefaos poteft judex facare. Cùm anim hæraticus formalis poffit privsri omnibus bonis, ita etiam hoc jure, quod habebat in conjugem. Imò Sanchez *loc. cit n.20.* addit, non effa neceffe, hanc condemnationem fieri actu publico, fed fufficere fi declaretur, quod fuatit hæreticus formalis, fi poftea ut talis habitu pœnitentiæ induatur, & reconcilietur, quamvis id totum fiat privatim, & intet domefticos parietes, quia fempar verificatur præceffiffe acclefiæ judicium, quô conjux fuit damnatus ut hæreticus formalis: quia ad datam fententiam fequuntur ftatim pœnæ hæreticis in jure ftatutæ, ex quibus una aft perpetuum divortium.

9 Quæritur tertiò, an, fi ubi hæretici non tolerantur, uxor per fententiam judicis fuerit, hæretica declarata, poffit ejus vir manens in fæculo facris ordinibus initiari? Refpondatur affirmativè, quia in jure axprefsè concaditur aonjugi catholico tranfitus ad religionem etiam invito altaro conjuge de hærefi in judicio convicto, & poftea reconciliato ecclefiæ; proinde etiam aonceditur tranfitus ad facros ordines, eft anim utrinque par ratio de tranfitu ad faaros ordines, & ad religionem: fiquidem utrinque datur folemne votum perpetuum caftitatis, proinde perpetua mutatio ftatûs. Tum quia quòd aonjux catholicus poffit ad religionam tranfire, aft favor à jure factus conjugi catholico innocenti; favores autem funt ampliandi. Nequa obftat, quòd aonjux nocans fuerit jam ecclefiæ reconciliatus: quis hæc pœna neceffariò refultat ex pœna perpetui divortij, quâ punitur incidens in hærefim formalem. Non tamen fi conjux innocens tranfeat ad religionem, vel fufcipiat Ordines facros, neceffe eft, ut altat ecclafiæ reconciliatus paritar tranfeat ad religionem, vel voto caftitatis fe adftringat in fæculo: quia facultas conceffa catholico non debet vim ullâ hæretico aonjugi reconciliato inferre.

Idque etiam defumitur *ex c. final. de converf. conjug.* ubi dicitur poffe libere conjugem catholicum ad religionem migtare: atqui id non effet illi omnino liberum, fi defidararetur tranfitus hæretici conjugis, quis fi hic nollat raligionis onus fubire, non poffet alter in religione profitari. Neque conjux hæreticus reconciliatus acclefiæ compelli potaft ad profitendum, quia profeffio injufta non eft valids; ficut enim matrimonium carnala confiftare non poteft fine propria voluntata, ità neque fpiritnale. Nequa urget, quòd *in c. conjugatus de converf. conjugat.* dicatur, non poffe virum fufcipere Ordines facros, nifi uxor in fæculo remanans votum emittat caftitatis, quia textus intalligitur, quando conjux adhuc non aft libar ab onara conjugali, tunc enim non poteft religionam ingredi, naque facros fufcipare Ordines, tamacfi ejus uxor dat facultatem, quia non potaft hanc dare, nifi ipfa ramanens in fæculo emittat votum caftitatis: id autem non procedit, quando vir eft omnino libar ab omni onere conjugali ut in cafu noftro, quia tunc non aft necaffe, ut uxor caftitatam promittat, fi ajus vir raligionam ingrediatur. 10

Si dicas, poft initum validè matrimonium nullum poffa ad facros Ordines afcendere, nifi in cafibus in jure conceffis, ut habatur *in extravag. antiqua Joannis XXII de voto.* & cùm nullus extet textus canonicus, in quo id concedatur, in præfenti cafu, id non aft afferandum. Contra eft, quia fufficit, fi habeatur textus, in quo concedatur, ut par hærefim formalem conjugis, & ejus condamnationē poffit conjux alter catholicus religionem ingredi: quia tunc etiam cenfetur illi data facultas fufcipiendi ordines facros: ficut jus conjugij impadit, na conjux ingrediatur religionem; ita impedit, na fufcipiac Ordines facros; & quia hæretiaus, poftquam fuit de hærefi aondemnatus amittit omne jus conjugala, ita poteft alter conjux innocens ucpote fui juris religionem ingredi, vel ad facros Ordines promoveri. 11

Quæ-

12 Quæritur quartò, an nuptiæ possint licitè contrahi in die sabbathi ante adventum, & etiam in vesperis ante diem cinerum? Respondetur cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 6. c. 8. n. 5.* posse tunc matrimonium licitè iniri, quia prohibitio ecclesiæ, quod attinet ad diem cinerum, juxta communem doctorum sententiam non incipit nisi à media nocte, proinde toto die martis etiam vespere post pulsum angelicæ salutationis possunt solemniter celebrari usq; ad mediam noctem exclusivè. Quod verò ad Sabbathū ante adventum spectat, plures cum Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 7.* censent, prohibitionem nuptiarum incipere in vesperis præcedentis diei, nisi ubi consuetudo in contrarium vigeat. Verùm probabilior sententia est, talem prohibitionem non incipere nisi à media nocte sabbathi præcedentis dominicam primam Adventus: ratio est, quia Concilium Tridentinum, & alia antiqua decreta asserunt, ab adventu Domini non posse solemniter celebrari nuptias: sed Concilium Ravennatense II. sub Clemente V. *c.* 19. expressè asserit, tempus adventus incipere die dominica prima adventus: atqui illa dies dominica non incipit nisi à media nocte post dilapsum sabbathum: ergo tunc tantùm incipit prohibitio solemnium nuptiarum, adeo ut licitum sit etiam in sabbatho præcedente primam dominicam adventus, imò & etiam vespere post pulsum salutationis angelicæ solemnes nuptias contrahere. Tum quia moris fuit in ecclesia, ut tempus adventus non intelligeretur incipere, nisi à media nocte post sabbathum ante talem dominicam diem. Demum quia juxta Tridentinum nuptiæ tantùm intelliguntur prohibitæ à primo die adventus Domini usque in diem Epiphaniæ: atqui prima dies adventus non est sabbathum præcedens primam dominicam adventus, sed tantùm incipit à media nocte post elapsum sabbathum. Adhærent huic sententiæ etiam Reginaldus *tom. 2 lib. 31. c. 25. n. 88.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 104.* Bonacina *de matrim. q 3. punct. 14 n. 4.*

13 Quæritur quintò, an tempore interdicti licitum sit, nuptias solemniter inire? Respondetur, duas circa præsens dubium esse sententias. Prima docet, omnino licitum esse tempore interdicti matrimonium etiam solemniter contrahere, & fundatur hæc sententia *in c. appellamus de feriis.* ubi dicitur, eam esse Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, ut matrimonium quocunque tempore contrahatur. Præterea, ut ea sola sacramenta censeantur tempore interdicti prohibita, quæ purè sunt sacramenta, & omnino spiritualia: sed matrimonium est tantùm contractus quidam naturalis, cui Christus per accidens adjecit rationem sacramenti. Huic sententiæ videtur etiam adhærere Glossa *in c. Alma mater. V. sacramentis de sentent. excommun. in 6.* expressè tamen docent hanc sententiam Innocentius *in c. non est in fin. de spons.* Abbas *ibid. num. 8.* & plures alij quos plena manu citat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 8.*

14 Certum est, matrimonium tempore interdicti initum esse validum, ut notat Covarruvias *in cap. Alma mater. 2. p. §. 2. num. 7.* ut etiam si ineatur matrimonium tempore cessationis à divinis, quia nullus reperitur canon, qui irritet tale matrimonium. Quinimò quamvis illicitè tunc contraheretur, adhuc matrimonium esset validum: siquidem etiam tempore excommunicationis illicitè contrahitur matrimonium, & nihilominus si contrahatur, sortitur suum valorem. Neque obstat, quòd contrahentes sint specialiter, & personaliter interdicti, quia cùm sub illo interdicto non comprehendatur matrimonium, nisi fuerit expressum; possunt licitè personæ interdictæ matrimonio copulari. Ratio, cur matrimonium debeat in prohibitione esse expressum, est, quia non se habet sicut alia sacramenta; non enim est quid purè spirituale, sed contractus civilis, & humanus per accidens à Christo elevatus ad rationem sacramenti: quæ ratio est, ut non soleat interdici instar aliorum sacramentorum. Tum quia in ecclesia specialiter interdicta posse baptismum, & confirmationem ministrari docet Ugolinus *de censur. tabul. de interdict. c. 10. §. 1 n. 2.* ergo tempore interdicti poterit etiam matrimonium licitè iniri.

Secunda sententia negat, posse licitè iniri, ita docent Suarez *tom. 2. lib. 32. tract. 2. c. 27. num.* 28. & alij. Nititur hæc sententia, quia generali prohibitione vetitum est, sacramenta ministrari tempore interdicti exceptis baptismo, Confirmatione, Pœnitentia, & Eucharistia per modum viatici, ut liquet *ex c. Alma mater de sent. excommu. in 6. c. quoniam. eod. tit. c. non est vobis. de sponsal.* & *c. quod in te de pœn. & remiss.* atqui matrimonium verè, & propriè est sacramentum, neque excipitur ullibi ab ea generali prohibitione: ergo in illa censendum est comprehendi *argu. clement. 1. §. porro. de V. S.* Tum quia tametsi sacramentum sit contractus civilis, nihilominus eo ipso quòd Christus elevavit hunc contractum ad esse sacramentum, matrimonium in esse sacramenti est spirituale, perinde ac cætera sacramenta: & quia ecclesia generaliter prohibet tempore interdicti ministrari sacramenta præter suprà dicta; non est ab illa generali prohibitione excludendum matrimonium. 15

Ex his duabus sententiis per diametrum oppositis, quamvis prima sit probabilis: secunda tamen est tutior. Cæterum probabilitas primæ sententiæ ex eo etiam potest evinci, quia tametsi in *c. si sententia de sent. excommun. in 6* generatim prohibeatur tempore interdicti susceptio sacramentorum exceptis casibus in jure exceptis; & sacramentum matrimonij non excipiatur; id tamen potest explicari de sacramentis, quæ administrantur ab ecclesia, & per ministros ejusdem: atqui administratio sacramenti matrimonij non fit per ministros ecclesiæ, nec est commissa ecclesiæ; sed fit ab ipsis contrahentibus. Tum quia *in c. appellamus de feriis.* dicitur, quòd matrimonium possit quocunque tempore contrahi: unde in illo textu matrimonium videtur excepi ab illa generali prohibitione facta tempore interdicti. 16

Christi per matrimonium novum ratum, hoc est, si conversus ineat matrimonium com fideli, eò quia ejus aonjux infidelis persistat in sua infidelitate, & nolit converti, nec possit cum illo degare sine injuria Salvatoris: dissolutio verò matrimonij rati per solemnem professionem in religione approbata fit tantùm jura ecclesiastico.

25 Quæritur octavò, an matrimonium infidelium initum ante baptismum, si postea ad fidem convertantur, & matrimonium fuerit consummatum possit à Pontifice dissolvi ex aliqua justa causa? Sanchez *lib. 2. disp. 17. num. 3.* asserit, posse Pontificem tale matrimonium dirimere, & citat pro hac sententia Navarrom *lib. 3. conf. t. de convers. infidel.* Ratio, quâ nititur, est, quia firmius ast matrimonium ratum fidelium, quàm consummatum infideliom: siquidem majorem firmitatem sortitur matrimonium ex ratione sacramenti, quam habet ratum inter fideles, quàm ex ratione contractus aivilis, & humani, quam solùm habat matrimonium consummatum infidelium; proinde illud dicitur rarum, hoc autem non ita *c. quanto de divortiis.* & *c. fin. 28. q. 1.* atqui potest Pontifex dispensare in matrimonio rato fidelium, proinde à fortiori etiam in consummato infidelium: huic sententiæ vidatur etiã adhærere Abbas *in c. ex publico. n. 14. de convers. conjug.* ubi ait, ex statuto ecclesiæ dissolvi matrimonium per solam conversionem alterius conjugis.

26 Tum quia Innocentius III. in *c. quanto de divortiis* ait, matrimonium fidelium esse indissolubile, quia est sacramentum, seu quia repræsentat unionem Christi cum ecclesia, quæ est indissolubilis: argo cùm matrimonium infidalium non sit sacramentum, non erit indissolubile: sed matrimonium fidelium ratum, & nondum consummarum dissolvi potest authoritata Pontificis; ergo etiam matrimonium infidelium, quamvis consummatum. Verùm contraria sententia non caret sua probabilitata eamque defendit Pontius *lib. 9 de matrim. c. 4. n. 15.* Coninck *disp. 26. dub 5. n. 66.* siquidem matrimonium non potest solvi nisi in casibus à jure expressis, ut ait Panormit. *In c. ex parte de convers. conjugator. V. nos autem*: sed nullibi reperitur expressum, quòd matrimonium consummatum infidelium dissolvi possit: neque obstat, quòd tale matrimonium fuerit initum in statu infidelitatis; quia postquam ambo conjuges conversi sunt ad fidam, non est ampliùs matrimonium infidelium, sed fidelium, & consummatum; proinda non videtur, quo jure solvi possit, cum à Christo talia solutio non concedatur, sed tantùm tunc concedatur, quando uno aonjuge ad fidem converso alter non vult converti. Sed prior sententia est probabilior.

27 Quæritur nonò, an matrimonium infidelium, si ambo conjuges baptizentur, statim fiat sacramentum? Respondetur, tres esse Doctorom sententias, quarum prima, quam docet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2 disp 9. num. 5.* docet, cùm primùm conjuges baptizantor matrimonium in infidelitate antea initum, illicò fieri sacramentum absque alio novo consensu: eò quia tunc illud matrimonium repræsentat unionem Christi cum ecclesia, & incipit esse matrimonium inter fideles. Verùm non satis facit hæc ratio, quia inde sequeratur, fideles consummantes matrimonium conficere novum sacramentum, & matrimonium, qui antequam consummaretur; poterat per dispensationem Pontificis, & ingressum religionis solvi, & tantùm repræsantabat unionem Christi cum ecclesia per gratiam: & tantùm fit indissolubile, cùm primum illud consummant; quia tunc perfectè repræsentat unionem Christi per incarnationem, ut desumitur *ex c. debitum 5. de bigamis*: onde si matrimonium inter infideles initum fieret sacramentum cùm primùm ambo conjuges baptizentur; eò quia tunc, repræsentat onionem Christi per incarnationem: etiam matrimonium ratum inter fideles, cùm primum consummatur, fieret sacramentum, cùm tunc fiat indissolubile, & repræsentet unionem Christi per incarnationem: atqui absurdum est asserare; matrimonium inter fidales initum per consummationem fieri novum sacramentum ob indissolubilitatem, & repræsantationem: ergo ex eo, quòd matrimonium initum inter infideles, si ambo conjuges baptizentur fiat indissolubile, & repræsentat unionem Christi per incarnationem, non fit sacramentum.

28 Secunda sententia extremè opposita docet, matrimonium inter infideles initum non posse fieri varum sacramentum; quamvis ambo conjuges baptizentur, adhærent huic sententiæ Pontius *de matrim. lib. 1 c. 5. num 8.* Coninck *de sacrament. disp 24. dub. 2. conclus. 9. num. 25.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 126.* nititur hæc sententia, quia matrimonium est essentialiter contractus initus inter baptizatos, eò quia Christus solum contractum matrimonialem initum intar fideles elevavit ad rationem sacramenti; atqui quando conjuges infideles baptizantur non ponitur novus contractus matrimonialis, qui elevetur ad rationem sacramenti; neque contractus prætaritus fuit initus inter baptizatos: naque possunt conjuges baptizati de novo contrahere; quia sibi non possunt mutuò corpora tradere; quia dominium in proprium corpus jam fuerat in statu infidelitatis translatum, & nemo potast alteri tradera dominium, quod non habet.

29 Verùm neque huic sententiæ puto adhærandum; quia infidales baptizati forent deterioris conditionis, ac cæteri fideles, & privarentur gratiâ, quam confert hoc sacramentum. Neque obstat fundamentum, quo hæc sententia nititur; quia quàmvis matrimonium fuerit jam initum in statu infidelitatis, & mutuum corporis dominium in aodem statu translatum: nihilominus post susceptum baptismum nil obstat, quin possint ratificare per novum mutuum consensum matrimonium, & intandere velle imposterum tale matrimonium esse ejusdem rationis cum illo fidalium: si enim in statu infidelitatis non contraxissent, tunc rationa hujus mutui consensus coram ecclesiâ esset verum sacra-

sacrementum, ratione cujus susciperent gratiam propriam hujus sacramenti matrimonij, quia talis mutuus consensus factus coram ecclesia esset verus contractus civilis, & humanus, & inter baptizatos.

30 Tertia igitur sententia, quæ mihi videtur probabilior, est media inter utramque, & docet tunc primùm matrimonium initum in statu infidelitatis elevari ad rationem sacramenti, quando post susceptum baptismum ambo conjuges novo consensus mutuò exprimunt, vel præcedentes per aliquot signa extrinseca ratificant. Putârim tamen hanc ratificationem, seu hos novos mutuos consensus exprimendos esse in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus, ut possit imposterum ecclesia judicare de tali matrimonio. An verò teneantur conjuges infideles post baptismum hanc ratificationem præstare juxta formam, & intentionem ecclesiæ in ordine ad recipiendum hoc sacramentum, respondent plures, adhuc posse sine hac ratificatione uti pristino contractu matrimonali absque peccato lethali, ite Rebellius *p. 2. lib. 2. q. 7. num. 2.* Bellarminus *lib. 1. de matrim. c. 5. & 15. & alij.*

31 Quæritur decimò, an qui dubitat de impedimento dirimente matrimonium, possit non obstante tali dubio illud contrahere? Negativè respondet Layman *lib. 1. tract. 1. c. 5.* §. 3. *n.* 23. ubi ait, quòd si dubium sit de matrimonij valore ob latentis impedimenti suspicionem, & antecedat, abstinendum sit omnino ab illo contrahendo, tum ob favorem sacramenti, ne invalidè administretur: tum ob illud principium, quo dicitur, mala fide contractum iniri, ac possessionem inchoari ab illo, qui initio dubitat, non jus habeat contrahendi, & possessionem capiendi.

32 Nihilominus communior, & probabilior sententia asserit, dubium de tali impedimento teneri priùs diligenter inquirere de tali impedimento, an existat: & post diligentem inquisitionem, si deprehenderit, tale impedimentum non inveniri, quamvis adhuc dubitet, posse matrimonium contrahere, ut docent plures eum Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 6. n. 18.* cui adhæret alter Sanchez *in select. disp. 43. n. 44.* & Franciscus de Lugo *de conscient. p. 1. q. 31. num. 180.* Ratio est, quia post diligentem, & diuturnam inquisitionem possessio stat pro dubitente, nec potest tali possessione priveri, donec constet de tali impedimento, nemo enim sine certo jure debet spolieri sua possessione, unde post adhibitam sufficientem inquisitionem in ordine ad reperiendam veritatem, si conjux adhuc dubitet, potest matrimonium contrahere, aò quia possessio stat pro libertate. Quòd si tale impedimentum exteret, & non posset probari, adhuc conjuges censerentur bona fide contrahere, ac possent debitum reddere, ac petere. Idque desumitur etiam *ex c. laudabili. & c. final. de frigid. & maleficiat.* ubi dicitur, quòd dubius de potentie naturali sufficiente ad usum matrimonij non debeat eligere tutiorem partem, abstinendo à contractu matrimonij, sed licitè contrahere, & post initum matrimonium nisi illud consummare: ratio est, quia cùm homo possideat jus ad contrahendum matrimonium, & in dubiis melior sic conditio possidentis non debet possessione talia juris priveri, nisi de contrario constet, præsertim cum post diligentem, & sufficientem inquisitionem dubitans non potuerit tale impedimentum deprehendere: & quia tale impedimentum est solùm de jure ecclesiastico, ut supponitur; & si adesset, ecclesia super illo dispensaret, præsumitur tunc interpretative dispensatio, si impedimentum constaret.

33 Cæterum cùm dicimus in dubio meliorem esse conditionem possidentis, id procedit de quocumque dubio facti, nisi aliud fuerit jure positivo expressum. Quamobrem si per citatos canones licitum est inire matrimonium cum dubio impotentiæ ad ejus usum; etiam licitum erit matrimonium contrahere cum dubietate de impedimento, si post diligentem, & sufficientem inquisitionem de illo non constiterit. Et quamvis plures doceant, in dubio non posse matrimonium contrahi; id tamen solùm procedit de dubio practico, nimirum quando orto dubio speculativo nulla adhuc est facta diligentia, neque posita sufficiens inquisitio ad veritatem investigandam, quia tunc dubium speculativum trahit secum practicum; & si dubitans contrahat, procedit mala fide, & si diligentiam non adhibuerit, non potest debitum petere, sed tantùm reddere, nisi alter conjux etiam mala fide contraxerit, quatenus etiam dubitavit eodem modo de impedimento, & neglexit inquisitionem necessariam.

34 Quæritur undecimò, an matrimonium contractum cum falso errore alicujus impedimenti, quod revere non existat, sit validum? duæ sunt opiniones, quarum prima docet, tale matrimonium nullum sortiri valorem, eò quia contrahens cum tali errore non possit verum habere consensum contrahendi, quia nemo seriò potest intendere, quod omnino credit impossibile esse: atqui deficiente consensu contractus matrimonialis non inducit obligationem, qui enim non consentit in contractum, non potest intendere se obligere per ipsum. Tum quia videtur hæc sententia desumi *ex l. is qui putat. ff. de acquir. hæredit.* ubi dicitur, credentem se necessarium hæredem esse, cùm verè non sit, repudiari posse, eò quia opinio veritati præfertur: ergo à pari credens se retione impedimenti, quod falsò extere putat, non posse validè contrahere, non contrahit legitimè. Tum quia hic erretur circa matrimonij substantiam: siquidem conjuges existimant impossibilem sibi esse corporis traditionem. Demum quia voluntas non potest ferri in impossibile.

35 Secunda sententia, quæ videtur probabilior, docet, matrimonium valere, dommodo contrahentes intendant contrahere eò meliori modo, quo possunt, & si non adesset tale impedimentum; adeo ut consensus non limitetur ad illum errorem, neque eidem tantùm alligetur, sed sit consensus ulteriùs transiens ad matrimonium ineundum, etiam si impedimentum non adesset.

Ratio

35 Ratio mihi videtur id evincere, quia tunc contrahentes non consentiunt simpliciter in errorem, sed intendunt etiam præscindendo à tali errore, seu impedimento contrahere, adeò ut sit veluti contractus partim conditionatus, si impedimentum non adsit; & quia revera tale impedimentum non existit, & contrahentes sunt personæ alioqnin habiles ad contrahendū, nil videtur obstare, quo minus validè contrahant. Tum quia etiam stante tali errore est possibilis consensus, ut liquet *ex c. de spons. in 6.* ubi Pontifex rescripsit, ex sponsalibus nullis ratione consanguinitatis, vel alterius impedimenti oriri publicam honestatem, dummodo adsit consensus: unde textus supponit possibilem esse consensum etiam cùm impedimento dirimente.

36 Tum quià *in clement. unic. de consang.* excommunicantur contrahentes in gradu prohibito: quod non aliter contingit, nisi supponatur, quòd possit esse consensus, ut sine illo non incurratur excommunicatio.

37 Neque argumenta, quibus nititur prima sententia, magni sunt ponderis. Ad primum desumptum *ex l. is qui putat*, respondet Covarruvias §. 7. *num.* 2. opinionem esse præferendam in eo casu veritati, eò quia ad eum actum necesse sit, ut agens sciat, ex qua causa, & quo jure eundem actum agat: id autem ad matrimonium non requiritur. Ad secundum communiter negant, errorem circa valorem matrimonij illud irritare, idque solet à parte vinci de aliis sacramentis. Ad tertium, voluntatem non ferri in omnino impossibile, ut explicuimus, quia consensus ille est quasi conditionatus, si possum, contraho matrimonium, & talis conditio est de præsenti, quia tunc contrahens dicit, si non teneor fortè aliquo impedimento, revera contraho matrimonium.

38 Quæritur duodecimò, an licitum sit contrahere matrimonium cum impedimento dirimente ex timore mortis, vel alterius gravis damni? Communior sententia est affirmativa, quia cùm impedimentum dirimens supponatur esse ecclesiasticum, ecclesia non obligat cùm tanto rigore, & supponitur ejus interpretativa dispensatio. Hinc si mortis periculum immineat, potest quis validè contrahere, tametsi sciat adesse aliquod impedimentum ecclesiasticum dirimens.

39 Hinc Joannes Sancius *in select. disp. 35. n. 6.* ait, ob timorem mortis, & gravem causam in administrandis sacramentis licitam esse simulationem, ut si hæreticus minaretur mortem, si sacerdos non consecraret omnem panem dilatum in forum: posset enim tunc sacerdos non habere intentionem consecrandi, & uti æquivocatione ad declinandam mortem. Similiter confessarius potest sine intentione proferre verba absolutionis circa indispositum pœnitentem, si hic illi comminetur mortem, nisi absolutionem impertiat, si confessarius alia via mortem non posset evadere: sed postea data occasione posset illum monere, ut iterum confiteatur cum debita dispositione. Tum quia secundùm aliquos licitum etiam videtur esse Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam pro consecrata mulieri, quam maritus compellit ad communicandum, & sine jactura famæ non possit communionem omittere.

Verùm id mihi non videtur probabile, quia eo ipso, quòd sacerdos ministraret hostiam non consecratam pro consecrata, præberet circumstantibus occasionem idololatriæ, adorarent enim creaturam loco ipsius Dei. 40

Quare alij ad tollendum periculū idololatriæ, censent, posse hostiam non consecratam pro consecratâ ministrari peccatori occulto scienti, & petenti sibi dari ob vitandam infamiam, dummodo proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam sacerdos habeat aliam non consecratam, quæ non videatur à circumstantibus, & non adoretur, & hoc totum fiat ex consensū ejusdem peccatoris communicantis, ne etiam ipse ex conscientia erronea adoret hostiam non consecratam pro consecrata. 41

Verùm neque hanc industriam putârim admittendam ad fugiendum periculum idololatriæ, ratio est, quia sacerdos, qui tali arte, & industria ministrat hostiam non consecratam, quamvis à tergo alterius consecratæ illam ponat, nihilominus semper exhibet adorandum distinctum individuum hostiæ non consecratæ. Tum quia adstantes possunt semper distincto actu adorare illam hostiam, quam tunc sacerdos communicanti porrigit, non enim est in potestate ministri impedire talem adorationem. Tum quia fideles, quando sacerdos ad populum conversus tenet digitis à tergo alterius consecratæ aliam non consecratam, adstantes adorant totum id, quod sacerdos manu ostendit populo, proinde adorant etiam hostiam non consecratam, quod non est licitum, tametsi adoretur eodem actu cum alia consecrata: quia creatura nunquam potest coadorari adoratione absoluta eadem adoratione, quâ adoratur Deus. 42

Quæritur tertiodecimò, an matrimonium ex defectu consensus alterius conjugis revalidetur, si postea qui non consensit instio alio conjuge consentiat? Respondent plures cum Sanchez *tom. 1. lib. 2. disp. 32. num. 12.* affirmativè, quia consensus alterius conjugis, qui verè, & legitimè consensit, adhuc perseverat habitualiter, imò etiam virtualiter in ipso actu, quo ab alio petit debitum: ergo adveniente consensū alterius, qui fictè consensit, revalidatur matrimonium quocunque temporis spatio interjecto; quia in conjuge, qui verè consensit, semper manet talis consensus, cùm semper putet validum esse matrimonium, sempérque petat debitum. Imo non est opus, ut alter, qui fictè consensit, iterum coram Parocho, & testibus consentiat: quia cùm talis fictio fuerit tantùm interna, ac in mente contrahentis, & ecclesia non judicet nisi de externis, ideo in foro fori prior consensus licèt fictus mentaliter, ab ecclesia habetur pro valido, quod sufficit, ut possit ecclesia probare valorem talis matrimonij. Tum quia consensus coram Parocho, & testibus, tunc solùm est necessarius, quando omnino celebratur 43

matrimonium: & in nostro casu tantùm suppletur internus consensus.

44 Hinc qui invalidè contraxit cum impedimento dirimente obtenta dispensatione non tenetur iterum consentire coram Parocho, & testibus, quia eum semel coram illis contraxerit, licèt invalidè ob occultum impedimentum dirimens; nihilominus sufficit, si rursus secretè verè consentiat impetrata priùs dispensatione impedimenti, nisi fortassis adsit periculum, ut ab aliquibus detegatur impedimentum, & probetur in foro externo: stante enim tali periculo celebrandum iterum esset matrimonium coram Parocho, & testibus, maximè si & ipsi conscij essent talis impedimenti; quamvis aliàs occulti; quia cùm ipsis non constet in foro ecclesiæ de validitate, sed tantùm de nullitate matrimonij, non sunt testes valoris, sed nullitatis talis matrimonij. Cæterùm si nullum tale subsit periculum sufficit, si obtentâ dispensatione, qui contraxit cum impedimento dirimente iterum consentiat, non enim hic casus censetur comprehensus in generali decreto Concilij; quia illud solum matrimonium dicitur clandestinum, quod non potest probari in facie ecclesiæ esse contractum: & in nostro casu, cùm supponatur impedimentum omnino occultum, matrimonium antea initum coram Parocho, & testibus probatur ab ecclesia.

45 Quæritur quattodecimò, ad quid teneatur, qui spe conjugij virginem decepit, quam corrupit? Respondetur, quòd si promisit conjugium, & ex vi talis promissionis puella permisit ab illo violari, tenetur eam ducere, tametsi fictè ei promiserit. Limitatur tamen id à Doctoribus multipliciter. Primò si deceptor sit longè nobilior, ac multò longè opulentior, & puella id sciverit; quia tunc facilè suspicari potuisset, virum non nisi fictè conjugium promisisse, ut ea abuteretur. Secundò si ex aliis circumstantiis potest puella facilè conijcere, ipsum non sincerè promittere, vel quia utatur verbis amphibologicis, vel loquatur inconstanter, vel extra consuetudinem exageret. Tertiò si aliquod impedimentum legitimum intervenerit, ut si fiat ejus affinis, si nubat alteri per verba de præsenti, si sacros ordines suscipiat, si grave aliquod damnum, & scandalum ex tali matrimonio sit subsecuturum. Quartò si puella postea cum alio fuerit fornicata, in quo casu non ampliùs tenetur alius illi satisfacere. Quintò si asserenti se virginem promisit nuptias, & postea eam non deprehenderit virginem. Sextò quamvis ex puellæ verbis non fuerit deceptus, si tamen eam non deprehenderit virginem, tunc sufficit, si pecuniâ compenset: quia licèt ex vi promissionis obligetur ad illam ducendam, quia tamen puella non fuit virgo, sufficit, si pecuniâ eidem satisfaciat. Similes casus solent frequenter contingere, ut si vir sit longè nobilior, & ditior, & puella potuerit conijcere, eum verè non promittere, compensatur damnum, quod fuit ipsi illatum per congruam dotem, quâ possit alteri nubere.

Quæritur quintodecimò, an pater teneatur dare dotem filiæ, si hæc aliundè jam habuerit competentem dotem? Certum est, patrem teneri filiam dotare, ut desumitur ex *l. 19. ff. de ritu nuptiat. l. final. C. de dot. promiss.* §. *neque enim leges;* unde difficultas, est, an possit etiam pater compelli ad dotandam filiam, quæ aliunde jam habuit congruam, & sufficientem dotem. Plures Jurisperiti in ea sunt sententia, ut putent, patrem tunc non posse compelli ad dotandam filiam, ita docent Bartol. *ad l. 22. §. 4. ad Trebel.* Alciatus *l. 18. parerg. c. 3.* Cotasius *ad l. qui liberos n. 53. ff. de ritu nupt. c. 8. n. 7.* 46

Nititur hæc sententia, quia cessante ratione æquitatis, quæ sola suadet filias esse dotandas, cessat etiam ipsa æquitas, & lex quæ jubet filiam dotari *l. plane ff. famil. Hercisc. l. adigere. §. quamvis de jure patron. c. cessante lege de appell.* atqui filia si aliunde habeat sufficientem dotem, vel sit dives non indiget ampliùs dote patris, & cessat æquitas, & ratio juris, quæ patrem obligat ad dotandam filiam; siquidem æquitas in eo fundatur, ut filia possit mediante dote honestis, ac paribus nubere maritis: ergo etiam cessat in divite filia lex, quæ patri injungit filiam dotare. 47

Secundò; quia pater non cogitur alimenta præstare filiæ, quando hæc facta est locuples: consequenter nec compellitur dare dotem, quia hæc comparatur præstationi alimentorum: antecedens liquet *ex l. si quis à liberis. §. sed si soluit. ff. de agnosc. liber.* unde non potest pater compelli ad dandam dotem filiæ locupleti. 48

Tertiò; quia specialiter, & singulari jure indultum est contra regulas juris communis, scilicet in favorem matrimonij, ut pater adhuc vivens teneatur filiæ aliquid dare loco dotis: unde id strictè accipiendum est, proinde restringendum ad illum casum, quo filia aliunde dotem non habuerit, vel non sit dives: ratio itidem est, quia omnis interpretatio, ita debet fieri, ut jus commune minus lædatur *c. cùm dilectus de consuet.* 49

Nihilominus affirmativa sententia communior videtur, quia regula juris est, ut ea, quæ in favorem, & commodum alicujus sunt introducta, non debeant in odium, & detrimentum ejusdem detorqueri *l. quod favore. C. de legib.* sed ad commodum filiæ pertinent, quæ ipsa aliunde accepit, vel fuerunt ipsi dono data, vel ex quocunque titulo acquisita, proinde non debent in odium ejusdem detorqueri: & id contingeret, si ob bona, quæ aliunde filia acquisivit, pater deberet eidem dotem denegare. 50

Præterea quia in *l. final. C. de dote promiss. & l. 19. ff. de ritu nupt.* generaliter, & indistinctè dicitur officium patris esse dotare filiam, & ab hoc officio non liberatur pater; ex eo; quòd adventitiæ divitiæ filiæ accedant; quia pater non debet deesse suo muneri, nec denegare filiæ, quod ipsi debetur. Tum quia in *d. l. final. C. de dot. promiss.* filia habebat bona adventitia, & nihilominus dicitur ad patrem pertinere officium eam dotandi. 51

Hæc

Hæc sententia probabilior est, eique adhærendum.

53 Hinc ad primum fundamentum sententiæ negativæ, negatur assumptum, nimirum, quòd cesset ratio æquitatis dotandi filiam, si hæc aliunde ditescat, quia dos debetur filiæ, eò quia sit pars sui patris, à quo fuit genita. Tum quia dos constituitur filiæ, ut faciliùs hæc possit nubere, & onera matrimonij maritus beneficio dotis possit sustinere: atqui bona paraphernalia uxoris non inserviunt oneribus matrimonialibus sustinendis, tametsi filia illa amplissima fuerint, & filia possit absolutum, & dispoticum dominium sibi retinere circa bona omnia paraphernalia: ergo tametsi filia aliunde ditescat, quia tamen illius divitiæ accensentur bonis paraphernalibus, adhuc eidem debetur à patre dos, quâ maritus possit onera matrimonij sustinere. Ad id, quod addebatur, quòd in filia divite cesset æquitas eam dotandi. Respondetur, id non esse verum, quia filiæ diviti alimenta non tenetur pater suppeditare, eò quia habeat unde possit ali; sed ut maritus possit sustinere onera matrimonij, & cum illa non sustineat ex bonis paraphernalibus uxoris, tenetur ex dote ea sustinere. Præterea cùm dotis præstatio descendat ex singulari privilegio, facienda est amplissima ejus interpretatio *l. penult. ff. de constit. princ.* Idque vel maximè procedit, quia publicam concernit utilitatem *l.* 1. *ff. de solut. matrim. & l.* 2. §. *de jure dotal.* Demum habetur regula juris jubens, in dubio pro dotibus respondere.

54 Quæritur decimo sextò, an pater teneatur etiam dotare filiam spuriam? Respondetur, teneri patrem etiam aliquo modo dotem constituere filiæ spuriæ, adeò ut id possit etiam compelli, non tamen ut dos excedat alimentorum quantitatem, ad quæ subministranda jure naturæ obligatur, hinc Covarruvias 2 *p. de sponsal. c.* 8. §. 6. *num.* 11. Barbosa 4. *p. l.* 1. *num.* 65. *ff. solut. matrim.* & alij asserunt, patrem teneri filiæ spuriæ dotem constituere pro quantitate alimentorum, ne illius pudicitia periclitetur, & dicunt id etiam procedere, quamvis aliunde habeat, vel polleat arte, quâ possit illa sibi comparare, quæ necessaria sunt. Verùm tunc deobligari patrem est sententia communior, *argu. l. si quis à liberis*, §. *sed filius. ff. de liber. agnos.* & tradit Barbosa 4. *lib.* 1. *num.* 61. *de solut. matrim.* quia pater filiæ spuriæ tantùm tenetur suppeditare necessaria alimenta, quando ipsi desunt.

55 Hinc quæ à patre donantur filiæ spuriæ, non transeunt ad ipsius hæredes adeò ut dos filiæ data à patre, non secus ac fundus datus filio spurio, vel quodvis aliud pro alimentis relictum, ac designatum à patre ad filios, vel hæredes non transeat; sed ad patrem, si res dono data exstat mortuâ filia spuriâ, revertatur, vel ejus hæredes, quod etiam procedit de bonis à patre datis filio spurio. Sin verò filius, vel filia spuria hæredes, seu filios relinquant indigentes sustentatione, adeò ut nec ex aliis bonis parentum, nec alia ratione possint commodè ali, tunc jus habent, non ut hæredes, sed ex propria persona, ut eorum Avus, qui pater spuriæ filiæ, vel spurij filij erat, ex eadem dote, vel iisdem bonis datis filio spurio, vel ex aliis, prout magis placuerit, congrua ipsis alimenta constituat, ut notat Rebellius *p.* 2. *lib.* 5. *q.* 8. *sect.* 3. *& sequent.*

Quæritur decimoseptimo, an Avus teneatur dotare Neptem, & frater sororem? Respondetur eum distinctione, si pater ea laboret paupertate, ut non possit congruam dotem filiæ suppeditare, tunc æquitas exigit, ut inopiæ patris Avus succurrat: etenim cùm pater teneatur ex officio succurrere filio, ita etiam illis, qui ex suo filio nascuntur. Sin verò pater possit congruam subministrare dotem filiæ, tunc avus non tenetur: quia avus nonnisi secundariò, & ad supplendum defectum filij tenetur neptem dotare: & sublato tali defectu in filio, tota obligatio devolvitur ad patrem: cùm enim avus non obstringstur nisi propter filium, ideo avus non nisi secundariò tenetur: obligatio autem secundaria cessat, ubi principalis potest solvere *authent. præsent. C. de fidejuss.* Quòd in defectu principalis seu patris teneatur avus neptem dotare desumitur *ex l. fin.* §. *utramque. C. de dot. promiss.* ubi Justinianus Imperator ait, paternum esse officium progeniem suam dotare: atqui, nomine progeniei; non solùm intelliguntur filij, sed etiam nepotes, & pronepotes *in l. final. C. de emancip. liber.* hinc Martianus *in l.* 16. *de rit. nupt.* indistinctè ait, habentes liberos in potestate compelli in matrimonium collocare; & nomine liberorum intelligi omnes descendentes liquet *ex l. sed si hac.* §. *fin. ff de in jus vocan. l. liber. ff. de V. S.* Ratio itidem id suadet, quia non minus avi, quàm patris interest nuptui collocare neptam, ne cum maximo generis, & familiæ probro cogatur vitam eligere turpem. 56

Quid verò dicendum sit de fratre, an teneatur sororem dotare? Certum est, sororem uterinam ex eadem matre, non ex eodem patre natam non teneri dotare, quamvis inops sit, ut notat Paulus jurisconsultus *in l.* 12. *ff. de administrat. tutor.* ubi ait, sed non dabit tutor dotem sorori pupulli natæ ex alio patre, quamvis aliter non possit nubere. Sin autem soror sit consanguinea, seu ex eodem patre, licèt ex alia matre communior sententia est, ut frater teneatur eam dotare, eò quia teneatur alere sororem consanguineam, & germanam *l. si quis à liberis.* §. *utrum. ff. de cognos. liber. argu. in l.* 12. §. 3. *de administ. tut.* ubi expressè dicitur, quòd tutor non teneatur dotem constituere sorori pupilli sui ex alio patre natæ: unde à contrario sensu valet argumentum, quòd teneatur ex eodem patre natæ dotem constituere *argu. l.* 1. *ff. de offic. ejus qui mandat.* ubi dicitur, argumentum à contrario sensu ductum esse validissimum. Id à fortiori procedit de sorore ex eodem patre, & matre nata, imò tunc non excusatur frater, eò quia adhuc sit minorennis, vel necessitatem habeat alienandi aliqua immobilia ad supplendam dotem: quia cùm causa sit urgens, & à jure communi approbata ex mandato 57

dicto judicis potest talis alienatio fieri citra periculum restitutionis *l. final. C. de in integ. restit.* Imò neque excusatur ex eo, quòd à patre soror sit exhæredata: neque ex eo, quòd ipse sit factus clericus, nec alia bona habeat, nisi quæ ex beneficiis colligit: siquidem ex eorum fructibus alere, & dotare sorores inopes potest, quia est opus pietatis, & simul naturalis obligationis, & juri maximè conforme.

58 Excusatur tamen frater ab obligatione dotandi sororem inopem, si ejus mater vivat, vel avus paternus, & maternus, qui possint dotem suppeditare: quia omnes ascendentes præferuntur fratri in successione *authent. defuncto, C. ad Terbel.* proinde debent etiam præferri in obligatione. Tum quia deficiente patre onus alendi, & dotandi filias incumbit matri diviti *l. si quis à liberis. §. utrum. ff. de liber. agnos.* & fratri non competit nisi in subsidium, ut rectè notat Rebellius *p. 2. lib. 5. q. 4. num. 13.* ubi etiam addit, quòd si frater administrâsset bona sororis, ex quibus dos constitui posset, non compellitur eam dotare, & si dotem illi constituat, censendus est, id facere ex bonis sororis, si separata sint: alioquin si indivisa, & communia fuerint, censendus est in foro externo habuisse animum donandi quoad eam dotis partem, quæ eum tangeret *l. unicam. § accedit. C. de rei uxoriæ action.* & notat Menochius *lib. 2. de arbit. cas. 88. num. 47.* & Barbosa *4. p. lib. 1. ff. solut. matrim. num. 141.* In foro tamen conscientiæ attendenda est intentio donantis, quia si tantùm intendebat de solis bonis sororis illi dotem constituere, non tenetur quidquam de propriis bonis suppeditare ad constituendam ei dotem.

59 Quæritur decimooctavò, an filius teneatur dotare matrem transire volentem ad secundas nuptias? Affirmativè respondet Arbrectus *disp. de dote, thesi 109.* & nititur ad id evincendũ. Primò quia si frater sorori indigenti tenetur dotem constituere, à fortiori filius matri, cùm major sit obligatio, in matrem, quàm in sororem. Secundò quia pietas, ratione cujus filius jure divino, & humano matri obstringitur, id exigit, ut filius matris adhuc juvenis pudori, & honori consulat; maximè cum ipsius quoque filii intersit, ut mater, quæ se continere non potest, iterum nubat, ne cum maximo generis, & familiæ probro, ac dedecore turpem cogatur vitam eligere. Tertiò quia *in l. 1. C. de alien. liber.* habetur rescriptum Imperatoris Antonini, in quo dicitur, justum, & æquum esse, ut liberi succurrant necessitatibus parentum: & quia ob incontinentiam dos est necessaria matri, ut possit ad secundas nuptias transire, sequitur quòd filius teneatur eidem necessariam dotem suppeditare. Quartò quia filius tenetur matrem inopem alere, & ei quæ ad victum necessaria sunt suppeditare: atqui dos est species alimentorum; proinde tenetur filius matri indigenti eam dare.

60 Nihilominus contraria sententia communior est, ac verior, quia nemo potest obligari, nec compelli aliquid conferre, ut inde eidem injuria inferatur *l. qui accusare, C. de edend. l. nimis grave. C. de testibus*: atqui mater, eò ipso quòd transit ad secundas nuptias infert filiis injuriam *nov. 2. c. 1. & c. 3. de secundis nupt.* proinde non tenetur filius suppeditare dotem matri volenti transire ad secundas nuptias. Tum quia filius non tenetur matri munera nuptialia mittere *l. 13. final. ff. de administ. tutor. l. 1. §. præterea. ff. de tutor. & ration. distraben.* Tum quia si filius matrem transeuntem ad secundas nuptias dotaret, patrem offenderet, cujus anima contristatur de hisce secundis nuptiis propriæ uxoris, ut notant Jurisperiti: quæ tamen ratio non urget, quia ejus maritus si sit in loco salutis deberet potiùs gaudere, ne ejus uxor ob incontinentiam periclitaretur. Adest tamen in jure alius textus *in l. si vinea. C de præscript. long. temp.* ubi mater si transeat ad secundas nuptias, & vitricus det illi in dotem res filii, nihil filio præjudicat: atqui præjudicaret, si hic ad dotandam matrem foret adstrictus, ut notat Corasius ad *l. 19. num. 63. de ritu nuptial.*

61 Hinc ad fundamenta oppositæ sententiæ respondetur, ad primum esse discrimen inter sororem, & matrem, quia conjugium sororis non vertitur injuriæ fratri, ut conjugium matris, & nemo potest compelli ad conferendum aliquid, ex quo ipsi inferatur injuria. Ad secundum pietatem exigere, ut filius succurrat matri indigenti: non ita si id cederet in injuriam filii, hinc liquet etiam solutio ad tertium petitum ex decreto Imperatoris Antonini. Ad quartum teneri quidem filium suppeditare matri indigenti necessaria alimenta non ita dotem, quâ transeat ad secundas nuptias; diversa est enim alimentorum ac dotis ratio, alitur enim inops mater absque injuria filii; non verò dotatur sine ejus injuria: unde quamvis filius cogendos sit ad matrem alendam *l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ration. distraben.* non tamen compelli debet ad illam dotandam, quia secundæ nuptiæ injuriam inferunt filio.

62 Præterea neque mater tenetur per se filias dotare, quia hæc obligatio ad patrem pertinet non ad matrem, *l. neque mater. C. de jure dot. l. regia 9. tit. 11. p. 4.* excipitur tamen, nisi urgens aliqua, & rationabilis causa intercederet, ut etiam notatur in *præfat. l.* sufficiens autem causa censetur, si filiæ pudicitia periclitaretur, nisi nuberet, & aliunde dotem non haberet. Excipitur etiam si mater hæretica esset, vel infidelis, & filia catholica, quia tunc in favorem religionis compellitur mater filiam dotare usque ad legitimam portionem ei competentem, tametsi ex patre, vel aliunde dotem haberet, & desumitur ex *l. cognovimus C. de heret.*

63 Quæritur decimononò, an hæretici in secundo, tertio, vel quarto consanguinitatis gradu conjuncti, si matrimonium contrahant, hoc validum sit, & an si convertantur ad fidem catholicam debeant iterum contrahere? Respondetur, hanc quæstionem dependere ab illa alia, an leges ecclesiasticæ de impedimentis matrimonii præsertim dirimentibus obligent etiam hæreticos, in quos perinde ac in catholicos vim suam

ſuam integram exerant. Et putârim æquè hæreticos, ac Catholicos ſubijci legibus eccleſiaſticis de impedimentis matrimonij præſertim dirimentibus, quaptopter reſpondetur quæſito, matrimonia contracta ab hæreticis junctis ſanguine in ſecundo, tertio, vel quarto gradu eſſe nullius valoris, & ſi convertantur ad fidem catholicem teneri iterum contrahere, petitâ priùs, & obtentâ pontificiâ diſpenſatione ſuper gradibus conſanguinitatis dirimentibus mattimonium: & ita declarâſſe ſacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini interpretem refert Bonegratia in *ſua diſcept. de matrim. hæretic.* ubi cùm priùs cenſuiſſet ex inolita conſuetudine hæreticos non ſubiecere legibus eccleſiaſticis de impedimentis matrimonij etiam dirimentibus, ac propterea matrimonie, quæ inter ipſos contrahuntur in ſecundo, tertio, vel quatto gradu conſanguinitatis valide eſſe, poſtea retractavit ſuam ſententiã, & ſubdit *de matrim. hæretic. §. 8.* Verumtamen quia ſacra Congregatio de mente ſummi Pontificis prædicta matrimonia verbis expreſſis irritar, ac nulla, & irrita declarat; ideo reſpondeo, & dico ſecundò, ille metrimonia non ampliùs valere, quàm contractus merè civiles, qui per ſententiem Judicis eccleſiaſtici valeant reſcindi, ac diſſolvi, etiem quoad vinculum.

64 Retio ex eo deſumitur, quia hæretici, ex qno baptismum ſuſceperunt, ſubiiciuntur juriſdictioni eccleſiæ, ac proinde obligantur legibus eccleſiaſticis: quoties enim ſubijcirur quis juriſdictioni alicujus Principis, obligatur etiam ejus legibus, & hæretici per hoc, quòd ſuſcipiant verum baptiſmum, ingrediuntur eccleſiam, cujus propterea juriſdictioni ſubijciunrur, ac legibus obligantur: quapropter, ſi hæretici inter ſe contraxerunt in ſecundo, tertio, vel quarto gradu conſanguinitaris, & poſtea reſipiſcentes convertantur ad fidem catholicam ſunt ſeparandi, donec impetrate diſpenſatione à ſummo Pontifice iterum contrahant, & tune filij ex tali matrimonio nati incipiunt eſſe legitimi, temetſi geniti, & nati ſint ante converſionem parentum, quia in commodum prolis validitas matrimonij iuris fictione retrotrahitur ad tempus, quo bone fide contrexerunt.

65 Hinc petet diſcrimen inter infideles, & hæreticos, quia illi ſi in ſecundo, tertio, vel quarto gredu conſanguinitetis juncti, & matrimonio conjuncti, ſi convertantur ad fidem, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima, ut reſcripſit Innocentius III. in *c. de infidelibus de conſang. & affin.* & habetur etiam in *c. gaudemus de divortio*, ratio diſcriminis eſt, quia cùm infideles nondum ſuſceperint beptiſmum, non obligantur conſtitutionibus canonicis, ſunt enim extra eccleſiem, & ejus juriſdictionem, hinc Apoſtolus Paulus ait, *quid enim ad nos de ijs, qui foris ſunt judicare?* declaravit D. Paulus non pertinere ad ipſum judicare de infidelibus, eò quie non ſubijciantur juriſdictioni eccleſiaſticæ. At hæretici, ex quo ſuſceperunr baptismum ſubijciuntur juriſdictioni eccleſiæ, & obligentur legibus eccleſiaſticis, præſertim dirimentibus matrimonium; proinde ſi reſipiſcentes convertanrur ad fidem catholicam ſeparantur, ſi matrimonium in gradihus prohibitia contraxetint, donec impetrate diſpenſatione iterum contrahant.

66 Quòd verò hæretici obligentur legibus eccleſieſticis docent Suarez *lib. 4. de leg. c. 19. n. 2.* & Lugo *tom. 3. in 3. p. diſput. 15. ſect. 7. n. 147.* ubi ait: Abſurdiſſimum eſſe negare hæreticos obligari legibus eccleſiaſticis, eò quia leges eccleſiæ non receperint. Imò ſacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpres die 18. Januarij anno 1605. declaravit irrita eſſe matrimonia, quæ hæretici coram ſuo Prædicante celebrent in locis, ubi eſt publicatum Concilium Tridentinum; ſcripſit enim ſacra Congregetio ed Epiſcopum Tricarienſem tunc Nuntium Apoſtolicum in Belgio hæc formalia verba: *Hæreticos quoque ubi decretum c. 1. Concilij Trident. eſt publicatum teneri talem formam obſervare, & propterea etiam ipſorum matrimonia absque forma Concilij quamvis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta nulla atque irrita eſſe.* Hoc idem etiam aſſeruit facultas Theologica Viennenſis in Auſtrie, cum enim quæreretur, an Concilium Tridentinum etiam hæreticos Auſtriacos in cauſis mattimonialibus ite obliget, ut ſi extra Auſtriam ſine proprij Parochi conſenſu in Hungaria copulentur pro veris, & legitimis conjugibus taliter copuleti ſint habendi, nec ne? Facultas Theologica ut huic quæſtioni ſetisfaceret, reſpondit die 19. Maij anno 1655. quo tempore fuit quæſitum, hæreticos degentes in Auſtria, ubi decretum Tridentini fuit ubique promulgetum, eo obligari, adeo ut ſi matrimonia contrahent, cum impedimentis dirimentibus ſit hoc nullius veloris. Poſtea ſubdit. *Si ejusmodi Acatholici in fraudem decreti Tridentini eo fine, ut ſine proprij Parochi præſentia matrimonium contr hant ad illas Hungariæ partes, ubi decretum non ligat, proficiſcantur, eorum matrimonium ita contractum eſt irritum.* Teneri igitur hæ ericos legibus eccleſiaſticis docent communiter ſcrè omnes.

67 Neque enim ulla appèret ratio, cur Pontifex non hebeat pro irritis omnia marrimonia hæreticorum, ſi hæc fuerint inite cum impedimento dirimente; quie ſi eliquid poſſet eoa excuſare maximè eſſer conſuetudo: verùm hæc non poteſt illis petrocineri, quia non poteſt tollere vim legis, niſi ex tacito, vel expreſſo conſenſu Principis, quod vel maximè locum habet in legibus eccleſiæ: hæc autem non præſumitur conſentire in illas conſuetudines, nec illos eximere à communi lege, qui ſunt eccleſiæ rebelles; non enim præſumendum eſt, Principem tacitè aſſentiri conſuetudinibus ſuorum ſubditorum, qui ab ipſo rebellârunt; & per tales conſuetudines ſuas leges cotrumpunt: cùm enim id immedietè adverſetur bono communi, & authoriteti ipſius Principis, non poteſt præſumi tacitus ejus conſenſus in talcs petnicioſae, pravâſque conſuetudines, quæ proinde defectu expreſſi, & taciti conſenſus Principis nunquam

postea intentionem contrahendi coram Parocho Catholico, quia parère tunc Magistratui ecathnlico perinde videtur esse, ac profiteri sectam hæreticorum, à quibus Minister hæreticus adhibetur tanquam persone secra: hinc si metrimonium consumment antequam à legitimo sacerdote catholico copulentur, procul dubio fornicentur, peccántque lethaliter. Tunc Minister hæreticus adhibetur, ut persona secra, quendo edhibetur ut Minister ecclesiæ, seu ad quandam cœremonism religiosam efficiendam, ut ad benedictionem nuptiarum, ad orendum super conjuges: & tunc neque ob perieulum mulctæ, vel infamiæ incurrendæ licitum est contrahere coram Ministro hæretico: non ita tamen si Minister adhibeatur tantùm ob ceusam politicam, quia tunc non censetur adesse cœremonia religiosa, sed tantùm quidem contractus civilis pertinens ed policiem externam.

73 Quemobrem si Minister ecatholicus adhibeetur, ut persona secra ed cœremoniam religiosem non possunt corem illo Catholici contrahere in locis ubi decretum Concilij suit promulgatum, quie in Provinciis hæreticorum Minister adhibetur ut is, qui dat firmitatem contractui, & matrimonio: at hæreticem dare firmitetem contrectui, & matrimonio nomine ecclesiæ, & orare super conjnges, ac habere populum hæreticum pro Christi ecclesia, procul dubio illicitum est, ac gravissimum peecatum. Cæterum si vir Catholicus cum muliere acatholica ite conveniant, ut matrimonium priùs contrahant cum Parocho catholico, ut satisfiat viro catholico, & postea etiem coram Ministro hæretico ad petitionem uxoris mulieris hæreticæ; cùm matrimonium semel initum coram Parocho catholico velidum sit, non potest ampliùs Minister hæreticus adhiberi ad matrimonium inenndum, ut ad sacram, & religiosem cœremoniam, sed ad summum ob solam causem politicam.

74 Cæterum, si Parochia, in qua aliqnando decretum Concilij Tridentini fuit observetum careat proprio Parocho, & Episcopo, & nullus sit, qui ibi ejus vices suppleat, matrimoniū velet etiam absque præsentia Perochi servatâ in omnibus, in qnibus potest, formê Concilij, seu adhibitis duobus testibus, & hnc etiam procedit, ubi Parochus, & Episcopus metn hæreticorum latet, adeò ut verè ignotetur, ubi sit, & ed neutrum sit tutus accessus, & ite declarâsse sacram Congregationem referunt Diena *p. 11. tract. 6. resol. 1.* Thomas Tamburinus *de matrim. lib. 8. tract. 6. c. 2. §. 2. n. 12.* & ita etism docent Cheppeville *de mod. minist. sacram. temp. pest. c. ult. q. 15.* & Bellarminus. Alij tamen, & quidem meo judicio probabilius negant, valere metrimonium, quod catholici contrahunt in Hollandia, & Zelendie sine forma Concilij Tridentini, seu sine Parocho catholico; quia licèt nullum hic, & nunc habeant, possunt tamen si velint fecilè habere, si matrimonij contrahendi causâ edeant loca vicina Catholicorum, & ibi corem Parocho catholico contrahant. Tum quia per totam Hollandiam non desunt sacerdotes Missionarij habentes facultatem à Pontifice, vel etiam ab Ordinario assistendi matrimoniis Catholicorum in locis, ubi non permittuntur Parochi Catholici, Missionerij enim in locis illis indnunt vestes sæculares, ne ab hæreticis cognoscentur. Præterea non video, cur non possint in tali ceiu petere dispensetionem à Pontifice, sicut ob impedimentum dirimens.

Quòd si commorantes in loco, ubi decretum Concilij fuit promulgetum, se transferant in elium locum, ubi non fuit promulgetum ea sola intentione, ut sine ullo Parocho possint liberè contrehere; & peracto contractu sine Perocho, & testibus coram Ministro hæretico, vel Magistratu mox domum revertantur; non solùm tunc contrahentes graviter peccant contra antiquos canones prohibentes connubia clandestine, verùm etiam irritum est ac nullius veloris tale matrimonium ex Brevi authentico Urbani VIII. directo anno 1627. ad Archiepiscopum Coloniensem, quo confirmat, & ubique observari præcipit responsum sacræ Congregationis rescribentis ad eundem Archiepiscopum, non esse legitimum metrimonium sic contrahentium cum fraude, seu quando incolæ tam mesculi, quàm fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonij est promulgetum, retinentes idem domicilium, se transferunt ad locum ubi non est promulgetum solo animo sine Perocho, & testibus matrimonium contrahendi habitationem non mutantes: refert hoc Breve Pontificium Cerdinalis de Lugo *respons. moral. lib. 1. dub. 38.* ubi describit authenticum Breve Urbani VIII. quòd si Breve illud revera emanevit eb Urbano VIII. nulli est dubium, quin telia matrimonia sint irrita. 75

Quæritur vigesimo primò, an & quomodò error circa personam matrimonium irritet? Respondetur, errorem circa personem irritere matrimonium jure naturæ, & ratio ex eo petitur, quia tollit libertatem consensus, & desumitur ex *l. si per errorem ff. de jurisdict. om. Judic.* ibi: *Quid tam contrarium est consensui, quàm error?* & quia consensus ad metrimonium est omnino necessarius, ac essentialis, alioquin non esset contractus liber, ideo error circa personem matrimonium irritat jure naturæ. Hinc sicut, qui ordinatur ab eo, qui putatur esse Episcopus, cùm adhuc sit laicus, erret, nec verè ordinem suscipit: ita qui erret circa personam, cum qua contrahit putens esse Lucretiem, cùm sit Catherina verum tunc metrimonium non contrahit: quapropter neque matrimonium inter Jecob, & Liam ratum fuit, nec perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contigit, quia putebat Jacob non cum Lia, sed cum Rachele tunc rem hebere, unde matrimonium cùm Lia tantùm ex consensu postea accedente fuit verum metrimonium, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 30. q. 1. art. 1. ad 4.* fuit tamen Jecob excusatus à peccato ob ignorentiem facti, putabat enim cognoscere Rachelem, quem sibi desponsaverat. Lia verò ob ignorantiam juris invincibilem fuit etiem excusata, putavit enim jure 76

primogenitorum, & paterna authoritate se legitimè dsi, onsatam Jacob: sin verò error contingat circa qualitatem, aut fortunam, non verò circa personam, matrimonium tunc non dirimit, quia non vitiat quidquam eorum, quæ sunt de essentia matrimonij, quia ut docet D. Thomas error fortunæ, & qualitatis non excludit consensum, & Gratianus *caus. 29. q. 1.* id exemplificat de eo, qui consentit in prælaturam alicujus ecclesiæ, quam putat habere pingues proventus, cùm tamen nonnisi exiguos habeat, tametsi is decipiatur errore fortunæ, adhuc tamen censetur bene promotus ad talem Prælaturam: pari pacto, si puella nubat viro pauperi, quem putat divitiis affluere, quamvis erraverit in fortuna, non tamen matrimonium est irritum, quia error fortunæ non excludit consensum, ut nec etiam error qualitatis; ut si quis agrum emat, quem putat feracem esse, cùm reverà sit minùs fertilis, non inde potest contractum emptionis, & venditionis rescindere. Pari pacto, qui ducit in uxorem puellam, quam putat esse virginem, tametsi eam deprehendat postea corruptam, non tamen post initum matrimonium potest eam dimittere, & aliam ducere.

77 Quòd si error qualitatis, & fortunæ in errorem transeat personæ, tunc nulli dubium, quin matrimonium irritet, & talis error tunc contingit, quando qualitas, circa quam erratur determinat certam aliquam personam distinctam ab ea, quæ præsens est, ut si Petrus matrimonium contrahat cum Lucia filia Petri Mercatoris, & quæ se falsò dicebat filiam viri equestris, & Petrus intendebat contrahere cum filia talis viri equestris sibi ex familia nota, & ad filiam illius consensum suum determinavit, adeò ut non intenderet aliam ducere, quàm filiam ex tali familia viri equestris, tunc enim matrimonium est irritum ratione erroris qualitatis transeuntis in errorem personæ. Exemplum erroris fortunæ transeuntis pariter in errorem personæ, est, si puella intenderet determinatè nubere Titio, quem falsa relatione, vel persuasione delusa censet esse primogenitum, ac præcipuum hæredem bonorum paternorum; cùm tamen postea deprehenderit non esse primogenitum familiæ, sed natu minorem, qui sola, & simplici pensione vitalitia juxta leges patrias debet esse contentus, tunc enim error fortunæ dicitur etiam transire in errorem personæ, ac irritare matrimonium, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 30. q. 1. art. 2. ad 5.* ubi ait: *Error nobilitatis in quantum hujusmodi non evacuat matrimonium eadem ratione, qua nec error qualitatis: sed si error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium: unde si consensus mulieris feratur in istam personam directè error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium. Si autem intendit consentire in filium Regis, quicunque sit ille, tunc si alius præsentetur ei, quam filius Regis, est error personæ, & matrimonium impeditur.*

78 Quæritur vigesimo secundò, quomodo error conditionis matrimonium dirimat? Conditio est, quæ cadit super personam, quæ dicitur esse conditione serva, vel libera. Respondetur, errorem conditionis matrimonium dirimere, eò quia fit contra essentiam ipsius matrimonij, quod essentialiter duo includit, nimirum personas, quæ conjunguntur, & mutuam potestatem corporum ad invicem; in hac enim mutua potestate propriè dicitur matrimonium consistere. Et sicut primum quòd matrimonium exigit, tollitur per errorem personæ, ita hoc secundum per errorem conditionis: siquidem servus, ac constitutus in conditione servili sine consensu sui Domini non potest alteri tradere potestatem sui corporis, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 30. q. 1. art. 2.* hinc si mulier libera nubat viro conditione servili detento, si putavit contrahere cum viro libero, non servo, hic error conditionis matrimonium dirimit, idque desumitur etiam ex *can. si quis caus. 29. q. 2.* qui desumptus est ex Concilio Vermeriensi, ubi in *canon. 9.* declaratur: *Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa fœmina postea fuerit inservita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere: similiter si mulier ingenua servum accipiat pro ingenuo, & postea pro quacunque causa inservitus fuerit, nisi pro inopia fame cogente se vendiderit, & ipsa in hoc consenserit, & de pretio viri sui à fame liberata fuerit; si voluerit, potest eum dimittere, & si se continere non potest alium ducere*: hoc idem etiam desumitur *ex c. ad nostram de conjugio servor.* ubi Innocentius rescribit, irritum esse matrimonium militis, qui ignoranter contraxerat cum fœmina, quæ conditione erat serva, intellecta enim ejus conditione nec facto, nec verbo voluit in eam consentire, & propter talem errorem conditionis Innocentius III. declaravit tale matrimonium irritum.

Quòd si miles cognovisset fœminam illam, quam intendebat in uxorem ducere, fuisse servam, tunc matrimonium suum fuisset valorem sortitum, quia servitus cognita non impedit matrimonium sicut ignorata. Idque desumitur *ex can. si quis liber. caus. 29. q. 2.* qui est Zachariæ Papæ & ex *c. ad nostram de conjug. servor.* ratio est, quam adfert D. Thomas *in 4. sent. dist. 36. q. 1. art. 1. in respons. ad 1.* quia tantùm adversatur matrimonio quoad actum, ad quem unus conjux alteri obligatur; & quem non potest liberè exequi ob servitutem alterius conjugis, qui non est sui juris: & etiam quoad bonum prolis, quæ ex servitute parentis deterioris efficitur conditionis: atqui potest quilibet in eo, quòd sibi est debitum detrimentum aliquod subire, proinde si alteri conjugi innotescat servitus alterius, & nihilominus matrimonium cum ipso contrahat, hoc suum sortitur valorem: rursus quia matrimonium est æqualis obligatio ex utraque parte ad reddendum debitum, nequit quis requirere majorem obligationem ex parte alterius, quàm ipse sibi fecit. Et propter hoc si servus contrahat cum serva, quam putat liberam, non ob hoc impeditur matrimonium, quia servitus non impedit matrimonium nisi quando ignoratur ab alio 79

con-

conjuge, qui est liberæ conditionis, ut docet D. Thomas *loc. cit.*

80 Cæterum jure canonico matrimonia inter servos inita inconsultis, ac invitis Dominis rata sunt, quamvis antiquitùs in jure civili non haberentur ut vera matrimonia, sed ut mera contubernia: sed ecclesia postea servorum matrimonia invitis etiam Dominis inita rata esse voluit, ut liquet ex *c. Dignum de connub. servor.* ut ibi rescribit Adrianus Papa, qui ea lege vult hujusmodi matrimonia rata haberi, ut servi debita, & consueta servitia exhibeant propriis Dominis.

81 Ratio, cur hujusmodi matrimonia servorum debeant rata haberi adducitur à D. Thoma *in 4. sent. dist. 36. q. 1.* quia jus positivum oritur à jure naturali, & quia servitus est de jure positivo non potest præjudicare matrimonio, quod est de jure naturali: sicut appetitus naturæ est ad conservationem individui per sufficientem sustentationem quoad victum, & vestitum, ita propendet ad conservationem speciei per generationē: & sicut servus non ita subditur Domino, quin possit liberè comedere, ac dormire, eò quia hæc sint de jure naturæ, & quidem necessaria ad conservationem individui: ita neque servus subditur Domino, in eo quòd est matrimonium contrahere, quod est de jure naturali, & quidem necessarium ad conservationem speciei per successivas generationes. Inter Christianos præcipuè possunt omnes liberè matrimonia contrahere, quia ut ait Apostolus ad *Galat. 4 In Christo JEsu non est servus, sed liber.* Imò si servus, qui consentiente Domino matrimonium contraxit, vocetur ab uxore ad ei reddendum debitum, & simul à Domino ad præstanda ipsi obsequia, & servitia, si non possit utrique simul satisfacere debet, tunc potiùs reddere debitum uxori, quàm præstare obsequia Domino, quia redditio debiti est de jure naturæ, & exhibitio obsequij de jure positivo, quod cedit juri naturæ. Tum quia semel quòd Dominus concessit servo, ut matrimonium contraheret, concessit etiam omnia, quæ matrimonium exigit. Sin verò inconsulto, & invito Domino servus matrimonium contraxisset, tunc teneretur potiùs Domino obedire, nisi periculum castitatis immineret uxori.

82 Servitus tamen si matrimonio superveniat, illud non dirimit, imò neque absolvit virum à reddendo debitum uxori, idque expressè habetur in *can. Prælatum est. caus. 29. q. 2.* quia ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 31. q. 1. art. 3.* nullum impedimentum matrimonio superveniens potest ipsum dissolvere; vinculum enim matrimonij indissolubile est, & si semel contrahatur, nonnisi sola morte dissolvitur, hinc si vir in fraudem uxoris se vendat alteri in servum, sibi ipsi tantùm nocet, qui libertatem vili pretio amisit non verò uxori obesse potest, quin ei petenti teneatur vir debitum reddere. Cæterum proles, si concipiatur in statu libertatis, vel servitutis, semper sequitur conditionem matris, quia hæc substantiam corporis subministrat proli, quam utero gestat, & servitus est conditio corporalis; quapropter natus ex patre libero, & matre serva servus est, & è contra natus ex patre servo, & matre libera liber est, & ingenuus, quia vulgatum est illud juris civilis effatum, *partus sequitur ventrem.* Verùm hæc de re judicandum est secundum leges, & consuetudines municipales in ijs locis, qui Romano jure non reguntur, ut etiam declaravit Urbanus III. in *c. licet de conjug. serv.*

Quæritur vigesimo tertiò, quo jure cognatio dirimat matrimonium, & an matrimonio conjungi possint vir, & mulier, qui simul puerum aliquem de sacro fonte susceperunt? Respondetur cognationem impedientem, ac dirimentem matrimonium esse triplicem spiritualem, legalem, naturalem: illam esse proximitatem, seu necessitudinem quandam personarum, quæ ex statuto ecclesiæ oritur per baptismi, & Confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati, aut confirmati: & olim hæc cognatio spiritualis triplex erat, paternitas, compaternitas, & fraternitas; paternitas contrahebatur inter baptizantem, & baptizatum; susclpientem, & susceptum: compaternitas inter patrem, & matrem baptizati ex una parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, vel patrinos suscipientes baptizatum ex sacro fonte. Fraternitas contrahebatur inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrinorum etiam non legitimos, imò etiam genitos post baptismum. Hodie tamen hæc cognatio spiritualis contrahitur tantùm inter suscipientem, & susceptum, & illius patrem, & matrem, ut etiam inter baptizatum, & baptizantem, sive baptizans clericus sit, vel laicus; vir, vel fœmina, & baptizati patrem, & matrem. Contrahitur etiam hæc cognatio spiritualis in sacramento confirmationis inter confirmantem, confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem: reliqua omnia impedimenta inter alias personas sublata sunt per Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. matrim. c. 2.* 83

Cognatio legalis est propinquitas personarum oriens ex adoptione, ut habetur *in can. per adoptionem caus. 30. q. 3.* & *in c. unic. de cognat. legal.* Cognatio orta ex consanguinitate est *vinculum personarum ab eodem stipite propinquo descendentium, vel quarum una descendit ab alia carnali propagatione contractū:* debent enim personæ consanguineæ descendere ab eodem stipite propinquo, non verò remoto, alioquin omnes homines consanguinei essent, cum ab eodem stipite remoto, seu uno Adamo descendant: dicitur etiam vel quarum una descendit ab alia, ut includatur patris, & filij conjunctio; quia filius à patre descendit, súntque propterea pater, & filius consanguinei, quia consanguinitas est unitas sanguinis. Neque refert quoad prohibitionem matrimonij, an filij progeniti sint ex uxoria copula, an ex fornicaria, ut docet Innocentius III. *in c. per tuas de probat.* 84

In consanguinitate autem considerantur stipes, lineæ, & gradus. Stipes est illa persona à qua aliæ omnes, de quarum conjunctione quæritur descendunt, & originem ducunt, linea est col- 85

collectio personarum ab eodem stipite descendentium, & continet diversos gradus prout personæ descendentes magis, vel minùs distant à communi stipite. Linea est triplex, ascendentium, descendentium, & collateralium; linea ascendentium comprehendit illas personas, à quibus originem ducimus, cujusmodi sunt pater, avus, proavus, Abavus, Atavus. Linea descendentium est, in qua continentur personæ, quæ suam à nobis originem trahunt, cujusmodi sunt nepotes, pronepotes, trinepotes: linea collateralium est, in qua continentur personæ quæ ex latere, & transverso junctæ sunt, & à quibus nos originem ducimus, non tamen ipsæ à nobis, tametsi omnes ab uno stipite, & sanguine propagati simus, ut fratres, & eorum filij, patruus, & avita, consobrini, & eorum filij. Estque hæc linea Collateralium æqualis, vel inæqualis: illa dicitor, quando gradus eorum, de quorum consanguinitate quæritur, æqualiter distant à communi stipite, ut sunt duo fratres simul descendentes ab eodem patre: inæqualis quando una persona aliam in gradu præcedit: & personæ de quarum consanguinitate quæritur, non æqualiter distant à communi stipite, ut frater, & nepos, quia frater tantùm uno gradu differt à patre, & nepos, seu filius fratris distat secundo gradu, est enim gradus consanguinitatis intervallum personarum, quo cognoscitur quanta sit distantia inter consanguineos à communi stipite, his præmissis.

86 Respondetur ad quæsitum, cognationem consanguinitatis impedire matrimonium partim lege naturæ, & partim lege positiva, eáque vel divina, ut in veteri lege, vel ecclesiastica, ut in novo testamento, & idem est de affinitate judicium: siquidem lege naturæ prohibitum est matrimonium filij cum matre, & patris cum filia, quinimò in probabiliori sententia etiam connubia fratrum, & sororum sive germani sint, sive uterini: hæc enim matrimonia præsertim patris cum filia, vel matris cum filio reverentiæ naturali, quam debent filij parentibus repugnant, ut etiam quòd filia habeat dominium in corpus patris, & filius in illud propriæ matris, hinc nullæ gentes, etiam barbaræ hujusmodi matrimonia permiserunt, eò quia natura ipsa ab iisdem abhorreat. Connubia vero consanguineorum, & affinium in cæteris gradibus lineæ collateralis ut amitæ cum fratris filio, vel patrui cum fratris filia lege positiva divina prohibita olim erant Israëlitis, ut liquet ex *c.18. Levit.* Verùm quia præcepta illa judicialia veteris legis per passionem, & resurrectionem Christi legisque evangelicæ promulgationem abrogata fuerunt, nunc matrimonia in prærecensitis gradibus consanguinitatis illicita non sunt, quapropter Concilium Tridentinum *sess. 24 can. 3.* decrevit: *Si quis dixerit eos tantùm consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Levitico exprimuntur posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum; nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare aut constituere ut plures impediant, & dirimant, anathema sit.*

Juxta tamen hodiarnam disciplinam ecclesiæ consanguinitas collateralium matrimonium impedit usque ad quartum gradum inclusivè, ut etiam affinitas. Licet olim prohibitio nuptiarum inter consanguineos, & affinea extenderetur usque ad septimum gradum, ut liquet in *can. de consanguinit. & can. nulli cuiq. 35. q. 3.* Concilium tamen Lateranense sub Innocentio III. hanc prohibitionem coarctavit, ut non extenderetur, nisi ad quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum, ut habetur in *c. non debet. de consang. & affin. Prohibitio quoque copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari.* Et circa hoc nil fuit à Concilio Tridentino immutatum. 87

Hinc qui contrahunt absque prævia dispensatione in hisce gradibus prohibitis eorum matrimonia sunt irrita, ut nullo annorum numero defendi possint, nec validari, quia juxta *regulam juris 18. in 6.* non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit, idque habetur etiam in *c. non debet de consanguin. & affin.* & est canon. 50. Concilij Lateranensis IV. ibi: *cum ergo jam usque ad quartum gradum prohibitio copulæ conjugalis sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam non obstantibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel à nobis, ut si quis contra prohibitionem hujusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum: cùm diuturnitas temporum non minuit peccatum, sed auget. Tantòque sunt graviora crimina, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam*; hinc qui in gradibus prohibitis contraxerunt, separandi sunt, donec impetrata pontificia dispensatione iterum contrahant, adeò ut nulla præscriptione possint hujusmodi matrimonia convalescere, ut enim docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 41. q. 1. art. 5. ad 2.* quæ sine peccato esse non possunt nulla præscriptione firmantur. 88

Ad secundam partem quæsiti respondetur, matrimonium initum inter virum, & mulierem, qui de sacro fonte puerum aliquem susceperunt suum sortiri valorem: imò posse etiam susceptam filiam patrini sui ducere: imò posse etiam susceptam nubere marito matrinæ suæ, vel ejus filio: ratio est, quia inter hujusmodi personas post decretum Concilij Tridentini nulla est cognatio spiritualis, quia hæc contrahitur tantùm inter susceptores, seu patrinos, & baptizatum, & illius patrem, & matrem, ut etiam inter baptizantem, & baptizatum, & baptizati patrem, & matrem, ut declaravit Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. matrim. c. 2.* Cæterum nil refert, an unus eorum, de quorum agitur conjugio ab alterius patre, vel matre susceptus sit in sacramento baptismi, vel confirmationis, ut declaravit Alexander III. in *c. super eo de cognat. spiritual.* 89

An verò si vir, & mulier ex ignorantia, imò, & etiam dolo proprium filium de sacro fonte susceperint separari debeant? Respondetur negativè, 90

gativè, quia tametsi canones olim diversimodè senserint circa hanc difficultatem, ut liquet in *can. 1. & sequent. caus. 30. q. 1.* nihilominus Alexander III. *de cognat. spirit.* juxta definitionem Concilij Cabilonensis II. declaravit, conjuges non esse separandos ex ea duntaxat causa, quia proprium filium de sacro fonte susceperint. Ait Pontifex, *quamvis generaliter sit institutum, ut debeant separari, quidam tamen humanius sentientes aliter statuerunt. Ideóque nobis videtur, quòd sive ex ignorantia, sive ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci; quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia eis sua fraus non debet patrocinari, vel dolus.* Verùm si fraudulenter id egerint, pœnitentia est ipsis injungenda juxta canonem dictum *can. de his caus. 30. q. 1.*

91 Quæritur vigesimo quartò, an qui per Procuratorem de sacro fonte puerum suscipit, non principalis, sed Procurator contrahat spiritualem cognationem? Respondetur, non ipsum Procuratorem, sed principalem tunc contrahere vinculum cognationis, quia ut susceptor cognationem contrahat spiritualem, necesse est, ut à parentibus baptizandi, vel aliis, ad quos spectat, electus sit, & à Parocho admissus ad suscipiendum baptizatum de sacro fonte, ut statuit Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. c. 2.* adeò ut si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, ut habetur in Tridentina Synodo. Cúmque Procurator non eligatur, nec designetur à parentibus, sed ab eo, tantùm, qui Procuratorem constituit, ut inter Principes, & Magnates passim contingit, qui rogati etiam à subditis, ut velint è sacro fonte pueros suscipere, procuratores sibi constituunt, quibus mandant hoc officium exequi, & pueros suscipere de sacro fonte nomine Principis: & tunc constitutus à Principe cùm non suscipiat puerum de sacro fonte nomine proprio, sed tantùm Principis mandantis est tantùm causa instrumentaria, & Princeps est causa principalis, qui solus propterea contrahit hanc cognationem spiritualem cum ipso suscepto de sacro fonte. Hinc cùm dubium ortum esset, an in tali casu Procurator immediatè tangens, & suscipiens de sacro fonte baptizatum, vel confirmatum contrahat, hanc cognationem spiritualem, & res fuisset Romam delata, sacra congregatio Concilij Tridentini interpres declaravit eum, qui nomine alterius infantem de sacro fonte suscipit non contrahere sibi cognationem spiritualem, sed hanc contrahi tantùm à principali, seu mandante, ut refert Fagnanus in *4. decret. ad c. veniens. tit. de cognat. spirit.*

92 Neque obstat, quòd Principalis, seu mandans absit, & non tangat baptizatum, nec eum de sacro fonte suscipiat: quia sufficit si per alium, qui ejus nomine, & mandato id præstat, qui enim facit aliquid per alium, videtur hoc idem per se ipsum præstare. Si dicas, Episcopum demandantem munus alteri sacerdoti baptizandi pro se aliquem puerum, nullam cum baptizato contrahere cognationem spiritualem, sed hanc ab eo, tantùm contrahi, qui sua manu baptizat: proinde non à mandante, sed ab eo, qui de sacro fonte baptizatum suscipit, hanc contrahi spiritualem cognationem. Contra est, negatur consequentia, & ratio disparitatis est, quia baptizans quamvis ab Episcopo, vel Parocho sit ad id muneris delegatus, non tamen baptizat nomine Episcopi, vel Parochi, neque ejus personam sustinet; sed tantùm baptizat nomine Christi, cujus baptizans est Minister immediatus; secus Procurator gerit personam Principalis, ac mandantis, & à quo destinatur, ut nomine ipsius puerum de sacro fonte suscipiat; is enim propriè est patrinus, quem parentes baptizandi eligunt, & designant in patrinum; & solus patrinus contrahit hanc cognationem spiritualem, parentes autem baptizandi non eligunt, neque designant in patrinum Procuratorem, sed ipsum Principalem, & mandantem.

Quòd si plures designati simul susciperent de sacro fonte baptizandum omnes contraherent cognationem spiritualem, quæ matrimonium impediret, ac dirimeret, quia si non appareret quis prior esset designatus, ac infantem susciperet de sacro fonte non esset major ratio de uno, quàm de alio; quapropter in tali casu omnes contraherent eandem cognationem spiritualem, licèt de jure communi vetitum sit, ne plures baptizatum de sacro fonte suscipiant, sed unus tantùm, & una debeant baptizatum suscipere ex decreto synodi Tridentinæ; quòd verò si plures susciperent baptizatum, omnes contraherent cognationem spiritualem desumitur ex *c. quamvis de cognat. spiritual. in 6.* & ita etiam respondit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres, ut refert Fagnanus in *c. ex litteris de cognat. spirit.* 93

Quid verò dicendum esset, si quis proprium filium constitutum in extremo vitæ discrimine baptizaret, eò quia alius non esset, qui posset eum baptizare. Respondetur, patrem baptizantem proprium filium imminente mortis periculo, eò quia alius non esset, qui posset eum baptizare non contrahere spiritualem cognationem dirimentem matrimonium, & desumitur ex *can. ad nimia*, ubi Joannes VIII. reprehendit Anselmum Lemovicensem Episcopum, eò quia quendam Stephanum, qui filium suum in vitæ extremis constitutum baptizaverat, eò quia tunc alius non adesset, judicavit à sua conjuge separatum iri, quia cùm id præstitisset ex necessitate absque ulla uxoris culpa, non debuit hæc privari jure suo. 94

Quòd si baptizaret quis, vel susciperet in baptismo proprium filium susceptum non ex legitima uxore, sed ex concubina, tunc spiritualem cognationem dirimentem matrimonium cum illa contraheret, ut notat Fagnanus in *c. si vir de cog. spirit.* ratio discriminis ex eo petitur, quia quando quis suscipit proprium filium de sacro fonte, vel eum baptizat, cognatio spiritualis advenit matrimonio jam legitimè contracto, 95

tracto: secus, quando quis baptizat, vel suscipit proprium filium genitum ex concubina, cognatio spiritualis antecedit, & prævenit matrimonium contrahendum, quod propterea impedit: imò si postea contrahatur etiam dirimit. Tum quia in prima specie, ne fiat injuria legitimæ uxori, non debet hæc privari jure suo, seu usu conjugij absque ulla sua culpa: in secunda verò specie concubina nullum jus habet ad talem usum, qui propterea impeditur.

96 Quæritur vigesimo quintò, quomodo, & in quoto gradu affinitas impediat, ac dirimat matrimonium. Est affinitas vinculum, seu propinquitas orta quidem ex carnali copula, sed quæ omni caret parentela: dicitur affinitas procedere ex carnali copula, non ex nuptiis, quia affinitas secundùm canones oritur ex copula tam licita, quàm illicita, imò etiam ex coacta, ut colligitur ex *c. discretionem de eo qui cognovit consang. uxor. suæ.* Verùm ad inducendam hanc affinitatem requiritur copula completa, adeò ut inchoata, ac incompleta non sufficiat, ut nec etiam si fiat modo insuetato, & minimè ordinato ad generationem, ut liquet ex *can. extraordinar. caus. 35 q. 3.* hinc neque oritur ex matrimonio tantùm rato, & non consummato, ex quo bene oritur impedimentum publicæ honestatis. Rursus dicitur affinitas carere omni parentela, non quia non possit simul concurrere cum consanguinitate, sed quia hæc per accidens se habet ad contrahendam affinitatem, quæ contrahitur, tametsi antea nulla intercessisset consanguinitas. Hinc dicitur affinitas quasi duorum ad unum finem unitas, quia duæ cognationes diversæ in se per nuptias secundùm leges, vel etiam per copulam illicitam secundùm canones simul uniuntur, & alter ad finem alterius cognationis accedit. Hinc affinitas alia est legitima, quæ contrahitur per nuptias legitimas, & alia illegitima, quæ inducitur per copulam illicitam.

97 Triplex solet assignari affinitatis genus Primũ quod mediante una tantùm persona contrahitur, ut soror Petri jungitur cum Petro in primo gradu consanguinitatis, si hæc cognoscatur legitimè, vel illegitimè à Paulo, persona Pauli per talem copulam additur sorori Petri; & hæc copula mutat genus attinentiæ, quia alio genere attinet Petro ejus soror scilicet in genere consanguinitatis, & alio genere attinet eidem Petro Paulus, qui cognovit sororem Petri scilicet in genere affinitatis; sed hæc affinitas non mutat gradum, quia eodem primo gradu consanguinitatis, quo soror Petri jungitur Petro, eodem affinitatis gradu Paulus jungitur Petro: hinc est quòd persona addita per carnis copulam non gradum, sed genus attinentiæ mutet. Secundum genus affinitatis constituitur per personam additam primo generi mediante copula carnali, ut si Paulus maritus sororis Petri, cui est conjunctus in primo gradu affinitatis defuncta sorore Petri contrahat cum alia muliere, hæc per carnis copulam conjoncta cum Paulo dicitur mutare genus, quia cùm Paulus maritus sororis Petri attineret Petro primo genere affinitatis, hæc secunda uxor Pauli ei attinet in secundo gradu. Tertium genus affinitatis est, quod contrahitur per tertiam carnis copulam, seu tribus personis mediantibus, ut si mortuo Paulo, qui in primo gradu affinitatis jungebatur Petro, cujus sororem duxerat, ejus secunda uxor vidua nubit Andreæ; hic est conjunctus Petro in tertio genere affinitatis: quia persona adjecta personæ secundi generis per matrimonialem copulam constituit tertium genus affinitatis; & in his tribus affinitatis generibus fuisse olim matrimonium prohibitum, liquet ex variis canonibus relatis *in caus. 35. q. 10.* Verùm secundum, & tertium genus affinitatis hodie sublatum est, nec matrimonium impedit, sed tantùm primum ex decreto Concilij Lateranensis IV. sub Innocentio III. quod refertur in *c. non debet de consang & affin.* quinimò sublata est prohibitio, ne proles ex secundis nuptiis suscepta cum prioris viri cognatione matrimonium contrahere posset.

Cæterum gradus affinitatis perinde nume- 98
rantur, ac gradus consanguinitatis, & ordo affinitatis ita constituitur, ut duæ personæ, quæ simul per copulam uniuntur sint communis stipes, ac principium affinitatis, quæ etiam dividitur in duas lineas rectam scilicet, & collateralem: in illa collocantur ascendentes, & descendentes, ascendentes sunt socer, & socrus, seu mariti, vel uxoris pater, & mater, vitricus, seu præsens maritus matris meæ, à quo tamen genitus non sum, sed à priori marito, ut etiam noverca seu præsens uxor patris mei, quæ tamen me non peperit, cùm sim ex priori conjugio genitus, & ex prima patris mei uxore natus. Descendentes sunt gener, seu filiæ maritus; & nurus, seu filii uxor. Item privignus, vel privigna id est uxoris, vel mariti filius, vel filia ex alio marito, vel alia uxore suscepti, & ulteriores. In linea collaterali sunt frater mariti, vel uxoris, & sororius, seu sororis maritus. Alii solent eo consanguinitatis nomine appellari, quo nomine, vel gradu ab eo nuncupantur, cujus causa affinitatem contraxerunt. His positis respondetur ad quæsitum, affinitatem, perinde, ac consanguinitatem matrimonium impedire, ac dirimere inter ascendentes, & descendentes in quocunque gradu lineæ rectæ. Ratio ex eo desumitur, quia hi omnes habentur loco parentum, & liberorum, & desumitur, ex *c. ex litteris de consanguin. & affin.* hinc affinitatis impedimentum in linea recta secundùm aliquos probabiliter ipso naturæ jure constitutum est, adeò ut omnes gentes à similibus incestuosis nuptiis abhorruerint, unde Apostolus *ad Corinth. 5.* scribit: *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui habeat* & *Levit. 20.* *Qui supra uxorem filiam duxerit matrem eius scelus operatus est, & vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantùm nefas in medio vestri.*

Cæterum affinitas in linea collaterali, si o- 99
riatur ex copula licita matrimonium impedit,

ac

ac dirimit usque ad quartum gradum inclusivè, & desumitur ex *c. non debet de consanguin. & affin.* adeò ut vit uxoris defunctæ non possit eius consanguineam usque ad quartum gradum inclusivè ducere in uxorem absque dispensatione, nec vicissim mulier vidua potest nubere consanguineo mariti defuncti usque ad quartum gradum inclusivè, nisi petat, & obtineat dispensationem à summo Pontifice. Quòd si affinitas procedat ex copula illicita matrimonium non impedit, nec dirimit infra secundum gradum, idque constat ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. de refor. matrim. c. 4.* ibi: *Præterea S. Synodus eisdem, & aliis gravissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantùm, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit: in ulterioribus verò gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.* Neque hæc affinitas dirimit matrimonium eorum, qui in secundo simul, & tertio gradu affinitatis ex illicita copula provenientis conjunguntur. In secundo siquidem & tertio gradu conjuncti censentur tantùm in tertio gradu conjuncti; quia distantia in hisce gradibus consanguinitatis, & affinitatis desumitur à gradu remotiore à stipite, quapropter, qui à communi stipite distant in quarto, & quinto gradu non indigent dispensatione, quia non adest impedimentum, quod non extenditur ultra quartum gradum, & distantia desumitur à gradu remotiore à stipite juxta regulam communem: Quoto gradu quis remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet per aliam lineam descendente ab eodem stipite, & habetur etiam in *c. vir qui de consanguin. & affin.*

100 Hinc qui cognovit consanguineam uxoris suæ in primo, vel secundo gradu, non potest debitum conjugale petere, quamvis teneatur illud reddere conjugi innocenti illud petenti; quia innocens non est privandus suo Jure ex culpa nocentis, & habetur etiam in *c. discretionem c. tua fraternitatis de eo, qui cognov. consanguin. uxor. suæ.* Unde hæc subsequens affinitas non dirimit matrimonium, imò nec etiam præcedens nisi legitimè probatur: adeò ut quamvis uterque conjugum asserat vitum ante contractum matrimonium cognovisse consanguineam uxoris suæ, non propterea debent conjuges separari, ex *c. de illo in 5. decret. de eo qui cognov. consang. ux. su.* ubi Alexander III. rescribit de illo; qui uxoram fratris antequam ai matrimonio jungeretur proposuit se cognovisse: respondemus, quòd nisi hoc publicum, & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum prædictum matrimonium occasione illa ipsum impetere non permittas. Hoc idem etiam rescripsit Cœlestinus III. in *c. super eo de eo qui cognov. consang. uxoris suæ,* ubi Pontifex ait: Super eo, quod postulas, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam carnali commixtione cognovit, cùm id fateatur uterque, & aliqua pars viciniæ acclamare dicatur, sit ab uxore sua judicio ecclesiæ separandus: tuæ fraternitati respondemus, quòd propter eorum confessionem tantùm, vel rumorem viciniæ separari non debent: cum & quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem incestus facilè prosilirent, si suo judicio crederent, per judicium ecclesiæ consultandum. Rumor autem viciniæ non adeo est judicandus validus: quòd nisi rationabiles, & fide dignæ probationes accedant, possit matrimonium contractum irritari, ita rescribit Cœlestinus III.

Cæterum qui bona fide in facie ecclesiæ matrimonium contraxerunt, durante eadem bona fide non peccant, si affectu conjugali cohabitent, & matrimonij jure utantur, quia ignorantia excusat à peccato, nisi sit affectata; quapropter qui bona fide matrimonium contrahunt in facie ecclesiæ cum impedimento dirimente, si illud ignorent, excusantur à culpa, & eorum filij sunt legitimi; eùm primùm tamen cognoscunt adesse impedimentum, tenentur se continera, donec dispensationem à Pontifice impetrent. Quòd si impedimentum etiam innotescat, sitque publicum, ac manifestum ecclesiæ, tunc debent ab hac etiam separari quoad thorum, donec fuerit cum ipsis dispensatum, imò si periculum subsit etiam ab habitatione, si id fieri possit, & expediat; alioquin si conscii impedimenti adhuc matrimonio uterentur non excusarentur à peccato, ut nec etiam assentantur, si ideo impedimentum ignorant, quia contraxerunt in occulto: siquidem talis ignorantia videtur affectata. 101

Qui verò impedimenta dirimentia obiiciunt contingatis, qui matrimonium contraxerunt in facie ecclesiæ, & secundùm formam Concilii Tridentini non facilè sunt audiendi, ut rescribit Innocentius III. in *c. cum tua qui matrim. accusar. poss.* ubi ait, *quòd si tempore denuntiationis præmissæ is, qui jam coniunctos impetit, extra diœcesin existebat, vel aliàs denuntiatio ad eius non potuit notitiam pervenire, vel quia laboraret infirmitate, vel sana mentis patiebatur exilium; vel in annis erat tam teneris constitutus, quòd ad comprehensionem talium, eius ætas sufficere non valebat, seu aliâ causâ legitimâ fuerit impeditus: eius accusatio debet audiri. Alioquin tanquam suspectus est procul dubio repellendus, nisi juramento firmaverit, quod postea didicerit, ea qua obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.* Cæterum hoc impedimentum affinitatis non contrahitur à consanguineis uxoris, & viri, adeò ut pater, & filius cum matre, & filia, & duo fratres cum duabus sororibus possint licitè matrimonium contrahere, & desumitur ex *c. quod super his de consang. & affin.* ubi Innocentius III. rescribit. *Super eo igitur, quòd pater, & filius cum matre & filia, & duo cognati cũ duabus cognatis avunculus & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus respondendum. Quòd licèt omnes consanguinei uxoris sint viri affines: inter consanguineos tamen uxoris & viri, ex eorundem scilicet* 102

cet viri, & uxoris coniugio nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Hinc mariti filius ex alia uxora, ut etiam uxoris filie ex alio marito, ut etiem è contra possunt ritè matrimonium contrahere, tametsi habeant fratrem, & sororem ex matrimonio postea contracto natos: duæ sorores itidem possunt nubere duobus fratribus, ut habetur in *c. non debet de consanguin. & affin. & in c. super his eod. tit.* ubi corrigitur ius antiquius in *c. porro c. de propinquis 35. q. 3.*

103 Quæritur vigesimo sextò, quam pœnam incurrant, qui scientes, & volentes matrimonium contrahunt in gradu prohibito consanguinitatis, vel affinitatis? Respondetur, ita contrahentes incurrere excommunicationem latæ sententiæ, idque desumi ex *clement. eos qui de consanguin. & affin.* ibi. *Eos qui, divino timore postposito in suarum periculum animarum, scienter in gradibus consanguinitatis, affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur. Nec non Religiosos & Moniales, ac Clericos in sacris Ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refrœnare, metu pœna, ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententia ipso facto decernimus subiacere: præcipientes Ecclesiarum Prælatis, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè tamdiu nuntient, seu à suis subditis faciant nuntiari, donec suum humiliter recognoscentes errorem separentur ab invicem & absolutionis obtinere beneficium mereantur. per prædicta quoque Juribus, qua sic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.* Non tamen hac irretiuntur excommunicatione, qui laborantes ignorantiâ facti, quamvis non omnino inculpabili, ita contrahunt: ut nec etiem laborantes ignorantiâ juris, dummodo hæc non sit affectata.

104 Rursus eriam sunt immunes ab eadem censura, qui contraxerunt eum ignorantia impedimenti, tametsi postea impedimento cognito simul cohabitent, ac matrimonio utantur, quod bona fide contraxerunt: verùm cùm sciant matrimonium ob impedimentum dirimens esse nullum, antequam obtenta Pontificia dispensatinne iterum contrahant, si accedente scientia impedimenti dirimentis adhuc matrimonio utantur Rei sunt peccati lethalis, quamvis excommunicatinnem non incurrant: quia hæc à Clemente V. lata non fuit in eos, qui incestum perpetrarent. Sed tantùm in eos, qui cum scientia impedimenti dirimentis in gradibus consanguinitatis, & affinitatis auderent matrimonium contrahere, & quia hæc constitutio canonica est pœnalis, amplianda non est, sed restringenda ad solos contrahentes cum scientia telis impedimenti, quia lex pœnalis non extenditur ultra expressa in eadem.

105 Imò neque incurrerent hanc excommunicationem, qui clem convenirent absque Perochn, & restibus in locis, ubi concilium Tridentinum promulgatum fuit, eò quia telis clandestina conventio non ast contractus matrimonialis, cui Clemens V. adjecit excommunicationem, si contrahatur scienter cum impedimento dirimente in gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis. Neque hanc incurrunt censuram, qui existimantes intercedere hoc impedimentum consanguinitatis, & affinitatis in gradu prohibito contrahunt matrimonium; si tale impedimentum revera non intercedat; quia canonica constitutio Clementis V. est strictè interpretanda de iis, qui revere consanguinei, vel affines sunt in gradu prohibito, & tametsi sciant, adhuc audent matrimonium contrahere contra canonicas sanctiones: unde qui non sunc consanguinei, nec affines, tametsi ipsi reles se putent, hanc non incurrunt censuram, si matrimonium contrahent. Ut nec etiam qui cum justo metu cadente in virum constantem matrimonium contrahunt, quia talis metus impedit matrimonium, ne validè contrahatur, & tunc licèt scientes contrahant, nòn tamen volentes, quia quòd fit coactè non fit liberè, & potiùs contra, quàm juxta voluntatem.

Cæterum Confessarii, qui occulta inter conjuges impedimenta noverunt, cautè, & prudenter necesse est se gerant ad impedienda scandale, & ut saluti consulant enimarum. Si enim Confessarius extra confessionem sciverit hoc impedimentum dirimens, & ex divortio immineant gravissime damna, tum cautè possit in sacramentali confessione, vel etiam extra, interrogare conjuges, qui si impedimentum detegant, quod tamen ipsi nesciunt, an sit impedimentum dirimens, tunc posset Confessarius etiam ipsis insciis petere dispensationem, quam si obtinere non possit, & conjuges bonâ fide contraxerunt, & adhuc ignorent impedimentum, non est eorum bona fidea interturbanda opinione, vel suspicione contraria, & consultius tunc est ad avertenda scandala, & gravia quæ imminent damna, si Confessarius taceat, & conjuges in bona fide relinquat, dummodo impedimentum non sit tale, ut jure naturæ matrimonium dirimat, sed tantùm jure ecclesiastico: quia ecclesia in tali casu ad impedienda gravissima, quæ imminent damna, & ad avertenda publica scandela, præsumitur dispensare circa tale impedimentum; & qui coniuges affectu maritali se prosequuntur, & factis consentiunt in matrimonium satiùs est, si relinquantur in sua bona fide. Quia ut docet D. Thomas, quando nulla affulget spes resipiscentiæ, & alicuius fructus, præceptum fraternæ correctionis non obligat, ut etiàm asserit Franciscus Sylvius in *quæst. 54 supplem. S. Thom. art. 9.* Præterea quia laqueus nemini est injiciendus. Et si Confessarius coniuges tunc admoneret de tali occulto impedimento, illis procul dubio laqueum injiceret. 106

Quamobrem Confessarius in hisce circumstantiis satius est, si dissimulet, hanc enim prudentem dissimuletionem etiam ipsum jus approbat in *c. quia circa de consangnin. & affin.* ubi Innocentius III. rescribit: *dissimulare poteris, ut remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione sicut asseris, grave videas scandalum immi-* 107

immineret. Quòd si non jure ecclesiastico, sed ipso jure naturæ impedimentum dirimeret matrimonium, tunc Confessarius, vel Parochus, si extra confessionem illud sciverit, deberet de illo monere conjugatos, eisque persuadere dissolutionem nefariæ conjunctionis, eò quia periculum ipsis immineat æternæ damnationis: quia cùm ecclesia non possit dispensare super impedimentis jure naturæ dirimentibus matrimonium, nullam potest Confessarius, vel Parochus dissimulationem prætexere tunc, sin verò timeantur scandala, potest Confessarius, vel Parochus suadere conjugibus, ut voveant continentiam, & simul habitent, perinde ac frater, & soror, dummodo nullum sit periculum incontinentiæ; alioquin si hæc timeatur, debet ijsdem suadere secessum in monasteria, vel ut maritus remotas abeat regiones. Quòd si ex tali monitione, & suasione nullus speretur fructus, potest tunc Confessarius, vel Parochus rem totam denuntiare Episcopo, vel alteri superiori, qui possit prodesse, & nolit obesse. Cæterum si tale impedimentum innotesceret extra confessionem Parocho ante contractum matrimoniū, non posset Parochus eos vinculo matrimoniali conjungere, quamvis impedimentum negarent. Quòd si ipsi instent, tunc rem totam Episcopo deberet denunciare, qui si juberet, ut eos matrimonio jungeret, posset Parochus tuta conscientia eos conjungere. Sin verò Confessarius ex sola confessione impedimentum noverit, tunc nonnisi in eadem sacramentali confessione potest pœnitentem monere, eúmque deterrere metu divini judicij à tali matrimonio contrahendo, vel ad petendam dispensationem, quam si non obtineat, & perseveret in voluntate contrahendi matrimonium cum tali impedimento, tunc deberet illi absolutionem negare.

108 Quæritur vigesimo septimò, an affinitas in primo gradu matrimonium dirimat jure naturæ, vel tantùm jure ecclesiastico? Respondent Covarruvias *2. p. c. 6. §. 10. num. 6.* Sotus *in 4. dist. 41. q. unic.* & alij jure naturæ dirimere matrimonium, eò quia in primo gradu affinitatis matrimonium erat prohibitum *Levit. 18.* hinc ab Apostolo Paulo *1. ad Corinth. 5.* tale matrimonium vocatur fornicatio inquiens: *Auditur inter vos fornicatio, qualis, nec inter gentes; ita ut uxorem patris sui aliquis habeat*: Tum quia in *c. 1. de consanguin. & affin.* & *c. æqualiter c. de propinquit. caus. 35. q. 3.* dicitur eodem modo esse abstinendum eb affinibus, sicut à consanguineis: sed consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ matrimonium dirimit jure naturæ, consequenter etiam affinitas in eodem primo gradu lineæ rectæ. Tum quia eandem reverentiam debet filius novercæ, aut vitrico, quam debet parentibus.

109 Quamvis hæc sententia plurimum habeat probabilitatis, putârim tamen probabilius, affinitatem in primo gradu lineæ rectæ solo jure ecclesiastico dirimere matrimonium, eò quia filius nil habeat commune cum Noverca, tametsi hæc facta postea sit una caro cum suo patre, unde cùm sit ex sanguine patris, non verò ex illo Novercæ plus communitat cum patre, quàm cum noverca, & arctiùs sanguinis necessitudine illigatur patri, cujus filius est pars, quàm novercæ, à qua nil filius suscepit; cum conceptus, & natus fuerit, antequam noverca nuberet suo patri, unde eandem reverentiam, quam filius debet patri, eandem non debet novercæ, proinde si post mortem patris filius vellet novercem ducere in uxorem, id non videretur jure naturæ prohibitum, sed tantum jure ecclesiastico, & summus Pontifex, si summa urgeret necessitas posset dispensare, sicut dispensat ex urgente, & justa causa cum Principibus, ut mulier quæ nupserat uni fratri, hoc mortuo, possit alteri superstiti nubere, tametsi affinitas sit in primo gradu lineæ collateralis.

Hinc ad illud *Levit. 18.* respondetur tale; 110 præceptum fuisse tantùm legale, & expirâsse cum morte Christi, perinde ac alia: unde tale præceptum non fuit irritans, sed tantùm prohibens, in quod potuit dispensatio cadere; unde tempore Mosaicæ legis Adonias filius David petit à Salomone in uxorem Abisaæ Sunamitidem, quam fuisse uxorem David constat ex *2. Reg. ult.* atqui Adonias non potuisset uxorem patris sui, & propriam novercam petere in uxorem, si præceptum illud Levitici fuisset jure naturæ irritans, & non jure legali tantùm prohibens, & supra quod potuisset dispensatio cadere. Ad aliud, quod addebetur ex Apostolo *1. ad Corinth. 5.* respondetur, Apostolum ibi loqui de noverca adhuc vivente, & renitente patre, hunc fuisse sensum Apostoli colligitur ex ex eo quia *2. ad Corinth. 7.* dicat: *Scripsi non propter eum, qui fecit injuriam, nec propter eum, qui passus est*: nimirum quia adhuc pater vivebat, quapropter dixerat D. Paulus, non fuisse auditum inter gentes, quod falsum fuisset, nisi de uxore patris viventis, ac repugnantis fuisset locutus, cùm Valerius Maximus *lib. 5. c. 7.* jam scripsisset, quòd Seleucus dederit uxorem suam Stratonicam in uxorem Antiocho filio suo, qui propterea duxit in uxorem propriam novercam sibi junctam in primo gradu affinitatis Hoc idem etiam refert Plutarchus in vita Demetrij, & ait moris fuisse apud Persas, quò filij mortuo patre novercas ducerent, ut hæ manerent in eadem domo: ex quibus satis liquet, Apostolum fuisse locutum de habente novercam vivente, ac renitente patre. Ad tertium respondetur, esse æqualiter abstinendum ab affinibus sicut à consanguineis, hoc est absolutè, quia omnes absolutè dirimunt matrimonium; non verò æqualiter quantùm ad modum, & jus dirimendi, quia consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ matrimonium dirimit jure naturæ, & affinitas jure tantùm ecclesiastico, quamvis verum sit utrumque primum gradum consanguinitatis, & affinitatis absolutè dirimere matrimonium.

Ad quartum jam diximus, filium non accipere à noverca esse naturale, sicut illud accipit à patre, & vera matre, unde inter filium, & novercam non oritur ea sanguinis necessitudo, sicut inter filium, & veram matrem, proinde eadem naturalis reverentia, quæ est debita matri, non est 111

est debita novercæ, cui non debetur nisi mediatè, seu mediante patre, non verò immediatè sicut debetur veræ matri, à qua filius immediatè accipit esse naturale.

112 Quòd si dicas, affinitatem in primo gradu lineæ transversæ dirimere matrimonium jure naturæ, proinde à fortiori in primo gradu lineæ rectæ: hinc D. Joannes Baptista Herodem redarguit *Matth. 14 & Marc. 6. non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Non enim id erat prohibitum tantùm jure legali, seu lege Mosaica, quia Herodes cùm non esset Judæus non tenebatur ad observantiam legis illius, proinde Baptista ideo Herodem reprehendit, quia prohibitum erat jure naturæ habere uxorem fratris sui.

113 Contra est, quia ideo Baptista reprehendit Herodem, quia ei non liceret habere uxorem fratris sui, quia tametsi Herodes non esset Judæus erat tamen filius Judæi, ut referunt Nicephorus *lib. 1. c. 9.* proinde, ut asserit D. Chrysostomus *homil. 41 in Matth.* adhuc tenebatur ad observantiam legis Mosaicæ, eò quia esset filius Judæi, & ejus frater prolem reliquerit, puellam scilicet saltatricem. Sed meliùe respondet D. Thomas cum Josepho Hebræo *lib. 18 antiquit. c. 6.* & Egesippo *lib. 2. de excidio c. 5.* Herodem duxisse uxorem fratris sui illo adhuc vivente, ac renitente, quod ei licitum non erat, ac propterea meritò reprehendebatur à Baptista. Cæterum ex usu ecclesiæ satis liquet, Pontifices sæpe dispensâsse in hujusmodi impedimentis affinitatis in primo gradu lineæ transversæ: siquidem Alexander VI. dispensavit cum Rege Lusitaniæ, ut etiam Clemens X. Julius II. cum Henrico VIII. Angliæ Rege, quam dispensationem Clemens VII. declaravit legitimam: Innocentius XII. etiam cum Duce Parmensi.

114 Quæritur vigesimo octavò, quale impedimentum inducat crimen in ordine ad matrimonium contrahendum? Respondetur, duo in jure canonico esse crimina, quæ matrimonium impediunt, ac dirimunt; scilicet homicidium, & adulterium, si certis vestiantur circumstantiis, quae canones exprimunt. Si enim homicidium sit simul unitum cum adulterio dirimit matrimonium cum adultera, tametsi alterutet contrahentium non sit homicidij conscius, hinc occisio unius cōjugis ab alterutro, seu viro, vel muliera perpetrata ad eum finem, ut mortuo uno conjuge cum altero superstite possit matrimonium contrahere, si tunc adulterium præcesserit homicidium est impedimentum ad matrimonium contrahendum cum vidua, quam vult ducere, qui occidit ejus maritum, & ante homicidium fuerat cum ipsa adulterio pollutus: ecclesia enim posuit hoc impedimentum, ut vitæ consuleret conjugum, ut desumitur *ex c. super hoc de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter.* ubi Alexander III. rescribit: *Respondemus, quòd si adultera est in mortem uxoris aliquid machinata. sive fidem dederit, sive non, quòd ea defuncta hanc esset ducturus; secundùm canones ab ejus consortio prohibetur; & hac prohibitio perpetuò servanda est.* Imò id procedit, quamvis conjux conjugem per se occiderit, immediatè, sive per alium; sive alia persona solota virum aut uxorem occiderit, eo fine ut cum superstite conjuge contraheret, & ante illius mortem adulterium perpetraverit cùm illa, vel illo, cujus appetebat matrimonium: sufficit enim ad inducendum hoc impedimentum, si una pars conjugem occidat illius, cum quo adulterio se polluit, & ad eum finem, ut cum superstite, cum quo adulterium commisit matrimonium contrahat; tametsi conjux superstes, & cum quo homicida matrimonium contrahit, ac priùs etiam adulterium commiserit non consenserit in homicidium sui conjugis, & prorsus ignoret homicidam fuisse eum, cum quo matrimonium contrahit. Imò etiam occisio unius conjugum ex alterius conspiratione cum tertia persona ejus matrimonium ambiente, tametsi nullum præcedat adulterium, matrimonium dirimit inter ejusmodi personas, adeò ut mulier non possit viro illi nubere, qui maritum ejus interfecit, si ejus mortem machinatus fuerit, & desumitur ex *c. laudabilem de conversione infidel.* & ex *can. si quis vivente caus. 35. q. 1.* hinc nec vir eam potest ducere, quæ eo fine propriom occidit virum, ut ei nuberet, si vir in necem prioris mariti fœminæ consensit unà cum muliere vidua, quæ maritum proprium occidit.

Hinc qui post patratum adulterium conju- 115
gem suum, vel alterius complicis occidunt, ut cum adultero contrahant, invalidè contrahunt, ut liquet ex præcitatis textibus, & id procedit non solùm quando vir uxorem occidit; verùm etiam quando uxor virum: neque opus est ad contrahendum hoc impedimentum, ut conjux proprius, vel alterius occidatur propriis manibus, sed sufficit, si consilio, vel mandato: quinimò quamvis nullum præcedat adulterium sola occisio conjugis animo ducendi eũ, qui occisioni cooperatur matrimonium dirimit, à deo ut vir, & fœmina, qui machinati sunt mortem conjugi alterius, eo fine, ut inter se contraherent, nequeant validè matrimonium inire, ut habetur in *c. laudabilem de convers. infidel.* ubi non fit mentio adulterij, sed solius homicidij.

Verùm quatuor tunc conditiones requi- 116
runtur, quarum prima, ut uterque ad occisionem cooperetur, ut habetur in *d. c. laudabilem* sive per se ipsos conjugem occidant, sive per alium mandantes, consulentes, præcipientes, vel quovis alio modo adjuvantes, ut maritus Lucretiæ occidatur ad eum finem, ut Titius, qui simul cum Lucretia fuit talem necem machinatus possit matrimonium contrahere cum eadem Lucretia; alioquin, si alter ex se tantùm mortem conjugis machinetur sine conscientia, & consilio Titij, vel Lucretiæ, non contrahitur hoc impedimentum, tametsi inter ipsos præcesserit adulterium, quia jura simul nectunt adulterium cum machinatione facta ab eo, qui matrimonium contrahit, inscio eo, qui contrahit, tametsi hic adulterium commiserit cum ea, quam post occisionem mariti ducit: quia impedimenta matrimonij cùm sint odiosa restringenda sunt non amplianda. Secunda conditio est, ut inter-

veniat

veniat utriuaque, vel saltem alterius intentio contrahendi postea matrimonium. Tertia ut mors sequatur ex vi vulneris inflicti, vel veneni propinati, ac ipsius machinationis, quia si mots sequeretur ex alia causa, ut ex incuria Medici, vel imperitia Chirurgi, vel etiam ex injuria ipsius conjngis infirmi, tunc nec contraheretur hoc impedimentum dirimena matrimonium subsecutum. Quarta ut matrimonium priùs contractum sit legitimum, alioquin si irritum sit, tametsi bona fide validum putetur, non contrahitur hoc matrimonium dirimens, quia jura introducentia hoc impedimentum illud adnectunt necisioni conjugis, & quia hoc impedimentum est odiosum, ideo restringitur ad occisionem veri conjugis præsupponentis matrimonium verè, ac validè contractum, non verò quòd bona fide tantùm putetur tale.

117 Quæritur vigesimo nono, an ad contrahendum hoc impedimentum criminis necessatia sit occisoris intentio de contrahendo matrimonio cum complice adulterij? Respondetur, duas circa hoc dubium esse sententias, unam Gajetani *V. matrimonium c.1. impediment.* & aliorum docentium, hanc intentionem non requiri, eò quia jura eam non exigant. Secunda sententia & quidem probabilior est D. Thomæ *in 3. p. q. 60. art. 2.* ubi docet, necessariam esse hanc occisoris intentionem de contrahendo cum complice adulterij, ut hoc impedimentum incurratur, quia quamvis hæc intentio non requiratur expresè aliquo jure; colligitur tamen sufficienter ejus necessitas ex fine hujus impedimenti, qui est, ne unus conjux alterum interficiat eo fine, ut conjux superstes libet sit, & occisor possit cùm illo matrimonium contrahere: hæc autem ratio finalis cessat, quando occisio conjugis non est ad finem ducendi alterum in conjugem: hinc probabilius est, non contrahere hoc impedimentum eos, qui alterum conjugem occidunt, non ut matrimonio copulentur, sed ut uberiùs vesanæ libidini indulgeant, & ut indignationem conjngis interfecti declinent, vel etiam ob alium finem: neque contrahunt hoc impedimentum, qui occidunt propriam conjugem, ut liberè possint contrahere cum alia non participe talia homicidij, nec adulterij; quamvis postea defacto ducat eam, cum qua priore conjuge vivente adulteratus est: quia tunc deficit intentio requisita ad contrahendum hoc impedimentum, quia mulier non intendebat inire mattimonium determinarè cum ipso complice adulterij.

118 Imò necessaria est etiam in utroque adultero scientia matrimonij alterius, adeò ut si conjugatus proptiam uxorem occidat, vel ducat fœminam, quam adulterio polluit, insciam conjugij viri illius non contrahat hoc impedimentum ditimens, & matrimonium validum sit, quia fœmina non fnit machinata mortem alterius conjugis interfecti, cùm supponatur nescisse virum illum fuisse matrimonio ligatum: hinc neque contrahitur hoc impedimentum, nisi cum solo complice adulterij, adeò ut solùm dirimat matrimonium contrahendom inter ipsos adulteros, & occisores conjugis, quia jura hos tantùm exprimunt, & cùm impedimenta sint odiosa coarctenda sunt ad ea, quæ tantùm exprimuntur in jure: quapropter neque ratihabitio occisionis ab alio tactæ etiam ab adultero absque conjugis superititis mandato, aut consilio matrimonium eb illis contractum dirimit idque ob eandem rationem, quia hæc impedimente utpote odiosa non sunt inducenda ultra verba canonum, quia juxta regulam juris. odia sunt restringenda, & favores ampliandi: & canones tantùm machinationem mortis conjugis, vel sui, vel alterius ad finem matrimonij contrahendi cum superstite statuunt esse impedimentum dirimens, si nefariam illam monitionem revera mors secuta sit: atqui ratihabitio non est machinatio mortis, quia machinatio se habet antecedenter, & est veluti causa mortia, quæ ad illam sequitur; & ratihabitio se habet consequenter ad mortem, proinde cùm præsupponat homicidium, non fuit ad illud cooperata: quapropter tatihabitio illa non est impedimentum dirimens matrimonium contractum inter occisorem, & conjugem superstitem, qui conjugis cædem ratamhabuit, & hoc etiam desumitur ex *can. si quis vivente cauf. 31. q. 1.* & ex *c. laudabilem de convers. infidel.* tametsi aliàs in maleficiis dicatur ratihabitio retrotrahi, & mandato æquiparari.

Quæritur trigesimò, an adulterium, cui supervenit matrimonium vivente adhuc alterius conjuge de facto contractum, impediat, ac dirimat matrimonium cum adultero, vel adultera etiam post mortem prioris conjugis? Respondetur affirmativè, adeò ut si Titius adhuc vivente sua uxore adulterio polluat Lucretiam, cum qua etiam matrimonium contrahat, non solùm hoc ipso jure est irritum, eò quia quamdiu vivit prima uxor, non possit vir aliam ducere: verùm etiam post mortem legitimæ uxoris non possit matrimonium contrahere cum Lucretia, quam adulterio polluit, & cum qua etiam adhuc vivente prima uxore mattimonium contrsxit: quòd si post obitum veræ uxoris matrimonium contrahat cum Lucretia irritum est, & dirimitur, & desumitur ex *c. ex litterarum de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter.* & ex *c. cùm haberet eod. tit.* Quinimò etiam adulterium cum promissione futuri matrimonij injicit impedimentum dirimens, adeò ut si cum adulterio jungatur promissio contrahendi cum adultero post mortem conjugis irritum sit matrimoninm postea contractum cum adultero, & habetur in *c. Relatum 31. q. 1. c. Propositum, c significanti, c. veniens & c. fin. de eo, qui duxit, quam adulter. poll.* & ratio hujus impedimenti est, ne specie futuri matrimonij detur occasio machinandi mortem conjugi. 119

Verùm ex præcitatis juribus sex ad id requiruntur conditiones, quarum prima est, ut matrimonium priùs contractum fuerit validum, quia si fuerit tantùm existimatum tale, nec fuerit verum matrimonium, nec consequenter verum adulterium, quod non repetitur nisi ubi matrimonium est validum, ac legitimum, & quia jura aduectunt hoc impedimentum adulterio 120

sunt

sunt intelliganda da vero adulterio, & non tantùm de existimato, quia hæc impedimenta utpota odiosa restringenda sunt, non amplianda juxta *regul. juris.* Unde adulterium tantùm existimatum tala cum promissiona futuri matrimonij non trahit sacum hoc impedimantum dirimena matrimonium. Secunda est, ut duo simul aoncurrant, adultarium scilicat, & promissio, nequa requiritur, ut promissio sit juramento firmata, sed sufficit nuda promissio: sive promissio præcedat adulterium, sive sequatur, dummodo simul nectantur, promissio, & adulterium. Tertia ut hæc duo concurrant durante adhuc priori matrimonio, quia si sequantor post mortem conjugis non causant hoc impedimentum dirimens. Quarta ut promissio manifestetur signo aliquo sensibili, quia si sit purè interna, vel alteri occulta non præbet occasionem procurandi mortem conjugi: & jura ad enm finem hoc injiciunt impedimentum, ne detur occasio machinandi mortem conjugi. Cæterum nil refert, an vero, vel ficto animo facta sit, dummodo exteriùs sit manifestata, quia cum ipsa fictio lateat, & signum sensibile externum pateat, non minùs præbet occasionem machinandi mortem conjugi, quàm si vero animo facta esset, cum semper habeatur eadem ratio finalia. Quinta ut promissio sit mutua, vel saltem unius, & ab altero accepta, tametsi non sit repromissio, ut notat Sanchez *lib. 7. disp 74. num. 19. & sequent. de matrim.* Sexta, quòd uterque adulter cognoscat matrimonium alterius, qui aonjugatus est, quia si unus ignoret conjugium alterius non incurritur hoc impedimentum, & desumitur ax *c. propositum. c. veniens de eo, qui duxit quam adulterio polluit.* & ratio ex eo etiam desumitur, quia altero ignoranta conjugium alterius, copula non est adulterium formaliter, & ex utraque parte, & cum impedimentum sit odiosum, & o hosè adnexum adulterio, interpretatur strictè de adulterio formali ax utraque parte cognito, ut tali.

121 Hinc matrimonium cum fœmina aonjugata aontractum vivanta adhuc primo ejus conjuge tunc tantùm impedit, ac dirimit matrimonium post primi aonjugis mortem inter adulteros initum, cùm nterque vir, & mulier sciunt se verum adulterium committara: quia si alteruter bona fide matrimonium contrahat axistimana alterum solutum esse, ac liberum, vel etiam putat, suum vel alterius conjugem obiisse, qui postea superstes invenitur; tunc priore mortno potast cum posteriori contrahere, & ratum habeatur matrimonium, nisi innocens divortium petat, idque habetur *in c. propositum de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* ubi Alexander III. rescribit, quòd quando vir contrahit cum secunda uxore, habens primam uxorem adhuc vivam, & secunda cum qua contrahit nescit primam esse vivam, si moriatur prima, & vir petat divortium à secunda, non sunt separandi, nisi mulier petat divortium: non obstante quod secundùm jura vir noo potast ducere illam, quam polluit per adulterium, præsertim illam, cui fidem dedit vivente prima, vel quæ machinata est in mortem uxoris, hoc idem etiam habetur in *c. veniens 7. eod. tit,* ubi Innocentius III. rescribit, uxoratum contrahantem cum secunda inscia de uxore viri, mortua prima posse secundam habere, si de novo consentiat, dummodo non præcesserit machinatio, val fides.

Quòd si matrimonium aùm prima ipso jore irritum erat, secundum ante dissolutionem primi contractum habetur ratum, ac validum, & desumitur ex *c significavit 2. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter.* ubi Alexander III. rescribit, quòd qui contrahit aùm alia scienter, cum qua habet copulam; si primum matrimonium non fuit validum, nac vir primam uxorem cognovit validum est secundum matrimonium: sin verò primum fuit validum licèt prima sit mortua, naquit habere secundam, si scienter aontraxit, secus si ignoranter: qui tamen viventa conjuge dedit fidem alteri de matrimonio cum ipsa contrahendo, & ipsam nec ante, nec post fidem datam carnaliter cognovit, quamvis graviter peccaverit, non tamen irritum est matrimonium cum ea contractum, cui fidem superstite priori conjuge obstrinxerat, idque desumitur ex *c. siquis ult. de eo qui duxit. in matrim. quam polluit per adulter.* ubi Gregorius IX. rescribit, quòd qui vivente prima uvore dat fidem secundæ, imò da facto contrahit cum secunda, dummodo nea anta, nec post, vivente prima ipsam cognoverit; prima mortua, si cum secunda contrahit matrimonium suum sortitur valorem: mandat tamen Pontifex iniungi pœnitentiam utrique ob commissum delictum in eo, quòd adhuc superstite priori coniuge fidem sibi constrinxerint. Imò nec contrahirur hoa impedimentum ex eo, quòd qui vivente adhuc prima nxore dat fidem secundæ, quâ etiam fœdè abutitur, sed copulam non complet, quia canones tantùm exprimunt hoc impedimentum oriri ex adulterio, quod conjunctum sit aum fide data, vel matrimonio de facto contracto vivente adhuc prima uxora, vel aum machinatione in eius mortem: & in hac specie non habetur verum adulterium, quia non supponitur aopula completa: tria enim requiruntur ad verum, ac proprium adultarium; quorum primom est, ut matrimonium cum prima nxore sit legitimum: secundum ut adulter, & adultera noverint superstitem esse aonjugem: tertinm, ut copula sit completa, ax auius defectu vir, & mulier non fiunt una caro.

122

123 Cæterum solum adulterium non ast impedimentum dirimens matrimoninm contractum post mortam coniugis, & desumitur ex *can. nullus cauf. 31. q. 1.* & ex *c. significâsti 6. de eo, qui dux in matrim. quam polluit per adulter.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd si quis vivente uxore habeat aopulam cum altera, mortua sua uxore, si non præcessit fides, vel machinatio, potest illam ducere: unde non adulterium simplex, & nudnm, sed vestitum aum fide, seu promissione docendi, quam polluit, vel aum machinatione necis proprij conjugis. Præterea aum simplici adulterio posse, matrimonium

contrahi expresse docet D. Augustinus *lib. 1. de nupt. & concupiscentia c. 10.* ubi ait: *Mortuo viro cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium potest, cum quo prius adulterium fuit.* Et lib. de bono coiugali c. 14. ait: *Posse sanè fieri nuptias ex malè contractis, honesto postea placito consequente manifestum est*, & refertur in *can. denique caus. 1. q. 1.*

124 Quæritur trigesimo primò, quo jure impedimentum ortum ex cultûs disparitate matrimonium dirimat. Cultus disparitas habetur cum fidelis matrimonium contrahit cum infideli, tunc enim sunt cultu dispares, & ab hac disparitate oritur impedimentum dirimens matrimonium inter fideles, & infideles, & desumitur ex Concilio Toletano *3. c. 24.* Concilio Lateranensi II. *c. 29.* & habetur in *can. cave 28. q. 1.* & quamvis hisce juribus videatur tantùm prohiberi hoc matrimonium inter dispares cultu, ut illicitum: quòd tamen illud etiam irritent, constat ex communi ecclesiæ praxi à temporibus Apostolorum, unde D Paulus *1. ad Corinth. 7.* ait: *Cui vult nubat, tantùm in Domino*, hoc est tantùm viro Christiano, ut explicant SS. Patres præsertim Tertullianus *lib. 2. ad uxorem c. 2. lib. de monogamia c. 7.* S. Cyprianus *lib. 3. testimonior. ad Quirinum. c. 62.* S. Hieronymus *lib. 1. contra Jovinianum c. 5.* Sanctua Joannes Chrysostomus, & communiter alii Patres: hinc idem Apostolus Paulus *2. ad Corinth. 6. v. 14.* ait: *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? & quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conventio Christi cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem sensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi.* Hunc autem Apostoli textum explicant communiter Patres ut impedimentum ortum ex disparitate cultus non solum illicitum reddat matrimonium, sed etiam dirimat. Hinc D. Ambrosius *epist. 19. ad Vigilium. Sed prope* (ait) *nihil gravius quàm copulari alienigenæ ubi & libidinis, & discordiæ incentiva, & sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum conjugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia? cum oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares devotione potest esse conjugii communis charitas?*

125 Difficultas est, an hoc impedimentum ortum ex disparitate cultûs dirimat matrimonium jure naturæ, vel tantùm ecclesiastico. Et respondetur juxta communiorem sententiam dirimere matrimonium solo jure ecclesiastico, quia nullibi scriptura sacra hæc matrimonia pronunciat irrita: neque plures Sancti, qui cum infidelibus matrimonium contraxerunt, naturæ legem, nec ius divinum violârunt; alioquin vixissent in perpetua fornicatione, proinde hoc impedimentum, nec jure naturæ, nec jure divino dirimit matrimonium. Præterea quia neque priscorum Pontificum, ac Conciliorum decreta statuerunt, hoc impedimentum jure naturæ, vel divino dirimere matrimonium, alioquin non tolerâssent huiusmodi matrimonia fidelium cum infidelibus: constat autem ecclesiam huiusmodi matrimonia tolerâsse secluso periculo subversionis coniugis, & pravæ educationis, atque institutionis filiorum in falsa religione. Quinimò ex historiis ecclesiasticis constat, cum infidelibus matrimonia contraxisse plures Sanctas præsertim Cæciliam, Monicam, Clotildem, eò quia spes conversionis conjugis infidelis cum fideli affulgeret.

Quamobrem solo jure ecclesiastico hoc impedimentum matrimonium dirimit, & licèt hoc jus non sit alicubi expressum, habetur tamen ex praxi, & inolita consuetudine in ecclesia. Tum quia plura Concilia hæc matrimonia fidelium cum infidelibus prohibuerunt, ut constat ex *canone 15.* Concilii Iliberitani ex *canone 10.* Leodiceni ex *can. 12.* Carthaginensis III. & ex aliis pluribus Conciliis, quæ irrita Christianorum cum Judæis connubia declarârunt: quamvis hæc particularium ecclesiarum de solis Judæis decreta legem universalis ecclesiæ non constituant; neque decreta talium Conciliorum intelligenda sint de omnibus infidelibus: quinimò ut speciatim de Judæis statuerentur peculiaris aduit ratio, eò quia Judæi post evangelij promulgationem cæteris pertinatiores in sua perfidia semper essent, ideò præfata decreta non videntur extendenda ad omnes infideles cum fidelibus. Hodie tamen matrimonia hominum baptizatorum cum non baptizatis irrita sunt, ut etiam olim ex inolita consuetudine à primis temporibus fuisse irrita, non tam ex lege ecclesiastica, quàm ex more populi Christiani habente vim legis ostendit Esthius in *4. sentent. dist. 39. §. 3.* 126

Imò usus obtinuit, ut ante tempora Gratiani, *caus. 28. q. 1.* & Magistri sententiarum hæc matrimonia in ecclesia irrita haberentur, & quidem ex justissimis causis, quia indignum prorsus est, ut membra Christi commisceantur cum idolorum cultoribus. Tum quia matrimonium à Christianis non aliter suscipi debet, quàm ut novæ legis Sacramentum, cuius capax non est, qui baptismum non suscepit. Tum quia matrimonia fidelium ad tribunal revocantur ecclesiasticum, quòd fieri non posset, si alter conjux perseveraret in sua infidelitate, quia ecclesia de iis, qui foris sunt, non habet potestatem judicandi, unde aiebat Apostolus *quid mihi de iis, qui foris sunt.* 127

Posset tamen ad probandum matrimonium fidelis, cum infideli adversari juri naturæ, objici quia hoc coniugium adversatur fini primario matrimonii; siquidem pugnat cum recta filiorum educatione, quæ à parentibus cultu disparibus, nequit rectè fieri, proinde hoc impedimentum matrimonium dirimit jure naturæ. Tum quia est contra amicabilem conjugum societatem, & quietam cohabitationem. Tum quia recta ratio dictat declinandas esse occasiones peccandi: atqui contrahere cùm infideli, præbet occasionem idololatriæ, ut exemplo Salomonis satis constat, proinde hoc conjugium fidelis cum infideli est contra dictamen rationis, & legem naturæ. 128

Sed

129 Sed contra, quia ex his omnibus tantùm evincitur, huiusmodi matrimonium esse jure naturæ prohibitum, non verò esse jure naturæ irritum: & ratio est evidens, quia non tollit omninò assecutionem finis matrimonij, sed tantùm eam reddit difficilem, ob quam difficultatem tantùm prohibetur solo jure naturæ, non irritatur: tunc tantùm irritaretur, si tolleret consecutionem finis matrimonij, seu prolis generationem, eiúsque educationem, ac instructionem.

130 Posset tamen ulteriùs objici, quia *Deuter.* 7. interdicitur Hebræis matrimonium cum gentilibus, quod præceptum fuit partim morale, ut eius ratio indicat, ne fidelis seducatur, & Dijs serviat alienis, proinde hoc præceptum etiam nunc obligat. Præterea quia *Osea c. 9. & 10.* jubentur separari Judæi ab uxoribus, quas duxerant, eò quia præceptum illud *Deuter 7.* non solùm prohibebat, verùm etiam irritabat conjugia fidelium cum infidelibus, hinc etiam Apostolus 2. *ad Corinth. 6.* ait *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, quod de vinculo matrimonii communiter Patres intelligunt. Tum quia Christus jure divino voluit matrimonio esse annexum Sacramentum ecclesiæ; proinde voluit nullum esse in ecclesia matrimonium, quod non sit Sacramentum: sed inter dispares cultu non potest esse Sacramentum, quia infidelis non est capax Sacramenti, proinde nec est verum matrimonium jure divino.

131 Sed contra quia præceptum *Deuter.* quo Hebræis erat interdictum matrimonium cum gentilibus fuit tantùm cæremoniale, & ut tale tantùm irritâsse tunc talia matrimonia, & ita cùm cessaverint præcepta cæremonialia, & legalia cum morte Christi, ampliùs huiusmodi præcepta non obligant in lege Evangelica; hinc patet solutio ad illud Oseæ: etiam ex Divo Paulo tantùm colligitur, fuisse solum jure ecclesiastico prohibita, vel hoc impedimentum solo jure ecclesiastico matrimonium dirimere. Ad aliud quod addebatur, respondetur matrimonium esse Sacramentum, quando contrahitur inter fideles, non ita quando inter infideles, quia isti non sunt capaces Sacramenti, cum per baptismum non fuerint ingressi ecclesiam, in qua tantùm habentur, ac suscipiuntur Sacramenta; quando igitur matrimonium contrahitur à fideli cum infideli, tunc respectu huius non habet rationem Sacramenti; & in eo casu Christus reliquit matrimonium dispositioni juris naturalis, & etiam juris ecclesiastici, ut ecclesia disponat prout consultius visum fuerit pro animarum salute.

132 Quæritur trigesimo secundò, quomodo conjux infidelis recèns conversus ad fidem gerere se debeat cum altero conjuge infideli perseverante in sua infidelitate? Respondetur per conversionem infidelis ad fidem, seu per susceptionem baptismi non dirimi matrimonium; proinde posse, si velit, infidelem recèns conversum ad fidem manere cum suo coniuge perseverante in infidelitate; idque habetur expressè *in can. si quis causa 28. quæst. 2. & in cap. Laudemus de divortiis*, ubi dicitur, quòd crimina solvãtur in baptismo, non matrimonia: Ratio etiam adducitur à D. Thoma in *4. sent. dist. 39. quæst. 1. art. 3.* quia fides illius, qui est in matrimonio, non solvit, sed perficit matrimonium. Unde cum inter infideles sit verum matrimonium, per hoc quod alter eorum per susceptionem baptismi convertatur ad fidem, non solvitur vinculum matrimonii, alioquin fides illud non perficeret, sed destrueret. Potest tamen conjux recèns conversus ad fidem dimittere coniugem infidelem, si pertinaciter velit perseverare in sua infidelitate; non tamen eum dimittere tenetur, sed potest, si velit, cum ipso coniuge infideli pacificè cohabitare. Sed quia sola fides non soluit matrimonium, sequitur, quòd conjux recèns conversus ad fidem, non nisi quoad thorum possit dimittere conjugem infidelem, seu ab ipso separari; vinculum enim matrimonii integrum manet, quamdiu conjux infidelis vult pacificè cohabitare cum coniuge recèns ad fidem converso: hinc Apostolus ad Corinth. 1. *si quis frater uxorem habeat infidelem, & hæc consentit habitare cum illo non dimittat illam.* Hæc autem verba Apostoli *non dimittat illam* esse consilii, non præcepti censet D. Augustinus *c. 13. & 17. ac sequent. de adulterin. conjug. & lib. 1. de serm. Domini in monte c. 16.* unde conjux recèns ad fidem conversus, tantùm si velit potest dimittere coniugem infidelem quoad thorũ, & cohabitationem, quamvis ex consilio Apostoli satius sit ut eum non dimittat, si consentiat infidelis pacificè habitare cum fideli.

132 Quòd enim non solvatur matrimonium quoad vinculum, si conjux infidelis velit pacificè cohabitare cum conjuge fideli etiam probat D. Thomas in *4. sent. dist. 39. q. 1. art. 3.* inquiens; aliquando vinculo matrimonij manente solvitur matrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti solutionem; in quo pari passu currunt infidelitas, & adulterium, quia utrumque est contra bonum prolis: unde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea; ita se habet in potestate dimittendi infidelem, vel commanendi cum ea. Potest enim vir innocens liberè cum adultera commanere spe correctionis, non autem si in adulterii peccato fuerit obstinata, ne videatur Patronus turpitudinis, quamvis etiam cum spe correctionis possit eam liberè dimittere: similiter fidelis conversus potest cum infideli manere cum spe conversionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanendo: non tamen tenetur: & de hoc est consilium Apostoli 1. *ad Corinth.* scribentis, si quis frater uxorem habeat infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, hactenus D. Thomas.

133 Quòd si nolit fidelis cum infideli cohabitare etiam sine contumelia Creatoris, & periculo peccati, licèt possit ab infideli discedere, non tamen potest alteri nubere, quia matrimonium non dissolvitur quoad vinculum, sed tantùm quoad cohabitationem, & thorum, ut docet D. Augustinus *lib. de adulterin. conjug. c. 25.* in-

quiens t

quiens: *Propter quodlibet tamen fornicationis genus, sive carnis, sive spiritus, ubi & infidelitas intelligitur, & dimisso viro non licet alteri nubere, & dimissa uxore non licet alteram ducere, quoniam Dominus nulla exceptione facta dicit: si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur; & omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram mœchatur. Marc.* 10. & *Luc.* 16. Idque etiam declaravit Alexander III. in *c. quæsivit de divortiis*, ubi rescribit, *verùm si conjugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit à viro poterit separari, ita quòd ei nubere alii non licebit, quia licèt separentur, semper tamen conjuges erunt.* An verò expediat, ut coniux recèns ad fidem conversus discedat ab altero coniuge perseverante in sue infidelitate, si velit pacificè cohabitare cum fideli sine contumelia Creatoris, & absque periculo perversionis in coniuga fideli, respondet D. Augustinns *lib. 1. de coniug. adulterin. c.* 18. tunc melius, & consultius essa si coniux fidelis non seperetur à conjuge perseverante in sua infidelitate: quia licitum est absq; detrimento æternæ selrutis, coniugem adhærere suo coniugi, & quod est licitum, etiam expedit. Ait Augustinus: *Tunc autem non expedit quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis: sicut est, unde jam diu loquimur, discessio fidelis conjugis ab infideli, quam non prohibet Dominus præcepto legis, quia coram illo iniusta non est: sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentũ salutis:* unde quando non adest hoc impedimentũ salutis consultius est non discedere à conjuge infideli, quia tunc spes affulget, fore, ut per proba exempla fidelis convertatur infidelis. Hinc D. Thomes in 4. *sent. dist.* 39. *q.* 1. *art.* 1. *in respons. ad* 4. *Si post conversionem viri sit aliqua probabilis spes de conversione uxoris, non debet votum continentia vir emittere, nec ad aliud matrimonium transire: quia difficiliùs converteretur uxor viro suo sciens se privatam.*

135 Quòd si conjux infidelis detrectet cohabitare cum fideli, nisi eo animo, vel conditione, ut ipsum pertrahat ed peccatum lethale, tunc fidelis non solùm potest infidelem deserere: verùm etiam alterum metrimonium contrehere; idque desumitur ax Apostolo 1. *ad Corinth* 7. scribente. *Quòd si fidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi:* per fratrem autem, & sororem intelligit Apostolus Christianum, & Christianam, & dicit non esse subjectos servituti, qua reneatur fidelis abstinere ab usu conjugij, si conjux infidelis odio Christiani nominis sponte à fideli discesserit, vel qoia fidelis infidelem dimisarit, eò quia sine Christi contumelia non posset cum illo cohebitare, tunc enim potest fidelis alterum matrimonium contrahere cum fideli: eò quia per hoc, quòd infidelia odio Christiani nominis discasserit spontè à conjuge fideli, vel illum reliquerit, vel infidelis à fideli dimissus fuarit, eò quia nollet sine Christi contumelia cohabitare cum fideli, matrimonium dissolvitur etiam quoad vinculum, quo soluto potest conjux fidelis matrimonium contrahera cum aliquo fideli, & desumitur ex *canon. si infidelis caus.* 28. *q.* 2. & ex *c. quanto de divortijs*; ubi Innocentius III. rescribit: *si alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertatur: altero vel nullo modo, vel non sine balsphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur ad secunda, si voluerit, vota transibit: & in hoc casu intelligitur quòd ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat, frater enim, vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi.*

Hoc idem etiam habetur in *c. gaudemus de divortiis*, & etiam docet D. Augustinus *lib. de fide, & operibus c.* 16. loquans enim da conjuge infideli recèns converso ait: *Quando accessit ad baptismum, habètque in fundamento fidem, qua per dilectionem operatur, procul dubio plus tenebitur amore divina gratia, quàm carnis uxoria, & membrum, quod eum scandalizat, fortiter amputat.* In hoc autem casu, quandu conjux infidelis odio christieni nominis spontè discedit à conjuge fideli, vel fidelis infidelem dimittit, eò quia nolit sine contumelia Creetoris cohabitare cùm fideli; non solvitur vinculum mattrimonij, nisi cùm fidelis separatus ab infideli ob contumeliam Crearoris, contrahit aliud matrimonium; adeò ur si infidelis, qui antea conjugem fidelem dimiserat odio christiani nominis, vel fidelis infidalem raliquit, eò quia sine contumelia Creatoris non possit cum ipso cohabitara, si postea convertatur & ipse ad fidam, antequam conjux, qui fuerat priùs conversus aliud matrimonium contrahat, teneatur illum recipere, eò quie vinculum matrimonij nondum sit solutum, & ambo conjuges convarsi sint vero vinculo matrimoniali juncti, idque desumitur ex *c. gaudemus de divortiis*, ubi Innocentius III. rescribit *quòd si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur ante, quàm propter causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur*, hoc idem etiam docet D. Thomas in 4. *sentent. dist.* 39. *q.* 1. *art.* 5. *ad* 2. ubi ait: *Crimen uxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris absolvit virum à servitute, qua tenebatur uxori, ut non possit ea vivente aliam ducere: sed nondum solvit matrimonium: quia si blasphema illa converteretur, antequam ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus; sed solvitur per matrimonium sequens, ad quod pervenire non posset vir fidelis non solutus a servitute uxoris per culpam ejus.*

Quòd si conjux infidelis convertatur post- 137
quàm fidelis aliud metrimoninm contraxit, tunc ei concedi potest, ut possit alteri nubere, quia conjux priùs conversus per hoc quod contraxerit secundum matrimonium in statu conversionis, fuit solutum prius matrimonium, quod Inierat in statu infidelitatis, unde si conjux qui mansit in infidelitate postaa resipiscat, & verè convertatur ad fidem, cum sit solutus à priori matrimonio ei conceditur, ut possit aliud contrahara, & ita docet D. Thomas in 4 *sentent. dist.* 39. *q.* 1. *art.* 1. *ad* 3. ubi ait: *Postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij*

ex utraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum. Unde in pœnam uxoris infidelis ei indicitur, quod non possit cum alio contrahere magis, quàm ex virtute matrimonij praecedentis: sed si postea convertatur potest ei concedi dispensativè, ut alteri nubat, si vir ejus aliam uxorem duxit. Quòd si conjux infidelis recèns ad fidem conversus prolem suscepit ab alio conjuge infideli, & pertinaci in sua infidelitate, tunc vel filij sunt adhuc Minorennes, & dari tunc debent educandi, & instruendi conjugi fideli, ut habetur in *can Judæorū caus. 28. q* 1. & in *c. Ex litteris de convers. infidelium* ubi Pontifex Judæo cuidam recèns converso ad fidē Christianam jubet tradi filiom quadriennem, tametsi mater pertinaciter judaica in superstitione perseverans contradiceret ea de causa, quia infans materno magis indigeret solatio, quàm paterno. Hoc idem etiam docet D. Thomas in *4. sentent. dist. 39. q. 1. art. 4. ad* 4. ubi ait loquens de prole suscepta à conjuge infideli, & recèns ad fidem converso: proles aut pervenit ad perfectam ætatem; & tunc poterit liberè sequi fidelem, vel matrem infidelem: vel est in minore ætate constituta; & tunc debet dari fideli, non obstante quòd indiget matris obsequio ad educationem.

138 Quæritur trigesimo tertiò, quomodo matrimonia, quæ à Catholicis contrahuntur cum hæreticis, se habeant, an irrita sint, vel tantùm illicita? Respondetur, hujusmodi matrimonia Catholicorum cum Acatholicis non esse irrita, sed suum sortiri valorem, adeò ut propter hæresin non dissolvatur vinculum mattimonij, ut declaravit Concilium Tridentinum *de reform. matrim can. 5.* ubi ait: *Si quis dixerit propter hæresin dissolvi posse vinculum matrimonij anathema sit*, & desumitur etiam ex *c. quanto de divortijs*, ubi Innocentius III. rescribit: *Si verò alter fidelium conjugum, vel labatur in hæresin, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus quod in hoc casu, is, qui relinquitur, vivente altero possit ad secundas nuptias convolare, licèt in hoc casu major appareat contumelia Creatoris.* Rationem etiam adfert D. Thomas in *4. sentent. dist. 39. q. 1. art. 1. ad 5.* ubi ait: *Matrimonium sacramentum est; & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti requirit paritatem, quantum ad sacramentum fidei scilicet baptismum, magis quàm quantum ad interiorem fidem: unde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei sed disparitas cultûs, qui respicit exterius servitium. Et propter hoc; si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat illam hæreticam, sicut peccaret si cum excommunicata contraheret; non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur.* Neque obstat, quòd Synodus Trulana *can. 71.* hujusmodi matrimonia inter Catholicos, & Acatholicos irrita esse declaraverit: quia ecclesia canones illos non approbavit, & censet, hujusmodi matrimonia suum sortiri valorem, eò quia contrahantur inter baptizatos: & tantùm Bonifacius VIII. in *c. decrevit de hæret. in 6.* privatione dotis multavit fœminam, quæ erroris viri conscia hæretico nubit.

Sunt nihilominus matrimonia, quæ catholici cum hæreticis contrahunt omnino illicita, adeò ut non possint absque gravi peccato contrahi, quia si hæreticus, eò quia ecclesiam nolit audire habendus est ex Apostolo *sicut Ethnicus, & Publicanus*, imò si vitandus est, & omnino fugiendus ex eodem Apostolo; *hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita*: imò si neque salutandus est, neque in domum admittendus, ut ait S. Joannes inquiens: *si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis: qui enim dicit illi ave communicat operibus ejus malignis.* A fortiori sequitur, contrahere matrimonium cum hæreticis non esse Catholicis licitum, & hujusmodi matrimonia esse omnino illicita, & Catholicos ea contrahentes mortaliter peccare, ut docet D. Thomas in *4. sent. dist. 39. q. 1. art. 1. ad 5.* inquiens: *Et propterea si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat eam hæreticam; sicut peccaret, si cum excommunicata contraheret.* 139

Constat autem, hæreticos esse excommunicatos, seu extra communionem ecclesiæ catholicæ: proinde non possunt Catholici licitè matrimonia inire cum Acatholicis, quia in ijs quæ ad sacramenta pertinent, non debent occasionē dare, ut sacramenti sanctitas ab hæreticis violetur, & matrimonium est sacramentū, cujus sanctitas violatur per Ministrum, vel Magistratum hæreticum, coram quo initur. Qui enim ex Catholicis cum muliere acatholica matrimonium contrahit procul dubio violat sanctitatem sacramenti, cum ex parte hæretici suum non sortiatur effectum. Tum quia non est licitum administrare infideli, vel etiam publico peccatori non resipiscenti sacramentum; & Minister graviter peccaret, si sciens aliquem esse infidelem, vel publicū peccatorem, adhuc vellet ei sacramentū ministrare, quia daret occasionem infideli, vel publico peccatori violandæ sanctitatis sacramenti: conjux autē Catholicus contrahens cum muliere acatholica, ei ministrat sacramentum matrimonij, & præbet ansam ut ab hæretica muliere violetur sanctitas sacramenti, quod procul dubio est omnino illicitum. Tum quia ex hisce matrimoniis cæteri Catholici scandalizantur: & adest periculum subversionis, pravæ liberorum educationis, & semper pericula imminent insidiarum, ac rixarum inter conjuges diversæ religionis; idque causæ fuit, cur Concilia hujusmodi matrimonia prohibuerint, Concilium Laodicænum *can. 10.* statuit, *quòd non oporteat indifferenter ecclesiasticos fœdere nuptiarum suos filios, filiásque conjungere.* Concilium Carthaginense III. *can. 12.* ait: *Item placuit, ut filij, vel filiæ Episcoporum, vel quorumlibet Clericorum gentilibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur.* Concilium Chalcedonense *can. 14.* Agathense *can. 67.* Illiberritanum *can 16.* & alia plura hoc idem statuerunt hinc in *can. non oportet. caus 28. q.* 1. ex Concilio Agathense habetur. *Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, vel filios,* 140

vel

vel filios dare, sed potiùs accipere, si tamen profiteutur Christianos futuros se esse, & Catholicos.

141 Damnantur igitur ab ecclesia matrimonia catholicorum cum hæreticis, ut illicita, eò quia scandalum publicum ingerant, sacramenti sanctitatem violent: matrimonio enim Christus adnexuit sacramentum, & Deus gratiam, quæ hominibus extra communionem fidelium positis non communicatur: & ob periculum subversionis, & defectionis à fide, ac commonione catholica. Neque consuetudo Regionum, & locorum, in quibus Catholici cum hæreticis promiscuè vivunt, & passim inter se se matrimonia contrahunt à peccato gravi excusat Catholicum contrahentem cum hæretica, nisi dispensationem à summo Pontifice justis de causis obtinuerit, & omne absit subversionis periculum, ac catholicæ consulatur prolis institutioni: quia tametsi, quando nullum adest subversionis periculum, & nullum inde oritur scandalum, & educationi liberorum in fide catholica prospicitur hujusmodi matrimonia nec lege naturæ, neque divina positiva prohibita sint: legibus tamen ecclesiasticis prohibentur, quarum relaxatio pertinet ad summum Pontificem in illis casibus, in quibus de universali disciplina firmata consensu fidelium, ac Conciliorum agitur, & summi Pontifices justis de causis dispensandi potestatem sibi reservârunt: arqui Ecclesia promiscua hæc connubia catholicorum cum hæreticis pluribus in Conciliis prohibuit ad evitanda scandala publica, & pericula subversionis, ac defectionis à fide, ac communione catholica, & summi Pontifices sibi duntaxat reservârunt dispensare super hisce matrimoniis, & nisi ob gravissimas causas solent dispensationem concedere, & nisi positis servatisque aliquibus conditionibus, quibus prospiciatur educationi prolis in fide catholica, & periculum removeatur defectionis à fide in conjuge catholico: proinde consuetudo, quâ solent catholici in locis, ubi promiscuè vivunt cum acatholicis, mattimonia cum istis contrahere, non excusat catholicos ita contrahentes à culpa lethali: quia tametsi Ecclesia gemens videatur hujusmodi matrimonia tolerare, eò quia in iisdem regionibus, & locis illa non puniat ob peccantium moltitudinem, non tamen ecclesia approbat hujusmodi connubia, ex quibus ut plurimum æternæ salutis oritur periculum.

142 Tum quia ut consuetudo excuset, debet esse rationabilis: atqui consuetudo quâ catholici cum acatholicis matrimonia contrahunt in locis, ubi promiscuè vivunt, nunquam est rationabilis cum publicum scandalum invehat, & manifestam violationem sacramenti, cui Deus suas adnexuit gratias, quæ hominibus existentibus extra communionem fidelium minimè communicantur, & ex hujusmodi connubiis periculũ timeatur defectionis à fide, & communione catholica, quia ut ait D. Ambrosius *lib. 1. de Abraham c. 9. Cum sanctis sanctus eris, & cum perverse perverteris, si hoc in aliis, quantò magis in conjugio ubi una caro, & unus spiritus est? quomodo autem potest congruere charitas si discrepet fides? & ideo cave christianæ gentili, aut Judæo filiam tuam tradere, cave inquam gentilem aut Judæam atque alienigenam hoc est hæreticam, & omnem alienam à fide tua arcessas uxorem tibi.*

Cum igitur hæc consuetudo non approbetur ab ecclesia, eò quia publica invehat scandala, violet sacramentum, cui Deus gratiam adnexuit, quæ non communicatur hæretico, ac proinde frustratur sacramentum suo effectu, & quidem in utroque conjuge; in hæretico, quia non communicat cum fidelibus, & in catholico, quia tunc ponit obicem divinæ gratiæ suscipiendæ, eò quia contrahendo cum conjuge hæretico peccat lethaliter, & cum periculũ adsit perpetuæ subversionis, & defectionis à fide, nequit talis consuetudo haberi rationabilis, ut possit à peccato lethali excusare catholicos ita contrahentes cum hæreticis: hinc Tertullian. *de velandis virginibus c. 1.* ait: *veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur; & ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se non consuetudinem cognominavit.* 143

Quæritur trigesimo quartò, quomodo ligamen dicatur injicere impedimentum dirimens matrimonio contrahendo? Est ligamen vinculum matrimonij indissolubile, quo conjuges ita sibi invicem sunt alligati, ut utroque superstite, neuter cum altero matrimonium valeat contrahere. Et hoc ligamen impedimentum divino jure institutum injicit matrimonio contrahendo, & eodem jure prohibetur matrimonium contrahi cum impedimento ligaminis, ac prohibeatur poligamia: hinc Tridentina Synodus *sess. 24. can. 2.* ait: *Si quis dixerit licere Christiano plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina prohibitum esse anathema sit:* prohibet Concilium secundas nuptias perseverantibus primis, quæ prohibitio non solùm intelligitur de lege prohibente, verùm etiam de irritante, idque de jure antiquo, ut habetur in *c. gaudemus de divortiis, & in c. fin. de spons. duor.* imò non solùm jure ecclesiastico, sed etiam jure divino positivo ligamen matrimonium subsequens dirimit, quia Concilium anathematizat dicentem, nulla lege divina esse prohibitum Christianis plures uxores habere, neque difficile est assignare hanc legem divinam prohibentem secundas nuptias perseverantibus primis: siquidem impliciiè continetur in verbis illis *Genes. 2. Masculum, & fœminam creavit eos, propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una,* ex quo textu docent D. Hieronymus in *Matth. 19. lib. 1. contra Jovin.* Chrysostomus *homil. 63. in Matth.* Euthymius, & alij Expositores, ob hanc rationem non dici Masculum, & fœminas in plurali, sed masculum, & fœminam 144

nam in singulari; nequa adhærebit uxoribus in plurali, sed uxori suæ in singulari; neque dici propter has in plurali relinquet patrem, & matrem, sed propter hanc in singulari: neque dici erunt plures in carne una, sed duo: quod etiam confirmet Christus *Matth.* 19. ubi usus fuit verbis *Genes.* 2. ut ostenderet Judæis non licere proprias uxores repodiare, & alias ducere.

146 Rursus hæc prohibitio plures ducendi uxores prima superstite prohibetur in lege evangelice *Matth.* 5. & 19. *Marc.* 10. & *Luc.* 16. ubi Christus expresse declarat, eum mœchari, qui dimissa uxore etiam adultera aliam ducit; & similiter mœchari, qui relictam ducit, hoc est adulterium committere, ac invalidè contrahere. Quòd falsum esset, nisi superstite adhuc prima, invalidè contraheret cum secunda, proinde Christus prohibuit secundas nuptias priore uxore adhuc vivente.

147 Neque obstat si dicas, in præfatis textibus tantùm prohiberi secundas nuptias, quando prima uxore retinetur, non verò quando propter adulterium dimittitur. Nam contra est, quia ideo Christus in citatis textibus concludit, contractum cum secunda dimissâ priori adulterâ esse invalidum, quia etiam prima dimissa, non desinit esse uxor, & est contra legem divinam, ac primam matrimonij institutionem contrahere cum secunda priore adhuc vivente: sed hæc ratio æquè urget, sive prima dimittatur: sive retineatur, imò fortiùs urget priore retenta, cum secunda gaudeat jure uxorio respectu cohebitationis, quo caret uxor ob adulterium dimissa: proinde multò magis prohibitum est, secundam ducere retenta prima, quàm ea repudiate. Præceptum igitur positivum divinum de unitate uxoris habetur in illis verbis Christi relatis in locis citatis, unde D. Paulus 1. *Corinth.* 7. ait: *His autem, qui matrimonio conjuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere; quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Quòd si licita esset uxorum multitudo, posset vir dimissâ uxore, & non reconciliatâ aliam ducere, & cùm Apostolus jubeat manere innuptem, clarè inde colligitur non posse aliam ducere.

148 Hinc si inter Christianos vir cum aliena uxore legitima eius marito superstite, vel mulier cum alieno viro legitima eius uxore vivente matrimonium contraxerit, compellendi sunt redire ad priores coniuges, & posterius matrimonium est irritum, tametsi carnali copula esset consummatum, & prior uxor nondum cognita à suo viro fuisset; idque desumitur ex *c. licèt* de sponsa duorum: quie superstite primo conjuge secundum matrimonium est irritum, proinde cogendus est vir, vel mulier, ut ad primum suum conjugem revertatur. Imò neque appellans in causa nullitatie matrimonii potest aliud matrimonium contrahere, donec Judex ecclesiasticus causâ cognitâ, & latâ sententiâ matrimonium irritum pronuntiaverit: alioquin si lite adhuc pendente aliud contrahatur matrimonium, hoc est irritum, ut habetur in *c. tua fraternitas de sponf. duor.* ubi Alexander III. pendente appellatione in causa nullitatis matrimonii declarat irritum aliud matrimonium si contrehatur, ante cognitam causam, & latam sententiam.

Imò neque potest mulier, cuius maritus septennio, & decennio, vel quovis longiore tempore absens fuit, nubere alteri, donec de morte mariti certis documentis constet, ut scribit Clemens III. c. in præsentie de sponsal. & matrim. & quamvis jure civili, seu *in lege uxores ff. de divortiis*, constitutum esset, ut uxores quinquennio tentum viros absentes expectarent, hanc temen legem postea correxit Justinianus Imperator *authent. hodie, C. de repud.* ubi ait: *Hodie quantiscunque annis maritus in expeditione emanserit, mulier sustinere debet, licèt neque litteras, neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit, non priùs nubat, quàm per se, vel per alium eum sub quo militabat adiens interrogaverit, si pro veritate mortuus est: ut apud testes deponatur cum jureiurando si mortuus sit: quo sequuto post annum nubat. Si verò præter hæc nupserit, tam ipsa, quàm qui eam duxerit veluti adulteri puniantur.* 149

Quòd si mulier dubitans de morte mariti alterum matrimonium contrahat, & in eadem perseveret dubitatione, tenetur quidem coniugi exigenti debitum reddere, non tamen potest, quamdiu mulier dubitat, debitum exigere, ut rescripsit Lucius III. in *c. Dominus de secundis nuptijs.* Quòd si de vita prioris coniugis constiterit, secundum matrimonium, quemvis bona fide contractum dirimitur, & mulier adigitur censuris ecclesiasticis reverti ad priorem maritum, ut declarat Lucius III. in *d. c. Dominus de secund. nupt.* ubi ait: *Quòd si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus ad priorem coniugem revertatur.* Vocet Pontifex complexus adulterinos, si mulier certiorata de priore merito superstite cum secundo remanet; quia antequam certa esset, quòd prior maritus adhuc viveret, si bona fide contraxerat cum secondo excusabatur ab adulterio, hinc S. Leo Papa *epist.* 79. ad Nicetam Episcopum Aquileiensem ait: *Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium mala voluntatis trabatur, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos nolunt impia habende sunt; ita illa, qua in affectum initum ex Deo redeunt, meritò sunt laudanda.* Hinc etiam vir, qui duxit mulierem, cuius maritus defunctus credebatur, cùm tamen superstes esset, ratione bonæ fidei culpa caret: sed priori marito tenetur locum cedere. Filij verò ex secundo matrimonio suscepti habentur legitimi, quia propter ignorantiam facti, cùm vir credidisset maritum mulieris mortuum, fuit excusatus ab adolterio, proinde filii, si quos ex matrimonio cum tali muliere cuius maritus adhuc erat superstes suscepit, legitimi habentur. 150

Quan-

150 Quæritur trigasimo quintò, quomodo impedimentum publicæ honestatis matrimonium dirimat? Publica honestas est quædam propinquitas oriens ex sponsalibus, vel etiam matrimonio rato inter unum coniugem, vel sponsum, & consanguineos alterius, robúrque trahens ex institutione ecclesiæ ob eiusdem ecclesiæ honestatem, adeo ut hoc impedimentum institutum fuerit ab Ecclesia ad tuendam justitiam publicæ honestatis, quæ procul dubio violaretur, si filius mulieram per verba de futuro patri suo desponsatam ducerer in uxoram; vel si sponsus de facto contraheret cum sorore suæ sponsæ. Dicitur autem hoc impedimantum propinquitas orta ex sponsalibus, vel matrimonio etiam non consummato ob convenientiam, quam habet eum affinitate, à qua tamen differt, quia hæc oritur ex copula; & publica honestas tantùm ex vinculo, vel fide data: adeo ut si sponsus, qui rem habuit cum sua sponsa de futuro, postea de præsenti ducat aius sororem duo contrahat impedimenta, dirimantia unum publicæ honestatis ob vinculum sponsalium, & aliud affinitatis ob copulam consummatam.

151 Responderur igitur ad quæsitum, publicam honestatem dirimera matrimonium jure ecclasiastico. Quod enim dirimat matrimonium desumitur ex *c. unic. de sponsal. in 6. c. Juvenis. c. Ad audientiam c. sponsam de sponsal.* & ratio etiam ax eo desumitur, quia justum ast ob publicam decentiam, matrimonia non contrahi cum consanguineis prioris sponsæ, aut coniugis. Quòd verò hoc impedimentum sit de jure ecclesiastico liquet, quia suum robur trahit ex institutione ecclesiæ propter eiusdem ecclesiæ honestatem. Hæc autem publica honastas hodie non oritur ex sponsalibus invalidis, neque extanditur ultra primum gradum ut statuit Concilium Tridentinum *sess. 24. de Reform. matrimon. c. 3.* ubi habetur: *Justitia publica honestatis impedimentum ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt S. Synodus prorsus tollit: ubi autem valida fuerint primum gradum non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio observari.* Imò ut ex sponsalibus oriatur hoc impadimantum, aliquot requiruntur conditiones, quarum prima est, ut sint valida; secunda ut à majoribus septennio fuerint contracta: tertia si ante septennium sint contracta, sponsi expleto septennio in illa consentiant; ac perseverent in voluntate contrahendi: quarta ut sponsalia non sint conditionata, quia ante purificationem conditionis sunt nulla: quinta, ut sponsalia sint certa, hoc est ut consensus feratur in certam determinatam personam: sexta ut consensus non defecerit; alioquin consanguineus furiosi ducere potest in uxorem mulierem, quam in amentia desponsaverat; idque desumitur ex *c. Ex sponsalibus tit. de sponsal. in 6.* Cæterum hoc impedimentum publicæ honestatis morte non extinguitur, adeò ut si Lucretia desponsata fuerit Joanni per verba de futuro, & Joannes obierit antequam matrimonium de præsenti contraheret cum Lucretia; Franciscus Joannis frater non possit Lucretiam in uxorem ducere ob impedimentum publicæ honestatis, quòd si de facto illam ducaret, irritum esset matrimonium, ut hebetur in *can. si quis desponsaverit caus. 27. q. 11.*

Quinimo justitia publicæ honestatis oritur etiam ex sponsalibus ab initio validis, quamvis postea ex mutuo consensu dissolvantur, ratio est, quia hoc impedimentum publicæ honestatis, si semel contrahatur, non ampliùs dependet à voluntate contrahentium, sed ab ipsa ecclesia, quæ illud constituit, & voluit esse perpetuum, & ita etiam declaravit approbante Alexandro VII. Sacra Congregatio interpres Concilii Tridentini: cùm enim dubitatum fuisset, an sponsalibus validè ab initio contractis, deindè mutuo consensu dissolutis esset impedimentum justitiæ publicæ honestatis sublatum; post maturum examen respondit sacra Congregatio, tale impedimentum non esse sublatum, eò quia sponsalia fuerint validè contracta, quamvis mutuo postea consensu dissolvantur: eò quia non dependeat hoc impedimentum à voluntate contrahentium sponsalia. 152

Hoc tamen impedimentum ortum ex sponsalibus de futuro non excedit primum gradum lineæ rectæ, aut transversalis, edeò ut sponsus non possit validum matrimonium contrahere cum matre, sorore, vel filia sponsæ; neque vice versâ sponsa cum patre, fratre, aut filio sponsi, benè tamen cum primis consanguineis, sive ascendentibus, sive collateralibus, ut statuit Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 3. reform. matrim.* ubi corrigit jus antiquum, quo justitia publicæ honestatis porrigebatur usque ad quartum gradum. Quando verò impedimentum justitiæ publicæ honestatis oritur ex matrimonio rato non consummato, tunc porrigitur usquè ad quartum gradum, & matrimonium dirimit etiam in quarto gradu ex constitutiona Pij V. cui initium est *Ad Romanum* edita 21. Iunij anno 1568 ubi id expresse definit, & declarat, restrictionem juris communis factam à Concilio Tridentino solùm procedere de justitia publicæ honestatis, quæ provenit ex sponsalibus de futuro: Et ità etiàm fuisse declaratum à sacrâ Congregatione Concilij Tridentini interprete refert Reveles *lib. 3. de impediment. sect. 5. n. 101. & & sequent.* Quinimò etiam ex matrimonio irrito rationa consanguinitatis, affinitatis, impotentiæ, voti &a. dummodo contractum fuerit juxta formam Concilii Tridentini oritur hoc impedimentum justitiæ publicæ honestatis, & desumitur *ex c. Juvenis extra de sponsal. & matrim.* ubi Eugenius Papa rescribit, quòd *Juvenis qui puellam nondum septennem duxit, quamvis ætas repugnet, ex humana tamen fragilitate forsan tentavit, quod complere non potuit: quia in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus, tum propter honestatem ecclesiæ, quia ipsa conjux ipsius fuisse dicitur; tum propter prædictam dubitationem mandamus: quatenus consobrinam ipsius puellæ, quam postmodùm duxit, dividas ab eodem*: Ex quo textu liquet, primum matrimonium fuisse nullius valoris, eò quia 153

contractum fuerit cum impubere: & tamen declarat Pontifax ex eodem ortum fuisse hoc impedimentum justitiæ publicæ honestatis ob quod jussit juvenem separari à consobrina ipsius puellæ, quam postea in uxorem duxerat.

154 Verùm id procadit da sponsalibus da præsanti, adeò ut matrimonium de præsenti semper induat hoc impadimentum, sive validum sit, sive irritum quacunque ex causa, præter quam ex defectu consansus: ratio est, quia correctio iuris antiqui facta à Concilio Tridentino non extanditur ad publicam honestatem, quæ oritur ex matrimonio de præsenti, ut declaravit Piua V. in sua constitutione, quæ incipit *Ad Romanum.* Hinc probabile est, hoc impedimentum non oriri quando sponsalia, vel matrimonium sunt invalida defectu consensûs interni, quia Concilium Tridentinum, & præcitata jura definiunt, non oriri ax sponsalibus quacunque ratione invalidis, proinde Concilium comprehendit omnem invaliditatem, atiam illam, quæ oritur ex defectu consensus non solùm externi, & apparantis, ut in infante, aut furioso, sed atiam ex defectu intarni consensus; proinde in foro conscientiæ non dirimit matrimonium, nec atiam in foro axtstiori, dummodo defectus interni consensus probari possit.

155 Prætaraa ex defectu consansus non oriri hoc impedimentum publicæ honestatis, desumitur ex *c. accessit de desponsat. impub. in 6.* & docet Hostiens. in *summ. tit. de sponsal. §. quis sit effectus*, hinc ex matrimonio irrito defectu consensûs non oritur hoc impadimentum publicæ honestatis, imò nec etiam ex matrimonio clandestino, quia hoc nullius est valoris, & non habet vim sponsaliorum, quinimò concilium Tridentinum declarat omnino inhabilea ad contrahendum, qui matrimonium clandestinom inira voluerunt, adeò ut ex aorom contractu nulla oriatur obligatio, nec naturalis, nec civilis.

156 Quæritur trigsimo sextò, an impedimentum perpetuæ impotentiæ matrimonium dirimat jura naturæ? est juxta præsens institutum impotantia, quæ saxuum diversorum impedit copulam, rationa cuius mas, & fœmina fiunt una caro: & hæc impoteatia ast unum ex præcipuis impedimantis matrimonium dirimantibus, quia sicut in aliis contractibus frustranea est illa obligatio, quâ contrahant ae se ad id obligant, quod nec dara, nec facere valent: perinde in contractu matrimonii, quo unus obligatur altari ad debitum carnale solvandum; frustranea ast hæc obligatio, quando qui eam contrahit, non potest carnale debitum solvere, proinda tunc non est conveniens talis contractus, qui proinde irritua est, ac nullius valoris. Est autem huiusmodi impotentia duplex naturalis una, quæ ab intrinlaco oritur; & altera accidentalis quæ ab extrinseco provenit; illa contingit, vel ratione ætatis, ut in impubaia, in quo adveniente pubertate desinit hæc impotentia, cùm naturæ qualitates, quæ antea immaturæ erant, ac præ nimia humiditate opprssæ incipiant incalescere ad ganarationem, & vigore: vel ratione imbecillitatis, ac naturæ frigidioris, qua rationa etiam senio confecti inhabiles sunt ad usum matrimonii. Impotentia accidentalis à causa extrinsaca provenit, ut ex abscissiona, aut attritione partium, quæ ad generationem sunt nacassariæ, val ex maleficio. Præterea impotentia alia est perpetua, quæ tolli non potast citra miraculum, vel citra mortis periculum, vel citra peccatum, quia tunc non licet removere impedimentum, quod propterea parpetuum dicitur: alia est impotantia temporalis, quæ arta humana, vel remediis ecclesiæ auferri potest: rursus alia est impotentia absoluta respectu omnium, & alia respactiva, cum aliquis non respectu omnium est impotens, sed tantùm respectu talia specialis fœminæ.

Respondatur ad quæsitum, impotentiam perpetuam ipso jure naturæ dirimere matrimonium etiam ratum, si illud antecedat. Ratio est, quia jura naturæ matrimonium institutum fuit causâ prolis procreandæ, adeò ut finis naturalis matrimonii sit procreatio prolis, & conservatio spaciai humanæ in propagationa successiva individuorū: at si ea sit impotentia viri, vel mulieris, aut imbacillitas, ut matrimoniom non valeant consummare, tunc hæc impotentia impedit finem, ob quem fuit à natura matrimonium institutum; proinde jura naiotæ matrimonium dirimit. Nequa contractus initus ab Impotente ullius ast valoris, cùm non possit quis se obligare ad id, quod non potest dara, vel facere: non enim possont simul stara obligatio ad copulam orta ex matrimonio, & impossibilitas copulæ. Hinc ad impossibila nulla est obligatio, ut habetur in *c. Nemo de reg. jur. in 6.* id taman intelligitur de impotantia perpetua: quia temporalis non dirimit matrimonium ratum. Hinc Alexander III. in *c. quod sedem de frigid. & malefic.* rescribit Episcopo Ambianensi: *sicut puer, qui non potest reddere debitum non est aptus conjugio: sic qui impotentes sunt minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* Idque atiam habetur in *c. ex litteris eod. tit.* ubi Pontifex ait: *Quòd si vitium illud mulier à natura contraxit, nec ope Medicorum poterit adjuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.* Imò impotantia perpatua, sempat hoc dirimit matrimonium, eò quia sit impotentia contraria substantiæ eiusdem matrimonii; siquidem qui laborat tali impotentia, non potast alteri coniugi tradera suum corpus ad actum coniugale; proinde contractus nullius est valoris, sicut irritus est contractus emptionis ab eo initus, qui non est solvendo, neque est illi possibile ei pretium solvere rei amptæ; quòd si impotentia esset tantùm temporaria, & spes affulgeret, quâ posset ea removeri, tunc matrimonium ratum esset, si pars altera conscia esset ante contractum matrimonium huius impotentiæ, & tunc quia matrimonium fuit validè contractum postea non dirimitur, quamvis impotentia vi remediorum non contingat amoveri. 157

Possat taman objici contra hanc impotantiam naturalsm parpatuam, quæ dicitur ma- 158

trimo-

trimonium dirimere: quia eatenus matrimonium dirimit, quia impedit carnalem copulam: atqui hæc copula non pertinet ad substantiam matrimonij, cum coniuges possint matrimonium validè contrahere, tametsi nunquam coëant, imò votum emittant castitatis servandæ. Sed contra, quia tametsi huiusmodi copula non pertineat ad substantiam matrimonii, potestas tamen, & obligatio ad illam ita est necessaria, ut sine hac potestate, & obligatione nequeat matrimonium stare. Quamobrem si viri frigiditas, cuius mulier erat conscia sit perpetua, nullũ contrahitur matrimonium: sed qui contraxerunt, si velint possunt simul manere, sicut frater, & soror, ut rescribit Lucius III. in *c. consultatione de frigidis & maleficiat.* ubi ait *Romana ecclesia in consimilibus judicare consuevit, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores*: & tunc qui ita simul cohabitant non possunt se se impudicè amplecti, nec osculari, nec tangere, sed tenentur in eodem prorsus castitatis exercitio versari, perinde ac si essent veri fratres, & sorores.

159 Quòd verò Pontifex dicat, quòd se habeant ut sorores, id consilij tantùm est, non præcepti, quia si velint possunt simul non cohabitare; imò cùm ratum non sit matrimonium, ita initum, cùm Pontifex dicat *quas tanquam uxores habere non possunt*: si periculum timeatur incontinentiæ, potest ecclesia conjugi non laboranti impedimento subvenire, ac ei licentiam concedere contrahendi aliud matrimonium: quia nimis durum foret, si qui sciens contraxit cum impotente, esset cogendus, ut in peccato cum ea maneret. Hinc si potens de facto contrahat cum secunda, matrimonium est ratum, ut docent communiter Canonistæ in *c. consultationi* cum Innocentio IV. Non tamen frigiditas senum, quæ provenit ex defectu caloris ob senilem ætatem matrimonium impedit, dummodo dum contrahunt, habiles sint ad copulam, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2 ad 3.* ubi ait: *Vetuli quamvis quandoque non habeant caliditatem sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis matrimonium secundùm quod est in remedium concupiscentiæ, quamvis non competat eis secundùm quod est in officium naturæ.*

160 Quæritur trigesimo septimò, an impotentia viri, si non sit absoluta erga omnes fœminas, sed tantùm respectiva erga unam determinatam matrimonium dirimat? Respondetur ex praxi in foro ecclesiastico, talem impotentiam erga unam determinatam fœminam matrimonium dirimere cum eadem fœmina, ita enim in tribunalibus ecclesiasticis quotidiè judicatur, ut nullum sit matrimonium inter talem marem, & talem fœminam, si non possit consummari, tametsi vir, qui cum puella virgine non potest matrimonium consummare, potis sit illud consummare cum corrupta, vel vidua ex Medicorum judicio: in hoc enim casu matrimonium viri cum tali puella virgine in foro ecclesiastico solet judicari irritum; & si vir se continere non possit datur etiam ei facultas, ut possit ducere corruptam, vel viduam. Unde ex praxi, & consuetudine fori ecclesiastici impotentia respectiva dirimit matrimonium cum illa, respectu cujus est impotentia perpetua, cui nulla arte subveniri potest. Neque D. Thomas *in 3. p. q. 58. art. 1. ad 5.* docet oppositum, quia ibi loquitur quando arte medica potest impotentia illa removeri. Ratio igitur, cur in foro ecclesiastico irritum judicetur matrimonium cum illa initum, respectu cujus vir laborat perpetuâ impotentiâ, cui nulla humana arte potest subveniri, est, quia tunc respectu illius, qui laborat tali impedimento non est possibilis obligatio ad copulam; consequenter nec est possibile matrimonium, quod non stat sine tali obligatione. Tum quia matrimonium tunc respicit talem determinatam personam: proinde si respectu illius habetur impotentia, & ineptitudo, nequit esse respectu illius matrimonium. Tum quia impotentia respectiva accidentalis orta ex maleficio, matrimonium dirimit respectu personæ, ad quam est, consequenter etiam impotentia naturalis: antecedens liquet *ex c. fin. 33. q. 1*, ubi maleficiato respectu illius, cum qua contraxerat, conceditur dissoluto priori matrimonio ad aliud transire.

Videtur in contrarium obstare difficilis textus in *c. fraternitatis de frigid. & maleficiat*, ubi Pontifex declarat, quòd si mulier à viro, cui nupserat judicio ecclesiæ separata sit, eò quia adeo arcta erat, ut à viro nunquam potuerit deflorari; si postea nubat alteri, cui arcta non sit; & per frequentem usum coeundi fiat apta primo, sit eidem restituenda dissoluto posteriori conjugio: ex quo textu videtur clarè inferri, impotentiam respectivam non dirimere matrimonium. Sed contra quia textus in *d. c. fraternitatis* procedit, eò quia posterior vir erat similis priori quoad ætatem, vires, & membra, ut liquet ex eodem textu, ubi Pontifex ponit verba illa *cujus simili commiscetur*, quod intelligi non debet de similitudine in natura humana, quia id jam supponebatur; sed de similitudine in qualitate ætatis, ac instrumenti generationis in secundo viro: quia tunc mulier optimè præsumitur potuisse etiam à priori viro cognosci, quæ propterea decepit ecclesiam, cùm dixit, se impotentem respectivè ad talem mulierem. 161

Quæritur trigesimo octavò, quænam censeatur impotentia perpetua in ordine ad dirimendum matrimonium? Respondetur, eam censeri sive in viro, sive in fœmina, quæ sine miraculo, vel sine probabili vitæ periculo, vel à fortiori sine peccato tolli non potest: non enim impotentia perpetua ea judicatur esse, quæ per opus humanum absque gravi corporis periculo removeri non potest, sed debet esse probabile vitæ periculum; ut habetur in *c. fraternitatis de frigid. & maleficiat.* ubi Innocentius III. rescribit Antissiodorensi Episcopo: *Nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit removeri, sententiam divortii, per* 162

errorem

errorem licèt probabilem, novimus esse prolatam, cùm pateat ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cujus simili commiscetur, & ideo inter ipsam, & primum virum dicimus matrimonium extitisse.

163 Hinc si illod dicitur perpetuum, quod sine vitæ corporali discrimina auferri non potest; à fortiori erit etiam illud impedimeotum dicendum perpetuum, quod sine spiritualis vitæ dispendio tolli nequit, hoc est sine peccato. Tum quia id tantùm possumus, quod licitè possumus, quie quod est illicitum, si velimus agere juxta recta dictamine retionis, non possumus agere: proinde impedimeotum, quod auferri nequit à nobis sine peccato censetur eblatu impossibile, proinda perpetuum. Hinc metrimonium initum à frigido, vel à quovis alio perpetuo impedimento laborente irritum est, ac proptarea dissolveodum, tametsi ente Judicis sententiam tale impedimentum per miraculum cesseret; ratio est, quia ab initio talis contractus initus cum tali impedimento dirimente fuit irritos, nec convalescit ex eo, quòd postea per miraculum impedimentum tolatur, nisi novi consensus accasserint, oovúsque contractus ineatur.

164 Rursus metrimonium viri laborantis impotentia respectivà ergs uxorem erctam, quamvis hæc, si alteri viro fortiori, ac valentiori tradetur, efficietur apta, ac idonea priori; adhuc omnino irritum est si eliâ viâ licitê telia impotentia euferri non possit, eò quie sine peccato non potest puelle ills permittere se cognosci à viro, cui non nupsit. Quòd si talis arctitudo humane arte sina peccato, & sine vitæ periculo tolli possit, tunc matrimonium suum sortitur valorem, tametsi puells recoset mederi, quie perpetoites impedimeoti, ut dirimet, desumitur ex ipsa neture rei, non ex voluntata libera contrahentium. Tum quis si fœminæ arctitudo talis sit, quæ judicio medicorum auferri possit sine vitæ discrimine, tenctur tunc fœmine, etism cum gravi dolore, & molestia subire medium abletivum impedimenti, quie id est necessarium ed solvendum debitum matrimonij, ad quod se obligavit, cùm illud contraxit, & ad id propteres tenetur ex justitia, sicut in quolibet alio contractu, quemvis aliquis se obligaverit ad solvendum, quod nonnisi cum suo aliquo incommodo, imò etiam grevi, non potest solvere, adhuc tenetur ex justitia illud solvere ex obligetione sibi injecta cùm liberè contrexit. Imò tenctur etiam ex charitate ut alter coojux periculum oon incurrat Incontinentiæ: siquidem cùm tale matrimonium validum sit, cogeretur vir absque soa culpe perpetuam servare castitatem.

165 Quòd si ex ablatione impedimenti immineret fœminæ vitæ periculum, tunc oon teneretur subire tam greve damnum, nec in periculom se mortis injicere, quia durissimum esset, uxorem ratione matrimonij obligari ad illam copulam, quæ nonnisi cum vitæ periculo dare, & permittere posset. Quòd si impotentia viri ex sola puellæ virginitate oriatur, eò quia vir sit ita debilis, ut non possit vas fœmineum penetrare, cùm tamen possit penetrere corroptam, tunc per hanc impotenriem non dirimitur mattimoniũ, quia quamvis auferri non possit io viro, mederi tamen potest in fœmina licitâ apertiooe claustri virginei mediante aliquo instrumento, vel medicamenro: & quis tonc impedimenrum non est perpetuum, sed potiùs temporaneum, ac removibile matrimonium non dirimit.

Neque obstat, quòd fœmina nulla in hac 166 hypotesi leborat impotentiâ, proinde non indigeet tali medicamento: quia licèt illo oon indigeet per se; illo tamen indiget per eccidens ratione matrimonij, cujus valor ex eo depeodet, ut judicetur, so impotentia viri perpetua sit, val temporelis. Noo ramen licitum est viro authoritate propria, manu sua, vel instrumento aliquo ves uxoris seccare, ut inde facilius cum ipla possit matrimonium consummare, quia id est illi prohibitum, & contra naturam, nisi fortâssis id præstaret ex consilio, & instructione Medicorum, quia tunc non ad delectationem veneream, sed ad medicamentum fieret, ut docet D. Thomas *3. p. q. 58. art. 1. ad 5.* & in hoc casu teneretur puella virgo incisuram pati, vel medicamine admittere, quæ essent laxativa vesis osturelis, quia cum matrimonium sit validum, fœmina transtulit io virum dominium sui corporis, proinde oullum habet ipsa jus ad propriam virginitatem tuendam, proinde si potest absque magno incommodo reddi apte viro, tenetur id pati. Verùm id procedit in casu, quo potentie viri cum corruptis sit manifesta, alioquin non teneretur fœmina tale detrimentum pati ex virginalis claustri apertiona: ratio est, quia inde se exponeret periculo, ut si postea non posset à viro cognosci, matrimonium dissolveretur, nec ipsa ad secundes nuptias transiret. Sunt tamen, qui possunt matrimonium consummare, sed temen ob sterilitatem impotentes sint ad generandum, & tunc metrimonium noo dirimitur ob talem sterilitatem, quia ecclesia toleret hujusmodi matrimonia: naque obstat quòd sterilitas impediet finem primarium matrimonij, seu prolis generetiooem, quia licèt id verum sit, adhuc sufficit, si metrimonium sterilium consequetur finem secundarium, seo remedium concupisceotiæ. Imò ut sterilis validè contrahat matrimonium sufficit, st habeat volitionem efficecem finis secundarij, quia sterilitas per accidens se hebet ad matrimonium, quia per se, ipse meritalis copula à natura dirigitur ad finem primarium, seu ad prolis generetionem:

Neque obstet textus in *c. solut. 32. q. 2.* ubi 167 dicitur matrimonium non esse, quando spes sobolis deficit: quia decisio illius textus procedit, quando evitatio prolis deducitur in pactum, non verò quando conjuges noo pacifcuntur de prole vitenda: quia tunc esset pactum injuriosom matrimooio cujus primarium finem intenderet impedire: siquidem impotentia jure naturæ, ut diximus matrimonium dirimit, eò quia repugnet veritati conjugij, quæ consistit

in

in mutua obligationa in ordine ad copulam perfectam, ad quam imporens obligari nequit, cùm non possit id præstare : non enim potast quis ad id se obligare, quod dare, vel agere nequit : & per hanc impotentiam impeditur finis primarius matrimonij, qui est prolis generatio : & eo ipso, quòd conjuges pacifcuntur de prole vitanda impediunt directè assecutionem hujus finis primarij.

168 Quæritur trigesimo nonò, quomodo in foro exteriori probanda sit hujus impotentiæ perpetuitas? Respondent communiter, ad id adhibendum esse restimonium virorum, qui vitæ probitata, & morum honastate commendentur, & fide sint digni, qui virum inspiciant ; & similiter matronarum, quæ fœminam. Quòd si dubitent, tunc ex textu in *c. laudabilem de frigid.* concaditur illis, ut per triennium bona fide, & maritali animo dent operam, ut matrimonium consumment ; quo dilapso, si non valuerint illud consummare, non possint ulteriùs experiri, & tunc impedimentum judicatur esse perpetuum, & ipsum matrimonium dissolvitur. Verùm in adhibendis hisce tastibus est cautè procedendum, quia congressus, & inspectio sunt media plerumque incarta, & minus convenientia ad probandam hanc impotentiam : siquidem congressus partim pudore, partim formidine, & sæpius odio prohibente in hisce angustiis, ubi impotentiæ quis accusatur à proposito fine persæpe deficit ; & cùm actus iste non omnino pendeat ex libertate, sequitur, quòd nonnisi fallax, & incerta probatio possit ex illo peti. Tum quia cum certum sit, solam impotentiam parpetuam non temporariam matrimonia dirimere, vix ex uno, vel altero congrassu potest probari impotentia, quæ matrimonium dirimat. Hinc est, quòd neutro jure canonico, & civili approbetur hujusmodi pudendum medium, quod fallax est, & obnoxium plurima incommodis, ac periculis. Tum quia experimentum inspectionis non solùm fallax, & incertum est, verùm etiam grave infert pudori detrimentum, quia in exploranda puellæ virginitate, ut loquitur S. Ambrosius *epist. 5. directa ad Syagrium. Manus obstetricum, & oculus sæpe falluntur : hujusmodi ludibria, & visu, & auditu horrori, & pudori sunt. Obstetricum testimonium plerumq; quæritur pretio; ipsi archiatri dicunt non satis liquidò çomprehendi inspectionis fidem, & ipsis medicina vetustis doctoribus id sententia fuisse* : & panlò infrà subdit : *erit inter plures, vel malevola, vel imperita, quam pudoris claustra prætereant, & per imperitiam integram notam affigat pudori.* Verùm cum experimentum inspectionis jus canonicum approbat in *c. fraternitatis c. littera. de probat.* Judices ecclesiastici illud interdum statuunt.

169 Cæterum quando matrimonium accusatur impotentiæ, si vir contendat fuisse à se uxorem suam cognitam, & mulier id neget, tunc non adhibetur experimentum inspectionis cum gravi detrimento pudoris, sed in favorem matrimonij creditur viro asserenti, & non mulieri neganti, præsertim cum vir sit caput mulieris, idque desumitur ex *can. si quis acceperit. caus. 33. q. 1.* ex Concilio apud Compendiũ ubi habetur. *Si quis acceperit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quòd unquam coisset cum eo, & ille vir dicit, quòd sic fecit ; in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris*, & habetur etiam in *c. continebatur de desponsf. impub.* ubi Alexander III. id confirmat, ut etiam desumitur ex *c. accepisti de frigid. & maleficiat.* Sin verò mulier arguat virum mendacij, & perjurij, séque virginem per experimentum juratarum matronarum probare velit, inspectio permitti potest, ut habetur in *can. Nec aliqua. can. quòd si pœnitentiam. caus. 28. q. 1.* ubi S. Cyprianus ait : *inspiciantur iterum virgines ab obstetricibus diligenter*, erant enim puellæ, quæ à viris, cum quibus dormierant, se cognitas, & corruptas fuisse, negabant, & enixim postulabant suæ virginitatis integritatem matronarum probari inspectione. Hoc idem etiam habetur in *c. proposuisti de probat.* ubi Gregorius VIII. rescribit, *Cum partes essent in tua præsentia constitutæ, mulier proposuit, se nec à viro cognitam, nec potuisse cognosci, quod tam proprio juramento, quam testimonio septem mulierum probavit, quæ per inspectum corporis eam esse virginem asseverant, viro per juramentum secum contrarium asserente* : postea concludit Pontifex, *Videtur igitur nobis quod juramento puellæ, & testimonio illarum septem mulierum fides est potiùs adhibenda.*

Quòd si vir litem de matrimonio moveat, & coram Judice affirmet, à sa non potuisse uxorem cognosci, & mulier contestetur, se à suo viro fuisse cognitam ; si aliæ probationes pro viro non suppetant ; tunc mulieri asserenti est potiùs fides adhibanda, & in favorem matrimonij judicandum, quia non est præsumendum, fœminam voluisse habitare cum viro impotente. Tum quia vir, qui litem movet est actor, qui si non probet quod asserit, mulier cùm sit rea, tametsi nil præstiterit absolvi debet ab impetitione viri, & desumitur etiam ex *c. Ecclesia de caus. possess. & propriet.* ubi Innocentius III. rescribit, *quòd actore non probante, qui convenitur, & si nihil præstiterit, obtinebit.* Tum quia si in hac hypotesi crederetur verbis viri, multi non formidarent incurrere perjurium, ut à suis possent uxoribus dividi, & alias ducere. 170

Quæritur quadragesimò, an impotentia Eunuchorum matrimonium dirimat ? Respondetur, ad dirimendam hanc difficultatem Sixtum V. constitutionem edidisse dimanatam anno 1587. virtuta cujus Eunuchorum matrimonia irrita, & Eunuchos inhabiles ad matrimonium contrahendum declaravit. Unde licèt anta hanc constitutionem non deessent ex Doctoribus plures, qui matrimonia Eunuchorum valida asseruerint; post tamen constitotionem Sixtianam hæc sententia à quavis cecidit probabilitate. Ratio etiam asserri potest, quia Eunuchi, & Spadones proprio orbati testiculo carent potentia coëundi, seu seminandi, quæ necessariò raqniritur ad finem primariũ matrimonij, ex quo evidenter sequitur, matrimonium hocca jure naturæ esse irritum. 171

172 Sed posset in contrarium objici, quia matrimonium contractum à sterili validum est, eò quia si non primarium saltem secundarium finem matrimonij consequitur, qui est remedium concupiscentiæ: atqui etiam Eunuchus potis est coire, & propriam, ac fœminæ concupiscentiam sedare, proinde sicut non obstante sterilitate matrimoniū suum sortitur valorē ob assecutionem finis secundarij, ita ob eandem rationem matrimonia Eunuchorum dicenda sunt valida, cum & ipsi finem secundarium matrimonij assequantur. Sed contra, est enim discrimen, quia matrimonium institutum quidem fuit etiam secundariò ad sedandam concupiscentiam, non tamen quomodocunque, sed per verum coitum, & perfectam copulam, quâ conjuges fierent una caro; seu per copulam illam, quæ ex se, & natura sua apta esset generationi, quæ est finis primarius matrimonij, ad cujus assecutionem necessaria est per se emissio seminis; tametsi ex accidente sterilescat, & nequeat finem primarium matrimonij assequi: atqui Spadones haoc perfectam copulam, qua conjuges fiant una caro in ordine ad generationem prolis præstare nequeunt, proinde sedatio concupiscentiæ per coitum Spadonis, non est naturalis, sed violenta, & insufficiens ad validè contrahendum matrimonium.

173 Quòd si dicas, quosdam ex spadonibus semen emittere. Respondetur, illud non esse verum semen, sed tantùm quendam humorem eidem similem. Posset tamen adhuc objici, quia Aristoteles *lib. 3. de generat. animal. c. 4.* asserit, testiculos non esse necessarios ad generationem, quod ex eo probat, quia serpentes, & pisces generant, tametsi illis careant. Tum quia refert idem Philosophus, Taurum statim à castratione vacam fœcundâsse. Sed contra, quia Aristoteles tantùm loquitur de generationis animalium in genere, non verò de generationibus animalium perfectorum, & ad id, quod Philosophus ait de tauro, respondent communiter, quòd cùm fuerit recens castratus adhuc remanserint in ipso potentiæ, & dispositiones ad generandum.

174 Ingerit tamen adhuc difficultatem textus in *l. si serv. de iure dot.* ubi dicitur, Spadonem posse nubere, non ita castratum, ubi per castratum videtur intelligi is, cui præcisa est virilitas, & per spadonem is, cui desunt testiculi. Sed contra respondent enim communiter cum Acurtio, & Ulpiano in *l. Pomponius de ædil. edit.* in *l. si serva.* nomine spadonis intelligi eum, qui altero tantùm testiculo orbatus est, quia is potis est semen emittere, & generare: nomine verò castrati, eum intelligi, cui virilia sunt abscissa, vel uterque testiculus, qui proinde omninò ineptus est generationi: & quæstio procedit de hisce castratis, seu Eunuchis.

175 Neque obstat, quòd *Genes. 37. & 39* Phutifar fuerit Eunuchus Pharaonis, & tamen filiam habuerit, quam Joseph in uxorem duxit *Genes. 41.* ergo si Eunuchi sunt capaces generationis, possunt matrimonia validè contrahere, cùm possint eius finem tum primarium, tum secundarium assequi. Sed contra, quia Phutifar non fuit castratus, sed homo integer aptus generationi ioveheodæ, unde solùm dicebatur Eunuchus, eòquia esset Regis Pharaonis admioilter; in scriptura sacra Ministri Regis Eunuchi vocantur, tametsi sint viri perfecti, ut communiter asserunt sacri interpretes: unde dicuntur Eunuchi, non quia à virili deficiant integritate, sed quia familiares essent Regis, & eorum Ministri. Quamobrem standū omnino est juri communi, & constitutioni Sixti V. & dicendum Eunuchorum matrimonia irrita esse, & Eunuchos ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles.

Quæritur quadragesimoprimò, quomodo impotentia orta ex maleficio matrimonium dirimat? Certum est, impotentiam ex maleficio ortam matrimonium dirimere, si humano opere, & ecclesiæ precibus, ac exorcismis removeri nequeat: quia tunc censetur impedimentum perpetuum, quod ubi reperitur, matrimonium solvit: ait enim D. Thomas in *4. sent. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 3.* Maleficium esse perpetuum, quando non potest habere remedium ex humano opere, quamvis Deus posset remedium præstare, dœmonem cogendo ad desistendum: non enim oportet semper, ut id, quod per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, ut ipsi malefici confitentur: & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dœmonis auxilium per maleficia invocare. Similiter non oportet, si propter peccatum aliquod data est diabolo potestas in aliquem, quòd cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdum remanet culpa transeunte: similiter, etiam exorcismi ecclesiæ non valent ad reprimendum dœmones semper, quantum ad omnes molestias corporales judicio divino hoc exigente. Semper tamen valent contra illas infestationes dœmonum, contra quas principaliter sunt instituti, ut expressè docet D. Thomas *loc. cit.* 176

Ratio igitur, cur maleficium, quod nec humano opere, nec ecclesiæ precibus, ac exorcismis removeri potest censeatur perpetuum, ac proinde matrimonium dirimat, est, quia cum tali maleficio impossibilis est obligatio ad copulam, à qua maleficiatus impeditur; & nemo obligatur ad id, quòd est ei impossibile, hinc sequitur, impotentiam ortam ob maleficium, matrimonium dirimere, siquidem est impotentia impediens diversorum sexuum copulam, per quam mas, & fœmina fiunt una caro: sicut enim in aliis contractibus non est obligatio conveniens, si quis ad id se obliget, quod nec dare, nec facere potest; ita etiam in contractu matrimonij, quo onus alteri obligatur ad debitum carnale solvendum non est conveniens contractus, si ab aliquo fiat, qui debitum carnale non possit solvere, ob impotentiam ex maleficio, quod tamen ut matrimonium dirimat, debet esse perpetuum, ad quod requiritur, ut nullo humano remedio licitè tolli possit. Hinc impotentia proveniens ex maleficio, non priùs matrimonium dirimit, quàm post triennij cohabitationem juraverint conjuges cum se- 177

ptima

ptima propinquorum menu matrimonium consummeri non potuisse, ut habetur, in *c. litterz de frigid. & maleficiat.* ubi Honorius III. rescribit, quòd si impotentiæ coeundi ex maleficio sit perpetua, matrimonium dirimit, secus si non sit perpetua: & ed id probandum triennium esse eb ecclesia præfixum; quòd si matrimonium ecclesiastico judicio ob perpetuum maleficium dirimetur, tunc utrique parti licet novum inira coniugium, ut docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 3.* ubi ait: Id interesse discriminis inter maleficium, & frigiditetem; quia qui est impotens ex frigiditate, sicut est impotene ad unam, ità ed aliam, & ideo quando matrimonium dirimitur non datur ei licentia, ut alteri coniungatur: sed ex meleficio homo potest esse impotens ed unam, non ad aliem, & ideo quando judicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, utrique detur licentia aliud ineundi matrimonium cum eliis.

178 Quòd si soluto metrimonio ob impotentiem ex maleficio ortam, eò quie meleficiū universele fuerit, & Judex ecclesiasticus absolutam impotentiam pronuntieverit: si experimento posteà comprobetur maleficium illud perpetuum non fuisse, in hoc casu prius matrimonium redintegratur; quia ex errore fuit impedimentum judicatum perpetuum, cùm fuerit temporarium, quod non dirimit matrimonium. Quòd si impotentia orta ex meleficio fuit tantùm respectiva, tunc coniugium posterius initum subsistit, nec ad primum datur regressus, ut docet D. Thomas in *4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3. ad 4.* ubi ait: *maleficium quandoque potest præstare impedimentum ad omnes; quandoque ad unam tantùm; quia diabolus voluntaria causa est, & non ex necessitate natura agens: & præterea impedimentum maleficii potest esse ex impressione dæmonis imaginatione hominis, ex qua tollitur vi re concupiscentia movens ad talem mulierem, non ad aliam.*

179 An verò licitum sit, maleficii authorem, vel alium maleficum inciiare ad dissolvendam maleficium. Respondetur cum distinctione, id sine peccato fieri possit, licitum est, quia operà diaboli dissolvere sanctum est, non ita est licitum, si sine culpæ interventu fieri nequeat, id enim prohibetur in scripturis *Levitici 19.* & *Deuter. 18.* & ad *Roman. 3.* quia non sunt facienda mala, ut inde eveniant bone; imò neque licitum est id petere à malefico parato tollere maleficium, si culpa intersit; quie non licet ab altero postulare, nisi quod ipse licitè præstare potest. Quòd si dicas, licitum esse petere mutuum ab usurario parato dare ad usuram, ut etiam juramentum ab infideli parato jurare per falsos Deos; quia cùm ad id jam sint parati, non est eos excitare ad peccandum. Contra est negatur consequentia: & ratio discriminis ea eò petitur, quia mutuum, & juramentum potest licitè fieri, quamvis dans, vel iurens malitià suà id illicitè faciat, quapropter petens non cooperatur malitiæ dantis, sed tantùm ea utitur, ut propriæ consular necessitati, ut docet D. Augustinus relatus *in c. movet. 22. q. 1.* In casu verò consequentis res petita scilicet maleficium nullo modo potest licitè fieri, quia est intrinsecè mala.

Quæritur quadragesimo secundò, quomodo raptus dirimat matrimonium? Est raptus juxta præsens institutum violenta puellæ seductæ extractio de domo patris, vel tutoris matrimonij contrehendi causâ; & duæ sunt species raptûs ex jure canonico, & civili; alius enim est raptus fœminæ, quæ invite & seducta abducitur; & alius est raptus contra patentee puellæ, quatenus iis invitis puelle licèt consentiens abducitur, & desumitur ex *can. de raptoribus cauf 36. q. 1.* Ex Concilio Aurelianensi I. ubi in *can. 2.* hebetur. *De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit; statim liberetur de potestate raptoris; & raptor mortis, vel pænarum impunitate concessa, aut ad serviendum subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Sin verò, qua rapitur, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.* ubi Gratianus notet, interdum vim inferri parentibus, & non puellæ, & aliquando utrisque. 180

Cæterum raptus est impedimentum dirimens matrimonium contractum, quamdiu puelle rapta est in potestate raptoris, non ita si sit ab eo seperata, & in loco tuto constituta. Idque jam pridem in Ecclesia statutum fuisse infertur ex Concilio Romano sub Gregorio II. & ex Concilio Meldensi coacto anno 845. ubi in *can. 66.* habetur *Quicunque deinceps rapere virgines, vel viduas præsumpserint, secundùm synodalem Beati Gregorij diffinitionem, ipsi & complices eorum anathematizentur, & raptores sine spe coniugii perpetuò maneant:* hoc idem statutum etiem fuit in Tridentina Synodo *sess. 24. de reform. matrim. c. 6.* ubi corrigitur jus antiquum *c. 26. q. 2. & l. unic. c. de raptu* irritans matrimonium raptoris cum repta quocunque tempore contraheretur; & *c. fin. de Raptoribus.* definiens, validum esse matrimonium, si rapta cessante metu liberè consentiret, tametsi in potestate raptoris esset; decernit enim Tridentina Synodus *loc. cit. Inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam Raptor in uxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces; & si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam sive eam uxorem duxerit, sive non, decenter arbitrio Judicis dotare.* 181

Hinc raptus matrimonium dirimit, quamvis causâ explendæ libidinis factus fuerit; non ita si alio fine fiat, quia non dicitur propriè raptus. Quòd si invitis parentibus puella velit cum raptore contrahere, & consentiat in raptum, tunc pro- 182

probabilius est, matrimonium non dirimi, quia tametsi irrogetur parentibus injuria, quam puella remittere non potest: quia tamen finis Concilij est cavere, ne puella metu consentiat, ideo, si puella liberè consentiat in raptum, matrimonium suum sortitur valorem, quia ad hunc non requiritur consensus parentum, nec Concilium exigit, ut parentibus restituatur, vel eorum consensus expectetur: sed tantum quòd in loco tuto ponatur, ut plenè libera maneat. Sin verò rapiatur sponsa de futuro ea renitente, adhuc raptus matrimonium dirimit, quis non potest violenter cogi ad servandam fidem matrimonij: secus tamen si sponsa consenserit raptori, tametsi ejus parentes dissenserint. Hinc raptus non solùm matrimonium de præsenti, sed etiam sponsalia dirimit, quia militat eadem ratio de matrimonio, ac de sponsalibus, tametsi lex concilij sit pœnalis, & juris communis correctiva. Neque obstat quòd decretum irritans matrimonia clandestina non extendatur ad sponsalia, quia respectu raptus militat eadem ratio in matrimonio, non ita in sponsalibus clandestinis: defectus enim libertatis æquè reperitur in raptu sponsæ, ac in raptu puellæ nondum sponsæ.

PARS V.

De dispensationibus matrimonialibus.

QUis plerúmque matrimonia invalidè contrahuntur ob impedimenta dirimentia, & plura inde oriuntur incommoda, ut natalium defectus in prole, iniquæ successiones, invalidæ promotiones, & alia pleráque ad optimum finem minimè conducentia; ut hujusmodi incommoda, & mala evitarentur ex summorum Pontificum indulto dispensationes conceduntur, quarum beneficio sublatis impedimentis matrimonia ritè, ac validè contrahuntur, unde plurimum secum adfert utilitatis præsens tractatio, quæ passim difficultates non exiguas continet. Olim hujusmodi dispensationes nonnisi in Romana Curia præcedente causæ cognitione, & narratorum verificatione in forma gratiosa, ut plurimum concedebantur; & quidem ut rarior, ita etiam tutior tunc erat earum usus: verùm quia id plures secum trahebat difficultates, & incommoda: sacri canones postea sancivère, ut omnes dispensationes extra ipsam curiam locorum Ordinariis in forma communi, seu commissaria dirigerentur, qui nonnisi in causis in precibus verificatis, & Apostolica authoritate dispensarent. Primò igitur agemus de ipsa dispensatione, & potestate dispensandi. Secundò de causa requisita ad dispensandum in impedimentis dirimentibus matrimonium. Tertiò de defectu ex parte impetrantis, eò quia subreptitium libellum exhibuerit, vel careat mandato ad impetrandum alteri dispensationem. Quartò quomodo dispensatio semel concessa extinguatur. Quintò de clausulis dispensationum in utroque foro interno, & externo.

§. I.

Quid sit dispensatio matrimonialis, & qualis ejus usus.

1 QUia in iis, quæ juris humani sunt, plerumque authoritate Legislatorum dispensatur ad promovendum bonum aliquod publicum, vel præcavendum incommodum, ideo dispensationes hujusmodi approbantur, & Pascalis II. *epist.* 42. ad sanctum Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem scripsit: *Dispensationis modus, sicut Beatus Cyrillus in epist. Ephesinæ synodi loquitur, Nulli unquam sapientum displicuit; Novimus enim sanctos Patres nostros, & ipsos Apostolos pro temporum articulis, & qualitatibus personarum dispensationibus usos.* Hinc quia inter impedimenta matrimonij plura solo jure humano inducta sunt, ideo hæc eadem authoritate, qua fuerunt constituta, vel generaliter tolluntur occurrentibus quibusdam justis causis, vel in particularibus circumstantiis suspenduntur, adeò ut matrimonium non obstantibus hisce impedimentis etiam dirimentibus licitè, & validè contrahi possit: ratio est perspicua, quia qui potuit legem sancire, potest etiam legem tollere, vel ex justa causa interveniente in eadem lege dispensare.

2 Hinc etiam Imperatores, qui nuptias inter certas personas lege generali prohibuerunt, eas justa interveniente causa contrahi inter easdem personas concesserunt. Sic inter Tutorem, & pupillam jure Romano prohibitæ erant nuptiæ, ut habetur in toto titulo Codicis *De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem*: atqui interveniente Principis authoritate, vel dispensatione concessæ postea fuerunt nuptiæ inter eandem pupillam, & tutorem *l. penult. C. dicto tit.*

3 Rursus lege Theodosiana prohibitæ erant nuptiæ consobrinorum, & nihilominus eas potuisse impetrari ex rescripto Principis habetur in *l. unic. C. Theodos. si nuptiæ ex rescripto petantur*, ut notat Gothofredus in ejusdem legis commentario; ubi etiam observat, S. Ambrosium *epist. 66.* testari, has nuptias potuisse à Principe impetrari. Cùm igitur Principes sæculares possint ex justis causis interdum dispensare in legibus, quas ad publicum commodum, & ad promovendum Reipublicæ bonum sanxerunt: nemo erit, qui hanc authoritatem dispensandi possit ecclesiæ denegare, cùm & ipsa suas condiderit leges, in quibus ex justis causis occurrentibus necessaria videatur dispensatio: hinc Synodus Tridentina anathemate ferit negantes

gantes ecclesiam in nonnullis impedimentis posse dispensare. Quamvis enim in aliis disciplinæ articulis rarò soleat ecclesia dispensare, eò quia Patres ægrè à fixis semel regulis recedant: quoad tamen matrimonium faciliùs indulgent summi Pontifices hisce dispensationibus ad evitanda plura incommoda, quæ inde orirentur.

4 Tridentina tamen Synodus perpendens, quòd frequentiùs legem solvere, & exemplo potiùs, quàm certo personarum, rerùmque delectu petentibus indulgere, aditum aperiat, viámque sternat ad legum transgressiones, ut ait Concilium *sess. 24. c. 5. de refor.* ideo quantum pro temporum conditione fieri potest, Avitæ patrum disciplinæ voluit, ut impostерum ecclesia inhæreret, proinde *sess. 24. de refor. matrim. c. 5.* statuit. *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat: idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantùm matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quòd si ignoranter id fecerit: si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit; eisdem subjiciatur pœnis: non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit. Si verò solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cujus illa probabilem ignorantiam habuit; tunc faciliùs cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel rarò, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes, & publicam causam.* Ex hoc decreto Tridentinæ Synodi constat, inter gradus prohibitos, qui se cognoverunt carnaliter sine contractu, & conditione matrimonij, & postea velint matrimonium contrahere, petántque secum dispensari in aliquo impedimento tacendo se carnaliter cognovisse: si obtineant ex aliqua causa non probata dispensationem, hanc esse subreptitiam, eò quia non fuerit narrata carnalis cognitio.

5 Quòd verò in decreto Tridentini dicantur etiam carere spe consequendæ dispensationis id procedit, quando impedimentum oritur ex consanguinitate, & affinitate, non verò ex impedimento justitiæ publicæ honestatis, quia ad hoc impedimentum hæc prohibitio non extenditur: rursus si in supplicatione pro impetranda dispensatione supplicantes tacuerint, quòd se carnaliter cognoverint, impetratio dispensationis est nullius valoris, & est subreptitia, proinde tenentur supplicantes aliam impetrare dispensationem, & expressè manifestare carnaliter se cognovisse.

6 Ex hoc igitur decreto constat, Tridentinam Synodum in id maximè incubuisse studij, ut ecclesia quoad dispensationes matrimoniales sanctorum Patrum inhæreret regulis, ut nimirum nunquam, vel rarò infringendi canonis licentia daretur, idque ex justa causa, & gratis. Patet etiam ex mente Synodi servandam esse regulam expressam ab eodem Tridentino *sess. 25. c. 18.* his verbis: *Sciant universi sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit indistinctè observandos. Quòd si urgens justáque ratio, & major quandóque utilitas postulaverit, ut cum aliquibus dispensandum esset, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit erit præstandum, aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.*

Quod verò ad quidditatem attinet dispensationis solet hæc definiri juris relaxatio facta cum cognitione causæ ab eo, qui potest relaxare Glossa *c. requiritis* § *nisi rigor v. ut plurique q. 7.* Innocentius *c. dilectus n 8 de tempor. Ordin.* Archidiaconus in *c. licet canon. n. 2. de elect. in 6.* Hæc autem definitio dispensationis non solùm naturam explicat eiusdem, verùm etiam requisita, nimirum ut licitè fiat. Alioquin si Legislator in lege à se sancita dispenset absque ulla prævia causæ cognitione, adhuc valida est dispensatio, quamvis non licita: unde præfata definitio cùm videatur verbis redundare, & se extendere ultra dispensationis naturam; exactiùs definiri potest *Juris relaxatio facta ab habente potestatem relaxandi:* Dicitur *juris* loco generis, quia convenit cum abrogatione, derogatione, irritatione, interpretatione, quæ versantur circa rationem iuris: additur *relaxatio*, quia differt dispensatio per hanc particulam primò ab irritatione: quia irritare est legem impedire, & cassare ne vim consequatur obligandi: si enim lex à civibus constituta, ut obliget Principis indiget confirmatione; potest Princeps eam non confirmare, sed cassare: secus per dispensationem lex non cassatur, neque deperdit vim obligandi respectu aliorum, quibus non est facta dispensatio. 7

Tertiò differt ab interpretatione, quia interpretari propriè perinde est, ac declarare legem in istis circumstantiis, talique eventu, non habere vim obligandi: quamobrem interpretatio talem exigit casum occurrere, ut in eo cesset *vis obligandi*: secus dispensatio solùm postulat causam justam adesse, quæ meritò præbeat ansam, ut per gratiam relaxetur legis obligatio; quæ relaxatio tunc dispensatio dicitur, sine qua lex etiam in tali eventu obligaret. 8

Quartò differt etiam à derogatione, & abrogatione legis, quia legem abrogare est illam omnino cassare: & derogare legi perinde est, ac ex parte legem tollere, & annullare *l. derogatur 102. ff. de V. S.* 9

Quintò differt etiam dispensatio à privilegio, quia hoc sine causa concedi etiam potest, non ita dispensatio, quæ semper exigit aliquam justam causam moventem ad dispensandum, ut notat Rebuffus *in concordat. in forma mandati Apostolici super verba dispensationum vers. justa dispensationis.* 10

Verùm id est cautè intelligendum, quia cùm privilegium dicatur esse lex quædam privata, si propriè sumatur est concessio contra ius, proinde idem ac dispensatio, ut etiam notat Sylvester *V. privilegium q. 3.* quia verò privilegium aliquando etiam sumitur laxè pro concessione præter jus; in hac significatione differt à dispen- 11

Nn 3

dispensatione, quæ semper exigit eliquam causam, & est contra jus.

12 Demum adducuntur ultimæ particulæ *ab habente facultatem relaxandi facta*, quie per has perticulas explicetur causa efficiens dispensationis, quæ tamen perticulæ, si spectetur pura explicatio naturæ dispensationes non videntur necessariæ, quia non explicant prædicata quidditativa naturæ dispensetionis, sed tantùm eius causam efficientem.

13 Cæterum dispensatio est adeò strictæ interpretationis, ut si aliquid operetur, non sit empliùs extendenda, ut hebe.ur expressè in *c.1. §. ille verò, de filiis Presbyt in 6.* & ratio ex eo desumitur, quia dispensetio exorbitat à jure communi, quidquid enim lædit, vel corrigit ius commune, habetur odiosum, quia jus commune est lex, quæ omnibus est æqua, vel promovet bonum commune, ob quod sancitur: unde quod lædit, vel corrigit jus commune censetur odiosum, qui lædit, quod promovet bonum commune; Proinde debet restringi, non amplieri *regul. qua iur. de regul. iur. in 6.* quo fit, ut dispensatio perticuleris violans jua commune sit odiosa, & strictè intelligenda.

14 Verùm possent in contrarium objici textus *c. olim. de V. S. & l. beneficium. ff. de constit. Princ.* ex his enim textibus liquet, beneficium principis debere latissimè interpretari: & quie dispensatio ex quodem Principis beneficio videtur dimanare, est etiam latissimè interpretanda.

15 Sed contra, quia præseti textus intelliguntur de beneficio Principis nil concedentis contre jus, sed tantùm præter ius, tunc quia privilegium nō lædit jus comune, cum non sit contra illud, debec latissimè interpreteri: non ita si privilegium esset contre ius comune, quia tunc ut læsivū eiusdem iuris esset odiosum, & strictæ interpretationis; & tunc esset vere dispensatio; quæ est itidem strictæ interpretationis, quia læsiva iuris communis, et propterea odiosa. Hoc etiam significavit Glosse in *d. l. beneficium ff. de constit. Princ.* ubi ait, legem communem debere beneficio Principis prævalere, ite præsatos textus explicant Innocentius in *c. quod dilectio fin. de consanguin.* & ibi Abbas *n. 7.* & Alexender de Nevo *num 5.* Imola in *c. nonnulli §. sunt etiam alij n. 3. de rescript.* Cæterum si beneficium sit præter jus debet latissimè interpreteri in præjudicium solius Principis concedentis, & strictè in aliorum præjudicium.

16 Verùm id solet multipliciter limitari; primò ut non procedat, nisi dispensatio concedetur proprio motu principis, & ob publicam utilitetem, quia tunc debet amplè interpretari *c. si motu proprio de prabend. in 6.* & licèt motus proprius, ut notet Glossa *Clement. per litteras de prabend.* non dicatur ampliare gratiam, id intelligitur, ut motus proprius non ampliet vim verborum, nec faciat gratiam extendi ultra naturam verborum, sed quantum propria verborum significatio petitur.

17 Iuvat observare, tunc gratiam motu proprio dici concessam, quando Pontifex in literis dispensationis exprimit, se motu proprio gratiam illam concedere: unde tametsi constet, talem gratiam fuisse eb impetrante eniximi petitam, adhuc ratione adiectæ clausulæ *motu proprio* intelligitur concesse motu proprio, quie licèt supplicens telem gratiam petierit, non temen Pontifex intuitu talis petitionis eam concessit, sed ex proprie voluntete, proinde motu proprio, non enim hæc repugnant: quie potest quis petere à principe aliquid, & Princeps potest id concedere non propter illam petitionem, sed ad id motu proprio inductus, ut docent Baldus *c. nisi 4 de officio Legat.* Rebuffus in *concord. in forma mandati Apostolici super verb. motu proprio vers. notandum est*, Menoch. *de Arbit. lib. 2. centur. 3. casu 201. n. 79.*

Secundò limitatur nisi dispensetio clausa sit in corpore juris, quia tunc cùm censeatur lex, nō est strictè interpretanda, sed recipit extensionem alterius legis similis, seu ad omnes cesus, in quibus eadem, vel maior ratio reperitur, ut notat Felinus in *c. postulasti n. 13. limit. 5. de rescript.* 18

Tertiò limitatur, ut quamvis dispensatio sit stricti juris, si tamen versetur circa iuris communis materiam interpretari tunc debet, ut ius commune, ut notat Abbes in *c. quod dilectio ad fin. de consanguin.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 6.* Hinc inferunt Canonistæ, dispensationem in tertio gradu consanguinitatis factam extendi ed secundum cum tertio, eò quia deputari debeat iuxta iuris communis dispensationem, & ius commune computat gradus juxta eum, quia à stipite remotior est. Hinc licentia testandi concesse Episcopis operatur, ut testamentum entee factum convalescat, eò quia id non sit extendere dispensationem, sed eam intelligi secundùm terminos iuris, quod ad velorem testamenti etiam antee fecti exigit edesse facultetem testandi tempore mortis, à quo robur sumit, & vim testendi *l. si quis filio exhæredato §. irritum. ff. de iniusto rapt. testam.* & ita docet Bartolus *in l. si quis filio in fin.* Gambara *de authoritate legati lib. 10. n. 256.* 19

Limitetur quartò, ut procedat; quando agitur de dispensetionis extensione ultra verborum proprietatem; quia dispensetio secundùm propriam verborum significationem; & naturam extenditur, quia verba sunt laxè intelligenda, prout eorum natura exigit, Abbas tenens, & alii non admittunt hanc limitationem, quia in materia stricte, qualis est dispensatio, verba non ite laxè accipiuntur, nec propriè eorum significatio extenditur, quia lex subinde restringit terminos, & adimit eliquid de latitudine proprii significati; quod est eliquid strictè intelligi. Hinc dispensatio ad Ordines non extenditur ad sacros, quamvis & ipsi comprehendentur sub nomine Ordinis: quamobrem ut notat Gambara *de authorit. legat. lib. 10. n. 272.* in dipensatione potius spectanda est restrictio termini, quæ fieri solet elio jure, quàm eius proprietas: imò vel mexime attendenda est verisimilis ipsius concedentis intentio, quæ deprehenditur ex rei qualitete, ita tamen intelligenda, ut minus lædatur ius commune, & tertii. Cæterum quoties const. t de concedentis intentione dispensatio generaliter extenditur ad id, 20

quod

quod concedens intendit, ut notat Tiraquel. *l. si unquam V. libertis n. 55. & 56. de revoc. donat.* Parisius *lib. 2. consil 3. n. 22.*

21 Quintò limitatur etiam nisi dispensatio sit in privato statuto, vel consuetudine populi juri communi contrariis, quia tunc etiam amplè interpretatur dispensatio: & ratio est, quia tunc reducit ad jus commune, quod ab illo exorbitabat, proinde cùm dispensatio tunc non lædat, sed potius corroboret ius commune, est favorabilis, & amplè interpretenda: omne enim statutum, per quod reducimur ad ius commune, est favorabile, proinde extendendum; hanc limitationem ponit Abbas in *c. olim. n. 5. de V. S.* & Iason *l. beneficium. n. 24. & 25. ff. de constit. Princ.*

22 Sextò etiam limitatur, ut intelligatur de dispensatione, & privilegio, quæ privatis conceduntur, quia privilegia concessa toti religioni, tanquam favorabilia extendenda sunt *l. sunt personæ in fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* Tum quia quando aliquod conceditur toti religioni, vel communitati in perpetuum, æquatur legi, & perinde se habet privilegium, vel dispensatio, ac si in corpore iuris esset inserta. Demum cùm dicitur dispensatio esse strictè interpretanda, id non est ita intelligendum, ut dispensatio illusoria reddatur, & à tei, in qua dispensatur, naturæ retrahatur *argum. ex c. si civitas de sentent. excommun in 6.* siquidem privilegium intelligi debet juxta naturam materiæ, in quam cadit *l. in contractibus §. fin. e. de non numer. pecun.* Hinc licentia testandi concessa à Pontifice Episcopis non limitatur ad primum testamentum, adeò ut si Episcopus primum testamentum revocet, possit aliud instituere, imò & aliud usque ad mortem, quia hæc dispensatio concessa Episcopis non est ita strictè interpretanda, ut reddatur illusoria, & contraria testamenti naturæ, quæ exigit posse usque ad mortem revocari, adeò ut nullam legem possit contra hoc testans sibi imponere, quin ab illa, ut testamenti naturæ contraria liceat recedere. Tum quia in *l. boves. §. hoc sermone ff. de V. S.* deciditur, quod si sermo simpliciter prolatus intelligatur de prima vice, debeat id intelligi, nisi actus ille sit suapte natura revocabilis.

23 Præterea dispensatio non ita intelligitur esse strictæ interpretationis, quin ad inseparabiliter connexa extendatur, ut communiter docent Canonistæ cum Glossa in *c. non potest V. retinere de præbend. in 6.* idque ne dispensatio suo frustretur effectu: si enim non extenderetur ad inseparabiliter connexa non posset neque extendi ad principale, cùm hoc trahat secum necessariò accessorium inseparabiliter sibi connexum. Hinc si dispensetur cum minori, ut beneficium parochiale habeat, dispensatur etiam, ne teneatur intra annum ad sacerdotium promoveri: ratio est, quia ratione ætatis, in qua secum ad beneficium dispensatur, non potest ad sacerdotium intra annum transire, ut notat Decius in *c. cum in cunctis §. cùm verò n. 13. de elect.* secus est, quando accessoria sunt à principali separabilia: tunc enim si dispensatio ita cadat supra principale, ut possit habere effectum absque alia extensione, non extenditur ad accessoria, quia dispensatio est strictè intelligenda, & desumitur etiam ex *l. fin. §. Lucius ff. de condict. indeb.* ubi restitutio in integrum concessa minori in favorem ætatis super contractu rescindendo non extenditur ad fructuum consecutionem, quia fructus possunt separari, ut notat Lappus *alleg. 57. ad servandum n. 7.* & Gambara *de anthor. legat. lib. 10. n. 242.* Neque dispensatio ad non residendum est inutilis, quia adhuc inservit, ut qui non resider, non privetur beneficio, quo aliàs privaretur ob defectum residentiæ.

Hinc colligitur, quòd si Prælatus regularis: vel etiam Episcopus mittat suum subditum ad alienum Episcopum, ut ab eodem promoveatur ad Ordines, censeatur etiam suas vices eidem Episcopo committere, ut dispenset cum promovendo ad Ordines in irregularitate, aut quovis alio impedimento, in quo potest proprius Prælatus dispensare; ratio est, quia concesso uno, censentor etiam concessa ea, sine quibus non potest expediri: alioquin concessio frustranea esset, & illusoria, quia careret suo effectu *c. Præterea de offic. deleg. l. 2. ff. de jurisdic. om. Judic.* hinc dispensatio in principali extenditur ad accessorium, sine quo non potest consistere, & promotio ad Ordines non posset fieri, nisi tolleretur illud impedimentum irregularitatis, vel aliud simile. 24

Verùm contraria sententia perquàm probabilis est, quia Tridentinum *sess. 23. c. 9. de refor.* tametsi concedat Episcopo, posse initiare suum familiarem triennalem, non tamen potest Episcopus cum illo dispensare in interstitiis, nec in defectu natalium ad Ordines minores, nt potest proprius Episcopus: hinc sublato uno impedimento non censetur sublatum alterum distinctum *e. ex tuarum de usu, & anthor. pallij* atqui in allato casu duplex impedimentum concurreret, unum situm in defectu subiectionis ad Ordines, & alterum in irregularitate: unde sublato priori per licentiam initiandi, non aufertur posterius. Præterea quia à separatis non fit illatio *c. ad audientiam de decimis l. Papinianus ff. de Minorib.* sed potestas dispensandi, & initiandi sunt duæ potestates separatæ, proinde licentia ad initiandum non extenditur ad dispensandum. Tum quia dispensatio non extenditur ad connexa, sine quibus potest consistere: atqui potestas initiandi potest consistere sine potestate dispensandi super impedimentis; siquidem facultas initiandi semper conceditur sub hac conditione, dummodo initiandus habilis sit, vel à legitimo superiore impetret dispensationem quoad illam inhabilitatem. Præterea quia tametsi Episcopus deleget sacerdotem, ut aliquos matrimonio copulet, non tamen potest sacerdos cum illis dispensare super impedimentis, in quibus potest Episcopus: & hæc sententia mihi videtur probabilior, eique propterea adhæreodum puto, & ex rationibus, quibus stabilitur, patet solutio ad fundamenta, quibus prior nititur. 25

An verò illegitimus, cum quo dispensatur, 26
ut

ut possit clericus fieri, possit hac eadem dispensatione promoveri ad Ordines sacros videtur esse difficultas non parvi momenti, quia si dispensatio esset restringenda, utique coarctaretur ad solam primam tonsuram: siquidem per hanc illegitimus fit clericus, neque est major ratio de ordinibus minoribus, ac de prima tonsura; unde eo ipso, quòd fit clericus per primam tonsuram, si posset etiam ad quatuor minores promoveri, dispensatio extenderetur ad illos, proinde non esset strictæ, sed laxæ interpretationis.

27 Præterea si talis dispensatio ad suscipiendum clericatum intelligatur de quatuor minoribus, deberet etiam intelligi de ordinibus sacris, siquidem dispensatio indefinita æquipollet universali: unde juxta materiam subjectam, & receptum verborum sensum judicandum est in particulari. Nihilominus communior sententia, & verior asserit, illam dispensationem de solis minoribus ordinibus esse intelligendam; ratio est, quia dispensatio utpote exorbitans à jure communi debet strictè interpretari, ita tamen ut sortiatur suum effectum: atqui prima tonsura propriè non est ordo, sed tantùm dispositio ad ordines; proinde dispensatio licèt strictæ interpretationis intelligitur de solis ordinibus minoribus. Tum quia talis dispensatio præsefert aliquid beneficij; & permissio in genere mediocritatem respicit *l. fin. §. 1. communia delegat.* Minores verò ordines sunt medij inter primam tonsuram, & ordines sacros, proinde dispensatio intelligenda est de minoribus ordinibus, & ita docent Glossa *in c. fin. V. ad omnes de filiis Presbyt. in 6.* & ibi Archidiaconus paulò post initium Francus *lib. 4.* & ferè communiter Canonistæ.

28 Quòd si illegitimus cum quo dispensatur esset jam constitutus in minoribus ordinibus, tunc dispensatio ob necessitatem esset intelligenda de ordinibus sacris: alioquin frustranea esset, & nihil operaretur; onde ne sit illusoria, est necessariò tunc intelligenda de ordinibus sacris *c. si Papa de privileg. in 6.*

29 Hæc tamen procedunt, quando non absolutè dispensatur cum illegitimo in irregularitate, sed cum addito, ut ad ordines promoveatur, vel ad beneficium simplex, quia si absolutè, & sine addito dispensaretur, tunc dispensatio esset totalis, quia verba absolutè important integram absolutionem. Præterea quia non est major ratio, cur talis dispensatio ad unum potiùs, quàm alium effectum protrahatur, nisi facultas dispensantis esset ipsa coarctata, quia tunc dispensatio adæquarerur potestati.

30 Demum regula illa, qua dispensatio dicitur esse strictæ interpretationis intelligenda est, quando dispensatio fit ab inferiore, qui legem condere non potest, quia quando fit à legislatore est potiùs laxè interpretanda, quia dispensatio est quædam lex privata, quæ propterea extenditur juxta potestatem dispensantis, qui videtur concedere privatam legem, & consequenter aptam ad recipiendam extensionem, cujus est capax lex communis favorabilis.

Verùm hæc extensio quando dispensatio fit à legislatore communiùs, & veriùs reijcitur: alioquin ut notat Felinus in *c. postulâsti. num. 9. de rescript.* non posset discrimen assignari inter utramque dispensationem, ut una potiùs, quàm altera esset amplianda. Tum quia lex, quamvis generalis, si sit correctoria juris communis restringitur *reg. quæ à jure de regul. jur. in 6.* Bene tamen admittitur hæc extensio in dispensationibus super causis matrimonialibus, idque in favorem matrimonij, nisi tamen scandalum ex laxa interpretatione sequatur, ut notat Felinus *in c. postulâsti. num. 13. limit. 7. de rescript.* & probatur ex *c. quod dilectio de consanguin.* ubi potestas ad dispensandum in determinato gradu consanguinitatis restringitur ob vitandum scandalum ad casum, quo uterque contrahens distet æquè à stipite, unde à contrario sensu valet argumentum: ergo si non esset periculum scandali, ea dispensatio amplianda esset. Tum quia in *Extravag. nuper. Clement. VI. de consang.* deciditur, quòd dispensatio in quarto gradu consanguinitatis porrigatur ad quartum cum tertio conjunctum, qui est casus mixtus; verùm hæc extensio, quæ refertur à Calderino in *dict. Extravag. nuper. conf. 1. n. unic.* ab aliis reijcitur, eò quia nullo jure probetur. Præterea licèt gradus mixtus ex tertio, & quarto comprehenderetur sub quarto simplici, non tamen id contingeret, eò quia illâ dispensatio extendenda esset; sed quia ex natura sua talia gradus esset remotior à stipite, Hinc ad aliud, quod dicebatur ex *c. quod dilectio de consanguin.* respondent communiùs, & veriùs Canonistæ, illam dispensationem restringi ratione consuetudinis, & scandali, quibus cessantibus excensio in favorem matrimonii non reperit obicem. 31

An verò in dispensationibus locum habeat argumentum à pari, vel à majori ad minus, adeò ut valeat saltem extensio à casu, in quo est par, aut minor ratio, ad casum, in quo est eadem, vel major concessionis ratio; plures censent argumentum procedere, præsertim Francus *c. cui de non sacerdotali, n. 5. notab ult. de prebend. in 6.* Gambara *de authorit. legat. lib. 10. n. 64.* Decius in *c. quia tantum de præbend.* Ratio, quâ nititur hæc sententia, est, quia in re pœnali, & odiosa argumentum à pari, & à majori ad minus procedit *l. neque in ea. 22. ff. ad leg. Jul. de adult.* ibi: *Qui occidere potest adulterum, multò magis contumelia poterit eum afficere.* Tum quia in *l. in suis 11. in princ. ff. de lib. & posth.* dicitur, quòd habena potestatem in vitam, & necem alicujus, habet etiam potestatem in bona ipsius: ex quo textu Jurisperiti, ducunt argumentum ad licitam bonorum spoliationem, eò quia licitè interfici possit, ex quibus textibus videtur argumentum in pœnalibus à majori ad minus procedere. 32

Rursus id probatur ex *c. ex parte tua de decimis* ubi privilegium super decimis non solvendis concessum ecclesiasticis extenditur ad novalia: & ibi assignator etiam in textu ratio, quia ubi majus conceditur, minus quoque concessum 33

cessum esse videtur. Demum quia in *c. per venerabilem* qui filij sint legitimi hoc argumento utitur Pontifex, ait enim, *quod in majori conceditur licitum esse videtur, & in minori.* Nihilominus communior, & verior sententia neget, in dispensationibus procedere argumentum à paritate retionis, vel à majori ed minus, adeò ut in iis non fiat extensio è casu, in quo est per, aut minor ratio, ad casum, in quo est eadem, aut mejor ratio concessionis: & Canonistæ communiùs dicunt, in dispensationibus fallere regulam *cui licèt 53. de regul. jur. in 6.* ibi: *Cui licet, quod est plus, licet utique quod minus*; & dicunt, hanc sententiam deduci ex *regul. Quæ à jure de regul. jur. in 6.* ubi dicitur: *Quæ à jure communi exorbitant minimè sunt ad consequentiam trahenda:* atqui dispensatio exorbitet à jure communi, proinde non valet ergumentum à pari de casu expresso ad casum non expressum, nec à majori ed minus. Tum quie in *c. fin. de translat. Episc.* dispensatio, ut quis ad Archiepiscopetum promoveatur, non extenditur ad Episcopatum, adeò ut non valeat argumentum à majori ad minus. Præterea quie in *c. cui de non sacerdotali de prabend. in 6.* deciditur, quòd ia, cui mandatur conferri integra præbenda, non possit dimidiam recipere, quamvis in eedsm ecclesia sint integræ, & dimidiæ præbendæ; quinimò si mandatur conferri præbenda certi valoris, non potest conferri præbenda minoris valoris: ex his enim textibus satis apertè liquet, in dispensetionibus non procedere argumentum à paritate rationis, nec à majori ad minus.

34 Neque obstant textus pro contraria sententie adducti, responder enim Covarruvias in *4. decret. 1. p. c. 8. n. 11.* eos textus loqui de concessionibus à lege, vel cenone inductis, qoæ latè debent interpreteri, eò quia leges imitentor; non verò de dispensationibus, quæ à Principe privatim conceduntur. Ad alios textus respondet Abbes in *c. per venerabilem n. 6. de Simon.* Verùm hæc sententia limitanda est, Primò ut procedat in dispensationibus odiosis, ut ad plura beneficia; quie in fevorabilibus contraria sententia est præferenda, & dispensatio est empliande, ut colligitur ex *c. per Venerabilem. qui filij sint legitimi*, ubi Pontifex utitur hoc argumento in legitimatione, quæ est favorebilis; ut antem notat Decius in *c. at si Clerici n. 91. de judic.* dispensatio tunc dicitur favorabilis, quendo egitur de publico religionis favore, vel selute animæ, tunc enim extensio fit etiem in meteria exorbitante.

35 Rursus velet argumentom à majori, qoendo casus, in quo dispensatur continet expressem concessionis retionem, tunc enim extenditur ad cesum non expressum, ubi tamen non reperitur eedem retio; verùm tunc si propriè velimus loqui non fit extensio, sed tantùm habetur declaratio, quâ declaratur inclodi eum casum ex tacita dispensantis mente. Vnde notandum est cum Decio, quòd quando retio est expressa in lege, non est propriè extensio; sed tantùm quando à similitudine, vel majoritate rationis non expressæ argumentum inde deducitur. Rursus limitatur, quando unum tanquam pars est annexum elteri, & eb eo inseparabile, tunc enim dispensatio in casu maiori extenditur ad minorem: & ratio est, quia concesso toto, necesse est, concedantur eius partes, ex quibus coalescit; quo pacto dispensatio ed sacerdotium extenditur ad omnes ordines inferiores, ut notat Sayrus *thesaur. casuum tom. 1. lib. 7. c. 14. n. 17.* Prætereе licèt argumentum à maiori ad minus non valeat in dispensationibus concessis ab homine; procedit tamen in iis, quæ à canone, vel lege inducuntur: & ratio discriminis petitur ex eo, quia dispensationes ab homine concessæ, utpote odiosæ strictè interpretantur: lexè verò, quæ conceduntur à jure, ut notat Covarruvies *4. decret. p. 2. c. 8. §. 8. n. 11.*

36 Demum argumentum à maiori ad minus non procedit, quendo maius, & minus sunt in diversis genetibus: quia si sint in eodem genere dispensatio in maiori extenditur ad minus, ut notet Felinus in *c. postulâsti. n. 13. fin. limit. 8. de rescript.* quapropter Episcopus, vel Monachus, cui ex dispensatione Pontificia conceditur facultas testandi, potest etiam codicillum facere, ut etiam causâ mortis donere, quia hæc tanquam partes includuntur in testamento, & sunt in eodem genere, quetenus sunt partes utriusque voluntetis *l. Marcellus ff. de donat. causa mortis* ibi: *Nam & mortis causa donare poterit, cui testari concessum est.* Rursus si Pontifex dispenset, ut in aliqua Provincie possint populi in quadragesime ove comedere huiusmodi ovorum concessio, & dispensatio extenditur etiam ad lac, butirum, & cescum: eò quia unica, & individua sit prohibitio ovorum, & lacticiniorum, cùm sementinam originem à carnibus trahant: cum enim sint in eodem genere, dispensatio extenditur; siquidem tota prohibitio lacticiniorum ex eo oritur, quia lacticinie sementinam originem trahunt à carnibus, sublata hac prohibitione per dispsnsationem, tolluntur etiam accessoria.

§. II.

An Princeps non solùm possit in suis legibus dispensare; verùm etiam communicare alteri hanc facultatem dispensandi, & an hac facultas sit strictè juris?

1 Certum est, Principem posse in suis legibos dispensare, seu eliquos legibus solvere, sicut enim ex justa causa potest leges condere, ita etiam potest in legibus dispensare si subsit ceusa juste: & tunc is, cum quo dispensetur, non tenetur legem, in qua dispensatur servare. Sic in iure canonico cavetur, ne Episcopi sine consilio Canonicorum res ardues, & difficiles decernant: ratio, cur lex ista canonica sancite fuerit, est, ut Episcopi cautiùs, maturiùs, ac prodentiùs negotia expediant, & res ecclesiasticus instituant, quod fit, quando id, de quo egitur, prævio multorum consilio stabilitur: & etiam elie ratio est, ne Episcopi quic-

quam temerè, ac leviter delibetent: & nihilominus licèt ex iostis causis lex ista canonica condite fuerit, edhuc plerumque contingunt etiam justæ causæ, ut ex concessione,& beneficio Romani Pontificis possit Episcopus absque canonicorum consilio aliquid decernere, eò quia res exigat, ut ftetim absque ulla mora expediatur: siquidem occurrunt cesus, in quibus more plurimum potest nocumenti afferre. Quamobrem licèt causa legis condendæ justa sit, & rationi consentiat; potest tamen vatiatis circumstantiis, rebúsque mutatis suppetete ratio, ut rationi consone sit, & æqua dispensatio à tali lege. Rursus sicut Princeps per se ipsum, si iusta causa subsit, potest dispensare in lege à se sancite, ite etiam potest alteri hanc facultatē concedere, quie Princeps per se ipsum dicitur facere, quod per suos Ministros exequitur.

2 Difficultas est, an huiusmodi facultas alteri communicata dispensandi in lege sit strictè interpretande, vel laxè intelligenda. Ratio dubitandi desumitur ex eo, quia ipsa dispensatio ut ostendimus in præcedente §. utpote odiosa strictè interpretetur, proinde etiam ipsa facultas dispensandi erit strictè interpretanda. Ratio est, quie etiam ipsa facultas dispensendi perinde est odiosa, ac ipsa actualis dispensatio: siquidem ad dignoscendum, an res favorabilis sit, vel odiosa, non debet attendi præcisè res, prout est in se; sed eius effectus, quia tunc ratione effectus, & ipsius executionis, ec exereitii est feculcas ipsa etiem odiosa, idque colligitur *ex l. 1 ff. solut. matrim.* ubi dos dicitur esse favorabilis, eò quia eius effectus, qui inde resultat, seu procreatio prolis, sit favorabilis: unde si exercitium dispensationis, quod est effectus potestatis dispensendi est odiosum; erit etiam odiosa ipsa facultas dispenlandi. Tum quia potestas nonnisi propter exercitium conceditur: alioquin inutilis foret: sed quoties unum conceditur propter aliud, concessio sortitur naturam illius propter quod conceditur, ut notat Bartolus in *l. constitutionibus num. 1. ff. ad municip.* obi probat, statuta esse stricti juris, eò quia actio ex illis descendens sit etiem stricti juris.

3 Nihilominus communior Canonistarum,& Iurisperitorum sententia est, facultatem dispensandi commissam alteri esse favorabilem, ac proinde laxè interpretandam. Probant plures affertum *ex c. final. de simon.* ubi deciditur, mandetum dispensandi cum Monachis simoniacè ad monasterium edmissis commissum Episcopo, extendi ad dispensendum cum Abbatibus eadem infectis vitio. Verùm ex hoc textu non videtur proberi intentum, ut notat Covarruvias *4. decret. 2 p. c. 8. num. 9.* siquidem ex illo mandato, quod committitur Episcopo in *c. fin. de simon.* non confertur Episcopo nova potestas dispensandi; sed excitatur ejus potestas ordinarie concessa per Concilium Generale, ut expresse constat ex ipso textu ibi: *Secundùm constitutionem Generalis Concilij dispensares*, proinde textus non probat de facultate commissa alteri ad dispensandum, seu non probat de facultate delegata, sed de potestete ordinarie jure concessa ad dispensandum, ut notat idem Coverruvias *loc. cit.* Hinc ratio desumenda est ex eo, quia quando conceditur potestas dispensandi alteri, nulli sit præjudicium nisi soli concedenti, quatenus hic totaliter, vel partialiter communicat alteri suam potestatem: neque enim ex parte illius, cui conceditur, reperitur aliquod odium, cùm in ejus gratiam, & favorem concedatur hujusmodi facultas, quæ proptetea tanquam Principis beneficium collatum alteri, debet latè interpretari. Tum quia ut quis in dispensando vices geret Principis non est illi odiosum, sed potiùs gratiosum, & favorabile, cùm id possit, quod est proprium Principis.

Tum quia ad dignoscendum, num aliquid favorabile sit, vel odiosum, inspiciendum semper est principale propositum *l. rogâsti in princ. l. si quis ff. si cert. petat.* sed quando conceditur alteri dispensandi facultas, principale quod intenditur, non est per ipsam actualem dispensationem lædere jus commune: sed principale quod intenditur à Principe est, ut favore, & beneficio afficiatur is, cui talis facultas conceditur, Princeps enim intendit eidem beneficium conferre, proinde hæc facultas communicata alteri debet, ut beneficium Principis, laxè interpretari; neque obstat, quod ipsa actualis dispensatio, seu exercitium talis facultatis collatæ alteri sit odiosum, quia tale exercitium non intenditur à Principe tanquam Principale, sed se habet consequenter ad ipsam facultatem principaliter intentem. 4

Prætetea quamvis causa mediata possit esse odiosa, ut in casu nostro, sufficit temen, si immediate, seu ipsa Principis liberalitas sit favorabilis: hæc enim regulariter attenditur, ut habetur in *l. socium qui in eum. ff. pro socio l. sed si plures §. in arrogato ff de vulgari.* ut notat Bartolus ibid. *n. 3.* Hinc ad rationem dubitandi respondetur, ibi adducta tantùm procedere, quando effectus odiosus est principaliter intentus: in præsenti eutem, quod Princeps principaliter intendit non est lædere jus, sed conferre alteri favorem, & beneficium, seu communicare eidem hanc facultatem dispensandi, quæ facultas est quædam potestas favorabilis ei, cui conceditur, & ita docent Bartolus *l. 2. in princ. n. 2. ff. de V. O.* & ibi Baldus *n. unic.* Felinus in *c. postulâsti. num. 11. limit. 4. de rescript.* & communiter Canonistæ. 5

Non tamen hæc facultas dispensendi est ita favorabilis, ut extendetur ad quoscùnque casus, siquidem non extenditur nisi ad casus quoquo modo adaptabiles casibus in potestate expressis, ut notat Gambara *de author. legat. lib. 10. num. 203.* ubi infert, non extendi de casu ad casum non comprehensum sublata verborum significatione, hinc Felinus in *c. postulâsti. num. 11. lib. 4. de rescript.* censet, extensionem hujus potestatis fieri ad consecutive etiam separabilia, dummodo utrinque militet eadem saltem, vel major ratio. Rursus neque extenditur hæc dispensatio alteri commissa, quando vergit in præjudicium 6

tium tertij, quia tunc eſt reſtringenda, quia Princeps ſemper præſumitur velle indemnem ſervare tertium, quapropter Felinus in *c. poſtulâſti n. 11. caſu. 2. de reſcript.* aſſerit, hanc poteſtatem non extendi ad caſum mixtum, quando vergit in præjudicium tertij, quia tunc cenſetur odioſa. Imò eſt etiam reſtringenda hæc facultas, quando conſuetudine inducta eſt certa interpretatio in tali materia, quia tunc reſtringitur ratione illius conſuetudinis, ut caveatur ſcandalum, ut habetur in *c. quod dilectio de conſanguin.* Neq; facultas diſpenſandi poteſt extendi ad jus naturale, vel divinum, ut notat Felinus *c. fin. num. 8. limit. 4. de ſimon.* quia nec ipſe ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in jure naturali, vel divino, proinde nec poteſt eam poteſtatem transferre in illa generali commiſſione: nemo enim plus juris poteſt in alium transferre; quam habet in ſe *regul. nemo plus juris 55. ff. de reg. jur.*

7 Hinc ſi quæratur, an Romanus Pontifex poſſit leges Apoſtolorum jure relaxare, ſeu an poſſit aliquos ſolvere à legibus, & conſtitutionibus Apoſtolorum; reſpondetur, hanc quæſtionem moveri à Covarruvia *4. decret. p. 2. c. 6. §. 9. n. 4. & ſequent.* quia conſtitutiones Apoſtolorum, traditiones cenſentur Majorum, quales ſunt parvulorum baptiſma, cultus, & uſus ſacrarum imaginum, cœlibatus ſacerdotum, jejunium quadrageſimale, genu non flectere in precationibus inter paſcha, & Pentecoſten; eodem tempore jejunium non ſervare in pervigiliis: Deum verſus orientem vultu converſo precari. Tum quia in *c. ſuper eo de bigam.* Lucius III. declarat, cum Bigamis contra Apoſtolum non eſſe licitum diſpenſare: quod etiam definivit Innocentius III. in *c. nuper & c. à nobis de bigam.* quinimò in *c. ſunt quidam art. 5. q. 1.* Urbanus Papa expreſsè aſſerit, quòd ubi Dominus, vel ejus Apoſtoli aliquid definiverunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, ſed potiùs, quod prædicatum eſt, uſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. Pro ſolutione igitur quæſtionis procedendum eſt cum diſtinctione; ſiquidem Apoſtoli aliqua tradiderunt, ac conſtituerunt, ut Miniſtri Chriſti Domini, & ut viva Spiritus ſancti inſtrumenta, & ab ipſis ita conſtituta, vel tradita ſunt de jure divino, in quæ non poſſunt ſummi Pontifices diſpenſare, hoc pacto ediderunt Apoſtoli ſcripturas canonicas, conſtituerunt baptiſma parvulorum, cultum, & venerationem ſacrarum imaginum, vivorum pro mortuis ſuffragia, invocationem ſanctorum; perpetuam Deiparæ virginitatem, Symbolum fidei, & alia hujuſmodi, quæ ſunt juris divini, & quorum Author, ac conditor fuit Deus, & Apoſtoli tantùm promulgatores: ſicut igitur Pontifex non poteſt in iis, quæ ſunt de jure divino diſpenſare, ita neque poteſt alteri concedere facultatem ad diſpenſandum in præfatas Apoſtolorum leges.

8 Quia verò Apoſtoli etiam plura conſtituerunt, ut Paſtores, Præſides, & Præfecti eccleſiarum à Chriſto Domino ſelecti, quo pacto ediderunt canones, qui dicuntur Apoſtolorum, quorum rigorem poteſt jure Romanus Pontifex mitigare, & relaxare: iis etiam accenſentur plura præcepta, quæ commemorantur à D. Paulo, ut de homicida ebrioſo non promovendo ad Ordines, de Bigamo non ordinando, de Neophyto non eligendo: tales etiam cenſentur eſſe quædam aliæ Apoſtolorum traditiones, ut jejunium quadragenarium ante paſcha, continentia ſacerdotum, cultus diei dominici, feſtorum quorundam dierum obſervatio, trina in aquam merſio eorum, qui ſacro baptiſmate abluuntur: & hæc cùm non ſint de jure divino, ſed tantùm eccleſiaſtico, ſeu Apoſtolorum, ut erant Præſides, & Præfecti eccleſiarum poſſunt à ſummo Pontifice relaxari, quia cùm ſit ſummus Pontifex in eccleſia militante ſupremus Paſtor, & Chriſti Vicarius juxta temporum exigentias variatis circumſtantiis, poteſt leges eccleſiaſticas relaxare, prout conſultiùs viſum fuerit ad bonum commune promovendum: hac ratione canon contra Apoſtolum relaxatur in *c. Presbyter diſt. 82. & c. Lector diſt. 34.* ſi criminoſus contra Apoſtolum ordinetur *c. at ſi clerici de judic.* Verùm ad has leges relaxandas requiritur ſemper juſta cauſa.

Præterea facultas diſpenſandi tunc eſt latè 9
intelligenda, quando conceditur ad diſpenſandum cum perſonis non expreſſis, non ita quando perſonæ, cùm quibus eſt diſpenſandum exprimuntur, tunc enim ſtrictè diſpenſatio debet interpretari: ratio diſcriminis deſumitur ex eo, quia quando perſonæ non exprimuntur, tunc beneficium, ſeu privilegium eſt activum, & confertur in gratiam illius, qui eſt diſpenſaturus: proinde ut beneficium Principis laxè interpretatur. Secus, quando exprimuntur perſonæ, cum quibus eſt diſpenſandum, tunc privilegium eſt paſſivum ipſius, cum quo debet diſpenſari, quia conceditur tunc in favorem illius, cum quo fieri debet diſpenſatio, & tunc ipſa diſpenſatio, quia eſt læſiva juris communis eſt ſtrictè interpretanda, & deſumitur ex *c. ſi cui nulla de prœbend. in 6.* ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. num. 9* & docet Gambara *de author. legat. lib. 10. n. 200.*

An verò ſi poteſtas diſpenſandi concedatur 10
alteri cum determinato perſonarum numero, ut nimirum poſſit diſpenſare cum 50. vel centum, ſit etiam tunc facultas hæc laxè interpretanda. Reſpondetur cum diſtinctione, ſi in facultate diſpenſandi nominentur perſonæ, cum quibus eſt diſpenſandum, tunc conceſſa facultas eſt ſtrictè intelligenda, nec poteſt extendi ultra perſonas nominatas. Sin verò perſonæ non nominentur, tunc facultas eſt latè interpretanda, quia eſt beneficium, & privilegium activum illius, qui diſpenſaturus eſt, hæc enim facultas ei conceditur in ipſius gratiam; quinimò ſi facultas hæc concedatur ad petitionem diſpenſaturi nominantis etiam perſonas; tunc eſt etiam laxè interpretanda, quia cenſetur in favorem illius conceſſa, ut decidit Rota in *noviſſimis 3. tom. lib. 1. dec. 117. in fin.*

Cùm igitur diſpenſatio ſit ſtricti juris, & 11
facultas diſpenſandi ſit laxè interpretanda, ſi dubium oriatur, an diſpenſatio ſit extendenda ad

casum, decidendum est, quòd non extendatur, quia dispensatio actualis strictè interpretatur: sin verò dubium oriatur circa ipsam potestatem dispensandi, an extendatur ad aliquem casum, & dubitetur, an in illo possit dispensari, tunc decidendum est pro extensione, quia facultas dispensandi laxè interpretatur, ut notat Decius in *c. at si clerici* §. *de adulter. limit.* 2. *n.* 96.

12 An verò facultas à Tridentina Synodó *sess.* 24. *c.* 6. *de refor.* concessa Episcopis ad absolvendum, & dispensandum in omnibus casibus occultis nondū deductis ad forū contentiosum excepta irregularitate ex homicidio voluntario, extendatur etiam ad Capitulum Sede vacante, & alios Prælatos habentes jurisdictionem quasi Episcopalem. Quoad Capitulum Sede vacante respondet Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 13. non extendi, eò quia sacra Congregatio Cardinalium declaraverit, hanc facultatam non concedi Episcopis cumulativè quoad alios, sed privativè; adeò ut competat solis Episcopis, ex quo infert, excludi Capitulum Sede vacante: præterea quia hæc facultas non convenit Episcopis jure ordinario, & communi; sed jure speciali Tridentini: sed quæ jure speciali competunt Episcopis, non transeunt in Capitulum. Nihilominus alij perquam probabiliter censent, hanc facultatem transire in Capitulum Sede vacante, & moventur, quia tametsi hæc facultas jure speciali Tridentini competat Episcopis; & Capitulum non succedat in ijs; quæ competunt Episcopo jure speciali, ut docent Canonistæ cum Innocentio in *c. cum in cunctis num.* 7. *de elect.* nihilominus id tantùm intelligitur de illis, quæ compatunt Episcopis jure speciali delegato; non verò da ijs, quæ illis competunt da jure ordinario licèt speciali, ut notat Felinus in *c. eam te. n.* 17. *de rescript.* hæc autem facultas ad absolvendum, & & dispensandum circa omnes casus occultos nondum deductos ad forum contentiosum excapta irregularitate ex homicidio voluntario competit Episcopis jure ordinario speciali: ratio est, quia potestas, quæ competit non personæ, sed dignitati, vel officio, non temporaneè, sed perpetuò est ordinaria, quæ sede vacante transit ad Capitulum, tametsi sit specialis: atqui Tridentinum *sess.* 24. *c.* 6. non dicit, hanc facultatem competere Episcopis, ut delegatis Sedis Apostolicæ, in quo casu hæc potestas esset delegata quamvis in perpetuum annexa officio, ut notat Glossa *c. ad abolendam de heret.* & ibi Abbas *n.* 15. at quando non competit Episcopis ut delagatis Sedis Apostolicæ, hæc facultas ais competit jure ordinario, quamvis speciali, & tunc transit ad Capitulum Sede vacante.

13 Notandum est, quòd quando facultas conceditur Episcopis in perpetuum, & in concessione non ponitur clausula, ut authoritate Apostolica dispensent; tunc facultas intelligitur esse ordinaria, quamvis specialis, & transit ad Capitulum sede vacantē: quando verò apponitur clausula, ut authoritate Apostolica dispensent, tunc facultas eis concessa est delegata, ut notat Francus in *c. cum aliquibus n.* 7. *de rescript. in* 6, & quia Concilium Tridentinum in suo decrato non apponit clausulam, ut authoritate Apostolica absolvant, & dispensent, potest Capitulum sede vacante ea omnia exercere, quæ in eodem decreto conceduntur Episcopis: & hæc sententia mihi videtur verior, præsertim cum de allata declaratione Cardinalium, quâ nititur contraria sententia non constet authenticè. Tum quia in illa declaratione non excluditur expressè Capitulum.

Cæterum hæc potestas competit etiam Episcopis tantùm electis, & confirmatis, quamvis nondum consecratis: ratio est, quia Episcopis confirmatis competunt ea omnia, quæ sunt jurisdictionis; & facultas absolvendi, & dispensandi circa casus omnes occultos non deductos ad forum contantiosum excepta irregularitate ex homicidio voluntario, pertinet ad jurisdictionem Episcopalem, quæ cum competat Episcopis electis, & confirmatis, licèt nondum consacratis, sequitur hanc facultatem atiam illis competere, ut docet Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 7. An verò etiam competat Abbatibus, alijsq; Prælatis habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, ac Diœcesin nulli subjectam Episcopo; quidam negant, quia decretum Tridentini *sess.* 24. *c.* 6. exorbitat à jure communi, proinde valutì bdiosum debet restringi. Probabilior tamen sántentia censet, etiam illis competere, & eam probat Henriquez *lib.* 10 *de sacram. ord. c.* 20. *n.* 2. quia per illam declsionem in Tridentino fit reductio ad jus commune, & primævum, quo spectato potarant Episcopi in omnibus dispensare. Verùm hæc ratio patitur difficultatem, quia ut probat Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 3. præfata facultas dispensandi in decreto Tridentinæ Synodi concessa Episcopis illis non conveniebat attento jure primævo, & ordinario: quia cùm Episcopi sint inferiores Pontifica, à quo promanant irregularitates, quarum dispensatio per Tridentinum illis committitur; non poterant absque speciali commissione in illis dispensare, quia inferior non potest in lege superioris dispensare. 14

Vera igitur ratio est, quia dispensatio tametsi à jure exorbitet, est latè interptetanda, quoties clauditur in corpore juris: consequenter etiam ipsa potestas dispensandi, si hæc clausa sit in corpore juris: atqui facultas concessa Episcopis per Tridentinum ad absolvendum, & dispensandum circa omnes casus occultos nondum deductos ad forum contentiosum excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario habetur ut clausa in corpore iuris, quia Tridentinum constituit ius commune, proinda talis facultas videtur extendenda ut favorabilis ad Abbates, & alios Prælatos habentes iurisdictionem quasi episcopalem, quia isti in propriis territoriis habent plenam Episcoporum jurisdictionem, à quibus tantùm differunt per consecrationem: & hæc facultas absolvendi, & dispensandi non est facultas consecrationis, sed iurisdictionis. Hinc liquet solutio ad rationem dubitandi, quia hæc facultas non est odiosa, sed favorabilis; proinde amplianda. 15

Quæri tamen potest, an potens ex privilegio sibi facto legitimare adulterinum, & ince- 16

stuo-

stuosum, possit hoc idem præstare, quando utrumque vitium in eadem persona concurrit: Plures negant, & probant ex *l. vim passam. 39. v. præscript. ff. ad leg. jul. de adult.* ubi præscriptione quinque annorum crimen incestûs junctum adulterio non excluditur, ubi Glossa *V. junctum*, ait *separatum tolli.* Secundò quia in *l. adeò v. cum quis ff. de acquir. rer. dom.* expressè dicitur, id quod est mixtum diversam per se constituere speciem. Tertiò qoia potestas legitimandi non est favorabilis, sed odiosa, siquidem Princeps protestatur, se nolle hanc potestatem exercere, ne vitiis via sternatur *§. fin. auth. quibus modis natur. offic. sui.* atqui hæc potestas transit in delegatum cum omnibus suis qualitatibus *l. Pomponius 13. §. cùm quis adminiculo ff. de acquir. possess.* proinde hæc potestas legitimandi adulterinum, vel incestuosum ut alteri commissa est odiosa, & restringenda. Quartò quia concesso minore, non censetur concessum maios *c. porrò de privileg.* sed natus ex adulterio & incestu simul est procul dubio odiosior nato ex solo adulterio, vel ex solo incestu: hinc graviùs punitur, qui simul committit adulterium, & incestum *l. adulterium cum incestu in princ.* ut notat Bartolus *ff. ad leg. Jul. de adult.* Nihilominus contraria sententia videtur etiam probabilis, quia in materia favorabili sub simplicibus continetur etiam casus mixtus, perinde ac in odiosa, ut notat Bartolus *l. Gallus §. & quid si tantùm n. 3. ff. de lib. & posth.* & concordat *l. vim passam v. præscript.* ubi dicitur sob simplici non comprehendi mixtum; & *l. si ita in princ. ff. de liber. & posth.* ubi dicitur sub simplici non comprehendi mixtum, & *l. si ita in princ. ff. de liber, & posth.* ubi dicitur sub simplici mixtum claudi, hi enim textus, quamvis pugnantes conciliantur, si prior intelligatur in materia non favorabili, & posterior in materia favorabili. Porestas autem legitimandi est procul dubio Principis beneficio favorabilis; proinde est laxè interpretanda, ut docent Bartolus *l. 2. in princ. n. 2. ff. de V. O.* & ibi Alciatus *n. 44.* Zasius *n. 16.* Felinus *c fin. n. 8. de Simon.*

17 Verùm hæc sententia intelligenda est ita procedere, ut vera sit, qnando non cedit in præjudicium tertij, quia potestas legitimandi, & dispensandi numeratur inter odiosa; & restringenda est, quando cedit in damnum tertij, ut notat Felin. in *c. at si Clerici §. de adulter. n. 8. ad fin. de judic.* & in *c. postulâsti n. 11. v. secundus casus de rescript.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n 9.* Rursus procedit hæc sententia, quando facultas legitimandi in favorem conceditur legitimaturi, quia tunc sortitur naturam beneficij, & amplè interpretatur: secus quando conceditur in favorem ipsius legitimandi, quia ut diximus, tunc strictè interpretatur, quia cùm sit læsiva juris communis accensetor odiosis.

18 Quòd si potestas legitimandi concederetur alicui absque ulla limitarione, & tantùm potestas loqueretur de spuriis legitimandis, cùm hic terminus sit generalis, & comprehendat sub se omnes species spuriorum, tunc censerem, potestatem etiam extendi ad causam mixtam, quia tunc hæc potestas est favorabilis, ut liqoet ex prædictis, consequenter debet laxè interpretari: neque obstat, si dicas, spurium esse tantùm terminum generalem respectu casus simplicis, non mixti: siquidem eo ipso, quòd est terminus genericus, necesse est includat omnes species, proinde etiam casum mixtum, quia hic coalescit ex speciebus comprehensis sub eodem genere. Tum quia vel casus mixtus constituit tertism speciem coalescentem ex duplici sub eodem genere, & tunc comprehenditur sub genere: vel non constituit novam speciem, & tunc applicatur simplicibus *argum. ex l. quæritur ff. de statu hominum*, proinde quocunque modo sumatur, semper comprehenditur sub genere, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. n. 8.*

Hinc ad fundamenta oppositæ sententiæ respondetur, textum desumptum ex *l. vim passam* procedere in materia non favorabili, ut superiùs jam diximus. Ad secundum petitum ex *l. adeò* respondetur, eam legem non facere ad præsens institutum, quia in illa agitur de mixtione, per quam mutarur rei substantia, ut si ex duabus speciebus constitueretur una tertia, in casu autem nostro manent eædem species etiam in casu mixto. Ad tertium respondetur, inde tantùm sequi, ipsum actum legitimandi esse odiosum, utpote læsivum juris communis, non verò esse odiosam ipsam potestatem dispensandi. Ad quartum respondetur, quòd quamvis casus mixtus sit odiosior duobus simplicibus seorsim sumptis, & concesso minori non censeatur regulariter concessus, qui maior est; id tamen fallit, quando dubitatur, an disponens de duobus simplicibus separatis, supponatur disponere de ipsis unitis: in materia enim favorabili sub illis simplicibus comprehenditur etiam casus mixtus, quia in mixto manent eædem species simplices, adeò ur adulterinus, & incestuosus contineat duas species in una eadémq; persona. 19

Occurrit adhoc examinandum, an quando proprius Prælatus potest dispensare cum subdito super impedimento ad ordines sacros, possit etiam hoc idem præstare Episcopus, ad quem cum dimissoriis mittitur ordinandus. Plures enim affirmant, inter quos Sylvester V. irregularitas *n. 11. in fin.* Henriquez *lib. 14. sum c. 17. n. 4. in fin.* Avila *de censur. p. 7. disput. 10. dub. 6.* Armilla *V. irregularitas n. 81.* ratio est, quia concesso uno conceduntur omnia, sine quibus illud unum nequit expediri, alioquin concessio foret illusoria *l. 2. §. de jurisdic. Om. Judic.* atqui promotio ad Ordines non potest fieri sine remotione impedimenti, proinde habens potestatem promovendi, habet etiam potestatem removendi impedimenta, tum qnia dispensatio in principali extenditur etiam ad accessorium. 20

Respondendum nihilominus est, Episcopum ordinantem alienum subditum cum dimissoriis non posse cum ipso dispensare in impedimentis, in quibus potest à proprio Prælato dispensari, idque colligitur ex Tridentino *sess. 23. c. 9. de refor.* ubi ex eo, quòd Episcopus possit ordinare suum familiarem triennalem, non sequitur, posse cum eodem dispensare in defectu natalium quoad ordines minores, ut notat Navarrus *consil. 26. & 27. de tempore ordinat. lib. 1.* 21

Ratio itidem ex eo petitur, quia quando plures obstant alicui actui, tunc sublato uno non tollitur alterum l. *si. domus ff. de servit c. ex tuarum de auth. & usu pallii c. pastoralis de privileg.* ut docent Gemioianus *consil. 33. n. 8.* Rota Romana coram Puteo *decis. 109. in fin. lib. 1.* & coram Ludovisio *decis. 87. n. 8.* hinc tot sunt necessariæ dispensationes, quot adsunt impedimenta, ut notat Gonzalas *ad Reg. 8. Cancellariæ Glossa 13 n. 97.* hinc Rota Romana in Zerulans, pensionis 2. Jun. 1597 coram Pegnia decidit, quòd dispensatio retinendi, & acquirendi pensionem non obstante matrimonio non se extendebat ad supplendum defectum clericatûs: atqui in præsenti ordinatione duplex obstat impedimentum, scilicet quòd promovendus non sit subditus; & quòd adsit irregularitas: ergo ex eo, quòd proprius Episcopus tollat primum impedimentum per hoc, quòd concedat licentiam proprio subdito, ut ordinetur ab alieno Episcopo, non fit, quòd etiam concedat alteri Episcopo, ut possit dispensare super irregularitate, ac removere aliud impedimentum.

22 Probari etiam ex eo potest assertio, quia quando concessio est limitata, non extenditur ultra id, quod exprimitur in concessione l. *statu liberum §. stipem. ff. de leg.* & l. 3. §. *si mulier ff de liber. agnos.* ergo concessio facta subdito, ut possit promoveri ad ordines ab alio Episcopo, non extenditur ultra expressa. Idque vel maximè procedit, quando id, ad quod concessio extenditur, non innotescit concedenti: at in præsenti quæstione si proprius Episcopus sciret suum subditum esse irregularem, nollet ipsum promovere ad ordines ecclesiasticos; proinde nec concederet licentiam, ut ab alio Episcopo promoveretur ad tales ordines. Neque fundamentum, quo nititur contraria sententia ullum facesit negotium, quia si aliquid probaret, inde esset inferendum, posse Episcopum proprium dispensare in suis subditis super quacunque irregularitate: siquidem proprius Episcopus habet potestatem ordinandi suos subditos, & non potest hanc potestatem exercere nisi tollendo impedimentum irregularitatis.

23 Quinimo cùm quis sede vacante obtinerat dispensationem à Papa, ut posset promoveri ad ordines ecclesiasticos à quovis Episcopo catholico, concederetur etiam eidem Episcopo ordinanti facultas dispensandi super quacunque irregularitate, & alio impedimento; quod absurdum est: quia concessio semper intelligitur facta præsuppositis terminis habilibus *l. mutus ff. de procurat. l gradatim §. lege ff de muner. & honor.* concessio igitur ordinandi semper intelligitur sub conditione, si ordinandus sit habilis, & aliàs habeat omnia requisita; quia inhabiles semper censentur exclusi ut probat Jason *l. 2. ff. Prætor. not. 1. ff. quæ satis cog.* quando igitur dicitur, quòd concesso uno, intelliguntur etiam concessa omnia, sine quibus illud unum expediri non potest, id verum est da his connexis, quæ ex natura rei trahuntur à re concessa tanquam necessaria, cuiusmodi sunt media pro assecutione finis: non ita intelligitur de iis, quæ sunt extra exigentiam rei concessæ: quia ta etsi impediant executionem rei concessæ, id tantùm per accidens contingit, vel quia ponunt obicem, ut in præsenti quæstione se habet irregularitas in eo, qui ab extero Episcopo promovetur ad ordines ecclesiasticos.

Tum quia dispensatio, ut possit quis ordinari ab alio Episcopo est omnino distincta à dispensatione super irregularitate, quia potest existere prima dispensatio sine secunda, si enim clericus non sit irregularis, & obtineat dimissorias à proprio Episcopo, ut possit ordinari ab alieno, dispensatio tunc sortitur suum effectum omnino independenter à dispensatione super irregularitate, cùm hæc non supponatur: ex quo liquet, dispensationem super irregularitate non trahi à dispensatione, ut possit quis ordinari ab alio Episcopo. Quòd si nonnunquam non possit dispensatio, ut quis ordinatur ab alio Episcopo, sortiri suum effectum ob irregularitatem promovendi; tunc impedimentum non oritur ex defectu concessionis, sed ex subjecta materia, quia nimirum ordinandus non est persona habilis: & hæc est ratio, cur executio suum non sortiatur effectum, eò quia reperiat obicem in propria materia. Hinc liquet solutio ad ultimum, quod addebatur de accessorio: siquidem dispensatio super irregularitate non est accessoria ad dispensationem, ut Clericus ordinatur ab alio Episcopo, nec hæc secunda dispensatio trahit secum primam. 24

§. III.

An superior possit erga se ipsum dispensare in iis, in quibus potest cum subditis.

Dispensatio alia est propriè talis; & alia tantùm impropriè; illa est vera juris relaxatio, & propriè actus jurisdictionis, hæc verò est potiùs quædam licentia, ac facultas, seu est consensus, & approbatio superioris, quando enim in constitutionibus Regularium præcipitur, ne fiat aliquid sine superioris licentia, non intendunt constitutiones tunc opus illud omnino prohibere, sed tantùm ne fiat sine superioris licentia; & tunc hæc licentia propriè non est actus jurisdictionis, sed tantùm superioritatis; quæstio non procedit de hac dispensatione impropriè sumpta, quia sicut idem non potest esse superior sibi ipsi; ita neque potest exercere actum superioritatis in se ipsum. 1

Præscindendo tamen ab hac superioritate dicente relationem ad inferiorem subditum, potest Prælatus secum dispensare, & uti licentiis, quas potest suis subditis concedere: sic summus Pontifex, qui potest cum aliis dispensare in jejunio, & recitatione breviarii, potest etiam secum dispensare; expedit enim, ut qui alteri potest facultatem concedere, possit etiam & ipse eadem facultate uti, ne sit deterioris conditionis, quàm ejus subditi, quia cùm non habeat alium superiorem, quam facilè adire possit; æquitas exigit, ut secum perinde ac cum subditis possit dispensare, ut docet D. Thomas 2. 2. 2

q. 185.

q. 185. art. 8. hinc eo ipso, quòd Prælati dispensant cum suis subditis in aliqua lege, hæc dispensatio ad ipsos etiam Prælatos extenditur, adeò ut si Prælatus dispanset cum suis subditis in jajunio religionis, ut etiam Episcopus cum tota civitate, possint, & ipsi Prælati uti eadem dispensatione, non enim id est directè uti jurisdictione in se ipsum, sed quasi indirectè, quatanus utitur dispensatione generatim concessa aliis omnibus: hac ratione summus Pontifex concedens generaliter indulgentias, & Jubilæum potest atiam ipse Jubilæum lucrari: alioquin esset deterioris conditionis, quàm subditi: & quamvis non desint, qui censeant, summum Pontificem tunc ut privatam personam tantùm lucrari indulgentias, quasi esset subditus sibi, ut Pontifici, ut quando se subijcit ut privatam personam Confessario, & sacramentaliter confitetur; nihilominus hæc distinctio non videtur hîc necessaria, quia Pontifex tunc quasi indirectè utitur dispensatione, vel concessione Jubilæi omnibus fidelibus facta, quòd non est directè uti jurisdictione in se ipsum: hinc potest etiam Prælatus committere suo Confessario subdito, ut secum dispenset in iis omnibus, in quibus potest cum aliis sibi subditis dispensare, ne sit daterioris conditionis, quàm sint ejus subditi. Præterea sicut non repugnat, posse Prælatum exercere jurisdictionam in semet ipsum, etiam in absolutione sacramentali, committendo confessario, ot ipsum absolvat; ita à fortiori non repugnat in dispensationa.

3 Rursus in *c. fin. de pænit. & remiss.* indulgetur Episcopis, & Prælatis exemptis, ut possint sibi confessarium eligere, & quamvis textus da sola sacramenrali absolutione mantionem faciat, mens tamẽ concedantis fuit prospicare his Prælatis in omnibus per talem Confessariũ, quæ possunt ipsi in subditos exercere. Quæstio igitur procedit de dispensatione propriè sumpta.

4 An Prælati possint directè, verè, & propriè in se ipsos exercere hanc dispensationem, an scilicet possint secum dispensare in votis, irragularitatibus, præceptis ecclesiæ, & aliis, quoties id possunt cum subditis, & quæstio procadit etiam de summo Pontifice.

Duæ sunt sentantiæ, qoarum prima negat, Pontificẽ posse se ipsum lege solvere, religione, aut vinculo voti, vel jurisjurandi, bene tamen cæteros, & ita docet Antonius Butrius in *c. canonum de constit.* ubi invehitur in Gregorium XII. qui tempore magni schismatis, antequam Pontifax crearetur, juraverat publico, & solemni ritu sese abdicaturum Pontificia potestate, & Pontifex postea electus noluit se Pontificatu abdicare, quinimò plures in Cardinalium collegium cooptavit: propugnat etiam hanc santentiam Beroius in *d. c. canonum de constit.* nititor hæc sententia, quia in *c. ult. de constitut.* apertè declaratur, inter dantem, & recipientem debare distinctionem asse personarum, proinde etiam inter agentem, & patientem: consaquenter etiam inter absolventem, & aum, qui absolvitur; inter indulgentem, & eum, cui quis indulget, proinde cum dispensatio personarum axigat distinctionem, non potest dispensans eam in se ipsum exercera, cùm nemo distinguatur à se ipso.

Secundò nititur hæc sententia textu in *c. per nostras de jure patron.* ubi dicitur, quòd nemo possit seipsum offerre, seu præsantare ad beneficium, nec instituere in beneficio, eò quia inter instituentam, & institutum, præsentantem & præsentatum debeat distinctio essa personarum. 5

Tertiò ex *c. debitum de baptismo, & ejus effect.* ubi pariter dicitur, quòd namo possit sibi conferre baptismum: & tandem ex *c. ult. de pænitent. & remiss.* ubi conceditur Episcopis facultas eligendi sibi Confessarios, qui ipsos à peccato absolvant, & additur ratio: quia se ipsos non possunt absolvere. Ratio itidem est, quia idem super se ipsum non potest jurisdictionem exercere *l. penult ff. de recept. arbit.* atqui dispensare cum aliquo perinde est, ac arga se ipsum jurisdictionem axercere; est enim dispensatio actus jurisdictionis, proinde nec Pontifex videtur posse secum dispensara. Tum quia dispensare propriè ast actus superioris in subditum, adeò ut non subditis dispensatio nil prosit; & nemo potest se ipso suparior esse. 6

Secunda sententia est aorum, qui docent, posse summum Pontificem secum dispansare, non ita alios Prælatos inferiores, & assignant discriman, quia in Prælatis inferioribus non reperitur plenissima potestas, qualis est in Pontifice; quia Prælati inferiores habent potestatem immediatè derivatam ab illo. Tum quia Prælati inferiores habent superiorem, seu summum Pontificem, quem possunt adire pro dispensatione: secus summus Pontifex, cùm careat in terris superiore, ne sit deterior suis subditis, æquitas exigebat, ut secom posset dispansare, & ita docent de summo Pontifice Felinus, & Decius in *c. canonum de constit.* 7

In hac autem controversia verior, & communior sententia est, posse summum Pontificem erga se ipsum dispensare in his omnibus, in quibus potest cum subditis, idque ex eo probatur, quia quòd aliquis hanc dispansandi jurisdictionam exerceat erga se ipsum, non videtur repugnare juri naturæ; proinde videtur concedendum plenissimæ potestati Pontificia, qui nulli humano juri subijcitur: quod enim non repugnet juri naturæ ex eo liquet, quia hæc jurisdictio secum dispensandi non est contantiosa, nec desiderat forum contentiosum, testium probationem, & contrariæ partis citationem, proinde nec videtur exigere personarum distinctionem; ne quis in propria causa sibi jus dicat contra jus ab adversario intentum *l. unic. C. ne quis in sua causa*, sed hæc jurisdictio tantùm exigit directionem procedentam ex prudenti judicio ad examinandam justitiam causę dispensationis, hoc autem non repugnat erga se ipsum ab aliquo haberi. 8

Tum quia hujusmodi jurisdictio non est punitiva, nec coactiva, quam nemo in se ipsum exercet: sed est voluntaria, & sine relatione ad subditum; potast enim quis voluntariè justi- 9

stiam

tiam causæ dispensationis perpendere, & eam in se exercere; naque talis jurisdictio pertinet ad absolutionem sacramentalem, quæ jura divino exigit distinctionem personalem inter absolventem, & absolutum. Neque exercetur hæc jurisdictio per modum sententiæ, quæ non potest ab aliquo arga se ipsum exercari.

10 Tum quie Sotus *in 4. dist. 21. q. 1. art. 4. in fin. corp.* ait, neminem posse uti jurisdictione in se ipsum, se cogendo, eut sacramentaliter absolvendo, & dat rationem, eò quia hic actus sit personalis unius ad alterum, unde extra hos duos casus videtur admittere usum jurisdictionis in se ipsum, & huic sententiæ atiam adhæret Valentia *p. 4. disput. 7. q. 20. punct. 3.* ubi docens, Prælatum posse lucreri indulgentias ab ipso aliis concessas, subdit postea rationem; quie temetsi condere indulgenties sit actus jurisdictionis, non tamen est talis, qui vim coactivam exerceat, nec necesse est, talem actum exerceri circa alium: unde sentit Valentia, posse superiorem hunc actum jurisdictionis axarcere in se ipsum.

11 Idque ex eo itidem potest evinci, quia in voluntaris jurisdictione potest quis plurium vicas sustinere, dummodo axarcitium unius actûs non obstet exercitio alterius, & colligitur ex *l. si consul. ff. de adopt.* ubi st filiusfemilias sit Præses, potest se ipsum emancipare, vel in adoptionem tradere, & ex *l. una. ff. de offic. consul.* ubi dicitur, quòd possit consul apud semetipsum servum manumittere; quo pecto repræsentet duas personas, quarum vices gerit, repræsentat enim personam Domini, & personam Consulis: argo cùm non repugnet, posse eandem personam axarcere jurisdictionem voluntariam in sa ipsam, potest secum dispansare in iis, in quibus potest cum subditis.

12 Præteras si quæ essat ratio, cur non posset summus Pontifex secum dispensare in iis, cum quibus dispensat cum aliis, maximè quia inter dantam, & accipientem dari debet distinctio: atqui non repugnet absque distinctione personarum posse aliquem secundùm diversas rationas esse dantam, & accipientem; agentem, & patientem: atenim eadem potentia visiva ut axerceat actum visionis est egena, & prout recipit in se eandem visionem est subjectum ejusdem, & patitur, adeò ut eadem prorsus potentia sit agens, & patiens. In moralibus nec id repugnat, siquidem sacerdos ministrans sibi Eucharistiam, quatenus ministret, dicitur conferens; & quatenus eam recipit, dicitur recipians, adaò ut eadem prorsus persona sit dans, & recipiens.

13 Rursus in jure canonico atiam liquat, posse eandem personam secundùm diversas rationas plura distincte obire munera, ac esse subditum, & superiorem respectu ipsius, ut liquet in *c. sicut §. super eo de elect.* ubi reprehenditur Archiepiscopus, eò quia nondum recepto pallio Ordines ecclesiasticos contulerit, cùm simplex Episcopus non suisset reprehensibilis, unde fuit reprehensus ut Archiepiscopus, cui prohibitum est, Pontificalia exercere ante receptum pallium, adeò ut fuisset immunis à culpa, si entaa Episcopus fuisset. Præterea in *c. A collatione de appell, in 6.* aò quia appellatio exigat personarum distinctionem inter Judicem à quo, & judicem ad quem, & ut fiat ab inferiore Judice ad supariorem, statuitur à collatione facta per Episcopum cum Capitulo posse appellari ad ipsum Episcopum, non tamen ut canonicum in eodem capitulo, sed ut Episcopum, adaò ut licèt interfuerit ut Canonicus tali collationi factæ à Capitulo, possit tamen ad ipsum appellari, ut gerentem personam Episcopi, unde eadem persona, ut Canonicus concurrit cum aliis Canonicis, & cum Capitulo ad collationem beneficij, & ut Episcopus ast Judex super collatione à se facta, ut Canonico. Hinc Beldus *l. eos in princ. n. 2. c. de appell.* docet appellatione facta ab Episcopo ad Archiepiscopum, si Episcopus nunc traatur Archiepiscopus illius Diœcesis, ad quem appellatum est, posse eum cognoscere da illa appellationa instar novi hominis: ex his clarè constat, non repugnare, Pontificam ut hominem, posse sibimet ut Pontifici subjicere, perinde ac Episcopus, qui ut Canonicus subditur sibi tanquam Episcopo, & ut Episcopus subditur sibi ut Archiepiscopo postea creeto.

Rursus certum est, juxta communem Canonistarum santantiam posse Pontificem lucrari Jubilæum, quod aliis concedit, & generatim posse ea frui dispansetione, quam toti fidelium communitati concadit: proinde sicut potest in univarsum dispansare cum communitate, & hac madianta cum seipso; ita potest etiam seorsim dispensare cum singulis de communitate, consequentar etiam seorsim ab aliis cum se ipso: siquidem in utroque casu exercat jurisdictionem arga se ipsum, & sub diversa ratione fungitur officio superioris, & subditi; quatenus enim dispansat, ast superior: & prout secum dispensatur, ast subditus, quia dispensatio non prodest nisi subditis. 14

Hinc jurisdictio ad dispensendum non est talis naturæ, ut veram exigat personarum distinctionem; sicut hanc postulet jurisdictio punitive, seu coactiva: alioquin Pontifex dispensando cum tota fidelium communitate non posset ipse frui tali dispensatione, proinde esset deterioris conditionis cæteris fidelibus: ex quibus clarè deducitur, jurisdictionem dispensandi non exigere nacessariò distinctionam realam personarum. 15

Neque audiendi sunt dicentes, illam generalem dispensationem non prodesse dispensanti ex vi voluntatis ipsius, sed ex potestate, & voluntate superioris, quoties illum habat, vel Christi, si non habeat in tarris superiorem, ut est summus Pontifex: perinde ac Princeps condens legem ligatur eadè lege quoad vim directivam tantùm non ex sua voluntate, sad ex jure natureli & divino. Nam contra est, quia hæc superioris, & Christi voluntas dispensandi generaliter eum Prælato inferiore nonnisi temarè asseritur, cùm ex nullo jure divino, & Pontificio colligi possit. Neque est ad rem, quod adducebatur da Principe legem condente, quia tunc 16

repe-

reperitur ius naturale dictans dedecere Principem, qui caput est totius communitatis, non conformari cum membris eiusdem in moribus dependentibus ex eius potestate, & voluntate: in præsenti verò casu ius naturale non dictat, non posse Pontificem eadem frui dispensatione, quam cæteris concessit; neque recta ratio dictat, non posse Pontificem sibi consulere, committendo suo Confessario, ut secum dispenset.

17 Hinc patet solutio ad fundamentum primæ sententiæ, in qua ex pluribus textibus juris canonici dicebatur inter dantem, & recipientem debere distinctionem esse personarum, proinde inter agentem & patientem; absolventem, & absolutum; præsentantem, & præsentatum ad beneficium. Non enim hæc personarum distinctio requiritur semper necessariò: illa enim regula, qua dicitur inter dantem & recipientem debere esse distinctionem personarum, patitur plures limitationes, quas fusè recenset Abbas in *c. fin. n. 5. de institut.* & ait tantùm valere in nonnullis ex præcitatis textibus, præsertim in *c. per nostras de jure patronat.* ubi dicitur, quòd nemo possit se ipsum offerre, & præsentare ad beneficium, quia inter instituentem, & institutum, præsentantem, & præsentatum debet distinctio esse personarum: id enim verum est, & meritò jus ecclesiasticum exigit hanc distinctionem personalem inter dantem & accipientem, non quod generaliter id statuat, sed tantùm in casu speciali collationis beneficiorum, quod notandum est; idque ob eam rationem, ut vitetur ambitionis in Prælato exemplum: unde ratio adducta in textu non est generalis, ut liquet ex pluribus aliis textibus, qui in contrarium adducuntur, sed est ratio specialis in illo casu, ut vitetur iniquum ambitionis exemplum in Prælatis, quod etiam habetur in *c. per nostras de jure patronat.* ubi statuitur, neminem posse se ad dignitates præsentare, ad vitandum iniquum ambitionis exemplum in prælato.

18 Cæterum inter dantem, & accipientem non semper necessaria est hæc personarum distinctio, ut liquet in sacerdote sibi in altari ministrante Eucharistiam; quatenus enim ministrat, dicitur sibi conferens, vel dans; & quatenus eam recipit dicitur recipiens. Præterea si ad exercendum aliquem actum necessaria est personarum distinctio, maximè in actu justitiæ exercendo: siquidem est de ratione justitiæ esse ad alterum, & nihilominus datur etiam justitia eiusdem personæ ad se ipsam, sub diversis tamen rationibus consideratam, idque liquet in Christo Domino, qui ut Deus homo simul satisfecit de rigore justitiæ, & quatenus erat Deus, & non homo, seu una ex divinis personis sibi ipsi satisfecit, ut creditori; adeò ut idem ChristusDominus satisfecerit sibi de rigore justitiæ. Præterea debitor incertorum de rigore justitiæ solvit, si sibi pauperi debitum assumat, adeò ut idem debitor satisfaciat de justitia ut debitor, & ut pauper sit is, cui fit satisfactio.

19 Cæterum non potest Romanus Pontifex in se ipsum sua uti jurisdictione in iis, in quibus jure divino personarum distinctio requiritur; quapropter nemo potest se ipsum baptizare, nec confirmare, nec à peccatis absolvere, nec promovere ad sacros ordines, quia in hisce ministrandis sacramentis Christus instituit distinctas personas, adeò ut hæc distinctio personarum sit de jure divino, in quo non potest summusPontifex dispensare.

Rursus neque potest Romanus Pontifex se ipsum excommunicationis, suspensionis, vel interdicti pœnis afficere. Quòd verò nemo possit se ipsum instituere in beneficio, nec nominare, neque offerre ad beneficium, nec illud sibi conferre, aut se ipsum eligere non est juris divini, nec naturalis, sed tantùm canonici. Propterea potest Romanus Pontifex se ipsum solvere à voti, & jurisjurandi religione, dummodo justa causa subsit; proinde potest etiam indulgentiis à se concessis aliis, uti, quia quamvis hæc ad jurisdictionem pertineant; potest tamen Romanus Pontifex in his sibi jus dicere, cùm non sint hæc jure divino sibi prohibita: non enim Christus instituit, ut ad solvendum à voti, & jurisjurandi religione distinctio requiratur personarum, sicut hanc instituit in absolvendo à peccatis. Sicut summusPontifex, ita etiam supremus Princeps sæcularis potest secum dispensare in iis omnibus temporalibus, in quibus potest erga subditos: siquidem Princeps supremus sæcularis habet plenissimam, & supremam potestatem in temporalibus, perinde ac Pontifex in spiritualibus; hinc in *c. per venerabilem qui filij sint legitimi* declaratur, posse Regem prolē propriam illegitimam legitimare dispensando cum illa quoad successionem ad dignitates temporales, & tunc Rex etiam secum dispensat in lege. 20

Quinimò non solùm summus Pontifex; verùm etiam Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi possunt secum dispensare in iis casibus, in quibus possunt cum subditis, adeò ut possint, & ipsi uti dispensatione generali, quam concedunt toti communitati, vel Diœcesi, quia uti hac jurisdictione erga se ipsum, non repugnat juri naturæ, nec juri ecclesiastico, quis jus canonicum exigens distinctionem personalem inter dantem, & accipientem, id tantùm statuit pro casu speciali collationis beneficiorum ad vitandum vitiosum Prælati exemplum. 21

Non tamen putârim, posse Episcopum, vel Archiepiscopum Primatem, vel Patriarcham, se ipsum à voti, & jurisjurandi nexu, vel excommunicationis, aut suspensionis vinculo solvere, sicut potest alios sibi subditos ab hujusmodi vinculis solvere: ratio est, quia Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ subduntur Romano Pontifici, quem possunt adire, vel ad ipsum scribere pro hac relaxatione, proinde eorum votum, vel juramentum debet Pontificia authoritate relaxari. Sunt tamen, qui censent, posse etiam Episcopum in his secum dispensare, si commodè non possit superiorem adire: sed tunc possunt hanc facultatem dare Confessariis, ut cum illis dispensant, si vota possint ab Episcopis dispensari. 22

§. IV.

An dispensatio sit necessariò verbis facienda.

1 Certum est, nulla esse in jure verba præscripta, quibus debeat dispensatio fieri, hinc oritur dubium, an necessariò sit hæc dispensatio verbis facienda: vel sufficiat, si solo facto censeatur superior dispensare, quod tunc contingit, quando admittit ad aliquem actum habentes impedimentum juris ad illum: vel quando patitur; ejusmodi actum ab iisdem exerceri: adeò ut factum superioris admittentis jure impeditum ad actum sit sufficiens signum conjiciendi, superiorem cum tali dispensare.

2 Si sermo sit de supremo Principe, ut de summo Pontifice, vel Rege, & de impedimento juris humani, communior, & vera sententia est, quòd, si Princeps, sive sit Pontifex, sive Rex admittat ad aliquem actum habentes juris impedimentum ad illum, vel patiatur talem actum ab iisdem exerceri, si id patiatur scienter, præsumitur tunc animus dispensandi, ac inducitur vera dispensatio, tametsi Princeps non præmiserit causæ cognitionem: hinc si Pontifex scienter admittat irregularem ad Ordines, vel beneficia, vel etiam conjungat matrimonio impeditos jure humano, censetur cum iis ipso facto dispensare, tametsi verbis id non exprimat: ratio desumitur ex eo, quia ut valida sit supremi Principis in lege humana dispensatio, non requiritur necessariò cognitio causæ, sed sufficit tunc in Principe supremo voluntas dispensandi: atqui de hac sufficienter videtur constare, quando supremus Princeps admittit scienter ad aliquem actum habentem juris impedimentum ad illum: quia cùm tunc impedimentum innotescat Principi, & illo non obstante admittat habentem illud ad actum, sufficienter præsumitur, velle cum ipso dispensare.

3 Solet etiam id probari ex *l. Barbarius ff. de offic. Prætoris*, ubi continetur duplex casus, quorum primus est, quando ignorata servitute est Barbarius electus Prætor; & tunc deciditur in texto, gesta per ipsum valere, ratione communis erroris, & publicæ utilitatis.

4 Secundus casus est, quando populus Romanus detecta servitute adhuc consensit, ut Barbarius prætura fungeretur: & tunc etiam deciditur, gesta valere; eò quia ex vi illius consensûs præsumaretur Barbarius libertate donatus, ex quo textu liquet, sine verbis, & per solum factum fuisse dispensatum cum Barbario. Sin verò dubitetur de Principis scientia, adeò ut Princeps admittat quidem habentem juris impedimentum ad actum, sed dubium sit, an tale impedimentum Principi innotescat; tunc scientia Principis non præsumitur; eò quia sit quid facti, ut docent communiter Jurisperiti cum Felino in *c. præterea num. 6. de Testib.* quapropter tunc onus probandi talem scientiam in Principe incumbit habenti juris impedimentū, quia est fundamentum suæ intentionis allegantis, esse factum ex illo actu dispensatum.

Quomodo verò probanda sit hæc scientia in Principe, non conveniunt Doctores, quidam censent, non posse probari, ut præsumatur ex tali actu dispensatio, nisi in litteris dispensationis addatur clausula *ex certa scientia*: quia quòd aliquid proprio motu Principis concedatur, non potest aliter probari nisi per adjectam clausulam *motu proprio*, ut expressè deciditur *in c. si motu proprio de prabend. in 6.* & ita docet Glossa in *clement. 2. in fin. de rescript.* & in *c. statutum in princ. V. litterarum de rescript. in 6.* Bartolus *l. fin. n. 4. V. sed contra hoc. in fin. C. sententiam rescindi non posse.* Alij è converso volunt, non esse opus addere clausulam *ex certa scientia*, sed id conijci ex tenore rescripti, factique narratione, ut constet, id ex certa Principis scientiâ factum. 5

Putârim tamen sufficere, si possit conijci; Principem fuisse conscium inhabilitatis: siquidem nullus potest textus adduci, qui specialem hujus probationis modum Principis scientiæ inducat; & quando textus non inducit specialem modum probandi scientiam Principis, tunc sufficit qualiscunque probationis modus, quo cæteræ res specialem probandi modum jure non exigentes probari possunt. 6

Neque obstat textus in *c. si motu proprio de prabend. in 6.* ubi dicitur, requiri clausulam motu proprio, siquidem est discrimen inter has clausulas *motu proprio*, & *ex certa scientia*, quia cum motus proprius includat necessariò unam negativam, non coarctatam, hoc est, supponat nullum unquam super hoc Pontifici supplicâsse, ideò non aliter, quàm per litteras ipsius Principis probari potest; Principem motu proprio aliquid concessisse: cùm enim nobis non constet, aliquem supplicâsse Pontifici pro tali gratia, ut probetur, hanc motu proprio fuisse concessam, debet in rescripto apponi clausula *motu proprio*. Secus clausula *ex certa scientia* nullam includit negativam, sed simplicem affirmativam, ut notant Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 29. n. 7.* Mascardus *de probat. conclus. 845. n. 23.* 7

Quinimo nec videtur sufficere, si in rescripto adijciatur clausula ex certa scientia, ut ea præsumatur; sicut præsumitur clausula *motu proprio*; sed debet aliunde constare de scientia Principis: siquidem clausula *motu proprio* ex eo inducit præsumptionem concessionis factæ motu proprio, quia non constat, aliquem supplicâsse Principi pro tali concessione, sic præsumptio stat pro motu proprio: secus clausula *ex certa scientia* nil operatur quoad extrinseca ignorata, sed tantùm quoad expressa, non enim ex eo, quòd Princeps apponat rescripto clausulam ex certa scientia, præsumitur Princeps scire, promotum carere omni vitio, ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. num. 3.* verùm id procedit quoad forum externum, quia in foro conscientiæ sufficit, si utcunque sciatur, quòd Princeps fuerit conscius impedimenti, quia in foro conscientiæ non probatio, sed veritas requiritur, ut docet Sylvester *V. dispensatio in fin.* 8

Præ-

9 Præterea quoad forum externum, ut promotio scientar facta censeatur, ac dispensatio, non desunt, qui canseant, ad id requiri, ut Princeps in litteris vitium axprimat promoti, dicátque vella sa cum tali illegitimo dispansara, ita præ cæteris censet Felinus in *c. nonnulli. num. 12. V. ad idem in fin. de rescript.* hanc tamen axpressionem impedimenti faciendam in rescripto non approbat Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. num. 7.* aò quia nullo jure probetur. Sunt tamen, qoi id limitent, nisi Princeps urgente nacassitata inhabilem promoveret, & bene; quia tunc non censetur perpatoò dispansare, sad tantùm ad tempua illius necessitatis. Præterea limitatur, ut tunc dispensatio censeatur tacita quoad solum actum, ad quam Princeps scianter admittit: si anim Superior admittat ad Ordinas irregularem, non præsumitur cum eo dispensare ad alia.

10 Hinc illagitimus dispensatos ad Ordinas sacros non præsumitur dispensatus ad beneficiom simplex: & ratio desumitur ex stylo Datariæ, juxta quem dispansatio ad Ordines sacroa non extenditur ad beneficia quamvis simplicis, sad necassaria ast alia spacialis dispensatio pro beneficiis obtinendis: atqui stylus Datariæ axplicat mentem Pontificis, quam declarat, ut decidit Rota Romana coram Coccino *decis. 150. n. 10.* & coram Marlino *decis. 701. num. 3.* unde extandere dispensationem ultra stylum Datariæ, est axtendera contra voluntatem sommi Pontificis, proinde talis axtensio tanquam destituta voluntate Principis est nulla.

11 Præteraa, quia stylus Datariæ habet fundamentum in jura communi, cujus dispansatio, cùm sit læsiva, debet strictè interpretari, *c. 1. §. ille verò de fil. Presbyt. in 6. l. ex facto ff. de Vulg. & pupill. substit.* & docet Felinus in *c. postulasti num. 8. de rescript.* & communiter Canonistæ in *c. de multa de præbend.* proinde non potest dispensatio axtendi ultra verborum significationem: nec dispensatio ad Ordines est dispensatio ad beneficium, quia dispensatio ad unum effectum expressum non est dispensatio ad alium non exprassum, ut declarat Rota Romana coram Pegna *decis. 619. num. 3.* hinc si Princeps admittat ad Ordines minores, non propterea videtur dispensara ad majores, quia dispensatio exprassa, non axtenditur ultra actum expressum *c. 1. de fil. Presbyt. in 6.* & tradit Rabuffus in *prax. benefic. tit. de dispensat. n. 8.* ubi ait, si id Principis facto prodesset, in alia ra etiam minima non induci ex ao dispensationem, quia ut rescriptum non canseatur continera dispansationem, sufficit, ut possit aliud, quantumvis minimum operari, ut notat Rebuffus *loc. cit.* & Orlandus *cons. 332. n. 8.*

12 Quid verò dicendum, si Princeps ignarus impedimanti admittat inhabilam ad aliquem actum, non conveniunt Doctoras: quidam anim censent, tunc præsumi, Principem dispansare, si varo simila sit fora, ut impedimenti conscius admittaret impaditum ad eundam actum, eò quia promotionis causa craditur esse virtus, val probitas promoti *l. unic. V. credidit. ff. de offic. Præf. Prat.* idao satis vero simila ast, quòd Princeps scians impadimentum dispansarat. Communior tamen, & verior santantia est, non censeri Principem per eam promotionem dispensare, si revera impadimentum ignorat: ratio ast, quia ignorantia tollit consensum: atqui dispensatio non potest suam sortiri afficaciam, nisi ex consensu Principis volentis dispensara, adeò ut non sufficiat, fora, ut vellet, si sciret: quia cùm hic, & nunc desic voluntas dispensandi, dispensatio non sortitur suum valoram. Naqua fundamentum oppositæ sententiæ ast magni momanti, quia tunc tantùm varum ast, censeri concessum, quod varisimiliter Princeps rai conscius concassissat, quando ax verbis concessionis daprahendi potest, talem esse concedentis voluncatem: secus quando ex verbis concessionis non potast rationabilitar conijci, quòd talis sit mens concedentis, tunc non censetur concessum, tamatsi vero similiter Princeps rei conscius, id concessisset: nisi fortâssis ex tali concessione promovaratur bonum communa, quia tunc propter communem utilitatem præsumeratur voluntas concadentis, præsertim si asset Princeps, qui sampar vult bonum commune promovari, & concedara, quod ad communam facit utilitatem.

Quinimò nac suum dispensatio valoram sortiratur, si Princeps ax errore aam concadaret, ut si promovarat ignoranter inhabilem, quam putarat habilem, quia arror parinda ac ignorantia tollit consensum. 13

Id taman limitatur ab Abbata in *c. veniens de filiis Presbyt.* nisi artor sit communis, & non solius Principis, tunc enim promotio haberetur pro dispensatione quoad valorem gestorum per illum promotum, quamdiu error illa communis duraret, & desumitur ex *l. Barbarius ff de offic. Præf. Prat.* Imò nō solùm error, quo Princepa putat promotum essa habilem obstat huic præsumptioni tacitæ dispensationis; sed atiam error, quo conscius impedimenti putabat cum illo jam fuisse dispansatum, quia tunc perinde est, ac si eum credaret habilem, cùm ravera habilis non sit: & quia Princeps non præsumitur dispensara cum inhabili, ideò talis dispansatio non præsupponit consensum Principis, nec ast valida: eo ipso quòd Princeps putat cum ipso jam esse dispensatum, credit aum esse habilem, & quia revera non fuit cùm ipso dispensatum promovat inhabilem, quem putat habilam, ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. num. 35.* & Majol. *lib. 5. de irregul. c. 51. num. 8.* ubi notat, hoc idem proecedere atiam, quando Princeps inhabilitatis oblitus, vel illam non advartans promovat inhabilem, quia tunc concessio non est voluntaria. 14

Quod hactenus dictum est da Principa procedit atiam da inferioribus Prælatis, quando impadimentum inducitur ex eorundam legibus, quia eo ipso, quòd possunt leges condere, possunt atiam illas abrogare, si justa causa subsit, proinda atiam dispensare super ijsdem impedimentis: hinc sicut Princeps censetur dispensara, quando sciens impadimentum pro- 15

movet eam, qui eodem impedimento detinetur, eò quia tunc dispensatio fortior sit facto ipso, quàm fieret verbis: ita Prælati inferiores tunc censentur dispensare, quando scientes impedimentum adhuc promovent taliter impeditum, etiam absque prævia causæ cognitione: adeò ut si Episcopus sciens jubeat, vel concedat fieri aliquid contra suam constitutionem censeatur tacitè dispensare in eadem, quia est utrinque par ratio de Principe supremo circa suas leges, ac de Prælatis inferioribus circa suas constitutiones: atqui Princeps supremus potest in suis legibus dispensare etiam sine prævia cognitione causæ, ut ducet Azorius *lib. 15. instit. moral. c. 15. q. ult.* Præterea quando Princeps admittit impeditum jure divino, & naturali ad ea, in quibus potest dispensare, ut si conjungat matrimonio eum, quem scit ligatum esse voto castitatis, censetur etiam eum ipso dispensare, quia cùm possit in votu castitatis dispensare, facto ipso dispensat.

16 Major difficultas videtur esse, an Prælati inferiores admittentes impeditum jure communi scienter ad actum, ad quem dispensare possunt, censeantur etiam actu dispensare? Ut, si Episcopus sciens aliquem esse irregularem, & illi conferat litteras dimissorias, quibus possit promoveri ad ordines ecclesiasticos, censeatur eo ipso dispensare super irregularitate ex suppositione, quòd possit in illa dispensare. Plures censent, non censeri tunc Prælatos inferiores dispensare, nisi actum illum exerceant præmissa cognitione causæ, an expediat hic, & nunc dispensare, vel non. Et nituntur primò, quia id interest discriminis inter Principem supremum, & inferiores Prælatos, quia Princeps supremus potest validè in sua lege dispensare, etiam nulla præmissa cognitione causæ: secus Prælati inferiores tenentur causæ præmittere cognitionem: ex quo inferunt, talem actum non censeri tacitam dispensationem factam ab inferioribus Prælatis, sicut censetur facta à supremo Principe.

17 Secundò, quia in *c. fin. dist. 51.* punitur Episcopus, eò quia prom overit concubinarium: sed non esset puniendus, si promotio illa censeretur tacita dispensatio, & ita ducent Bartolus *l. Barbarius num. 12. ff. de offic. Prætor.* Archidiaconus in *c. licet canon. num. 2. de elect. in 6.* Innocentius in *c. veniens num. 2. de fil. Presbyt.* Mihi tamen cum aliis videtur valdè probabile, posse inferiores Prælatos dispensare, etiam nulla præmissa causæ cognitione. Ratio est, quia dispensatio, non exigit certam formam, nec verborum expressionem, cùm non solùm verbis, sed ipso facto dispensatio validè fiat: unde si concurrant potestas dispensandi in eo, qui dispensat, & voluntas, tunc dispensatio suum sortitur valorē, quia obtinet, quæ necessaria sunt, ut sit valida: siquidem oritur ab habente potestatem, & voluntatē dispensandi; tunc enim voluntas præsumitur ex ipso facto, seu ex eo, quòd Prælatus inferior dispenset, quia si non haberet voluntatem dispensandi, minimè dispensaret: & quia scit, adesse tale impedimentum scienter dispensat. Tum quia non est præsumendum, Prælatum inferiorem velle promotum ad ordines illaqueari per irregularitatem, quâ ante promotionem afficiebatur.

Cæterum quamvis Prælatus inferior absque prævia causæ cognitione validè dispenset, non tamen licitè; proinde temerè dispensat, si non præmittat cognitionem causæ, & ob id puniri potest, quamvis dispensatio non sit irrita, dummodo adsit causa dispensandi; quia etiam Princeps temerè dispensat, si sine prævia causæ cognitione id præstet: quia verò dispensatio adhuc est valida, ideo censetur uterque Princeps, & Prælatus inferior per factum illud tacitè dispensare: quia tantum valet voluntas tacita, quantum expressa in iis, quæ non exigunt verba, nec certam formam, ut validè fiant *l. quia certum ff. locat.* & *l. de quibus 32. in fin. ff. de legib.* 18

Probari etiam potest hæc sententia ex *c. 2. de Bigam.* ubi Episcopus, qui promoverat Bigamum ad Ordines, privatur potestate ordinandi: & in textu etiam assignatur ratio: ibi: *Quia in bigamis dispensare non licet*: ergo à contrario sensu, si potuisset Episcopus eum bigamis dispensare, non incurrisset talem pœnam, quia tunc ipso facto præsumeretur dispensâsse; docent hanc sententiam Bellam. in *c. veniens n. 19. de fil. Presbyt.* Lambertinus *de jure patronat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 30.* Sylvester *V. irregularitas fin.* Navarrus *in sum. c. 25. num. 74.* ubi addit in foro conscientiæ hanc sententiam veram esse, non ita in foro externo, sed Suarez *de censur. disput. 41. sect. 3.* docet, esse veram etiam in foro externo, si constiterit, Episcopum habuisse legitimam causam. 19

Adhæret etiam huic sententiæ Sayrus *thesaur. cas. tom. 1. lib. 7. c. 14. num. 21. & sequent.* ubi etiam docet procedere sive Prælatus jure communi, sive ex privilegio, vel consuetudine possit dispensare, eò quia sit semper eadem ratio, quia concurrit potestas, & voluntas præsumitur ex illo actu: facto meliùs voluntas præsumi debet, quàm verbis, cùm hæc plerùmque decipiant, sintque mendacia. Hæc sententia, ut procedat in utróque foro, debet pro foro externo probari, quòd adfuerit legitima causa dispensandi; & pro foro conscientiæ, ut constet qualitercúnque de illa, quamvis probari non possit, quia forum conscientiæ est forum veritatis, & sufficit hæc, ut tutè procedatur. Hinc ad primum fundamentum contrariæ sententiæ posset responderi, dispensationem factam ab inferiore sine cognitione causæ validam esse in foro conscientiæ, dummodo revera justa causa dispensandi adfuerit; unde Prælatus inferior in foro conscientiæ etiam licitè dispensat, si revera justa causa adsit dispensandi. Ad secundum respondetur, puniri temerariam, & indiscretam dispensationem solo facto, & absque prævia causæ cognitione factam, quia tametsi in foro interno, si justa causa subsit, dispensatio non solùm validè, sed etiam licitè procedat; in foro tamen externo, talis causa est probanda, an sufficiat, vel non; proinde sem- 20

per

per requiritur prævia causæ cognitio, quæ si omittatur, dispensatio habetur temeraria, & indiscreta, & dispensans puniri potest.

21 An verò quando Prælatus potest facilè contradicare, & sciens tacet; censeatur tunc tacitè dispensare, si videat aliquem jure, in quo potest dispensare impeditum exercere sibi interdicta, ut si Episcopus sciat, vel videat irregularem celebrare, & non contradicat, censeatur tacitè cum ipso dispensare. Duæ in hac quæstione sunt sententiæ, quarum prima censet, tunc Prælatum tacitè dispensare, eò quia illa taciturnitas sit quædam ratihabitio de præsenti. Tum quia ex eo, quòd incumbit Prælato ex officio delicta subditorum coërcere, si ea videat, & facilè contradicare possit, præsumeretur gravissimum ejus delictum, si non contradiceret; nisi tunc per tale silentium censeratur dispensare. Verùm communior sententia, cui adhærendum puto, asserit, solam patientiam, & taciturnitatem superioris videntis aliquam jure, in quo potest dispensare, impeditum, exercere sibi interdicta, non censeri dispensare cum illo, eò quia dispensare cum aliquo est idem ac agere, quia dispensatio est actio: et qui sola taciturnitas, & patientia superioris non contradicentis alicui delinquenti est potiùs pati, proinde non censetur superior per solam illam patientiam, & taciturnitatem dispensare.

22 Præterea quia dissimulatio Principis scientis, & permittentis aliquos perseverere in matrimonio irrito, non inducit dispensationem, ut docent Ostiensis super *V. dissimulare*, Felinus *c. 1. de Treug. & pace n. 11.* Romanus *consil. 307. n. 4.* Tum quia in *c. cùm jam dudum de præbend.* habetur Principis dissimulationem non inducere dispensationem. Hinc illa taciturnitas non potest dici ratihabitio de præsenti, quia ratihabitio est actio, & illa taciturnitas, seu patientia est passio. Ad secundum oppositæ sententiæ etiam respondetur, Prælatum quidem, cui ex officio incumbit delicta coërcere subditorum, non contradicendo delinquere, non tamen censeri dispensare, quia aliud est non contradicere, seu non corrigere, & aliud dispensare; illud vertitur culpæ prælato, non ita hoc: possunt enim suppetere causæ, quibus moveatur ad non dispensandum, tametsi non contradicat, unde eo ipso, quòd non contradicit, non præsumitur Prælatus dispensare.

§. V.

De forma, sub qua hodie dispensationes matrimoniales in Curia Romana expediuntur, & quomodo se Delegatus informare debeat de impedimento allegato in litteris dispensationum.

1 Certum est, moris olim fuisse, ut omnes dispensationes matrimoniales in Romana Curiæ præcedente cognitione causæ, & narratorum verificatione fuisse ut plurimùm in forma gratiosa concessas: & sicut ratior, ita etiam cautior erat illarū usus, ut notat Pyrrus Corradus à Paulo V. in collegium Officialium earundem dispensationum in ipsa Cancellaria Apostolica aliàs cooptatus, & munere rescriptorum sacræ Pœnitentiæ deputatus *l. 7. prax. dispensationum Apostolicar. c. 1. n. 1.* ubi addit, verùm quia id difficile, ac valde incommodum fuit deprehensum, optima postea ratione Sacri Canones statuerunt, ut omnes dispensationes extra ipsam Curiam locorum Ordinariis in forma commissaria, sive commissaria dirigerentur; ut nonnisi causis in precibus verificatis, & nonnisi Apostolica authoritate dispensarent.

Quòd verò Corradus dicat, sacros Canones 2 statuisse, ut omnes dispensationes extra Curiam Romanam committerentur locorum Ordinariis; id intelligitur de Concilio Tridentino *sess. 22. c. 5. de refor.* ubi statuitor, ut dispensationes, quacunque authoritate concedendæ, si extra Curiam Romanam sint committendæ, Ordinarijs locorum committantur, seu Prælatis earundem personarum, quæ dispensationes impetrâtunt: & quæ gratiosè conceduntur, suum non sortiantur effectum, nisi priùs ab iisdem tanquam delegatis Apostolicis summariè tantùm, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.

Iuxta igitur hoc decretum Tridentinæ synodi hodie ex stylo Curiæ Romanæ dispensationes matrimoniales sive petantur in Dataria, 3 sive in Pœnitentiaria, non conceduntur nisi in forma commissaria: dicitur forma commissaria, eò quia authoritas dispensandi committatur alteri, & quidem authoritate Apostolica, & sub certis conditionibus, nimirum ut priùs Ordinarij locorum summariè, & extrajudicialiter cognoscant preces expressas in supplicationa non esse subreptitias, nec obreptitias, & causae in eadem expressas veras esse, & demum ut non proprie, sed authoritate Apostolica dispensent. Hinc monet Corradus *loc. cit.* errare Commissarios, seu Ordinarios, ad quos litteræ dispensationum diriguntur, dum tantæ rei pondus non æstimantes, exposita (per oratores) qua par est diligantia, an veritate nitantur non inquirunt, Pontificem dispensâsse contenti, ut loquitur Corradus *loc. cit.* cùm tamen Pontifex revera non dispensaverit, sed tantùm demandaverit Ordinariis earundem personarum, quæ litteras impetrârunt, ut ipsi cognitis causis, & sub certis conditionibus dispensarent non propriâ, sed authoritate Apostolica: ex quo infert Corradus, quòd nisi conditiones huiusmodi purificentur, & impleantur, quicquid superstruxerint Ordinarij, corruit.

Quòd si litteræ dispensationum expediantur in Dataria, tunc juxta decretum Tridentinæ synodi authoritas dispensandi committitur Ordinario loci, in quo sunt, qui dispensationes impatrârunt: juvat tamen observare, quòd nomine Ordinarij juxta stylum hodiernum Romanæ Curiæ comprehenditur non solùm Episcopus, verùm etiam ejus Vicarius generalis, qui in aliquibus Provinciis vocatur etiam Offi- 4

cialis Episcopi, ut monet Corradus *l. 2. c. 4. n. 35.* & *lib. 7. c. 4. n. 37.* ait à Romana Cancellaria non committi has litteras Episcopo, & eius Vicario simul, immo nec etiam alternativè, hoc est cum clausula *Episcopo, vel ejus Vicario*, sed uni tantùm eorum, cuius nomen propterea exprimitur in litteris ex hodierno stylo; quod tamen intelligitur de nomine officii, non personæ, ut nimirum non tam personæ, quàm dignitati, vel tribunali videatur facta delegatio, quapropter mortuo Officiali ante expeditionem litterarum potest eius successor absque nova delegatione illas exequi, & id ad praxin deduci per totum christianum orbem testatur idem Corradus *loc. cit. n. 36.*

5 Nihilominus quia delegatio ista tota dependet ex ipso tenore Apostolici rescripti, ideò nemo potest in vim illius procedere, nisi is ad quem expressè delegatio dirigitur, quæ si inscripta sit Vicario, non potest ab Episcopo ad executionem mandari etiam si Vicarius fuerit amotus, vel etiam post à suo officio exclusus: imò notat Corradus id etiam procedere, si contingat, Vicarium promovari ad Episcopatum ejusdem Diœcesis, quia tunc cessat etiam commissio facta Vicario, & non Episcopo, quæ propterea transit in vicarium successorem: ratio est, quia commissio, seu delegatio non fit personæ, sed officio, proinde non sequitur personam, si promoveatur ad Episcopatum, vel aliam dignitatem, sed adhæret officio, & transit in successorem in tali officio. Hinc monet etiam Corradus *n. 10.* commissionem, vel delegationem factam Episcopo, vel eius Officiali supra dispensationibus matrimonialibus non transire sede vacante in capitulum, nec in Vicarium Capituli, eò quia officium Capituli non sit illud Episcopi, quamvis aliqua jurisdictio Episcopi sede vacante transeat ad capitulum: nec officium Vicarij Episcopi est officium Vicarij Capituli; & quia delegatio fit officio, cui adhæret, ideo non transit ad aliud officium, ad quod commissio non fuit directa: quapropter si litteræ dispensationis directæ Vicario Episcopi exequerentur per Vicarium Capituli sede Episcopali vacante, nullum exactio sortiretur valorem, & matrimonium initum vigore talis dispensationis forat irritum.

6 Quinimò spectato stylo, Curiæ Cancellariæ, vacante sede Episcopali, non diriguntur hæ dispensationes Vicario Capituli, quia in illo Papa non confidit; sed Episcopo viciniori, vel eius Vicario in spiritualibus generali. Rursus notat Corradus *lib. 7. c. 5. n. 25.* stylum hodiernum Curiæ Romanæ esse, ut si oratores, seu supplicantes pro dispensatione sint diversæ Diœcesis, utraque Diœcesis necessariò debet exprimi in libello, quo supplicatur Principi, & tunc diriguntur litteræ ad Ordinarium oratricis, seu fœminæ supplicantis, ut eius Ordinarius eas exequatur; adeo ut stylus Curiæ, seu Cancellariæ sit semper committere executionem talium litterarum Ordinario fœminæ supplicantis. Hæc tamen procedunt quoad commissiones dispensationum, quæ pro utroqua foro expediuntur in Dataria, vel Cancellaria: quia quæ pro foro conscientiæ tantùm expediuntur in pœnitentiaria, diriguntur commissiones Confessario Magistro in Theologia, vel Doctori in jura canonico, vel Confessario alicui ex approbatis ab Ordinario, & eligendo ab Oratore.

7 Cæterum litteræ dispensationum matrimonialium tres continent partes, quarum prima comprehendit ipsam commissionem dispensandi super impedimento, quæ dispensatio non fit authoritate propria delegati, sed authoritate Apostolica. Secunda pars continet narrativam, in qua exprimuntur, quæ ab Oratoribus, seu supplicantibus Pontifici fuerunt exposita. Tertia demum pars, quæ dispositiva dicitur, continet gratiam, quam Pontifex intendit Oratoribus facere, & etiam conditiones, quibus hujusmodi gratia fit à Commissario ad praxim deducenda. Quamobrem in prima parte harum litterarum Pontifex dicit se certam de narratis notitiam habere, & per Apostolica rescripta mandare commissario, ut deposita per se ipsum omni spe cujuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati, à quo monet Pontifex, ut debeat se omnino abstinere, & mandat eidem, ut se de præmissis diligenter informet: quòd si per informationem susceptam reperiat preces veritate niti, super quo etiam Pontifex onerat conscientiam Confessarij; tunc cum iisdem Oratoribus, seu impetrantibus litteras dispensationum matrimonialium dispenset, non propriâ, sed authoritate Apostolica.

8 Rursus declarat Pontifex, quòd si spretâ Pontificiâ monitione, Commissarius aliquid muneris, aut præmij occasione dictæ dispensationis exigat, vel oblatum præsumat temerè recipere, pœnam incurrat excommunicationis latæ sententiæ. Unde ex hac dispositione constat, authoritatē dispensandi committi sub conditione, seu obligatione inquirendi, & accipiendi informationem de veritate eorum, quæ in libello supplici Oratores exposuerunt Pontifici. Et debet hujusmodi informatio fieri per ipsum Commissarium, tam super omnibus in narrativa contentis, an vera sint, quàm circa impedimenta, imò & circa causam, & motiva dispensandi, quibus Oratores supplicârunt Pontifici; & num preces veritate nitantur; quinimo si Pontifex addat aliquid, circa quod velit, ut veritas clariùs eruatur, etiam super hoc debet expressè Commissarius inquirere, & informationem acquirere.

9 Neque hujusmodi informatio est perfunctoriè facienda, sed cum summa circumspectione, & studio, quia Pontifex in suis litteris expressè mandat Commissario, ut diligenter se informet, diligenter autem se informare non est perfunctoriè inquirere, sed diligenti studio omnia sibi commissa perquirere ad veritatem eruendam Tum quia Pontifex super hoc conscientiam etiam onerat Commissarij, qui si negligat singula diligenter perquirere reus fit culpæ: quapropter debent omnia per serium, & sedulum examen perquiri, ut testes adhibeantur,

tur, quibus fides præstetur, & simul moneantur de gravitate juramenti, in cujus violatione divina simul, & humana Majestas graviter læditur. Hinc testes priusquam testificentur, debent juramentum præstare de veritate dicenda, & negotij, de quo agitur, gravitas est itidem iisdem exponenda ex mandato Pontificis, ex quo facilè conijcitur, quam sedula discussione, & diligenti examine sit de veritate inquirendum.

10 Rursus ne Commissarius sinat se spe lucri allici, ac propterea non eâ, quâ par est, diligentiâ ad informationem procedat; vel captè informatione in formando judicio super precum veritate erret, vult Pontifex ut Commissarius, ad quem hujusmodi litteræ dispensationum matrimonialium diriguntur abstineat ab omni munere accipiendo, vel præmio etiam spontè oblato, idque sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: quinimò si dispensatio data sit *in forma pauperum* apponitur etiam pœna nullitatis absolutionis, & dispensationis, verba enim Pontificis in hujusmodi litteris sunt: *Et nihilominus absolutio, & dispensatio hujusmodi à te facienda prædicta nullius sint roboris, vel momenti:* loquitur Pontifex ad Commissarium, ad quem dirigit litteras dispensationum matrimoniliū. Ubi notandum est, hanc clausulā nullitatis apponi dispensationibus matrimonialibus, eò quia istæ cæteris habentur graviores, & in iisdem periculum magis imminet, ne Judex executor sinat se oblatis corrumpi muneribus.

11 Refert etiam Corradus *lib. 7. dispensat. Apostolicar. c. 6. num. 14.* quandam declarationem sacræ Congregationis, in qua dicitur, quòd pro dispensationibus matrimonialibus non liceat Episco, seu ejus Vicario quidquam recipere, nec ratione sigilli, vel alicujus alterius rei: quapropter decretum illud, quod solet apponi litteris dispensationum matrimonialium, ut nihil muneris, aut præmij spontè oblati accipi possit pro earundem dispensationum executione, sit ita intelligendum, ut neque Ordinarius ipse, nec ejus Vicarius quicquam pro mercede laboris suscepti in re illa accipere possint.

12 Præterea ex eo, quòd litteris dispensationum matrimonialium inferatur clausula, *ut te de præmissis diligenter informes*, injungit summus Pontifex executori, ut notat Corradus *loc. cit. num. 29.* ut super narratis nolit stare assertioni ipsorum Oratorum contrahentium, sed debeat delegatus maturè perpendere qualitatem ipsorum testium, quia ut notat Corradus *num. 3.* ut plurimum deponunt per unum, eundémque præmeditatum sermonem, & subinde præcise verba testibus suggeruntur ab ipsis sponsis, qui persæpe veritatem non produnt: quamobrem præfata clausula non apponitur ad ornatum litterarum, sed ut delegato innotescat, quanta diligentia, prudentia, & maturitate debeat in hoc negotio procedere, cum totum suæ conscientiæ committatur.

13 Cæterum licèt in hac commissione non possit Officialis alteri authoritatem dispensandi delegare, nihilominus examen testium potest alteri delegari, ut notat Corradus *loc. cit. num. 41.* ob tamen periculum errandi in hoc examine debet hoc committi alicui viro integerrimæ fidei, & probatæ vitæ. Quia verò aliquæ Diœceses sunt ita amplæ, ut ad integras Provincias se extendant, ac proinde non sit semper facilis accessus ad Officialem Episcopi, notat idem Corradus *lib. 8. dispensat. Apostolicar. c. 1. n. 19.* consuetudine introductum esse in curiis ecclesiasticis, ut committatur etiam Parocho Oratorum, ut litteras dispensationum matrimonialium exequatur; & si necessitas exiget, juramentum etiam ab ipsis Oratoribus recipiat.

Præterea debet Commissarius diligenter inquirere, an preces veritate nitantur, seu allegata ab oratoribus in supplicatione, quæ Pontifici supplicàrunt pro dispensatione obtinenda vera sint, ut exprimitur in ipsa supplicatione, & præsertim, an causa, ob quam petitur, sit secundùm veritatem expressa: ratio est, quia Commissarius ad quem diriguntur litteræ dispensationum matrimonialium, non potest procedere juxta tenorem rescripti Apostolici, nisi per prævium informationem diligenter inquisitam, & acquisitam deprehenderit, quòd preces veritate nitantur, seu omnia vera esse, quæ in supplicatione Pontifici oblata exprimuntur: hinc si super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis petatur dispensatio, diligenter inquirendum est, an gradus consanguinitatis, aut affinitatis, quo sponsi se invicem attingunt, sit veraciter expressus, ut appareat, an preces veritate nitantur: alioquin rescriptum, si vera non essent, quæ ibi narrantur, subreptitium foret: quapropter si Oratores dicentes se contingere in tertio consanguinitatis, vel affinitatis gradu deprehendantur per ipsam informationem se contingere in secundo gradu consanguinitatis, vel affinitatis; non potest Commissarius vi hujus rescripti procedere ad dispensationem, quia tunc preces non nituntur veritate, idque etiam procedit, quamvis ipsi Oratores inculpabiliter ignoraverint, se in secundo gradu esse consanguineos: quia tametsi hæc ignorantia possit Oratores excusare, ut non arguantur de malitiosa expressione, & deceptione: non tamen efficit hæc ignorantia, ut preces veritate nitantur, cùm de facto certum sit, veritate non niti, proinde hæc ignorantia non operatur, ut dispensatio facta à Pontifice in tertio gradu, valida sit in secundo; quia cùm non fuerit dispensatio petita in secundo gradu, Pontifex eam non concessit in tali gradu; proinde non possunt Oratores in tali gradu matrimonio conjungi, nisi iterum Pontifici supplicent, ut velit cum ipsis dispensare in secundo gradu. 14

Tum quia Pontifex, quò gradus est proximior stipiti, eò difficiliùs dispensat; & eò faciliùs quò est remotior, quo fit, ut difficilius dispenset in secundo, quàm in tertio, & difficiliùs in tertio, quàm in quarto gradu consanguinitatis. Est autem consanguinitas vinculum personarum ab eodem stipite descendantium contractum carnali propagatione: vel est vinculum personarum prodeuntium ab eadem stirpe, quæ 15

pro-

propterea sanguinis necessitudine, & naturæ societate junctæ sunt, qua ratione dicuntur ita sanguine juncti consanguinei, quasi de uno, seu communi sanguine nati, & propagati, eò quia quasi initium commune nascendi habuerint, propterea dicuntur prodire ab eodem stipite, & per hoc differunt consanguinei ab affinibus, quia licèt inter affines sit etiam quoddam vinculum personarum, non tamen est consanguinitas: dicitur etiam hoc vinculum contractum carnali propagatione, per quod differt à vinculo adoptionis, & alterius similis, ut est vinculum spiritualis cognationis.

16 Ex hac consanguinitatis notione claret etiam illegitimos comprehendi nomine consanguineorum, quia spectato jure naturæ etiam illegitimi spurij dicuntur procedere ex eodem sanguine, ut notat Bartolus in *l. pronuntiatio §. familia ff. de V. S.*

17 In hac autem consanguinitate distinguitur linea à gradu, quia hic est quoddam intervallum, quo cognoscitur, quæ persona sit magis stipiti proxima, ab aliis verò definitur gradus consanguinitatis, ut sit quædam distantiæ unius personæ ab alia in linea consanguinitatis; vel proximæ personæ ad personam conjunctio. Linea verò est collectio personarum descendentium ab eodem stipite, & continet gradus, ac distinguit cognationes. Stipes dicitur illa persona, à qua cæteræ, de quarum conjunctione quæritur originem trahunt. Estque hæc linea triplex, una ascendens, in qua continentur personæ, à quibus originem duximus ut pater, Avus, Proavus, Abavus, & aliæ personæ ascendentes in infinitum, quapropter dicuntur omnes homines descendere ab eodem stipite, seu à Protoparente Adamo. Alia dicitur descendens, in qua continentur personæ, quæ à nobis traxerunt originem, cujusmodi sunt filij, nepotes, pronepotes, & cæteræ descendentes itidem in infinitum. Alia linea dicitur lateralis, & eos complectitur, qui nobis ex latere juncti sunt, & à quibus originẽ non duximus, neq; ipsi è nobis, quamvis ab eadem stirpe, eodémque sanguine propagati simus, tales sunt fratres, & eorũ filij, patruus, Amitæ, & reliqui transversales.

18 Rursus hæc linea collateralis dividitur in lineam æqualem, & inæqualem, illa est, quando gradus illorum, de quorum cognatione quæritur æqualiter distant à communi stipite, ut sunt duo fratres in linea æquali, uterque enim eodem modo distat à stipite, seu à patre uno gradu: linea inæqualis est, quando una persona aliam in gradu præcedit, seu quando duæ personæ non æqualiter distant à communi stipite, ut frater, & nepos, ille enim distat à stipite, seu patre uno gradu, & filius fratris, seu nepos duobus gradibus; quapropter dicuntur esse in linea inæquali ob inæqualitatem, qua distant à stipite: hæcque æqualitas, & inæqualitas, vel maximè in dispensationibus matrimonialibus impetrandis observatur, quia licèt primus, & secundus gradus constituant æqualiter impedimentum, in aliis tamen attenditur gradus remotior, & petuntur litteræ declaratoriæ super propinquiori ex constitutione Pij V. super expressione gradus propinquioris in dispensationibus matrimonialibus.

Hæ igitur lineæ, & gradus efficiunt arbo- 19
rem, quæ dicitur consanguinitatis, & quæ inventa fuit ob causas matrimoniales, & differt ab arbore juris civilis, quia jure civili computatio attenditur, quando agitur de successionibus, & tutelis deferendis proximo consanguineo: in jure verò canonico computatio attenditur in causis matrimonialibus, quando quæritur de consanguineis, in quo gradu possint ipsi matrimonium contrahere.

Hi igitur gradus, super quibus petitur dispen- 20
satio debent exprimi in libello, quo supplicatur Pontifici pro dispensatione: alioquin rescriptum Pontificis est subreptitiè obtentum, & nihil operatur quoad validitatem matrimonij: hinc licèt impedimentum expressum gravius sit, & super eo rariùs etiam soleat dispensari, quàm super eo, quod revera subesset, sed non fuit expressum, rescriptum caret suo effectu, nec potest Commissarius procedere, si impedimentum omissum diversæ sit speciei ab expresso, nec sub hoc includetur; quamvis etiam sciretur, quòd Pontifex esset dispensaturus, si impedimentũ omissum fuisset expressum, quia non sufficit, quòd Pontifex fuisset dispensaturus, vel dedisset authoritatem dispensandi, sed requiritur, ut re ipsa dispensaverit, dederitque authoritatem dispensandi super tali speciali impedimento: hinc licèt faciliùs soleat dispensari in paritate graduũ super impedimento affinitatis, quàm consanguinitatis, nihilominus si in supplicatione pro secundo gradu affinitatis exprimeretur secundus consanguinitatis subreptitia esset dispensatio, & Commissarius non potest dispensare, quia preces veritate non nituntur, & dispensatio esset contra mentem Pontificis, & contra notorium stylum ipsius Curiæ.

Rursus est etiam subreptitia dispensatio, 21
quando Oratores exprimunt simpliciter tertium gradum consanguinitatis, vel secundum, si postea deprehendatur, tale impedimentum provenire ex duplici stipite, hoc est, quòd Oratores se contingant in gradu expresso, ratione duplicis conjunctionis: ratio est, quia tunc in effectu est duplex impedimentum, quod tamen fuit expressum, ut simplex, ut notat Corradus *loc. cit. n. 70.* ex praxi Curiæ Romanæ: & *n. 94.* ex eodem stylo asserit, quòd si per errorem expressus sit secundus gradus consanguinitatis pro tertio, non possit Commissarius procedere, idque ob stylum summi Pontificis, qui diversimodè tales dispensationes concedit, quatenus in quarto, vel tertio gradu mandat tales dispensationes expediri per officium minoris gratiæ; secus in secundo per præfecturam Brevium, & sub annulo piscatoris, adeò ut juxta qualitatem graduum præfatorum diversa officia, cum diversis officialibus fiat constitutio. Cùm igitur mens Pontificis sit, ut litteræ dispensationis non aliter, quàm per suos Officiales distinctos, & distincta collegia constituentes expediantur, sequitur, ut ex insolita consuetudine, styloque Romanæ Curiæ,

riæ,

riæ, si litteræ præter hunc stylum, & hanc consuetudinem expediantur reijciendæ sint, ut suspectæ de falso.

22 Præterea si duo adsint impedimenta, & super utroque sit petita dispensatio, non tamen conjunctim, & eodem tempore, sed diverso, & separatim, utraque est subreptitia, quia utraque dispensatio ita fuit impetrata, ac si unum tantùm impedimentum subesset, proinde neutra suum sortitur valorem, quia cùm duplex fuerit impedimentum, in neutra supplicatione preces veritate nituntur. Tum quia duo impedimenta, quando simul concurrunt, fortiùs ligant, & difficilioris sunt dissolutionis. Præterea si supplicantes Pontifici pro dispensatione in tertio gradu; postea deprehendatur, quòd Oratores sint conjuncti in secundo, & tertio, non possunt litteræ dispensationis propter proximiorem gradum non expressum de sub, vel obreptionis vitio, seu defectu intentionis notari, ut declaravit Pius V. in constitutione, quæ incipit *Sanctissimus*, & est 13. ejusdem Pontificis, ubi revocatur contraria declaratio Pij IV. Quòd si expressus esset simpliciter secundus gradus, quando se contingunt in primo, & secundo, tunc litteræ impetratæ essent subreptitiæ ex eadem constitutione Pij V. in qua etiam additur ratio, ibi: cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat, declarat enim Pius V. non esse necessariam mentionem gradus propinquioris, sed sufficere mentionem remotioris, obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiore, & ita etiam notat Covarruvias in *4. decret. 2. p. c. 6* §. 10. *n.* 11.

23 Eadem ratione, si dispensatio petatur super cognatione spirituali inquirendum est etiam, undénam hæc cognatio orta sit, ac proveniat, quia si subesset filiatio, eò quòd unus ex Oratoribus alterum de fonte levasset, & tantùm esset expressa compaternitas, tunc dispensatio haberetur subreptitia, eò quia impedimentum proveniens ex filiatione sit distinctum ab eo, quod oritur ex compaternitate, & multò difficiliùs dispensetur cùm illo, quàm cum isto, imò Corradus *lib. 8. c. 8. num.* 15. testatur Paulum V. suo tempore nunquam voluisse dispensare super impedimento filiationis spiritualis. Est cognatio spiritualis, quæ etiam compaternitas dicitur, propinquitas personarum oriens ex statuto ecclesiæ ob collationem baptismi, vel Confirmationis, vel susceptionem recipientis hæc sacramenta. Dicitur hæc cognatio orta ex statuto ecclesiæ, quia non est ex jure divino naturali, aut ex divino positivo, sed ex solo ecclesiastico, quod non sit ex jure naturali, ex eo liquet, quia hæc sacramenta baptismi, & confirmationis nullum habent in jure naturali fundamentum, sed tantùm inceperunt ex Christi institutione, quo fit, ut cognatio ex ipsis orta non sit de jure naturæ.

24 Quòd verò non sit de jure positivo divino, ex eo etiam evincitur, quia nullus in sacris litteris invenitur locus, in quo de illa mentio fiet, hinc sequitur, hoc impedimentum solùm oriri ex jure ecclesiastico, ut habetur in *c. de eo*, & *c. si quis Filiastrum 30. q. 1.* & *c. veniens de cognat. spiritual.* Ratio, cur ecclesia instituerit ex his duobus sacramentis oriri cognationem spiritualem per eorum administrationem, vel in susceptoribus, assignatur à D. Thoma in *4. dist. 42. q. 1. art. 1. in corp.* quia sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturale; ita per hæc sacramenta suscipit esse spirituale per modum cujusdam spiritualis regenerationis, & nativitatis: unde sicut in puero est duplex nativitas, prima in utero, quando in illo adhuc debilis formatur; secunda quando jam roboratus ad sustinenda aliqua vitæ adversa ex utero ad hujus lucis usuram editur: ita in homine est duplex nativitas spiritualis, quarum prior est in baptismo, cujus beneficio puer regeneratur, quasi fovendus intra ecclesiæ uterum: secunda in confirmatione, per quam jam corroboratus in lucem prodit, ut fortiter contra adversarios pugnet.

25 In his igitur sacramentis ministrans est quasi pater generans, & susceptor, seu patrinus, est quasi mater, quia nomine ecclesiæ suscipit baptizatum, & confirmatum. Quemadmodum igitur per generationem carnalem contrahitur cognatio naturalis; ita per generationem spiritualem in his sacramentis factam ecclesia instituit quandam cognationem spiritualem contrahi, ut altiùs hominum mentibus hæc nativitas imprimeretur: & quamvis hæc cognatio spiritualis sit ex solo jure ecclesiastico inducta; ac proinde non sit de jure divino, sed tantùm canonico, ita tamen ut impediat, ac dirimat matrimonium, ut liquet ex *c. 1. de cognat. spirit. in 6.* quia recipiens ab alio esse spirituale debet illi quandam reverentiam, sicut filius recipiens à patre esse materiale, debet illi debitam reverentiam, hinc baptizantibus tanta olim exhibebatur reverentia, ut contentio esset inter Christianos, à quo quispiam baptizatus fuisset, ut scribit D. Paulus 1. *Corinth.* 3.

26 Tum quia inde contrahitur quoddam amicitiæ, & familiaritatis vinculum, qua ratione oportuit, ut inter hos cognatos interdiceretur matrimonium, perinde ac inter cognatos carnales: hæcque est causa, cur Pontifices vel nunquam, vel saltem rarissimè, & ægrè dispensent super impedimento filiationis spiritualis, & Fagnanus in *c. fin. de cognat. spirit.* refert, quòd cùm sacra Congregatio existimâsset, concedendam dispensationem super filiatione spirituali; relata sententia ad Gregorium XIII. Sanctitas sua noluit dispensare; & subdit Fagnanus: & quamvis nonnunquam post tempora Gregorij XIII. dispensatum fuerit ob dotis incompetentiam cum illius sufficienti augmento: non tamen est judicandum exemplis; nec quod aliquando factum est; sed quod fieri debet, est spectandum.

27 Hinc super impedimento cognationis spiritualis Commissarius eadem diligentia, & circumspectione procedere debet in exequendis litteris Apostolicis matrimonialibus, sicut in exequenda dispensatione super impedimentis cognationis carnalis, debet enim utrinque ma-

turè examinare, & diligenter inquirere, an preces veritate nitantur, & anm in fupplicatione aliquid verum omiſſum ſit, vel aliquid falſum admiſſum, ob quod litteræ Apoſtolicæ fiat obvel ſubreptitiæ: quinimò ſi inter conſanguineos, & affines, vel etiam inter conjunctos ſpirituali cognatione copula interceſſerit, eſt etiam hæc exprimenda; alioquin ſi omittatur, diſpenſatio cenſetur ſubreptitiè impetrata, ut pluries declaravit ſacra Congregatio apud Corradum *lib. 8. Apoſtolicar. diſpenſat. c. 1.* ubi addit, id etiam procedere, quamvis prædicta copula contigerit poſt litteras diſpenſationis, ſeu mandati de diſpenſando obtentas, dummodo à delegato nondum fuerint executioni mandatæ: & tunc aſſerit eo caſu opus eſſe litteris in forma *perinde valere*, antequam delegatus procedat ad executionem primarum litterarum.

§. VI.

De cauſis, ob quas hodie ſolent in Romana curia diſpenſationes concedi ſuper impedimentis matrimonij, & de informatione ſuper earundem veritate.

1 TAmetſi diſpenſatio non debeat fieri contra bonum commune, qua ratione improbanda eſt frequens in lege diſpenſatio, eò quia via legum enervetur, quibus bonum commune conſervatur: tam quia frequens diſpenſatio, ut deciditur in Tridentino *ſeſſ. 25. c. 18. de refor.* unicuique ad legum violationem viam ſternit: nihilominus non ſemper ad juſtam diſpenſationem requiritur, ut cauſa directè, ac immediatè referatur ad bonum commune; ſed ſufficit, ſi indirectè, ac virtualiter ad illud referatur, quatenus bonum pacis redundat in bonum totius: ex eo enim, quòd diſpenſatio inferat aliquod bonum illi perſonæ, cum qua diſpenſatur; hoc bonum, quod directè, & immediatè reſpicit ipſam perſonam particularem, cui diſpenſatur, indirectè, & virtualiter refertur in bonum commune, prout bonum partis redundat in bonum totius, idque colligitur *ex c. requiritis niſi rigor* 1. q. 7. ubi cauſæ diſpenſandi tales ponuntur, ut ſolùm privatum bonum reſpiciant: imò talis eſt etiam uſus eccleſiæ diſpenſantis in impedimentis dirimentibus ob mulieris inopiam, & etiam in voto caſtitatis ob periculum incontinentiæ, quæ cauſæ bonum particulare, ac privatum directè reſpiciunt. Præterea ſtatuitur in Tridentino *ſeſſ. 24. de matrim. c. 5.* ut in ſecundo gradu nonniſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam diſpenſetur. Nomine autem magnorum Principum non intelliguntur viri principales & opulenti, ut putat Henriquez *lib. 12 de matrim. c. 3. num. 6. in comment.* quia viri opulenti non dicuntur, nec ſunt magni Principes, ſed intelliguntur Principes habentes ſupremam juriſdictionem, & qui aliis non ſubjiciuntur, quoad juriſdictionem temporalem.

2 Sunt tamen qui cenſent nomine magnorum Principum in decreto Tridentinæ Synodi intelligi ſolos Dominos Titulares, qui magni Domini appellari etiam ſolent, & huic ſententiæ favet Baldus in *c. Innotuit. n. penult. de elect.* ubi in privilegio conceſſo alicui legitimandi omnes præter natos de genere Magnatum, ait; nomine Magnatum comprehendi Nobiles, qui ſunt in aliqua Baronia, & potentatu.

Requiritur igitur ad diſpenſationem, ut hæc fiat ex juſta aliqua cauſa, idque deſumitur etiam ex ejus definitione, ſiquidem definitur diſpenſatio à Gloſſa in *c requiritis 1. q. 7. V.* & pleriſque aliis. *Ut ſit juris communis relaxatio facta cum cauſa cognitione ab eo, qui jus habet diſpenſandi* unde hæc definitio ſupponit ad validè diſpenſandum, neceſſariam eſſe cauſæ cognitionem, quamvis controvertatur, an ſine tali cognitione adhuc valida ſit diſpenſatio, quamvis non licita. 3

Certum tamen eſt, diſpenſationes non concedi niſi cum cauſæ cognitione ſummo Pontifici priùs narrandæ, unde operæ pretium eſt hìc expendere hujuſmodi cauſas neceſſarias ad diſpenſationes matrimoniales obtinendas, & in praxin receptas; quia informatio à delegato inſtituenda non tantùm verſari debet circa allegatum impedimentum, verùm etiam circa cauſam adductam in ſupplicatione pro diſpenſatione obtinenda, an quoad illam preces veritate nitantur. Ut autem exactior harum cauſarum notitia habeatur celebriores, & magis ordinarias hìc ſubjiciemus, unà cùm ſuis formulis, quibus juxta ſtylum Curiæ Romanæ hodie proponi ſolent. Narrantur hujuſmodi cauſæ præſertim à Quaranta in *ſum. Bull. V. diſpenſationes matrimoniales*, & à Pyrrho Corrado *lib. 7. diſpenſat. Apoſtolicar.* ex obſervatione ab eodem facta in Curia Romana, ubi tempore Pauli V. fuit ibi Officialis, & computatus in Cancellaria Apoſtolica. 4

Prima igitur cauſa eſt propter loci anguſtiam, & ſolet hæc cauſa exprimi ſub hac formola. *Quod cum dicta Orarrix in dicto loco propter illius anguſtiam virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat; Cupiunt:* ſin verò ſint conſanguinei in gradibus proximioribus, ut in ſecundo, vel tertio, tunc præfata formula non ſufficit ſed poſt verba nubere nequeat, addenda eſt hæc alia clauſula: *Et ſi extra dictum locum nubere cogeretur, dos, quam ipſa habet, non eſſet competens, nec ſufficiens, ut cum ea virum, cui juxta ſtatus ſui conditionem nubere poſſit, invenire valeret.* Quando igitur ob loci anguſtiam, vel nimis propagatam fœminæ cognationem in loco, quem inhabitat, non reperitur matrimonium æquale præterquam cum conſanguineis, vel affinibus, tunc habetur ſufficiens cauſa petendæ diſpenſationis: & ratio poteſt etiam aſſignari, quia valdè expedit bono communi, ut matrimonia inter pares contrahantur, ut ſuaè probat Tiraquel *lib. 1. connub. num. 1.* An verò ſit etiam ſufficiens, ſi in locis circumvicinis reperiatur matrimonium æquale, cum eadem dote, non verò in proprio, plures inter quos Navarra, & Ledeſma cenſent non eſſe tunc 5

cau-

causam sufficientem, nec eam verificari, ab quia valint, ut subintelligatur conditio, si mulier non habeat sufficientem dotam ad nubendum extra illud oppidum, quòd si dos sufficiat, tunc causa nubendi in proprio oppido est insufficiens pro dispensationa obtinenda.

6 Verior tamen sententia est, talem causam esse absolutè sufficientem, adeò ut sufficiat, si fœmina non inveniat matrimonium æquale in suo oppido, quod inhabitat, ut notat Gallego *de cognat. spirit. c. 22. num. 10.* & ratio etiam ex eo peti potest, quia durissimum esset, fœminam cogi extra proprium oppidum nubere destitutam consortio patris, & matris, & consanguineorum, & ita declaravit sacra Cardinalium Congregatio ad instantiam Archiepiscopi Mediolanensis *die* 18. *Novemb.* 1570. his verbis: *Clausula illa, quæ dispensationibus occasione dotis incompetentia apponi solet, videlicet, quia virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis invenire nequit: verificatur, & justificatur per diligentiam duntaxat præstitam in ipso loco mulieris, & non in locis circumvicinis.* Præterea ut hæc causa verificetur non est necesse, ut indagatio fiat exactissimè, seu ut vulgò dicitur à puncto crudo, an sit aliqua vir in omnibus paris conditionis, cui fœmina nubere possit, sed sufficit, ut indagatio morali modo fiat: satis siquidem est ad verificandam causam, si communiter non reperiantur in eo loco viri pares, qui non sint viri consanguinei, vel affines: unde sufficit, si major pars loci insignis, quem fœmina inhabitat, cum illa contraxerit affinitatem, vel consanguinitatem intra quartum gradum, & ratio ex eo etiam petitur: quia cum matrimonia exigant liberà initi, pluresque postulent conditiones, ut convenientia judicentur, & patria, idan expediens erat, ne fœmina ad unum tantùm, vel alterum coarctaretur conjugium. Tum quia matrimonium non dijudicatur æquale ex sola generis, & divitiarum æqualitata, sed atiam ex moribus viri, imò habenda est etiam ratio ad ætatam, ne sit valdè dispar, ut etiam quòd vir ex alio matrimonio filios non habeat, quia hæc disparitatem in matrimonio constituunt, ut etiam si vir asset ingenij asperi.

7 Secunda causa est defectus dotis, ut fœmina juxta suam conditionem nubat extraneo æquali: hæc causa hodie est magis usitata, & solet exprimi hac formula. *Quod cùm dicta oratrix dotem habeat minùs competentem, juxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit invenire nequeat, & dictus orator illam cum dicta minus competente dote uxorem ducere intendat,* ideo cupiunt dispensari super impedimento &c. Nonnunquam post verba *uxorem ducere* additur hæc alia clausula: *Illius, qui dotem usque ad quantitatem secundùm dicta oratricis qualitatem competenter augere intendat.* Dicitur autem hæc clausula sic expressa *propter dotem cum augmento:* & requiritur hoc augumentum, ut dispensatio obtineatur, in quibusdam gradibus proximioribus, ut in secundo, & tartio tantùm, quamvis hujusmodi gradus duplicentur, ac multiplicentur ex diversis stipitibus. Interdum etiam hæc clausula vocatur, *Pro indotata*, quando oratrix dicitur indotata. Dicitur etiam quòd Orator velit eam sic indotatam ducara, & usque ad quantitatem secundùm dictæ oratricis qualitatem ex integro dotare: & tunc Commissarius, cui delegatur cognitio causæ vigore litterarum, cum hac clausula expressa non potest dispensare, nisi priùs re ipsa Oratrix ex integro dotetur.

Dubitari tamen solet, an fœmina censeatur pauper, & carera dota, si nil possideat, habeat tamen parentes divites. Respondetur controversi inter Doctores, an hæc fœmina, pauper dicenda sit quoad alios juris effectus, ut ad succedendum in quarta bonorum mariti parte juxta *authent. præterea C. de vir.* nihilominus in communi loquendi modo dicitur dives, ut docet Molina *tom. 1. de just. tract. 2. disp. 149. col. 4. V. illud præterea*, proinde non verificatur de hac fœmina dotis incompetantia, quia tametsi juxta præsentem statum nil habeat proprium, obtinet tamen jus succedendi in bona parentum, imò & eos adigendi ad competentem dotem juxta eorundem facultates constituendam, imò neque incompetentia dotis verificaretur, si pater fœminæ rigidus, & avarus esset, nollétque eam ob aliam causam dotare; quia cùm mulier habeat jus succedendi, & compellendi, ut sibi competens dos constituatur, dives, & non pauper dicenda erit. 9

Quòd si fœmina careret jure succedendi, esétque in Provincia, in qua servatur jus commune, ut non sit certa legitima filiorum, sed in parentum libertata sit, cuicunque bona sua dara, solis quinque florenis relictis filiæ, diceretur hæc pauper; & carera dote competante, tametsi ejus parentes essent locupletes, & consanguinaus cui nuptura est, speraret, fore, ut parentes divites facultatas suas filiæ relinquerent: ratio est, quia spes successionis, vel donationis, vel applicationis bonorum antequam donatio, val applicatio fiat, non censetur esse sufficiens dos habentis talem spem; quia hujusmodi donatio adhuc pendet à libera alterius voluntate. 9

Hinc si facultates parentum non sufficiant ad competenter dotandam filiam, nisi ultra legitimam eidem jure debitam, ipsam cæteris filiis in bonis præferant, dicitur etiam puella pauper, & carere dote, tametsi certa esset, velle parentea eam præferra: & ratio est, quia cùm puella non habeat jus, ut cæteris præferatur, id dependet ex libera parentum voluntate, proinde puella adhuc dicenda est pauper. Hinc dicitur etiam pauper, quando frater, vel quicunque alius eam vult dotare, si nullum præcessérit pactum dotandi, vi cujus puella acquisiverit jus irrevocabile: vel si pactum intercessit, fuit tantùm conditionatum, nimirum eam dotandi, si nubat consanguineo: ratio est, quia non existente pacto, ut etiam non impleta conditione nullum jus acquiritur puellæ ad dotem, quæ propterea adhuc diceretur carere competentia dotis non obstante certitudina voluntatis fratris eam dotandi. 10

An verò sit puella pauper dicenda, ac dote carere competente, quando eo animo, & sine bonis propriis renuntiavit, ut titulo paupertatis dispensationem ad nubendum consanguineo impetraret. Respondetur id nec licitum esse, nec validam dispensationem ea fraude tacita obtentam: quia si Pontifici innotuisset, animus puellæ, quæ bonis propriis renuntiaverat, cum ipsa non dispensâsset titulo paupertatis ad nubendum consanguineo.

12 Neque obstat, licitam esse bonorum renunciationem ad eum finem factam, ut renuntians admittatur ad collegium pro solis pauperibus à Fundatore institutum: quia non est par ratio, siquidem finis renuntiantis, ut admittatur in collegium solis pauperibus destinatum, non censetur malus, sed optimus, eò quia in collegio commodiùs, ac majori studio vacetur literis, & educatio sit studiosior: & hoc pacto solet interpretari mens Testatoris, qui collegium fundavit: secus renuntiatio fit à puella eo fine, ut se eximat à lege contra mentem sacrorum Canonum, & nulla hactenus consuetudo explicuit, mentem Pontificum esse concedere dispensationem ob talem affectatam paupertatem gratia illius extorquendam. Tum quia allegatur Pontifici ea paupertas, ut legitima causa dispensationis, quæ si ut est in se innotesceret Pontifici, eum potiùs retraheret à dispensatione concedenda, ne viam fraudibus aperiret.

13 Quòd si renuntiatio ad eum finem facta non fuisset, sed ad alium quemcunq; dummodo renuntiatio vera esset, & valida absque pacto expresso, vel tacito retrodandi, tametsi speraret renuntians fore, ut is, in cujus favorem renuntiavit, restituat ex liberalitate eadem bona renuntianti, tunc dispensatio obtenta titulo paupertatis suum sortitur valorem, quis revera tunc puella est pauper, & caret dote, & nullam admisit fraudem ad dispensationem titulo paupertatis obtinendam. Neque obstat, quòd speret, fore ut sibi bona renuntiata restituantur, quia talis fiducia non constituit eam divitem, siquidem hæc restitutio dependet à libera alterius voluntate.

14 Tertia causa est extinctio magnæ litis, & solet hæc causa exprimi hac clausula. *Quod cum dicta oratrix gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat, & ne ob defectum viri, qui litem hujusmodi prosequatur, & defendat, ipsa liti hujusmodi succumbere contingat; dictúsque Orator illam in uxorem ducere, litémq; hujusmodi in se suscipere, defendere, ac propriis expensis prosequi intendat*: hæc causa petendæ dispensationis admittitur à summo Pontifice, eò quia ad utilitatem publicam pertineat, ut litea finiantur, ut notat Alexander *conf.* 190. *lib.* 3. siquidem litium extinctiones pertinent ad conservationem humanæ societatis *clement. dudum de sepult.* sicuti è converso litium introductio, criminum occasionem, & Reipublicæ detrimentum præbet, ut habetur *in l. si quis ingenuum, in civilibus ff. de capit.* Tum quia cum ex quacunque lite oriri possint odia, & pleráque mala, ideo Pontifex quærens malis omnibus obviare, cùm sit Pater spiritualis omnium fidelium, ut notat Decius *in c. at si Clerici num.* 37. *de judic.* & Abbas in *c. ult. col. penult. de purgat. canon.* admittit hanc causam pro concedenda dispensatione super impedimento dirimente.

Neque hæc causa admittitur, si exprimatur, quòd oratrix hanc litem sustineat super successione simpliciter quorundam bonorum, tunc enim supplicatio omnino reijcitur, etiam pro dispensatione super gradibus quantumcunque remotis, quia hæc causa non fuit introducta nisi eo modo, quo narratur in clausula. Tum quia modica non veniunt in consideratione, text. in *l. scio illud. ff. de in integ. restit. c. lites. de probat. l.* 1. *ff. proinde ff. de ædil. edic.* quanta verò debeant esse hæc bona, circa quæ lis vertitur, Id dijudicare dependet ex arbitrio Executoris, cui relinquuntur, quæ certa lege non sunt definita, nec certa sub regula comprehendi possunt, ut notat Parisius *de resignat. benefic. lib.* 5. *q.* 8. *n.* 132. *& sequent.* Subinde hæc causa exprimitur hac alia clausula: *Quòd cùm dicta oratrix dotem habeat litibus involutam, & dictus orator, qui ad eam prosequendam habilis existit, illam in uxorem ducere, litésque hujusmodi in se suscipere intendat &c.* 15

Ratio petitur ex eo, quia mulieri consulendum est, ut bona sua aliqua opportuna ratione valeat recuperare, præsertim cum destituta sit homine, qui ad litem illam studiosè prosequendam, se ingerat, & ejus negotium tanquam proprium velit gerere, eò quia periculum sit succumbendi in causa. Juvat tamen observare hujusmodi causas non admitti absolutè in omnibus gradibus, sed tantùm in remotioribus, ut in quarto, vel tertio, & quarto, sive ex uno, sive ex pluribus stipitibus multiplicatis: quinimò refert Corradus *lib.* 7. *dispensat. Apostolicar. c.* 2. *n.* 60. se Romæ vidisse etiam in his remotioribus gradibus cum hujusmodi causis dispensationem denegari: & addit ad inclinandam mentem Pontificis sufficere, si el vel suis Officialibus ad id deputatis suadeatur, quòd nisi dispensetur, mulier ita destituta bonorum jacturam pateretur: & tunc Executor pro verificatione hujus causæ tenetur diligenter inspicere, & ex officio indagare, an dictus orator valdè necessarius esset ratione peritiæ circa litem illam, aut alia de causa, adeò ut difficulter ei subveniretur, non inito inter ipsos matrimonio. 16

Quarta causa est pro bono pacis, & tunc exponitur per clausulam istam. *Quòd cum inter dictos oratores sive eorum parentes, consanguineos, vel affines graves lites, & controversia super rebus magni momenti orta jam sint, & ad præsens vigeant; aliunde tamen quàm ex causa matrimonij inter dictos Oratores contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exorta; cetérumque sit, quòd si Oratores sibi invicem matrimonialiter copularentur; lites & controversia hujusmodi omnino componerentur: pro illis igitur componendis, & pro bono pacis cupiunt dispensari super impedimento &c.* Hæc causa dispensatio- 17

sationis impetrandæ affinis est præcedanti : & in calce supplicationis, sicut atiam in ipsia litteris super ea expediendis semper adijcitur hæc alia clausula: *Et facta priùs litium hujusmodi utrinque cessione , seu earum compositione :* hinc constat, noo posse Exacutorem ad earundem litterarum axacutionem procedara, nisi priùs ipsa conditione edimpleta ; idque inducitur ex illo ablativo absoluto, *& facta priùs litium cessione, l. à Testatore ff. de condit. & demonst.* alioquin fieret fraus dispensationi.

18 Quinta causa est, propter inimicitias sedandas, & exponitur per hanc clausulam. *Quòd cum inter dictorum Oratorum parentes, & consanguineos, vel affines graves inimicitia orta jam sint , & de præsenti vigeant , aliunde tamen , quàm ex causa matrimonij inter eos contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exortas certúmque sit , quod si Oratores sibi invicem matrimonialiter copularentur , inimicitia hujusmodi omnino cessarent, ideo pro illis componendis, & bono pacis , cupiunt Oratores prædicti invicem matrimonialiter copulari, & rogant, ut cum ipsis dispensetur super impedimento &c.* Hæc tamen causa noo admittitur nec suffragatur Oratoribus, nisi cum effectu hujusmodi inimicitiæ allegatæ pro ipsa causa graves fuerint : quia ex levi inimicitia non præsumitur quis alium lædera, sed tantùm ex gravibus, præsertim si illæ ortæ fuarint ex attroci injuria, ut notat Bartolus in *l. 3. §. fin. ff. de adim. leg.* val ex controvarsia omnium booorum juxta Baldum in *l. parentes C. de testam.* ubi addit causam pecuniariam, sed arduam æquiparari capitali, & tunc censeri arduam, quando de universa substantia est controvarsia : & ratio est, quia pecunia tanti æstimatur ab hominibus, ut loco sanguinis habeatur *l. advocati C. de advoc. divers. judic.* Jason *in l. nec quicquam §. ubi decretum n. 2. in fin. ff. de offic. Proconf.*

19 Rursus hujusmodi inimicitiæ expositæ ab oratoribus in litteris hujus dispensationis dabent coram delegato planè , & concludenter omnino probari per testea deponentes super dictis inimicitiis, & debent testes probara earundem qualitatem in specie, adeò ut non sufficiat, si inimicitiæ proponantur in genere, nulla adjecta qualitata , nec causa inimicitiarum, ut docet Baldus in *l. si quis testibus n. 8. in fin. C. de Testib.* & Imola in *c. Raynutius de testam.* quinimò debent testea sui dicti probabilem reddere rationem, alioquio raijciuntur , ut notat Baldua in *l. solam post. num. 1. vers. item si testis producitur de test.* quia testia deponana sina ratione probabili dicitur ut pecus deponere, non ut homo, ut notat Mascardus *de probat. conclus. 900. num. 7.* uode quæ testantur testes, probari debent, quia cum sint facti non præsumuntur *§ si quis verò authent. de testib.* Quæ verò censendæ siot hujusmodi inimicitiæ graves arbitrio remittitur Judicis, qui ex circumstantiis, & qualitate personarum, ac inimicitiarum æstimabit, an illæ talas sint, quales asseruntur, ut notat Julius Clarus *in pract. crimin. lib. 5. §. fin. v. sed quid si secuta fuerit reconciliatio.* Conducit enim bono publico pax civium, proinde D. Thomas 2. 2. *q. 63. art. 2. ad. 2.* docet, has dispensationes matrimonialea potissimum concedi ad inimicitiaa sadandas.

Reducitur etiam ad hanc causam avitatio scandalorum intar cognatos, quia causa scandali vitandi receditur à dispositione juris communis *c. 2. de nov. oper. nunciat.* quia plurimi intarest scandala vitari, ut notat Hostiensis *c. Quia circa fin. de consang.* & ibi Joannes Andreas *n. 4.* & alij asserentea, hanc justam esse dispensandi causam, etiam ante matrimonij contractum, imò Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 13.* addit scandalum, quod ex dissolutiona matrimonij jam contracti sequeretur sufficientem esse causam hujus dispensationis : sunt verò hæc scandala, quando timentur inimicitiæ, & jurgia, vel etiam quoties timetur periculum fornicationis, ut notat Menochina *cons. 385. n. 7. vol. 4.* imò ad sufficientem probationem hujus causæ sufficit probabilis timor inimicitiarum inter utriusqua contrahentis consanguineos; ut atiam probabilis timor incontinentiæ in contrahentibus, eò quia juvanes sint, ut etiam quando mulier ratione infamiæ non potest competenter nubere, ac proinda patitur periculum incontinautiæ. 20

Hinc est etiam justa dispensandi causa, quando dispensatio petitur, ut remedium nacassarium ad obviandum alicui magno delicto, ut docet D. Thomas 1. 2. *q. 97. art. 4. in corp.* ubi assignat rationem dispensandi, quod præceptum non sit convaniens huic personæ *l. in hoc casu.* ao quia impediret aliquod melius, val induceretur aliquod pejus, ut docet Gallego *de cognat. spirit. c. 22. n. 7.* 21

Sexta causa est pro confirmatione pacis, & axponitur per hanc clausulam. *Quòd cum inter dictam Oratricem , & oratorem ipsum, nec non eorum parentes consanguineos , vel affines graves inimicitiæ viguerint aliunde exortæ quam ex causa matrimonij, & quamvis pax inter ipsos de recenti inita fuerit ; nihilominùs pro illius confirmatione cupiunt matrimonio copulari, ac dispensari super impedimento, &c.* Affinis ast etiam hæc causa præcedanti, quæ arat ad sedandas inimicitias, pacémqua confirmandam, & ambæ causæ passim admittuntur in remotioribus gradibus, quia pro bono publico conducit, ut pax inter civas conservetur; pro enim consarvanda ipsa pace, & concordia, quæ aliàs servari oon posset, plura conceduntur, quæ non concederantur *c. is qui pro bono pacis de major. & obed.* 22

Tum quia tempore pacis melius colitur authore pacis *Clement. super cathedram de sepult. c. 2. de despon. impub.* ubi dicitur, quod pro confirmatione pacis toleratur contractus matrimonij intar impuberes, unde pro bono pacis inducendæ juris præcepta relaxantur *c. nihil de præscript. c. ex injuncto de nov. oper. nuntiat.* Ratio verò, cur pro confirmatione pacis dispensetur super impedimento matrimonij contrahendi est, quia, quando pax non est firmata, non videtur prorsus sublatus effectus præca- 23

den-

dentium inimicitiarum, ut docet Innocentius in *c. cum oporteat. n. 6. de accus.* quem omnes sequuntur, siquidem inter partes adhoc præsumitur odium, & desiderium nocendi, & propter pacem de recenti initam remanent partes adhuc suspectæ, adeò ut repellantur etiam à testimonio ferendo, ut notant Julius Clarus in *specul. aur. p. 4. tit. & quandóque appellatur. n. 64.* Tiraquell. *tractat. cessante causa p. 2. limit. 6. n. 7.* & Mascardus *de probat. conclus. 857. vol. 2.* refert casum, quem in proposito ipsi contigit, cùm esset Neapoli Vicarius Generalis pijssimæ memoriæ V. Pauli Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Arezzo ex Sacra Congregatione Theatinorum, & tunc Archi-Episcopi Neapolitani.

24 Septima causa est conservatio divitiarum, & bonorum in eadem cognatione, ne scilicet bona temporalia dotis causâ distrahantur ad aliam cognationis familiam, quando hujusmodi bona sunt amplissima, & tunc exponitur hæc causa per clausulam hanc, *Quòd cùm prædicta oratrix unica N. Primogeniti, & indubitati successoris Domini in temporalibus status N. Panormitana Diœcesis nata existat; & tam ipsa, quàm Orator, qui supradicta N. frater germanus existit, statum hujusmodi post ejusdem obitum ad se jure spectare prætendant. Præterea si Oratrix alij, quàm oratori nuberet graves lites inter eosdem Oratores cum maximo utriusque partis dispendio orirentur; ad obviandum hujusmodi litibus, & pro bono pacis, & ut status hujusmodi, ac eorum bona ad alienam familiam transeant, cupiunt Oratores prædicti, qui de vero nobili genere procreati existunt invicem matrimonialiter copulari, ac proinde humiliter petunt dispensari super impedimento, &c.* Ratio hujusmodi causæ admittendæ est, quia plurimum ad bonum commune conducit, si familiæ locupletes, ac integræ conserventur *l. 3. §. denuntiare V. publicè ff. de ventre inspiciend.* siquidem tali reservatione abundat respublica viris nobilibus, atque locupletibus, qui commodiùs eidem inserviunt: & ob hanc rationem justæ redduntur majoratuum institutiones, ut notat Gallego *de cognat. spirit. c. 22. n. 11. & sequent.* Hæc tamen causa, non sine maximo favore admittitur in secundo gradu, & tunc ratio cur Pontifex moveatur ad dispensandum, est, quia expedit conservari statum, & bona in tali cognatione; ne causâ dotis distrahantur in aliam familiam: & tunc tantò faciliùs bona conservantur in ipsa familia, quantò majores sunt facultates, ut notat Tiraquel. *de nobil. c. 25.* decidit Rota Romana *decis. 141. n. 2. p. 1. divers.* tum quia familiæ divitijs destitutæ forduscunt, sicut è converso per divitias eorundem honor servatur Paria. *consl. 11. n. 19. vol. 3.* Tum quia si familia prænobilis divitijs affluat, difficulter sentit infortunium, quia pecunia dicitur fidejussor futuræ necessitatis, ut notat Glossa *in l. 2. C. de constit. pecun.*

25 Octava est illustris familiæ conservatio in eodem sanguine, & exponitur hæc causa per hanc clausulam, *Quòd cùm ipsi Oratores de illustri familia scilicet N. existant, & valde expedit pro illius conservatione, ut oratrix nubat oratori, ideo ambo humiliter supplicant Pontifici, ut velit cum ijsdem dispensare super impedimentis, &c.* Potest etiam hujusmodi narrativa alio modo concipi juxta contingentiam facti: & causa admittitur etiam in casu propinquiori, ut in secundo, aut primo, & secundo sive ex simplicibus, sive ex pluribus stipitibus duplicatis, non tamen semper, sed quando causæ ipsæ rationabiles Summo Pontifici, vel ejus Datario visæ fuerint, & non nisi ex singulari favore, prout facti qualitas suadet, ut notat Pyrrhus Corradus *in prax. dispensat. Apostolicar. lib. 7. n. 107.* & ratio ex eo deducitur, quia ad pietatem non minus, quàm ad publicum bonum pertinet conservari illustres familias, & ob hanc causam Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 3. n. 9.* refert Gregorium XIII. anno 1575. dispensâsse cum D. Luisa Comitissa Sanctæ Gadeæ, ut nuberet patruo, cui priùs ejus soror nupserat: & hoc videtur valde rationi consonum, quia homines nobiles, & cæteria illustriores plurimum sunt soliciti, ne Principalis eorum domus extra suam familiam alienetur, ut notat Tiraquel *de nobilit. c. 37. n. 23.* huc pertinet illud Jerem. *5. hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos.*

Nona est excellentia meritorum, sive petentis dispensationem, sive illius cui petitur, ut si strenuè se gessit in militia contra infideles, vel alicui ministerio conferenti ad bonum commune vacaverit, exprimitur autem hæc causa per hanc clausulam. *Quòd ipse Orator olim præfectus maritimæ classis, spatio quindecem annorum in pluribus bellis contra fidei catholicæ hostes dimicando inservivit, in quibus plura etiam vulnera suscepit, humiliter supplicat Pontifici, ut secum velit dispensare super impedimento, &c.* 26
Id etiam procedit, si alij ministerio ad commune bonum opus contulerit, quia expedit, hæc & similia à Summo Pontifice remunerari, ut homines inde alliciantur ad similia fortiter agenda in favorem catholicæ fidei textu in *c. tali conjunct. 1. q. 7.* ibi: nisi fortè eos, aut maxima ecclesiæ utilitas, vel necessitas postulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet. Ob hanc causam præsertim conceditur dispensatio, si Orator strenuè se gesserit in militia contra infideles.

Quinimò hujus dispensationis Executor potest procedere ad effectum dispensationis, etiam sine prævia causæ cognitione, licèt præfata merita deprehensa nondum fuerint vera, sicut narrantur; quia impetrans non debet probare merita, quia quando donatio fit ab eo, qui potest liberè donare abaque præcedentibus meritis, tunc verba, quæ mentionem faciunt de meritis, inducunt probationes text. in *l. Aquilius ff. de donat.* hinc in quibuacunque gratijs præsertim dispensationum, in quarum exordio apponuntur verba: *vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita* non est necesse, verificentur coram dicto Executore, quis non scribitur in supradi- 27

ctis

ctia gratijs conditionaliter, ut notat Innocentius in *c. fin. de præsumpt. in princ.* unde hæc verba solent apponi tantùm de stylo Cancellariæ Apostolicæ, quapropter verba, quæ in exordija dictarum gratiarum apponuntur, dicuntur impulsiva, non verò causa finalis, ut notat Glossa *in l. 2. in fin. ff. de donat.* undè licèt cesset talie causa impulsiva, non tamen cessat ipsa gratia, vel mandatum *c. cum cessante de appell.* & notat Rebuffus in *forma mandati Apostolici in v. morum honestas.* ubi subdit, quòd tametsi adversarius contrarium probaret, non minus ei esset providendum; eò quia hæc verba soleant de consuetudine apponi, & potiùs ex stylo, & ad ornatum, quàm ad veritatem, ut notat Corradus in *prax. dispens. Apostol. lib. 7. n. 11.*

28 Nihilominus cum ipso Corrado dicendum est, contrariam sententiam esse veriorem, quia licèt merita non debeant probari, quia tamen præsena gratia est absolutè fundata in meritis Oratoris, debent hæc necessariò probari; idque colligitur ex pluribus clausulis, quæ apponi consueverunt in hujusmodi dispensationibus, *ut si preces veritate niti repereris: super quo tuam conscientiam oneramus.* Rursus *tuæ discretioni, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus*, harum enim clausularum, & similium vigore, merita tunc allegata inducunt conditionem, quæ debet purificari, seu impleri, proinde debent & merita probari *Clement. 1. de offic. deleg.* & docet Felinus in *c. de præsumpt.*

29 Decima est proles habita ex consanguinea, quando bona fide suscepta fuit, quia nisi bona fides præcessisset, cùm crimen sit incestus, non posset ex æquitate Principem movere ad dispensandum, & tunc causa exprimitur per clausulam. *Quòd cum dicta Oratrix impedimenti ignara bona fide contraxerit, & prolem conceperit, humiliter supplicat Pontifici, ut velit Oratoribus super impedimento consanguinitatis dispensare.* Hæc causa præsertim admittitur post initum bona fide matrimonium cum impedimento dirimente, & susceptam prolem. Hinc conciliantur textus in *c. qui circa de consang.* ubi proles suscepta tanquam causa legitima assignatur: & text. in *c. cùm haberet de eo, qui duxit in matrim.* ubi dicitur, quod multiplicitas prolis sit potiùs causa retrahendi à concessione dispensationis, ibi: *Cùm multiplicitas prolis ita suscepta magis eorum crimen exaggeret.* Siquidem prior textus loquitur de prole bona fide suscepta, & posterior de prole suscepta mala fide: & ratio desumitur ex eo, quòd in textu dicitur crimen esse gravius, quod non esset verum, nisi proles mala fide habita fuisset, ut docet Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 13.* & Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 3. n. 9.* ubi ait, sufficere, si proles bona fide alterius conjugis suscepta sit, quatenus putavit, se matrimonium legitimum contraxisse, quia cùm tunc proles sit legitima *c. ex tenore qui filij sint legit.* ad bonam illius educationem valdè confert, matrimonium illud instaurari.

30 Undecima est pro Oratrice filijs gravata, & exponitur per hanc clausulam. *Quòd cum dicta Oratrix vidua sit, & quinque gravata filijs ex alio viro procreatis, & dictus Orator illam in uxorem ducere, dictósque ejus filios alere, & gubernare intendat, cupiunt matrimonio copulari, & humiliter supplicant Pontifici pro dispensatione super impedimento, &c.* Quamvis hæc causa non semper admittatur, solet tamen Pontifex nonnunquam moveri ad dispensandum, ex eo quia Orator magnum pondus sibi assumat ducendo viduam cum obligatione alendi, & gubernandi ejus filios procreatos ex alio viro. Tum quia satis vulgare est, quòd si mulier superstes sit primo marito, si iterum nubat superstes quoque futura sit alteri; sicut è contra dicitur de viro, qui ut refert Boer *decis. 186. n. 4.* postquam vigesimam sepelivisset uxorem, aliam duxit uxorem, quæ viginti etiam ipsa habuerat maritos; & extremo sibi (ut quisque cupiebat) matrimonio copulato, summa omnium expectatione virorum pariter ac fœminarum, post plures disceptationes, quis alium priùs sepulturæ deferrat, vicit maritus, & virorum plausu exceptus fuit, quòd mulieris multinubæ feretrum præcederet ex D. Hieronymo in *3. p. epist. tract. 6. epist. 26. litt. F.*

Duodecima est pro oratrice excedente 31
annum ætatis vigesimum quartum, & exprimitur hæc causa per hanc clausulam. *Quòd dicta Oratrix 24. annum, & ultra suæ ætatis agens hactenus virum paris conditionis, cui nubere possit, non invenit, cupiunt Oratores simul matrimonio copulari, & similiter humiliter supplicant Papæ pro dispensatione super impedimento matrimonij, &c.* Hæc causa passim admittitur pro obtinenda dispensatione, in quibuscunque gradibus, ut notat Pyrrhus Corradus in *prax. dispens. Apostol. l. 7. n. 82* ubi etiam addit, solam non sufficere super aliquo ex proximioribus, ut supra secundo, seu primo, & secundo: cæterum eò faciliùs admittitur, quò majus tempus effluxerit ab ætate oratricis ad contrahendum matrimonium, seu ab anno ætatis duodecimo *c. continebatur de despon. impub.*

Hinc quamvis puella patre inconsulto non 32
possit in matrimonium collocari ex juris gentium constitutione, si tamen pater distulerit eam collocare usque ad 25. annum potest tunc etiam inconsulto patre viro nubere, *authent. ut cum §. causas v. si verò de appell.* ibi: *si verò usque ad 25. annum ætatis pervenerit filia, & parentes distulerint eam matrimonio copulare, & forsitan contigerit, eam ex hoc in suum corpus peccare, aut sine consensu ipsorum parentum marito se liberè tamen conjungere, &c. quia non sua culpa, sed parentum potiùs id commisisse cognoscitur.* Notat tamen Corradus, hanc causam pro Oratrice 24. annorum non admitti in muliere vidua cupiente ad secundas nuptias transire, & ponderat illam dictionem *hactenus*, quæ tametsi de sui natura designet tempus præteritum, ut notat Cardinalis Tuschus *litt. D. conclus. 283.* quia tamen in textu ponitur negativè, & exclusivè, ut denotant illa verba *non invenit*,

venit,

venit, excludit illud tempus usque ad diem illum, ut etiam notat Decianus *conf. 44.* proinde verba non verificantur de ea, quæ habuit alium virum, seu de vidua, tum quia jura promptiùs, & faciliùs favent mulieribus nondum nuptis, adeò ut legatum factum filiabus matrimonio collocandis intelligatur tantùm de ijs, quæ nondum virum habuerunt, non verò de alijs volentibus transire ad secundas nuptias, quinimò contra istas plures emanârunt leges, & constitutiones ut *in c. famina*, *l. generaliter*, *l. si quis prioris*. §. *in illo*.

34 Tertia decima est pro Germania superiori, & exprimitur hac clausula, *Quòd cum oratores prædicti noverint, se fidei ortodoxa cultores, ac Deo dante sub obedientia Sancta Romana ecclesia vivere, & mori intendant: & in illis partibus non satis tutum sit, cum quibusvis personis matrimonium contrahere, ipsique Oratores pari religione existant, cupiántque matrimonio copulari, humiliter supplicant Pontifici, quatenus velit dispensare super impedimento matrimonij &c.* Solet Pontifex hanc causam in partibus præsertim, ubi hæresis grassatur admittere, & movetur Papa ad dispensandum, ut matrimonium inter pares religione contrahatur: & ratio ex eo etiam petitur, quia finis matrimonij non est sola prolis generatio, sed etiam illius educatio, cùm enim debeat proles apud utrúmque parentem educari, si parentes essent religione dispares, non posset proles rectà educatione institui, quia utérque parens niteretur eam trahere ad suam religionem.

35 Decima quarta est speciatim pro Belgis, & exprimitur hac clausula. *Quòd cùm dicti Oratores ortodoxa fidei cultores existant, & Deo dante sub obedientia sanctæ Romana ecclesia vivere, & mori intendant; & in illis partibus, in quibus multi sunt haretici, non possint singulorum animos explorare, nec qui religionem catholicam verè profitentur internoscere, ac propterea ne contingat, eos cum hæreticis matrimonium contrahere humiliter supplicant Romano Pontifici, quatenus velit cum iisdem dispensare super impedimento matrimonij.* Hæc causa cum præcedente in unum tendit, quia in utraque movetur Papa ad dispensandum, ut matrimonium inter pares religione contrahatur.

36 Cæterum id commune est omnibus prædictis causis, ut pro earum verificatione, vera sint, quæ narrantur tempore executionis, quo delegatus, seu Vicarius, vel Officialis authoritate Apostolica ad dispensationem vigore rescripti Apostolici procedit: & nisi eo tempore subsit veritas causæ, quamvis subfuerit tempore supplicationis, vel confecti rescripti, tunc Commissarius non potest dispensare authoritate Apostolica, si deprehendat tempore executionis causæ veritatem non subesse, nec preces veritate niti, ut fusè probat Garzia *de benefic. p. 6. c. 2. num. 284.* plurimum tamen referr ad intelligentiam harum clausularum scire, quomodo Romana Curia has formulas intelligat, & quid pro earum verificatione soleat requirere.

Quòd si de praxi Romanæ Curiæ certò non constet, standum tunc est proprietati verborum, quibus formulæ sunt conceptæ: hinc monet Corradus non esse eligendum in Vicarium, seu Officialem Episcopi, cui rescripta dispensationum solent dirigi, qui saltem non mediocrem rescriptorum illorum notitiam habeat, vimque, ac efficaciam clausularum noverit. In dubiis tamen consultiùs semper est pro executione harum litterarum eos consulere, qui praxin Romanæ Curiæ norunt.

Cæterum quando causæ aliquæ ex se seorsim non sufficiunt, si plures simul aggregentur, majorem obtinent efficaciam ad movendum Pontificem, ut velit dispensare; singula enim quæ non possunt, simul collecta juvant *l. rationes l. instrumenta l. non nudis C. de probat.* & notat Gallego *de cognit. spirit. c. 24. num. 8.* unde proderit ad dispensationem faciliùs obtinendam, eámque justam reddendam, quando aliæ causæ non inveniuntur sufficientes, plures simul allegare. Proderit etiam in defectu aliarum causarum ad dispensationem faciliùs obtinendam allegare orbitatem fœminæ à parentibus, vel saltem à patre, quia id sufficit, ut dicatur Orphana, ut etiam si ipsa, vel vir filios habeat ex alio matrimonio: siquidem plurimum prodest filiis, si Vitricus, vel Noverca sint eorum consanguinei, quia tunc non se gerunt instar Vitrici, & Novercæ erga illos, sed quatenus sunt eorum consanguinei. 37

Sunt aliæ justæ causæ, quæ tamen omnes redocuntur ad duo genera: siquidem aliæ sunt causæ intrinsecæ, quæ fundantur in aliqua oppositione ad ipsam observantiam legis, reddúntque illam vel difficilem, vel onerosam, aut moraliter impossibilem, talis est debilitas corporis, quæ reddit jejunii observantiam gravem, & difficilem, abstinentia à carnibus die veneris, & sabbathi in eo, qui alios cibos ad comedendum non habet. Priori modo lex dicitur cessare negativè, quia licèt possit ejus non observantia hominem excusare, non tamen ejus observantia redditur iniqua, cùm adhuc licitè possit imò, & sæpe debeat servari, donec superioris accedat dispensatio; juxta verò posteriorem modum lex dicitur cessare à contrario, quia ejus observantia redditur illicita, & contraria fini, & intentioni legis ad cujus obligationem tollendam non est necessaria superioris dispensatio, sed sufficit epickeja, seu interpretatio legis. Aliæ sunt causæ extrinsecæ, quæ desumuntur ex variis circumstantiis tum personæ, cum qua dispensatur, ut ex ejus necessitate, utilitate, virtute, nobilitate. 38

Hinc Tridentina Synodus *sess. 25. c. 18. de refor.* monet, in dispensationibus concedendis delectum esse habendum personarum: tum personæ dispensantis ad ostendendam suam erga subditos clementiam, & liberalitatem. Quævis autem ex recensitis causis sufficiens est ad licitam, & justam reddendam dispensationem, quinimò aliquando causæ sunt tales, ut iisdem debita sit dispensatio, quæ propterea in jure bipartitur in gratiosam, seu gratuitam, & debi- 39

tam

tam *c. quanto à nobis 2. q. 4.* obi fit mentio da dispansatione debita *c. Apostolica de cleric. excommun. c. licet de elect. in 6.* ubi dispensstio vocatur grstia. Potest igitur dispensstio esse debits, vel ex præcepto, si ad eam concedeudem lex, vel superior utatur verbis præceptivis: secus eutem est, si tantùm utatur verbis permissivis: vel ex justitia, si ills necesseria censeatur ad publicum Reipublicæ bonum, vel privatsm utilitstem spiritualem subditi petentis: vel ex misericordis, & charitste, quæ imminente periculo damni spiritualis, vel etiem temporslis, obligst superiorem sd dispensendum. Dispensatio gretiosa est, quæ tametsi sliqusm justam causam hsbeat, non tamen potis est superiorem adigere ad eam concedeudsm, eo quia talis dispensatio non censeetur necessaris ad vitandum aliquod notabile damnum spiritnale, vel temporele subditi.

40 Ad dignoscendum verò qusndo dispensstio sit debita, & quando grstiosa, qustuor assignsntur casus, in quibus dicitur debite; & extrs eosdem gretiose. Primus est quando jus disponit, sc præcipit, ut existente tsli csusa dispensstio concedatur, vel debeat Prælerus dispensare; tunc dispensetio dicitur debite: secus qusndo jus solùm concedit, seu permittit, ut possit dispensari, non est tunc dispensetio debita. Rorsus potest esse debita dispensatio per præceptum ab homine, ut qusndo Pontifex remittit csusas dispensandi Ordinsriis, vel discreto Confessario, quibus injuugit, ut dispensent, si deprehenderint preces veritate niti, tunc enim purificata conditione, seu si preces veritate nitantur, dispensatio est debita per præceptum ab homine. Secundus casus est, quando dispensatio videtur necessaria ad commune bonum, vel ed vitendum publicum scandelum, vel quid simile *can. cùm constitueretur dist* 50. obi Glossa. Tertius si necesserie sit sd spirituale bonum postulantis, vel ad vitandum greve periculum animæ: ratio est, quia Prælerus ex officio tenetur in his cesibus providere saluti subditi. Quartus si subditus urgentem hebeat necessitatem illius dispensationis ad vitandom aliquod grsve dsmnum iu persons, vel aliis rebus temporalibus, & sine dispendio potest illi concedi, quia tunc Prælstus tenetur sltem ex charitate eam dispensationem concedere.

41 An verò Commissarius, seu dalegatus, cui committitur facultas dispensandi tenestur dispensare, si sdsit causa sufficiens, videtur procedendum cum distinctione, ut notat Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 4. c. 54. num. 12.* vel enim delegstus habet privilegiom dispensandi in sui favorem concessum, vel in favorem slterius. Si hebest privilegium in sui fevorem, non videtur teneri concedere dispensationem postulanti: ratio est, qois nemo tenetor suo privilegio oti; qoo pecto excusantur regulares nolentes dispensationem votorum concedere pœnitentibus, quia regulsres non compelluntur uti suo privilegio: vel privilegium concessum est in fevorem pœnitentis, & tunc tenetur Confessarius dispensare, quia pœnitens, tunc petit jus ex privilegio sibi concessum, & id procedit postquem Confessarius acceptsvit electionem de se factsm è pœnitente: quia antequam Confessarius sccepter electionem sui ad dispensationem concedeudem, non teuetur dispensationem concedere petenti, qois privilegium non est sd compelleudum Confessetium, sed ed concedendam facultatem dispensndi Confessario non renuenti.

An cause dispenstionis, si dubia sit, adhuc sufficiat ed dispensandum? Respondetur, quòd si dubium sit practicum, & negstivum, non sufficiet: rstio est, quis dispensans in cause dubia debet prsćticè judicsre licitum sibi esse in tali casu dispensare: alioquin peccaret dispensando in dubijs, quis se exponeret periculo dispensndi sine juste csusa: eum enim dubitet negstivè, non habet, onde practicè judicet licitum sibi esse in tali casu dispensare; quia dubium negstivum est, cùm nolle suppetit probebilis ratio positive dictens licitum esse hic, & nunc dispensare, & sine probebili ratione non dicimur rectè, nec probsbiliter bene operari. Sin verò dubium sit positivum, tunc dispensetio est licits; quis superior dispensat ex cause verè probabili, si revers sit probebilis, quia tunc omnes concedunt in causa probabili justs posse licitè superiorem dispensare, quia prævalet certe utilitas tum spiritualis quietis superioris dispensantis, tum temporsle bonum illius, cui dispensatur. 42

§. VII.

An Pontifex possit dispensare, ut sacris Ordinibus initiati matrimonium contrahant, & quæ justa causa requirantur ad dispensandum in votis castitatis, & religionis matrimonium impedientibus.

CErtum est, Clericos sacris initiatos Ordiuibus teneri continentiam, seu castitatem servare, adeò ut continentia sit sacris annexa Ordinibos; quapropter eo ipso, quòd Clericus promovetur ad sacros Ordines, virtualiter vovet castitatem servsre; undè dubitatur, an Pontifex possit dispensare cum Clerico sacris ordinibus initisto, ut possit matrimonium contrshere. Plures censent, Pontificem non posse dispensare, eò quia votum castiteris de jure divino, seu ex institutione Christi Domini sit annexum sacris Ordinibus, seu msjoribus incipiendo à Subdiaconatu, adeo ut semel qoòd Clericus liberè vult promoveri ad sacrum ordinem, velit etiam se obligare ad servandam continentism; & ita censent Franciscue Turrianus *lib. 2. de dogmat. Verbi DEI Characteribus.* Jodochus Clictovæus *lib. de continentia sacerdot.* c. 4. Michaël Medina *lib. 1. de sacr. homin. contin. c. 99. & 100.* & alij, qui volunt jure divino interdici tantùm, ne clerici post susceptum majorem ordinem sacrum matrimonium contrahant, vel ne possint uti matrimonio, si post illud sacros ordines suscipiant. 43

2 Communis tamen, & vere sententie asserit, posse Pontificem dispensare, ut Clerici secris ordinibus initieti matrimonium contrahant: retio petitur ex eo, quia nullum habetur jus divinum prohibens matrimonium, vel ejus usum Clericis ordinetis in sacris, adeò ut non sit illis de jure divino perpetua continentia servande, quamvis id sit juri divino, vel maximè consentaneum, ut docet D. Thomas *2. 2. q.* 88. *art. 1.* quod nullum adsit jus divinum præcipiens hanc continentiem, ex eo colligitur, quia in novo testamento nullibi tale jus habetur.

3 Nec Christus injunxit suis Apostolis hanc continentiam sub præcepto, sed tantùm eam illis permisit. Neque D. Paulus in suis epistolis significavit præceptum aliquod præsertim à Christo Domino datum, quo prohiberentur Episcopi matrimonium inire. Neque ex traditione hoc jus divinum inserri potest; quia tametsi sit traditio, quòd à temporibus Apostolorum clerici saeris initiati Ordinibus continentiem servaverint, non temen inde infertur, id esse de jure divino, seu ex Christi institutione, quia præcepta Apostolica humana sunt non divina, quapropter scripsit D Paulus *7. ad Corinth. 1. præcipio ego non Dominus*, unde ex traditione Apostolice non colligitur præceptum divinum, nisi eliundè ex materia, vel ex alijs indicijs innotescet.

4 Idque ex eo firmatur, quia in Concilio Ancyrano *c. 10.* hebetur, Diaconos in sue ordinatione fuisse protestatos, ac dixisse, velle se uxores habere, & non posse se continere: & dicitur etiam, quòd si ad nuptias venerint, meneant in ministerio, eò quia Episcopus eis licentiam dederit. Omnes eutem tacuerunt, & susceperunt manûs impositionem, professi continentiam, quòd si postea ad nuptias venerint è ministerio cessare debere concluserunt. Ex quo Concilio saltem colligitur, continentiam non esse jure divino annexam sacris ordinibus: quia non est probabile, Concilium Ancyranum Apostolorum temporibus coactum in re tam gravi errâsse, præsertim cum nullo Pontificis decreto talis error fuerit in illo Concilio notatus, qui tamen præteriri non debuisset, cùm sit ecclesiæ maximè noxius.

5 Continentia igitur nonnisi jure ecclesiastico sacris est annexe ordinibus, quia cum hæc institutio non sit de jure naturæ, nec divino, ut ostensum est, non potest oriri nisi ab ipsa ecclesia, cùm enim hæc institutio sit veldè honesta, & conveniens statui ecclesiastico rectè ecclesia eam instituit, imò id expressè treditur ab Innocentio II. *in c. 49. ut lex 21. q. 1.* ubi cùm statuisset, quòd si Episcopi, vel alij in secris Ordinibus constituti, uxores ducent, debeant statim separari, & pro tantis excessibus agere continuam pænitentiem, & postea adferens rationem subdit, prædictam copulationem esse contractam contra regulem ecclesiasticam.

6 Rursus Concilium Tridentinum *sess. 24. can. 9.* etiam refert in solum jus ecclesiastieum continentiam sacris annexam ordinibus; sed eo ipso quòd hujusmodi continentie est de jure tantùm ecclesiastieo secris ennexa ordinibus, potest Pontifex ex magne aliqua, & justa causa dispensare, ut Subdiaconus, vel etiam Dieconus matrimonium contrahet, quia Pontifex potest dispensare in ijs, quæ steiute sunt à jure ecclesiastico positivo: potest enim Pontifex dispensere in toto jure canonico, quia ipse est legisletor, qui sicut potest legem condere, ita etiem ex justa ceusa potest in lege dispensere. Neque obstat, legem cælibatûs fuisse conditam à suis prædecessoribus, quia Pontifex est æqualis suis antecessoribus, & eiusdem authoritatis, & est major Concilio sumpto sine Pontifiee; nec Coneilium potest legem condere, quâ Papæ conserat potestatem dispensendi validè in eadem lege: nec potest Concilium definire, non posse Pepam super lege à Coneilio condita dispensare, ut notant Covarruvias *p. 4. c. 6. §. 9. n. 6.* Panormitanus *in c. significâsti de elect. & alij.*

Immo addit Corduba *lib. 8 q. 8. & 9.* etiam eos, qui dixerunt Coneilium esse supra Papam, non fuisse eusos negere, posse Pepam in legibus Concilij dispensare; quie cùm Coneilia non semper hebeantur, expediens eret ad bonum ecclesiæ regimen, ut in legibus à Concilio sancitis posset Pontifex, qui semper moraliter adest, ex justis causis dispensere: hinc præcepta, quæ Apostoli, ut Pastores, & Rectores Ecclesiæ tulerunt pertinent ad solum jus humanum, seu ecclesiasticum positivum, cujusmodi sunt præcepta de jejunio quedregesimæ, de observetione diei dominicæ, de bigemo non ordinando, de quo Apostolus *1. ad Timoth. 3.* & alia hujusmodi: cùm sint hæc præcepta tantùm de jure ecclesiastieo, quamvis eb Apostolis, ut Pestoribus, & Rectoribus ecclesiæ leta, possunt à Pontifice immutari, ebrogari, & super illis dispensari, quia Pontifex in potestate jurisdictionis non est inferior Apostolie, & est æqualis D. Petro, cujus est successor, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 6. §. 3. n. 6.* 7

Quinimò potest etiam summus Pontifex secum directè dispensare in his omnibus, in quibus potest cum alijs, ut docet D. Thomas in *4. dist. 20. q. 1. art. 5. questiunc. 4. ad 3.* ubi versus finem ait, posse summum Pontificem sibi concedere indulgentias, séq; absolvere à vinculo pænæ immediatè, & directè, edeóque etiem secum directè dispensare. Tum quia ut docet Suarez *lib. 6. de voto c. 9.* potest secum dispensare in votis à se emissis, siquidem dispensatio voti nihil eliud est, quàm quædem condonatio fecta nomine DEI alicui homini per Prælatum ecclesiæ gerentem in terris vicem DEI, & condonatio non postulat distinctionem personarum: etenim qui habet à Rege facultatem condonandi omnibus debite, potest etiam sibi condonare pecuniem debitam Regi. 8

Tum quia Pontifex esset deterioris conditionis cæteris fidelibus. Neque obstat, quòd talis actus sit jurisdictionis exereendæ in subditum, quie jurisdictio est duplex contentiosa una exigens partis citationem, probationem 9

testium,

restiom, & dicitur etiam jurisdictio coactiva, & punitiva, qualis est jurisdictio ad ferendam excommunicationem: alia verò est jurisdictio, tantùm directiva, & voluntaria, & talis est potestas dispensandi, quamvis prima jurisdictio contentiosa, & coactiva requirat necessariò distinctionem personarum, non tamen secunda, quam propterea potest quis in se ipsum exercera. Rursus quia Pontifex quando dispensat cum omnibus fidelibus, utique dispensat cum se ipso, quia comprehenditur ut caput in tota communitata fidelium, unde cùm dispensatio cadat supra communitatem, necesse est, cadat etiam supra se ipsum: & in hoc casu dispensat cum seipso, perinde ac cum alijs, & quidem directè.

10 Quia verò ad dispensandum in voto castitatis requiritur justa causa, superest inquirendum, quænam sint hujusmodi causæ justæ, ut dispensatio hæc legitima sit. Certum est ad id raquiri causam, quæ obstet executioni voti, quia ur docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 12. in fin. corp.* ut dispensatio legitima sit, debet redundare in Christi honorem, & ecclesiæ utilitatem: ratio est, quia tunc dispensatio fit à Prælato in persona Christi, quatenus vicem gerit Christi Domini, ut desumitur ex D. Paulo *2. Corinth. 2. Nam & ego qu d donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi*: unde cùm in persona Christi Prælatus dispenset, debet legitima ajus dispensatio cedere in honorem Christi, & utilitatem ecclesiæ: quando autem deficit causa obstans executioni voti, tunc non potest dispensatio cedere in honorem Christi, aut ecclesiæ utilitatem, quinimò deberet tunc votum impleri, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 12. ad 2.* ubi expressè ait, irritam esse dispensationem factam in voto religionis nulla apparente causa obstante: quinimò etiam quando votum commutatur in minus, requiritur causa obstans executioni ejusdem voti, quia tunc in illa diminutione habetur aliqua partialis dispensatio voti, ut notat Sotus *lib. 7. de just. & jur. q. 4. art. 3.* Hinc non est justa dispensandi causa in votis, si vovens exhibeat pecuniæ summam, & nulla causa obstans executioni voti intercedat, quia requiritur causa, quæ obstet voti executioni: posset tamen esse commutatio, si eleemosyna erogaretur, quæ esset æqualis obsequio divino exhibendo per votum. Quia verò hæc causa obstans executioni voti potest accidere ex parte materiæ voti, vel ex parte ipsius voventis, ideò multiplex potest hujusmodi causa esse.

11 Primò igitur justa causa dispensandi in voto, se tenet ex parte materiæ ejusdem voti, & tunc contingit, quando prudenter dubitatur, an res promissa sit facta mala, vel inutilis, aut impediat majus bonum, & in hoc sensu intelligitur D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 10. in corp. ad 3.* ubi ad justitiam causæ dispensandi se teneotis ex parte materiæ voti exigit, ut materia illa facta sit mala, vel inutilis, vel saltem impediat majus bonum. Notandum tamen est, id non procedera, quando evidenter constat, rem promissam factam esse malam, aut inutilem, vel majus bonum impedire; quia tunc non est necessaria dispensatio: siquidem votum per se non obligat ex defectu materiæ, ratione cujus non est amplius de meliori bono: quamobrem id intelligitur, quando dubitatur, an materia facta sit mala, vel inutilis, aut impediens majus bonum, ut explicat D. Thomas *2. 2. q. 89. art. 2. ad 3.*

Verùm hæc major bonitas spectanda in materia voti non tantùm considerari debet, ut est in se, sed etiam quatenus obligat ex se: quòd si dubitetur, an jejunium promissum obstet majori bono, tunc bonitas illius operis impediri, debet comparari ad jejunium, non solùm ut ait actus solius abstinentiæ, cujusmodi est jejunium in se præcisè consideratum; verùm etiam ut est actus religionis ratione voti, alioquin bonum illud impeditum non esset omnibus consideratis majus. Hoc autem non procedit in commutatione, ut notat Sotus *lib. 7. de just. q. 4. art. 3.* & ratio est, quia per commutationem non tollitur vinculum voti, sed eo manente tantùm commutatur ejus materia proinde sufficit, ut bonum, in quod commutatio fit, sit melius, vel æquè bonum, ac ipsum opus promissum in se tantùm spectatum. 12

Secunda causa etiam ex parte materiæ tunc habetur, quando dubitatur, an quis voverit? vel an votum obliget, eò quia non habuerit vovens intentionem se obligandi, vel ob defectum materiæ. Et desumitur ex D. Thoma *2. 2. q. 89. art. 9. ad 3.* ubi docet, posse Episcopum dispensare, quando dubitatur, an materia juramenti sit bona. Sunt tamen, qui censent in eo casu, quo dubium est, an quispiam voverit, nullam esse necessariam dispensationem, eò quia votum tunc non obliget: & dicunt id procedere, si post sufficientem adhibitam diligentiam adhuc qui dubitat, hæreat dubius, an votum emiserit, & nituntur, eò quia in dubio sit melior conditio possidentis; & in tali dubio voluntatem possidere suam libertatem, quia dubitatur de vinculo contracto per votum. 13

Verùm contraria sententia asserens in tali dubio votum obligare, & esse causam dispensationis tutior est, quia in dubio tutior pars est eligenda; ex eo enim, quòd dubitans votum adimpleat, non se exponit periculo transgrediendi votum: sin verò illud non adimpleat, quia potest contingere, ut illud emiserit, se exponit periculo illud transgrediendi. 14

Neque obstat regula juris, qua in dubio possidentis conditio dicitur potior, ac melior; quia id procedit in materia justitiæ, non verò aliarum virtutum. Præterea in dubio, an quispiam habuerit animum se obligandi, si certus sit, se votum emisisse, tenetur à fortiori votum adimplere, vel est opus dispensatione, quia in tali eventu omnes concedunt, votum obligare, quia quòd votum fuerit emissum, est certum; proinde tunc votum est materia dispensationis. 15

Tertia causa desumitur ex parte voventis, 16

quando votum leviter, & ex quadam potius animi facultate emittitur non præmissa prudenti, & matura deliberatione: ratio est, quia votum est actus religionis obligans sub mortali, & nonnunquam est perpetuum, quod ita acceptatur à Deo, ut dispensationi non sit locus; proinde exigit, ut prudanter, & maturè, seu præmissa seria deliberatione fiat, ut desumitur ex *c. 2. de voto. Nos autem ipsum à voto, quod in tenera ætate facilitate potiùs, quàm ex arbitrio discretionis emisit, absolvimus*, unde Pontifex declarat, causam dispensandi à voto castitatis esse animi facilitatem, & levitatem vovendi. Quòd si ad talem levitatem sequeretur ingens difficultas voti implendi ob infirmitatem voventis, tunc ea levitas reducitur ad causam obstantem executioni voti. Hinc liquet, in votis puerorum emissis ante pubertatem posse dispensari etiam non petita alia causa, quia in pueris præsumitur animi facilitas, & levitas in vovendo, imò & imprudentia; eò quia impuberes careant maturo consilio, & ita docet Covarruvias in *c. quamvis pactum 3. p. §. 1. num. 3.* ubi ait ex causa impubertatis concedendam esse juramenti relaxationem, quamvis jurans fuerit proximus pubertati, & doli capax, quia tametsi juramentum obliget; ob imperfectam tamen ætatem conceditur absolutio, quo fit, ut hæc vota à parentibus, vel Tutoribus possint irritari.

17 Quòd si votum emissum sit mortis metu, tunc procedendum est cum distinctione, vel enim metus ille exclusit prudens consilium, & maturam deliberationem, & tunc est sufficiens causa dispensandi, quia defectu prudentis consilij, & maturæ deliberationis præsumitur emissum ex levitate, & nimia facilitate: & quia defectus maturæ deliberationis præbet hanc causam dispensandi, nihil refert qualitas metus inducentis ad vovendum. Vel votum ex matura deliberatione fuit emissum, & tunc obligat, nec est materia dispensationis, quia cùm nulla injuria in eo voto emittendo concurrerit; imò matura deliberatione prudentis consilij emissum fuerit, non deficit ab obligatione. Tum quia Deus nonnunquam hunc mortis timorem hominibus incutit, ut inde occasionem habeant vovendi. Sufficiens est etiam causa dispensandi error circa causam impulsivam voti, vel quando ea causa cessavit, quia error, & cessatio causæ impulsivæ valdè minuit voluntarium in oblatione voti.

18 Quarta causa ex parte ejusdem voventis est periculum transgrediendi votum, dummodo tale periculum oriatur ex ipsius statu, eò quia difficulter vovens possit in tali statu votum adimplere: si enim conjugatus votum emiserit castitatis est causa sufficiens dispensandi cum illo, ut possit debitum petere, præsertim si fœmina ob verecundiam illud non petat, quia tunc dispensatio redundat in honorem Christi, & ecclesiæ utilitatem, ne homines maneant laqueis irretiti; & ne vir, qui voverat, sacrilegium committat in consummatione matrimonij. Hinc sufficiens dispensandi causa est maxima difficultas voti implendi, & si immineat periculum transgressionis, quia obligatio inducta pro charitate, non debet charitati adversari: tunc enim dispensatio redundat in Christi honorem, & ecclesiæ utilitatem, ne scilicet per voti transgressionem Deus offendatur, & ut voventis consulatur infirmitati: & ex hac causa solet Pontifex dispensare in votis religionis, & castitatis, ut habetur in *c. veniens qui cler. vel vov.* ubi Alexander III. ob periculum incontinentiæ dispensavit cum quadam fœmina, quæ castitatem voverat.

Debet tamen hæc difficultas voti implendi oriri ex infirmitate, & vehementi passione voventis, quibus pensatis votum sit servatu difficile, viribùsque impar: quia si periculum oriretur ex malitia, vel pravo voventis habitu, non esset sufficiens causa hujus dispensationis: unde non est justa causa dispensandi in voto non ludendi vehemens desiderium ludendi; nec dispensandi in voto castitatis, si tentatio subinde oriatur, sed requiritur, ut tentationes sint frequentes, & vehementes, & voventem eo trahant, ut eum exponant periculo transgrediendi votum, & à quo periculo vix possit se liberare, ac propterea vitam ducat plenam molestiis, & nonnunquam etiam ob easdem tentationes fuerit votum transgressus, quia tunc redundat in Christi honorem, & ecclesiæ utilitatem, ut Deus non offendatur per frequentem voti transgressionem, unde frequens lapsus ex fragilitate consurgens est justa causa dispensationis. Id tamen procedit de voto simplici castitatis, ex cujus observatione non dependet bonum publicum totius ordinis clericalis, aut religiosi; non ita de voto solemni, quia ex ejus observatione dependet publicum bonum totius ordinis clericalis, vel religiosi, ut docet D. Thomas in *4. dist. 28. q. 1. art. 4. in corp.* 19

Quinta causa etiam ex parte voventis est difficultas ingens supervenions, casu, quo talis non sit, ut voti obligationem extinguat, ut notat Abbas in *c. non est. num. 6 de vot.* Si enim quis à juvene religionem vovit, & ejus executionem ad quasi senectutem distulit, adeò ut dubitari possit, an ob provectam ætatem valeat communes religionis observantias obire, tunc tale dubium est sufficiens causa ad dispensandum in tali voto religionis. Pari pacto, si quispiam vovit Minimorum religionem, in qua emittitur quartum votum abstinendi à carnibus, & lacticiniis, ac servandæ vitæ quadragesimalis: si post emissum votum, in aliquam incidat infirmitatem, vel ita fiat debilis stomachi, ut prudenter dubitetur, an possit vitam illam quadragesimalem, ut par est, servare, videtur hoc dubium sufficiens causa dispensandi. Imò si vovens ratione voti nimiis conscientiæ scrupulis vexetur, ut si quispiam vovit, se recitaturum quotidie attentè, & omnino integrè officium Beatæ Virginis, & postea continuis angatur scrupulis, an attentè, & integrè illud recitaverit, & passim ad excutiendos scrupulos illud repetat, nec adhuc possit sibi satisfacere, sed magis implicetur, ac turbetur, tunc hujusmodi animæ molestiæ videntur suppeditare 20

justam

justam dispensandi causam, quia votum potiùs obesse, quàm prodesse videtur voventi.

21 Sexta denique causa est necessitas boni communis, si enim Princeps castitatem vovit, & ad communem Reipublicæ pacem expediat, ut uxorem ducat, hæc necessitas boni communis præferenda est bono privato voventis, & est sufficiens causa dispensationis, ut docet Cajetanus 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. Sotus *lib. 7. de justit. q. 4. art. 3.* Juvat tamen observare, non esse justam causam dispensandi in voto castitatis, aut religionis necessitatē conservandi familiam alicujus nobilissimi, nisi admisceatur aliqua commutatio, adeò ut non fiat totalis dispensatio: unde necessitas talis familiæ conservandæ est solùm causa ut admixta commutatione partim dispensetur, ut docet Navarrus *lib. 3. consil. 1. de vot.* Potest enim contingere, ut causa, quæ ex se non est sufficiens ad merè dispensandum, fiat sufficiens, si admixta sit cum aliqua commutatione, adeò ut quò causa dispensandi fuerit major, eò minor requiratur commutatio: & quò causa dispensandi fuerit minor, eò major commutatio sit necessaria, ut notat Cajetanus in 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *dub.* 2.

22 Hinc Pontifex raro omnino dispensat in votis, sed solet semper admiscere aliquam commutationem: quia raro invenitur causa sufficiens ad omnimodam dispensationem: & per admixtionem commutationis declinantur scrupuli, qui de illius sufficientia oriri possint. Præterea minor causa requiritur ad dispensandam in voto pœnali castitatis, aut religionis, quàm in absoluto, eò quia votum pœnale sit minus voluntarium.

23 Rursus si simul adsint vincula voti, & juramenti, eaque expressa, major requiritur causa ad dispensandum, non tamen ad commutandum: ratio discriminis est, quia per dispensationem extinguitur totaliter utrumque vinculum, quod cùm sit duplex est fortius uno, ideòque majorem causam exigit, ut materiam compenset debitam duplici religionis vinculo; secus per commutationem neutrum vinculum tollitur, sed transfertur in aliam materiam; & tunc sufficit, si materia subrogata sit æqualis materiæ promissæ, & juratæ, quia eadem manet duplici vinculo debita. Id tamen procedit, quando utrumque, votum scilicet, & juramentum est expressum: alioquin etiam in juramento facto DEO servandi castitatem implicitè includitur votum, & tamen eadem causa quæ sufficit ad dispensandum in tali iuramento; etiam in maro voto: & ratio est, quia sublata per dispensationem promissione tollitur juramentum, tanquam accessorium: hoc autem non contingit, quando votum, & juramentum simul exprimuntur.

24 An verò possit Pontifex dispensare, ut Religiosus possit post emissam solemnem professionem ex urgente causa uxorē ducere? Respondetur, communiorem sententiam esse, posse Pontificem atiam in voto solemnis castitatis religiosæ dispensara ex causa tamen urgentissima, quæ concernat commune, & publicum bonum ecclesiæ, Ita ducent D. Antoninus *p.* 2. *tit.* 11. *c.* 2. §. 9. Vasquez *p.* 2. *disp.* 165. *n.* 140. Azorius *tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 7. *q.* 1. D. Bonaventura *in 4. dist.* 28. *art.* 2. *q.* 3. & communiter Canonistæ in *c. cum ad monasterium de statu Monach.* obi daclaratur idem, quod in *c. votum de vot. & voti redemptione in* 6. nimirum solemnitatem voti sola ecclesiæ constitutione inventam esse.

Ratio etiam est, quia commune bonum est 25 præferendum privato, proinde si contingeret, ut Princeps paganus vellet Christi religionem amplecti, & procurare conversionem suorum subditorum, si fæminam christianam voto solemni Deo dicatam, seu sanctimonialem in uxorem duxerit, videtur tunc tantum bonum publicum situm in conversione integri Principatûs præferendum privato, & Pontifex potast tunc dispensare, ut fæmina, quæ emisit solemnia vota religionis possit nubera: sic etiam ad conservandam communem Reipublicæ pacem, vel ad jus in regno succedendi tuendum, si opus esset, ut Religiosus post emissam solemnem professionam duceret uxoram, ex qua liberos susciperet, posset Pontifex dispensare. Quinimò legimus desacto dispensâsse, quia quoad valorem dispensationis ecclesiasticæ eadem est ratio de voto solemni, ac de simplici, non enim solemne ex natura sua majorem habet obligationem, quàm simplex, solemnitas enim voti est de jure ecclesiastico, in quo potest Pontifex dispensare.

Tum quia D. Thomas docet, posse Pontificem dispensare in voto castitatis annexo ordinibus sacris, quod votum non minùs solemne est, quàm illud religiosæ professionis, proinde poterit etiam ex præfatis causis dispensare in voto solemni religionis. 26

Quòd si dicas, esse discrimen inter votum castitatis annexum ordinibus sacris, & solemni professioni religiosæ, eò quia hoc non possit tolli nisi ipso atiam statu religionis sublato à persona, quod non est necessarium in voto annexo Ordinibus sacris. Contra est, quia nil videtur obstare dispensationi hujus voti inclusi in solemni professione religiosa: etenim non obstat traditio, quia etiam simplex votum interdum traditionem continet, quâ non obstante dispensatur; nec obstat voti solemnitas, cùm hæc solo jura ecclesiastico introducta sit, & Pontifex possit in jure ecclasiastico dispensare: non ipsa religionis natura, quia tametsi de illius essentia sit castitas, non tamen est de illius essentia, ut qui semel Ralígiosus est factus, maneat semper Religiosus; nec obstat consecratio, quia ipsa benedictio non constituit Religiosum, potest enim hæc separari etiam integra. 27

Quòd varò Pontifex nonnunquam dispensaverit, ut Religiosus etiam post emissam solemnem professionem ex urgenti aliqua justa causa possit uxorem ducere, constat: siquidam in vita sancti Laurentij Justiniani legimus, Justinianos omnes ad unum, aut ferro, aut morbo extinctos fuisse præter aliquos senes, qui ad sobolem procreandam apti non erant: contigisse 28

gisse temen, ut onus tantùm superesset Adolescens Nicolaus nomine apud Monachos Sancti Nicolai. Tunc Vitalis Dux Venetus impetravit ab Alexendro III. Romano Pontifice, ut dispensaret cum Nicolao Monecho, ut ad reparandam familiam Gentis Jullinianæ, eique unicam filiam nomine Annam desponderet: felici eventu inito matrimonio Nicolaus antea Monachus, ex Anna sex filios mares suscepit, & tres fæmellas; lætus mox tam prosperâ sobole Nicolaus, Deóque gratias agens, non immemor prioris solemnis professionis religiosæ à se emissæ, ædificato priùs apud Amianum cœnobio virginum sub nomine sancti Adriani, in quo ejus uxor Anna monasticam vitam suscepit, ad pristinum monasterium reversus fuit Nicolaus, & ambo pluribus miraculis claruerunt.

29 Rursus legimus etiam, Ramirom Arragoniæ Regem Monachum fectum, cùm pater ejus sine prole decessisset, Romani Pontificis authoritate è cœnobio eductum, sceptróque regio ornatum uxorem duxisse, & ex ea suscepisse filiam. Præterea de Casimito hujus nominis primo Poloniæ Rege Monacho antea Cluniacense, & jam Diacono, qui licèt solemnem professionem religiosam emisisset euthoritate Benedicti XI. vel ut eensent alij Clementis II. Romani Pontificis à voto, & professione monastica absolutus, & ad regnum suorum majorum evectus uxorem duxit, filiósque procreavit: ergo ex facto summorum Pontificum constat, justis de causis posse Pontificem dispensare, ut Religiosus possit etiam post emissam solemnem professionem uxorem ducere præsertim cùm non videatur obstare nature religionis, cui licèt per se conveniat castitas, nil tamen obstat, quo minus possit Pontifex ex Monecho facere non Monachum, unde licèt Monachus, quamdiu perseverat Monachus non possit non esse sine voto castitatis; potest tamen fieri non Monachos, & non esse amplius adstrictus voto castitatis.

30 Neque obstat ipsa consecratio, quia tametsi res semel Deo consecrata passim in communes usus verti jure non possit permanente formula consecrationis, nihilominus potest ob gravem aliquem causam amissâ formulâ consecrationis verti in communes usos: hinc calix si consecrationis formam amiserit potest vendi, & emi, imò locari ad usus profanos si justa aliqua occurrat causa: ita religiosus quamdiu manet religiosus, ita est adstrictus voto castitatis, ut nulla humena potestate etiam Pontificia fieri possit, ut conjugio utatur, eò quia pugnet usus conjugij cum natura religionis, ut habetur in *c. cum ad monasterium de statu Monachor.* at Pontificie authoritate, si justa subsit causa fieri potest, ut Religiosus desinat esse Religiosus, & ex Religioso fiat maritus ad sobolem gignendam.

31 Quòd si dicas, sacerdotem utpote consecratum non posse non esse consecratum; proinde nec Religiosum non posse non esse Religiosum. Contra est, quia sacerdos est DEO consecratus per characterem divinitus impressum, qui nunquam deletur: et Religiosus non est effectus Religiosus per ullum characterem, sed per professionem, aut tria vota religionis, ex quo liquet discrimen inter sacerdotem, & religiosum professum. Quòd si dicas in *c. cum ad monasterium de statu Monachor.* haberi statui regulari adeo esse castitatem annexam, ut contra illam, nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Respondent communiter Canonistæ, hoc texto tantùm concludi Monachum, quamdiu est Monachus voto castitatis ita adstringi, ut fieri non possit etiem Pontificia authoritate, ut simul sit Religiosus professus, & non sit adstrictus voto castitatis: at potest Pontifex ex plenitudine potestatis facere, ut Monachus professus non amplius maneat Monachus proinde non sit ampliùs adstrictus voto castitatis. Posset tamen adhuc objici, quia matrimonium ratum, & non consummatum solemni voto religionis dissolvitur, unde si solemne religionis votum posset Pontificia authoritate dirimi, sequerentur duo incommoda; primum, ut posset quis duas habere uxores, etenim si Petrus post matrimonium ratum, & nondum consummatum religionem approbatam ingrederetur, in qua solemnem etiam emitteret professionem; & postea Pontificia authoritate justis de causis absolutus à solemni voto religionis, posset etiam uxorem ducere, quo pacto duas simul uxores habaret.

32 Secundum incommodum est, quia si solemne religionis votum nuptias tantùm contractas dirimit, sequitur, quòd cùm votū possit euthoritate Pontificie relaxari, eo ipso possit etiam Pontifex matrimonium ratum, & non dum consummatum rescindere. Sed contra negatur, primum incommodum sequi, quia sicut matrimonium per mortem naturalem alterius conjugis dissolvitur, & alter superstes potest ad secundas nuptias transire, tametsi prior conjux ad vitam revocaretur, eò quia primum conjogium per mortem illam naturalem fuerit omnino solutum: ita matrimonium ratum, & nondum consummatum per solemnem professionem emissam in religione approbata dirimitur; quòd si Pontificie authoritete ex Monacho fiat non Monachus, potest aliam fæminam ducere, eò quia primum matrimonium fuerit omnino extinctum. Ad secundum incommodum respondent plures Canonistæ, matrimonium ratum tantùm, & nondum consummatum posse Pontificia authoritate dissolvi.

33 Si dicas, esse de jure divino, ne quis ex altiore vitæ statu ad inferiorem descendat, & statum religionis esse conjugio altiorem, & præstantiorem. Respondetur non posse Pontificem sine justa causa in hoc descensu dispensare, bene tamen ob justam, & urgentem causam, ut ob communem Reipublicæ salutem præferendam bono privato: & tunc si est de jure divino, ne quis ex altiore vitæ statu ad inferiorem descendat, Pontifex interpretatur hanc legem divinam non obligare, quando urgec

get necessitas promovendi commune reipublicæ bonum, quod privatæ utilitati præfertur.

§. VIII.

An solus summus Pontifex possit dispensare super impedimentis sive jure naturali divino, sive solo Pontificio dirimentibus matrimonium.

1 Solet inter Doctores controvarti, an possit Pontifex in ijs dispensare, quæ sunt juris divini naturalis, proinda atiam in impedimentis jure divino matrimonium dirimentibus. Juvet observare, jus divinum naturale esse duplax unum respectivum, quod respicit humenam voluntatem, à qua oritur, & ex cujus suppositione inducit obligationem, cujusmodi sunt vota, & juremanta: & aliud absolutum ax solo divino arbitrio dariveturn. Circa jus divinum respectivum communior sententia cum D. Thoma *dist. 38. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. in corp.* est, tunc propriè, & diractè non relaxari tollendo ejus obligationam, sad tantùm indiractè tollendo fundamentum obligationis, etanim jus divinum est, ut qui votum amisit, illud adimpleat: & hoc semper integrum manet: etqui Petrum amissa votum non est jus divinum, sad aliquid, quod dapandet eb humana voluntate Patri, & hoc possunt Prælati impedira; sad id non est propriè, & directè dispansare in jure divino, sed tantum tollere fundamentum obligationis, quam homo actu humano, seu propria voluntate sibi imposuit: sublato autem hoc fundamento evanescit obligatio voti.

2 Circa verò jus divinum absolutum est major difficultas. Pluras Canonistæ asserunt, posse Pontificem dispensare in quovis jure divino absoluto, & positivo, ex gravi taman, & urgenta causa seclusis fidei articulis, & ita censet Panormitanus in *c. proposuit de concess. praben. num. 20.* Felinus in *c. quæ in ecclesiar. num. 19. & sequent.* Decius *cons. 112. num. 3.* Pluras itidem Legistæ in *l. manumissiones, ff. de justit. & jur.* & *l. 2. C. de servit.* id adstruunt, sad loquuntur confusè de lege divina positive, & naturali, & nonnunquam sub lege divina comprehendunt jus gentium: alij atiam loquuntur de dispensatione laxè, & impropriè, ut comprehendit interpretationem. Nititur hæc santentia. Primò quia Pontifex potest dispensate in ministerio confirmationis, ut nimirum simplex sacerdos fit ministar hujus sacramenti: cùm tamen de jure divino sit solus Episcopus.

3 Secundò quia dispensat defecto in rasidentia Episcoporum, ed quam ipsi jure divino tenentur.

4 Tertiò dispensat etiam in voto solemni, quamvis sit ax divina institutione, eò quia status religiosus fuerit à Deo institutus. Quertò dispensat atiam in matrimonio rato, licèt quos Deus conjunxit, non debeat homo separare. Additur etiam ratio, quia quando Pontifex ite dispensat non operatur potestate humana, sed divina, & sicut Deus potest hanc facultetam concedara homini: siquidem quod potest per se facere in hoc ganare, potest fecara per hominam: sicut inter homines potest superior inferiori concedere, ut in sue lage dispenset: quod verò Daus hanc dispensendi potestatem dadarit summo Pontifici, colligitur ex illis verbis: *Pasce oves meas: Quodcunque ligaveris, & solveris in terris, erit ligatum, & solutum in cælis.*

Tum quia hæc dispensatio arat in acclesia valdè convaniens, cùm non possint homines accedara ad Deum ipsum, ut dispenset, cùm non gubarnantur ordinerie par revelationes, licèt interdum hæ fiant miraculosè; unde pertinuit ad suavam Dai providentiam, ut hæc potestas suo in terris inesset Vicario: quamedmodum atiam nunc pertinat ed providentiem Pontificis concedara aliquibus infarioribus Episcopis, ut in partibus ramotioribus dispensent ex justis causis in legibus Pontificiis. 5

6 Nihilominus communior sententia docet, cum D. Thoma *quodlibet. 4. art. 3. in corp.* Pontificam in hoc jura divino propriè non possa dispensara, quatenus dispensatio est juris relaxatio; sad tantùm possa authoritate daclerera, jus divinum in tali eventu, & occursu circomstantierum non obligare, quod propriè non est dispensare, sed legem interpratari. Idqua desomitur ex *clement. ne Romani de elect. & c. inferior dist. 21.* ubi dicitur, quod inferior non possit legem superioris tollere, & ex en atiam firmetur, quia licèt per specialem dispensationam non ebrogatur lex absolutè; nihilominus in tali spaciali casu abrogetur, quatenus tollitur ejus obligatio: ita eutem tollere obligationem legis pertinat ad solum conditorem legis. Tum quia id colligitur ex *c. sunt quidam c. contra statuta 25. q. 1.* ubi raferuntur dicta Zosimi, & Urbani Pontificum essarantium, Pontificam propriè non dispensare in jure divino absoluto.

7 Præteraa quia ax sacris scripturis, & perpetuo acclesiæ usu constat, legem naturalem, & divinam proponi potiùs humanis Magistratibus, ut certam, & immotem ragulam, quâ homines gubernantur, non verò ut relaxentur, & eximantur aliqui ab ejus obligatione: alioquin nullæ essent in acclesia regulæ immotæ ex quibus humanæ authoritas tanquam ax principio procederet. Tum quia si concedaratur hæc in jura divino dispensatio nil esset firmum, & immutabile, nac esset major ratio dispensandi in uno potiùs, quàm in alio juris divini præcapto concurrantibus paribus causis. Præterea quia etanus in laga humana dispensari potest, quia voluntas humena, à que oritur, est mutabilis: divina eutam voluntas, à qua lex naturalis darivatur, est omnino immutebilis, proinde non vidatur in illam dispensatio cadare. Demum quia Pontifex non habat hanc potestatem, nisi à Christo Domino sit illi specialiter commissa: & hæc commissio non potest colligi ex sectis scripturis, quia illa verba, *Pasce oves meas, quodcunque ligaveris, & solveris super terram*, sunt nimis ganeralia, & ax verbis

bis ita generalibus non debat inferri eoocessio rei tam gravis momenti: siqoidem propter ejus gravitatem exigebat potiùs specialem concessionem.

8 Hinc Pontificea per verba illa generalia nunqusm intellexerunt potestatem sibi datam dispensandi in jure divino absolnto, alioquin sæpe nsi fuissent tali potestate, sicut utuntur alijs potestatibus, quas habere cognoscunt. Tum quis hæc potestas non cedebat in ædificationem ecclesiæ, sed potiùs ln ejus destructionem, cum everteret ejus unitatem, & conformitatem: siquidem ecclesia per totum orbem est una tsntùm, non solùm in fidei articulis, verùm etiam in religioso cultu, qui in sacrificijs, & sacramentis continetur, unde si hic religiosus cultus varisri posset, decursu temporis uniformitas ecclesiæ deficeret: & quia Christus nulla slia præcepta positiva ecclesiæ imposuit præter illa, quæ pertinent ad fidem & ad sacramenta, & sacrificia, si in istis admitterecur dispensstio facilè ecclesiæ conformitss corrueret.

9 Neque fundamenta, qoibus contraria sententia nititur, snnt magni momenti: ad primum petitum ex eo, qoòd possit Pontifex simplici sacerdoti committere, ut ministret sacramentum confirmationis, respondetur; institutionem Christi non fuisse omnino limitatam ad Episcopum, sed cum addito, ut solos Episcopus esset Minister Ordinarius, ut explicsnt Concilia: cum hoc autem rectè stat, posse simplicem sacerdotem esse ministrum extraordinarium.

10 Ad secundum de residentiâ Episcoporum responden: aliqui Deum concessisse specialiter hanc potestatem Pontifici, ut liquet ex usu, & traditione ecclesiæ, quia cùm debeant Episcopi inservire ecclesiæ, & bonum commune sit præferendum privato, nonnunquam otilit:s, & bonum commune ecclesiæ uoiversalis exigebat, ut Episcopi adhiberentur etism relictis proprijs particularibus ecclesijs ad bonum comune promovendum.

11 Putâsim tamen obligationam illam resideridi oriri ex officio Pastoris, & promissione in eo inclusa: atqui pastor supremus potest eidem quasi juri suo acquisito, & curam ovium alij concedere pro tempora, & tunc cessat obligatio per mutationem materiæ.

12 Ad tertium de voto solemni respondetur talem solemnitatē esse tantùm de jore ecclesiastico, proinde possa Pontificem in illo dispensare.

13 Ad quartum de matrimonio respondetur, indissolubilitatem solùm sequi ad matrimonium consummstum, non verò ad ratum tantùm; illa enim est omnino indispensabilis, non hæc, quæ nonnunquam ex justis, & urgentibus causis dispensari potest. Ad rationem, in qua dicebatur, quòd Pontifex tunc non operetur potestate humana, sed divina, respondetur verum esse Pontificem authoritate divins dispensare, & relaxare vota, & juramenta; sed id non esse propriè dispensare in lege divina, sed solùm cedere jure divino Deo aaqoisito par votum, & juramentum propter anthoritatem, qùam Pontifex habet ad talem cessionem tanquam Oeconomos in terris, seu Dispensator.

Ad ultimum, quod addebatur, hanc dispensationem esse ecclesiæ otilem, & convenientem, respondetur, non posse esse otilem ecclesiæ: racio est, quia præcepta divinæ positiva paucissima sunt, & etiam facillima; proinde magis conveniens erat, ut immutabilia semper retinerentor. Tum qoia bnaum publicum præferendum semper est privsto, & conducit ad commodum publicum, ne in jure divino absoluto detur hæc facoltas dispensandi. 14

Quòd verò ad impedimenta naturali, ac divino jure matrimoniom dirimentia attinet, quidam censent, posse Pontificem in illis aliquando in casu aliquo speciali dispensare, idque probant, qoia potest casus contingere, in quo expediat ob bonum totius regni, ut soror proprio frstri nuberet contra prohibitionem juris naturalis, & ita docent Angelus *V. matrimonium 3. imped. 18. n. 2.* Borgos, *de irregul. p. 6. tit. de sponſ. n. 5.* Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 9. n. 3.* 15

Alij verò procedont cum distinctione, & constituont discrimen inter impedimenta juris humani, & divini, ut in illis possit Pontifex dispensare, quando cum talibus impedimentis matrimooium jam est contractum, ut scilicet ex tunc matrimooium legitimetur in sua radice, & ea dispensatio retrotrahatur: in impedimentis verò juris divini dicont, tantùm posse dispensare ut iterum matrimonium contrahatur, & dicunt tunc dispensationem non retrotrahi, nec matrimonium legitimari in sua radice, & ita docent Abbas in *c. per venerabilem n. 21.* qoi filij sint legitimi, & ibi Ancharanus *n. 23.* Alexander de Nevo *n. 24. & sequent.* Felinus in *c. qua in ecclesiarum n. 12.* de constit. & alij, quorum plores loqoontur de gradibus lege divina necessariò prohibitis, qnos porant etiam hodie lege divina prohiberi; circa quod tamen est valde cavendum, quia cum aliqui in ea sinc sententia, ut gradus consanguinitatis, & affinitatis *Levit. 18.* fuerint olim jure divino prohibiti; sint quoque nunc aodem jure vetiti, asserentes in nollo ipsorum posse Pontificem dispensare, qood ut hæreticum damnatum fuit in Concilio Tridentino *sess. 24. de matrim. can. 3.* ibi: *Si quis dixerit non posse ecclesiam in nonnullis eorum dispensare anathema sit.* Loquitur Concilium de gradibus consanguinitatis, & affinitatis. 16

Tom quia ot docet Cajetanos 2. 2. *q. 154. art. 9. circa solutionem ad 3.* præcepta illa *Levitici 18.* prohibentia certos gradus in matrimonijs erant secundùm quid moralia, quatenus decentiam aliquam oaturalem præseferebat talis abstinentia ab illis matrimonijs, revers tamen erant simpliciter judicialia, qoia tendebant ad justitiam, & pacem Reipublicæ stabiliendam: ex eo enim, qoòd inter consanguineos prohiberetur matrimoniom, erat hoc necessariò inenndum inter extraneos, per quarum conjonctionem pax propagabatur. 17

Præ-

18 Præterea quia *Levit. 18.* interdicitur matrimonium nepotis cum amita, vel matertera, cùm tamen non prohibeatur conjunctio neptis cum avunculo, quamvis sint in eodem secundo gradu lineæ transversæ inæqualis: ex quo liquet, illam prohibitionem non esse juris naturæ, sed pertinere ad cœremoniam peculiarem hæbraici populi. Tum quia ibidem prohibetur conjugium cum uxore fratris defuncti, & non cum sorore uxoris defunctæ, quamvis sit idem prorsus affinitatis gradus: si enim hæc præcepta de gradibus consanguinitatis, & affinitatis essent juris naturalis obligarent in universum ad vitanda matrimonia intra eundem gradum inita. Demum quia Tridentinum, ut diximus *de matrim. sess. 24. can. 3.* definit hæreticum esse asserere, non posse Pontificem dispensare in aliquibus gradibus prohibitis in *Levitico c. 18.*

19 Communis, & vera sententia est, Pontificem in nullo impedimento, quod jure divino naturali matrimonium dirimit, posse dispensare: ratio est, quia leges divinæ, ut notat Victorie *de potestate Papæ num. 9. proposit. 9.* sunt in ecclesia, & Deus nullam reliquit in iisdem dispensandi potestatem: quamvis enim Deus præviderit, posse casum occurrere, in quo rationi consona esset dispensatio; nihilominus, quia præponderat huic bono inviolabilis illarum legum custodia, noluit viam dispensationibus istis aperiri in matrimoniis: ita à pari, quamvis occurrere possit casus, in quo dispensatio in impedimento juris naturalis esset expediens bono communi, & valdè necessaria, ut si matrimonium iniretur inter fratrem, & sororem: nihilominus, quia ex illa dispensandi potestate plures fornicationes inter fratres, & sorores orirentur, & pericula statim imminerent tanti sceleris committendi, ac tanta indecentia naturalis est in iis matrimoniis, ut præponderet hæc illi bono, quod sequi posset ex facultate dispensandi super impedimento jure divino naturali matrimonium dirimente; ideo non debuit hæc dispensandi facultas concedi ecclesiæ: proinde Deus hanc dispensandi potestatem denegavit, & tantùm concessit, ut tunc facultas daretur hujusmodi matrimonia ineundi, quando lex naturalis conservandi genus humanum strictiùs obligeret: ut si soli parentes, & filij superstites essent in mundo; tunc posset Pontifex dispensare in impedimentis consanguinitatis in primo gradu lineæ rectæ, quia meritò præsumitur, Christum dedisse illi potestatem pro hoc eventu, imò id absque dispensatione aliqua fieri licere docet Soto *in 4. dist. 4. unic. art. 3. col.* 11. eò quia tunc strictiùs urget lex naturalis conservandi humanum genus; pro aliis tamen casibus etiam pro pace, & bono communi totius Regni non est præsumendum Deum dedisse Pontifici hanc dispensandi facultatem.

20 Id etiam firmari potest ex usu ecclesiæ, quæ in nullo eventu hactenus dispensavit, ut matrimonium parentum cum filiis, vel fratrum cum sororibus iniretur. Quòd si dicas, nonnunquam Pontificem dispensâsse, ut frater uxorem duceret sororem, respondetur, id non constare, quod si contigisset procul dubio Pontifex dispensans fuisset secutus opinionem Doctorum tunc docentium solo jure Pontificio dirimi matrimonium inter fratres, & sorores, cæterum qui sentiunt jure naturæ esse irritum matrimonium inter quoscunque ascendentes, & descendentes, & inter fratres, & sorores, docent etiam in iis gradibus non posse Pontificem dispensare; licèt qui sentiunt, aliquos ex iis gradibus inductos esse solo jure Pontificio, doceant subinde eos dispensationi Pontificiæ subdi.

21 Cæterum quoties impedimentum jure divino naturali dirimit matrimonium, nequit Pontifex in eo dispensare: & quia in communi sententia ex gradibus consanguinitatis solus primus in linea ascendentium scilicet inter parentes, & filios: & solus primus in linea transversa, ut inter fratres, & sorores dirimit jure naturæ matrimonium, sequitur, in his duobus gradibus non posse Pontificem dispensare, bene tamen in aliis impedimentis jure solùm ecclesiastico dirimentibus ob supremam, quam in terris habet potestatem.

22 Hinc in impedimentis solo jure Pontificio dirimentibus matrimonium solus Pontifex potest dispensare: & ratio desumitur ex eo, quia omnia hæc impedimenta dirimentia matrimonia sunt jure communi inducta, in quo tanquam in lege superioris non possunt inferiores ordinariè dispensare, non enim inferior potest in lege superioris dispensare *c. inferior. dist. 21. & clement. Ne Romani de elect.* & ita docent Ostiensis *c. cum dilectio paulò post princ.* Gallego *de cognat. spirit. c. 2. num.* 22. Borgesius *de irregul. p. 6. tit. de sponsal.* Hinc nec Legatus Pontificis potest in hisce impedimentis dispensare, quia Legatus etiam à latere circa dispensationes, ea tantùm potest in provincia sibi concredita, quæ potest Episcopus in sua Diœcesi, ut docent Glossa in *cap. quia circa V. à sede c. quòd dilectio V. indulgentiam de consanguin.* & Ioan. Andreas ibi *num 6.* Anchsranus *num. 4.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 18.* An verò inferior, si dubitet, an casus indigeat dispensatione, possit tunc dispensare in lege superioris? Respondent aliqui cum Layman *lib. 1. tract. 4. c. 22. n. 4.* & Castro Palao *tom. 1. tract. 3. disput. 6. punct. 5 num.* 10. posse tunc inferiorem dispensare in lege superioris, quia in tali casu habetur præsumptio pro libertate, & dubitans non se exponit periculo transgrediendi legem.

23 Verùm tutior sententia est, in tali dubio non posse inferiorem dispensare in lege superioris, quia superior potiùs est in possessione, ne in sua lege inferior dispenset, quod tamen procedit de dubio negativo, quando nulla occurrit probabilis ratio includens consensum, ut etiam quando quis speculativè quidem opinatur, sed practicè dubitat, an opus sit dispensatione, tunc enim tutiùs est dispensationem petere à sede Apostolica, & ratio etiam id suadet, quia inferior non debet se exponere periculo transgrediendi legem superioris, & ex eo, quòd petat licentiam à superiore non se exponit

tali periculo consequenter tenetur eam petere.

24 Quòd si dubium sit positivum non excludens probabilitatem, putârim posse tunc dispensare, dummodo probabilitas sit fundata, & vera probabilitas dictans rem non indigere dispensatione, quia tunc operatur ex opinione verè probabili, proinde non se exponit periculo peccandi, quoties enim est dubium positivum non excludens probabilitatem intrinsecam, & extrinsecam, potest dispensandus absque dispensatione operari, quia tunc sequitur opinionem probabilem, ut docet Barbosa *de potest. Episc. p. 2. alleg. 35. n. 18.*

25 Dubitari tamen potest, an si Nuntio Apostolico concedatur, ut in sua Provincia possit dispensare, in ordine ad contrahendum matrimonium in tertio, & quarto gradu simplici, & mixto, intelligatur hæc facultas etiam de gradu tertio simplici absque eo, quòd concurrat quartus, & respondetur affirmativè: quia tunc facultas dispensandi se extendit ad tertium gradum, ut verba concessionis sonant, proinde subjicitur etiam tertius gradus simplex sine concursu quarti tanquam dispensabilis eidem facultati; consequenter potest Nuntius dispensare super ipso seorsim à quarto: tum quia si non potest dispensare super ipso seorsim à quarto facultas dispensandi esset tantùm super quarto, idque ex eo evincitur, quia si in contrahentibus concurrant simul quartus, & quintus gradus non indigent dispensatione *c. fin. de consanguin. & affin.* siquidē attenditur solus gradus magis remotus, unde cùm sit concessa facultas dispensandi super tertio gradu, debent verba intelligi, ut sonant de tertio seorsim à quarto. Tum quia si Pontifex noluisset concedere facultatem dispensandi in tertio seorsim à quarto, sed solùm in tertio, & quarto conjunctim illa verba in dispensatione posita in *tertio* superfluerent, quia satis se explicâsset Pontifex dicendo *in quarto simplici, & mixto*, quia hæc verba sufficienter comprehendunt solum quartum simplicem, & quartum mixtum, seu conjunctum cum tertio, quia quartus mixtus involvit etiam tertium: atqui verba ita sunt sumenda, ut non sint superflua, sed aliquid operentur *c. si Papa de privil. in 6.* & *l. si stipulatus, init. ff. de usur.* & ita censuit Rota coram Puteo *decis. 191. n. 7. lib. 1. & decis. 345. n. 3. p. 3. recent.* cùm igitur Pontifex in facultate concessa Nuntio dispensandi super gradibus consanguinitatis, dicat in *tertio, & quarto gradu simplici, & mixto* illa priora verba *in tertio*, ut aliquid operentur, debent significare posse Nuntium vi facultatis sibi concessæ dispensare in tertio simplici, seu seorsim à quarto. Tum quia id satis declarant illa adjectiva numeri singularis *simplici, & mixto*, quæ referuntur ad utrumque substantivum, nempe ad *tertium, & quartum*, ut docent Baldus *in l. 1. C. de legit. hæred.* Bartolus *in l. cum filio. ff. de legat. 1.* Alexander *in l. metum. §. licet. ff. quod metus caus.* siquidem qualitas subsequens qualificat omnia præcedentia *l. quæsitum §. 1. ff. de leg.* hinc qualitas simplicis, & mixti afficit utrumque gradum tertium scilicet, & quartum, adeò ut uterque sive sit simplex, sive mixtus cadat super facultate dispensandi. Idque ex eo etiam firmari potest, quia cùm potestas dispensandi sit beneficium Principis, debet latè interpretari, proinde quantum patitur ipsa verborum significatio, ut docent communiter cum Glossa in *c. Hi qui V. in potestate in fin. 15. q. 8.* & in *c. dudum V. beneficia de præbend. in 6.*

Non tamen ex eo, quòd Nuntius possit dispensare in tertio, & quarto gradu simplici, & mixto sequitur, posse dispensare concurrente secundo, & quarto, quia tametsi remotior gradus trahat ad se proximiorem, est nihilominus hic exprimendus pro obtinenda dispensatione juxta constitutionem Pij V. quæ est 13. *in 2. tom. Bullar.* ut etiam notat Pyrrhus. Corradus *in prax. dispensat. Apostolicar. lib. 7. c. 7. n. 65.* Tum quia eo ipso quòd gradus proximior concurrit cum remotiori, augetur taxa litterarum Apostolicarum, & solvitur major compositio; proinde debet in supplicatione exprimi pro impetranda dispensatione, quia non venit sub facultate dispensandi, nisi de ipsa fiat specialis mentio, tametsi non sit pro ipsa necessaria dispensatio, sed tantùm literæ declaratoriæ super non obstantia, eo autem ipso quòd debet exprimi, est speciali notâ dignus, consequenter non venit sub facultate dispensandi, nisi in specie exprimatur *l. eos C. de aqua duct.* ut notat Aflict. *decis. 111. n. 9.* 26

Quamobrem quia verba exprimentia facultatem dispensandi non se extendunt ad secundum gradum, eò quia illa adjectiva *simplici & mixto* referantur tantùm ad gradus expressos, seu ad tertium, & quartum, sequitur, quòd ad ipsos tantùm restringantur, ut notat Glossa in *c. dilecto V. vim vi de sent. excommun. in 6.* & Rota Romana *decis. 768. n. 3 p. 3. recent.* Tum quia concessiones non debent extendi ultra verborum significationem *l. 1. ff. de jur. immun. l. vocatio. ff. de muner. & honor. c. petisti de privileg.* & notant Felix in *c. auditis n. 10. de præscript.* & Innocentius in *c. dilecto de offic. Archidiac.* & quia verba in concessione nullo modo exprimunt secundum casum, non debet concessio ad illum extendi. 27

Quòd si dicas, id verum esse, si secundus non trahatur à quarto, quia si trahatur, sequitur quartum. Contra est, quia verba in concessione non loquuntur de quarto mixto quomodocunque cum alio, sed expresè de quarto mixto cum tertio, quia verba accipienda sunt, ut sonant, & de mixtione illorum graduum, qui exprimuntur: neque quòd sub simplici contineatur etiam mixtum in materia favorabili, ut est præsens *l. si. ita init. ff. de liber. & posth.* sequitur, secundum contineri in quarto, quia id tantùm procedit, quando in dispensatione fit mentio de utroque simplici, ex quo componitur mixtum: in casu autem nostro mixtum non componitur ex secundo simplici, & quarto simplici, sed ex quarto & tertio simplici, unde cùm in concessione non fiat mentio de secundo gradu, non continetur sub quarto mixto ex quarto, & secundo. 28

§. IX.

§. IX.

An quando legi ecclesiasticæ apponitur clausula, nisi in ea dispensetur, possit tunc inferior dispensare in lege superioris.

1 PRocedit quæstio de lege ecclesiastica emanata à Pontifice, vel Concilio generali, in qua non potest inferior dispensare, & quæritur, an si adjiciatur clausula, *nisi in ea dispensetur*, & non explicetur, à quo facienda sit dispensatio, possit tunc Prælatus inferior, ut Episcopus dispensare virtute ejusdem clausulæ in lege superioris tam Pontificia, quàm Concilij generalis. Quamvis omnis lex ecclesiastica etiam Concilij Generalis dicatur Pontificia, & emanare à Pontifice: nihilominus ex legibus ecclesiasticis aliæ tribuuntur specialiter Pontifici, & aliæ Concilio generali, idque ratione originis, ex qua ejus materia ortum ducit: si enim oriatur à Pontifice, eò quia hic primus fuerit, qui legis materiam Concilio discutiendam proposuerit, dicitur lex ista Pontificia, quamvis à Concilio discussa, eò quia suam traxerit originem à Pontifice: è contra si materia legis oriatur ex Concilio, eò quia Concilium materiam talis legis primùm examinandam, & definiendam proposuit, dicitur lex Concilij, quamvis firmitatis robur accipiat à Pontifice, nulla enim lex ecclesiastica suum sortitur valorem, nisi approbetur, & firmetur à Pontifice. Ad dignoscendum verò, quænam leges suam à Pontifice traxerint originem, & quæ à Concilio; observandum est, quòd si Pontifex legem servandam proponat, nullâ factâ Concilij mentione, tunc Pontifex illam proponit ut suam: sin verò eam servandam proponat authoritate Concilij, tunc proponit eam ut legem Concilij, & vult eam acceptari ut talem: signa verò cognoscendi leges proponi authoritate Concilij sunt, quando proponuntur his, vel similibus verbis *Sacro approbante Concilio: Authoritate sacri Concilij: Decernente nobis cum sacro Concilio: Definimus ex consilio Concilij: Statuimus cum consilio Concilij*, quia cùm consensus sit actus voluntatis, immediatè influit in legem per modum obligantis: consilium verò, cùm sit actus intellectûs, importat remotum tantùm influxum in legem per modum dirigentis, & consulentis. Rursus juvat observare discrimen inter præpositiones *Ex*, & *In*, quando enim in ipsa canonis subscriptione adjicitur *Ex Concilio*, tunc lex censetur originem trahere ex Concilio, siquidem particula *Ex* denotat proximam causam: secus si dicatur *in Concilio*, & Concilio interfuit Pontifex, censetur originem traxisse ab ipso Pontifice, qui est caput generalis Concilij, & tunc per hæc verba *in Concilio* tantùm significatur locus, in quo Pontifex talem legem condidit, nimirum in Concilio.

2 Si igitur in lege emanata à Pontifice addatur hæc clausula, *nisi in ea dispensetur*, & non explicetur, à quo facienda sit hujusmodi dispensatio, tunc lex est ita servanda, ut possit Prælatus inferior, ut Episcopus in ea dispensare ex justa causa, quia per illam clausul. m, *nisi in ea dispensetur*, censetur Pontifex tacitè concedere Prælato inferiori facultatem dispensandi in ea lege, si justa causa occurrerit, & ita docent communiter Canonistæ. Ratio ex eo desumitur, quia nullum debet in lege verbum admitti otiosum, & quod suum non habeat effectum, seu aliquid operetur: sin verò verba illa, *nisi in ea dispensetur*, non intelligerentur de dispensatione facienda per Prælatum inferiorem nullum sortirentur verba illa effectum, nilque operarentur, & essent prorsus otiosa, quod non potest dici, quia nullum verbum otiosum, & frustraneum præsumitur legislator inserere suæ legi.

3 Quòd verò hujusmodi verba forent otiosa ex eo liquet, quia cum certum sit, posse summum Pontificem in sua lege dispensare, frustra ponerentur verba illa, *nisi in ea dispensetur*, si per hanc clausulam Pontifex non intelligeret concedere inferioribus Prælatis potestatem dispensandi: hoc pacto communiter Canonistæ explicant præfatam clausulam, quæ etiam ponitur ut regula universalis, excipitur tamen, nisi lex superioris obliget solum Prælatum inferiorem, tunc enim non præsumitur mens superioris esse, ut Prælatus inferior, possit secum in propria causa dispensare, quia tametsi id non repugnet, cùm etiam supremus legislator secum dispenset, non tamen absque urgente causa est id admittendum. Quòd si lex non obligaret solum Prælatum, sed simul cum Prælato etiam communitatem, tunc Prælatus inferior ex eo, quòd directè & immediatè dispensaret cum tota communitate, indirectè, & mediatè secum etiam dispensaret, cum & ipse pertineat ad communitatem, cujus est caput.

4 Excipitur etiam, nisi lex sit solius Pontificis, quia si esset Concilij alicujus generalis, tunc ut illi derogaretur, necessaria esset expressa mentio, nec sufficeret tacita, & implicita Pontificia concessio, ut docet praxis: neque verba illa, *nisi in ea dispensetur*, censenda essent tunc otiosa, quia id operantur, ut non sit postea opus speciali mentione Concilij, quando Pontifex dispensationem talis legis concedit.

5 Non tamen Episcopus jure ordinario potest dispensare in lege Concilij, vel summi Pontificis, quoties facultas dispensandi non adimitur: ratio est, quia quando lex sancitur à Pontifice, vel Concilio, & non conceditur dispensatio, seu non ponitur clausula illa, nisi in ea dispensetur, non potest Episcopus dispensare, sed censetur dispensatio reservata, eò quia ex regula generali inferior non potest dispensare in lege superioris, & ita docent Ugolinus *de potest. Episc. c. 57. §. 1.* Barbosa *de potest. Episc. p. 2. allegat. 23. n. 18.* Gratianus in *discept. forens. c. 397. n. 33.* hinc solius Pontificis est dispensare de potestate ordinaria in impedimentis matrimonium dirimentibus, quia hæc impedimenta posita fuerunt decreto Pontificio, vel statuto Concilij generalis, in cujus lege tanquam superioris non potest Episcopus,

qui inferior est, dispensare, quia inferior non habet jurisdictionem in superiorem, excipitur tamen, nisi matrimonium fuisset jam publicè initum, & impedimentum esset omnino occultum, nec ad Pontificem facilis pateret aditus ob inopiam, vel locorum distantias, & ex separatione contrahentium scandalum oriretur: quia tunc inferior potest uti epikeja & interpretari legem superioris, ne sequantur illa incommoda, & scandala, quæ Pontifex non vult, ut sequantur, & eo ipso, quòd Pontifex præsumitur nolle hujusmodi scandala, quæ orirentur ex separatione conjugum, præsumitur dare facultatem inferiori Prælato dispensandi pro tali casu; quia facultas hæc dispensandi est medium necessarium ad cavenda illa scandala, ne sequantur: & qui vult finem, virtualiter vult etiam media, sine quibus non potest haberi consecutio finis, & ita docent Baldus *l. omnes populi num. 8. de justit. & jur.* Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispensat. ad plura beneficia num. 30. & sequent.* Lambertinus *de jure patronat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. n. 2.*

6 Tum quia urget tunc gravissima necessitas, ut inferior dispenset in lege superioris, ne qui contraxerunt, cùm non possint Pontificem adire remedio destituantur, & cogantur cum publico scandalo separari, & præsertim si prolem jam susceperint, quæ parentibus destituta commodè educari non potest: ut etiam si alter tantùm conjux conscius sit impedimenti, quod cùm sit occultum probare non possit, imò nec illud detegere absque proprij honoris detrimento, & famæ jactura: quinimò si uterque conjux sit conscius impedimenti, & non possint illud probare, nec possint separari sine scandalo, & interim immineat periculum incontinentiæ; ne Deus offendatur, & ut scandala impediantur, præsumitur Pontifex tunc concedere facultatem Episcopo, ut tali urgente necessitate possit dispensare. Tum quia si Episcopus non posset tunc in illis impedimentis dispensare id oriretur, quia Pontifex sibi tantùm reservavit hujusmodi dispensationem: sed non videtur verisimile quòd in casu tantæ necessitatis, nolit, ut Episcopus dispenset: etenim hæc reservatio fit ob bonum reipublicæ regimen, & causa charitatis exercendæ, ne sequantur plura incommoda: atqui esset contra charitatem, & suavem ecclesiæ gubernationem si in tali casu, quando aliter scandala, & peccata vitari non possunt, deberent homines remedio destitui, eò quia Prælatus inferior non posset dispensare.

7 Neque tunc Prælatus inferior propriè dispensat in lege superioris, nec exercet jurisdictionem in suum superiorem, sed tantùm per epikeiam interpretatur legem superioris esse, ut urgente tali necessitate ad evitanda publica scandala, & peccata, possit inferior dispensare.

8 An verò Episcopus absque ulla delegatione possit dispensare in legibus summi Pontificis, si non constet à Pontifice restrictam fuisse illius potestatem, non conveniunt Canonistæ. Plures affirmant, eò quia Episcopus perinde sit Pastor Ordinarius in sua Diœcesi, sicut Pontifex in toto orbe, tametsi Episcopus subjiciatur Pontifici: ex quo inferunt, in iis, in quibus Pontifex non limitat ejus jurisdictionem, habere potestatem ordinariam, ac posse dispensare in omnibus casibus non reservatis Papæ, perinde ac Confessarius potest absolvere ab omnibus peccatis non reservatis Papæ, & Episcopo. Idque videtur etiam desumi ex *c. nuper de sent. excommun. in 6.* ex eo enim, quòd Papa sibi non reservet absolutionem excommunicationis, ex illo texto potest inferior Prælatus ab illa absolvere: hinc inferunt à pari: ergo eo ipso, quòd Pontifex non reservat sibi dispensationem, videtur potestatem dispensandi concedere inferiori Prælato.

Secundò quia gravius est dispensare in votis, quàm in legibus, leges siquidem sunt merè humanæ, & vota obligant jure divino, & naturali: atqui Episcopus potest dispensare in omnibus votis non reservatis superiori, proinde à fortiori in legibus superioris. 9

Tertiò quia in legibus festorum, & jejuniorum dispensat Episcopus, proinde potest etiam in aliis legibus Pontificiis dispensare, in quibus dispensatio non est expressè illi prohibita. 10

Quartò quia dispensatio in legibus superioris, quando hæc expressè non prohibetur, videtur moraliter necessaria ad bonam populi gubernationem: atqui hæc gubernatio committitur Episcopo, proinde eidem etiam conceditur facultas hæc dispensandi: ita docet præ cæteris Basilius Pontius *in relect. de sacram. confir. p. 4. c. 3. num. 5.* adhærent etiam huic sententiæ Vega in *c. 4. de judic. §. de adulter. num. 41.* Marchinus *de sacram. tract. 1. p. 2. c. 3. n. 19.* Monera *commut. ult. volunt. c. 5. n. 350.* 11

Nihilominus contraria sententia negativa communior est, & verior, ac propterea eidem adhærendum cum D. Thoma *p. 2. q. 97. art. 4. ad 3.* ubi expressè ait, in lege humana publica non potest dispensare nisi is, à quo lex authoritatem habet, vel is, cui ipse commiserit, & cum D. Thoma sentiunt, ferè communiter Doctores, quorum plures congerit, & sequitur Suarez *lib. 3. c. 14. num. 4. de sacrament.* Hinc nullus inferior potestatem habet dispensandi in legibus superioris, nisi superior expressè, vel tacitè id ei concedat, & desumitur ex *c. inferior dist. 21. & ex c. cum inferior de majorit. & obedient.* ubi expressè dicitur, non posse superiorem ab inferiore absolvi: & etiam ex *clement. Ne Romani de elect. & electi potest.* ubi Clemens V. declarat, legem superioris non posse tolli, neque in ea dispensari per inferiorem. & id vel maximè procedit, ut ibidem notat Glossa *V. inferiorem*, quando inferior à tali superiore potestatem recipit. Ratio est, quia inferior non habet potestatem in superiorem, sed potius è contra superior potestatem habet in inferiorem; cùm inferior superiori subjiciatur, proinde non potest inferior propria authoritate dispensare in legibus superioris; quia id perinde esset, ac exercere potestatem erga superiorem: est enim dispen- 12

dispensatio actus jurisdictionis, & relaxatioois juris inducti per legem: sed jurisdictio non exerceetur in superiorem, præsertim à quo jurisdictio derivatur in inferiorem.

13 Præterea sunt multa, in quibus de facto vi ordinariæ potestatis Prælati inferiores nō possunt dispensare in legibus Pontificiis: tametsi earum dispensatio non sit expresse eis prohibita. Tum quia quamdiu voluntas superioris lege explicata non revocatur, semper obligat, quia obligatio tamdiu perseverat, quamdiu non revocatur: atqui voluntas superioris lege explicata, & quæ obligat, non potest per inferiorem revocari; unde quandiu hæc voluntas ab ipso superiore non revocatur, semper obligat, quia ex voluntate superioris formaliter dependet obligatio legis, quòd verò inferior non possit superioris voluntatem revocare, ex eo liquet, quia non habet in illum jurisdictionem: unde requiritur in inferiore implicitè saltem potestas sibi à superiore concessa, cùm enim inferior nullum habeat jus in voluntatem superioris, non potest illam revocare, nisi per potestatem sibi ab ipso superiore concessam: sed ex vi Ordinariæ potestatis, quam inferior accipit ad gubernandos subditos, non accipit ullam potestatem implicitam, vel explicitam dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: quia inferior eam tantùm potestatem censetur implicitè accipere à superiore unà cum ipso officio gubernandi, quæ necessaria est ad rectum, & suave subditorum ragimen: atqui ad hoc regimen non est necessaria potestas dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: quinimò ad rectum regimen potiùs pertinet, uc non possit inferior cùm suis subditis dispensare in omnibus legibus, in quibus potest superior, ut nimirum debita serventur subordinatio inferioris cum superiore, quæ ad rectam gubernationem necessaria est.

14 Hinc ad primum fundamentum oppositæ sententiæ petitum ex *c. nuper de sent. excommun. in 6.* respondetur, esse discrimen inter absolutionem à censuris, & dispensationem in legibus superioris; quia absolutio à censuris non est contra, aut præter legem superioris; sed secundùm illam: Canones enim instituerunt censuras, ut homines corrigerentur, proinde qui non sunt correcti, possunt censuris puniri, ut etiam alijs pœnis affici: facus qui jam sunt correcti, non possunt puniri: quòd si post censuras inflictas corrigantur, sunt statim absolvendi à Parocho, nisi absolutio sit reservata superiori: & hæc ratio est, cur unà cum officio concedatur inferiori potestas absolvendi à censuris, quando earum absolutio non est expresse reservata superiori. Secus dispensatio est contra legem, qua ratione in *c. cum illarum de sent. excommun.* dicitur esse difficilior dispensatio, quàm absolutio.

15 Tum quia absolutio à censura præsertim ab excommunicatione, ordinatur ad bonum spirituale animæ, quia talis absolutio necessaria est ad usum sacramentorum, quapropter ex praxi ecclesiæ, & insolita consuetudine intelligitur concessa, quoties expressè non reservatur: hinc non solùm Episcopo, sed etiam Parocho censetur concessa facultas absolvendi à censura canonis, quoties expressè non reservatur superiori: & tamen nemo dicet, posse Parochum dispensare in omni lege canonica, si hæc non sit specialiter reservata. Ad secundum desumptum ex eo, quòd majus sit dispensare in voris, quàm in legibus humanis, respondetur, esse itidem discrimen, quia dispensare in votis non est dispensare in lege naturali, & divina, immo neque in humana propriè sumpta, sed tantùm in lege privata laxè sumpta, quatenus vovens eam sibi imposuit: unde dispensare in voto est potiùs cedere juri Dei provenienti ex tali voto, & hæc est ratio, cur possit Episcopus in votis omnibus non reservatis jure, vel consuetudine dispensare, quia hæc potestas erat Episcopo necessaria, ut saluti consuleret animarum: quando igitur dispensat Episcopus à voto, non dispensat in lege divina, nec humana propriè dicta, sed tantùm nomine Dei cedit juri acquisito ipsi, Deo ex eo, quòd vovens, se obligaverat Deo ex vi emissi voti: unde Prælatus, qui dispensat in voto, vices gerit Dei donando voventi jus Deo acquisitum.

Præterea in votis, cùm frequenter occurrant, præsumitur adesse Papæ commissio, ut episcopus in jejunijs, & festis dispenset; quia nimis incommodum, & onerosum esset, ita frequenter Principem adire, & ideo præsumitur Pontifex intendere, ut Episcopi occurrentibus justis causis, & urgente necessitate dispensent in legibus festorum, & jejuniorum: ex quo patet solutio ad tertium. Ad quartum respondetur, hanc dispensationem in legibus superioris non videri necessariam, quinimo quòd inferior non possit dispensare in lege superioris magis conducit ad rectum regimen populorum: quia inferiores debent subordinati esse superioribus, ut omnes suos ordines servent. Tum quia plura sunt, quæ potest Papa in universa ecclesia, quæ tamen non possunt Episcopi in suis propriis Diœcesibus: unde quando dicitur, quòd Episcopus perinde sit Pastor ordinarius in sua Diœcesi sicut Pontifex in toto orbe; non inde sequitur, posse Episcopum in sua Diœcesi omnia, quæ Pontifex in universa ecclesia, nisi ab ipso Pontifice id prohibeatur Episcopis, quia ut rectè notat Suarez *lib. 6. de legib. c. 14. num. 6.* inde sequeretur, Episcopos ex jure divino habere absolutam, & universalem jurisdictionem intra suas Diœceses, quod tamen non est verum, quia Episcopi immediatè habent jurisdictionem ab ipso summo Pontifice, ad quem etiam pertinet definire modum, & gradum illius jurisdictionis. Præterea potest Pontifex canonizare sanctos, quod tamen præstari non potest ab Episcopo. 16

Rursus potest Papa dispensare in matrimonio rato, & nondum consummato, imò etiam in voto solemni religionis, & tamen nemo dixerit, Episcopum posse in sua Diœcesi dispensare in matrimonio rato, & voto solemni religionis: unde illud effatum, quòd Episcopus 17

ut Pastor Ordinarius possit in sua Diœcesi, quæ potest Pontifex in tota ecclesia intelligitur quoad illa, quæ spectant ad gubernationem ordinariam moraliter necessariam, vel convenientem ad salutem animarum: & considerando etiam potestatem Episcoporum, prinsquam Pontifex aliquid statuat, vel prohibeat; quia ex vi muneris non habet, unde limitetur: postquam verò Pontifex aliquid particulare per suam legem præscribit, vel prohibet, eo ipso, illud excipit ab ordinaria jurisdictione inferioris, proinde nisi aliundè concedatur Episcopo potestas dispensandi eam non habet ex vi solius potestatis ordinariæ.

18 Hinc liquet falsum esse effatum illud, quidquid potest Pontifex in toto orbe; potest Episcopus in sua Diœcesi, nisi expresse prohibeatur, ut notat Layman *lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 2. n. 5.* Nec Parochus circa proprias oves, potest omnia, quæ Episcopus circa suas nisi specialiter sint reservata. Non enim potest Parochus dispensare in legibus, in quibus dispensat Episcopus, licèt ex consuetudine dispenset in jejuniis.

19 Objicit tamen Dicastillus *de justitia lib. 1. disp. 3. dub. 14. n. 175.* quia Episcopus in sua propria Diœcesi perinde est Pastor ordinarius, sicut Pontifex est Pastor ordinarius in toto orbe: proinde quamvis Episcopus subjiciatur Pontifici; adhuc in ijs, in quibus Pontifex non limitat ejus jurisdictionem, habet potestatem ordinariam, & potest in propria Diœcesi quidquid potest Pontifex in universali ecclesia. Sed contra quia ex eo, quòd Episcopus sit Pastor ordinarius in sua diœcesi, non sequitur, posse in eadem quidquid potest Pontifex in toto orbe: etenim plura sunt, in quibus Episcopi non possunt ex vi ordinariæ potestatis dispensare, quamvis eorum dispensatio nullibi reperiatur expressè eis prohibita; non enim Episcopus dispensat in impedimentis consanguinitatis, & affinitatis: neque ut simplex sacerdos possit sacramentum confirmationis ministrare. Imò ex eo, quòd Episcopus subjiciatur Pontifici, clarè infertur, non posse in sua Diœcesi, quidquid potest Pontifex in toto orbe, etenim potest Pontifex dispensare in toto jure canonico, non ita Episcopus, tametsi illi expressè nullibi reperiatur prohibitum, quia cùm nullum jus habeat inferior in voluntatem superioris, non potest eam revocare, nisi per potestatem sibi ab eodem superiore concessam: ex vi autem ordinariæ potestatis, quàm inferior accipit in ordine ad gubernandos subditos, nullam accipit, neque explicitam, neque implicitam potestatem dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: etenim eam tantùm potestatem censetur implicitè à superiore simul cum ipso officio gubernandi accipere, quæ necessaria est ad rectam, suavémque subditorum gubernationem: ad hanc autem gubernationem non est necessaria hæc potestas dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: quinimò ut superiùs diximus ad rectam subditorum gubernationem potiùs pertinet, ut non possit inferior enm suis subditis dispensare in omnibus, in quibus potest superior, ut debita inferioris cum superiore subordinatio servetur; hæc enim subordinatio pertinet ad rectam gubernationem, ne confusio inducatur in ijs, qui præsunt, & eædem leges ubique locorum à subditis serventur juxta voluntatem supremi legislatoris.

Præterea si Episcopus in sua Diœcesi tantam haberet potestatem, quantam Pontifex in universum orbem, sequeretur, Episcopum non esse ovem, sed supremum Pastorem; proinde D. Petro non essent in universo orbe commissæ oves Christi simpliciter, & absolutè: siquidem quicunque habet plenitudinem potestatis, is caput, & Princeps est, ac proinde nequit ovis esse; alioquin etiam D. Petrus habens hanc plenitudinem potestatis esset ovis. Quòd si dicas, Episcopos esse simul oves Christi, & Pastores in suis Diœcesibus. Contra est, quia habens plenitudinem potestatis ecclesiasticæ est immediatè sub Christo, proinde si Episcopi haberent plenitudinem potestatis in proprijs Diœcesibus, sicut Pontifex in toto orbe, non essent assumpti in partem sollicitudinis ipsius Petri, nec essent oves Christi, quia hæ sunt concreditæ Petro. Tum quia Petrus, vel summus Pontifex non esset Caput omnium ecclesiarum, nec esset Pastor ovium, & Pastorum. 20

Demum quia asserere Episcopos in suis Diœcesibus tantam habere potestatem, quantam habet Papa in toto orbe, est negare verbum Christi Petro dicentis singulariter, *Pasce oves meas:* non enim posset Pontifex pascere oves Christi, si Episcopi in suis Diœcesibus haberent plenitudinem potestatis: ratio est, quia summus Pontifex nullam in subditos Episcoporum haberet jurisdictionem. 21

Quòd si dicas, Papam pascere oves Christi, eò quia ad ipsum pertineat instituere Episcopos. Contra est, quia tametsi Papa instituat Episcopos, adhuc isti, & eorum subditi sunt oves Christi, & pascuntur à summo Pontifice, quòd si Episcopi in suis Diœcesibus possent quidquid potest Pontifex in toto orbe, haberent eandem potestatem, quam habet Pontifex, proinde Pontifex non posset eos pascere, quia par in parem non habet jurisdictionem: quia hæc exercetur à superiore circa inferiores, unde si Episcopi plenitudinem haberent potestatis, sicut summus Pontifex, hic non pasceret Oves Christi, quod adversatur verbis Christi, *pasce oves meas.* 22

§. X.

Quot sint casus, in quibus Episcopi possunt dispensare in legibus Pontificijs, etiam sine expressa potestate.

Certum est, varios esse casus, in quibus licitum est Prælato inferiori dispensare in lege superioris non solùm quando ipsum jus, vel superior expressè concedit hanc potestatem, verùm etiam quando illam non tribuit. Posse inferiorem dispensare in lege superio- 1

perioris, quando superior expressè dat inferiori hanc potestatem, nulli est dubium: quia tunc inferior ob potestatem sibi delegatam vices gerit superioris, qui per suum ministrum censetur tunc dispensare in propria lege: difficultas igitur est, quando superior expressè non dat inferiori hanc potestatem, an etiam tunc sint casus, in quibus possit Episcopus dispensare in legibus Pontificijs, & respondetur plures assignari casus.

2 Primus est, ut Episcopus etiam inconsulto Pontifice possit dispensare in rebus, quæ frequenter occurrunt, cujusmodi sunt jejunia, recitatio breviarij; & interesse sacro diebus festis, & alia id genus frequenter occurrentiâ: tametsi summus Pontifex suis legibus obligaverit Clericos ad recitationem horarum, & omnes fideles ad jejunia servanda, & missam audiendam diebus festis, adhuc potest Episcopus, imò & etiam Rector collegij Religiosorum cum suis subditis dispensare, si justa suppetat causa, etiam inconsulto summo Pontifice: siquidem onus foret intolerabile in his quoties occurrunt recurrere ad Papam; imò esset contra ipsius Papæ voluntatem, quia non præsumitur obligare, ut cum tantâ frequentiâ ad ipsum recurratur, quapropter tacitus, imò & debitus consensus præsumitur in Pontifice, ut prædicti Prælati dispensent: alioquin grave id obtingeret Principi, si tam frequenter deberent inferiores Prælati ad ipsum recurrere, & nimis difficilis redderetur gubernatio; & satis limitata esset authoritas gubernantis, si in hisce præceptis dispensandis semper recurrendum esset ad summum Pontificem, & ita docent Cajetanus *q. 97. art. 5.* Sotus *lib. 1. de justit. q. 7. art. 3.* Valentia *disput. 7. q. 5. punct. 9.*

3 Secundus casus est, ut Episcopi possint dispensare circa ea, quæ ita propria sunt unius communitatis, ut nullo pacto conveniant aliis, & nisi casus sit ita notabilis, ut ait Cajetanus *loc. cit.* ut exigat recursum ad summum Pontificem, qui super tali casu sit consulendus. Ratio hujus tacitæ concessionis petitur ex eo, quia quæ propria sunt unius communitatis sunt magis nota, & perspecta immediato gubernatori, quàm supremo Principi, ac proinde meliùs ipse, quàm superior potest de iisdem judicare.

4 Tum quia cum lex illa sit tantùm lata propter commodum, & utilitatem specialem talium subditorum, ideo præsumitur summus Pontifex tacitè relinquere relaxationem talis legis inferiori Prælato, cui specialiter incumbit gubernatio talium subditorum; & quamvis aliqui dicant, hanc sententiam non habere sufficiens fundamentum in jure, nihilominus, ratio eam sufficienter suadet.

5 Tertius est, quando materia est levis, seu exigui momenti; quia non videtur rationi consonum, nec juxta Principis voluntatem, nec juxta suavem, & rectam gubernationem, ut semper pro levibus recurratur ad superiorem, tametsi ad eum sit facilis recursus, valdè enim molestum esset in minimis semper recurrere ad supremum legislatorem: eo enim ipso quòd hic constituit inferiores Prælatos, videtur etiam iisdem concessisse potestatem ad hæc minima, quamvis res graves, & magni momenti ad se advocaverit. Notat Sotus *1. de justit. q. 7 art. 3.* rem levis momenti eam dici, quæ non obligat sub mortali, & in hoc sensu videtur hæc sententia vera.

Dubitat tamen Sotus, an Episcopus possit cum subdito dispensare, ut nunquam in tota 6
vita jejunet: & dicendum est, non posse; sicut nec potest dispensare, ut sacerdos nunquã recitet horas canonicas, est enim res magni momenti, & quæ frequenter non solet accidere, unde non est credendum, voluisse Pontificem committere inferiori Prælato hanc dispensationem in re tanti momenti.

Quartus est, quando recursus ad superiorem est valdè difficilis ob locorum distantias, 7
vel si urgeret aliqua magna necessitas, & periculum esset in mora. Tunc enim ex præsumpta voluntate Pontificis posset Episcopus dispensare in lege Pontificis, & hæc doctrina communiter recipitur. Hinc Doctores tribuunt Episcopo potestatem dispensandi in impedimento matrimonij jam contracti bona fide saltem unius contrahentis, quando non potest summus Potifex commodè adiri.

Quintus casus ponitur ab aliquibus, & est, 8
si consuetudine præscribatur, ut inferior in lege superioris dispenset, quia consuetudo legitimè præscripta jurisdictionem concedit *c. cum contingat de foro compet.* hinc Parochi ex consuetudine præscripta, quamvis de jure ipsis non competat dispensatio, solent nihilominus dispensare in festorum, & jejuniorum observatione: siquidem videbatur ipsis maximè necessaria hæc potestas ob frequentes casus exigentes hanc dispensationem.

Ad hunc casum Basilius Pontius *lib. 8. de*
matrim. c. 6. n. 8. reducit potestatem, quam 9
habent singuli Episcopi pro sua Diœcesi dispensandi in legibus Concilij Provincialis: erat enim expediens, ut Concilium Provinciale hanc illis facultatem concederet, ne subditi obligati essent pro dispensatione obtinenda recurrere semper ad summum Pontificem, vel expectare, donec congregetur aliud Concilium Provinciale, ut docet Suarez *lib. 6. c. 15. n. 7.*

Quòd si dicas, posse tunc subditum commo- 10
dè recurrere ad Archiepiscopum ejusdem Provinciæ. Contra est, quia Archiepiscopus hanc non habet potestatem, neque enim à jure illam obtinet, quia cùm sit inferior Concilio, perinde ac cæteri Episcopi, non habet potestatem dispensandi in legibus sancitis à Concilio; alioquin inferior posset dispensare in lege superioris, quod est falsum, cum dispensatio sit actus jurisdictionis; & inferior non possit jurisdictionem exercere in superiorem: neque à Concilio hæc facultas dispensandi specialiter tribuitor Archiepiscopo, cum enim id non constet, non est temerè asserendum.

Cæterum potestas hæc in inferioribus Præla- 11
tis dispensandi in omnibus supradictis casibus dicenda potiùs est ordinaria, quàm delegata,

quia

quia conceditur ratione muneris, & officij. Tum quia est potestas perpetua, quæ indicat jurisdictionem ordinariam, ut notat Coverruvias *3. variar. c. 20. n. 6.* & Basilius Pontius *lib. 8. de matrim. c. 6. n. 9.* Hinc potestas, quam habet Legatus ad dispensandum in legibus, & votis est ordinaria, quia annexa illi officio, & muneri in perpetuum *c. quòd translatio de officio Legati*, & docet Panormitanus in *c. ult. de transact. in 5.*

12 Rursus potestas, quam habent ex privilegio superiores Religionum ad dispensandum cum Religiosis, & ad illos absolvendum, est etiam ordinaria, & non delegata, eò quia sit in perpetuum concessa, ut tradit idem Basilius Pontius *lib. 8. c. 6. n. 9.* ex collectore privilegiorum Fratrum Minorum *V. absolutio ordinaria quoad fratres in fin. n. 27. dub. 2.*

13 An verò Episcopus possit inconsulto Papa dispensare ob paupertatem partium, negat Vasquez in *12. tom. 2. disput. 178. c. 2. n. 16.* & nititur ea ratione, quia cùm non sit periculum in mora, & ad Pontificem recurri possit per litteras Episcopi, qui tenetur pauperum necessitatibus subvenire, non apparet necessitas, qua debeat Episcopus ob talem paupertatem dispensare. Adhæret huic sententiæ Boncina *de legib. disput. 1. q. 2. punct. 1. n. 19.* ubi censet Episcopum non posse dispensare, quoties potest summum Pontificem per litteras certiorem facere, & paupertati partium, cum quibus dispensandum est debere Episcopum occurrere ex suis reditibus.

14 Alij nihilominus censentes, hanc opinionem nimis onerosam pro Episcopis docent, posse Episcopum ob paupertatem partium inconsulto summo Pontifice dispensare, eò quia non teneatur Episcopus suis sumptibus admonere Pontificem, volunt enim, Episcopum non teneri in impetrandis hisce dispensationibus reditus suos consumere, proinde concludunt, posse ob paupertatem partium dispensare; & ita videri se praxim habere, & plures docent absque ulla limitatione, licitum esse Episcopo in necessitate dispensare, quando ob partium paupertatem difficilis est ad Pontificem accessus.

15 Hæc secunda sententia, quamvis videatur communior, prima tamen est tutior, cique adhærendum, præsertim quando periculum non est in mora, & Episcopus per litteras potest commodè certiorem facere summum Pontificem, non enim ad id requiruntur magni sumptus, nisi fortassis ob locorum distantias orirentur alia incommoda, & etiam periculum esset in mora.

16 Quòd si quæras, an Metropolitani possint dispensare cum Episcopis Suffraganeis, plures affirmant cum Merola *tom. 3. disp. 4. n. 140.* ea nitentes ratione, quia Archiepiscopus, seu Metropolitanus habet jurisdictionem ordinariam in suos Suffraganeos *c. Suffraganeis de elect. 11.* ubi Panormitanus *n. 1.* idque ex eo etiam evincitur, quia potest Archiepiscopus præcipere Suffraganeis, & eosdem negligentes compellere ad officium, ut docet Panormitanus *n. 1. de offic. Ordinarij*, & colligitur *ex c. solicitudinem de appellat. canon. 1. 2. & sequent. q. 3.* Rursus potest illos excommunicare *c. 1. §. fin. de offic. ordinar. in 6.* proinde à fortiori potest cum illis dispensare, quia si Episcopi Suffraganei subduntur Archiepiscopo in sibi odiosis, multò magis possunt subdi in favorabilibus. Tum quia Prælati Religionum, quamvis eliàs sint exempti à jurisdictione Episcoporum, possunt nihilominus ab eis dispensari in votis, juramentis, & alijs: proinde multo magis poterit Archiepiscopus dispensare cum Episcopis Suffraganeis, cum isti exempti non sint à jurisdictione Archiepiscopi. Licet hæc sententia videatur aliquibus valde probabilis, contraria tamen, quam docet Suarez *tom. 2. lib. 6. de voto.* & cum ipso Basilius Pontius *lib. 8. c. 5. n. 10.* est tutior, & eidem adhærendum, quia jure hæc potestas non constat, neque enim jurisdictio Archiepiscopi in jure se extendit ad has dispensationes. Tum quia hæc dispensandi potestas non est necessaria, cùm Episcopi possint commodè recurrere ad Pontificem, vel ad ejus legatos.

Tum quia hæc dispensatio non convenit Archiepiscopo ex vi suarum legum, quia legibus Archiepiscopi non ligantur Episcopi, neque ejus Suffraganei, sicque pro his nulla est est dispensatio necessaria. Tum quia leges Pontificiæ & Concilij Generalis æquè omnibus inferioribus interdicunt potestatem dispensandi. Tum quia quando Archiepiscopus potest dispensare cum suis subditis in aliquibus, potest etiam in iisdem Episcopus dispensare cum suis propriis subditis, & secum; proinde in nullo casu hæc potestas necessaria est: & hoc etiam procedit de votis, juramentis, & irregularitatibus: unde ex eo, quòd Episcopi in aliquibus odiosis subdantur Archiepiscopo, non tamen inde sequitur ijsdem subjici in favorabilibus: ratio discriminis est, quia quod subjiciatur in illis odiosis, habetur in jure expressum, non ita, quòd subjiciantur in favorabilibus, quia ex jure contrarium potiùs infertur. 17

Quid verò dicendum, si subditi Episcopi suffraganei recurrant ad Metropolitanum pro dispensatione? Respondetur, Metropolitanum non posse dispensare cum subditis suorum suffraganeorum: ratio est, quia Metropolitanus non habet ordinariam jurisdictionem nisi in sua propria Diœcesi, & tantùm est Judex in causis Diœcesis suffraganeæ per appellationem ad ipsum deductis *c. 1. de offic. delegat. c. duo de offic. Ordinar.* cùm igitur Archiepiscopus non habeat jurisdictionem extra causam appellationis in subditos suorum suffraganeorum non potest cum ipsis dispensare, quia dispensatio est actus jurisdictionis, & supponit necessariò in dispensente jurisdictionem. Idque firmari etiam potest ex textu in *c. nostro de elect.* ubi tanquam aliquid speciale conceditur Archiepiscopo posse concedere indulgentias in Diœcesi suffraganea, & licèt hæc concessio supponat jurisdictionem in concedente; quia tamen est specialis concessio; ex illa rectè infertur, non habere Archiepiscopum jurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum in aliis specialiter 18

non

non concaſſis, ut notet Sotus *lib. 7. de juſtit. q. 4. art. 3.* Si tamen Epiſcopus ſuffraganeus petitam à ſuo ſubdito denegeret diſpenſationem, quando ex juſta cauſa teneretur diſpenſare, poſſet tunc ſubditus appellare ad Archiepiſcopum, qui poſſet cum tali ſubdito ſui ſuffraganei diſpenſara, quia in cauſe appellationis eſt legitimus Judax ſubditorum ſui ſuffraganei. Tum quie in teli caſu videtur Archiepiſcopua potiùs ſupplere negligentiam inferioris.

19 Major tamen difficultas eſt, quando Epiſcopus, licèt poſſit diſpenſare, eò quia adſit juſta cauſa diſpenſandi, non temen teneiur; an tunc poſſit ſubditus Epiſcopi adire Archiepiſcopum pro diſpenſatione, ſi Epiſcopus nolit diſpanſare. Plures negant eum Caſtro Paleo *tom. 1. tractat. 3. diſput. 6. punct. 7. §. 3. n. 2.* quia cum Epiſcopus non teneatur diſpenſare, non poteſt negligens reputari, ut locò illius Metropolitanus ſubrogetur, coi opinioni adhæret Querante in *ſumma Bullary V. Archiepiſcopus n. 22.* ubi docet, extra caſum negligentiæ non ſuccedere Archiepiſcopum. Verùm contraria ſententis eſt communior, & varior, proinda eidem adhærendum, quie ut docent Bartolos in *l. 1. n. 11. ff. de jurisdic. om. judic.* & Jaſon *§. ſupereſt. num. 65. & ſequent. inſtit. de action.* officium Judicis miſericorditer imploratur quoties id, quod pars petit, licèt debitum non ſit, poteſt nihilominus à Judice ex officio effici, & patenti concedi. Naque ſundementum contrariæ ſententiæ obſtat: quia illud tantum probet non poſſe tunc adiri Metropolitanum per viam Appellationis, quie cum quod petitur à Judica inferiore non ſit debitum ex juſtitia, non poteſt ab alio illo renuante concedi, nac ſubditus eppellare ad ſuperiorem. Cæterum, ſi quæratur, quendónam Epiſcopus teneatur diſpenſara; reſpondetur, tunc teneri diſpenſationem concedare, quando notabile bonum publicum, aut privatum voventis, val jurantis ſpirituale prædictam exigit diſpenſationam, & per meram ſimplicem, & purem commuistionem non poteſt commodè huic damno obviari, nec bono ſpirituali petentis diſpenſationem proſpici: & ratio poteſt ex eo deſumi, quie cùm poteſtas Prælatorum ſit in bonum ſubditorum; & Prælati teneantur ex officio proſpicere bono ſpirituali ſubditorum, ſequitur, quòd tunc ratione proprij officij teneantur necaſſariò talam impertiri diſpenſationem, quoties hæc ad eum finem neceſſarie fuarit arbitrio viri prudentia, & quoties ſubditus tenetur telem diſpenſetionem petare, ut notat Fagundez *in decalogo. tom. 1. lib. 2. c. 41. n. 16.* Quod ſi diſpenſatio ſit merè gratuita; vel partim gretuita, & partim debita eam petenti, licèt tunc ſubditus petens non poſſit à ſuo Epiſcopo ad Archiepiſcopum appellara, poteſt nihilominus ejus officium, ſi juſta ceuſa ſuppetat, implorara, ut ex miſericordia diſpenſet, ut notet Sanchaz *lib. 3. de matrim. diſput. 20. n. 20. & ſequent.*

20 An verò tempore ſaltem viſitationis poſſit Archiepiſcopus diſpenſare eum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, ſicut poteſt confeſſiones audire, & abſolvara pœnitantea; nonnulli affirmativæ ſentantiæ adhærent inter quos Barboſa *de poteſt. Epiſcopor. p. 2. alleg. 29. num. 19.* Avila *de cenſur. p. 2. c. 7. diſt. 1. dub. 1.* & ea nituntur ratione, quie Archiepiſcopus tampore viſitationis poteſt abſolvere ſubditos ſuffraganeorum à peccatis *c. fin. de cenſi. lib. 6.* ubi dicitur, quòd poſſit Archiepiſcopus dum munus viſitationis obit confeſſiones audire ſubditorum ſuorum ſuffreganeorum, eóſque in ſacramentali confeſſione obſolvera, & pœnitentias iisdem injungere ſalutares: ex quo conjicitur, Archiepiſcopum habere tunc jurisdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, quia abſolvere, & pœnitentias injungere ſunt actus jurisdictionis, ergo inſarunt poſſe itidem cum ipſis diſpanſare, cum diſpenſatio ſit actus jurisdictionis.

21 Verùm hæc ratio non videtur probare intentum, quia ex eo, quòd Metropolitanus, habeat tunc jurisdictionem in ordine ad abſolvendos in ſacramantali confeſſione ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, eíſque pœnitentias ſalutares injungendes, non ſequitur habere itidem jurisdictionam quoad omnie alia, tunc enim eſt tantùm ſuperior ad abſolvendum *c. fin. de cenſib. in 6.* non verò ad alia omnia, quæ ſunt jurisdictionia, alioquin poſſet etiam dimiſſorias concedere, quod eſt falſum, unde licèt Matropolitanus dum viſitat ſubditos ſuorum ſuffraganeorum ſit ſuperior in ordina ad abſolvendum, non ita ad diſpenſandum.

22 Tum quia Archiepiſcopus nil poteſt in Diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum præter ſibi ſpecialiter in jure conceſſa. Sed in jure nullibi reperitur eidem conceſſa poteſtas diſpanſandi tempora viſitationis, ſed tantùm abſolvendi à paccatis, & injungendi ſalutaras pœnitenties, uc conſtat *ex d. c. fin. de cenſib. in 6.*

23 Naqua poteſtas diſpanſandi eſt neceſſariò connexa cum poteſtate abſolvendi, ut ex iſta neceſſariò illa inferatur: Parochi enim licèt habeant poteſtatem abſolvendi in ſacramentali confeſſione, & injungendi ſalutaras pœnitentias, non tamen habent poteſtatem diſpenſandi, ex quo liquet, has poteſtates non eſſe ſimul connexas, ut ex una neceſſariò inſaratur alia. Tum quia Archiepiſcopus dum viſitat ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, non poteſt iisdem concedere dimiſſories ad ordines, ut notat Franc. *in d. c. fin. de cenſib. num. ult. in 6.* nec poteſt eum eis diſpenſare in denuntiationibus prævils matrimonio, tametſi uterque ſit actus jurisdictionis ordinariæ, proinde naque in aliis poterit diſpenſare.

24 Cætarum in extraordinarin aventu, ſi naceſſitas urgeet diſpenſandi, & ſit periculum in mora, & non facilis patear ad legislatorem acceſſus, poteſt inferior, tunc diſpenſare in lege ſuperioris, ſive lex ſit de matrimonio impediendo, ſive de aliqua Irregularitate, vel de reſarvatione voti, aut ſimilium: ratio eſt, quia tunc ex præſumpta legislatoris voluntate cenſetur inferiori concaſſe facultas diſpenſendi: ſiquidem negare in caſu tantæ neceſſitetis poteſtatem diſpenſandi adverſatur charitati axercendæ in proximum;

& suavi acclasiæ regimini, & commoni bono: id autem non est præsumendum in legislatore, qui unicè intandit bonum subditorum.

25 Tum quia Pontifex ipse, licèt nonnunquam absolutionem ab aliquo crimine sibi reservet, excipit tamen mortis articulum, eò quia sit casus axtremæ nacessitatis, unde urgente nacessitate præsumitur hæc potestas à legislatore commissa infariori, ut docet Suarez *de legib. lib. 6. c. 14. num. 10.* Quòd si necessitas non sit tanta, quin inferior possit commodè certiorem facere summum Pontificam, tunc tutiùs est dispensationam per epistolas ab ipso petere. Cætarum non tanetur Episcopus in his dispensationibus impetrandis raditus suos consumere, & si deberet magnos sumptus facara posset ob partium paupertatem dispensara, quia communior sententia, docet licitum esse Episcopo dispensare in necessitate urgente, quando ob partium paupertatem difficilior habetur ad Pontificem accessus.

26 Quæri tamen potast, an dispansatio inferioris in lege superioris, si justa causa subsit, sed absque illius cognitione, valida sit in foro conscientiæ? Respondet Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 17.* talem dispensationem suum sortiri valorem in foro conscientiæ, donec in foro axtariori revocetur, & nititur, quia in jure nullibi talis dispensatio declaratur invalida. Tum quia lex, quamvis temerè promulgata, si tamen justa sit, obligat, proinde etiam dispensatio temerè data, dummodo justa causa subsit, valida erit. Quòd si dicas, ex Tridentino *sess. 25. c. 18. de refor.* statui, ut in dispensatione apponatur clausula *ut nonnisi causa cognita dispensetur*: respondat id asse intelligendum in foro tantùm externo, non verò in intarno conscientiæ. Tum quia Concilium æquè loquitur da Papa, ac inferioribus, & nihilominus constat, dispansationem Papæ in jure humano sine cognitione causæ validam essa.

27 Communior tamen aa probabilior sententia asserit, dispensationem inferioris in lage superioris, si justa causa subsit, si non præmittatur ejus cognitio, invalidam esse: & ratio ex eo patitur, quia superiores sub hac conditione committunt facultatem dispensandi inferioribus, ut nonnisi cognita, & examinata causa par potestatem sibi delegatam in lege superioris dispensent, ut habetur in Tridantino *dict. sess. 25. c. 18. de refor.* ibi: *Sciant universi sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit indistinctè observandos. Quòd si urgens, justáque ratio, & major quandoque utilitas postulaverint cum aliquibus dispensandum esse, id causâ cognitâ, ac summa maturitate, atque gratis, à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.*

28 Tum quia quoties superior cum hac conditiona cognoscendi causam committit inferiori facultatem dispensandi, exonerat suam conscientiam in aam inferioris, in quem transfert obligationem examinandi causas, ut liquet ax verbis, quæ solent apponi in clausula dispensationis, quam dirigit ad infarioras, solet enim superior tunc apponere hanc clausulam *tuam hac in re onerantes conscientiam, ut si preces veritate nitantur dispenses*, sin verò dispensatio fiat absque prævia causæ cognitione, nequit inferiori innotescere, an preces veritate nitantur. Tum quia non est præsumendum, superiorem vella inferiori facultatem concedare dispensandi per actum illicitum, & paccaminosum, qualis esset actus, quo infarior dispensaret in lege superioris non cognita, nec examinata causa, unda talis dispensatio facta ab infariore in lega superioris existenta justa causa absque tamen ejus prævia cognitiona sua destituitur validitate.

Hinc ad fundamantum oppositæ sententiæ 29 respondetur, invalidam esse dispensationem factam, eo ipso, quòd in ea non servatur conditio à superiore requisita. Ad id quod addebatur de lage temerè promulgata, quæ si justa sit obligationem inducit, raspondetur, esse discrimen, quia lex sortitur proximam vim obligandi à voluntate legislatoris eam promulgantis, proinda si justa sit, quamvis temerè promulgetur, suum sortitur valorem: secus dispensatio habet proximam vim deobligandi à voluntate superioris committentis faculatem dispensandi infariori, unda si in tali dispensatione non servatur conditio adjecta à superiora, hic non intendit dispensare, seu deobligare à lege, proinde dispensatio est invalida, quia contra voluntatem dispensantis, qui cum facultatem dispensandi committat inferiori sub ea conditione, ut priùs causas examinet, invalida est dispensatio, si fiat absque purificatione talis conditionis, seu non axaminatâ tali causâ. Quòd verò dicatur, talem conditionem apponi, tantùm in ordine ad forum externum, id sine ullo sufficienti fundamento asseritur: siquidem omnea aliæ conditiones de jore, vel de stylo Curiæ requisitæ, non solùm apponuntur in ordine ad forum externum, sed etiam internum, proinde etiam hæc conditio adjecta dispensationi, si preces veritata nitantur per præviam causæ cognitionem.

Hinc liquet, dispansationem factam per inferiorem circa legem superioris in casibus sibi permissis, debere nacessariò esse ex causa justa: alioquin tam dispensans, quàm dispensatus peccaret, ut notant Innocentius in *c. veniens n. 2. de filijs Presbyt.* & Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7.* & dispensatio aliter facta, quàm sine prævia causæ cognitione nullum sortitur valorem ex Tridentina Synodo *sess. 25. c. 18.* adeò ut debeat constare de hac causa justa per informationem supar ejus veritatem receptam. Imò dispensatus absqua justa causa toties peccaret, quoties uteretur dicta dispansatione, quia tunc dispensatio cùm sit invalida, nihil ai prodest, proinde ita dispensatus toties legem transgreditur, quoties ea utitur. In foro tamen exteriori, si non posset dispensatus accusari, dispensatio excusaret, ne puniretur, quia non præsumeretur ratione dispensationis legem transgredi. Quòd sit in facultate dispensandi 30

expri-

exprimantur tantùm nomina eorum, quibus dispensatio est contedanda nulla facta mentione cognitionis causæ, quia tunc dispensans censeretur merus executor, & posset præsumere justam causam dispansandi innotescere superiori, à quo accipit facultatem dispensandi nulla facta mentione cognitionis causæ, præsertim cùm superior exprimat nomina eorum, cum quibus inferior debet dispensare.

31 Sin verò inferior bona fide dispensaret in lege superioris in causa non justa, potârim, bonam fidem non rafundere tunc valorem in dispensarionem ex se invalidam, proinde cognitâ insufficientiâ causæ, non potest in foro conscientiæ dispensatus uti tali dispensatione: quinimò licèt Prælatus inferior judicet, causam dispensandi esse justam, cùm revera talis non sit, putârim, nec suam dispensationem sortituram valorem. Quia ad rectam ecclesiæ gubernationem spectar, ut dispensationes sine justa causa non admittantur, ut validæ, tametsi bona fide fuarint concessæ: alioquin pertineret atiam ad rectam gubernationem, ut quoties dispensandi bona fide putarent, nullam sibi dispensationam esse necessariam, actus validos efficerent etiam nullâ petitâ, & adhibitâ dispensatione; qoo pacto contrahentes bona fide in gradibua prohibitis validè contraherent, quod falsum est. Præterea quia allegantes superiorem absque legitima causa dispensâsse audiuntur, tametsi superior bona fide processerit, ex quo elarè conjicitur, bonam fidem dispensentis non firmare dispansationem.

32 Dubitari etiam soler, an quando inferior in lege superioris dispensat, possit aliquod onus imponere illi, cum quo dispensat? Respondetur ex communiori sententia non posse inferiorem dispensantem imponere ullum onus ei, cui dispensatur, nisi fortassis Episcopus dispensaret, in aliqua irregularitate orta ex delicto, quia tunc posset imponere aliquod onus ei, cum quo dispensat, non qoidem per viam commutationis parrialis, sed in pœnam delicti. Rursus si Legislator dispenset in lege sua, & dispensatio non sit debite, sad pura gratia, potest atiam imponere aliquod onus ei, cum quo dispensat, & dasumitur ex *c. licitè de fer.* quia cum Legislator non teneatur tunc legem relaxare potest ejus obligationem compensare cum alia materia, non ita si dispensatio esset debita. Ratio verò, cur quando inferior dispensat in lege superioris, non possit ullum onus imponere illi, cum quo dispensat, est, quia tale onus, seu mulcta pecuniaria non potest tunc imponi ex contractu: alioquin hic esset simoniacus, si enim inferior ut dispensaret, cum aliquo subdito in lege superioris, vellet dispensatum obligare ad molctam pecuniariam, jam talis dispensatio exhiberatur, ut pretio æstimabilis, proinde esset simoniaca. Nequa ex lege præcedente potest is, cui dispensatur obligari ad tala onus, & molctam pecuniariam, quia inferior, cui commissa est facultas dispensandi, non potest legem præexistentem extendere ad aliam materiam. Neque imponere novum præceptum supra talem legem.

Nequa dici potest, hanc facultatem imponendi hoc onus habere inferiorem à superiora Legislatore, quatenus hic præsumitur concedere potestatem dispensandi inferiori, prout ipsi melius visum fuerit. Nam id non potest præsumi, alioquin præsumereretur etiam data potestas inferiori commutandi legem superioria in opus aliquod pium, si inferior dispensans conjecerit, id asse subdito, cui dispensatur, convenientius, quod tamen nemo concedit: quamobrem inferiori Prælato tantùm committitur potestas dispensandi in lege, si justa causa subsit, non verò subrogandi aliud opus pium loco observantiæ legis, in qua dispensatur. 33

Si dicas, ex praxi constare, ecclesiasticos dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eia permisso imponera mulctam aliquam pecuniariam. Respondetur, Prælatos inferiores non exigere talem pecuniam, ut pretium dispensationis, sed tantùm per modum cujusdam eleemolynæ, & actus charitatis exercendæ in pauperes, vel ut impendatur pecunia illa in pios usus, sicut cum pro dispensatione à lege servandi jejunium quadragesimale exigitur certa summa peconiæ distribuendæ pauperibus, vel impendendæ in bello contra turcas, ut moris est in regno Sicilie. 34

Tum quia Pontifex tunc saltem tacitè committit inferioribus, ut ita dispensent, quatenus dispensatio etiam commutatur cum alio opere pio, seu elargitione eleemosynæ. 35

Quòd si inferior, ut Episcopus dispenset in proprijs legibus sine causa, dispensatio suum sortitur velorem, quia militat eadem ratio, quæ in Pontifice respectu suarum legum, quia tunc inferior non dispensat in voluntate aliena, sad in propria, à qua sola totam vim obligandi sortiuntur leges, in quibus dispensat inferior, ut docet Panormitanus in *c. at si Clerici* §. *de adulter. n. 10. de judic.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 17. n. 27.* & Suarez *tom. 4. in 3. disput. 56. sect. 2. n 11.* imò hoc etiam procedit, quando superior, vel æqualis successor dispensat sine causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris, quia voluntas inferioris præsumitur aminenter contineri in voluntate superioris, sicut etiam successor reputatur æqualis, & quasi eadem persona ratione officij eum prædecessore; proinde non debet mirum videri, si superior etiam sine causa validè dispenset in lega inferioris, ut successor in lega sui prædecessoris. Verùm id procedit, quando inferior est simpliciter, & absolotè talis, ut est Episcopus in ordine ad summum Pontificem, & Synodus respecto Episcopi, non ita procedit de Archiepiscopo respectu legum Episcopi sui Suffraganai, quia Archiepiscopus non est absolutè superior, sed tantùm in quibusdam casibus. 36

Cæterum nullus Episcopus potest validè sine causa dispensare in legibus Concilij Provincialis, quia Concilium Provinciale est supra Episcopum, cùm etiam contineat Archiepiscopum. Neque est par ratio de Synodo Dioecesana, 37

cesana, quia solus Episcopus in tali Synodo habet jurisdictionem, & suffragium decisivum, & cæteri illi assident, ut consilium præbeant, & suam præstent opem, idque constat ex ipso tenore Diæcesanæ Synodi, in qua solus Episcopus decernit, & subscribit nulla facta mentione assessorum, ut notat Suarez *de legib. lib. 9. c. 15. n. 8.* hinc Episcopus in sententia plurium non tenetur legibus Diœcesanæ Synodi quoad vim coactivam, sed tantùm quoad directivam; & Legislator sicut non potest jurisdictionem exercere in se ipsum, ita neque suis legibus obligari quoad vim coactivam, licèt quoad vim directivam teneatur & ipse eas servare. Hinc potest Episcopus solus etiam inconsulto Capitulo dispensare in legibus Synodi Diœcesanæ; non solùm quia id habet consuetudo, verùm etiam de rigore juris, quia ut notat Glossa in *c. cum ex eo de elect. in 6. V. Episcopi* nullo jure ostendi potest, Episcopum habere in hoc actu dependentiam à Capitulo.

38 Non tamen Archiepiscopus potest sine legitima causa validè dispensare in legibus Synodi Provincialis: ratio est, quia Archiepiscopus est inferior Synodo Provinciali, cujus est membrum, quia inferior non habet potestatem in superiorem, ut notat Glossa *c. à collatione de appell. in 6.* An verò peccet Episcopus, si dispenset in suis legibus sine causa. Communior sententia asserit peccare contra jus divinum, immo divinum naturale dictans, neminem à lege generali esse eximendum absque justa causa, unde licèt dispensatio teneat, eò quia tunc dispensans non dispenset in eo jure naturali, vel Pontificio; peccat tamen, quia illud transgreditur.

39 Quid verò dicendum, quando lex Episcopi transivit in contractum, ut si fieret statutum quòd omnes confluentes ad urbem gauderent aliquo privilegio, tunc putârim, non posse Episcopum statutum illud revocare respectu eorum, qui jam venerant absque legitima supervenientе causa: & ratio est, quia jus est jam illis, qui venerunt, acquisitum ex vi illius contractûs. Immo neque potest Episcopus dispensare in suis constitutionibus, si hæ fuerint à Papa confirmatæ, quia ex ea confirmatione gaudent authoritate Papæ, cujus propterea censentur leges, alioquin Episcopus se habet ad illas, sicut ad jus commune, quia non potest Episcopus eam confirmationem ex parte tollere. Verùm id procedit, quando constitutiones Episcopi verè sunt confirmatæ à Papa, adeò ut per confirmationem velit eisdem robur addere, ac sibi proprias facere, quia si Papa eas confirmando solùm declararet, esse laudabiles, ut observentur à subditis, non faceret eas sibi proprias, nec tribueret iisdem novam vim, sed tantùm declararet eam, quæ priùs iisdem inerat: proinde Episcopus posset adhuc in illis validè dispensare.

40 In contrarium verò videtur posse objici, quia Episcopus potest dispensare in lege Pontificia pertinente ad solam illam Diœcesin, proinde à fortiori etiam in lege propria verè confirmata per Papam, quia lex propria non obstante confirmatione Pontificia adhuc pertinet ad solam illam Diœcesin. Sed contra quia eo ipso quòd lex est Pontificia, vel suum habet robur à confirmatione Pontificia, non potest inferior sine concessione superioris in ea dispensare; quia inferior non habet authoritatem in superiorem, proinde non potest dispensare in sua lege, quamvis pertineat ad solam Diœcesin inferioris.

Sunt tamen aliquæ causæ, in quibus ob consuetudinem receptam possunt Episcopi in jure communi uti indulgentiæ beneficio. Primò ratione consuetudinis legitimo tempore præscriptæ. 41

Secundò ratione gravis, ac urgentis necessitatis, vel utilitatis subitò contingentis, adeò ut facilè, & commodè non pateat accessus ad Pontificem, ut etiam ratione alicujus necessitatis frequenter contingentis. 42

Tertiò ratione levitatis, vel parvitatis materiæ, esset enim nimis durum, & difficile in minimis semper Principem adire. 43

Quartò ratione frequentiæ, ut si crebrò casus certus accidat. 44

Sunt etiam qui addunt quintum casum, quando scilicet lex superioris pertinet ad proprium bonum civitatis, vel communitatis: ut si lege regia statuatur, ne frumentum, vel vinum quod est in oppido aliunde advehatur, censent plures, posse tunc, qui oppido præest, legem illam relaxare, eò quia censeatur tunc lex sancita tantùm in proprium bonum, non verò in commune, nimirum ut vendi, & impendi possint proprij privatorum civium fructus ex bonis eorundem percepti. 45

§. XI.

De requisitis ad dispensationem super matrimonio inito cum impedimento dirimente, & de clausulis ex stylo Curiæ Romanæ adhibendis.

Accidit interdum, ut matrimonium cum impedimento dirimente contrahatur, & quia nullum tunc sortitur valorem ratione ejusdem impedimenti, ideò necessaria est dispensatio, ut matrimonium nulliter contractum validetur, & conjuges possint illo uti: ad hanc autem impetrandam dispensationem ea est praxis, ut si conjuges scienter contraxerint cum impedimento dirimente, debeant necessariò illud exprimere in supplicatione, qua supplicant Pontifici pro dispensatione obtinenda: quia hæc scientia difficiliorem reddit dispensationem, quinimò Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 5. de refor. matrim.* statuit, ut si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Quòd si matrimonium consummatū fuerit, erit etiam id exprimendum in supplicatione, quia consummatio matrimonij difficiliorem reddit dispensationem, ut habetur in Concilio Tridentino *loc. cit.* ubi subjungit: *Idque in eo multo magis habeat, qui non tantùm* 1

con-

contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit, unde ex Trideotina Synodo tam scientia impedimenti dirimentis, quàm consummatio matrimonij cum tali impedimento initi exprimi debent, cum conjuges supplicant Pontifici, quia scientia, & consummatio difficiliorem reddunt dispensationem.

2 Sin verò conjuges ignoranter cum impedimento dirimente matrimoniū contraxerunt, vel quia solemnitates requisitas præsertim prævias denuntiationes neglexerunt, est etiam id exprimendū in supplicatione pro impetranda dispensatione, quia ratione hujus neglectûs Tridentina Synodus vult contrahentes carere spe dispensationis consequendæ, & vult conjuges iisdem pœnis subijci, quibus declarat subjectos scienter contrahentes cum impedimento dirimente *in dict. sess. 24. c. 5. de refor matrim.* ubi addit: *Non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit.* imò tametsi ex licentia ordinarij sint omissæ præviæ denuntiationes, adhuc est id exprimendum: alioquin si non exprimatur, rescriptum est subreptitium juxta receptum stylum Curiæ Romanæ. Quinimò etiam quando ignoranter matrimonium fuit initum cum impedimento dirimente; si consummatum fuit etiam ante detectum impedimentum, consummatio adhuc erit exprimenda in supplicatione, quia conjuges supplicant Pontifici pro dispensatione, idque ex stylo, & praxi Romanæ Curiæ, ut monet Pyrrhus Corradus *lib. 8. c. 4. num. 29.* imò exprimendum est, si post detectum impedimentum, adhuc matrimonium consummaverint, quia hujusmodi consummatio post detectum impedimentum difficiliorem reddit dispensationem, siquidem indicat in contrahentibus animum non curandi tale impedimentum, & quod si ipsis innotuisset, adhuc cum ejus scientia matrimonium contraxissent; proinde cùm difficiliorem reddat dispensationem ob majorem culpam commissam à contrahentibus; tenentur isti id exprimere in supplicatione pro dispensatione obtinenda.

3 Solet autem ordinaria causa dispensationis super matrimonio initio cum impedimento dirimente exprimi per hanc formulam, *quia si divortium inter eos fiat, gravia exinde scandala possint verisimiliter oriri, ideo supplicant Oratores Pontifici, quatenus velit dispensare super impedimento &c.* Hæc verò formula non sufficeret ad dispensandum cum illis, qui scienter contraxerunt, & consummârunt matrimonium cum impedimento in secundo gradu consanguinitatis, aut affinitatis ex Bulla Pauli IV. apud Pyrrhum Corradum *lib. 8. c. 3. n. 5. de dispensat. matrim.* ait enim Pontifex: *Absolutiones, & dispensationes hujusmodi ex prædicto prætextu (nimirum quòd ex divortio gravia scandala inter eos, & eorum consanguineos, & affines possent verisimiliter oriri) etiam si proles ex matrimonio sic contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solùm ex causa urgentissima pro bono publico, & à jure considerata, per nos tantùm, & non per alium approbanda concedemus, & quòd dispensationes ex alia causa nostris temporibus exulabunt, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicantes.*

Impetrata mox dispensatione super impedimento dirimente ea cautione, qua diximus, esse dispensationem impetrandam, ut matrimonium validetur, si impedimentum fuit publicum, ut omnibus innotuerit, tunc debet matrimonium de novo publicè contrahi servatâ formâ Concilij Tridentini, hoc est in facie ecclesiæ, ut qui antea invalidè contraxerunt, mox impetrata dispensatione super impedimento validè contrahant, possintque liberè, & licitè manere in matrimonio, eoque uti, quia cùm matrimonium initum nullius fuerit valoris ratione impedimenti dirimentis; & hoc impedimentum fuerit publicum, omnibúsque innotuerit, debet necessariò iterum de utriusque consensu contrahi, adeò ut dispensatione impetrata non sufficiat, si Parocho interrogante mulierem num talis vir sit suus maritus; & virum, num hæc mulier sit sua uxor? uterque affirmativè respondeat, quia sub hac formula interrogandi non contrahitur de novo matrimonium; sed potiùs declaratur, quòd sit inter ipsos matrimonium, & quòd intendant in eo persistere. 4

Cum enim prius matrimonium fuerit nullius valoris, nec possit approbari ab ecclesia, eò quia impedimentum dirimens fuerit publicum, & notum ecclesiæ, est etiam nota eidem invaliditas matrimonij, quod propterea debet iterum contrahi in facie ecclesiæ servatâ formâ Concilij Tridentini, idque post impetratam dispensationem super impedimento dirimente, quia cùm hic agatur de dispensatione pro utroque foro super impedimento publico, & quod omnibus innotescit, si secundum matrimonium non iniretur publicè servatâ formâ Concilij Tridentini, sed tantùm clam contraheretur, quatenus inter solos conjuges renovaretur consensus matrimonialis, sequerentur eadem incommoda, quibus Concilium Tridentinum per annullationem matrimonij clandestini voluit occurrere: etenim primum matrimonium publicè contractum posset in foro externo probari invalidum ob impedimentum dirimens: & secundum clam initum inter conjuges non posset in foro externo probari, proinde posset uterque conjux ad alias nuptias transire non obstante secundo matrimonio validè quidem, sed clandestinè inito, & si conjuges transirent ad alias nuptias non posset Judex ecclesiasticus id impedire defectu probationis secundi matrimonij validè, sed clandestinè initi. Sin verò matrimonium initum fuerit cum impedimento dirimente occulto, tunc dispensatio petenda est à Pœnitentiaria Romana super tali impedimento occulto. Ad hanc autem dispensationem executioni mandandam non debet delegatus se super veritate allegatorum informare auditis testibus, sicut contingit in dispensatione obtenta in Dataria, quæ etiam pro foro externo valet; sed satis est, si delegatus diligenter examinet Oratores pro veritate expositorum, idque prævijs monitis, & consilijs opportunis, ut Ora- 5

tores percipiant momentum hujus examinis, quod à sincera, vel non sincera expositorum narratione dependeat validitas, vel invaliditas dispensationis, proinde etiam validitas, & invaliditas matrimonij.

6 Quòd si ex oratoria examine, & interrogatione falsitas precum non deprehendatur, & nihilominus aliunde ea innotescat delegato: non potest tunc delegatus dispensare, alioquin esset in causa, ut conjuges in perpetuo viverent incestu.

7 Neque obstat, quòd tale impedimentum sit occultum, & solùm innotescat Oratori, & delegato, quia cùm petatur dispensatio occultè, rectè Delegatus etiam utitur scientia privata: debet tamen hæc scientia esse vera, & certa, quia non præsumitur, velle Pontificem dispensare, quando revera causa dispensationis allegata in supplicatione non subsistit, proinde tunc Delegatus non potest dispensare authoritate Pontificie, si ipsi certò innotescat falsitas precum.

8 Rursus dispensatio petita, & impetrata à Romana pœnitentiaria suffragatur tantùm pro foro interno conscientiæ, non verò pro foro externo judiciario, idque exprimitur etiam in dispensatione per hanc formulam. *Ita quòd hujusmodi dispensatio, & absolutio in foro judiciario nullatenus suffragetur*, quia in foro externo non prodest impetranti, unde si per superiorem ex officio, vel à quocunque privato validitas matrimonij duceretur in quæstionem; dispensatio obtenta in Pœnitentiaria, in hoc foro externo non suffragaretur, & quæstio esset ita discutienda, ac si nulla intervenisset dispensatio.

9 Ex stylo tamen hodierno dispensatio super hoc impedimento dirimente occulto, quo fuit matrimonium initum, fit auditâ priùs Oratorie sacramentali confessione, & injuncta eidem salutari Pœnitentia, adeò ut Delegatus pro executione dispensationis sit Confessarius Oratoris; siquidem ex hodierno stylo apponitur concessioni dispensationis hæc clausula: *Auditâ priùs Oratoris sacramentali confessione eundem hac vice in forma ecclesiæ consueta, & injuncta ei pænitentia absolvas.* Per hanc clausulam sublatum nunc est dubium, quod olim controvertebatur, an dispensatio debeat præcedere, vel subsequi sacramentalem confessionem: constat enim ex præfata clausula sacramentalem confessionem esse præmittendam.

01 Ponitur etiam alia clausula in omnibus dispensationibus, quæ à Romana Pænitentiaria emanant, & est hæc: *Dummodo impedimentum ex præmissis proveniens sit occultum:* pro cujus intelligentia observandum est, quod monet Pyrrhus Corradus *lib. 7. c. 7. n. 12.* non sufficere, illud esse occultum tantummodo tempore impetrationis dispensationis super eo; sed opus est, quòd nullus adsit timor, quod aliquo modo possit fieri publicum in futurum: aliàs enim major Pœnitentiarius remitteret supplicationem ad Datariam, ut oratores petant secum dispensari in utroque foro, quia non occultum, sed manifestum dicitur, quod probari potest per Glossam in *c. vestra V. notorium de cohabit. cler. & mulier.* impedimentum autem occultum dicitur, quando non publicè constat, nec facilè potest constare, & periculum non est, ut in foro externo detegatur: hactenus Corradus in Romana Curia versatissimus, & olim Officialis, ubi etiam addit in eodem contextu poni hanc eandem clausulam, *Et separatio inter latorem, & dictam mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitatione verò de incontinentia probabiliter timendum esse, si tibi visum fuerit, aliúdque canonicum non obstet impedimentum:* ex quibus clausulis adjectis dispensationi emanatæ è Romana Pœnitentiaria liquet, mentem concedentis dispensationem esse, ut Delegatus, seu Commissarius nullo modo dispenset, nisi præmissa verificentur, ac precee veritate nitantur.

Quòd si præmissa vera sunt, ut narrantur, 11
tunc si impedimentum uni tantùm innotescat parti, non debet matrimonium de novo contrahi, nisi priùs altera pars de nullitate prioris consensus certior fiat, idque colligitur ex formula dispensationis, ut notat Pyrrhus Corradus *lib. 7. num. 12.* adduntur etiam hæc: *Cum eodem latore, & dicta muliere de nullitate prædicti consensus certiorata, sed ita cautè, ut latoris delictum nunquam detegatur, matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo secretè ad evitenda scandala præmissis non obstantibus contrahere, & in eo postmodum remanere licitè valeant, misericorditer dispenses:* ex quibus liquet, opus esse magnâ prudentiâ, & circumspectione, ne scilicet Lator diffametur, si alteri conjugi detegatur impedimentum; & quia matrimonium non potest iterum contrahi absque utriusque conjugis consensu, debet id fieri, ut conjux innocens, & cui impedimentum non innotescit, consentiat in matrimonium, qui tamen consensus non est publicè renovandus coram Parocho, & testibus, ut in casu dispensationis in Dataria expeditæ super impedimento publico: sed sufficit, si secretè inter partes renovetur, quia cùm impedimentum sit occultum; & in foro externo, seu in facie ecclesiæ matrimonium jam fuerit initum, & possit id probari, adeò ut possit Judex ecclesiasticus impedire, ne conjuges transeant ad alias nuptias, ideo sufficit, si uterque conjux post obtentam dispensationẽ pro solo foro interno à Pœnitentiaria Romana secretè iterum consentiat in matrimonium: quomodo verò debeat hujusmodi consensus secretè iterùm renovari, non conveniunt Doctores, aliqui dicunt sufficere, si conjux, cui est notum impedimentum, dicat alteri sumpta opportunitate. Ego volo te semper habere in meam uxorem, & tu quid respondes? si tunc mulier dicat, & ego semper volo te in meum maritum habere, tunc sufficienter renovatur utriusque conjugis consensus secretè, quod sufficit, ut post obtentam dispensationem, & absolutionem super impedimento, matrimo-

nium,

nium, quod antea erat irritum modo fit validum.

12 Imò sunt etiam, qui putant, non esse opus consensu verbis expresso, sed sufficere, si facto comprobetur, ut si conjux innocens, & cui impedimentum non innotescit, petat debitum conjugale ab altero, & hic consci⁹ impedimenti dicat, teneor, cùm sim tuus maritus tibi debitum reddere, quia tunc mulier per talem petitionem non verbis, sed facto, seu per usum matrimonij exprimit sufficienter se consentire in matrimonium, quia eo utitur, ut conjux talis viri. Tum quia in ipsa petitione debiti includitur etiam virtualiter, & implicitè ipse consensus in matrimonium, & hæc sententia videtur hodie ad praxin deduci ad evitanda incommoda, & pericula, quæ aliàs sequi possent, si adigeretur conjux innocens ad renovandum expressis verbis consensum, ut eidem posset innotescere nullitas prioris matrimonij, & hoc est cautè procedere, ne Latoris delictum detegatur, quia si nullitas matrimonij innotesceret conjugi innocenti, posset hic velle scire causam hujus nullitatis, imò posset etiam nolle iterum consentire, ex quo plura sequerentur incommoda: unde sufficit, si mulier implicitè non verò explicitè certioretur de nullitate primi matrimonij, idque fit ex eo, quòd maritus dicat, ego volo nunc, & pro semper, ut sis mea uxor, quia cum nihil dicat de præterito, non approbat validitatem prioris matrimonij, & quodammodo videtur significare conjugi, quòd ex illo nunc fit ejus vera uxor, si ipsa petat debitum conjugale.

13 Discrimen igitur inter dispensationem obtentam in Pœnitentiaria, & in Dataria in hoc consistit, quòd dispensatio Datariæ valet pro utroque foro: secus dispensatio obtenta in foro Pœnitentieriæ valet pro solo foro interno, proinde in illius dispensatione ponuntur verba: *In foro conscientiæ, & in ipso actu confessionis tantùm, & non aliter, & neque ullo modo, ita quod hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judiciario nullatenus suffragetur.*

14 Immo ut omnis occasio utendi hac dispensatione in foro judiciario amputetur, adduntur hæc alia verba: *Nullis super his adhibitis testibus, aut litteris datis, seu processibus, confectis præsentibus laceratis, quas sub pœna excommunicationis lata sententia lacerare tenearis, ita ut nullum illarum exemplum extet, nec eas latori restituas; quòd si restitueris, nihil ipsi præsentes litteræ suffragentur:* ex quo liquet, in actu dispensationis non posse testes intervenire, neque posse litteras etiam privatas qualecunque dari de dispensatione factæ, & multominus processum judicialem confici, quibus quovis modo in foro externo hæc dispensatio probari possit, immo ne ullum supersit vestigium, mandat Pontifex, ita litteras lacerari, ut nullum extat exemplum.

15 Imò si latori restituerentur litteræ dispensationis, nil ipsi suffragarentur, quod tamen intelligitur in foro externo, ut notat Paulus Leo in praxi Pœnitentiariæ *p. 2. c. 2. n. 18.* quapropter si hæ litteræ exhiberentur in foro externo nullam facerent probationem, nec fidem. Cæterum dispensatio jam facta in foro conscientiæ non frustraretur suo effectu. Differt etiam dispensatio emanata à Pœnitentiaria, quia hæc conceditur pro impedimento occulto, & dispensatio expedita in Dataria ob impedimentum publicum.

§. XII.

Quomodo dispensetur in radice matrimonij irriti, ut dispensatio retrotrahatur.

Matrimonium irritè contractum non validatur, nisi per Pontificiam dispensationem; difficultas est quomodo hæc retrotrahatur in ordine ad legitimandam prolem habitam ex matrimonio irrito; an possit efficere, ut illa dispensatio retrotrahatur ad tempus, quo matrimonium fuit irritè contractum, adeò ut ex vi dispensationis censeatur, quasi ab initio validè initum etiam ad effectum, ut proles ante dispensationem habita ex matrimonio irritè inito habenda sit quoad omnia, perinde legitima, acsi ex legitimo matrimonio nata fuisset. Quæstio autem procedit, quando matrimonium irritè contrahitur ob impedimentum jure Pontificio inductum: alioquin si matrimonium fuit irritū ob impedimentum juris divini naturalis, Pontifex nequit dispensare, quia tunc radix nullitatis illius matrimonij est impedimentum juris naturalis, quod Pontifex non potest auferre, nisi fortàssis in casu aliquo particulari interpretando jus divinum. 1

2 Communior, & verior sententia est, posse Pontificem dispensare in radice matrimonii irritè initi ob impedimentum jure Pontificio inductum; & simul legitimare filios ex eo genitos, et natos ante dispensationem, idque etiam in locis sibi temporaliter non subditis, adeò ut filij ita legitimati capaces etiam sint officiorum sæcularium, ac successionum bonorum temporalium. Ratio petitur ex eo, quia radix, & origo, ex qua oritur, ut proles sit legitima, vel incurrat damna illegitimitatis est ipsa lex ecclesiastica, quâ statuitur, ut si matrimonium contrahatur cum tali impedimento in hoc, vel illo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, nullius sit valoris, quamvis si non extaret lex ista ecclesiastica matrimonium cum tali impedimento, seu in hoc, vel illo gradu consanguinitatis, vel affinitatis validè iniretur, & proles inde suscepta legitima esset, nec damna incurreret illegitimitatis sive ecclesiastica, sive sæcularia: quòd enim Lucretia nupserit Titio in secundo, vel tertio consanguinitatis gradu non petita dispensatione, tale matrimonium fuit invalidum, eo quia Pontifex per suam legem statuit, ut matrimonia inita inter consanguineos, in secundo, vel tertio gradu usque ad quartum inclusivè sint nullius valoris; quæ lex, si non extaret, matrimonium esset validum: sed potest Pontifex suam legem irritare, & revocare quoad

ad effectus jure humano ex eo secutos, & non solùm quoad imposterum incurrendos, efficiendo, ut non incurrantur, verùm etiam quoad jam incursos, eos prorsus abolendo, ac si lex ecclesiastica ab initio matrimonii initi eidem non obstitisset, idque desumitur ex *clement. unic. de immun. eccles.* ubi Clemens V. revocat quasdam suorum prædecessorum constitutiones, etiam quoad effectus, ex vi earundem incursos, ibi: *Quidquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus revocamus, & eas habere volumus pro infectis.* ex quo textu communiter inferunt Canonistæ, eam esse potestatem Pontificis circa ea, quæ sunt juris positivi, ut possit ea revocare ex nunc pro tunc, quando edita sunt, adeò ut possit Pontifex legem ecclesiasticam ex justa causa ita abolere, ac si nunquam sancita fuisset, & pro nullo tempore vim habuerit, & tunc quando lex ita revocatur, necesse est, etiam aboleantur omnes ejus effectus præteriti, quia consideratur lex, ac si nunquam fuisset; & quod non est, non potest operari, quia hoc sequitur ad esse, consequenter neque potest effectus ullos producere, quia isti sequuntur ad operationem, si igitur Pontifex dispensat in radice matrimonij, & revocat impedimentum, vi cujus fuit ab initio matrimonium irritè initum, tunc impedimentum respectu talis matrimonij consideratur ac si nunquam fuisset, & quod nunquam fuit, non potest matrimonium irritare: & in hoc sensu dicitur dispensatio Pontificia impetrata etiam post aliquot annos à matrimonio irritè inito retrotrahi ad matrimonium pro illo tunc, quando fuit initum, proinde beneficio dispensationis ita consideratur tale matrimonium, acsi ab initio initum fuisset absque ullo impedimento dirimente, cùm Pontifex beneficio suæ dispensationis tale impedimentum prorsus aboleat respectu talis matrimonij in specie, quod propterea ita se habet, ac si ab initio fuisset validum, ac initum sine ullo impedimento, io quo casu proles inde suscepta habetur legitima quoad omnia, etiam quoad jus succedendi in hæreditate.

3 Quòd si dicas, potestatem Pontificis in ordine ad legitimandum quoad bona temporalia, & officia sæcularia non se extendere extra loca temporalia suæ jurisdictioni subjecta.

4 Contra est, quia tametsi primariò, & directè potestas Pontificis non se extendat ad legitimandum quoad bona temporalia, & officia sæcularia extra statum ecclesiasticum: sicut enim Princeps sæcularis non potest legitimare quoad bona ecclesiastica, eò quis careat jurisdictione ecclesiastica, cujus id est proprium: sic nec Pontifex extra loca sui status ecclesiastici id potest quoad temporalia, defectu jurisdictionis temporalis, ut communiter docent Canonistæ in *c. per venerabilem qui filij sint legitimi*, & notat Covarruvias *lib. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 10. num. 18.* ubi tamen *num. 16.* id limitat, nisi causa ardua acciderct, in qua valdè religioni christianæ expediret ea legitimatio: nihilominus indirectè, & secundariò potest legitimare etiam quoad temporalia, & officia sæcularia extra suas Provincias ecclesiasticas: quia ex eo, quòd beneficio dispensationis tollat impedimentum, ratione cujus fuerat matrimonium irritè initum; prolea inde suscepta consideratur, ut nata ex valido matrimonio, proinde ut legitima acquirit jus succedendi ad bona temporalia, & officia sæcularia.

5 Non enim id est directè dispensare in lege civili, & ejus effectibus, sed tantùm indirectè, & secundariò per quandam consequentiam, quatenus lege civili incurruntur à prole hujusmodi damna ex suppositione, quòd ob legem ecclesiasticam irritantem tale matrimonium initum cum hoc impedimento, proles ex eo nata sit illegitima, adeò ut tota ratio, cur proles ex lege civili incurrat ea damna sit, quia ob legem ecclesiasticam nata fuit ex matrimonio invalido, ac proinde proles ex eo suscepta illegitima habetur, & obnoxia omnibus illegitimitatis damnis jure civili statutis: sed Pontifex beneficio suæ dispensationis tollit directè legem suam ecclesiasticam, quam pro tali casu speciali vult perinde se habere, ac si nunquam extitisset: ex hoc autem quod prorsus aboleat legem illam, ac velit perinde se habere, ac si nunquam fuisset sancita, tale matrimonium habetur, ut validum, proinde indirectè efficit, ut ea omnia damna temporalis, quæ alioqnin ob legem civilem incurruntur à prole illegitima prorsus cessent.

6 Observandum est, nos non asserere, posse nuoc Pontificem efficere, ut illud matrimonium ab initio nō fuerit initum cum tali impedimento, ac propterea non fuerit invalidum, quia cum de facto initum fuerit cum tali impedimento, non potest fieri, ut non fuerit taliter initum, non enim potest Pontifex efficere, ut effectus, qui fuit productus, non fuerit productus: ad præteritum enim nulla est potentia: neque dicimus matrimonium antea invalidum nunc incipere valere sine novo contrahentium consensu, nec quod ex eo non sint secuti effectus jure civili statuti ob illegitimitatem prolis: hæc enim omnia cùm de facto fuerint, non sunt sub potestare Pontificis, quia ad præteritum nulla datur potentia. Sed quod asserimus, est, talem esse potestatem Pontificis, ut beneficio suæ dispensationis possit, prout ex tunc in ipsa radice matrimonij irritè initi ob legem ecclesiasticam delere ac revocare omnia damna quocunque jure etiam civili inde incursa, ac in eum statum prolem ponere, quem habitura esset, si ex matrimonio valido nata fuisset, idque ex eo præcisè, quòd Pontifex pro tali speciali casu penitus aboleat legem ecclesiasticam, quam velit ita se habere, ac si nunquam extitisset in ordine ad impediendum matrimonium illud speciale: destructo enim valore legis ecclesiasticæ, cui illegitimitas tanquam fundamentum nitebatur, cætera damna incursa ob illegitimitatem debent etiam cessare, & in hoc sensu dicitur dispensatio retrotrahi, ad illud tempus, quo fuit matrimonium irritè contractum non quidem efficiendo, ut non fuerit semel irritè contractum, sed tollendo omnes effectus emanatos à lege ecclesiastica, proinde etiam invaliditatem matrimonij,

nij, ex eo quòd aboleat Pontifex pro tali speciali casu legem ecclesiasticam, quam velit perinde se habere respectu talis matrimonij, ac si nunquam extitisset, & hoc est dispensare in radice matrimonij, & legitimare prolem inde susceptam etiam ante impetratam dispensationem, quia hæc retrotrahitur ad tempus matrimonij initi, & licèt ex eo, quòd Pontifex aboleat respectu talis matrimonij legem ecclesiasticam videatur, tantùm reparare damna jure Pontificio secuta: nihilominus indirectè, & per quandam consequentiam etiam reparat damna incursa ex lege civili supponente legem ecclesiasticam inducentem illegitimitatem.

7 Plura siquidem possunt indirectè fieri, quæ directè, & principaliter non possunt fieri; etiam jus patronatus per se, & directè non potest vendi sine labe simoniæ, & nihilominus indirectè, & per quandam consequentiam ex eo, quòd vendatur directè, & principaliter fundus, venditur etiam indirectè jus patronatus, quod adnectitur tali fundo *c. ex litteris de jure patron.* ita quamvis Pontifex non possit directè, & principaliter dispensare in jure civili, ejusque effectibus extra Provincias sui status ecclesiastici, potest tamen indirectè & per quandam consequentiam, ut notat Abbas in *c. per venerabilem. num. 22. qui filij sint legitimi*, & ibi Ancharanus *num. 21.* Joannes Andreas *num. 30.* Felin. *c. quæ in ecclesiarum n. 21. de constit.*

8 Ratio itidem est, quia lex civilis non inducit independenter à lege ecclesiastica damna, quæ incurruntur ob illegitimitatem, quia cùm hæc dependeat à lege ecclesiastica statuente, ut matrimonium cum talibus impedimentis initum sit invalidum, ideo cessante lege ecclesiastica cessant per quandam consequentiam damna inducta per legem civilem, quia cessat illegitimitas, in qua fundabantur hujusmodi damna incursa: & quia Pontifex potest ex justa causa legem ecclesiasticam irritantem matrimonium abolere directè, & per se primariò; fit, quòd indirectè, & secundariò per quandam consequentiam tollat etiam illa damna inducta à lege civili ob illegitimitatem.

9 An verò possit Pontifex ita dispensare in radice matrimonij, ut etiam post obitum parentum, proles possit adhuc legitimari? Respondetur, posse talem prolem legitimari etiam postquam ejus parentes, qui matrimonium irritè contraxerunt, obierint: quia ad id tantùm requiritur revocatio legis ecclesiasticæ, quâ prius matrimonium irritum fuerat, adeò ut Pontifex intendat ita pro tali speciali casu abolere legem ecclesiasticam, ut hæc nunquam fuerit sancita pro tali casu, & quia potest Pontifex id directè efficere independenter ab obitu parentum; non enim talis obitus tollit facultatem Pontifici; ideò potest etiam abolere omnes effectus emanatos ex tali matrimonio irritè contracto ob legem ecclesiasticam, ut notat Molina Jurista *lib. 3. de primogen. c. 2. n. 12.* Boerius *decis. 264. num. 26.* An verò possit etiam in præjudicium tertij hæc dispensatio fieri, ut contingeret, si proles ex eo, quòd legitimetur, acquirat jus ad hæreditatem, quæ ad alium pertineret, si dispensatio non concederetur.

Plures respondent negativè præsertim Angelus *V. Papa. n. 4.* & ibi Sylvester, quia Papa non potest damnum inferre tertio. Alij verò procedunt cum distinctione, & dicunt, quòd si Papa dispenset ex voluntate parentis, cui succeditur, & qui adhuc superstes petit sic dispensationem expediri, vel jussit peti, tunc asserunt, posse Pontificem dispensationem concedere non obstante præjudicio tertij, & ita docent Jacobus de Puteo *decis. 483. num. 2. lib. 2.* Peregrinus *de fid. ar. 24.* ex doctrina Bartoli in *l. Gallus §. & quid si tantum ad fin. ff. de liber. & posth.* vel consensus parentis non præcessit, & tunc volunt, Pontificem non posse dispensare, quia fictio non potest retro fingere post solutum matrimonium, & jus alteri quæsitum. 10

Alij verò veriùs dicunt, posse absolutè Pontificem hujusmodi dispensationem concedere, quia cùm verum sit, præcessisse saltem in figura, & effectu matrimonium, est certum, hanc figuram multum operari: *l. 3. ff. de donat. inter vir. & uxor. c. nuper de bigam.* atqui lex canonica, quæ fuit causa, cur matrimonium irritè iniretur, & ea hæreditas devolveretur ad alios successores, est immediatè, & directè sub potestate Pontificis, ut legislatoris, qui propterea potest legem illam prorsus abolere quoad matrimonium illud speciale, ex eo autem quòd Pontifex directè, & proximè abolet legem illam ecclesiasticam, prout ex tunc quoad effectus jam productos, tollit etiam jus quæsitum tertij in ordine ad talem hæreditatem, quia hoc jus eatenus fuit alteri quæsitum, quia lex ecclesiastica irritavit tale matrimonium, unde sublata lege tollitur jus acquisitũ. Putârim tamen, Pontificem nolle juri aliorum acquisito derogare, nisi ex certa scientia id exprimat, quia in dubijs clausula apposita rescriptis Principum semper intelligitur sine tertij præjudicio *l. 1. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico.* 11

Posset tamen objici, quia fictio, quâ jura fingunt aliquid retrotrahi, exigit, ut tam terminus à quo, quàm ad quem sint extrema habilia, ut communiter docent cum Bartolo in *l. si is qui pro emptore n. 4. & 18. ff de usucap.* sed matrimonium ab initio irritè initum, & quod est terminus, ad quem hujus fictæ retrotractionis non est habile, eò quia fit prorsus irritum: ergo cum non detur terminus, ad quem hujus fictæ retrotractionis non potest dispensatio retrotrahi, ut matrimonium suum enancifcatur valorem ab eo instanti, quo ab initio fuit initum. 12

Sed contra, quia ut matrimonium sit terminus ad quem hujus retrotractionis non est necesse, quòd priùs fuerit validè initum; sed sufficit, si de facto fuerit initum, ac habuerit figuram matrimonij, quia tunc cadit sub legem Pontificiam, proinde potest dispensatio in lege retrotrahi ad ipsum per sublationem impedimenti, quo extante matrimonium fuit irritè initum: sufficit enim ad legitimandam prolem, si hæc nata sit post matrimonium irritè initum ob 13

ob impedimentum aliquod ab ecclesia inductum, quia tunc cum possit Pontifex hoc impedimentum tollere, cassat tota ratio illegitimitatis, quæ fundabatur in eodem impedimento.

14 Quòd si proles nata fuisset ex solo concubitu fornicario nullo præcedente matrimonio irrito, non posset Pontifex eam tunc quoad temporalia, & sæcularia legitimare: ratio est, quia tunc nulla subesset matrimonij radix, in qua directè dispensando legitimaret indirectè per quandam consequentiam quoad temporalia: præscindendo enim à præcedente matrimonio irrito, Pontifex legitimaret directè quoad temporalia, quod illi non competit defectu jurisdictionis temporalis extra Provincias status ecclesiastici.

15 Hac ratione nec Princeps sæcularis potest legitimare prolem natam ex matrimonio irrito, ut capax fit ordinum, & beneficiorum ecclesiasticorum, quia Princeps sæcularis cùm careat jurisdictione spirituali, non potest id directè præstare: quia talis dispensatio est actus directè, & immediatè dimanans à jurisdictione ecclesiastica: nec potest indirectè, quia hodie sola ecclesia potest impedimenta dirimentia matrimonium statuere. Non enim potest hodie Princeps sæcularis fidelis quidquam disponere circa matrimonium fidelium quoad illud impediendum, vel dissolvendum, quia cùm matrimonij contractus in lege evangelica excedat limites naturæ, & elevatus fuerit à Christo ad esse supernaturale sacramenti; dedecet tanti sacramenti dispositionem ad Principes pertinere sæculares: hinc Princeps sæcularis non potest in matrimonio dispensare, nec radicem matrimonij irriti tollere, ut docent Joannes Andreas *c. per venerabilem. n. 30. qui filij sint legitimi*, & Rosella *V. illegitimus. n. 15.*

16 Quòd si matrimonium esset irritum defectu consensus in utroque, vel altero contrahente, non posset tunc Pontifex dispensare in radice illius: ratio est, quia consensus requiritur ex jura naturali, proinde tale matrimonium esset jure naturali irritum: atqui Pontifex nequit ejus radicem tollere supplendo consensum, quia Pontifex non potest supplere defectum juris naturalis, sed tantùm juris ecclesiastici, proinde non potest ejus radicem tollere supplendo consensum, quia hic non jure tantùm ecclesiastico, sed divino, & naturali requiritur ad valorem matrimonij, & inferior non habet potestatem dispensandi in lege superioris. Observandum tamen est, id tantùm procedere, quando impedimentum juris naturalis, & defectus consensus sunt certi, quia si de illis dubitaretur, posset Pontifex in radice matrimonij dispensare, quia in dubio non est privandus possessione potestatis, quam habet, ut notat Molina Jurista *lib. 3. de primogen. c. 2. n. 12.*

17 Sunt tamen aliquot clausulæ, de quibus dubitari solet, an Pontifex ex earundem positione dispenset in radice matrimonij initi irritè, ut si dispensatio petatur ad illud ineundum explicatâ Pontifici copulâ, & apponatur clausula, quæ solet apponi de stylo Curiæ, absque *Ut non obstante impedimento matrimonium inter se contrahere liberè, & licitè valeant authoritate nostra dispenses, prolem susceptam, siqua sit, & suscipiendam legitimam decernendam*, ut etiam quando dispensatio est in solo foro conscientiæ, ponitur eadem clausula, cui adjiciuntur hæc verba *legitimam decernendo in foro conscientiæ tantùm.*

Respondetur, tunc non dispensari in radice matrimonij, nec prolem ante dispensationem susceptam per eandem legitimari, quoad temporalia, sed solum quoad spiritualia: ratio est, quia ex suppositione, quòd nullum matrimonium fuerit irritè initum, nequit Pontifex dispensare in ejus radice, nec legitimare prolem quoad temporalia, nec tunc legitimatio prolis tantùm cadit supra spiritualia: id enim procedit, quoties nullum erat initum matrimonium, & petitur dispensatio ad illud ineundum explicatâ Pontifici copulâ: unde dispensatio legitimationis est tantùm quoad spiritualia, circa quæ potest directè dispensare, non verò circa temporalia, supra quæ nonnisi indirectè dispensat ratione matrimonij irritè initi, ut superiùs explicuimus. 18

Quinimo si facta dispensatione, & legitimatione prolis susceptæ parentes nollent matrimonium inire, putârim prolem susceptam neque quoad spiritualia legitimam fore. Ratio est, quia tantùm in favorem matrimonij ineundi inter parentes prolis concessit Pontifex eam legitimationē, quam aliàs non concessisset; quia nulla alia suppetit justa causa legitimandi hanc prolem, nisi ratione matrimonij ineundi, quod si non contrahatur, cessat justa causa, sine qua Papa non dispensat: hinc legitimatio facta per Episcopum, vel Confessarium dependet à matrimonio postea ineundo, quod si non contrahatur, cessat causa dispensandi, proinde & ipsa dispensatio. 19

Observandum est, quia sicut priusquàm Episcopus, vel Confessarius dispenset in impedimento matrimonij non manet illud ablatum, & matrimonium initum est irritum: ita tametsi is dispenset in impedimento, & propterea matrimonium validè ineatur, si tamen non explicuerit, se quoque dispensare, ut proles antea habita sit legitima, non acquirit hæc legitimationem: quòd si proles susciperetur post factam dispensationem, & initum matrimonium esset tunc legitima, tametsi Ordinarius, vel Confessarius tantùm dispensaret super impedimento: quia proles suscipienda post impetrationem dispensationis, & matrimonium initum est legitima ex natura rei, siquidem nascitur ex legitimo matrimonio: secus proles suscepta ante dispensationem non legitimatur ex vi matrimonij subsequentis nisi Ordinarius, vel Confessarius expressè dispensat, ac eam legitimat, quia cum nata sit ex illegitimo matrimonio semper manet illegitima, donec expressè legitimetur, ut desumitur ex *c. tanta qui filij sint legitimi.* Cæterum si Ordinarius, vel Confessarius in dispensatione super impedimento 20

matri-

matrimonij omiserit decernere prolem susceptam legitimam, poterit id decernere durante ejus officio, quinimmo si ille officium deposuerit, poterit etiam successor in officio id exequi, sicut contingit in alijs, post certam cognitionem causæ, quia talis commissio, tunc non delegatur industriæ personæ, sed officio, seu tribunali Vicarij Episcopi.

21 Rursus si Papa dispenset cum clausula *ut matrimonium semel invalidè contractum ob impedimentum jure Pontificio dirimens iterum contrahatur*; nec per hanc clausulam præcisè sumptam legitimatur proles ex priori matrimonio irritè inito nata, adeò ut dispensatio non extendatur ad prolem natam ante dispensationem: & ratio petitur ex eo, quòd dispensatio sit stricti juris, & non extendatur ultra expressa: & quia dispensatio solùm fuit in prædicta clausula ad matrimonium ineundum nulla facta mentione prolis antea susceptæ, non potest dici, hanc prolem legitimari in consequentiam matrimonij, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 13.* Molina Jurista *lib. 3. de primogen. c. 2. n. 3.* Molina Theologus *tom. 3. de just. tract. 2. disp. 624. n. 3.*

22 Hoc autem procedit, quando proles nata est ante dispensationem: alioquin si proles nasceretur post expeditam dispensationem ab Ordinario, & ante initum matrimonium legitimaretur, quoad omnia per subsequens matrimonium inter illius parentes initum, & desumitur ex *c. tanta qui filij sint legitimi*, quia sufficit, si tempore conceptionis, vel nativitatis prolis potuisset matrimonium consistere inter parentes sine ulla dispensatione Pontificia, ut rectè notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 1.* atqui post expeditam dispensationem ab Ordinario parentes prolis potuissent absque alia nova dispensatione matrimonium validè contrahere: ergo ex vi expeditæ dispensationis proles nata post illam, & ante matrimonium initum legitimatur per subsequens matrimonium, ut etiam docet Molina *tom. 1. de just. tract. 2. disput. 72.* quia tempora, quo proles nascitur, impedimentum jam est ablatum per præcedentem dispensationem expeditam, proinde poterat inter ejus parentes sine alia nova dispensatione matrimonium validè iniri.

23 Quamobrem licèt proles concepta sit ante dispensationem expeditam, si tamen post illam nascatur, habetur legitima per subsequens matrimonium, quòd si parentes pœnitantiâ ducti non inirent matrimonium, proles non legitimaretur, quia Pontifex tantùm in favorem matrimonij ineundi inter parentes prolis concedit hanc legitimationem, quam aliàs non concederat.

24 Præterea licèt Pontifex dispensans in matrimonio irrito, ut iterum celebretur, dispenset etiam simpliciter cum prole ex eo matrimonio nata, non tamen censetur dispensare in radice matrimonij, & omnino legitimare prolem quoad temporalia, sed tantùm quoad spiritualia, perinde ac si extra matrimonium nata esset. Ratio petitur ex eo, quòd dispensatio sit stricti juris, quæ propterea non est intelligenda de omni legitimatione, sed tantùm de ea, quæ jure proprio convenit Pontifici, & ita docent Joannes Andreas in *c. per venerabilem num. 30. qui filij sint legitimi*, & ibi Ancharanus *n. 22.* & *consil. 49. num. 5.* Peregrinus *de fideicommiss. art. 24. num. 77.* & alij docentes, tunc Pontificem censeri legitimare in radice matrimonij, seu quoad temporalia, quando simpliciter utitur verbo *dispensamus:* quia cùm dispensatio sit odiosa, & stricti juris, non est supponenda, ubi expresè non ponitur.

Hinc si Pontifex etiam in specie explicaret, 25 se prolem legitimare adhuc non censeretur dispensare in radice matrimonij, consequenter legitimario tantùm esset quoad spiritualia, non quoad temporalia; quia legitimatio cùm sit dispensatio, est stricti juris; proinde non debet ampliari, sed restringi ad legitimationem, quæ propriè convenit Pontifici, & est legitimatio quoad spiritualia: non enim Pontifex explicat, se legitimare matrimonium, sed tantùm se prolem legitimam efficere, quia si legitimaret matrimonium, tunc legitimaret directè prolem quoad temporalia, & indirectè quoad spiritualia, ut superius explicuimus, ut enim proles in radice matrimonij legitimetur, hoc est etiam quoad temporalia, debet matrimonium ipsum legitimari.

Hinc si Pontifex exprimeret, se dispensare 26 in matrimonio irritè contracto, ut ex tunc, seu ut ab initio censeatur legitimè initum, tunc procul dubio dispensaret in radice matrimonij, proinde legitimaret etiam prolem tam quoad temporalia, quàm spiritualia, quia non posset oti clarioribus verbis ad significandum se dispensare in radice matrimonij antea irritè initi: siquidem dispensare in radice matrimonij perinde est ac dispensare in ipso matrimonio antea irritè inito, ac velle legem ecclesiasticam non obligare pro tali speciali casu, quia tunc abolita lege tollitur impedimentum, & dispensatio retrotrahitur ad tempus, quo fuit ab initio matrimonium irritè initum.

An verò si Pontifex in sua dispensatione addat clausulam hanc: *Prolem susceptam, si qua sit & suscipiendam ex inde legitimam decernendo* censeatur, tunc per talem clausulam dispensare in radice matrimonij. Respondetur, per hanc clausulam non legitimari prolem, nisi quoad spiritualia, adeò ut non censeatur Pontifex dispensare in radice matrimonij. Ratio est, quia cùm legitimatio sit dispensatio in lege, est stricti joris, proinde intelligenda strictè, hoc est de prole susceptà ante dispensationem concessam quoad spiritualia, & de prole suscipienda post matrimonium ineundum quoad spiritualia, & temporalia, adeò ut illud verbum *decernendo* sumatur propriè respectu prolis suscipiendæ; & impropriè respectu susceptæ, & æquiparatio non sit quoad omnia. 27

Tum quia non videtur rationi consentaneum, velle Pontificem rem tanti momenti efficere per clausulam ita generalem, quæque in omnibus hujusmodi dispensationibus apponi 28

ni solet, etiam quando nullum matrimonium præcessit.

29 An verò, si Pontifex simpliciter concaderet licantiam permanendi in matrimonio, censeretur hoc tunc legitimari in radice, mihi videtur respondendum negativè, qoia per hoc quòd Pontifex concadat licentiam permanendi in tali matrimnnio nil exprimit, quod pertineat ad prolis legitimationem, aut respiciat radieem matrimonij, ut in consequentiam proles legitimetur: quamobrem cum Pontifax non possit concedere licantism, ut conjuges licitè perseverent io matrimnnlo irritè inito, siquidam id esset concadere fornicationem, quæ nonquam est licita sequitor, illa verba *concedimus licentiam, ut permaneant in matrimonio*, referri ad meram dispensationam super impadimento dirimente, ut eo sublato licitum sit imposterum conjugibus in matrimonio permanere, non quidem eo modo ut antea, sad præstito oovo consensu, quo sublato impedimento novum matrimoninm validè contrahatur: oòn enim sine novo consensu potest matrimnniom antea irritè initum eonvalescere. Cùm igitor hoc matrimonium ratum habari possit, vel axprasso consensu, vel tacito, qui habetur ex copula affectu maritali petita, ideo concedit Pontifex, ut hoc modo renovatis consensibus, pnssint in ao matrimonio perseverare, non quidem ratione ejus initij, quod fuit irritum, sad ratione hujus novi consensûs axprassè, vel tacitè positi post dispensationem.

30 Tum quia quando Pontifex utitur verbo dispensationia, hæc est stricti joris, quæ propteras non debet trahi, ultra id, quod termini exigunt, ot clausula illa aliquid operetur: ut autam non sit otiosa, & aliquid operetur, nnn est necasse, ut inducat dispensationem in radice matrimonij, nec ot ab ejus initio aoferatur impedimentom, sed sufficit, si à die dispensationis aoferat impedimentum, ut ab eo tempora possint eonjoges renovatis consensibus licitè in eo matrimonio perseverare, id enim sufficit, ut clausula illa dicatur aliquid operari, ut notat Covarrnvias *4. decret. 2. p. 8. §. 8. n. 13.* imò si præfatæ clausulæ Pontifex adderet hanc aliam, *ut proles legitima efficiatur*; non proptarea legitimatio plena esset, sed tantùm cum illa mensora, quam obtineret, si dispensatio extra matrimonium à Pontifice fieret, quia verba præcedentia, quibos concedit licantiam, ut possint perseverare in matrimonio non conserunt ad legitimationem prolis, cùm nulla de hac fiat in illis mentio: & verba posteriora non legitimant prolem oisi qnoad spiritualia, proinda legitimatio non est plana.

31 Quid verò dicendum quando Pontifex utitur verbo *legitimamus matrimonium, & prolem.* Respondetur, tunc censeri dispensatum in radice matrimonij, proinde prolem beneficio dispensationis consequi plenissimam legitimationem quoad omnia, quia per talem clausulam Pontifex ratum habet matrimonium antea ratione impedimenti irritè initum, ex eo enim, quòd Pontifex dicat, se legitimare matrimonium implicitè dispensat super impedimento dirimente, quòd si non tolleretur matrimonium semper esset irritum, proinde dispensatio retrotrahitur ad tampos matrimonij initi, & proles inde suscepta plenissimè legitimatur, ot docet Joannes Andreas in *c. per venerabilem num. 30.* qui filij sint legitimi, & Ancharanus *cons. 49. num. 5.*

Quòd si in sopplicatione fieret mentio impedimenti dirimentis, & matrimonij irritè initi, ut etiam prolis illegitimæ ex aodem astæ, & Pontifex simpliciter legitimaret matrimonium oulla facta prolis mentione: sunt, qui censent adhoc matrimonium dispensari in sua radica, & prolem inde natam plenissimam consequi legitimationam, quia proles se habet consecotivâ ad matrimonium, proinde si hoc legitimatur etiam proles legitimabitur. 32

Verùm putârim, prolem tunc non legitimari, si nulla de ipsa Pontifex mentionam fsciat, quia eum proles illegitima axprimator in sopplicatione, & Pontifex oullam da ipsa menrionem faciat, potiùs eonijcitur, quod nolit dispensare in prole suscepta ex matrimonio irritè inito: ratio est, qnia dispensatio utpote odiosa est stricti juris, & strictè intelligenda, & cùm possit matrimonium legitimari, quin legitimetor proles, nnn debet dispensatio extendi ad prolem, præsertim cùm requiratur novus utriosque conjugis consensus, ut matrimonium legitimum fiat, ut igitur Pontifex simul prolem legitimet, oecesse est fiat axpressa mentio hujos legitimationis, dicátque se prolem legitimare, val addat, ut ex tunc, seu à tempore, quo fuit matrimonium ioitom, habeatur legitima. 33

Neque obstat, quod proles, se habeat consacutivè ad matrimonium, quo proinda legitimato censeri dabeat proles legitima, eò quia accessorium sequitur suum principale. 34

Contra ast, quia tunc accessorium sequitur suum principale, quando est eidem necessariò adnexum, & non potest separari à suo principali: in nostro aotem casu potest matrimonium legitimari per dispensationem, & novum consensum, quin proles aote hunc novum consensum, & dispensationem suscepta legitimetur. Tum quia cùm Pontifex dicit, legitimamus matrimonium, id potest intelligi de legitimatione ut ax nunc, non verò ut ex tunc; proinde si nulla fiat de prole mentio, hæc ex vi talium verborum noo est censenda legitimata. 35

§. XIII.

An dispensatio vitietur ex eo, quòd reticeatur verum, vel exprimatur falsum.

Rescripta Principum, ut alibi diximus, alia dicuntur gratiæ, & alia justitiæ, illa ad beneficia, dispensationes, & alias quascunque gratias obtinendas conceduntur; hæc verò ad lites forenses impetrantur, ut ad committendam causam tali Judici in foro externo decidendam, ut notat Meoochius *de arbitrar, lib.* 1

lib. 2. centur. 3. cas. 201. num. 1. Hæc autem rescripta aliquando ex contracto vitio dicuntur subreptitia, quando in iisdem reticetur verum, & nonnunquam obreptitia, quando in ipsis falsum exprimitur.

2 Rursus plures sunt differentiæ inter rescripta gratiæ, & justitiæ, quas fusè explicat Rebuffus in *prax. benefic. tom. 1. V. differentia inter rescripta gratia, & justitia num. 1. & sequent.* inter quas ea est potissima, ut rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sint ipso jure irrita, & quidquid eorum virtute factum fuit, nullius sit momenti. Rescripta autem justitiæ valida sunt, donec ope exceptionis elidantur, seu donec adversarius, contra quem impetrata sunt, exipiat, allegétque, ea esse sub, vel obreptitia, hinc processus vigore aorundem factus, est validus, si non excipiatur de sub- vel obreptione. Quòd rescripta gratiæ per sub- vel obreptionem obtenta, sint ipso jure irrita habetur *in c. fin. de filiis Presbyt. in 6.* ubi textus loquens de quodam rescripto gratiæ, seu dispensatione ad beneficia ait, *Veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti*, & Canonistæ extendunt textum hunc ad litteras continentes quamcunque gratiam, & dispensationem. Quòd verò rescripta justitiæ per sub- vel obreptionem obtenta non sint ipso jure irrita, sed valida sint, donec ope exceptionis elidantur, desumitur *ex c. si autem. c. plerique de rescript.* ubi habetur, quòd rescriptum secundum impetratum per subreptionem ob primi taciturnitatem convalescat datâ negligentiâ in primo impetratore: id autem non contingeret, si rescriptum justitiæ obtentum per sub- vel obreptionem esset ipso jure irritum.

3 Rationem hujus differentiæ addit Menochius in *c. fin. de fil. Presbyt. in 6.* quia litteræ justitiæ comparantur contractibus bonæ fidei: & sicut in istis debet esse exuberantia bonæ fidei *l. bonam fidem. C. de action. & oblig.* ita in illis debet omnis puritas reperiri, hinc subreptio dans causam contractui stricti juris, non reddit illum ipso jure irritum, sed irritandum, secus est de contractu bonæ fidei. Quòd si in eisdem litteris contineatur rescriptum simul gratiæ, & justitiæ, tunc spectandum est, quod principaliùs conceditur, & juxta illud regulariter accessorium: unde si in eodem rescripto conceditur gratia principaliter, & accessoriè datur alicui jurisdictio ad ejusdem gratiæ executionem; sicut gratia tunc per sub- vel obreptionem redditur ipso jure nulla, ita etiam Judicis assignatio, quia accessorium sequitur naturam sui principalis *regul. accessorium de reg. jur. in 6.* quia cum tunc Executor non deputetur principaliter ad lites, non possunt litteræ impetratæ dici justitiæ, sed sunt accessoriæ litteris gratiæ, & sicut gratia tunc corruit, ita etiam litteræ justitiæ corruunt unà cum suo principali.

4 Causa in dispensationibus omissa, vel falsò expressa alia est finalis, alia impulsiva: illa, quoad inducendam sub- vel obreptionem in rescriptis gratiæ, vel justitiæ dicitur, quâ non existente Princeps gratiam non concederat, vel quâ ei significatâ denegâsset petitum. Impulsiva ea dicitur, quæ falsò expressa Principem movet ad faciliùs concedendum petitum; vel si vera est, & ea non taceretur, moveret tantùm ad difficiliùs concedendum; sed nihilominus concederet in utroque eventu gratiam, hoc pacto explicat discrimen inter causam finalem, & impulsivam Covarruvias *lib. 1. variar. c. 20. n. 5. V. His ita breviter*, ubi ait, causam finalem esse, quâ non existente Princeps non concederet petitum: & impulsivam, quâ concaderet quidem, sed difficulter.

Quando verò taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiam, proinde irritam. 5 Respondetur, taciturnitatem qualitatis, quam jura jubent specialiter exprimi vitiare rescriptum, & reddere gratiam subreptitiam, tametsi constet, fore, ut eâdem qualitate expressâ Princeps eâdem facilitate gratiam concedat; ratio petitur ex eo, quia tunc jura exigunt pro forma expressionem harum qualitatum: forma autem in quovis actu est ita servanda, ut si deficiat etiam in minimis, actus non sortiatur suum valorem, quia sine forma actus non subsistit, & desumitur etiam ex *c. si motu proprio de prabend. in 6.* ubi statuitur, ex quantumvis modici beneficij taciturnitate reddi subreptitiam alterius impetrationem; & tamen constat, illud modicum beneficium tacitum non fore impedimento, quò minùs Pontifex illius conscius eadem facilitate gratiam concederet, ut notat Felinus in *c. super litteris n. 2. limit. 1. c. ad aures, n. 12. conclus. 9. de rescript.* Immo id etiam procedit, quamvis ignoranter, & inculpatè ea qualitas reticeatur, quia eo ipso, quòd omittitur forma, actus corruit, & ignorantia non juvat ejus validitatem, sed tantùm excusat à culpa, ut notat Glossa in *c. si motu proprio V. taceatur de prabend. in 6.* Decius *c. super litteris n. 18. de rescript.* Quòd si dicas, hanc taciturnitatem excusare in excommunicatione, si procedat ex ignorantia, dummodo hæc non fuerit crassa, respondetur, id esse verum, sed esse discrimen, quia excommunicatio nonnisi ob inobedientiam, & contumaciam incurritur: hæc autem contumacia cessat, ubi est ignorantia, quo fit, ut hæc excuset ab excommunicatione incurrenda, eò quia impedit contumaciam: secus dispensatio corruit ex non servate forma necessaria ad ejus valorem, & ex defecto intentionis in concedente, & sicut ignorantia quantumvis inculpabilis non supplet defectum formæ, sequitur, actum semper esse informem, ac irritum.

Quòd si dicas, in jure non repetiri decisum, quòd hujusmodi qualitas sit exprimenda 6 in supplicatione pro impetranda dispensatione. Respondetur, quòd tametsi explicitè non exprimatur, benè tamen implicitè: sufficit enim si in jure decisum sit, ne delictum aliquod remittatur, aut dispensetur in aliquo casu, quia tunc significatur, mentem legis esse denegandi dispensationem, nisi in aliquo speciali caso eâ qualitate Principi expressâ, velit Princeps in eo jura dispensare. Hinc eatenus communiter

docent, ineuntes matrimonium scienter in gradu prohibito teneri eundem gradum exprimere in dispensatione impetranda, ne hæc subreptitia sit, quia Tridentina Synodus *sess. 24. de matrim. c. 5.* decernit, tunc spe dispensationis cariturum. Rursus eatenus in remissione secundi homicidij debet necessariò mentio fieri remissionis primi, quia in *l. 3. C. de Episc. aud.* deciditur, ut delictum semel tantùm remittatur.

7 Quinimò etiam taciturnitas qualitatis, quæ ex stylo Curiæ Romanæ in rescriptis exprimenda est, vitiat dispensationem, quam subreptitiam reddit: ratio ex eo desumitur, quia stylus Curiæ Romanæ facit jus omnino servandum *c. quam gravi de crimine falsi*, adeò ut ab eo non sit recedendum, ut probat Mascardus *de probat conclus. 317. n. 51.* adeò ut de hac qualitate perinde sentiendum sit, ac de illa, quam jura jubent exprimi, ut notat Rebuffus in *concordat. in form. mandat. Apostol. post 30 narrandum V. & postquam omnes alia qualitates*, Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu* 210. *n. 28.* adeò ut qualitas, quæ ex stylo Curiæ Romanæ exprimenda est in rescriptis, nunquam sit omittenda, nec spectandum, an Princeps eâ expressâ rescriptum similiter concederet, nec ne. Immo exprimi etiam debet, quando ex consuetudine Principis narrari, & exprimi solet, quia consuetudo tunc habetur etiam pro lege *l. minimè ff. de legib.* nec ignorantia excusat reticentiam harum qualitatum, sicut non excusat taciturnitatem qualitatum, quas jura jubent exprimi. Quòd si nec ex jure, nec ex stylo Curiæ Romanæ, nec ex consuetudine Principis constet, qualitatem tacitam esse exprimendam; tunc reticentia qualitatis, quæ est causa finalis concessionis, eam vitiat, seu quâ cognitâ Princeps dispensationem non concederet: non ita reticentia qualitatis, quæ est solùm causa impulsiva, seu quâ cognitâ adhuc Princeps dispensationem concessisset, licèt majori cum difficultate, & id desumitur ex *c. Dudum V. nos igitur de prabend. in 6.* ubi Pontifex, declarat ad valorem beneficij non obstare taciturnitatem veri, quo cognito adhuc beneficium concessisset.

8 Ratio ex eo itidem desumi potest, quia subreptio rescripti ex reticentia veri oritur ex ignorantia ejusdem veri in Principe, & defectu voluntatis concedendi, siquidem ignorantia voluntarium tollit: atqui defectus solius causæ impulsivæ non tollit voluntatem, sed tantùm eam retardat à tam facili concessione, quia si Principi innotuisset majori cum difficultate concessisset quidem dispensationem, non tamen eam negâsset, quando enim taciturnitas tantùm retardat voluntatem, eam non tollit in ordine ad valorem rescripti, bene tamen; si omnino retraheret Principem à tali concessione, ut contingit ex defectu in causa finali *l. cum tale 71. §. falsam causam. ff. de condit. & demonst.* ubi deciditur, tunc ex defectu causæ vitiari legatum, si probetur fore, ut cognita veritate Testator illud negaret: à fortiori id procedit in dispensationibus, quæ gratuitæ omnino sunt, quoties igitur ignorantia veri, non tollit voluntatem in Principe concedendi dispensationem, hæc non est subreptitia, quia adhuc Princeps, licèt majori cum difficultate gratiam, concessisset: secus quando reticentia veri est causa finalis concessionis, quâ cognitâ Princeps gratiam non concederet, tunc aufert voluntatem concedendi in Principe rescriptum, quod propterea est subreptitium.

Hoc igitur est discrimen inter defectum 9 causæ impulsivæ tantùm, & causæ finalis, quia prior defectus, cùm non tollat voluntatem in Principe concedendi rescriptum, illud non vitiat: defectus verò causæ finalis, quia voluntatem tollit, vitiat dispensationem: quia si veritas, quæ tacetur, & est causa finalis, innotesceret Principi, hic dispensationem non concederet. Præterea quia sicut in cæteris omnibus dispositionibus defectus solius causæ impulsivæ non obstat validitati actûs, sed tantùm defectus causæ finalis *c. post translationem de renunt. c. Et si Christus de jurejur. c. cum cessante de appell. l. si mulier c. de jure dot.* proinde etiam in gratijs, & dispensationibus solus defectus causæ finalis has vitiat, non verò defectus causæ impulsivæ.

Tum quia si pro impetranda gratia aliqua à 10 Principe exprimatur causa de se sufficiens ad illius impetrationem, tametsi reticeatur causa, quæ difficiliorem eam redderet, non tamen tollitur in Principe voluntas eam concedendi, proinde concessio, tametsi quoad modum quendam accidentalem non variantem rei substantiam, dici possit involuntaria, simpliciter tamen, & quoad substantiam est voluntaria, consequenter non est censenda subreptitia. Hoc idem docet etiam Imola in *c. dudum n. 15. de elect.* ubi expressè ait, dispensationem tunc vitiari, quando tacetur veritas, quâ expressâ Princeps dispensationem non concederet. Docent hoc idem etiam communiter alij Canonistæ cum Covarruvia *lib. 1. variar. c. 20. n. 5. V. falsitas verò* & Menochius *de arbitrar. lib. 1. centur. 3. cas. 201. n. 30.* quoties enim veritate narrata Princeps adhuc concederet dispensationem licèt majore cùm difficultate, dispensatio suum fortitur valorem: & quando reticentia veritatis est causa impulsiva, tunc si veritas Principi innotesceret, adhuc dispensationem concederet, quamvis majore cum difficultate, proinde reticentia veritatis, quæ solùm est causa impulsiva, non vitiat dispensationem: bene tamen reticentia veritatis, quæ est causa finalis concessionis, & quâ cognitâ Princeps gratiam non concederat.

Unde verò conjiciendum sit, qualitatem, 11 quæ reticetur, esse causam finalem, vel impulsivam, id prudentis viri arbitrio relinquitur dijudicandum, quando nec ex jure, nec ex stylo Curiæ, nec Principis consuetudine id constat, ut docent Felinus in *c. certum n. 4. de rescript.* Tiraquel. *tract. cessante causa limit. 1. n. 15.* Covarruvias *lib. 1. variar. c. ult. vers. falsitas* Menochius *lib. 2. de arbit. centur. 3. cas. 201. n. 29.* Ut autem prudenter id dijudicetur,

atten-

attendi debet ad communem Curiæ stylum, & Principis consuetudinem consideratis alijs similibus rescriptis, ut notat Salva *de benefic. p. 3. q. 12. n. 51.* Quòd si maturè pensetis omnibus circumstantijs adhuc Judex anceps hæreet, an causa in dispensetione tacita sit causa finalia, tunc censent eliqui præsumendam esse cautam finelem, ut Abbas in *c. quia circa n. 6. fin. de consanguin.* & Alexender de Nevo ibid. *n. 6.* ubi docent, in dispensatione semper præsumendum esse, se Principem movisse ad dispensandum ex causa in ee expressa.

12 Communior temen sententie est, in dubio non esse præsumendam causam finalem, sed impulsivam, proinde esse præsumendum, quòd si telis ceuse, quæ reticetur Principi innotesceret, hic adhuc dispensationem concederet: ratio, quâ hæc sententie nititur, petitur ex eo, quia jura, vel meximè fevent valori aclus: & in dubijs semper præsumunt ectum validum, proinde etiam in concessionibus, & gratijs, & ita docent Baldus *de regul. jur. in 6. in adit. ad Joan. Andream,* & *l. generaliter. n. 3. C. de Episc. & Cler.* Corneus *cons. 153 n. 12. vol. 2.* Rebuffus in *concord. in form mandat. Apostol.* panlo post principium *V. morum honestas V. in dubio* & alij asserentes, causem in omnibua gretijs insertam præsumi in dubio impulsivam, & non finalem.

13 Quòd si quis exprimeret, se votum religionia emisisse, & de facto vovisset, se perseveraturum in eadem religione, tunc dispensatio à voto religionis esset subreptitia, quia veritaa tacita est canse finalis, non impulsiva, illa enim perseverantie in religione, si principi innotuisset dispensationem, non concessisset, eliud enim est, vovere Religionem, & eliud vovere perseverantiam in Religione, quie votum Religionis tantùm obligat ad solum ingressum bone fide, adeò ut, si qui Religionis ingressum vovit, bona fide eam sit ingressus, & postea contingat, quòd in anno probationis ex justa causa egrediatur, satisfecerit voto: secus qui vovit se perseveraturum in religionem, ex vi voti tenetur in eadem solemnem emittere professionem, & in illa perseverare. Quòd si exprimeret, se vovisse Religionem, & de facto vovisset se futurum Religiosum, tunc dispensatio esset valida, quie utrumque votum in idem recidit, si enim vovena religionem ingrederetur, fieret Religiosus, quia Novitij sunt, & ipsi Religiosi, proinde sufficienter satisfaceret voto, quamvis ex justa cauia exueret postea habitum religiosum.

14 Quid verò dicendum sit de expressione falsi, an reddat obreptitias dispensationes, communior, & verior sententia docet, solam expressionem causæ finalis falsæ reddere dispensationes subreptitias, quando scilicet Princeps ex causa false non expresse dispensationem non concessisset, adsò ut expressio solius ceusæ impulsivæ falsæ non reddet dispensationem obreptitiam, eò quia Princeps hac falsitate non expressâ adhuc concessisset dispensationem, licèt majori cum difficultate. Est enim eadem retio de taciturnitate veri, ec de expressione falsi, quie in illa virtueliter clauditur expressio falsi. Tum quie donatio procedens ex causa false simulata impulsive non est irrita, sed tantùm quando procedit ex causa falsa simulata finali, ut notat Nevarrua in *sum. c. 17. n. 107.* ergo etiam dispensatio procedena ex sole causa falsa simulata impulsive est velida, quie eandem libertatem exigit donatio, ec exigat dispensetio concessa à Principe, utreque enim procedit à mere voluntate elterius: quinimò majorem libertatem videtur exigere donatio, quia hæc nullem prorsua habet retionem debiti; dispensatio autem, si ex justa ceusa concedatur, videtur ratione justæ causæ aliquid debiti continere.

Quòd si objicias in litteris dispensetionum, & gratiarum semper epponi clausulam, si preces veritate nitentur: & quando exprimitur in ijsdem causæ falsa licèt tentùm impulsiva precea veritate non nituntor; proinde defectu veritatis hujus clausulæ dispensationem esse irritem, & obreptitiem. 15

Contra est, quia clausula illa conditionelia, si preces veritate nitantur, intelligitur quoad substantialia, seu de iis, ex quibus gratia pendet, & sine quibus dispensatio non concederetur, ut notat Innocentiua in *c. dudum. n. 25. V. invalidum de elect.* ubi air, expressionem falsi tunc vitiare dispensationem, quando est in ijs, quæ consistunt circa dispensationem obtinendam, seu quibus verè expressis illa dispensatio non concederetur, hoc idem etiam docet Impla *in d. c. dudum. num. 18. de elect.* ubi ait expressionem causæ falsæ tunc reddere dispensationem obreptiriam, quendo hæc cà non expressâ denegeretur, & ita docent in *c ex parte 2. V. falsa de convers. conjug.* Covarruvias *lib 1. variar. c. 20. num. 5. Ver. falsitas.* Decius *c. postulasti num. 11. not. 4.* Parisiua *vol. 4. cons. 4. num. 35.* Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 3. cas. 20. num. 22.* Notat tamen Covarruviaa id limitandum esse, quendo causa ille impulsive falsò expressa talia est, ut si verè Principi significaretur, gretiam concessisset eodem modo, quo eam concessit; non ite si non eodem modo eam concessisset, sed cum quibusdem restrictionibus, quia tunc causa, quæ dicitur impulsiva est potius finalis. 16

Quòd si Pape committeret elteri, ut authoritate Apostolica dispensarat, si preces veritete nitantur, & ia cui dispensetur per falsos testes probaret, preces veritate niti, tunc dispensatio irrita esset, cùm primum de veritete consteret, tametsi Judex, quando authoritate Apostolica dispensavit invenerit preces veritate niti: quia fundatur tunc hæc veritaa in falsa præsumptione: cum enim in rei veritete non verificetur clausule conditionalia, dispensatio est irrita; sicut è contrario, si ceuse vera esset in se, licèt per falsos testes probaretur, eò quia illam ignoraverint, vel crediderint falsam, valeret dispensatio, quia causa in se vera erat; & cum preces veritate niterentur adjecta clausula conditionalis fuit purificate, consequenter dispensatio suum fuit valorem sortite. Hinc non vitiatur 17

tiatur dispensatio, tametsi exprimatur causa falsa, quando si non exprimeretur, adhuc dispensatio concederetur, quia tunc persistit voluntas in Principe concedendi talem dispensationem non obstante expressione causæ falsæ impulsivæ.

18 Quòd si in dispensatione ad matrimonium ineundum unica exprimatur causa, eáque falsa, dispensatio nullum sortitur valorem: & ratio desumitur ex eo, quia Pontifex semper committit facultatem Ordinario dispensandi anthoritate Apostolica, non simpliciter, sed sub conditione, si preces veritate nitantur, quando autem unica est causa expressa, & falsò allegata, tunc non purificatur conditio, quia preces non nituntur veritate, proinde dispensatio suum non potest valorem sortiri. Tum qnia Pontifex præsumitur nolle dispensare sine causa, proinde si hæc sit una tantùm, & falsa, non potest dispensatio esse valida, utpote sine causa concessa contra intentionem concedentis. Neque obstat, quod interdum soleat Pontifex dispensare sine causa allegata etiam in ordine ad matrimonium ineundum: quia id non obstat, quia Pontifex nonnisi in gradibus remotis dispensat sine causa allegata, & id tunc ex certa scientia; & majori compositione pecuniaria in sumptus publicos, quæ compositio sufficientem causam præbet ad dispensandum.

19 Quòd si in rescripto plures narrentur causæ copulativè, quarum aliquæ sint veræ, & aliæ falsæ, spectanda tunc est causa principalis, ob quam conceditur rescriptum, quæ si vera fuerit, quamvis aliæ sint falsæ rescriptum est validum, quia cùm plura copulativè narrantur, quæ de jure sunc necessaria, resolvitur tunc copulativa in disjunctivam *c. cum jam dudum de prebend.* & docet Mascardus *de probat. conclus. 325. num. 3.* Sin verò plures causæ narrentur disjunctivè, sufficit tunc, si altera earum sit vera, ne rescriptum sit obreptitium *c. inter cæteras de rescript.* ut notat Menochius *cons. 385. n. 1. & 2. vol. 4.* & Mascardus *de probat. conclus. 325. n. 8.*

20 An verò hæc etiam procedant in dispensationibus, & gratiis non conveniunt Canonistæ, quidam censent tantùm procedere de rescriptis ad lites, non verò de gratiosis, volunt enim in istis requiri, ut causæ omnes quoquot allegantur veræ sint, quòd si una, vel altera fuerit falsa, censent, totum rescriptum esse subreptitium, & ita præsertim censet Guttierez *quæst. canon. lib. 2. c. 15. & n. 108.* ubi asserit, dispensationem ad matrimonium subreptitiam esse, si una tantùm ex pluribus causis allegatis sufficientibus falsa sit, quamvis ex illis verbis allegatis soleat de stylo Curiæ dispensari: nititur ea ratione, quia hujusmodi causæ dependent ex arbitrio, & voluntate solius Principis, qui in gratiosis non vult aliter dispensare nisi existentibus veris omnibus causis in dispensatione narratis, eò quia narratis pluribus illis causis semper adjicitur clausola *si repereris, quòd preces veritate nitantur, super quo tuam conscientiam oneramus, dispensa*, ubi notat Guttierez, in clausula poni *preces* in numero plurali, unde si una, vel altera causa sit falsa, preces non verificantur, proinde totum rescriptum vitiatur, & est subreptitium.

Nihilominus id procedere etiam de rescriptis gratiosis est communior, & verior sententia: & ratio est, quam superiùs innuimus; quia sola falsitas causæ finalis, quâ expressâ non concederetur dispensatio, illam vitiat, redditque obreptitiam: atqui non narratis aliis causis falsis, adhuc Princeps dispensationem concederet ob veritatem solius causæ principalis, & finalis, proinde, quòd alia causa accidentalis sit falsa, non vitiatur rescriptum, ut fiat obreptitium. 21

Tum quia propositio copulativa plurium causarum, quæ non sunt necessariæ, resolvitur in disjunctivam, proinde sufficit, si causa finalis vera sit, quia hæc sola constituit propositionem disjunctivam, quæ cum vera sit rescriptum Principis non vitiatur. 22

Hinc ad fundamentum, quo nititur Guttieres, respondetur, has causas dependere quidem ex arbitrio Principis, sed ut Princeps præsumatur velle dispensare, sufficit si causa principalis, & finalis sit vera, quia Princeps ad hanc tantùm attendit, cæteræ enim causæ sunt accidentales, quæ tametsi non exprimerentur, adhuc Princeps ob solam veritatem causæ finalis concederet dispensationem. 23

Ad id, quod addebat Guttieres de clausula adjecta pluribus illis causis narratis, *si preces veritate nitantur*, ubi notat, poni *preces* in plurali, respondetur, id nullum facessere negotium, quia clausula illa, *si preces veritate nitantur*, intelligitur quoad causas substantiales, non verò quoad accidentales, sine quibus adhuc Princeps dispensationem concederet. 24

An verò subreptio per reticentiam veritatis, vel obreptio per expressionem falsitatis contingens in aliqua tantùm rescripti parte, totum vitiet? Respondendum est cum distinctione, si pars illa, in qua contingit sub-vel obreptio tantùm explicet falsitatem alicujus causæ accidentalis, vel illam reticeat, & independenter ab illa adhuc Princeps concederet rescriptum, seu dispensationem, tunc sub-vel obreptio non censetur vitiare dispensationem: sin verò sub-vel obreptio contingat in causa finali, quâ non existente rescriptum non concederetur, tunc vitiatur totum rescriptum, quia illa causa finalis est tota causa rescripti, quâ non positâ, vel falsificatâ necesse corruat rescriptum, cum sine causa non detur effectus. 25

Sin verò rescriptum unicam tantùm ac indivisibilem partem contineat, vel si duas partes comprehendat, sub-vel obreptio contingat in causa finali utriusque partis, quâ non existente, nec totum, nec pars rescripti concederetur, tunc etiam vitiatur rescriptum sive per ignorantiam, aut simplicitatem; sive per fraudem, ac malitiam subreptio contigerit, in utroque enim casu litteræ sunt subreptitiæ, idque desumitur *ex c. super litteris de rescript.* ibi: *Si verò per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressio-* 26

nem

nem etiam veritatis litteræ fuerunt impetratæ, quâ tacitâ, vel expressâ nos litteras non dedissemus, à Delegato non est aliquatenus procedendum.

27 Ratio ex eo petitur, quia in ordine ad valorem gratiæ non consideratur culpa impetrantis, vel ejus simplicitas; sed sola intentio concedentis, à qua rescriptum gratiosum, vel dispensatio suas desumit vires: unde quoties concedens expressâ veritate, vel non proposita falsitate dispensationem non concederet; corruit tunc concessio defectu intentionis concedentis, tametsi impetrans ab omni culpa immunis fuerit. Tum quia tunc causa, quæ reticetur, vel falsò exprimitur, est principalis, & finalis totius rescripti, proinde si falsa sit, corruit totum rescriptum, ut destitutum suâ causâ; sicut enim repugnat effectus sine causa, ita validitas dispensationis sine verificatione causæ finalis.

28 Neque audiendus est Navarra *lib. 1. consil. tit. de fil. Presbyt. consil. 2. n. 4.* ubi asserit, in foro conscientiæ taciturnitatem ex ignorantia probabili excusare à sub-vel obreptione, id enim generatim non est verum, sed solùm quando ignorantia non est causa totius rescripti.

29 Videtur tamen in contrarium obstare textus in *c. gratia de rescript. in 6.* ubi impetrans beneficium à Papa tacito alio, quod sibi absenti, ac ignoranti Ordinarius contulerat, potest utrumque retinere, si sint compatibilia, & si non sint compatibilia datur optio eligendi, quod maluerit: & ratio assignatur in textu illis verbis, *cùm tempore impetrationis nescires*; atqui subreptio commissa ex tacito beneficio, quod erat exprimendum *c. si motu proprio de præbend. in 6* est subreptio per ignorantiam commissa, unde non videtur nocere.

30 Sed contra, quia variè occurrunt huic objectioni Canonistæ, plures dicunt, dispensationem illius textus in *c. gratia* esse specialem in illo casu, proinde non esse eslum trahendum ad alium *l. jus singulare ff. de legib.* Alij asserentes, dispositionem unius textus posse trahi ad alios casus subdunt, ad id requiri quatuor conditiones, quarum prima est, ut adsit justa ignorantia, qualis est, quæ ex absentia oritur. Secunda ne præjudicetur juri jam alteri quæsito. Tertia ut qualitas omissa per ignorantiam talis sit, ut si fuisset expressa, Princeps similiter gratiam concessisset, quamvis non ita facilè. Quarta, ut gratia sic concessa non trahatur ad causam penitus extraneam, & ita docent Felinus in *c. super litteris num. 6. de rescript.* Abbas *ibid. n. 5.* Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 3. casu 201.*

31 Alij respondent, decisionem illius textus procedere, eò quia subreptio in illo oriatur à justa, & perquàm tolerabili ignorantia, ratione cujus dicunt potuisse talem dispositionem reduci ad terminos juris communis, quatenus attento jure communi hoc idem dispositum erat: secus verò contigisset, si ad terminos juris communis non potuisset reduci: & ita docet Rebuffus *c. nulla. n. 2. in princ. conclus. 5. de concess. præbend.* ubi de forma mandati Apostolici Bero-jus in *c. super litteris in 1. lect. n. 41.* addit, textum procedere, quando gratia poterat reduci ad terminos juris communis non simpliciter, sed juris communis antiquioris, tunc censet, subreptionem ex ignorantia tolerabili non vitiare rescriptum, & ait id contigisse in tali textu, quia spectato jure antiquiori in *c. referend. de præbend.* si impetrans secundum beneficium tacebat primum, hoc non vacabat, sed concedebatur illi optio eligendi, quod maluerit, hoc autem jus antiquum immutatum postea fuit in *c. de multa de præbend.* ubi deciditur eo ipso vacare primum beneficium.

Ratio hujus ultimæ sententiæ est, quia res facilè ob justam causam reduci potest ad jus primævum, seu antiquius *l. si unus §. pact. V. quoties ff. de pact.* Tum quia non dicitur in totum falsum, quod primordijs veritatis juvatur. Tametsi prædictæ sententiæ sint perquam probabiles, veriùs tamen fortassis respondet Berojus in *dict. cap. super litteris, n. 42. de rescript. in 6.* ideo ignorantiam in textu *c. gratia de rescript. in 6.* juvasse, ne litteræ ad beneficia essent subreptitiæ, quia impetrans non habuit jus in re in priori beneficio, eò quia sibi absenti, & ignoranti collatum fuerat, *si tibi absenti de præbend. in 6.* sed tantùm jus ad rem, quæ causa fuit, ut subreptio orta ex tam justa ignorantia non viciaret rescriptum. Tum quia ut taciturnitas beneficij vitiet rescriptum, debet beneficium, quantumvis modicum possideri, & in textu *c. gratia* nondum possidebatur. 32

Quòd si sub-vel obreptio per ignorantiam, vel simplicitatem admissa, non fuit causa finalis totius rescripti, sed tantùm partis illius, eò quis expressa veritate non concederetur ea rescripti pars, quæ per sub-vel obreptionem vitiatur, sed reliquum rescriptum adhuc concederetur ob causas in ijsdem expressas, & veras, tunc non vitiatur totum rescriptum, sed ea sola pars, in qua est subreptio. Idque desumitur ex *c. super litteris de rescript.* & ex *c. si eo tempore eod. tit. in 6.* ubi deciditur, rescriptum ad beneficium sive cum cura, sive sine cura obtentum tacito defectu legitimæ ætatis ad curatum, validum esse ad beneficium simplex, pro quo habetur legitima ætas, tametsi non valeat quoad beneficium curatum, & communiter intelligunt hunc textum, quando hæc subreptio fuit ex simplicitate, aut ignorantia, ut docent Abbas *in d. c. super litteris. num. 5. de rescript.* Felinus *in c. sedes num. 1. eod. tit.* Id tamen limitatur, nisi à neg[illegible] circa quod commissa fuit illa subreptio no[illegible]losa dependeant alia negotia, ut accessoria. Sin verò subreptio in parte rescripti contingat non per ignorantiam, sed per fraudem, vel malitiam, tunc vitiatur totum rescriptum, tametsi illa non fuerit causa totius rescripti, sed solius formæ specialis, & desumitur ex *c. super litteris de rescript.* ubi assignatur discrimen inter litteras sic impetratas, & quando impetrantur per ignorantiam, ibi: *In sua perversitatis pœnam nullam ex illis litteris commodum consequantur.* Tum quia in *c. sedes in fin. de rescript.* 33

rescript. etiam dicitur *mendax precator careat penitus impetratis.*

34 Idque procedit sive malitiosè illa subreptio contigerit per taciturnitatem veri, sive fuerit obreptio per malitiosam expressionem falsi, & ita docent Barbatius in *c. super litteris num. 24. de rescript.* & ibi Abbas *num.1 not.2.* Imola *n.6.* In dubio verò non præsumitur dolus, sed potius ignorantia, & onus probandi dolum incumbit tunc opponenti, ut docet Glossa in *d. c. super litteris V. priori modo de rescript.* & ibi Ostiensis *num.7.* præsumi tamen potest dolus, ut notat Berojus in *d. c. super litteris num. 70. de rescript.* ex variis circumstantiis, proinde id dijudicare ad Judicem pertinet, & facilius præsumitur dolus in litteris gratiæ, quàm justitiæ, uc notat Rebuffus *in prax. benefic. tit. differentia inter rescripta gratiæ, & justitiæ num. 25. differentia 8.* & ratio est, quia litteræ justitiæ facilius impetrantur, proinde non est necessarius dolus ad eas obtinendas.

35 Cæterum quando in *c. super litteris de rescript.* dicitur, quòd qui per fraudem, vel malitiam in aliqua parte rescripti impetrat litteras exprimendo falsitatem, nullum ex talibus litteris commodum consequitur, id intelligitur, quando partes rescripti sunt si nul connexæ, eò quia respiciant eandem causam, & eundem finem, tunc enim subreptio dolosa in una parte vitiat reliquas: ratio est, quia hæc irritatio totius rescripti fit in pœnam doli, & malitiæ, proinde non debet extendi ad partes rescripti omnino separatas, quia pœnalia non extenduntur ultro casum in jure expressum.

36 Præterea, quia quando partes rescripti sunt omnino separatæ, ut una connexionem non habeat cum alia, tot sunt virtualiter rescripta, quot partes separatæ, adeò ut rescriptum nonnisi materialiter, & per accidens sit unum tantùm: proinde subreptio contingens in una parte non debet alteram inficere, nec ex eo, quòd illa pars, quæ vitiatur per sub- vel obreptionem, irritatur, debent reliquæ etiam irritari, idque etiam colligitur ex *c. si eo tempore de rescript. in 6.* ubi habentur diversæ gratiæ omnino separatæ, & ad diversos effectus, una ad beneficium simplex, & altera ad curatum, & subreptio circa unam non vitiat alteram. Hinc si Petrus in eodem rescripto impetret dispensationem voti castitatis, & peregrinationis, & allegaverit falsam causam circa votum peregrinationis; veram autem circa votum castitatis, tunc idem rescriptum est validum quoad votum castitatis, quia quoad illam partem preces veritate nituntur, non verò quoad votum peregrinationis: ideo enim dispensatio circa votum castitatis suum fortitur valorem, quia sunt duæ dispensationes omnino separatæ, & quarum una non dependet ab altera. Secus esset, si in eodem rescripto dispensatio esset ad nuptias circa duo impedimenta dirimentia, quia tunc subreptio dolosa in altero vitiaret totam dispensationem, quia tunc rescriptum cùm sit ad eandem causam matrimonij respicit eundem finem, proinde quoad utrámque partem censetur idem. Tum quia utrumque impedimentum est causa finalis, cujus subreptio vitiat totum rescriptum.

§. XIV.

An quando aliquid exprimitur majus in rescripto, quam esset exprimendum vitietur tunc rescriptum, & dispensatio sit nulla.

Tametsi dispensationis concessio semper correspondeat supplicationi etiam quoad causam, ob quam dispensatio conceditur, proinde nunquam nisi fortâssis ex errore possit variari causa substantialiter, adeò ut dispensatio concedatur ex alia causa distincta ab ea, quæ fuit expressa, quantum est ex parte concedentis; potest tamen contingere, ut in litteris, in quibus conceditur dispensatio, causa exprimatur major, quàm revera sit in se, & præsertim circa dispensationem matrimonialem, ut, si petatur dispensatio ex causa familiaris conversationis, ut suspicionis copulæ, quæ suspicio major exprimatur in litteris, seu in rescripto, quàm fuerit expressa in supplicatione, an tunc valida sit dispensatio. Respondetur, id non obstare, quo minus dispensatio suum sortiatur valorem. Ratio ex eo petitur, quia talis dispensatio dependet ex voluntate Pontificis, qui non movetur ad dispensandum, ex eo quod exprimitur in litteris concessionis; siquidem Pontifex non solet eas legere; sed movetur ad dispensandum, ex eo, quod exprimitur in supplicatione, cujus habet notitiam: Pontifex enim considerat causas dispensandi, prout exprimuntur in supplicatione, & ex iisdem format gratiosam voluntatem dispensandi super impedimento expresso in supplicatione, seu concedendi, quod petitur. 1

Idque ex eo evinci etiam potest, quia gratia dispensationis quoad substantiam perficitur ante litterarum expeditionem, quia perficitur voluntate, & rescripto, quòd enim perficiatur voluntate desumitur *ex clement. dudum § nos etenim de sepult.* ibi *universa privilegia, gratias, indulgentias verbo, seu scripto sub quacunque forma*, adeò ut, gratiæ dispensationis Pontificiæ perficiantur voluntate, & rescripto Pontificis, ut notat Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 12. num. 4.* verùm quia voluntas, si tantùm mente retineatur, nil operatur *l. si repetendi C. de condit. ob caus.* ideo debet voluntas concedentis exterius manifestari; nec dispensatio, quamvis existens in voluntate concedentis cen. setur concessa, donec exteriùs exprimatur: & quia regulariter exprimitur per rescriptum, ideo dicitur dispensatio perfici voluntate, & rescripto, ut notat Rota *decis. 518. num. 3. p. 1. divers.* cùm igitur dispensatio perficiatur ante expeditionem litterarum, Pontifex non desumit causam finalem, nec impulsivam ad concedendam dispensationem ex iis, quæ exprimuntur in litteris, sed tantùm ex iis, quæ continentur in supplicatione; quæ se habet antecedenter ad expeditionem litterarum; proinde valida est dispensatio, si in supplicatione veritas exprimatur, quamvis in rescripto, quid 2

plus

plus dicatur, quàm fuerit in supplicatione expressum.

3 Præterea quia ut notat Hieronymus Paulus in *pract. Cancellaria tit. declarat. super proponent. V. ubi Papa concedit gratiam*, omnes supplicationes reducuntur ad certas quasdam formulas, cum quibus omnes litteræ expediuntur, alioquin tot semper recentes formulæ essent inveniendæ, quot sunt dispensationes, si unicuique supplicationi deberent semper ad unguē litteræ correspondere: hinc ad declinanda hæc incommoda juxta singulas diversas causas substantiales, Dataria Romana formulas invenit proportionatas pro expeditione litterarum, quæ explicantes in communi causas illas, comprehendunt sub se casus omnes particulares, qui sub illis causis continentur, quamvis inter se differant accidentaliter & secundùm magis, & minus: quâ ratione in omnibus casibus, in quibus substantia causæ locum habet, adest semper eadem dispensabilitas ex eadem causa, sub qua explicantur causæ particulares, quæ occurrunt, & tunc eadem causa est semper sufficiens ad trahendam voluntatem Pontificia, quando intendit dispensare ad hunc, vel illum casum contentum sub eadem causa.

4 Quòd si dicas, in contrarium obstare *regul. 37. Cancellaria*, in qua habetur non esse judicandum juxta formam supplicationis, sed juxta litteras expeditas. Respondetur, id non obstare, quia ex eo, quòd judicetur juxta formam supplicationis, judicatur etiam juxta litteras expeditas; ratio est, quia in ipsis continetur causa substantialis dispensationis, quamvis aliquo pacto immutata accidentaliter, quatenus non est totaliter juxta causam communem, sub qua comprehenduntur plures causæ particulares, quæ sub formula illius causæ communis dispensantur, ne semper novæ producantur formulæ dispensandi: hæc autem non totalis conformitas cum causa explicata in formula non obest, quia non fuit in consideratione concedentis, quia Pontifex non legit litteras expedieas, bene tamen supplicationem, quam examinavit, & subscripsit, & fuit etiam revisa per officiales Datariæ, proinde magis attendenda est ipsa supplicatio, & causa in eadem contenta, quam causa expressa in litteris expeditis. Tum quia litteræ intelliguntur extractæ ex supplicatione exhibita Pontifici, ut observat Rebuffus in *praxi. tit. de rescr. & correct. Bull. n. 2.* & Rota Romana coram Cavalerio *decis. 255. n. 8.* id tamen est intelligendum, quando litteræ nondum fuat expeditæ, quia tunc supplicatio, veluti matrix eas regulat, ut observat Rota Romana coram Cavalerio *decis. 255. n. 10.*

5 Præterea quia supplicatio revisa, & examinata per Officiales Datariæ, & postea per Papam ac subscripta, se habet ut matrix earundem litterarum, in qua postea continetur gratia dispensationis secundùm terminos concessionis, & mentem concedentis, unde eò ipso, quòd litteræ extrahuntur ab ipsa supplicatione, tametsi ratione formulæ communis videantur in aliquo differre à causa expressa in supplicatione, debent litteræ interpretari juxta expressa in ipsa supplicatione, ut observat Rota Romana coram Seraphino *decis. 764. n. 4.* Hinc quando impetratur dispensatio super impedimento aliquo in ordine ad matrimonium contrahendum, non debent Oratores scrupulis angi, si viderint in litteris dispensationis causam majorem exprimi, quàm ipsi in supplicatione exposuerint, & quàm reverà sit; quia origo hujus non conformitatis causæ expressæ in litteris, & supplicatione oritur ex formula communi, quâ sub aliqua causa itidem communi ponuntur plurea particulares, quæ reducuntur ad illam: tum quia Pontifex semper intendit dispensare ex causa ut expressa in supplicatione, ut notat Parisius *Consil. 112. n. 8. l. 4.* & Rota coram Cavalerio *ast. decis. 255. n. 9.*

Quid verò dicendum sit, si litteris dispensationis apponatur clausula *Motu proprio*, & in supplicatione exhibita Pontifici fuerit omissa vera causa; an tunc clausula *motu proprio* suppleat vitium subreptionis, adeò ut dispensatio non sit irrita ex taciturnitate veritatis, circa causam finalem contingentium, quæ alia induceret subreptionem. Respondetur, clausulam illam *motu proprio* in litteris Principis appositam supplere vitium subreptionis ortæ ex taciturnitate veri, idque desumitur ex *c. si motu proprio de prabend. in 6.* & *clement. si Romam de prabend.* 101: *Si Romanus Pontifex de beneficio alicui proprio motu provideat, de beneficijs, qua obtinet non habita mentione, provisionem, seu gratiam hujusmodi fore validam declaramus*, & ratio ex eo desumitur, quia cùm tali gratia, seu dispensatio procedat ex mera Principis liberalitate præsumitur, quòd etiam si Principi innotuisset veritas, æquè dispensâsset, quoties enim ponitur clausula *motu proprio*, tota ratio concedendi est voluntas Principis, non causa expressa in supplicatione, proinde sive hæc vera, vel falsa fuerit, vel etiam omissa, dispensatio sortitur suum valorem, quia tunc ejus valor non nititur veritate causæ, sed voluntate concedentis; immo id etiam procedit, quando clausula *motu proprio* apponitur à Legato, ut docet Glossa communiter recepta in *c. fin. V. mentio de offic. Legati. n. 6.* limitatur tamen nisi subreptio accideret in re ipsa, quia tunc præsumitur, quòd Pontifex non concessisset dispensationem. Cæterum monet Rebuffus in *concord. in forma mandati Apostolici super clausula motu proprio effectu 29.* clausulam *motu proprio* magis convenire Ordinarijs, quàm Pontifici, & addit rationem, quia Ordinarij exactiorem habent notitiam personarum, quæ sunt in sua propria Diœcesi, quàm Pontifex. Verùm clausula *motu proprio*, si oriatur à Papa, aliquot habet particulares effectus, quibus carat, quando oritur ab Ordinario. 7

Id tamen limitatur, nisi reticeatur inhabilitas respiciens personam, ut, si obtenturus beneficium sit irregularis, vel careat legitima ætate, quia tunc clausula *motu proprio* non supplet hos defectus, non enim hæc clausula sup- 7

plet personæ inhabilitatem. Verùm tunc vitium personæ non debet opponi per viam subreptionis, quia cùm pars nihil petierit, non subrepsit, sed debet opponi per viam juris communis, in quo tunc Pontifex non intendit dispensare, ut notat Glossa *clement. si Romanus V. validam de præbend.* & docent Felinus in *c. ad aures n. 7. cas. 1. de rescript.* Menochius de *arbit. lib. 2 centur. 3. cas. 201. n. 81.*

8 Limitatur secundò, nisi taciturnitas respiciat jus tertij; ut si sit beneficium juris patronatûs, & hoc reticeatur, ut notat Abbas in *c. ad aures n. 5. de rescript.* quia Pontifex non intendit præjudicare juri tertij, nec motus proprius jus in re, vel ad rem alteri acquisitum aufert, ut notat Rebuffus in *concordat. tit. de forma mandat. Apostol. in clausula motu proprio in 9. effect. qua non operatur.*

9 Limitatur tertiò, nisi qualitas intrinseca beneficio reticeatur; tunc enim non valet gratia, non ob vitium subreptionis; sed quia non constat, nec apparet de voluntate concedentis, ut notat Abbas *in c. Ad aures n. 5. de rescript.*

10 Quamvis subreptio per taciturnitatem veri suppleatur per clausulam *motu proprio*, adeò ut non obstante subreptione, seu taciturnitate veri etiam circa causam finalem, rescriptum sit validum, si eidem apposita sit clausula *motu proprio:* non tamen hæc clausula supplet obreptionem, seu expressionem falsi; si enim rescriptum fuerit obreptitium per expressionem falsi, quamvis eidem repetiatur inserta clausula *motu proprio* non tamen beneficio ejusdem ullum acquirit valorem: Ratio discriminis cur hæc clausula suppleat defectum subreptionis, non verò defectum obreptionis est, quia quando tacetur veritas ignoratur, an Pontifex benè, vel malè informatus gratiam *motu proprio* concesserit, & ideo non potest dici concessa contra ejus mentem: quando verò exprimitur causa falsa, cognoscitur animus concedentis, & ultra ejus intentionem gratia dolosè ab illo extorquetur: & quia clausula *motu proprio* non firmat gratiam contra intentionem concedentis; ideo non supplet defectum obreptionis, sed tantum subreptionis; & notat Menochius *de Arbitrar. lib. 2. centur. cas. 201. n. 80.*

11 Debet tamen obreptio contingere in causa finali, quia si esset in causa duntaxat impulsiva, quâ non obstante adhuc concederetur dispensatio, licèt majore cum difficultate dispensatio esset valida, etiam extante tali obreptione. Dispensatio enim non vitiatur ex falsæ causæ expressione, quando eâ verè expressâ difficilior, vel facilior esset dispensatio, ut si impetrans beneficium narret illud esse dignitatem, vel personatum, cum revera sit simplex. Dignitas est administratio rerum ecclesiarum cum jurisdictione conjuncta. Personatus habet prærogativam quandam sine jurisdictione in ecclesia, ut cum, quis in choro, in consessu, in collegio, in præcedendo, suffragio ferendo habet locum honorabiliorem, ac digniorem. Officium est administratio rerum ecclesiasticarum sine jurisdictione *Azor. l. 3. c. 13.* Verùm id procedit de qualitate causâ demonstrationis adjecta, non verò de qualitate causâ taxationis, quia *ex l. Falsa ff. de condit. & demonstr.* constat, falsam demonstrationem non nocere, quando constat de corpore: hic autem constat de corpore, seu beneficio vacante, & falsitas tantùm versatur circa qualitatem causâ demonstrationis adjectam.

Quòd verò non procedat de qualitate adjecta causâ taxationis probari solet *ex c. cui de præbend. in. 6.* ubi deciditur, mandatum de conferenda alicui præbenda certi valoris, non extendi ad præbendam minoris valoris, & ex *c. susceptum de rescript. in 6.* ubi mandato dato de conferendo beneficio vacante per resignationem non potest idem beneficium conferri, si vacet per mortem, tametsi in utroque eventu, vel etiam faciliùs in priori, aut saltem æquè facile, ac in posteriori eventu Pontifex collationem beneficij concederet: & ratio ex illo tantùm videtur posse desumi, quia per resignationem minoris valoris adjicitur qualitas gratia taxationis, & tunc præsumitur, quòd Pontifex nolit conferre beneficium, nisi ut affectum tali qualitate adjecta gratiâ taxationis. 12

Quòd si qualitas tantùm adjiciatur gratiâ demonstrationis, tunc quia voluntas Principis est conferre beneficium, ut est in se, non verò ut affectum tali qualitate, ideo per additionem qualitatis gratiâ demonstrationis, non restringitur gratia, tametsi falsa talis qualitas demonstretur: secus quando qualitas additur causâ taxationis, limitatur tunc gratia ad rem, ut tantùm affectam tali qualitate, adeò ut si beneficium non afficiatur tali qualitate adjecta gratiâ taxationis, deficiat gratia defectu voluntatis concedentis, nec tunc potest gratis trahi ad beneficium tali qualitate non affectum, tametsi à Pontifice faciliùs supponeretur concedi, ut notat Covarruvias *lib. 1. variar. c. ult. n. 6.* ubi adfert decisionem Rotæ. 13

Ad verò dignoscendum, quandónam qualitas adjiciatur gratiâ demonstrationis; & causâ taxationis, solet hæc regula assignari, ut notat Berojus *c. super litteris in 2. lect. num. 57. & sequent.* si enim qualitas adjiciatur in eadem oratione post generalem, vel definitam dispositionem de dando, vel faciendo aliquid, & adjicitur locus, seu materia, super qua fieri debeat executio; tunc qualitas intelligitur adjecta causâ taxationis: sin verò qualitas non afficiat locum, vel materiam, super qua debet executio fieri, sed tantùm addatur rei; tunc intelligitur adjecta gratiâ demonstrationis: unde licèt Pontifex exprimat in eadem oratione beneficium cum sua qualitate, quia verò expressio illa adjicitur, tanquam qualitas rei, non ut qualitas loci, vel materiæ, super qua executio fieri debet, non censetur causâ taxationis, sed gratiâ demonstrationis adjecta, nisi aliunde conjiciatur, quòd mens concedentis sit eam, adjicere causâ taxationis. 14

Hinc si Pontifex dispenset super collatione beneficij vacantis per renuntiationem, hæc qualitas adjecta beneficio scilicet *per renuntiatio-* 15

nem

nem intelligitur apposita causâ taxationis, quia non afficit rem, seu beneficium, sed modum, quo beneficium vacat, hoc est per renuntiationem; proinde si idem beneficium vacet per mortem, dispensatio non sortitur suum valorem, quia vacatio per mortem, & vacatio per renuntiationem sunt duo diversa: siquidem vacatio per mortem est coacta, & vacatio per renuntiationem est voluntaria, ut notat Glossa in *c. susceptum de rescript. V. humanis in 6.* aliud enim ast cedere, & aliud decedere: illud est voluntarium, hoc coactum; proinde impatrans beneficium per unum tantùm ex istis duobus modis vacationis; si beneficium vacat per alterum modum, illud obtinere non potest, nisi de intentione mandatoris aliud appareret expresse, ut notat Geminianus in *d. c. susceptum num. 4.* ut si Pontifex exprimeret suam intentionem esse, ut tale beneficium conferatur Petro, sive vacet per resignationem, sive per mortem; quia tunc qualitas non afficit modum vacandi, sed ipsum beneficium vacans.

16 Neque obstat, si dicas, renuntiantem beneficio fingi mortuum quoad ipsam ecclesiam *c in apicibus § ecce 7. q. 7. n. 1.* proinde videri vacationem per mortem comprehendere etiam vacationem per resignationem. Contra ast, quia eatenus renuntians dicitur haberi pro mortuo, quatenus post renuntiationem non amplius administrat illud beneficium, nisi habeat novam provisionem, ut desumitur ex *d. §. ecce.* cæterum non in omnibus renuntians æquiparatur mortuo, quia posset de novo ad ecclesiam reassumi *c. transmissa ext. de renunt.* quod in mortuo non contingit, tum quia mors civilis nunquam comparatur naturali, nisi in casibus in jure expressis *l. ex ea parte §. in Insula ff. de V.O.*

17 Hinc in litteris ad beneficia impetratis uno expresso non venit reliquum, quia ex diversis non fit illatio *l. Papinianus. ff. de minor.* Tum quia licèt plenissima sit facienda interpretatio in beneficijs: litteræ tamen impetratæ sub obtinendis beneficiis, cùm præsumantur ambitiosæ sunt restringendæ *c. quamvis de prebend.* proinde ubi beneficium impetratur per mortem alicujus debet strictè intelligi de morte naturali, non verò de morte civili.

§. XV.

An si duæ impetrentur dispensationes ad eandem rem, posterior sit subreptitia, si in ipsa non fiat mentio prioris.

1 Observandum est, priori dispensationi interdum addi solam executionem; & nonnunquam novam dispensatione: inquando dispensatio non additur dispensationi, sed executio tantùm dispensationi jam factæ, concedunt omnes opus non esse mentione prioris dispensationis, quia executio dispensationis jam factæ non est nova dispensatio, sed eadem dispensatio jam facta, ut mandanda executioni. Hinc si dispensatum sit cum homicida, ut possit beneficium obtinere, non tenetur postea, cum beneficium impetrat, mentionem facere dispensationis jam sibi concessæ, quia nullam de novo dispensationem impetrat per receptionem beneficij, sed priorem exequitur, ut notant Abbas in *c. penult. num. 14. de rescript.* Joannes Andreas *in c. 2. n. 1. de filijs Presbyt. in 6.* Difficultas igitur est, de nova dispensatione priori adjecta, an, ut posterior suum sortiatur valorem, sit in illa mentio facienda prioris jam sibi concessæ.

Certum est, quòd si prior dispensatio sit irrita, non est necesse, ut illius mentio fiat in posteriora dispensatione, quia cùm nullius sit valoris, perinde se habet, ac si impetrata non fuisset: non enim potest obesse, nec impedimentum ponere, quod de jure non sortitur effectum, *regula non præstat. de reg. jur. in 6.* Idque extendi etiam ad gratias, docet ibidem Glossa *V non præstat*, & Bellamara *decis. 543. n. 5.* Mascardus *de probat. conclus. 846. n. 20.* Hinc neque necesse est, ut in secundo rescripto fiat mentio clausulæ irritæ prioris rescripti, ut notat Molina Jurista, *lib. 4. de primogen. c. 3. n. 32.* & Molina Theologus *tom. 3. de justit. disp. 656. n. 2.* 2

Solet tamen ab aliquibus id limitari, ut intelligatur quando prius rescriptum irritum fuit impetratum ab uno ex adversarijs, & posterius ab altero, quia si utrumque rescriptum ab eodem impetretur, tunc in secundo est mentio facienda primi, & ita docet Menochius *de arbit. lib. 2. cas. 30.* & ratio, quæ solet assignari, ast, quia si legitimè impetrans priorem gratiam validam tenetur de illa mentionem facere in secunda impetratione, à fortiori concludunt, teneri eum, qui iniquà impetravit priorem gratiam irritam: idque ne melioris sit conditionis iniquus, quàm legitimus Impetrator. Unde limitatio hæc procedit, an quando prius rescriptum est invalidum, debeat necessariò mentio ipsius fieri in posteriori, quia illud erat cum limitatione; & hoc est absolutum, proinde est tunc mentio facienda prioris gratiæ etiam subreptitiæ, tametsi impetrans nullam in subreptione culpam commiserit, non enim prior impetratio irrita majori debet privilegio gaudere, quàm impetratio valida. 3

Quòd si utraque dispensatio sit cum eadem prorsus moderatione; quia tunc non est necesse, ut in posteriori fiat mentio prioris validæ, ita neque prioris irritæ. Alij etiam id limitant, ut prioris rescripti irriti non sit mentio facienda, nisi inde contingat, fore, ut delinquens melioris sit conditionis. Quamobrem juxta hanc limitationem, si impetrans nolit narrare prius rescriptum subreptitium, debet posterius petere, cum eadem prorsus moderatione, cum qua prius concessum fuerat. 4

Quòd si impedimentum matrimonij oriatur ex aliquo crimine, ut quod alter conjux machinatus sit in necem alterius, vel adulterium commiserit fida matrimonij data, tametsi hujus impedimenti dispensationem priùs obtinuerit, si postea soluto matrimonio incidat in idem impedimentum tenetur in dispensatione posterioris impedimenti mentionem facere prioris dispensationis, ne posterior hæc sit 5

sit subreptitia: secus tamen si impedimentum oriatur ex alio crimine distincto à priori, ut si prius impedimentum ortum fuerit ex eo, quòd in conjugis necem machinatum fuerit, & secundum impedimentum ortum ex adulterio data fide matrimonij. Ratio prioris partis desumitur ex *l. 3. C. de Episcopal. audien.* ibi: Remissionem veniæ crimina nisi semel commissa non habeant, ubi rectè notant Tyraquel *de pæn. tempor. causa. 10. n. 4.* Covarruvias *lib. 1. variar. c. 20. n. 8.* Molina *lib. 2. de primogen. c. 4. n. 52.* Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 3 cas. 103. n. 32.* Julius Clarus *lib. 5. recept. in pract. criminis. §. fin. q. 59. n. 9.* remissionem homicidij irritam fore, si in secundo rescripto reticeatur homicidium prius remissum; proinde etiam in secunda dispensatione ob impedimentum ortum ex eodem crimine, debet mentio fieri de priore, & ita communiter docent Canonistæ in *c. 2. de filijs Presbyteror. in 6.* quia taciturnitas alicujus qualitatis, quâ expressâ Princeps verisimiliter gratiam non concessisset per vitium subreptionis inducit ipso jure nullitatem gratiæ *c. ad audientiam 2. de rescript.* & non videtur verisimile, quòd Papa vellet dispensare super impedimento orto ex eodem delicto, proinde iterata ejusdem criminis remissio indiget mentione prioris, ne secunda sit subreptitia. quòd verò id non sit necesse, quando impedimentum oritur ex diverso crimine, colligitur *ex d. l. 3. C. de Episc. audien.* ubi decidit, semel tantùm esse remittendum, unde textus loquitur de eodem crimine repetito, ut notat Covarruvias *lib. 1. variar. c. 20. n. 3.* & Guttierez *lib. 2. c. 15. n. 89.* unde quando diversa sunt crimina, ex quibus oriuntur impedimenta in posteriori dispensatione non est necessariò facienda mentio prioris dispensationis concessæ super impedimento orto ex alio crimine.

6 Cæterum spectata sola dispensationis natura posterior dispensatio non videtur subreptitia, si in illa non fiat mentio prioris concessæ eidem personæ, adò ut, si ex reticentia in posteriore prioris dispensationis sit posterior subreptitia, id potiùs ex Principis voluntate deducendum sit, quàm ex natura ipsius dispensationis, idque desumitur ex *c. si is 2. de filijs Presbyt. in 6.* ubi ratio, cur taciturnitas alicujus qualitatis vitiet, ac irritet rescriptum, refunditur in præsumptam voluntatem Principis denegaturi secundam dispensationem, eò quia non sit verisimile, quòd Papa dispensâsset (ut dicitur in *d. c. si is.*) super beneficiorum pluralitate cum eo, qui patitur defectum natalium, si hoc ei fuisset expressum: hæcque causa est, cur talis dispensatio quoad pluralitatem beneficiorum veluti per subreptionem obtenta nullius sit valoris, & in hoc sensu dicitur, quòd dispensatio addita dispensationi, non valeat, nisi in dispensatione secunda fiat mentio de prima, non quòd nullitas secundæ oriatur ex natura dispensationis, sed ex præsumpta voluntate Principis.

7 Hinc elaret spectatâ solâ dispensationis natura, secundam non esse subreptitiam, ex eo, quòd in illa mentio non fiat prioris concessæ eidem personæ. Tum quia neutra dispensatio ab altera pendet, & utraque conceditur petenti, proinde spectata utriusque natura præcisè, posterior non indiget mentione prioris. Idque videtur etiam docere Abbas in *c. penult. n. 13. de præscript.* obi docet, concesso alio privilegio super separatis, vel super eisdem non esse necesse mentionem prioris dispensationis facere, quia ut ibi notat, nullibi id in jure cavetur, & ait solùm ob odiosam beneficiorum pluralitatem posteriorem dispensationem irritari, si in illa non fiat mentio prioris beneficij.

Hinc Jacobus de Puteo *decis. 246. n. 2. lib. 1.* asserit, subreptionem in hoc casu contingere, non ex natura dispensationis, si hæc præcisè spectetur, sed tantùm ob verisimilem Principis voluntatem, quia non præsumitur Princeps bis velle dispensare super eodem impedimento, ut habetur in *c. si is ult. de rescript. in 6.* ubi non alia ratio adducitur, cur taciturnitas alicujus qualitatis vitiet rescriptum, nisi quia verisimile non est, quòd Papa dispensâsset super beneficiorum pluralitate cum eo, qui patitur eundem defectum. Tum quia in *d. c. si is.* non dicitur, quòd debeat fieri mentio prioris dispensationis, sed solùm prioris defectus, eò quia in illo non fuerit priùs plenè dispensatum, sed duntaxat quoad unum beneficium obtinendum, ut constat ex verbis textus, *dispensationem aliam tacito, vel prædicto defectu postmodum obtinet*, junctis præcedentibus verbis ibi: *Si is, cum quo fuit per Sedem Apostolicam dispensatum, & non obstante defectu natalium.* Ex quo textu Francus ibid. *n. 2 not. 1.* Dominicus ibid. *n. 7.* & alij, inferunt in secunda dispensatione addita primæ non esse opus de prima mentionem facere, sed tantum de primo defectu. 8

Tum quia quamvis textus ille in *d. c. ult. de filijs Presbyteror. in 6.* exigeret, mentionem prioris dispensationis, adhuc loquitur in casu speciali, & de dispensatione cum illegitimo ad duo beneficia tacita priore dispensatione, quæ erat ad unicum tantùm, quia difficiliùs præsumitur Pontifex utrumque concedere, quàm unum, ut notat uterque Molina Jurista *l. 4. de primogen. a. 3. n. 43.* & Theologus *tom. 3. de just. disp 650. n. 4.* Quamobrem si inter priorem, & posteriorem dispensationem nulla sit dissonantia, sed ambæ sint super rebus diversis non est tunc necesse, ut in posteriori mentio fiat prioris, quia ex nullo jure videtur colligi hæc mentio de priore in posteriori, quia jura loquuntur de duabus dispensationibus, quando inter illas est dissonantia, & contrarietas. 9

Quòd si ambæ dispensationes sint circa eandem rem, & inter utramque sit dissonantia, & & partialis quædam contrarietas, eò quia prior concessa fuerit cum quadam moderatione, & posterior absolutè; tunc hæc est subreptitia, nisi prioris mentionem faciat, & in hoc sensu à pluribus Canonistis explicatur textus in *d. c.* 10

si

si u. ult. de filijs Presbyter. in 6. dicunt enim, ideo posteriorem dispensationem cum illegitimo ad duo beneficia fuisse irritam, quia non fuit in ea facta mentio prioris dispensationis, quæ non erat ad duo beneficia, sed ad unicum tantùm: hinc quia posterior dispensatio erat amplior, quàm in eadem exprimeretur; siquidem in illa tantùm exprimebatur unicum beneficium concedendum illegitimo, & quia ratione prioris dispensationis jam obtinuit aliud beneficium, ideo secunda erat non ad unum, sed ad duo beneficia respectu ejusdem illegitimi, proinde secunda fuit subreptitia ob reticentiam prioris dispensationis. Et hæc sententia mihi videtur verior, ac cæteris præferenda.

11 Idque non solùm procedit in dispensationibus Pontificijs, de quibus loquitur textus in *d. c. si u. de filijs Presbyteror. in 6.* verùm etiam in dispensationibus concessis ab inferiore, ut notat Francus in *d. c. textu n. 5.* Neque obstat, textum illum loqui de naturali impedimento illegitimitatis; quia ex identitate rationis textus trahendus est, ut etiam intelligatur de quovis alio impedimento accidentali, ut notat idem Francus in *d. c. si u. de filijs Presbyt. n. 5. in 6.* Quinimò procedit etiam licèt in dispensatione posteriori adjiciatur clausula motu proprio, & ex certa scientia, si enim in illa non fiat mentio prioris limitatæ ad unum tantum beneficium, posterior est subreptitia: quia clausula motu proprio tollit quidem subreptionem, non tamen supplet defectum intentionis in concedente.

12 Id tamen solet limitari, quando limitatio adjecta priori dispensationi facta est motu proprio eam concedentis, vel ad instantiam diversæ personæ ab illa, cui est concessa; tunc enim is, cui concessa est, si novam sibi dispensationem impetret non facta mentione prioris, est subreptitia: secus tamen si ipsemet, qui cum moderatione petierat, nunc impetret sine illa: quia cum posset sine illa moderatione petere, nunc per puram petitionem ei renuntiat: & cùm illa non processerit ex proprio motu Principis, moderatio priùs adhibita non videtur eum retrahere à posteriori absoluta concessione: ita limitat Felinus *c. penult. n. 2. de Præscript.* alij tamen hanc limitationem non admittunt, & meritò, quia quomodocunque si semel cum limitatione Princeps gratiam concesserit, non est præsumendum eum prioris dispensationis tenorem mutaturum, nisi ex nova exhibita causa. Unde meliùs alij limitant, nisi concedenti posteriorem dispensationem innotesceret limitatio, seu moderatio facta in priore, quia tunc censetur ea non obstante concedere hanc posteriorem dispensationem: tunc enim nequit contraria voluntas conjici, cui subreptio ex tali taciturnitate innitatur, quia Principi limitatio addita priori dispensationi innotescit, & ea non obstante concedit hanc secundam dispensationem.

13 Hinc si Petrus dispensationem impetret super voto castitatis à se emisso cum limitationibus, quæ de stylo Curiæ solent apponi, ut nimirum matrimonium, & votum commutetur in tres menstruas confessiones, ac alia pietatis opera, si postea tacitis hisce limitationibus adjectis primæ dispensationi, aliam impetret absolutam, tunc hæc posterior suum sortitur valorem, & ratio desumitur ex eo, quia cùm ea limitatio soleat de stylo Curiæ apponi, præsumitur innotescere Pontifici concedenti secundam dispensationem absolutam, quia Pontifex supponitur scire, quæ de stylo Curiæ solent hisce dispensationibus apponi, unde cùm Pontifex in posteriori dispensatione nullum apponat signum, ex quo possit conjici contraria voluntas, posterior dispensatio est valida.

13 Rursus limitatur nisi ex nova causa sufficiente posterior dispensatio petatur: ratio est, quia eo ipso, quòd nova sufficiens causa concurrit, nulla fraus fit Pontifici quamvis reticeatur in secunda prioris dispensationis moderatio. Neque tunc potest justè præsumi contraria ejus voluntas, quia quoties concurrit nova causa sufficiens, totiès Pontifex movetur integrè ab illa ad concedendam dispensationem, adeò ut quamvis prioris esset memor, adhuc illam concederet: quòd si arbitrio prudentis viri spectatis circumstantijs occurrentibus timeretur secundam denegaturum, tunc posterior esset subreptitia, si in illa non fieret mentio prioris.

14 Hinc non admittitur, quod asserit Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 3. cas. 203. n. 6.* ubi docet, impetrationem legitimationis fore subreptitiam, si semel eâ petitâ, & a Principe denegatâ, quando postea impetratur, non fit mentio prioris denegationis, quia prima denegatio per se non est impedimentum ad concessionem secundæ, Princeps enim potest dispensationem denegare, & postea re maturiùs considerata, eam concedere, nec impetrans secundam tenetur mentionem facere denegationis prioris, sicut tenetur mentionem facere moderationis, seu limitationis, cum qua fuit prior dispensatio concessa, quia tunc per secundam conceditur quid plus, quàm petatur, nisi concedenti innotescat moderatio, quâ fuit prior concessa, ut paulò superius ostensum est: hæc autem ratio non militat, quando non fit mentio prioris denegationis, quia tunc nil Princeps concessit, quo augeatur dispensatio contra intentionem concedentis.

15 Oritur tamen dubium, an, si posterior dispensatio subreptitia foret, eò quia non fuerit in illa mentio facta prioris strictioris, an tunc etiam prior dispensatio invalida sit, vel tantùm posterior: siquidem per impetrationem posterioris videtur impetrans renuntiâsse priori, cujus propterea beneficio nullum est ei jus acquisitum, ut nec per posteriorem, cùm hæc supponatur subreptitia, quæ perinde se habet, ac si non esset; & quod non est, non potest alteri dare jus ullum.

16 Verùm procedendum est cum distinctiona, quia vel petitur hæc posterior dispensatio, ut per illam tantùm corroboretur prior ob ortos scrupulos de illius valore, & tunc licèt poste-

rior

rior dispensatio irritetur, prior adhuc manet in suo pristino valore, quia tantùm abest, quòd impetrans præsumatur eidem renuntiâsse, ut potius voluerit eam firmiùs subsistere: unde nec impetrantis, nec concedentis intentio fuit derogare juri quæsito per priorem dispensationem. Vel petitur secunda dispensatio ad priorem, quæ limitata erat, augendam, & tunc censent aliqui, neutram esse validam, non posteriorem, quia in ipsa reticetur prior limitatiùs concessa: nec priorem, quia per posteriorem impetrationem impetrans videtur ei tacitè renuntiâsse: solus enim animus ad proprij juris renuntiationem sufficit, ut liquet ex *c. penult. de rescript.* ubi deciditur, quòd impetrans privilegium contrarium præscriptioni videatur renuntiare juri præscriptionis. Nihilominus communior sententia censet, priorem non cadere à suo valore, quia cum posterior sit subreptitia, non valet, & perinde consideratur, ac si non esset, & quod non est, non operatur, proinde non potest, derogare priori. Tum quia voluntas impetrantis secundam dispensationem non præsumitur esse renuntiandi priori, nisi fortassis supponeret posteriorem validam esse *l. si jure 18. ff. de legat. 3.* ibi: *sed vix id obtinere potest. fortassis ideo, quod ita demum à priori testamento recedere velit, si posterius validum sit.* Ratio itidem videtur esse, quia si intenderet priori renuntiare, ut etiam juri per ipsam sibi acquisito ex impetratione secundæ dispensationis, sibi potiùs obesset, quàm prodesset, si posterior subreptitia esset, eò quia in ipsa nulla fieret mentio prioris: siquidem amitteret jus sibi per priorem acquisitum, & per posteriorem nihil acquireret: neque obstat textus *in c. penult. de præscript.* quia ibi est sermo de privilegio valido contrario præscriptioni.

§. XVI.

De ijs, quæ necessariò exprimenda sunt in dispensationibus impedimentorum matrimonij.

1 NE dispensationes super impedimentis matrimonij vitio laborent subreptionis, debet mentio fieri omnium impedimentorum, quæ obstant, ne matrimonium invalidè contrahatur: ratio ex eo desumitur, quia in dispensatione, ne hæc subreptitia sit, debent omnia narrari, quæ in jure jubentur exprimi: jura autem, ex eo, quòd præcipiunt, ut nil reticeatur Pontifici ex ijs; quæ ad dispensationem intrinsecè conferunt, clarè præcipiunt, ut omnia impedimenta in eadem dispensatione exprimantur, quia omnia intrinsecè conferunt ad dispensationem: & si aliquod ex ijsdem impedimentis reticeretur, utique taceretur aliqua veritas intrinsecè conferens ad dispensationem. Præterea quia quando concurrunt simul plura impedimenta dispensatio difficiliùs conceditur, quia unum impedimentum conjunctum cum alio, & plura simul, acquirunt plures vires, & valentiores ad rettahendam voluntatem Pontificis à dispensatione concedenda, Pontifex enim, si unum tantùm ei impedimentum innotesceret dispensationem concederet, quam denegaret, si plura simul impedimenta concurrerent.

Hinc non sufficit, si habens plura impedimenta, tot petat dispensationes, seorsim, quot sunt impedimenta, expresso tantùm in singulis supplicationibus uno impedimento, & tacitis alijs: quia omnia illa impedimenta debent Pontifici innotescere, ut sunt in se à parte rei, scilicet simul connexa in una, eadémque persona petente dispensationem, quia virtus, quæ unita est fortior, si separetur fit imbecillior, unde voluntas Pontificis, quæ non retrahitur à concessione dispensationis ab uno, vel altero impedimento, retrahitur ab omnibus simul. Hinc si Titius laboraret octo impedimentis dirimentibus, & super unoquoque eorum seorsim supplicaret Pontifici pro dispensatione, subreptitiæ essent singulæ dispensationes, nisi in ijsdem exprimerentur illa octo impedimenta dirimentia, ut concurrentia in una, eadémque persona: quia Pontifex, qui facilè concederet octo illas dispensationes totidem personis distinctis, quarum singulæ unico tantùm laborarent impedimento, eas negaret uni, qui octo illis simul laboraret impedimentis, quia ut rectè notat Baldus *l. Barbarius n. 8. V. 4. contra hoc. ff. de Offic. Prætor.* Princeps non præsumitur, velle promovere odiosos ac multiplici crimine infectos, quod potest commodè adaptari habenti multiplex impedimentum, quia is jure censetur odiosus ad contrahendum matrimonium multipliciter impeditum. 2

Tum quia Pontifex, quando cum una persona dispensat in uno tantùm impedimento expresso in supplicatione, decipitur in re necessaria, si plura alia in eadem persona concurrant impedimenta, quia supponit Pontifex oratorem non laborare alio impedimento, quam expresso in supplicatione pro dispensatione obtinenda *l. qui testamentum in princ. ff. de testam.* ibi, *Si aliud eos nihil impediat.* Tum quia quando dispensatio est una, & individua tota vitiatur, si reticeatur veritas intrinseca dispensationi, vel exprimatur falsitas, non enim tunc dispensatio est valida secundùm eam partem, quâ exprimitur impedimentum: atqui dispensatio super impedimento matrimonij est individua ad unicum matrimonium ineundum, unde ex eo, quòd veritas alterius impedimenti reticeatur, tota dispensatio corruit, adeò ut nec valida sit respectu illius impedimenti in eadem expressi. 3

Immo id etiam procedit, quando unum impedimentum est dirimens, & alterum impedimentũ non est dirimens, sed tantùm impediens, est enim dispensatio etiam subreptitia, nisi utrumque impedimentum exprimatur, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 6 §. 4.* immo id etiam procedit, sive scienter, sive ignoranter alterum impedimentum in illa dispensatione tacitum sit: ratio ex eo petitur, quia quando est unica tantum dispensatio non continens di- 4

versas

versas partes nihil refert, an scienter, vel ignoranter veritas necessariò explicanda taceatur, sed ad irritandem dispensationem sufficit, si qnomodocunque taceatur: atqui hæc dispensatio super impedimento matrimonij est une tantùm, & individua, hoc est in uno duntataxat impedimento, & ad unum tantùm matrimoninm, proinde si semel vitiatur, eò quia reticeatur aliud impedimentum, tota vitietor, & fit subreptitia per taciturnitetem veritatis, quæ erat exprimenda in supplicatione, & dispensatione, ut hæc suum sortiretur valorem.

5 Si tamen duo concurrerent impedimenta, qnorum unom posset euferri à Prælato inferiore, & à quo desacto sublatum esset, & alind exprimerctur in dispensatione concessa à Pontifice, tunc dispensatio in speciali illo impedimento valida foret, tametsi non exprimeretur alind impedimentum jam sublatum à Prælato inferiore: secus esset, si prius impedimentum non esser sublatum à Prælato inferiore, esset enim tunc exprimendum in dispensatione Pontificia, nt hæc valide esset: nt si Titius, qoi vovit castitatem, velit uxorem ducere suam consenguineam in tertio grado ex suppositione, quòd Episcopus, vel alius Prælatus infetiot Papæ possit dispensare super voto castitatis, & desacto dispenset, si postea Titius dispensatus à tali voto petat à Papa dispensationem super impedimento consangniniteteis nulla sacta mentione voti castitatis, dispensatio est valida, quie priùs impedimentum cum ampliùs non existar, non est de eodem mentio facienda: qoòd si Titius non esset dispensatus à voto castitatis, & hoc impedimentum reticeretur in dispensatione soper tertio gradu consanguinitatis, dispensetio esset subreptitia; & irrita; quia tunc impedimentum voti adhuc existeret, ec propterea exprimendum esset in dispensatione simul cum impedimento consenguinitatis, quie tune concurrunt duo impedimenta ed illud speciale matrimonium, cujus dispensatio petitur, unom scilicet dirimens, & est tertius gradus consanguinitatis, & aliud impediens, seo votom cestitatis: proinde utrumqoe exprimi debet in eadem dispensatione, ne hæc subreptitia sit.

6 Imò id etiam procedit, si sublato uno impedimento dirimeote superveniret aliud, si enim primum sit jam sublatum, sufficit, si in posteriore dispensatione mentio fiat alterius tantùm impedimenti sopetvenientis, etiem tacita priore dispensatione, sin verò primum impedimentum dirimens non fuit soblatum narrandum est simul cum secundo, qoia tonc dispensatio est difficilior concessu, & pluta illa impedimenta simul concurrentia fortiùs retrehont voluntatem Pepæ à concessione dispensationis. Hinc si votum, & jursmentum de eadem re simul concurrant, debet ntrumqoe vinculum enerreri, alioquin dispensatio subreptitia esset, & nollios valoris.

7 Verùm id limitatnr, ut procedat, quando utrumqoe impedimentum sola dispensatione tolli potest, quie si alterum eorum possit alia via removeri, non est necesse exprimere, nisi quod dispensatione indiget, quia alteri impedimento potest aliâ viâ subveniri, hinc ligatue sponsalibus de futuro cum puella, & simul voto cestitatis emisso ente pubertatem, & non ratificato post pubertatem, si velit consanguineam ducere, potest eb inferiore Prælato, vel à parentibos petere irritationem voti illius juxta sententiem asserentem, posse votum emissum à filio ante pubertatem irritari à patre, etiam post pubertatem, dommodo filius votum illud non retificaverit. Quepropter si Pater, vel Episcopus dispensaret à voto illo, & sponselijs, posset in hoc caso supplicare Pontifici pro dispensatione super impedimento consanguinitatis, & valida esset dispensatio, quamvis in illâ nulla fieret mentio de voto castiteris, & sponsalijs, quie hæc impedimenta, cùm supponentur jam dispensata ab inferiori Prælato hsbente facultatem ea dispensandi, non est necesse, ut ampliùs exprimantur, quia non indigent novâ dispenlatione. Limitatur etiam, qoando alterum impedimentum est occultum, & ex illius msnifestetione seqoeretur infamia. tunc enim sufficit, si Pontifici proponatur impedimentum publicum, & in foro externo dispenset soper illo: in hoc enim casu sufficit, si dispensatio super impedimento occulto petatur à sacra Pœnitentiaria, cui tamen esser exprimendum impedimentum publicum, super quo Pontifex dispensavit: quia tonc intentio Pontificis præsumitur esse, ne quis per revelationem talis impedimenti occulti diffametor, & ex alia parte, piè creditur, velle Pontificem, ne talis casus remedio dispensationis destituatur.

Cæterum debet utrumqua impedimentum 8 exprimi sacræ Pœnitentiariæ: qoia cùm in tali dispenstione emanata à secra Pœnitentiaria non contineantor nomina contrehentium, manet adhuc occultum crimen, & utrumqoe impedimentum fit notum Pontifici, qui propterea perpendir, an expediat dispensare, nec ne, sicque nihil contra mentem Pontificis impetretur, & ita est hodierna praxis sacræ Pœnitentiariæ in similibus casibus. Imò potârim, id etiam procedere, quamvis ex manifestatione impedimenti occulti nulle sequeretur infamia, sufficeret enim tonc, si publicnm Pontifici repræsentaretur, ut in eo dispensaret, & postea utromque sacræ Pœnitentisriæ, qoia Pontifex instituit sacram Pœnitentiariam ad enm finem, ut de impedimentis occultis dispenseret, adeò ut noluerit occulte publicè in foro externo proponi. Quando igitor sunt doo impedimenta publica, debent omnia in eadem dispensatione simol enarrari, quie cum omnia illa matrimonio ineundo obstent, omnium illorom est necessariò dispensatio impetranda.

Rorsus necesè itidem est, ne dispensetio sit 9 subreptitia, exprimere specialem gradum consangoinitatis, vel affinitstis, aot publicæ honestatis ex matrimonio rato, & quo conjuncti sunt, cupientes contrahere, idqoe desumitur ex communi stylo Curiæ. Tum quia quo gradus con-

conjunctior est, ac propior stipiti, eò difficilior est dispensatio, qua propter subreptitia esset dispensatio, in qua hæc omnia in genere explicarentur tacito gradu, ut notat Felinus in *c. postulasti n. 2. declarat. 5. de rescript.* Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispens. super defect. natal. n. 61.* Zelba *de benefic. 3. p. q. 11.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. n. 1.*

10 Quinimò si duo conjuncti sint sub duplici titulo in eodem, vel diverso gradu est utriusque conjunctionis mentio facienda, ne dispensatio sit subreptitia; adeò ut necesse sit, ut mentio fiat multiplicitatis ejusdem, vel diversi gradus in consanguinitate, affinitate, publica honestate, cognatione spirituali; & ratio petitur ex eo, quia in odiosis, ut est dispensatio, mixtum non comprehenditur sub simplici, ut docet Bartolus *l. Gallus §. & quid si tantum n. 3. ff. de liber. & posth.* atqui multiplicatæ cognationes sunt mixtæ, proinde non comprehenduntur in dispensatione simplicis gradus cognationis.

11 Tum quia Pontifex, qui dispensat super uno impedimento, plerumque non dispensat, si in eadem persona concurrant simul plura impedimenta in eodem, vel diverso gradu. Tum quia quoties consanguinitas oritur ex duplici parte, tunc non est unica, nec unius sanguinis communicatio, sed est duplex, & duplicis sanguinis verè participati à duobus diversis: ex eo igitur, quòd ex sanguinis participatione oriatur impedimentum consanguinitatis, consurgit tunc duplex impedimentum, vel saltem duplicatum intentionis gradus in eodem impedimento. Pari pacto, quando contrahitur duplex affinitas cum eadem fœmina ex duplici copula habita cùm ejusdem consanguineis, tunc datur multiplex affinitas orta ex multiplici illa sanguinis commixtione, proinde utriusque est mentio facienda. ita docent Covarruvias *4. decret. p. 2. c. 8. §. 9. n. 3.* Felin. *c. postulasti n. 2. de rescript.* Oldradus *cons. 247. dub. 2. n. 2.* proinde est subreptitia dispensatio, si non exprimatur uterque conjunctionis gradus, ut in propriis terminis loquens de consanguinitate docet Rota Romana *in noviss. vol. 3. lib. 1. decis. 117. n. 2.* & licèt non loquatur de alijs conjunctionibus, cùm tamen in illis militet eædem rationes, eodem modo de ipsis est sentiendum.

12 An verò clausula *non obstante* adjecta litteris dispensationis suppleat defectum gradus conjunctionis, non expressi, respondetur negativè, quia clausula *non obstante* tantùm reddit valida, quæ exprimuntur in dispensatione, quando in illa nil committitur, quo possit vitiari, tunc enim proprius effectus talis clausulæ est confirmare expressa: sin verò dispensatio sit subreptitia ob taciturnitatem alicujus, quod erat necessariò exprimendum, tunc clausula non supplet hanc subreptionem, proinde dispensatio est invalida non obstante clausula illa adjecta, quæ non supplet taciturnitatem qualitatum necessariò exprimendarum, ut tradit Baldus *l. 1. n. 22. V. unum etiam scias C. de furtis* & *l. tam quam n. 36 C. de fideicommiss.* Decius *cons. 541.* Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 3 cas. 203. n. 23.*

Non tamen, si affinitas contraheretur ex fornicationibus pluries iteratis cum eadem consanguinea, esset necesse exprimere talem numerum, sed sufficeret mentionem facere in liue affinitatis, idque desumitur ex praxi, & stylo, non enim petens dispensari in affinitate ex copula conjogali, exprimit numerum talium copularum, nec id ab illis exigitur; idque firmatur etiam à pari, quia si excommunicatus celebret antequam absolvatur ab excommunicatione, incurrit irregularitatem, & quidem toties, quoties celebrat, adeò ut si supponamus vigesies celebrâsse, totidem vicibus incurrat irregularitatem, & nihil ominus si petat absolvi ab hisce irregularitatibus incursis, non est opus mentionem facere multiplicatæ celebrationis ob solam, & præcisam incursam irregularitatem, ut docent Henriquez *lib. 13. de excommun. c. ult. n. 2. in comment.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 24. n. 7.* nisi multiplicatæ celebrationes habeant adnexam rationem culpæ, quia tunc aperiendus esset numerus peccatorum: ita à pari numerus fornicationum cum eadem consanguinea est tantùm exprimendus necessariò pro absolutione à peccatis, quia numerus peccatorum est necessariò aperiendus in sacramentali confessione, non verò ad obtinendam dispensationem super impedimento affinitatis: nisi tales fornicationes committerentur cum diversis consanguineis ejusdem fæminæ, quia tunc contrahuntur diversa numero impedimenta intra eandem cognationis speciem, vel saltem oriuntur plures distincti quasi gradus ejusdem specificæ conjunctionis, qui propterea sunt exprimendi, ne subreptitia sit dispensatio: secus quando pluries quis fornicatur cùm eadem consanguinea, non contrahuntur plures affinitates, sed tantùm eadem affinitas augetur, & incrementum subit ex pluribus illis fornicationibus: unde per talem numerum solùm adduntur novæ actiones, quibus sufficienter contraheretur affinitas, nisi esset jam contracta, sicuti ex multiplici ejusdem voti repetitione non oritur novum vinculum, sed tantùm prius vinculum firmiùs stabilitur. 13

Quamobrem si Titius post obtentam Pontificiam dispensationem in affinitate, & antequam Ordinarius eam exequeretur, iterum fornicationem committeret cum eadem consanguinea puellæ à se ducendæ, adhuc valeret dispensatio, nec opus esset aliam novam impetrare, quia dispensatio in affinitate jam fuit consummata, & per hanc secundam fornicationem non contrahitur nova affinitas, sed tantùm prior incrementum subit, perinde ac votum ex ejusdem repetitione, & quia dispensatio est super impedimento affinitatis contractæ ex fornicatione cum tali consanguinea puellæ à Titio ducendæ, ideo dispensatio cadit super ipsam, licèt multiplicatam, quia culpa non auget affinitatem, nec novum aliquem ejus gradum producit, sed tantùm eam magis restabilit, & confirmat, ut liquet in multiplici repetitione 14

ejus-

ejusdem voti. Quòd si copula cum eadem consanguinea contingeret, postquam Ordinarius, vel Confessarius executioni mandavit commissam sibi dispensationem, quia tunc prior affinitas per dispensationem esset omnino ablata, contraheretur nova affinitas per hanc novam fornicationem cum consanguinea, proinde esset tunc nova dispensatio petenda.

15 Juvat observare, quòd licèt dispensatio in aliquo conjunctionis gradu non extendatur ad conjunctionem duplicatam ex utroque parente, eò quia multiplicatæ cognationes sint mixtæ, quæ non comprehenduntur in dispensatione simplicis gradus cognationis: potestas tamen dispensandi in aliquo conjunctionis gradu concesso extenditur ad eum gradum etiam duplicatum: & ratio discriminis ex eo petitur, quia dispensatio utpote odiosa est restringenda; siquidem est læsiva juris communis, secus potestas dispensandi, cùm sit favorabilis est extendenda. Hinc si esset commissio ad dispensandum in aliquo gradu certo cum determinata persona, non quidem ad petitionem ipsius, sed in ipsius dispensaturi favorem concessa, extenderetur ad eundem gradum multiplicatum, quia cùm talia commissio sit favorabilia extenditur, perinde ac potestas dispensandi, ut notat Rota in *novis. vol. 3. lib. 1. decis. 117. n. 3. & lib. 2. decis. 70. n. 3.*

16 Non tamen cui daretur potestas dispensandi in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis posset dispensare; si eidem gradui esset adnexus etiam quartus licèt inferior: ratio petitur ex eo, quia tertius gradus est tantùm veluti genus intra eundem tertium gradum multiplicatum, non verò est veluti genus ad quartum, proinde habens potestatem sibi commissam dispensandi in tertio gradu non potest dispensare in tertio, & quarto simul, si ambo concurrant in eadem persona: quia conjunctio ex tertio, & quarto simul est fortior solo tertio, non enim quartus comprehenditur sub tertio, veluti sub genere.

17 Rursus aliquando non solùm explicandus est consanguinitatis gradus, sed etiam inæqualitas, si hæc oriatur ex eo, quòd fæmina sit stipiti proximior, quia tunc fæmina est amita, vel matertera viri, & consobrinus jure naturæ debet subjici materteræ, cui tenetur tanquam Superiori debitam reverentiam præstare: hic autem ordo naturæ perverteretur, si consobrinus uxorem duceret suam materteram, quia uxor subjicitur suo marito, & ita docet Molina *tom. 1. de justit. tract. 2. disput. 161.* Aliqui tamen id limitant ad amitam, vel materteram in secundo, vel tertio gradu, non ita in quarto: quia tunc dicunt sufficere, si explicetur gradus verus, seu remotior explicando in genere eum esse inæqualem, & ita docet Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 24 n. 12.* ubi etiam addit in affinitate, aut publica honestate non esse opus explicare hanc majorem fæminæ propinquitatem stipiti, sed sufficere inæqualitatem gradûs exprimere; & dat exemplum, Petrus vult uxoris priaria à se cognitæ, vel incognitæ amitam, vel materteram ducere, sufficit, si in dispensatione explicet, se velle fæminam ducere consanguineam in primo cum secundo gradu prioris uxoris cognitæ, & sic affinem sibi; vel non cognitæ, & sic habentem impedimentum solius publicæ honestatis ortæ ex matrimonio rato, non explicando fuisse ejus amitam, & addit rationem: quia in affinitate, vel publica honestate, non exhibetur fæminæ propinquiori ejus stipiti illa eadem peculiaris reverentia, quæ in consanguinitate. Idque præcipuè mortua jam uxore.

Vult tamen Sanchez *loc. cit. n. 14.* in consanguinitate, affinitate, vel publica honestate esse necessariò exprimendam distantiam graduum, si sit in linea recta, ut si vellet Titius ducere Aviam, vel Proavam, Neptem, vel Proneptem sive propriam, sive uxoris suæ cognitæ, vel non cognitæ ex suppositione, quòd talis prohibitio sit solo jure humano inducta, vel etiam matrem, aut filiam sponsæ de futuro, tunc enim non sufficit exprimere gradum conjunctionis, sed etiam explicandum est, talem gradum esse in linea recta: & ratio desumitur ex eo, quia parentibus alterius conjugis, vel sponsi de præsenti, vel futuro eadem ferè reverentia debetur, ac proprijs; unde longè difficiliùs dispensatur in linea recta, quàm transversa. Imò si prohibitio contrahendi matrimonium cum consanguineis in linea recta oritur ex jure naturæ, non potest dispensari in tali linea, quia jure humano non derogatur juri naturæ. 18

Rursus in cognatione spirituali exprimendum est, an inter contrahentes sit filiatio spiritualis, eò quòd alter alterum levaverit in baptismo, vel tenuerit in confirmatione, vel sit compaternitas, eò quia tales actiones in baptismo, vel confirmatione, quis exercuerit erga filium alterius ex contrahentibus; siquidem longè indecentius est cum filio, vel filia spirituali contrahere, quàm cum compatre, vel commatre: regeneratio enim hæc spiritualis, ex qua filiatio itidem spiritualis oritur, assimilatur generationi carnali, ex qua oritur filiatio naturalis, & sicut est indecentissimum inter patres, & filios carnales matrimonium inire, ita servata proportione inter patres, & filios spirituales. 19

Quòd si publica honestas oriatur ex matrimonio rato, non sufficit tunc, si mentio fiat publicæ honestatis, si petatur dispensatio in primo gradu, sed necesse est, ut exprimatur, eam ortam esse ex matrimonio rato, quia impedimentum ortum ex matrimonio rato est multò urgentius eo, quòd oritur ex sponsalibus. Tum quia multò indecentius est matrimonium inire cum sorore suæ uxoris defunctæ, quàm cum sorore suæ sponsæ de futuro, hinc Tridentina Synodus *sess. 24 de matrim. c. 3.* restrinxit impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus, ut non excedat primum gradum, cùm tamen publica honestas ex matrimonio rato extendatur usque ad quartum: hinc quoties ultra primum gradum petitur dispensatio super impedimento publicæ honestatis, 20

tis, non est necesse, ut exprimatur, unde orta sit publice honestas: quia post Concilium Tridentinum nonnisi ex matrimonio rato requiritur dispensatio infra primum gradum usque ad quartum.

21 An verò, si petentes dispensationem distent inæqualiter à stipite, ut si alter in secundo, & alter in tertio consanguinitatis gradu, sit necessariò mentio facienda gradûs propinquioris, quo alter distet, an potiùs sufficiet, si mentio fiet remotioris, videtur dubium: quia in *c. quod dilectio de consanguin.* deciditur, potestatem concessam Legato ad dispensandum in certo gradu non extendi ad eum gradum, quando alter contrahentium in propinquiori distat à stipite. Tum quia in dispensationibus, cum sint odiosæ, mixtum non comprehenditur sub simplici; & gradus consanguinitatis, vel affinitatis constans ex secundo, & tertio est mixtus ex propinquiore, & remotiore; proinde fieri debet mentio gradûs propinquioris. Tum quia id decrevit Pius IV. in quodam suo motu proprio.

22 Alij verò oppositum sentientes putabant, talem gradum non esse mixtum, sed simplicem, eò quia is solus gradus impedimentum matrimonij præstet, qui à stipite est remotior *c. fin. de consanguin.* Tum quia quando duo consanguinei distant in gradu dispari, intelliguntur tantùm distare inter se, quantùm remotior distat à communi stipite; unde sicut remotior trahit ad se proximum quantum ad rationem magis distendi à primo stipite; ita ad se illum trahit, ut solius remotioris sit ratio habenda in impetranda dispensatione. Hanc autem difficultatem solvit Pius V. in motu suo proprio edito anno 1566. die 20 Augusti, cui initium est *Sanctissimus*, in quo totum hoc negotium reduxit ad jus commune pristinum, & revocavit motum proprium Pij IV., & decidit, non esse necessariam mentionem gradus propinquioris, sed sufficere mentionem remotioris, obtentis tamen postea litteris declaratorijs super propinquiori: nec posse litteras priores notari de subreptione, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 12.* Tenor autem motus harum litterarum declaratoriarum prout datæ fuerunt à Clemente VIII. anno 1599. die 13. Januarij, ita se habent, cùm enim narratum fuisset Pontifici, quosdam impetrâsse dispensationem proponendo se tertio consanguinitatis gradu conjunctos, cùm revera esset in secundo cum tertio, ita Pontifex rescribit: *Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus etiamsi præfatis litteris jam tibi præsentatis ad illarum executionem propter hoc procedere distuleris, seu recusaveris: nihilominus negotium hujusmodi reassumens, ipsásque litteras valere dicta authoritate decernes ad earundem litterarum executionem (servata aliàs earum forma) procedas, ac cùm eisdem N. & N. super impedimento tertij consanguinitatis gradus ejusmodi eadem authoritate dispenses. Distantiam verò secundi gradus præfati ei non obstare declares in omnibus, & per omnia, perinde ac si in litteris ipsos secundo, & tertio consanguinitatis gradibus à communi stipite provenientibus invicem esse conjunctos expressum fuisset.*

23 Ex hoc autem motu proprio juvat observare, Pontificem loqui de solis consanguinitatis, & affinitatis gradibus; proinde si petatur dispensatio super impedimento publicæ honestatis ex matrimonio rato, sufficit mentio remotioris gradus nullis litteris declaratorijs postea impetratis: & ratio est, quia cum motus proprius Pontificis non loquatur de impedimento publicæ honestatis ex matrimonio rato, standū est juri communi, quo spectato sufficit, si mentio fiat gradus remotioris. Secus in gradibus affinitatis ortæ ex fornicatione necessariæ sunt duplices illæ litteræ, quia motus proprius indistinctè loquitur de affinitate, dummodo ea publica sit.

24 Quòd si propinquior gradus stipiti fuerit primus, non valet tunc dispensatio, in qua solius remotioris fit mentio, ut si Titius velit ducere consobrinam fratris sui, quia contracturus distet à primo stipite in primo gradu, & à filia sui fratris in primo cum secundo, in hoc casu si solius remotioris gradus mentio fiet non explicatâ distantiâ alterius contrahentis à stipite in primo gradu, dispensatio est subreptitia, quia Pius V. in suo motu proprio declarans litteras non posse subreptione notari defectu expressionis gradus propinquioris consanguinitatis, vel affinitatis addidit, *dūmodo primum quoquo modo non attingant; cùm in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat.* Hoc autem intelligitur, dumodo alter, qui est in gradu remotiori, sit intra quartum gradum, quia si esset extra illum, ut in quinto, vel sexto, nulla esset necessaria dispensatio.

25 Hinc si petatur dispensatio in solo foro conscientiæ affinitatis ex occulta copula fornicaria, valet, tametsi non fiat mentio propinquioris gradus, dummodo hic non sit primus, nec necessariæ sunt litteræ declaratoriæ. Rursus is, cui conceditur facultas dispensandi in aliquo gradu, potest in eo dispensare, quamvis sit mixtus ex alio propinquiore, quia revera talis gradus non est mixtus, sed simplex, ut notat Sylvester *V. matrimonium. 8. q. 6.* Id verò limitatur, nisi alter eorum distaret à stipite in primo gradu, idque ob verba motus proprij Pij V. cum ibi dicatur nunquam fuisse mentem Pontificis dispensare in primo gradu juncto cum secundo, vel tertio, nisi exprimatur.

26 An verò, quando impedimentum affinitatis simul concurrit cum impedimento publicæ honestatis, sufficiat sola mentio affinitatis tacito alio impedimento publicæ honestatis? ut si Titius volens ducere consanguineam intra quartum gradum prioris uxoris à se cognitæ, habeat impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio cum consanguinea hujus primò inito; & affinitatis ortum ex consummatione talis matrimonij. Plures censent, tunc in impetratione dispensationis ad ducendam eam fœminam sufficere enarrare solam affinitatem, eò

quia

quia mentio affinitatis facta absolutè intelligatur de affinitate orta ex copula conjugali, siquidem in dubio non est præsumendum delictum *l. merito. ff. pro socio.* Tum quia in odiosis verba debent intelligi in potentiori significato, ut desumitur ex *c. penult. de sent. excommun.* ubi declaratur, nomine excommunicationis à Judice prnlatæ esse intelligendam majorem; & quia potissimum significatum affinitatis est affinitas oriens ex copula licita, sub qua necessariò comprehenditur publica honestas, ideo facta absolutè affinitatis mentione, saltem exprimitur ntrumque impedimentum, proinde dispensatio valet.

27 Rursus quia verba dispensationis debent intelligi sicut verba juris communis: & quia per jus commune sublato impedimento affinitatis, id intelligitur de omni affinitate, ideò censetur etiam ablata publica honesta, ita censent Covarruvias in *4. decret. 2 p. c. 6. §. 7. n. 6.* Cuccus *lib. 3. instit. t. 12. n. 252.* Felinus in *c. postulâsti n. 13. limit. 7. de rescript.* sed probabilior, & verior sententia procedit cum distinctione: vel enim explicatur affinitas proveniens ex copula licita, ut si petatur dispensatio ad ducendam uxorem consanguineam uxoris suæ nulla mentione facta de impadimento publicæ honestatis orto ex copula licita cum sua uxore, & tunc dispansatio suum sortitur valorem, quia tunc per expressionem gradus affinitatis sufficienter fit mentio de publica honestate, quia hæc necessariò includitur in tali gradu affinitatis, ut liquet: si quis enim audiat Titium velle matrimonium contrahere cum consanguinea uxoris suæ defunctæ, cum qua consummavit matrimonium, & petat dispensari super gradu affinitatis, statim intelligit, impedimentum publicæ honestatis etiam includi in tali gradu affinitatis, proinde petere etiam dispensationem super impedimento publicæ honestatis.

28 Sin verò mentio fiat solius impedimenti affinitatis in genere, tunc dispensatio non sortitur suum valorem, quia nec tacitè, nec expressè fit mentio alterius impedimenti publicæ honestatis, eò quia affinitas in genere tam intelligitur de licita, quæ conjungitur publicæ honestati, quàm de illicita, quæ haberi potest sine publicæ honestatis impedimento: & cùm simus in materia odiosa, verba accipienda sunt in minori significato. Tum quia dispensatio si possit aliquid operari, debet strictè intelligi, ne quid amplius operetur, hinc cùm dispensatio operetur circa affinitatem, ut sic sumptam, non debet extendi ad impedimentum publicæ honestatis, ut docent Abbas in *c. non debent n. 12. de consanguin.* Rosella *V. impedimentum impad. 13. n. 2.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 14. dict. 3.* Stephanus Costa *tractat. de affin. §. quia inter impedimenta. n. 3.* Hinc ad fundamentum primæ sententiæ negatur, mentionem affinitatis factam absolutè intelligi de affinitate orta ex copula conjugali.

29 Neque obstat, quòd non sit præsumendum delictum, quia hæc intelligentia non innititur præsumptioni delicti, sed strictæ dispensationis intelligentiæ, quæ exigit, ut verba intelligantur de minori significato. Neque obstat, quod addebatur ex *c. penult. de sent. excommun.* quia id, ut speciale decrevit Pontifex, quasi secluso eo decreto deberet illa pœna intelligi de minori: hoc autem statuit Pontifex, ut sententia Judicis timeretur.

§. XVII.

An dispensationes matrimoniales expirent per mortem Pontificis concedentis.

HActenus diximus de natura, & proprietatibus dispensationum, superest, ut explicemus modos, quibus dispensatio semel legitimè concessa extingui potest, & priùs examinandum est, an per mortem concedentis dispensatio expiret. Rationes dubitandi sunt, quia hujusmodi dispensationes committi solent executoribus non quidem in eorum favorem, sed in favorem tertiæ personæ, proinde re adhuc integra, hoc est, si nondum sint dispensationes executioni mandatæ, subintret dispositio *c. si cui nulla § secus de prabend. in 6. ibi: secus si super provisione certa persona facienda, sit data potestas eidem non ob suam, sed ejus cui providere mandatur gratiam, vel favorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur:* atqui dispensationes matrimoniales continent gratiam non quidem in favorem executoris, sed certæ personæ, ideóque re integra expirant per mortem concedentis, quia cum dispensatio ante mortem concedentis non sit executioni mandata, perinde se habet, ac si nunquam facta fuisset, ut notat Baldus in *c. fin n. 3. V. sed pone de constit.* Decius in *c relatum n. 22. V. & ista conclusio de offic deleg.* & ita etiam decidit Rota Romana coram Durando *decis. 225. n. 7.* ergo si dispensatio matrimonialis ante mortem Pontificis concedentis non sit executioni mandata, deperdit suas vires, & nihil ampliùs valet, & ita docent Sayrus *lib 7. thesaur. c. 14. n. 9.* Navarrus *consil. 38. in fin. de tempor. ordin. lib. 1.* & huic sententiæ videtur adhærere Suarez *lib. 8. de legib. c. 31. de tempor. ordin. lib. 1.* ubi docet, facultatem datam Delegato in favorem tertij esse gratiam faciendam, tametsi ei imponatur præceptum exequendi, proinde expirare per mortem concedentis. Secundò quia datur tantùm commissio, seu mandatum ad dispensandum: atqui mandatum spirat per mortem mandantis. *l. mandatum C. mandati l. & quia. ff. de jurisd. omnium Judic. c. relatum de offic. deleg.* ubi Glossa *V. contestata.* 1

Ut autem distinctè procedamus, juvat observare, ea, quæ à seda Apostolica dimanant quadrupliciter differre, siquidem quædam emanant per modum legis, seu constitutionis talia per viam contractus: quædam per viam rescripti justitiæ, seu ad lites: & quædam per viam gratiæ, ut notat Felinus in *c. licèt undique n. 1. de offic. deleg.* Ex his quatuor modis certum est, litteras emanantes per viam legis, vel constitutionis non expirare per mortem conce- 2

dentis, etiam re adhuc integra; & ratio petitur ex eo, quia lex suaptè natura est perpetua *l. cum eorum C. de sentent. & interlocut. l. Arriani C. de haret.* & docent Felinus in *c. licèt undique n. 1. de offic. deleg.* Decius in *c. relatum n. 28. eod. tit.* Sylvester *V. Delegatus q. 7. n. 7. & alij.*

3 Rursus certum est etiam, litteras emanantes per modum contractûs non expirare per mortem concedentis, quia successor non potest revocare contractum sui prædecessoris *c. 1. de probat.* imò nec jurisdictio ordinaria expirat per mortem concedentis re adhuc integra *l. & quia ff. de jurisdic. om. Judic.* & habetur textus expressus in *c. 2. de offic. deleg. in 6.* ubi declaratur, jurisdictionem Legati non expirare per mortem Pontificis delegantis etiam re integra, eò quia sit jurisdictio ordinaria, & rationem etiam adfert Abbas in *c. relatum n. 4. de offic. deleg.* quia per concessionem jurisdictionis ordinariæ fit gratia ei, cui conceditur: siquidem in dignitate constituitur per facultatem exercendi jurisdictionem *clement. 2. de rescript.* atqui gratia facta non expirat, licèt concedens adhuc re integra moriatur *c. si cui de prabend. in 6.*

4 Tum quia jurisdictio ordinaria radicatur in persona illius, cui conceditur, adeò ut immediatè per concessionem dicatur inhærere ejus ossibus, quo fit, ut per mortem concedentis non expiret: etenim quod nostrum est, sine facto nostro nequit à nobis avelli *regul. id quod nostrum. ff. de regul. jur.* Immo id est adeò verum, ut licèt jurisdictio ordinaria concessa sit ad beneplacitum concedentis, & hoc extinguatur per mortem concedentis *c. si gratiosè de rescript. in 6.* jurisdictio tamen non cessat, tametsi re integra concedens moriatur: & ratio desumitur ex favore publico, qui in jurisdictione ordinaria tuenda, & manutenenda, conservatur, ut notat Baldus §. *meminisse n. 2. q. 4. ff. de offic. Proconsul.* & Menochius *de arbit. lib. 1. q. 69. n. 9.* hoc autem fallit in jurisdictione Vicarij, quæ tametsi ordinaria sit, perit per mortem concedentis. Difficultas igitur est de potestate delegata ad litteras tam justitiæ, quàm gratiæ exequendas, an hujusmodi potestas cesset per mortem concedentis re adhuc integra.

5 Quando verò res dicenda sit integra, vel non, multiplex est Doctorum sententia; plures censent, ad rem non integram non esse necessariam citationem partis; sed sufficere, ut res dicatur non integra, seu jam cœpta sit quomodocunque, Judex cœperit jurisdictionem exercere, seu quomodocunque exercuerit quemcunque actum judicialem, idque videtur desumi ex *c. licet undique de offic. deleg.* ibi: *Si jurisdictione à suo sibi collega delegata eo vivente uti non cœperit, quia mandatum hujusmodi morte mandatoris re integra expiravit*, ubi à sensu contrario infertur, quòd si res non sit integra, mandatum non expiret, & textum censere rem non esse ampliùs integram, quando Delegatus cœpit uti jurisdictione, & quia ante citationem dantur actus jurisdictionis, ideo ut res dicatur non intregra, sufficit, si ante citationem Judex exercuerit aliquem actum jurisdictionis. Idque etiam desumitur ex *l. Et quia 6. ff. de jurisdic. omn. Judic.* ibi: *Antequam ab eo, cui mandatum est, jurisdictio geri cœperit*, & ita docent Ostiensis in *summa tit. de offic. deleg. §. quibus modis finitur. n. 10. V. quid si mortuus.* Baldus *l. mora in 1. lectur. ad fin. ff. de jurisdic. om. Judic.* Sylvester *V. delegatus q. 6. n. 8.* Alij inhærentes juri canonico docent, necessariam esse citationem, ut res desinat esse integra; immo ex jure civili etiam desideratur litis contestatio, ut notat Glossa in *c. Relatum, V. contestata de offic. deleg.* ubi explicat, textum expressè dicentem expirare delegationem per mortem delegantis lite nondum contestata, esse intelligendum spectato jure civili.

Putârim tamen solam citationem partis suf- 6
ficere, ut res desinat esse integra, ac proinde jurisdictio delegata perpetuetur, idque desumitur ex *c. gratum de offic. deleg.* ibi: *Cùm citatione facta negotium sit quasi cœptum:* quòd si cœptum sit, non est ampliùs integrum, & juxta hanc sententiam, quæ communior est, suppletur textus *in c. Relatum eod. tit.* ubi res dicitur desinere esse integra per litis contestationem: suppletur enim maximè, cùm etiam per citationem desinat esse integra, ut desumitur ex *d. c. gratum de offic. deleg.* non enim est novum in jure, unum textum suppleri per alium, ut notat Innocentius in *c. Relatum init. de offic. deleg.* Idque ad evitandam textûs correctionem. Quinimò videtur etiam sufficere actus citationis æquivalens, ut si actus citra citationem fieret præsente utraque parte, quia eo ipso quòd para contraria adest, perinde est, ac si citaretur, ut notat Felinus in *c. licèt undique n. 13. fallentia 1. de offic. deleg.*

An verò necesse sit, ut citatio perveniat ad 7
notitiam partis citatæ, ut res desinat esse integra? Plures affirmant, & nituntur ea ratione, quia verba nonnisi cum effectu sumi debent *c. Relatum de cleric. non resid.* Alij tamen probabiliùs censent sufficere, si à Judice prolatum sit citandi decretum, ut res desinat esse integra, tametsi citatio non sit intimata ei, qui citatur, & id colligitur ex *c. gratum de offic. deleg.* ibi: *Proposito citationis edicto:* idque ex eo etiam firmatur, quia citatio tres comprehendit partes, scilicet mandatum de parte citanda, executionem nuntij, & relationem nuntij asserentis, se citâsse: atqui ex his tribus partibus sola prima est propriè actus jurisdictionis Judicis, quia mandatum de parte citanda emanat immediatè à Principe, proinde hæc sola prima pars sufficit, ut Judex dicatur cœpisse uti jurisdictione. Tum quia ad rem non integram sufficit, si Judex quomodocunque inchoaverit actum suæ jurisdictionis: tunc enim res non potest ampliùs dici integra, quia per tale exercitium jurisdictionis transit de statu integro ad non integrum.

Hinc ad fundamentum contrariæ senten- 8
tiæ. Respondetur, citationem comprehendere propositionem, citationem, & edictum, & per quemcunque horum actuum rem desine-

re

re esse integram, & si dicamus, citationem includere præfatos plures actus, sententiæ discrepantes conciliantur; præsertim sententia asserens, nō esse necessariam partis citationem, quia sufficit, ut res dicatur non integra, si quomodocunque cœpta fuerit, seu Judex cœperit uti jurisdictione: quia usus ille jurisdictionis saltem inchoativè pertinet ad citationem partis, quæ proinde semper requiritur, ut res dicatur non integra. Notandum est, duplicem esse citationem, unam consummatam, quæ supponit omnes præcensitos actus, & aliam inchoatam, quæ habetur per quemcunque usum jurisdictionis, & in hoc sensu, si sermo sit de citatione consummata, vera est prior sententia, asserens ad rem non integram non esse necessariam partis citationem, sed sufficere, si res jam cœpta sit, qualitercunque Judex cœperit uti jurisdictione.

9 Sin verò sermo sit de citatione inchoata, cum hæc habeatur etiam per quemcunque actum judicialem, quo Judex incipit exercere suam jurisdictionem, hæc requiritur, ut res dicatur non integra, & in hoc sensu vera est secunda sententia asserens (spectato jure canonico desiderari solam citationem, ut res desinat esse integra.

10 Hinc liquet, non requiri trinam citationem, ut res dicatur non integra, sed sufficere unicam etiam inchoatam, quia non est necesse, ut hæc unica citatio sit peremptoria, ut docent communiter Canonistæ in *c. gratum de offic. deleg.* Non tamen sufficit, si citatio sit anomala, seu quam absque Judicis authoritate facit creditor debitori fugitivo, tametsi anomala citatio permittatur à lege ex doctrina Bartoli *l. neminem C. de exiben. reis*, & ratio est, quia per citationem anomalam non est Judex, qui suam exercet jurisdictionem, sed creditor, qui propriâ utitur authoritate circa debitorem fugitivum, & quia hujusmodi citatio facta est sine Judicis authoritate, non est legitima, ut notat Felinus in *c. gratum. n. 5. de offic. deleg.* Sin autem Exetutor initium det ipsi executioni, eò quia examinet testes, vel eos vocet, aut aliquo alio modo incipiat jurisdictionem exercere, tunc non expirat gratia dispensationis per mortem Executoris, quia res non est ampliùs integra, ut docent Covarruvias *lib. 3. variar. c. 15. n. 4. V. primum.* Dominc. in *c. si delegatus. n. 10. de offic. deleg. in 6.* Jason in *l. more n. 15. ff. de jurisd. om. Judic.* Rota coram Guidobono *decis. 29.* & habetur in *l. si. cui nulla de præbend. in 6.* ubi gratia faciendi dicitur ex priore re integra: sin verò res non sit integra, prorogatur jurisdictio, quia pars jam acquisivit jus.

11 Quòd si petatur, quandónam specialiter in dispensationibus matrimonialibus, seu in rescriptis gratiæ res desinat esse integra, ut etiam in commissionibus dispensandi, communior sententia est, etiam per primum actum judicialem, qui solet expediri post rescripti præsentationem rem desinere esse integram, ut si Judex mandet fieri informationem veritatis precum, ut docent Bartolus, & Baldus de ordine judiciorum dicentes in causis, in quibus litis contestatio non requiritur, vim habere ipsius, quoad effectus ex lite contestata productos: hine dicunt per primum actum, qui solet immediatè fieri post litis contestationem in causis, in quibus contestatio non requiritur, rem desinere esse integram, & jurisdictionem perpetuari, immò Felinus in *c. Relatum n. 12. V. Item nemo & testib.* ait, sufficere, ut res desinat esse integra, si Judex mandet vocari eum, cum quo dispensandum est; vel alium similem actum jurisdictionis exerceat.

An verò si plures causæ, vel plures articuli 12
committantur in uno, & eodem rescripto; ex eo, quòd cœptum sit in uno articulo, seu una causa ex pluribus inclusis, desinat res esse integra quoad omnes alias, ac proinde jurisdictio perpetuetur quoad omnes, videtur esse difficultas, plures procedunt cum distinctione, & dicunt, quòd si causæ omnes inclusæ in tali rescripto sint simul connexæ, ut una sine alia esse non possit, si cœptum sit, quoad unam, volunt causam desinere esse integram quoad omnes alias, & jurisdictionem perpetuari, ut etiam quandò actus inceptionis, ut citatio communis est omnibus alijs causis inclusis in eodem rescripto, quamvis sint contra diversas personas, & causæ non sint connexæ: & dicunt, tunc citationem esse communem, si simpliciter facta sit, seu nullâ expressâ causâ illius rescripti, & ratio, quâ nituntur est, quia tunc non est major ratio de una, quàm de alia, & ita docent Ostiensis in *c. licet n. 4. de offic. deleg.* Imola ibid. *n. 5.* Domin. in *c. ne aliqui n. 5. de heret. in 6.*

Alij etiam dicunt, actum fieri communem 13
per hoc, quòd à Judice acceptetur rescriptum, in quo omnes illæ causæ continentur. Verùm sive causæ illæ sint connexæ, sive non, probabiliùs videtur, quòd si semel cœptum sit circa unam, res desinat esse integra quoad omnes, adeò ut quoad eas perpetuetur jurisdictio. Id tamen procedit, quando totum rescriptum, seu omnes illæ causæ in eodem inclusæ committuntur uni tantùm Judici, quia tunc censetur unica tantùm commissio facta, proinde semel quòd Judex incipit ea uti in una ex ijsdem causis, censetur jam plenè inchoâsse exercitium suæ jurisdictionis delegatæ super rescripto illo sibi commisso, proinde cùm res non sit ampliùs integra quoad totum, seu quoad ipsum rescriptum, circa quod exercet suam jurisdictionem; neque est integra quoad omnes causas in eodem inclusas, quia sunt partes illius totius, quod definit esse integrum. Hoc autem non procederet, si plures causæ commissæ exprimerentur specialiter, quia tunc non esset una commissio, sed plures commissiones *l. scire debemus 29. in princ. ff. de V. O.* ubi deciditur, tot esse stipulationes, quot sunt species, vel summæ specialiter designatæ.

Quid verò dicendum sit de potestate dele- 14
gata ad exequendas litteras justitiæ? Respondetur, esse certam regulam, hanc potestatem delegatam expirare re adhuc integra per mortem delegantis: non ita si delegatus jam cœperit uti sua jurisdictione, seu potestate delegata,

quia

quia tunc cùm res non sit ampliùs integra, jurisdictio perpetuatur in delegato. Idque desumitur ex *c. gratum c. Relatum c. licet de offic. deleg.* Ratio desumitur ex eo, quia propriè non est gratia, vel favor, sed potiùs quoddam mandatum de exequenda justitia, idem enim est, Principem dare Judici inferiori potestatem delegatam ad exequendas litteras justitiæ, ac illi mandare, ut exerceat justitiam in tali speciali causa: atqui mandatum expirat per mortem mandantis re adhuc integra *l. mandatum C. mandati* proinde potestas illa delegata ad exequendas litteras justitiæ expirat per mortem concedentis re adhuc integra.

15 Tum quia per actum delegationis non transfertur efficaciter jurisdictio in delegatum, donec cœperit eâ uti, *c. quamvis de offic. deleg. in 6.* ibi *cùm jurisdictio (ex quo ipse usus non extitit,) non censeatur in eum efficaciter transivisse*, cùm igitur jurisdictio re adhuc integra sit cum effectu penes delegantem, & per ejus mortem extinguatur sua jurisdictio; extinguitur etiam jurisdictio delegata, quæ re adhuc integra est eadem cum jurisdictione delegantis. Præterea quia extincto jure authoris, extinguitur etiam jus successoris *argum. ex l. lex vectigali. ff. de pignor.* Secus per jurisdictionis delegatæ exercitium ante mortem delegantis jurisdictio radicatur in persona delegati, adeò ut efficaciter per tale exercitium transeat in delegatum: quo fit, ut per mortem delegantis non extinguatur jurisdictio hæc delegata, quando non erat integra, sed cum primùm delegatus incipit uti jurisdictione sibi delegatâ.

16 Hoc autem procedit etiam in delegata Principis, adeò ut ejus jurisdictio delegata extinguatur cum morte Principis re adhuc integra, quia jurisdictio non est tunc concessa jure proprio, proinde cùm non sit ordinaria, perit morte concedentis re integra, tum quia licèt in *c. undique de offic. deleg.* expresse habeatur, delegationem factam à Pontifice expirare morte ipsius re integra, & in *c. si cui nulla de præbend. in 6.* decidatur delegationem Papæ ad gratiam faciendam cessare obitu ipsius re integra.

17 Nihilominùs quoad rescripta ad gratiam communior sententia censet, concessam jurisdictionem non cessare per mortem concedentis, nisi jurisdictio delegetur cum limitatione, & ad beneplacitum concedentis, quia tunc gratia ad beneplacitum personæ expirat per mortem concedentis, quando est gratia ambitiosa, quia tunc restringitur, ut odiosa: sed de hoc infra. Rursus quamvis potestas delegata ad litteras justitiæ exequendas sit ad universitatem causarum, jurisdictio delegati extinguitur per obitum delegantis re adhuc integra *c. ne aliqui de hæret. in 6.* ubi deciditur, favore fidei officium Inquisitorum non cessare morte concedentis re integra, tametsi potestas Inquisitorum sit delegata ad universitatem causarum: hinc à contrario sensu infertur, quòd ubi non est favor, cesset jurisdictio delegata re integra per mortem delegantis.

18 Rursus licèt jurisdictio delegata ad universitatem causarum in pluribus æquiparatur jurisdictioni ordinariæ, non tamen in omnibus conveniunt: ratio enim, ob quam extinguitur jurisdictio delegata ad particulares causas, militat de jurisdictione delegata ad universitatem causarum, quia jurisdictio, cum remaneat penes delegantem re adhuc integra, & non transeat in delegatum, nisi per exercitium jurisdictionis, sequitur, quod nomine proprio hic delegatus nihil habeat *c. sanè de offic. deleg.* & ita docent Felinus in *c. Pastoralis §. quoniam n. 3. fallentia 4. de rescript.* Abbas *c. Relatum. n. 7 de offic. deleg.*

Observandum tamen est, regulam, quâ jurisdictio delegata dicitur, perire per obitum delegantis re adhuc integra limitari primò quando datur nova potestas ad actum per illam commissionem, adeò ut per exercitium actûs Mandatarius vicam gerat mandantis, quia si non datur nova potestas, sed excitatur antiqua, non expirat, ut liquet in præcepto, quod datur habenti aliàs potestatem, tunc enim non datur nova potestas, sed excitatur ordinaria per commissionem *c. penult. de offic ordin.* tunc enim non expirat jurisdictio delegata per obitum delegantis re integra, qoia tunc cessat ratio, ob quam potestas delegata expirat per mortem delegantis re integra, quia nimirùm re adhuc integra est eadem potestas in delegante, & delegato, proinde non potest perire in delegante, quin pereat in delegato; in quam non transfertur, nisi per exercitium jurisdictionis delegatæ: at quando non datur nova potestas, sed excitatur antiqua in ipso delegato, non est eadem jurisdictio in delegato, & delegante, quia delegatus supponitur habuisse talem jurisdictionem etiam ante delegationem sibi factam, proinde ex eu, quòd pereat in delegante, non debet cessare in delegato. 19

Limitatur secundò, nisi jurisdictio delegata sit accessoria gratiæ jam factæ, quia tunc gratia facta non perit per mortem concedentis re integra, proinde neque potestas illa accessoria eidem gratiæ, quia accessorium sequitur naturam sui principalis *c. si super gratia de offic. deleg. in 6 de potestate execut. data ad* exequendam gratiam à Sede Apostolica concessam. Immo id procedit, quamvis quando concedens obijt, non esset gratia accepta per eum, cui facta est, ut notat Fortius *cons. 157. n. 3.* 20

Rursus limitatur, nisi ea potestas delegata commissa sit nomine dignitatis committentis, quia si Pontifex diceret. Christi Vicarius, vel Sedes Apostolica tibi committit; quia tunc potestas non proficiscitur à persona committente, sed ab ejus dignitate, & tunc non expirat jurisdictio in delegato per mortem delegantis re adhuc integra: ratio desumitur ex eo, quia cùm dignitas nunquam pereat, nec ejus jurisdictio *c. si gratiosè de rescript. in 6.* quæ propterea transit ad successorem una cum dignitate, cui jurisdictio inhæret, cum enim dignitas semper maneat eadem, ita etiam jurisdictio inhærens eidem dignitati, proinde quamvis cesset persona, quæ afficiebatur tali dignitate, 21

quia

quia non parit dignitas ipsa, sed transit in successorem; ita nec parit jurisdictio inhærans aidem dignitati.

22 Sin verò quæratur, an commissionas, quæ à Pontifica conceduntur Ordinarijs in forma communi ad dispensandum super impedimentis matrimonij, aliisve rebus, censeantur factæ à dignitate Pontificia, vel à parsona Pontificis. Respondetur, pleròsque censere, hujusmodi commissiones emanare à dignitate Pontificia: & nituntur, quia Pontifex nunc exprimit nomen proprium, & dignitatis, dicens: *Innocentius Episcopus*; explicato autem utroque nomine præpondarat nomen dignitatis, proinde potestas hæc delegata committitur nomine dignitatis dalegantis. Secundò quia tametsi exprimatur nomen proprium, id fit, ut intelligatur, qualis Pontifex author fuerit illius concessionis. Tertiò etiam ex verbis, quæ solent apponi in dispensationibus colligitur, hanc jurisdictionem delegatam committi nomine dignitatis delegantis, non nomine personæ, verba enim in dispensationibus sunt, *supplicare fecerunt, ut de benignitate Apostolica dispensaremus*, & cùm Pontifex nil aliud addat, nisi illud verbum *fiat*, intelligi debet potastas concessa juxta preces. Demum id atiam colligitur ex verbis ipsis commissionis, sunt enim: *Authoritate nostra dispenses*: hæc etiam verba indicant dignitatem, quia perinde est dicere authoritate nostra, ac authoritate Apostolica *c. cum aliquibus de rescript. in 6.* ibi: *Non authoritate Apostolica censetur receptus, nisi quòd cum authoritate nostra reciperent, in litteris caveretur*, ubi Authoritas Apostolica censetur eadem cum authoritate Pontificis, seu talis personæ.

23 Nihilominus communior, & verior santentia est, commissionas concessas Ordinarijs in forma communi ad dispensandum super impedimentis matrimonij emanare à persona Pontificis, non à Sede Apostolica, seu fieri nomine personæ non dignitatis. Ratio desumitur ex eo, quia Pontifex in concedendis præfatis commissionibus, semper utitur illo pronomine *nos*, quod refertur ad personam non ad dignitatem, quinimò solet etiam Pontifex proprium specificum nomen exprimere dicens, Clemens Episcopus, ex quo conjicitur talem commissionem fieri nomine personæ, non verò dignitatis, unde Covarruvias *quæstionum pract. c. 11. n. 2. fin.* docet, nunquam delegationem censeri factam nomine dignitatis, nisi exprasse solius dignitatis nomen significetur, hinc Ostiensis *c. quoniam.* & Abbas *n. 9. de offic. deleg.* & ibi Joannes Andreas *n. 5.* asserunt, nunquam Pontificem delegare nomine dignitatis, sed nomine personæ, & etiam assignant rationem, quia rescripta sempar incipiunt à nomine personæ Pontificis.

24 Neque rationes, quibus contraria santentia nititur, sunt magni momenti. Ad primam raspondetur, in ipsa petitione fieri mentionem personæ Papæ, eò quia ab eadem persona petitur gratia, seu commissio; quapropter Pontifex ponit verba illa: *Quare nobis humiliter supplicare fecerunt.* Nequa obstat, Pontificem etiam exprimere nomen dignitatis, quia ex hoc tantùm significat, non posse dispensare sine Sedis Apostolicæ authoritate, non verò quòd non sit persona, quæ dispensat.

Ad secundam, tametsi commissio, vel gratia peteretur à Sede Apostolica; intantio tamen non est concedendi nomine dignitatis, nec ipsius Sedis Apostolicæ, sed ipsius personæ Pontificis, adeò ut petere à sede Apostolica, perinde sit, ac hodie petere à Clemente XI. ragnante. 25

Ad tertiam raspondetur, per illa verba, *Authoritate nostra dispenses*, non significari, dispensationem procedere à sede Apostolica. Idqua desumitur ex *c. si cui nulla de prabend. in 6.* ubi dicitur, quòd si per mortem concedentis re integra. Tum quia Pontifex non dicit *Authoritate nostra tibi committimus*, quæ quidem varba indicarent commissionem fieri nomine dignitatis: sed ait Pontifex, *committimus, ut Authoritate nostra dispenses*: per quæ verba significatur potestas delegata, & quòd dispensatio concedatur nomine Pontificis, non nomine dignitatis, adeò ut fit ipse Pontifax, qui dispensat. 26

Demum quia Pontifex, ut diximus, utitur pronomine *nos*, quod simpliciter prolatum designat parsonam, imò in dubio atiam magis ad personam refertur, quàm ad dignitatem, ut communiter docent etiam da alijs verbis dubijs, præsertim Barbosa *l. quia tale 14. n. 41. fin. ff. soluto matrim.* Abbas in *c. Relatum n. 3. de offic deleg.* & *c. licèt undique n 7. eod. tit.* ubi expressè ait, in dubio velle Pontificem committere nomine personæ, quamvis nomen exprimat dignitatis, & hâc ratione asserit, Pontifices consuevisse præmittere proprium nomen, ut cum initio concessionis ponitur Innocentius XII. Clemens XI. 27

Quod verò ad rescripta gratiæ attinat, observandum est, gratiam interdum concedi absolutè, & nonnunquam cum limitatione, ut ad beneplacitum concedentis, & ejus dignitatis, vel donec revocaverit. Rursus aliam esse gratiam factam, & aliam faciendam; & tunc dici factam, quando perfectè conceditur ei, in cujus gratiam datur, & independenter ab alio, cui committitur facienda, ut quando Pontifex dispensat omnino absqua ulla restrictione cum aliquo: & gratiam faciendam dici, quando absolutè non conceditur ei, in cujus favorem datur, sed dependenter ab alio, cui committitur facienda: ut si in favorem Titij, cum quo dispensandum ast, committatur Cajo potastas dispensandi cum Titio, & tunc intelligitur commissio concessa cum limitatione. 28

Quando rescripta gratiæ conceduntur absolutè absque temporis limitatione, si gratia est facta, non expirat per mortem concadentis atiam re integra: secus si sit gratia facienda, parit per obitum concadenris ra intagra, non ita si res non sit ampliùs integra, & desumitur ex *c. sicui nulla de prabend. in 6.* ubi deciditur, quòd facultas alicui concessa in ordine ad confarenda 29

ferenda beneficia noo expiret per mortem coocedentis re integra.

30 Secus autem si detur potestas conferendi personis expressis non in gratiam, & favorem collaturi, sed in gratiam eorum, quibus beneficia conferenda sunt, quia tunc facultas expirat per mortem concedentis etiam re integra, & Glossa ex ipso textu in *d. c. si cui notab. 1.* assignat ratiooem, & simul discrimen, quia in priori casu gratia erat facta, siquidem erat omnino perfecta; oec indigebat ullius executione respectu illius, in cujus favorem concessa erat: secus in posteriori casu erat facienda gratia, siquidem mandabatur fieri, in cujus favorem concedebatur, proinde habuit vim mandati, quod perit per mortem mandantis re adhuc integra, & ita docent Communiter Canonistæ, nomioatimque Rebuffus *in concord rubric. de mandat. Apostol. §. 1. V. sui Pontificatus.* Hieronymus Paulus *in prax. Cancellar. tit declarat. super proponente, seu vovente V. præstantissimè.* Decius in *c. Relatum. n. 21. de offic. deleg.*

31 Imò hæc regula procedit, quamvis proprio motu mandet Pontifex provideri certæ personæ in ejus favorem, expirat enim gratia facienda, si moriatur Pontifex re integra, quia textus in *c. si cui nulla de præbend. in 6.* loquitur indistinctè, imò gratia facienda expirat etiam ipso jure per mortem concedentis re integra, nisi tamen gratia facienda concessa esset sub nomine dignitatis concedentis, quia tunc non cessaret per mortem concedentis etiam re integra, & hoc procedit, si gratia facienda concessa sit ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia Sedes Apostolica interitui non est obnoxia. Rursus procedit, nisi potestas Executoris, cui commissio est facta sit necessaria gratiæ jam factæ, quia tunc non expirat per mortem coocedentis re integra.

32 Sin verò gratia concessa sit cum limitatione, vel ad beneplacitum personæ concedentis extinguitur tunc per ejus obitum, non ita si concedatur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia tunc revocatio debet fieri à successore: hinc aliud est gratiam concedi ad beneplacitum concedeotis, & aliud ad beneplacitum Sedis Apostolicæ; in primo casu extinguitur gratia morte concedentis re adhuc integra, secus io secundo: & ratio petitur ex eo, quia voluntas personæ perit cum ipsa persona, consequenter perit etiam gratia concessa à tali persona, quæ moritur, quia per mortem extinguitur etiam voluntas concedentis, à qua dependebat ipsa gratia: secus si concedatur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia hæc est perpetua, & eadem reputatur in successoribus, ideò gratia ad beneplacitum illius concessa tamdiù durat, quamdiu non revocatur ab aliquo ex successoribus.

33 Sunt tamen, qui id limitant ad gratiam ambitiosam, quia cùm sit odiosa restringi debet, ut expiret obitu concedentis re integra, & dicunt, talem esse gratiam retinendi plura beneficia usque ad obitum Pontificis: secus in favorabilibus dicunt, commissionem jam factam jurisdictionis expressè ad voluntatem delegantis, non extingui obitu delegantis re integra, & assignant rationem, quia in favorabilibus clausula *ad beneplacitum meum* resolvitur in clausulam, *donec revocavero*, ut sit conformis juri communi, juxta quod jurisdictio delegata non perit per mortem delegantis, quamvis res non sit integra, & ita sentit Baldus in *c. si gratiosè de rescript. in 6.* relatus à Franco in *c. si delegatus n. 5. de offic. deleg. in 6.* Dominicus in *d. c. si gratiosè n. 5.*

Communior tameo, & verior senteotia asserit, potestatem illam delegatam ad beneplacitum personæ concessam expirare per ejus obitum, sive odiosa sit, sive favorabilis, idque clarè desumitur ex ratione tradita in *d. c. si gratiosè de rescript. in 6.* ibi: per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, comprehendit enim textus omnes concessiones factas ad beneplacitum personæ concedentis, & Covarruvias *lib. 3. variar. c. 15. n. 4. V. 2.* ait oppositam sententiam esse omnino falsam. 34

Quamobrem præfata regula procedit de omnibus concessionibus factis ad beneplacitum, nisi fortassis jurisdictio concessa personæ foret ordinaria, quia tunc non cessaret per mortem concedentis, ut nec etiam perit gratia facta ad beneplacitum concedentis, si adjiciatur determinatum tempus durationis; ut si concedatur ad biennium, simúlque ad beneplacitum personæ, non expiraret per mortem concedentis, donec biennium effluxerit, quia concedens voluit, ut toto illo biennio duraret gratia. 35

Jurisdictio autem contentiosa delegata, donec concedens revocaverit, expirat morte concedentis re integra; non ita si res non sit ampliùs integra; idque desumitur ex *c. si delegatus de offic. deleg. in 6.* ubi textus considerat, rem non fuisse integram, ne potestas hæc coocessa periret morte concedentis, donec revocaretur, ut notat Covarruvias *lib. 3. variar. c. 15. n. 4. V. primum.* Cæterum quando dicitur, quòd potestas concessa ad beneplacitum dignitatis expiret per mortem concedentis, id intelligitur, quaodo dignitas est persona, & habet successorem. Unde si Legatus Pontificis concedat aliquid ad suæ dignitatis beneplacitum, extinguitur obitu legati, vel cessatione officij, quia tunc cessat ratio in *c. si gratiosè de rescript. in 6.* ubi dicitur, quòd dignitas oō pereat, siquidem dignitas Legati perit unà cum morte personæ, quapropter commissiones factæ Legato etiam à latere sub nomine dignitatis oon traosfeuot ad successorem, sed cum persona Legati extinguuntur: & ratio desumitur ex eo, quia dignitas Legati non est perpetua in ecclesia, sed ad nutum, & simplicem Pontificis voluntatem revocabilis: quapropter finita legatione oon dicitur vacare dignitas, nec in legato datur successor, sed semper de novo per Pontificem creatur: quâ ratione in *c. præsent. de offic. Legat. in 6.* deciditur, reservationes, & provisiones beneficiorum à Legato factas, & nondum effectum sortitas expirare finita legatione, nec transire 36

ad

ad successorem, ut docent Abbas in *cap. quoniam n. 11. de offic. deleg.* & ibi Felinus *num. 1.* Berojus *à num. 103. usque ad 105.* Imola in *clement. 2. n. 12. de rescript.* Dominicus *c. statutum in princ. n. 1. de rescript. in 6.*

37 Quòd si concessio fieret ad beneplacitum personæ, & dignitatis simul, quæ perpetua esset, tunc non concordant Authores, aliqui enim volunt præponderare tunc dignitatem, proinde eam concessionem non extingui per mortem concedentis, eò quia dignitas eadem maneat in successoribus, proinde donec concessio revocetur ab aliquo successore, intelligitur semper valere. Alij censent, præponderare nomen, quod præcedit, adeóque non perire, si nomen dignitatis præcedat, & in rescripto dicatur *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, & nostrum,* quia Sedes Apostolica, quæ præcedit, cùm non sit interitui obnoxia transit ad successores: secus est, si nomen personæ præcedat, ut si dicatur ad beneplacitum nostrum, & Sedis Apostolicæ: & ita docent Imola in *c. gratiosè de rescript. in 6.* & ibi Dominicus *n. 16.*

38 Mihi autem videtur procedendum cum distinctione, quia vel exprimitur utrumque nomen personæ, & dignitatis alternativè, ut *ad beneplacitum nostrum, vel Sedis Apostolicæ,* & tunc putârim, expirare concessionem per mortem concedentis, quia ex regula in alternativis *de regul. jur. in 6.* sufficit in alternativis, si altera pars impleatur: vel exprimitur utrumque nomen copulativè, & dicitur *ad beneplacitum nostrum, & Sedis Apostolicæ,* & tunc subdistinguo, quia vel expressio fit in materia, quæ consuevit transire in successorem, ut in officijs, quæ non expirant per mortem Pontificis; & tunc putârim non expirare concessionem factam copulativè: vel expressio fit in materia, quæ non consuevit transire, vel est indifferens; & tunc si gratia sit proprio motu concessa, non expirat ob amplissimam ejus interpretationem, siquidem gratia, quæ conceditur motu proprio, est amplissimè interpretanda. Sin verò non sit concessa motu proprio, tunc considerandum est quódnam nomen præcedat; si enim præcedat nomen dignitatis, cùm hæc non cessat, sed transeat ad successorem, nec gratia tunc cessat, donec à successore revocetur: sin verò præcedat nomen personæ, & dicatur ad beneplacitum nostrum, & Sedis Apostolicæ, quia persona est interitui obnoxia, unà cum persona extinguitur gratia, & hæc sententia, quam docet Dominicus in *d. c. gratiosè n. 16. V. posset,* est probabilior, & per ipsam aliæ quodammodo conciliari possunt.

39 Quid verò in specie dicendum sit de commissionibus dispensandi super impedimentis matrimonij, quæ in foro externo Ordinarijs committuntur, & in foro interno Confessarijs, probabilius putârim, hujusmodi cōmissiones dispensandi nō expirare per mortem concedentis, adeò ut mortuo Pontifice, adhuc possint executioni mandari, ut monet Hieronymus Paulus in *pract. Cancellar. tit. declarat super propon. seu voven. §. præstantissimè Doctor,* & docent Rebussus *de concord. tit. de mand. Apostol. §. 1. V. sub Pontificatu* Garcia *de benefic. p. 6. c. 2. n. 311. in terminis dispensationum* Mendol. ad *regul. 10. Cancellar. de annal. possess. q. 2. n. 4.* & id procedere etiam re integra, & desumitur ex *c. si cui nulla § secus de præbend. in 6.* quia tunc solùm gratia expirat morte concedentis, quando committitur concedenda, seu facienda, ut colligitur ex illis verbis, *si super provisione certa persona facienda sit data potestas,* quia provisio facienda non continet gratiam provisionis factæ; sicut etiam potestas respicit gratiam faciendam, siquidem respicit provisionem faciendam. Clariùs etiam desumitur ex *c. si super gratia de offic. deleg. in 6.* ubi dicitur: *Si super gratia, cuiquam ab Apostolica Sede facta Executores fuerint deputati, aquum esse censemus, ut sicut ipsa gratia (licèt nondum sit in ejus executione processum) morte non perimatur concedentis; sic nec etiam re integra perimitur Executoribus data potestas:* atqui in hujusmodi dispensationibus non committitur alicui potestas dispensandi, sed eligitur Executor, qui si preces veritate nitantur, mandat executioni dispensationem concessam, proinde continent gratiam jam factam.

Hinc Hieronymus Paulus *loc. cit. n. 4.* monet, plures Doctores non advertentes ad stylum Cancellariæ putare, mandata de faciendo, vel providendo continere gratiam faciendam, ac proinde non commiti meram executionem, cum tamen contineant gratiam jam factam: ratio itidem est, quia tunc tantùm gratia dicitur facienda, quando conceditur simplex facultas ad faciendum, & nullum jus est quæsitum parti: id autem non procedit in dispensationibus matrimonialibus, quia ante executionē tribuitur jus parti, ut desumitur ex solutione componendæ. Præterea hæ dispensationes super impedimentis matrimonij continent gratiam jam factam: quia non committitur Executori dispensatio; alioquin oporteret ad salvandam hanc commissionem, ut ei tribueretur facultas dispensandi; sed tantùm illi committitur executio dispensationis, si preces veritate nitantur, ex quo clarè deducitur, gratiam non concedi, ut faciendam, sed ut jam factam, & ut talem executioni mandandam, adeò ut sola executio committatur, ut etiam tenuit Rota coram Pegna *decis. 244. n. 3.* proinde subintrat communis regula, quòd non obstante morte concedentis executionis mandatum præsistat etiam re adhuc integra, & ita ferè communiter docent Canonistæ in *c. si super gratia de offic. deleg. in 6.* Geminian. *n. 1. & 4.* Archidiaconus *n. 1.* Francus *n. 4. V. & intellige.* Joannes Andreas *n. 1. V. in Glossa 2.* Ancharanus *n. 1.* Fedaricus de Senis *consil. 79.* Rota Romana *decis. 349. de offic. deleg. in novis.* 40

Idque firmari ex eo potest, quia gratia, quæ continetur in dispensatione est certa, ac determinata, seu singularis pro persona determinata, atqui id sufficit, ut gratia sit facta non facienda, quia stante tali determinatione, & singularitate est jam deducta ad esse, seu est facta; 41

& tantùm pro complemento exigit executionem, & ita docet Hieronymus Paulus in *pract. declarat. super propon. seu voven.* §. *præstantissime Doctor*, loquens de beneficio, quando Papa mandat provideri alicui certæ personæ de certo beneficio vacante, hoc idem etiam docent Rebuffus in *concord. reb. de mandat. Apostol.* §. *1. verb. fuit pacificatus.* Mendol. *ad regul. 10. Cancellar. q. 2. n. 4.* Henriquez *lib. 14. sum. c. 17. n. 7.* Garcia *de benefic. p. 6. c. 2. n. 300.*

42 Juvat observare cum Hieronymo Paulo, quòd quando in litteris gratiæ concessis in alicujus favorem Minister executurus est voluntarius, tunc gratia non intelligitur facta, sed facienda, proinde expirat re integra morte concedentis; dicitur autem executor voluntarius, quando illi non præcipitur, ut exequatur, sed tantùm conceditur facultas exequendi; non favore ipsius, sed illius, cui gratia est concedenda. Quando verò executor est necessarius, tunc intelligitur gratia jam facta, quæ proinde non perit morte concedentis etiam re integra: dicitur autem executor necessarius, qui jubetur exequi mediante purificata conditione, si preces veritate nitantur.

43 Ratio discriminis est, quia quando Executor est voluntarius, nemini est jus quæsitum per illas litteras, quia non quæritur de legato executuro, cùm in ejus favorem non sint concessæ, nec eius, cui gratia est facienda, cum id soli voluntati delegati relinquatur, an velit dispensare, vel non, proinde gratia adhuc est omnino, facienda, cùm in illam nulli liberè sit jus quæsitum. Secus quando Executor est necessarius, jus ad rem jam est acquisitum illi, in cujus favorem est gratia concessa, proinde dicitur jam facta respectu illius, & nihil amplius ad ejus complementum desideratur, quàm sola ejus executio per Commissarium facienda.

44 Idque colligitur ex *d. c. si cui nulla de praebend. in 6.* ubi textus explicans, quando gratia dicatur facienda ad eum finem, ut pereat morte concedentis re integra, ait: *Secus si super provisione certa persona facienda data sit potestas eidem non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam, vel favorem:* textus enim utitur verbo illo *potestas*, ut significet tunc Commissarium tantùm acquirere potestatem liberè conferendi gratiam, quæ proinde dicitur facienda, & non facta, quia Commissarius accipit tantùm potestatem, non verò præceptum exequendi. Neque obstant in textu verba illa, *mandatur provideri*, quia illud verbum *mandatur*, significat in illo loco, *committitur*, ut respondeant ultima primis, & consonet verbum illud *mandatur* cum verbo præcedente *potestas*. Quamobrem cùm in hisce dispensandi commissionibus non relinquatur voluntati Ordinarij, vel Confessarij concedere, vel denegare dispensationem, sed iisdem præcipiatur, ut dispensent purificata conditione, si preces veritate nitantur, gratia hæc non dicitur facienda, sed facta, quæ propterea non extinguitur obitu concedentis etiam re integra.

Rursus tria notanda sunt, primum est, quòd si committatur alicui aliquid faciendum erga determinatam aliquam personam, tunc in dubio commissio censetur facta in favorem illius personæ, & tunc gratiam non esse factam, sed faciendam, si executor gratiæ sit voluntarius; tunc enim non accipit mandatum exequendi, sed tantùm potestatem, quâ possit, si velit exequi, & quia potest non velle exequi, ideò gratia non dicitur facta, sed facienda: unde ex his, quæ præcesserunt, conjicitur, an sit gratia in favorem petentis concessa; & alleganti esse gratiam factam in favorem dispensaturi, non commissionem gratiæ faciendæ in favorem illius, cum quo dispensatur, incumbit onus id probandi, ut notat Joannes Andreas in *c. in causis n. 38. de elect.* 45

Secundò sive hujusmodi commissiones dispensandi dicantur gratiæ factæ, vel faciendæ, notandum est, quòd si Commissarius jam dispensaverit ad matrimonium, vel ordines, & antequam is, cum quo dispensatum est, utatur dispensatione, dispensans moriatur, non propterea extinguitur dispensatio, quia res tempore mortis non erat amplius integra. Et dispensatio, eo ipso, quòd semel est legitimè facta non amplius retractatur ex superveniente facto. Tertiò quòd dispensationes à Legato Apostolico, vel à summo Papæ Pœnitentiario expeditæ non expirant morte Papæ re integra, tametsi hæ dicantur gratiæ faciendæ, idque desumitur expressè de officio Legati, *ex c. Legatos de offic. legat. in 6* & de officio Pœnitentiarij in *clement. 2.* §. *ea tamen provisio. de elect.* 46

§. XVIII.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

Quæritur primò, an, si qui impetravit dispensationem, illi renuntiet, possit ampliùs illa eidem prodesse. Ratio dubitandi desumitur ex eo, quia quod semel placuit, ampliùs displicere non potest, ut habetur in *regul. quod semel 25. de reg. jur. in 6.* Tum quia is, quem pœnitet rei, si juri suo renuntiet, non ampliùs auditur, si illud alleget *c. prohibentur 2. q. 1. c. de his de accus. c. quàm periculosum 2. q. 1.* ubi Glossa allegans alios textus concordantes *cum c. quàm periculosum* infert, renuntiantem juri suo non posse ampliùs illud repetere. Tum quia quod semel ab aliquo repudiatum est, non potest ab eodem reintegrari *l. fin. C. de condit. infert* Verùm hi textus communiter intelliguntur de renuntiatione perfecta, & consummata, eò quia à superiore fuerit accepta; proinde respondendum est, quòd quamdiu superior non acceptaverit renuntiationem dispensationis, posse eum, qui illi renuntiavit, illâ uti, non obstante, quòd impetrationi contradixerit, vel post ejus assecutionem eidem renuntiaverit: ratio est, quia superior, quamdiu non acceptat renuntiatio- 1

nem

nem dispensationis præsumitur manere in eadem voluntate, ut dispensatio possit prodesse impetranti *l. cum qui. ff. de probat.* & desumitur etiam ex *c. litteris de procur. in 6.* ibi *licèt is, qui procurator constituitur ab absente dixerit præsentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quamdiu constituens in eadem persliterit voluntate, ipsum acceptare poterit, quandocunque placuerit.* Ex quo rextu inferunt Canonistæ cum Glossa *final. ibid.* Electum nolentem consentire electioni de se factæ posse mutatâ voluntate eandem acceptare persistentibus Electoribus in priore voluntate: hoc idem procedere de Judice delegato, & Arbitro, qui semel delegationem repudiavit, vel arbitrium, docant cum Glossa in *c. si tibi absenti de prabend. in 6* Ancharanus *ibid. num. 3. not. 8.* Francus *num. 12.* Dominic. *num. 16.* & alij docentes, dissentientem collationi beneficij sibi absenti factæ, posse re integra mutare voluntarem, & consentire, si conferens permaneat in aadem voluntate: ratio itidem ex eo petitur, quia quamdiu concedens persistir in voluntate concedendi, semper concedit facultarem, adeò ut sit in potestate impetrantis ea.u iterum acceptare: unde tametsi semel, & iterum eidem renuntiaverit, adhuc persistente concedente in voluntate eoncedendi impetrans rapudiatam pluries gratiam iterû acceprare porest, ac ea uti.

2 Tum quia vis dispensationis dependet à voluntate superioris concedentia, & acceptatione illius, cui eonceditur: proinde quandiu manet voluntas eoncedentis, aò quia renuntiationem nondum acceperir, potest is, eui conceditur, non obstante repetita renuntiatione, & contradictione eam acceptare. Tum quia res omnis, per quas causas nascitur, per easdem dissolvirur, & cùm ad dispensationem aequirendam requiratur voluntas concedentis, & acceptatio impetrantia, ita ad ejus destructionem utrumque desideratur, unde quamdiu concedens non acceptar dispensationis renuntiationem, potest is, cui eonceditur ea semper uti.

3 Id verò limitatur nisi dispensatio sit circa votum, vel juramentum, quia si dispensatione semel perfectè concessâ, is, cui conceditur, eidem renuntiaret, etiam per solum actum internum, non posser ampliùs ea uti, quia per talem renuntiationem ratum haberet prius vorum, proinde post renuntiationem iterum voverer, & obligaretur voro: & hõc est discrimen inter vinculum ortum ex voto, & aliis vinculia: quia alia vincula non potest sibi imponere is, cum quo in iisdem est dispensatum, nisi accedat authoritas superioris, proinde si superior semper perseveret in eadem voluntate concedendi dispensationem: potest is, cui fuit concessa semper illa uti, quamvis eidem antea renuntiaverit. Secus vinculum ortum ex voto potest, qui dispensationem impetrat, sibi imponere independenter ab aliena voluntate, si sit liber: proinde si semél dispensationi à voto renuntiaverit, tenctur iterum stare voto, quia talis renuntiatio est ratihabitio prioris voti, & quia hæc renuntiatio potest fieri solo actu interno, ideo potest etiam sola interna voluntate hoc vinculo iterum obligari Deo, & id præstat quoties deliberata volunrate eligir renuntiare dispensationi: eo enim ipso, quòd dicir volo renuntiare huic dispansationi à voto; perinde est, ac si dicat, volo redire ad priorem voti obligationem, seu volo iterum obligari eodem voto, quod beneficio dispensationis extinctum erat.

Quæritur secundò quisnam sit superior, qui possit legitimè acceptare renuntiationem dispensationis factam ab eo, qui eam petierat, & imperraverat. Aliqui censent, hunc superiorem esse ordinarium, seu Episcopum loci, vel Confessarium, cui Pontifex, vel supremus Pœnirentiarius commisit executionem dispensarionis cognitâ prius veritate precum: & nituntur quia licèt dispensatio dimanet à Sede Apostolica, execntio tamen sit ab Ordinario, vel Confessario. Præterea quia porest Episcopus acceptare renuntiationem beneficij, tametsi ejus collatio ad Pontificem pertineat: possunt enim hæc ad diversos superiores pertinere, ut notat Glossa in *clement. unic. V. conferantur in princ. de rer. permut.* & ibi Imola *num. 9.* Communior, & verior sententia, cui adhærendum puto, docet, eum tantùm esse superiorem legitimum in ordine ad acceptandam renuntiationem dispensationis, à quo dispensatio emanavit: ratio est, quia cùm valor talis dispensationis dependeat ab ejua voluntate, quamdiu superior in eadam voluetate perstiterir, potest is, cui eonceditur resilire, & superior aceeprare renunriationem. 4

Præterea, quia porestas Ordinarij, vel Confessarij limitata est ad cognoscendum de veritate precum, & ad exequendum non absolurè, sed condirionatè, si nimirum deprehenderir preces veritate niti, proinde cum eorum potestas restringatur tantùm ad cognoscendum de veritate precum, & ad exequandum si preces veritate nitantur non potest extendi ad acceptandam renuntiationem, ne Ordinarius, & Confessarius limires excedant potestatis sibi factæ. Prærerea quia is, cui ex privilegio, vel consuetudine incumbit conferre beneficium, non potest illius renuntiationem acceptare, sed tantùm is, cui de jure ordinario competit eollatio ejuadem beneficij, ur notar Rebuffua in *prax. benefi. num. 108.* hine qui beneficium impetravir à Papa, & quoad executionem accepir ab Episcopo, non potest illi renuntiare in manna Episcopi, sed resignatio facienda est summo Pontifici, quia Episcopus non fuit collator, sad tantùm axecuror collationis factæ à Papa, & cum solus Papa sit is, cui jure ordinario competir talis collatio, ideo renuntiatio est eidem facienda non Episcopo. 5

Quæritur tertiò, an ad valorem dispensationis necessaria sir scriptura, adeò ut dispensatio corruat, si nondum expeditis litteris concedens obeat, seu moriatur: Respondetur, ad substantiam, & valorem dispensationis non requiri essentialiter scripturam, sed sufficere, si concedens annuat dispensationi per verbum *fiat*, adeo ut valida, & perfecta sit in se quoad 6

substantiam, idque desumitur ex *clement. dudum. V. in quibus per ipsos de sepult.* ibi: *Universa privilegia, gratias, vel indulgentias verbo, seu scripto, seu quacunque forma*, & ex *c. Institutionis 25. q. 2.* ibi: *si qua scripto decrevimus, sive que in nostra prasentia videntur esse disposita*; ex quibus textibus clarè constat, ad substantiam, & valorem dispensationis, seu gratiæ sufficere voluntatem concedentis, sive hæc exprimatur scripto, sive verbo sine scripto; imò sufficit, si quæ conceduntur, disposita sint in præsentia concedentis. Præterea, quia gratia dicitur esse quædam donatio, de cujus ratione est, ut cùm primū fit, perfecta sit in se, tametsi nondū confectum sit instrumentum donationis, ut docent communiter Canonistæ cum Glossa *Clement. dudum V. verba de sepultur.* & Rebuffus in *c. postulâsti in Glossa V. retinere n. 21. de cleric. excommun. minist.* Molina Jurista *lib. 2. de primogen. c. 7. num. 55.* Mascardus *de probat. conclus. 845. num. 20.* ex quo deducitur, gratiam semel factam non expirare obitu eam concedentis, etiam ante expeditionem litterarum, quia cùm supponatur antecedenter ad illam expeditionem perfectè factam nihil amplius ad ejus valorem desideratur, ut docent Rebuffus in *prax. benefi. t. gratia ratione congruit. num. 2.* Molina *lib. 2. de primogen. c. 7. num. 57.* Decius *consil. 407. num. 17. vol. 3.* Hinc potest qui gratiam impetravit à Principe in foro conscientiæ eâ uti, quamvis litteræ nondum sint expeditæ, hoc autem procedit dummodo revera ea gratia sit in se perfecta, & quoad substantiam, & tantùm quoad probationem in foro externo indigeat scripturâ, tunc enim qui gratiam impetravit potest eâ uti in foro conscientiæ, quamvis in foro fori talia gratia ei non prosit, donec authenticè probet per scripturam fuisse eam sibi concessam, ut notat Rebuffus in *prax benefic. de signatura grat. in princ. n. 8.* & Mendos. in *regul. 27. Cancellar. q. 7. num. 4.*

7 Verum id limitatur, nisi gratia impetrata habeat annexam jurisdictionem, quia tunc non dicitur perfecta; nec post mortem concedentis duraret, nisi confectis litteris, quia jurisdictio est in ordine ad forum externum; proinde probanda est per litteras confectas super concessione jurisdictionis, hanc tamen limitationem non approbant communiter Canonistæ, eò quia nullo innititur jure. Bene tamen solet hoc alio modo limitari, ut intelligatur, dummodo gratia nil ampliùs desideret, quàm ipsam concessionem Principis, ut si sit de remittenda aliqua obligatione, vel de confirmando aliquo jam peracto: secus est, quando gratia est de aliquo postea faciendo, & quod sine privilegio non liceret, vel esset irritum, tunc enim non valere gratiam, nec virtute illius talem actum licitè, & validè posse fieri, nisi prius litteræ ejusdem gratiæ expeditæ sint, docent Baldus *l. falsus n. 21. C. de furt.* Molina *lib. 2. de primogen. c. 7. n. 57.*

8 Putârim tamen cum Molina Theologo *tom. 3. de justit. disput. 599. n. 4.* nec hanc limitationem esse admittendam, quia nullo nititur jure, & seclusis regulis Cancellariæ constat, esse validam etiam ad aliquid efficiendum, tametsi litteræ nondum sint confectæ: atqui regulæ Cancellariæ has gratias non irritant, sed tantùm exigunt expediri litteras, ut gratiæ impetratæ probentur in foro externo, ut notat Mascardus *de probat. conclus. 845. n. 21.* non enim dispensatio suffragatur in foro externo, nisi per expeditas litteras probetur; quando tamen hæ expediuntur, tunc dispensatio suffragatur non solùm à tempore expeditionis litterarum, sed etiam à puncto gratiæ concessæ, tametsi litteræ expediantur mortuo Papa, qui eas concessit nomine sequentis Pontificis in forma, quia gratia fuit concessa à Papa prædecessore, antequam obiret, & ab eo tempore ortita fuit suum valorem.

Cæterum si litteræ concedant jurisdictionem Judicibus, qui per eas deputantur, debent tunc necessariò expediri, antequam inchoetur judicium, adeò ut si hoc inchoetur concessa supplicatione, nondum tamen expeditia, & intimatis litteris, judicium sit nullius valoris, & desumitur *ex regul. Cancellar. de non judicando juxta formam supplicationis.* Tum quia exercitium jurisdictionis non acquiritur ante præsentationem litterarum, & quicquid ante fit, nullum acquirit valorem defectu jurisdictionis in Judice, ut notat Molina Jurista *de primogen. c. 7. num. 56.* Molina Theologus *tom. 3. de just. d. 599. n. 1.* 9

Quæritur quartò, an dispensatio valida sit, si causa tunc sit vera, quando Pontifex dispensationem committit; licèt antea, quando fuit Romam missum, preces veritate non niterentur? Ratio dubitandi desumitur ex eo, quia dolus nemini debet suffragari, & quando impetrans misit Romam pro dispensatione dolosè egit, eò quia inseruerit supplicationi causam falsam, licèt postea tempore, quo nuntius Romam venit, & præsentavit supplicationem, facta fuerit vera. Respondetur, talem dispensationem adhuc suum sortiri valorem, & ratio desumitur ex eo, quia ut docent Mascardus *de probat. conclus. 1128. num. 22.* Rebuffus *tom. 2. constit. reg. 1. de restit. in probat. num. 56. v. 14.* & communiter alij Canonistæ, veritatem causæ attendendam tantùm esse tempore concessionis Pontificiæ, nec tempus antecedens venire in considerationem. 10

Tum quia clausula illa in dispensationibus apposita, si preces veritate nitantur refertur ad illud tempus, quo Pontifex dispensationem concedit, siquidem Pontifex exigit veritatem precum, ne dispensatio deficiens à rectitudine, sit potiùs dissipatio, quam nullo modo intendit Pontifex: dummodo igitur causa, quæ inseritur supplicationi, vera sit tempore, quo Pontifex concedit dispensationem, sufficit, ut hæc suum sortiatur valorem, quia tunc purificatur conditio si preces veritate nitantur, proinde parum refert, si antea fuerit causa falsa, quia non est necesse, ut preces veritate nitantur, antequam Pontifex concedat dispensationem: alioquin debuisset antecedenter causa fuisse vera. 11

Neque

Naque obstat, quòd si Pontifex scivisset,
12 fraudem, quando orator misit Romam pro dispensatione, eam non concessisset: quia taciturnitas veri, vel expressio falsi extrinseci non conferentia ad substantiam dispensationis illam non vitiat, quamvis Princeps veritate cognitâ non dispensaret, & talis est veritas causæ pro tempore præterito.

13 Duo enim sunt genera qualitatum, quæ cognitæ à Principe ipsum omnino averterent à concessione: aliæ sunt qualitates extrinsecæ non spectantes ad id, ad quod de jure est opus dispensatione, & hujusmodi qualitates non sunt necessariò explicandæ, neque earum taciturnitas reddit dispensationem subreptitiam, tametsi iis expressis Princeps non concederet: & hujusmodi causæ non possunt in rei veritate dici impulsivæ, nec finales dispensationis, proinde si reticeantur, adhuc dispensatio est valida, quia taciturnitas veri non contingit circa ea, quæ dispensantur à Pontifice; quia quæ Pontifex concedit, vera sunt eo tempore, quo ab ipso conceduntur. Aliæ sunt qualitates intrinsecæ pertinentes ad dispensationem obtinendam, & tunc corruit dispensatio tacita veritate, quâ cognitâ Princeps eam non concessisset, ut contingeret, si tempore, quo Pontifex legit supplicationem preces veritate non niterentur ob causam falsam eidam insertam.

14 Quid verò dicendum, si preces veritate niterentur eo tempore, quo missum est Romam pro impetranda dispensatione, & postea tempora subsequenti causa supplicationi inserta sit falsa.

15 Respondetur, dispensationem esse subreptitiam, quia ad ejus valorem requiritur, ut tempore concessionis preces veritate nitantur. Idque desumitur ex *c. si eo tempore de rescript. in 6.* ubi deciditur, eum, qui provideri mandatur de beneficio curato, non posse illud consequi, si tempore datæ non sit legitimæ ætatis, quamvis tempore collationis, eam ætatem attigerit, in textu enim affertur ratio hæc *cùm tempore datæ non esset idoneus*: ex quo inferunt Canonistæ, veritatem causæ, tunc esse necessariam ad valorem dispensationis, quando Pontifex eam concedit, quia clausula illa, si preces veritate nitantur referuntur ad tempus, quo Pontifex dispensationem concedit, siquidem solus Pontifex est, qui dispensationem concedit, proinde preces debent illi esse propositæ, ut veræ: & non dicuntur illi propositæ ut veræ, si tantùm tempore præcedente, vel subsequente verificentur, quia debant veræ esse, quando exhibentur Pontifici, & Pontifex eas legit, vel audit. Et ita docent Ostiensis in *c. quia circa de consang. paulò post princ. V. ingressa*, & ibi Abbas *num. 4.* Alexandar de Nevo *num. 4.* Guttierez *quæst. canon. lib. 2. c. 15. num. 121.* Quamobrem executores dispensationum Apostolicarum debent cautè procedere, ac diligenter inspicere tempus datæ, & examinare, an tunc causa supplicationi inserta vera fuerit; id enim omnino necessarium est, ne dispensatio sit subreptitia.

16 Quæritur quintò, an dispensatio valida sit, si causa supplicationi inserta vera fuit tempore, quo Pontifex dispensavit, & postea fuit falsa tempore, quo dispensatio debuit executioni mandari, ut si Lucretia pro causa obtinandæ dispensationis allegavit defectum dotis competentis, & verè tunc quando Pontifex gratiam concessit paupar erat; & postea antequam Ordinarius dispensationem exequatur, facta sit dives, vel comparaverit sibi dotam sufficientem; an tunc valor dispensationis corruat, eò quia ejus causa tempore executionis non verificetur: siquidem in dispensatione adducitur, pro causa dispensationis obtinendæ defectus dotis competentis, quæ causa licèt vera fuerit, tunc quando Pontifex dispensavit, non tamen amplius verificatur tempore, quo Commissarius debet executioni mandare talem dispensationem. Ad hanc quæstionem respondetur cum distinctione, vel enim causa, quæ tempore concessionis fuit vera, & tempore executionis est falsa, erat tantùm impulsiva, & tunc quamvis postea non verificetur tempore executionis, adhuc dispensatio est valida, ut docent Covarruvias *lib. 1. variar. c. 20. num. 5. V. his ita breviter.* Tiraquel *tract. cessante limit. 1. n. 18.* Ripa *l. ex facto n. 15. V. & si replicaveris ff de vulgar.* Quòd si causa, quæ à principio, seu tempore concessionis fuit vera, & tempore executionis falsa sit finalis, tunc est subdistinguendum, vel enim falsificatur omnino, & totaliter tempore executionis, adeò ut si Princeps supponeret ejus falsitatem non concederet dispensationem, & tunc dispensatio non est valida; quia tunc executio dispensationis est contra mentem concedentis: sin verò causa finalis dispensationis non omnino cessat, sed adhuc aliquæ illius reliquiæ perseverent, tunc commissarius validè exequitur dispensationem; ratio est, quia in moralibus non requiritur eadem causa, ut primò fiat aliquod opus, & ut permaneat postquam factum est: hinc minor causa desideratur ad licitum usum concessionis, quàm ad ipsam concessionem: siquidem faciliùs quis ab obtinendo reijcitur, quàm ab obtento *c. super his de accusat.*

Tum quia decet, Principis beneficium permansurum, in quantum fieri potest, ut notat 17
Glossa *regula decet de reg. jur. in 6.* unde quoties causa finalis dispensationis non cessat omni ex parte, & totaliter, sed perseverat quoad aliquam sui partem, executio est legitima, & dispensatio valida quoad effectum. Tum quia nec ipsa lex cessat, quando non omnino ejus causa finalis cessavit, ut docet Tiraquel *tract. cessante causa limit. 17. num. 1. & sequent.* Tum quia id videtur expedire bono communi ad removendos scrupulos, & ut beneficium Principis, quod decet esse mansurum, non facilè corruat. Quinimò etiam in dubio, an omnino cessaverit causa dispensationis judicandum est in favorem dispensationis, & ejus valoris, quia stat possessio pro ipsa, ubi semel valida fuit, quapropter non debet privari suo valore, quamdiu non constat, ejus causam cessâsse.

Quæritur sextò, an virtute litterarum con- 18
tinantium facultatem dispensandi, debeat di-

spen-

ſpenſatio fieri in ſacramento confeſſionis? Reſpondet Perez *de matrim. diſput. 48. ſeſſ. 5. n. 13.* negativè, & nititur, quia ſi Pœnitentiarius committens has diſpenſationes vellet, ut neceſſariò præmitteretur confeſſio ſacramentalis id explicaſſet: atqui in expeditione litterarum, nec nullum reperitur verbum, quod id exprimat per modum conditionis, proinde non requiritur, ut diſpenſatio fiat in ſacramento confeſſionis. Neque obſtat, quòd ponatur ablativus abſolutus *injunctâ ſalutari pœnitentiâ*, quia talis ablativus non jungitur facultati diſpenſandi, ſed abſolutioni ſacramentali. Tum quia ille alius ablativus abſolutus *auditis confeſſionibus* refertur ad abſolutionem ſacramentalem à peccatis, & exaquendi diſpenſationem: ſiquidem primum jura divino exigit præviam confeſſionem, non ſecundum, quod nullo jure eam petit, nec ullam cum illa connexionem habet.

19 Verùm hæc ſententia hodie non poteſt ampliùs ſubſiſtere, quia in Brevibus, quæ in ſacra Pœnitentiaria expediuntur, apponi ſolent hæc verba, *quatenus auditâ ſacramentali confeſſione:* vel in ipſo actu ſacramentalis confeſſionis tantùm, nec aliter, nec alio modo, ut notat Eſcobar in *theolog. moral. tract. 1. exam. 16. c. 4. num 224.* & Theſaurus *in praxi pœnitentiar. de pœn. p. 1. c. 21.* unde abſolutè dicendum eſt, virtute litterarum continentium facultatem diſpenſandi debere diſpenſationem fieri in ſacramento confeſſionis, quia facultas conceſſa Confeſſariis per bravia, ſeu Bullas majoris Pœnitentiarij non eſt libera, ut poſſit Confeſſarius ea ad ſuum beneplacitum uti, tam in confeſſione ſacramentali, quàm extra illam: ſed eſt adeo limitata, ut nonniſi in ſacramentali confeſſione poſſit ea uti, & ſi ſecus faciat, diſpenſatio ſit nulla, eò quia ejus Executor limites excedat ſui mandati, ſunt enim fines hujuſmodi diligenter obſervandi etiam in nominibus, præſertim quando ſcimus in ſubſtantialibus *l. diligenter. 5. ff. mandati.* ſiquidem quando poteſtas alicui tribuitur reſpectu certæ qualitatis, quidquid extra illam fit, nullius eſt valoris defectu poteſtatis, ut notat Felinus in *c. cùm ordinem de reſcript.* unde cùm poteſtas in brevibus majoris Pœnitentiarij Confeſſariis ſit reſtricta intra limites ſacramentalis confeſſionis, ut patet ex verbis inſertis Bullæ, quidquid agitur extra ſacramentalem confeſſionem eſt nullius valoris, ex quo liquet, Confeſſarios non poſſe uti facultate diſpenſandi extra ſacramentum confeſſionis, adeò ut debeat priùs audire ſacramentalem confeſſionem Oratoris, ſeu illius, cum quo debet diſpenſare, & poſtea exercere juriſdictionem ſibi delegatam, & ſi id non ſervet, diſpenſatio non eſt valida; quia ſicut Judex excedens ſuum officium, non agit ut Judex, ſed ut privatus, & illi impunè non paretur, ut notat Gloſſa in *l. non videtur 123. § qui juſſa ff. de regul. jur.* ita Confeſſarius, ſi excedat ſuum officium, ſeu non auditâ ſacramentali confeſſione, non agit ut Confeſſarius, proinde diſpenſatio, quæ tantùm committitur confeſſario, non ſortitur ſuum valorem, quia confeſſarius dicitur correlativè ad ſacramentalem confeſſionem.

20 Neque obſtat fundamentum, quo nititur Perez, quia illud ablativum abſolutum poſitum in Bulla *auditâ ſacramentali confeſſione* importat conditionem, ſine qua non ſufficit conceſſa talis facultas Confeſſario, ut liquet ex ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ officij in materiis, quæ committuntur Confeſſariis: idque eſt adeo verum, ut ſi Confeſſarius petat à majori Pœnitentiario facultatem exercendam extra confeſſionem, ſoleat hæc illi denegari, ex quo liquet, talem facultatem diſpenſandi non habere vires niſi exerceatur in ipſa ſacramentali confeſſione. Tum quia facultas hæc diſpenſandi committitur Confeſſario, ut Judici in foro interno conſcientiæ, & Confeſſarius non eſt Judex in foro interno niſi auditâ ſacramentali confeſſione, conſequenter non poteſt facultatem diſpenſandi exequi, niſi audita priùs ſacramentali confeſſiona.

21 Quæritur ſeptimò, quomodo intelligenda ſit inſerta clauſula diſpenſationi ſuper impedimento matrimonij, *dummodo impedimentum inde proveniens occultum ſit?* Reſpondetur, dupliciter poſſe aliquid occultum eſſe. Primò ut diſtinguatur à publico, in quo ſenſu, licèt impedimentum aliquibus innoteſcat, à quibus probari poſſit, adhùc dicitur occultum, eò quia non ſit publicum. Secundò dicitur occultum, eò quia non innotaſcat ſufficientibus teſtibus, vel aliis illud ſcientibus, à quibus probari poſſit. Tunc verò dicitur publicum, & non occultum, quando eſt publicum non ſolùm in civitate, ſed etiam in majore parte Viciniæ, Collegij, Monaſterij, vel Parochiæ, dummodo ſaltem decem perſonæ inveniantur, in quovis ex præfatis communitatibus, in quibus id publicum ſit. Rurſus ſi impedimentum oriatur ex copula cenſent aliqui, adhuc eſſe occultum, ſi copula tantùm ſit publica in ratione copulæ, non verò ſi ſit publica in ratione impedimenti; hoc eſt; quod licèt nota ſit copula, non tamen notum ſit, ex illa oriri impedimentum dirimens matrimonium, quia non dicitur delictum publicum, ſi tantùm ejus actus ſit materialiter publicus; niſi ſit etiam formaliter publicus, hoc eſt in ratione delicti, quia qualitas adjuncta verbo, eſt intelligenda ſecundùm ejus qualitatem *l. in delictis §. 1. ff. de noxalibus.*

22 Verùm ſi hoc impedimentum deductum ſit in forum contentioſum non dicitur ampliùs occultum, nec pertinet ad forum internum, ſed ſolùm ad externum, in quo caſu Papa non vult, ut diſpenſatio concedatur, niſi fortaſſis pœnitens deductus ad forum externum, fuerit ibi jam abſolutus, quia in tali caſu crimen dicitur occultum, ut docet Suarez *de cenſuris. diſp. 41. ſect. 2.* Imò id procedit, quamvis ſe falſis teſtibus defenderit, quia id non tollit, quin crimen maneat occultum; ſiquidem non amiſit famam cum per ſententiam in foro externo eam recuperaverit, ac fuerit declaratus innocens, quod tamen procedit, dummodo contra ipſum non adſit ſemiplena probatio, quia crimen poſitum

in

in foro externo cum semiplena probatione, tametsi absolvatur; adhuc ex illo oritur infamia; proinde non potest ampliùs dici occultum, ut notat Suarez *loc. cit. n. 6.*

18 Quamobrem ad quæsitum respondetur, clausulam insertam dispensationi, *dummodo impedimentum proveniens sit occultum*, esse intelligendam de impedimento occulto in ratione impedimenti, quia Pontifex loquitur de impedimento formaliter, & quatenus est formaliter impedimentum, proinde sufficit, si sit occultum ut impedimentum; tametsi fortassis, ut delictum innotesceret. Quamobrem debet ita esse occultum in ratione impedimenti, ut non possit dici publicum, modo superiùs explicato, nec deductum ad forum externum: quia eo ipso quod deducitur ad tale forum non est amplius occultum, nisi fortâssis orator declaretur innocens; quia tunc cessat infamia, & impedimentum in tali foro: sin verò contra ipsum fuit in illo foro externo semiplena probatio, quia hæc sufficit ad incurrendam infamiam, non dicitur ampliùs crimen occultum.

19 Quæritur octavò, quomodo intelligenda sit clausula inserta dispensationibus emanatis à pœnitentiaria, & quæ continet qualitates personæ, cui ejus executio delegatur, éstque: *discreto viro Magistro in Theologia, & Confessario ex approbatis*, ex qua clausula constat, duas in delegato requiri qualitates, quarum prima est, ut sit doctus in jure canonico, vel Magister in Theologia; quod idem est, ac in eadem Doctor: siquidem in aliquibus Universitatibus promoti ad doctoratū in Theologia vocantur Magistri, & in aliis doctores. Secunda est, ut Doctor iste in jure canonico, vel Magister in Thaologia, sit Confessarius approbatus ab Ordinario. Respondetur, quoad primam qualitatem, non sufficere, si sit Doctor in solo jure Cæsareo, quia clausula expresè exigit, ut sit Doctor in jure canonico; imò qui nondum asset gradum doctoratûs assecutus, tametsi publicè in aliqua Academia Theologiam, vel jus canonicum doceret, adhuc non posset esse Executor harum dispensationum, tametsi tales ita docentes vocentur etiam Doctores *l. Medicos. in fin. C. de Professor. & de Medicis. l. 10.* ratio est, quia Pontifex expresè exigit, ut Executores harum dispensationum sint gradum doctoratus, vel Magisterij assecuti: etenim in communi loquendi modo hi tantùm vocantur doctores, aut Magistri, nec supremus Pœnitentiarius has dispensationes aliis committit, nisi solis insignitis hoc gradu: alij enim docentes nonnisi impropriè vocantur Doctores. Præterea quia si sub illo nomine vellet publicè docentes, comprehendere, eos vocaret in utraque facultate Magistros, cùm igitur distinguat Doctorem in jure canonico, & Magistrum in Theologia colligitur hæc duo verba Doctoris, & Magistri pertinere ad gradum in iisdem facultatibus.

20 Idque etiam desumitur ex *c. statutum. de rescript. in 6.* ubi cavetur, ne commissiones in foro externo à Pontifice, vel ejus Legato emanantes fiant, seu concedantur, nisi personis in dignitate constitutis; quia tales esse decet Delegatos Papæ, proinde vult sacra Pœnitentiaria, ut ejus Delegati sint in hac dignitate, seu ad gradus Doctoratus in jure canonico, vel sacra Theologia promoti. Hinc promoti ad gradum licentiatus in hisce facultatibus nequeunt Executores esse harum dispensationum, quia expresè requiritur promotio ad gradum Doctoratus, vel Magisterij ratione dignitatis in iis gradibus repertæ: quæ autem ratione dignitatis Doctoribus conceduntur, non extenduntur ad licentiatos in jure canonico, & sacra Theologia.

Neque obstat, promotos ad gradum licentiatûs esse in potentia propinqua actui, proinde videri existere in ipso actu *l. penult. ff. de milit. testam.* & propterea licentiatos nomine Doctorum in favorabilibus comprehendi, ut docet Baldus *l. 1. § dotis. num. 9. ff. solut. matrim.* quia ut rectè notat Ripa *l. Centurio. n. 18. ff de vulgar.* cùm dicitur, licentiatos in favorabilibus comprehendi nomine Doctorum, id intelligitur quoad privilegia concessa Doctoribus ratione exercitij; non ita quoad concessa ratione dignitatis Doctoratûs: unde Romanus *consil. 333. num. 10.* notat, Licentiatos non posse uti prærogativâ Doctorum, eò quia potior sit, qui actu constitutus est in dignitate Doctoratûs, quàm qui facultatem habet, ut in ea constituatur, ut est licentiatus *l. 1. C. de consulibus lib. 12.* 21

Ex privilegio tamen Gregorij XIII. possunt has dispensationes exequi Patres societatis Jesu, dummodo sint approbati ab Ordinario ante earundem expeditionem, vel executionem, ut etiam Patres Theatini ex Bulla Gregorij XIV. & alij Religiosi mendicantes, qui tamen debent specialem habere facultatem ad talem executionem, alioquin dispensatio nullius esset valoris. Quòd verò ad secundam attinet qualitatem, quæ est, ut doctor in jure canonico, vel Magister in Theologia sit Confessarius ab Ordinario approbatus, Plures docent sufficere, si fuerit approbatus ab Ordinario, quamvis postea occultè revocata esset licentia superioris pro audiendis confessionibus, ita tamen ut hæc revocatio ab aliis ignoretur, etiam ab ipso confessario, quia si de illa ipsi, & aliis constaret, non posset esse executor; secundò non sufficere, si sit approbatus ab aliqua Academia, sed requiri, ut approbatio sit ab Ordinario. 22

Quid verò dicendum sit, si Confessarius sit approbatus ab Ordinario ad audiendas confessiones virorum tantùm, & non mulierum, vel è contra; idque ratione ætatis juvenilis, non defectu scientiæ: putârim non posse hunc exequi litteras majoris Pœnitentiarij, nisi in favorem earum personarum, ad quarum confessiones audiendas fuit ab Ordinario admissus, ut rectè docet Suarez *tom. 4. de pænit. disp. 27. sect. 7. num. 3.* & ratio ex eo petitur, quia major Pœnitentiarius sequitur simpliciter approbationem Ordinarij; proinde præsupponit in Executore suarum litterarum eam jurisdictionem ipsi ab Ordinario traditam ad sacramentales confessiones audiendas: atqui si litteræ dispensationum sint in favorem alicujus mulieris, ad cujus sacramen- 23

cramentalem confessionem audiendam non fuerit Confessarius approbatus, caret hic jurisdictione respectu ejusdem fœminæ, consequenter non potest esse executor dispensationis circa illam, quia supremus Pœnitentiarius præsupponit in Executore jurisdictionem eidem traditam ab Ordinario, proinde sicut fuit exclusus per Ordinarium ab audiendis confessionibus mulierum, ita etiam excluditur à majori Pœnitentiario, qui sequitur simpliciter appropationem Ordinarij.

24 Tum quia major Pœnitentiarius non intendit magis habilitare talem Confessarium, quàm fuerit approbatus ab Ordinario, à quo cùm fuerit approbatus cum limitatione quoad viros tantùm, ita etiam à majori Pœnitentiario approbatur tantùm ad exequendas dispensationes pro viris tantùm. Idque etiam desumitur ex iisdem litteris emanatis à Pœnitentiaria, in quibus nulla reperitur ampliatio, ex qua colligi possit approbatio ei facta à majori Pœnitentiario.

25 Quòd si dicas, in litteris Pœnitentiariæ poni verba illa, *ut sit Confessarius ex approbatis*: quæ verba verificantur de approbato etiam cum limitatione ad audiendas solas confessiones virorum: siquidem verba simpliciter prolata, sunt simpliciter intelligenda, & non cum limitatione.

26 Contra est, quia verba illa *ex approbatis* intelliguntur de simpliciter approbatis, & non de limitatè tantùm approbatis: siquidem propositiones simpliciter admissæ excludunt limitationes: qui verò est approbatus ad audiendas confessiones virorum tantùm, non est simpliciter approbatus, hoc est quoad omnes simpliciter, sive sint mares, sive fœminæ; sed tantùm cum limitatione ad solos mares, proinde talis approbatio quoad pœnitentes non est totalis, sed tantùm partialis, cùm se extendat ad unam duntaxat partem, non ad aliam: qui verò est simpliciter approbatus est talis quoad omnes, & ejus approbatio est totalis. Hinc verba simpliter prolata sunt simpliciter quidem intelligenda, nisi tamen materia, de qua proferuntur, excludat illam generalitatem, vel nisi contrarium constet de intentione proferentis.

27 Quæritur nonò, quomodo intelligenda sit clausula illa inserta dispensationi, & est causa, ob quam solet dispensatio concedi: estque *propter periculum incontinentiæ*: solet enim in dispensationibus voti castitatis, & religionis pro foro conscientiæ adhiberi pro causa dispensandi periculum incontinentiæ ob urgentes stimulos carnis, quos petens dispensationem patitur.

28 Quæritur quales esse debeant hujusmodi stimuli? Respondetur, non sufficere quascunque carnis tentationes, nec quodcunque periculum lapsûs in easdem, ut adjecta clausula verificetur, neque sufficere timorem unius, vel alterius lapsus; sed requiri magnum, & urgens periculum frequentis lapsus, adeò ut dici possit, quòd persona vivat incontinenter, idque desumitur ex verbis clausulæ: *continenter vivere posse non sperat*, quæ significant habitum vivendi incontinenter. Desumitur etiam ex illis verbis, quæ inseruntur litteris, *quatenus si ita esset, & Oratorem stimulis carnis, adeò agitatum, ut maximè dubitet continere posse: & propterea de illius incontinentia probabiliter timendum sit*, ex quibus verbis conijcitur, periculum debere maximum, & valdè urgens esse, adeò ut pati graves carnis stimulos, & periculum unius, vel alterius lapsus, non sit justa causa dispensandi in hisce votis castitatis, vel religionis.

Notandum tamen est, non requiri, hoc periculum procedere ex mera fragilitate, sed sufficere, si ex illa, vel ex pravo habitu oriatur, quia cum litteræ majoris Pœnitentiarij non distinguant, nec nos debemus distinguere, ex qua causa periculum oriatur. Causa igitur dispensandi, ut vera sit, & justa, debet esse de periculo incontinentiæ frequentioris; adeò ut timor unius, vel alterius lapsus non sufficiat, sed requiratur maximum, & urgens periculum frequentioris lapsus, ut Orator dici possit vivere incontinenter. 29

Quæritur decimò, quomodo intelligenda sit clausula inserta litteris dispensationum, quâ injungitur Executori, ut diligenter Oratorem examinet: clausula enim ita sonat: *Si ita esse per diligentem oratoris examinationem, & post monita, & consilia opportuna inveneris*: ex qua clausula liquet, injungi Confessario, ut diligenter examinet veritatem precum, non receptis testibus, sed ipso solo, cum quo dispensaturus est, examinato, quia in clausula ponuntur verba illa *per diligentem Oratoris examinationem*: & ratio petitur ex eo, quia cùm hæc facultas dispensandi committatur in solo secretissimo foro conscientiæ, debet accomodari legibus ejusdem fori: sunt autem hæ leges, ut confessioni pœnitentis integra fides habeatur; proinde non est petendum juramentum de veritate dicenda, sicut Confessarius illud non exigit, quando pœnitens in sacramentali confessione sua aperit peccata, sed tunc absolutio est omnino ferenda juxta pœnitentis confessionem: sicut Confessarius tenetur judicium ferre juxta pœnitentis confessionem; ita, & eum absolvere. Sin verò Confessarius aliunde quàm ex confessionis sacramento sciret allegatas preces in tali dispensatione esse falsas, vel tacitam veritatem esse necessariò explicandam, non deberet tunc dispensare, tametsi pœnitens eas assereret veras. 30

An verò, si confessarius non præmisso examine Oratoris litteras pœnitentiariæ exequeretur, esset dispensatio valida. Respondetur negativè, quia hoc examen requiritur pro forma executionis, proinde est omnino necessarium; & eo non præmisso quamvis veritas causæ subsisteret, dispensatio nullius esset valoris, ut notat Basilius Pontius *lib. 8. de matrim. c. 21. num. 16.* & ratio petitur ex eo, quia expressio in litteris hujus conditionis præmittendi examen, habetur alio modo, ac in jure communi; proinde inducit formam, etenim in jure commoni tantùm habetur illa conditio purificanda, si preces veritate nitantur: litteris verò hisce Pœnitentiariæ 31

tiariæ

nariæ additur, si par diligentam examinationam invaneris sic esse, seu preces veritate niti, unde hæc clausula præmittendi examen importat formã, sine qua executio dispensationis esset informis, & nullius valoris, quamvis precea veritata nitarantur, quia longè diversa sunt hæc duo : *si ita est*, *vel si preces veritate nitantur*, *dispensa*, & hoc aliud, in quo dicitur : *Si per diligentem examinationem inveneris ita esse*, *aut preces veritate niti*, *dispensa*. Siquidam priora verba intelliguntur, ut in jura communi, proinde eorum expressio non inducit formam, nec conditionem; per posteriora autem verba, cùm alio modo fiat expressio, quàm jure inerat, inducitur forma, quâ non servatâ executio est nulla, atenim jura tantùm inest, si preces veritata nitantur, & in prædicta clausula dicitur : si per diligantem examinationem inveneris ita esse, seu precea veritata niti.

32 Quia verò in præfata clausula etiam ponuntur verba illa : *post monita*, *& consilia opportuna illi præstita inveneris*, dubitatur, quænam monita ac consilia inducant formam. Respondetur, aa verba non inducere formam; sed solùm quandam instructionem Confessarij, ut instruatur, quomodo debeat se gerere, cum illo, cui dispensatur : sunt anim consilia, & monita, quibus eum monet, eum quo dispensandum est, ut sincerè veritatem explicet, significando eidam, quantum intersit, ne valore frustretur dispensationis : tum quia in clausula dicitur : *Si ita esse post monita*, *& consilia opportuna illi præstita inveneris* : ubi monita, & consilia opportuna jongantur cum intentione veritatis : atqui ad veritatis intentionem ex confessione accipiendæ, nullum aliud est consilium opportunius, quia eo ipso, quòd quis sacramentaliter confitetur scit, quantum ipsius intersit vera dicere. Si igitur hæc omnia præmittantur executio dispensationis facta à Confessario suum sortitur valorem; neque obstat, Tridentinam Synodum *sess. 22. q. 5. de refor.* asserere, dispensationes Pontificias non valere nisi præsententur Ordinario illius, qui eas impetravit : quia Concilium loquitur tantùm de dispensationibus fori externi, non verò de his, quæ sunt fori interni.

33 Quæritur undecimò, quomodo sit intelligenda clausula infetta litteris dispensationum in ordine ad confessiones, & alias pœnitentias injungendas; ponitur enim hæc clausula : *Eundem à mutatione propositi absolvas hac vice in forma ecclesiæ consueta injuncta ei pœnitentia salutari.* inseritur hæc eadem clausula dispensationi in voto religionis, & castitatis, quæ verò sit hæc absolutio à mutatione propositi, & qualis pœnitentia injungenda? Respondetur, hanc absolutionem esse in sacramentali confessione faciendam, adeò ut ad executionem hujus dispensationis requiratur prævia sacramentalis confessio illius, cum quo est dispensandum, & ratio desumitur ex eo, quia in litteris requiritur, ut executor sit Confessarius approbatus ab Ordinario, & ipsi injungitur, ut eum absolvat hac vice in forma consueta ecclesiæ, injuncta etiam salutari pœnitentia: hæc autem nonnisi sacramentali confessioni accommodari possunt.

Tum quia in fine harum litterarum dicitur, 34 eas pro solo conscientiæ foro concedi; hinc sicut dispensationes concessæ pro foro externo expediuntur juxta terminos illius fori, ita concessæ pro foro conscientiæ expediuntur juxta legem hujus fori, quæ est, ut audiatur sacramentalis confessio. Demum quia hujusmodi dispensationes committuntur confessario, ut Judici in foro interno, & confessarius nonnisi in foro conscientiæ auditâ sacramentali confessione absolvit ut Judex in tali foro : hæc sententia mihi videtur valde probabilis, eique propterea adhærendum, quamvis alij censeant, præfatam clausulam non importare absolutionem sacramentalem, eò quia nullam includat particulam, quæ denotet conditionem; nec ablativum absolutum; quia ille ablativus absolutus injunctâ pœnitentiâ salutari non jungitur facultati dispensandi, sed absolutioni sacramentali.

Verùm quia executio harum dispensationum committitur Confessario non simpliciter, 35 sed ut est Judex in foro interno, & non sit talis, nisi audiat sacramentalem confessionem, ideo clausula debat intelligi de absolutione sacramentali. Tum quia licèt in solo sacramento Confessarius sit Judex in foro pœnitentiæ; & in foro conscientiæ possit Judex, etiam extra sacramentum solvere, quoties ratione Bullæ, vel alterius privilegij absolvit extra confessionem ab excommunicatione in foro conscientiæ.

Nihilominus mihi videtur probabiliùs executionem talis dispensationis committi Confessario, ut Judici in foro pœnitentiæ, quia in clausula adijciuntur verba illa : *injuncta ei pœnitentia salutari*. 36

Qualis verò debeat esse hæc pœnitentia injungenda, conveniunt ferè omnes, teneri primò Confessarium injungere aliquas confessiones statis temporibus faciendas, imò & aliqua perpetua opera pœnitentiæ, quorum aliqua sint quotidie exercenda : id enim injungitur in litteris majoris Pœnitentiarij. 37

Secundò docent, hoc non obstante committi arbitrio Confessarij quantitatem aliorum operum pœnitentiæ, pietatis, præter ea, quæ quotidie facienda jubetur imponere. 38

Tertiò circa confessionem menstruam injungendam relinquitur arbitrio Confessarij, ut possit esse bimestris, si id exigat status pœnitentis occupati, vel aliter impediti. Idque etiam desumitur ex verbis clausulæ de confessione menstrua, quia ibi dicitur ; *Vel quoties tibi videbitur.* 39

Quartò teneri pœnitentem satisfacere pœnitentiæ sibi injunctæ, & sufficere, si quovis mense confiteatur, tametsi ab una ad aliam confessionem effluxerint quasi duo menses, eò quia prima confessio facta sit prima die Decembris, & secunda ultimâ die Januarij mensis sequentis, quia computantur confessiones menstruæ juxta menses, non verò juxta dies : quin imò in mense paschatis non tenetur bis confiteri, semel, ut satisfaciat ecclesiæ, & iterum pœnitentiæ: quia 40

supremus Pœnitentiarius novit fore, ut in aliquo illorum mensium, incidiet præceptum ecclesiæ, proinde tunc unica confessione satisfacit utrique.

41 Quod verò ad alia opera pietatis, & pœnitentiæ spectet veriant Doctores, & consultiùs id remittitur arbitrio prudentis Confessarij. Cæterum in particulari, quando dispensendum est in voto castitatis, jubet summus Pœnitentiarius, ut injungantur aliqua opere pietatis quotidie implenda : possunt tamen esse quæcunque opera misericordiæ, ut memor sit prioris voti : imò etiam recitare quinquies singulis diebus orationem dominicam, & salutationem angelicam, cum Symbolo Apostolorum.

42 Quæritur duodecimò, quomodo intelligende sit clausula, quæ inseritur omnibus dispensationibus fori conscientiæ, & est : *Ut dispensatio hæc prosit in solo foro conscientiæ :* Respondetur, hanc clausulam esse intelligendam de impedimento occulto, ut quando dispensatur ad matrimonium ineundum ob occultum præcedentem affinitatem ex incestu, & tunc apponitur etiam clausula legitimationis prolis suscipiendæ verbis illis : *Dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nuntiando, in foro conscientia tantùm.* Quòd si dispensetur, ut matrimonium irritum ob impedimentum dirimens occultum iterum validè contrahatur, solet tunc proles suscepta, vel suscipienda legitimari his verbis : *Dispensa ut matrimonium inter se de secretè contrahere valeant, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ tantùm*, & tunc patiens hoc impedimentum occultum, si ab eodem in foro conscientiæ dispensetur, & postea interrogetur, an dispensationem impetraverit, censent plures, non teneri impedimentum fateri, si hoc adhuc sit occultum, quia Judex si nulla sit probatio, tantùm habet jus interrogandi, ut peccatum vitet, & in hoc casu contrahentes non peccant ob impetratam dispensationem, cujus beneficio iterum contraxerunt, unde quamdiu impedimentum ita est occultum, ut plenè probari non possit, non tenetur illud patiens fateri. Sin verò esset publica vox de illo impedimento, & concurrerent alia requisita, quibus Judex interrogeret juridicè, & id constaret patienti impedimentum, teneretur tunc illud fateri, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 69. art. 2. quia cùm illa dispensatio non prosit pro foro externo, Judex conscius illius interrogatet juridicè, proinde tenetur patiens impedimentum illi respondere.

43 Circa verò legitimationem prolis est difficultas, quemnam effectum habeat hæc legitimatio in solo foro conscientiæ, & an prosit nonnunquam pro utroque foro. Respondetur, si nondum inito matrimonio dispensetur, ut contrahatur ad legitimandam prolem suscipiendam in solo foro conscientiæ, hanc prolem esse legitimam, tam quoad spiritualia, quàm quoad temporalia, in solo tamen foro conscientiæ : quia tunc proles in foro conscientiæ nascitur ex legitimo, & vero matrimonio, proinde, verè est legitima in eodem foro, tametsi nulla facultas esset legitimandi concedatur ; hinc hujusmodi proles in foro conscientiæ non esset irregularis, sed adhuc esset capax Ordinum ecclesiasticorum, & cujuscunque beneficij, & posset succedere utrique parenti, cùm habita sit ex legitimo matrimonio : secus in foro externo censeretur hæc proles illegitima, tam quoad spiritualia, quàm quoad temporalia, proinde etiam incapax Ordinum, & cujusvis beneficij, quia dispensatio in foro interno tantùm, non suffragatur in foro externo, proinde habetur in hoc foro proles pro spuria, eò quia nata ex parentibus, inter quos non poterat matrimonium consistere ob impedimentum dirimens.

Id autem procedit, quando uterque parens conscius fuit illius impedimenti, & cum quo virtute dispensationis contraxit : quia si alter prorsus ignarus esset hujus impedimenti, & bona fide contraheret, proles esset quoad omnia in utroque foro legitima : quia si nulla intercesset dispensatio, proles esset plenè legitima in utroque foro, ratione bonæ fidei alterius parentis : & quia dispensatio nihil nocet, ideo quamvis hæc superveniat, adhuc proles est legitima. Rursus quamvis jus commune statuat, ut proles habeatur omnino legitima, quoties alter parens bona fide contraxit; nihilominus parens conscius impedimenti reputetur spurius in foro externo, ac propterea non obtinet in eo jura legitimi parentis in ordine ad succedendum, & alios effectus, quamvis contrarium contingeret in foro conscientiæ. 44

Quæritur tertiodecimò, an qui semel elegit Confessarium ex virtute litterarum dispensationis, & eidem præsentavit litteras, ut dispensationem exequatur, possit inconsulto majori Pœnitentiario alium postea eligere, si primus nondum fuerit dispensationem executus, & habeat omnes conditiones præscriptas, & acceptaverit suam electionem? Respondetur duas esse sententias, quarum prima negat, quia sicut non potest eligi alius Confessarius ab expresso per majorem Pœnitentiarium : ita neque potest variari alectus virtute litterarum. Idque ex eo firmatur, quia rescriptum talia diplomatis nonnisi unicam concedit Confessarij electionem, siquidem sermo simpliciter prolatus intelligitur de unica vice *l. boves. 85. §. hoc sermone. ff. de V. S.* 45

Secundò quia jurisdictio delegata non potest prorogari de persona in personam etiam de consensu partium *c. P. & G. per litteras 40. de offic. deleg.* atqui hujusmodi litteræ ad exercendum actum jurisdictionis diriguntur ad Confessarium, quem pœnitens elegerit, proinde eo ipso quòd aliquis fuerit electus ex ibi contentia, is videtur expressus à summo Pœnitentiario, proinde postquam est electus, non potest inconsulto majori Pœnitentiario variari. 46

Tertiò quia jurisdictio delegata est jurisdictio delegantis, proinde ad solum delegantem pertinet talem jurisdictionem extendere, & non ad partes, nec ad Judicem. Quod enim nostrum est sine facto nostro ad alium transferri 47

non

non potest *regula id quod nostrum. ff. de reg. jur.*

48 Quartò quia si fieri posset hujusmodi variatio ultre casum ignorantiæ facillimè fieret transitus à Confessario docto, discreto, & prudente ad ignavum, & imprudentem, unde nec gravitas delictorum sentiretur, nec ecclesiæ benignitas, & Dei misericordia agnosceretur, parvi penderetur propria salus, & via ad graviora delicta sterneretur: ad hæc igitur evitenda incommoda hæc sententia est perquam probabilis, & tantùm limitatur, si eligens reperiat Confessarium electum esse ignavum, imprudentem, & indiscretum *l. de atate 12. §. final. ff. de interrog. act.* ut notat Goffredus *in sum. tit. de elect. n. 34.*

49 Quòd si dicas, commissionem in foro conscientiæ factam sequi naturam illius fori, quæ est, ut pœnitens non teneatur acquiescere sententiæ unius Confessarij, sed possit variare, pluresque adire. Respondetur, id verum esse, quando non est ipsi præscriptus, & limitatus Confessarius: secus verò si Confessarius, seu Judex conscientiæ sit limitatus, & præscriptus, ut liquet in regularibus, quibus à superioribus solet præscribi Confessarius, cui confiteantur; & tenentur Religiosi illius sententiæ acquiescere, vel à superiore facultatem petere alium eligendi, nec possunt per se ipsos id exequi: ita semel quòd pœnitens vigore litterarum majoris Pœnitentiarij elegit Confessarium habentem omnes conditiones præscriptas, & hic acceptavit suam electionem, non potest amplius variare inconsulto majore Pœnitentiario *c. cùm inter canonicos 21. de elect.* Navarrus *lib. 2. consil. 8. num. 1. de offic. deleg.* Commissio igitur majoris Pœnitentiarij sequitur naturam fori conscientiæ, quoad sigillum, & secretum, non verò quoad libertatem variandi Confessarium.

50 Nihilominus contraria sententia videtur etiam probabilis, adeò ut non solùm post præsentationem litterarum factam Titio Confessario, verùm etiam postquam Titius pronuntiaverit dispensationem esse subreptitiam; possit impetrans adire alium Confessarium, qui in ea sit opinione, ut rescriptum valeat, dummodo secundus Confessarius sit vir doctus, prudens, & discretus, habeátque omnia requisita, imò potest Titius, qui priùs fuerat electus re meliùs perspecta dispensationem illam exequi, mutatâ sententiê; licèt si semel dispensaverit, non possit ampliùs cacantare palinodiâ, eò quia dispensatio jam fuerit consummata. Nititur hæc sententia, quam docent Perez *de matrim. disput. 41. sect. 5. num. 7.* Sanchez *lib. 8. disput. 27. num. 40.* Lezana *in sum. quæst. regul. tom. 4. V. littera Apostolica. n. 19.* ubi ait, An verò si prædictæ litteræ aperiantur à non habente conditiones præscriptas suo effectu frustrentur à nonnullis ambigitur: & pars negativa est verior, quia illæ conditiones solùm exiguntur pro executuro dispensationem; non pro aperturo litteras, Notat tamen Naldus *in sum. V. littera. num. 8. peccare* Confessarium destitutum necessariis qualitatibus aperiendo litteras, eò quia sumus Pœnitentiarius, vel Papa id tantùm committit Confessario habenti prædictas qualitates.

51 Ratio, quâ nititur hæc sententia est, quia litteræ concessæ in foro conscientiæ intelliguntur conformiter ad formam, & naturam confessionis sacramentalis, in qua nullo jure constringitur pœnitens, quin possit variare, si alius Confessarius æquè doctus, prudens, & discretus contrarium sentiat.

52 Qui vellet huic sententiæ adhærere, posset ad fundamentum priora respondere, majorem Pœnitentiarium non limitare potestatem eligendi ita unum, ut si is nondum dispensationem fuerit executus, non possit impetrans illo omisso adire alium pro tali executione: limitatio, quę fit à majori Pœnitentiario est, ut Confessarius electus sit unus ex approbatis ab Ordinario, & habeat præscriptas qualitates.

53 Ad confirmationem respondetur, rescriptum diplomatis non limitare ita unicam Confessarij electionem, ut ex aliquo impedimento occurrente non possit omissâ primâ electione alia fieri, unica enim electio cadit supra unicum Confessarium, adeò ut non fiat plures, quâ simul exequantur, id enim videtur colligi ex natura fori conscientiæ, pro quo illæ litteræ conceduntur.

54 Prætetea tametsi rescriptum concedat unicam solam Confessarij electionem. Id intelligendum est de electione cum suo effectu, hoc est cum executione dispensationis, seu de actu omnino consummato, non verò de actu tantùm inchoato, ut rectè docet Suarez *tom. 4. in 3. p. de sacrament. Pœnit. disput. 27. sect. 4. dub. 2. num. 7.* ubi ait, quòd si quis virtute Jubilæi, vel alterius privilegij concedentis semel eligi, Confessarium eligat, & is non absolvat, vel cum eo non finiat confessionem, liberum sit illi alium eligere: quia potestas semel eligendi intelligitur de actu consummato, ut in casu nostro de electione, ad quam sequatur executio dispensationis: quando verò fit tantùm electio, & non executio, actus est tantùm inchoatus, non consummatus.

55 Ad id, quod addebatur, jurisdictionem delegatam esse jurisdictionem delegantis, respondetur, id esse verum, sed delegantem tantùm limitare ad unicam electionem consummatam in suo effectu, non verò ad solam inchoatam. Ad aliud, quòd jurisdictio delegata non possit prorogari de persona ad personam, respondetur, id verum esse, si fiat sine consensu delegantis: in casu autem nostro delegans non limitat suam jurisdictionem delegatam ad unum tantùm quoad actum inchoatum, sed tantùm quoad consummatum.

56 Ad ultimum respondetur, illa incommoda non sequi, quia Confessarius debet semper talis eligi, qui sit approbatus, habeátque præscriptas conditiones. Præterea quia si liberum est impetranti eligere secunda vice confessarium indoctum, imprudentem, & indiscretum, posset etiam talem prima vice eligere.

57 Quæritur quartodecimò, an Officialis Episcopi,

scopi,cui per rescriptū delegatur dispensatio exequenda super impedimento matrimonij, possit eandem facultatem alteri subdelegare. Respondet Menochius *conf. 17. num. 6. & sequent. vol. 1.* Episcopum, cui hæc dispensatio committeretur, non posse, eam suo Vicario Generali subdelegare. Primò quia causæ matrimoniales solis Episcopis possunt delegari.

58 Secundò quia in dispensationibus matrimonialibus post causas allegatas relatas à parte, solet Pontifex injungere Officiali, ut de earum veritate, se diligenter informet, & addit clausulam *super quo conscientiam tuam oneramus* hæc autem verba denotant, electam esse industriam personæ, adeò ut sicut industria est inseparabilis à persona, ita etiam hæc delegata potestas dispensandi, quæ propterea non potest alteri subdelegari *c. fin. §. ult. de offic. deleg.* Tum quia aliquando in istis dispensationibus matrimonij dicitur *discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus,* ex quibus verbis ita videtur Pontifex confidere de Vicarij persona, ut ejus elegerit industriam.

59 His tamen non obstantibus putàrim, quòd tametsi Vicarius, vel Officialis Episcopi non possit subdelegare delegatam sibi dispensationem super impedimento matrimonij: seu licèt non possit subdelegare nudum ministerium exequendi dispensationem, possit tamen subdelegare jurisdictionem quoad alios actus, adeò ut possit receptionem testium, & informationem alteri committere. Ratio est, quia quando nudum ministerium onà cum aliqua jurisdictione à Principe committitur; licèt non possit tunc nudum ministerium subdelegari; bene tamen potest jurisdictio quoad alios actus alteri subdelegari, ut docet Innocentius in *c. fin. in fin. de offic. deleg.* atqui in litteris, quæ expediuntur à majori Pœnitentiaria in ordine ad dispensandum super impedimento matrimonij committitur Officiali Episcopi jurisdictio veritatis precum examinandæ, & nudum ministerium exequendi dispensationem concessam à Pontifice, si preces veritate nitantur: ergo licèt non possit tunc officialis subdelegare nudum ministerium dispensationis exequendæ, sibique à Pontifice commissæ; poterit tamen subdelegare alios actus jurisdictionis, seu receptionem testium, & informationem super precibus, an veritate nitantur, ut docet Felinus *in d. c. fin. §. ult. V. quartò limita de offic. deleg.*

60 Ad fundamenta opposite sententiæ respondetur ad primum ex stylo Curiæ, & praxi, apertè constare, causas matrimoniales committi etiam inferioribus Episcopo, & ejus Officialibus, idque constat ex rescriptis dispensationum in matrimonio, quæ passim à Pontifice mittuntur ad ipsos Officiales Episcopi. Ad secundum petitum ex eo, quòd rescriptis hisce inseratur clausula *super quo conscientiam tuam oneramus,* respondetur, quòd quando hæc clausula non dirigitur ad personam nominatã, videtur potiùs posita in vim monitionis, quàm formæ delegationis: proinde examen per talia verba à Pontifice commissum poterit subdelegari, ut probat Navarrus *lib. 1. consil. in prima edit. tit. de officio Vicarij conf. 2. n. unic. in 2. tit. de offic. deleg. conf. 6. n. unic.* Rursus per talem clausulam non censetur electa industria personæ, quando delegatio non fit personæ cognitæ, & determinatæ, sed tantùm dignitati.

Hoc est discrimen inter dispensationem commissam industriæ personæ, & dignitati, quia quando committitur industriæ personæ non transit in successorem, cùm ad ipsum non transeat industria, quæ est inseparabilis à persona: quando verò dispensatio committitur dignitati, quia hæc separatur à persona, & hâc defunctâ transit ad successorem, ita etiam commissio dispensandi. 61

Quæritur quintodecimò, quænam ex pluribus dispensationibus impetratis super eodem impedimento matrimonij sit præferenda? Respondetur cum distinctione, si in posteriora dispensatione mentio fiat de priore, tunc posterior præfertur, & derogat priori *c. cæterum §. 1. de rescript. c. inter monasterium de re judic. c. coram de offic. deleg.* Quòd si duo rescripta in eadem causa ad lites impetrentur, ut posterius deroget priori, debet in illo mentio fieri non solùm de primo rescripto, verùm etiam de omni notabili clausula, ut quòd fuerit communi consensu impetratum *c. ex quæstione de restit. spol. arbitrio Judicis,* & ibi Panormitanus *n. 4.* quia jura volunt de prioribus litteris faciendam esse mentionem specialem *c. ex litteris de dolo, & cont. c. in nostra de rescript.* imò etiam de processu inchoato *c. inter de re judic.* 62

Quòd si ad unam eandémque litem impetrentur diversa rescripta ad diversos Judices, posterius etiam præfertur priori, dummodo fiat in illo mentio prioris, alioquin prius est validum, & posterius subreptitium, & sine ulla roboris firmitate *c. cæterum de rescript.* Limitatur tamen, si primum non fuerit impetratū communi consensu partium, quia tunc non valet secundum impetratum per alteram partem, vel nisi prius sit generale, & posterius speciale, quia tunc speciale posterius derogat priori generali quantum ad ea, quæ in speciali specialiter, & contraria contentis in generali exprimuntur, vel in generali non exprimuntur, licèt prioris mentionem non faciat *c. 1. & c. pastoralis §. quoniam de rescript.* Quinimmo id etiam procedit, quando speciale fuit priùs impetratum, quia generi per speciem derogatur *c. generi de regul. jur. in 6.* non enim generalis dispositio, quæ sequitur refertur ad specialem præcedentem *l. sanctio legum. ff. de pæn.* Sin verò utrumque rescriptum sit generale, tunc attenditur, quod est magis speciale. 63

Cæterum quòd secundum rescriptum, in quo non fit mentio de priore, dicatur subreptitium, id debet intelligi ex suppositione, quòd pars contraria opponat *c. plerumque de rescript.* obi dicuntur secundæ litteræ valere post annum, quando adversarius primi rescripti non fuit illo usus, quia inde sequitur ab initio non fuisse irritas. Hæc tamen procedunt de rescriptis, in quibus agitur de concessione facta per viam 64

viam simplicia gratiæ, sed non per viam commissionis signatæ à Papa pro confirmatione concordiæ super bonis ecclesiasticis in forma solita, si in evidentam contra eam opponi potest de tali subreptione; quia in his concessionibus, quod unicè movet Pontificem ad concedendum est evidens ecclesiæ ntilitas, tanquam causa finalis, & nulla alia attenditur subreptio, si evidens ntilitas ecclesiæ probetur, ut in terminis decidit Rota coram Seraphino *decis. 443. n. 2.* & notat Genuensis *in prax. Archiepisc. Neapol. c. 90. num. 5.*

65 Quæritur sexto decimò, an dispensatus circa aliquod impedimentum criminis, si postea incidat in aliud simile crimen, teneatur mentionem facere de priore dispensatione? Respondetur affirmativè, adeò ut si Titius circa idem cremen occisionis uxoris, & adulterij cum animo ducendi adulteram, semel dispensationem obtinuerit, nt eam ducat, & iterum incidat in aliud simile crimen, & petat secundam dispensationem hæc nullius sit valoris, nisi in ea mentio fiat prioris, & ratio desumitur ex eo, quia Pontifex nõ censetur bis vella remittere, & dispensare super eodem impedimento orto ex eodem crimine *l. 3 C. de Episcopal. audient.* ibi: *remissionem venia crimina nisi semel commissa non habeant*, ex quo textu liquet, intentionem legislatoris non essa remittere bis idem genus peccati; proinde nec dispensare super eodem impedimento orto ex eodem delicto.

66 Quòd si esset aliud genus criminis à contrario sensu infertur, valituram secundam dispensationem impetratam ob secundum impedimentum, tametsi in secunda non fiat menrio primæ jam obtentæ ex alio crimine, quia lex tantùm irritat secundam dispensationem super impedimento orto ex eodem crimine, si in secunda non fiat mentio primæ, ut docent Covarruvias *lib. variar. q. 20. num. 3.* ubi ait: peccata tunc asse diversa, & unios remissionem non obesse remissioni alterius, & ita docet Gutierez *quæst. canon. lib. 2. c. 15. n. 89.* & Ochagsvia *de sacrament. matrim. dispens tract. 1. q. 9. num 17.* ubi etiam asserit, quòd si prior dispensatio fuit nulla, non sit necessaria in secunda illius mentio, sive prima concessa sit cum limitatione, & secunda illimitatè, sive utraque sit concessa absolutè, & ita sentit uterque Molina Jurista *lib. 4. de primogen. c. 3. n. 32.* Molina *tom. 3. de just. disput. 656. num. 2.* quia mentio in secunda dispensatione prioris, quæ fuit nulla, non est necessaria ex dispositione ullius juris, nec est necessaria ex natura rei, quia eo ipso, quòd prior dispensatio fuit nullius valoris, perinde se habet, ac si nunquam fuisset, proinde ac si non fuisset concessa; quod autem non est, neque prodesse potest, nec obesse: proinde tacere primam dispansationem nullam in petitione secundæ, non potest obesse secundæ dispensationi concedendæ.

67 Quæritur decimò septimò, an si Titius indigens dispensatione in certo casu, nolit eum manifestare superiori, eo quia timeat, ne sit dispensaturus, & de exclusiva, proinde obtineat ab eodem facultatem, ut alius secum dispenset non exprimendo Superiori qualis sit casus; valida sit dispensatio commissa alteri? Respondatur cum distinctiona, vel enim Titius cognoscit Prælatum revera esse in contraria voluntate habituali, & id conjicit ex eo, quia in similibus casibus nunquam dispensaverit: vel etiam quòd Titius putet, non posse Superiorem dispensare in tali caso, vel nolle, licèt possit, & tunc impetratio est contra intentionem concedentis, proinde dispensatio nullum sortitur valorem ob defectum intentionis in concedenta talem dispensationem: quia sicut in generali concessione non veniunt intelligenda, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus *reg. in general. de regul. jur. in 6.* ita neque in illa indeterminata concessione comprehenditur casus, qui habituali concedentis voluntati adversatur: siquidem superior habuit antea animum nunquam in tali casu dispensandi, quia fortè credebat se in tali casu non posse dispensare, & id fortâssis aliquando ore protulit, & tunc impetratio generaliter facta est nulla, quia ut dixi in generali concessione non veniunt, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, si specialiter rogaretur. Vel non adest hæc habitualis voluntas, nec opinio contraria, sed tantùm creditur fora, ut à concessione aliqualiter retardetur, vel fortâssis nolit dispensationem concedere, eò quia minutissima spectat, & scrupulis agitetur; & tunc valida est impetratio, quia absolutè Prælatus concessit, & ax nulla actuali, vel habituali voluntata rationabili in contrarium, potest conjici, quòd illam non concederet.

68 Sin verò petatur, quid per voluntatem habitualem hìc intelligatur. Responderur, nomine habitualis voluntatis intelligi præcedentem voluntatem formalem, sive generalem, non revocatam, & quæ voluntas virtualis dicitur, quia hæc actualis, & formalis voluntas, quamvis ampliùs non perseveret quoad actum, manet tamen quoad habitum, donec revocetur, quia talis actus voluntatis tamdiu moraliter censetur manera, quamdiu non mutatur voluntas.

69 Quæritur decimo octavò, an dispensatio in voto castitatis in ordina ad matrimonium ineundum intelligatur de sola prima vice, adeò ut si dispensatus marrimonium contrahat, possit mortua prima uxore ex vi hujus dispensationis transire ad secundas nuptias, vel tertias, vel sit illi necessaria alia dispensatio, eò quia prima fuerit concessa pro unica vice tantùm? Respondetur, dispensationem in votis castitatis, religionis, & non nubendi posse esse vel totalem, & tunc contingit, quando absolutè, & sine ulla limitatione conceditur: vel partialem, quando tantùm conceditur quoad actum determinatum, vel respectu personæ determinatæ tantùm, & per hoc differt dispensatio totalis à partiali, quia illa est integra, non ista; adeò ut si dispensatus tantùm partialiter fornicetur, reus sit voti castitatis violati, eò quia talis dispensatio sit tantùm ad ducendam uxorem simpliciter, non verò quoad alia, adeò ut, si postquam dispensatus uxorem duxerit, fornicetur

adhuc

adhuc sit reus voti castitatis violati, eò quia hoc adhuc vigeat. Si igitur dispensatio fit absoluta, & totalis in voto Castitatis, Religionis, aut non nubendi, tunc putàrim probabilius, toties licera dispensato matrimonium inire, quoties mortua una uxore potest aliam ducere, eò quia dispensatio absoluta est voti relaxatio, seu totalis ejus ablatio: atqui sublato totaliter voto, non superest quod impediat transitum ad secundas, vel tertias nuptias prioribus solutis, quia quod est totaliter ablatum, perinde se habes, ac si non fuisset: quod autem non est, neque impedimentum injicere, quia nequit operari, nec ullum præstare effectum. Tum quia quoties dispensans vult restringere dispensationem ad primum tantùm matrimonium, id expressè exprimit, unde quando nulla adjicitur clausula limitativa ad primum, sed dispensatio est absoluta, & totalis, mens dispensantis non est eam restringere.

70 Id tamen limitatur, nisi causa dispensandi omnino cessaverit, quia si non ampliùs habeatur talia causa, non est licitum ad ulteriores nuptias transire, quia sicut dispensatio fuit effectus talis causæ existentis; ideò si hæc omnino cessaverit, sicut non datur effectus sine causa, ita nec dispensatio, & tunc reviviscit prioris voti obligatio, non quia dispensatio restricta fuerit ad primum actum, sed quia omnis dispensatio intelligitur concessa dependenter à duratione suæ causæ finalis, quoad actus non consummatos divisibiles, & quia secundum matrimonium est distinctum, & separabile à primo, ideo si post primum, cesset causa dispensandi, non potest secundum contrahi, quia causa, cur votum totaliter cesset, non est sola voluntas dispensantis, sed simul cum causa justa finali, quia dispensans nonnisi ex justa causa finali movetur ad dispensandum, & sicut hâc non existente non dispensaret, ita eadem cessante post primum matrimonium non est licitus transitus ad ulteriores nuptias.

71 Sin verò dispensatio à voto castitatis sit tantùm partialis putârim probabilius, extingui tunc illam dispensationem per primum actum, & desumitur ex *c. 1. §. ille verò de filiis Presbyt. in 6.* ubi declaratur: illegitimum, cum quo fuit dispensatum ad beneficium, nonnisi unicum posse obtinere, & etiam assignatur ratio: quia dispensatio est stricti juris, proinde strictè, non laxè interpretanda ad unicum tantùm actum, non ad plures.

72 Omnis enim dispensatio tanquam exorbitans, & odiosa non est nisi ad primum actum subsequentem, & eo impleto extinguitur. Tum quia ex *l. boves §. hoc sermone ff. de V. S.* deciditur, quòd sermo simpliciter prolatus intelligatur de prima vice tantùm, & ita sentit Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispensat. super defectu natalium n. 83.* quia dispensatio, cùm sit læsiva juris est odiosa, proinde per solum priorem actum suum consequitur effectum totalem, quia cùm sit strictæ interpretationis non potest ampliari ad alios actus: neque tunc dispensatio est absoluta, & totalis, sed tantùm partialis quoad primum matrimonium ineundum, quia post primum matrimonium manet eadem obligatio voti, & id etiam procedit, tametsi verba non sint ita expressa; quia cùm dispensatio sit odiosa utpote læsiva juris communis ex natura sua exigit limitari: unde nisi per verba expressè amplietur, semper ex se intelligitur restricta ad primum actum. Hinc si vovens dispensationem à voto consequatur, & postea iterum emittat votum, non potest Commissarius, qui prima vice cum ipso dispensavit, iterum dispensare.

Quæritur decimo nonò, an, si Episcopus dispenset cum suo subdito in voto castitatis in ordine ad contrahendum matrimonium possit dispensatus etiam extra Diœcesin sui Episcopi matrimonium inire sine transgressione voti? Plures negant, & nituntur, quia legitimatio totalis facta à Pontifice non extenditur quoad bona temporalia, nec vim habet extra loca subjecta temporali jurisdictioni Pontificis, eò quia temporalis jurisdictio Papæ requisita ad talem legitimationem, non se extendit ultra statum ecclesiasticum: proinde etiam à pari, quia potestas Episcopi non excedit limites suæ Diœcesis ejus dispensatio non ultra extenditur. Tum quia dispensatio Episcopi ad plura beneficia quando ad id dispensare potest, non prodest ultra ejus diœcesin, sed pertinet dispensatio ad illum Episcopum, in cujus Diœcesi est beneficium, ut docent Rebuffus in *in c. extirpanda §. qui verò art. 5. notab. 20. de prabend.* Cassaneus *in consuet, Burgund. rub. 9. n. 13.* 73

Putârim tamen in hac quæstione procedendum cum distinctione, quia vel impedimentum oritur ex parte personæ, cum qua dispensatur: vel ex parte rei, in qua dispensatur: priori modo dispensatio afficit personam, quam propterea sequitur transeuntem ad alienas Diœceses: posteriori autem modo, quia dispensatio afficit rem, in qua dispensatur, arctatur territorio dispensantis, & ratio discriminis petitur etiam ex eo, quia in priori casu tollitur incapacitas personæ, quæ cum nullo affecta impedimento maneat, nil obstat, quin ubicunque sit liber ad contrahendum: in posteriori verò casu, quia res est affixa uni loco, non potest dispensatio extra talem locum prodesse: si enim beneficium, in quo dispensatur sit in una Diœcesi, non potest dispensatio extendi ad beneficium existens in aliena Diœcesi, nisi fortassis dispensatio sit generica ad quodlibet beneficium vacans in quacunque Diœcesi intra aliquam Provinciam. Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ, respondetur, esse discrimen de legitimatione facta à Pontifice in ordine ad bona temporalia, quæ non se extendit extra statum ecclesiasticum, quia talis dispensatio fieret cum damno tertij; non ita quando dispensat Episcopus cum suo subdito, & impedimentum oritur ex persona, ut rectè notat Bolognetus *l. fin. n. 36. ff. de jurisdic. omn. Judic.* Ad aliud, quod addebatur de beneficio respondetur, tunc impedimentum, non oriri ex sola persona, sed etiam ex re ipsa, seu beneficio, quod cùm non sit in Diœcesi 74

tesi dispensantis, ad illud dispensatio non extenditur.

75 Quæritur vigesimò, an valida sit dispensatio, si fœmina recusavit legatum ad eum finem, ut dispensationem nubendi cum consanguineo obtineat titulo paupertatis. Interdum in Curia Romana dispensationes expediuntur in forma pauperum, & nonnisi pro solis pauperibus, & tunc in ipsis litteris dispensationis expressè ponitur clausula: *qui pauperes, & miserabiles existunt, & ex labore, & industriâ suâ tantùm vivunt:* & ut notat Pyrrhus Corradus *lib. 8. c. 5. num. 3.* ad implendam hanc dispensationem requiritur paupertas, & miserabilitas utriusque, Oratoris scilicet, & Oratricis, quinimò debet hæc qualitas eùm sit extrinseca probari; non enim in Curia Romana admittitur sola Oratorum assertio, sed solet in his proferri testimonium Parochi, vel alterius fide digni. Imò ex hodierno stylo non sufficit paupertas, & miserabilitas Oratorum tempore supplicationis, sed probari debet adesse tune quando litteræ dispensationis à Commissario Apostolico examinantur, & executioni mandantur, ut observat Corradus *loc. cit. num. 30.* Solent autem hæ dispensationes expediri ob prævium incestum, vel ejus vehementem suspicionem; ne ob copulam jam inter eos quovis modo secutam, aut ortam illius suspicionem, contingat eos cum animarum jactura, & cum gravi scandalo in simili copula, vel ejus suspicione perseverare: proinde injungitur Confessario, ut Oratores ab invicem separet, sive agatur de matrimonio jam contracto, sive de contrahendo: quinimò in hac specie dispensationis singulare est ex declaratione Pauli V., ut si durante hac indicta separatione, vel ante obtentum decretum dispensationis Oratores se rursus carnaliter cognoverint, sit de novo recurrendum ad sedem Apostolicam pro litteris *perinde valere*, ut notat Pyrrhus Corradus *lib. 8. c. 5. n. 38.* ubi fusè de hisce litteris discurrit.

76 Difficultas igitur est, an dispensatio impetrata à fœmina sub titulo paupertatis sit valida, si illa ad hunc finem recusavit legatum. Videtur dicendum, talem dispensationem esse fraudibus impetratam, proinde non mereri fœminam, quæ legatum repudiavit, ut secum à Pontifice dispensetur: alioquin similibus fraudibus aperiretur via ad sæpius contrahendū matrimonium cum consanguineis, quod à jure canonico omnino prohibitum est: quapropter nisi modus paupertatis explicetur Pontifici, hoc est, quòd fœmina repudiaverit tale legatum, ut titulo paupertatis posset obtinere dispensationem, hæc non fortitur suum valorem.

77 Putârim procedendum esse distinctione, vel fœmina renuntiat tali legato in favorem alterius, & tunc quia manifestum est illud jam acquisivisse, ac fuisse effectam divitem, renuntiatio si fiat postea ad eum finem, ut possit dispensationem obtinere est dolosa, & non prodest in ordine ad dispensationem obtinendam titulo paupertatis: quia hoc est velle paupertatem non ad alium finem, quàm ad impetrandam dispensationem, ut possit nubere cum consanguineo, quod jura prohibent; tum quia dispensatio non conceditur nisi ex causa justa, & cui non possit aliter occurri: atqui paupertati, quæ est causa finalis hujus dispensationis, potuisset fœmina facilè occurrere acceptando sibi exhibitum legatum, quod cùm recusaverit ad eum unicè finem, ut titulo paupertatis posset nubere consanguineo, talis renuntiatio fuit dolosè facta, & in fraudem legis.

78 Tum quia si legatum consistat in specie transfertur dominium in fœminam legatariam à die mortis testatoris non expectata hæreditatis aditione *l. Aditio. ff. de furto* unde eum fœmina hæc jam fuerit effecta Domina legati cessat paupertas, proinde etiam dispensatio, cujus finalis causa fuit paupertas.

79 Posset tamen in contrarium objici, quia licita est bonorum renuntiatio, ut renuntians admittatur ad collegium à Fundatore solis pauperibus destinatum, ut docet Navarrus in *sum. c. 17. n. 108.* & tamen id cedit in detrimentum verorum pauperum, pro quibus fuit à Fundatore collegium illud institutum: ergo tametsi fœmina renuntiaverit legato ad eum finem, ut titulo paupertatis posset consanguineo nubere, dispensatio est valida. Imò à fortiori, cum talis dispensatio in nullius damnum vergat.

80 Sed contra quia est discrimen de renuntiatione ad eum finem, ut quis admittatur in collegium, quia talis finis est optimus, & non est contra legem, sed juxta illam, quia in collegio majori studio, & diligentia vacatur litteris, & educatio est longè melior: secus quando fœmina renuntiat legato, ut titulo paupertatis obtineat dispensationem, & nubat consanguineo, finis non est juxta legem, sed contra legem prohibentem matrimonium contrahi cum consanguineis, proinde cùm cesset finis studiosi, & renuntiatio fiat animo se eximendi à lege contra mentem sacrorum canonum. Putârim, talem dispensationem esse invalidam, & subreptitiam, nisi modus paupertatis, & renuntiatio facta explicetur Pontifici.

81 Quæritur vigesimo primò, an dispensatio suum possit effectum sortiri, & operari, antequam innotescat ei, eum quo dispensatur. Cùm enim dispensatio sit quædam gratia à superiore facta potest procul dubio obtineri à superiore multo tempore antequam innotescat impetranti, & ab illo acceptetur, ideo quæritur, an incipiat suum effectum operari statim ac à superiore conceditur, an verò postquam incepit innotescere ei, cum quo est dispensatum? Respondetur, dispensationem per se non operari suum effectum, nisi postquam innotuerit impetranti, fueritque ab ipso acceptata. Moveor ea ratione, quia dispensatio per se est relaxatio à lege adhuc vigente, & obligante, proinde ne possit licitè suum operari effectum, necesse est, ut innotescat ei, cum quo dispensatur, quia quamdiu dispensatio illi non innotescit, non est ei licitum contra legem agere, ergo ante notitiam dispensationis, non potest dispensatio suum operari effectum: quia effectus dispensationis

tionis est usus licitus contra legem habentem vim obligandi, & antequam dispensatio innotescat ei, cum quo dispensatur, ejus usus non est licitus contra legem habentem vim obligandi, proinde non potest ante talem notitiam dispensatio suum effectum in dispensando operari. Tum quia non est præsumendum de superiore, quòd velit subditum eximere ab obligatione legis, nisi tunc quando tuta conscientia, & absque peccato potest contra illam agere, & quis non potest tuta conscientia, & sine peccato agere contra legem nisi post notitiam dispensationis; siquidem ante hanc notitiam lex obligat in conscientia; ideo non potest is, cui dispensatio non innotescit, licitè uti dispensatione, quia tunc ageret contra legem.

82 Quæritur vigesimo secundò, an dispensatio semel concessa possit revocari, & per revocationem extingui? Respondetur, dispensationem omnino gratis à Principe concessam posse absque causa ab eo, vel ejus successore revocari, ut notat Felinus in *c. novit. n. 8. & sequent. de judic.* & ratio est in promptu, quia talis dispensatio sicut dependet à mera volontate concedentis, ita potest ab eodem prout ipsi magis placuerit, revocari; nisi fortassis per talem dispensationem sit aliquid acquisitum de jure gentium, seu dominium alicujus rei; quia tunc cùm jus sit quæsitum non potest sine nova justa causa revocari, ut notat Felinus in *d. c. novit. n. 8.* Quòd si dispensatio transeat in contractum, non potest ampliùs revocari nisi ex justa aliqua causa, ut si superior recepto pretio dispensationem concesserit, vel ob sibi præstita obsequia, vel imposterum exhibenda: quia Princeps obligatur suo contractu, vi cujus jus sit plenè tertio acquisitum: juri autem acquisito tertio non potest sine legitima causa derogari, ut notat Jason *l. Barbarius num. 34. § de offic. Prætor.* Cuccus *lib. 1. instit. major. tit. 6. num. 110.* Felinus *d. c. novit. n. 8. de judic.* quin imò hæc publica causa talis esse debet, ut respiciat publicam utilitatem.

83 Hinc non potest Princeps absque justa causa revocare privilegium alicui concessum in remunerationem meritorum, ut si Princeps dedit suo Ministro castrum aliquod in remunerationem servitiorum, quia tunc non omnino gratis, sed per modum contractus censetur Princeps dare subdito castrum illud: imò nec etiam privilegium concessum non subdito, & ab eo acceptum potest sine justa causa à Principe revocari, quia videtur etiam id transire in contractum, ut notat Felinus in *d. c. novit num. 10.* Id tamen limitatur, nisi Princeps suam jurisdictionem concesserit, quia tunc potest etiam sine causa eam revocare, siquidem in concessione semper intelligitur excepta authoritas superioris, ut notat Baldus *l. qui se patris num. 24. C. de bono possess. unde liberi.* Hinc docet Suarez in *3. p. tom. 4. disp 26. sect. 3. num. 3.* posse superiorem pro suo arbitrio absque alia causa revocare non solùm validè, sed etiam licitè per se loquendo facultatem, quam delegavit inferiori, quia tunc utitur jure suo. Subdit tamen Suarez, superiorem delegantis non posse absque causa eam revocare, si injuria irrogaretur ipsi deleganti, privando eum sine causa jure delegandi, quod ex sua jurisdictione ordinaria obtinet. Cæterum quando Princeps ex justa causa revocat privilegium, quod in contractum transivit, tenetur recompensare per æquivalens, ut notat Bolognetus *consil. 3. n. 16.*

Quæritur vigesimo tertiò, quomodo in secundo gradu consanguinitatis dispensetur à Pontifice. Difficultas oritur ex Concilio Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 5.* ubi statuit, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, adeò ut duo requirantur. Primò ut dispensatio hæc nonnisi inter magnos Principes fiat. Secundò, ut concurrat publica aliqua causa; adeò ut non sufficiat sola causa, sed simul quæ sit publica. Nulla in Concilio fit mentio de primo gradu, quia in hoc nunquam dispensatur, quia matrimonium prohibetur non jure ecclesiastico, sed naturali ob reverentiam, quam debent filij parentibus; quamvis non desint, qui putent, id factum fuisse in primo gradu lineæ collateralis: hinc Pius V. declaravit, esse suæ intentionis, ut in primo gradu etiam lineæ collateralis non dispensetur: qui verò sint intelligendi pro magnis Principibus, non conveniunt Doctores, Guttierez *tract. de matrim. c. 128. num. 4.* censet, per magnos Principes significari solos Dominos titulares, non tamen ita strictè, ut isti censeantur Regibus plenè æquales. 84

Ochagavia *de sacrament. tract. 4. de matrim. dispens. q. 9. num. 6.* censet, Concilium per tale decretum, ne in secundo gradu dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, tantùm statuere, quod melius est; non verò adstringere Pontifices, qui plerúmque dispensant etiam cum personis, quæ non sunt magni Principes, idque ob privatum earundem bonum, quod indirectè attinet ad bonum commune: & ait, primam causam dispensandi esse quòd inter eos consanguineos sit matrimonium initum cum ignorantia rigoris prohibitionis Concilij Tridentini: secundam, ut proles sit suscepta: tertiam, ut matrimonium sit jam diu contractum: quartam, scandalum, quod ex separatione conjugum oriretur: quintam si puella pauper sit, & patruus velit eam ducere, & honestè dotare. 85

Layman verò *in Theol. Moral. lib. 5. Tractat. 10. p. 4. c. 6. n. 6.* docet, posse summum Pontificem in omnibus gradibus consanguinitatis lineæ transversæ excepto primo gradu dispensare, imò & solere, quamvis Tridentina Synodus *sess 24. c. 5. de refor. matrim.* velit, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, quin imò Sanchez *lib. 8. disp. 19. n. 3.* per magnos Principes intelligit etiam Magnates, seu Nobiles, qui sint in aliquo potentatu, seu Baronia, adeò ut Pontifices temperent rigorem juris exercitio benignitatis. 86

Quæritur vigesimo quartò, an dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia 87 non

non factâ mantione copulæ? Vidatur rafpondeodum esse subreptitiam, aò quia copula erat explicanda. Primò quia id procadit ax stylo Curiæ Romanæ, qui est ad unguem observand⁹, quia declstat mentam Pontificis: quod varò stylus Curiæ Romanæ axigat hanc mentionem copulæ liquet, quia quando impatratur dispensatio, nisi hæc copula inferatur, dispensatio declaratur nulla; exigit autam stylus Curiæ hanc mentionem copulæ, ut saltam timore manifestandæ copulæ homines arceantur à copula incastuosa. Quinimò consuetudo Pontificis id etiam exigit, quia manifestato incestu, non solet Pontifex dispansare absolutà io gradibus affinitatis, & consanguinitatis, sed tantùm cum quibusdam conditionibus, & limitationibus exigando majoram quantitatem pecuniæ, val imponando aliquam pœnam, vel gravamen aliqnod, nt nimirum si alter conjux decedat, superstes non possit ad aliud matrimonium transire, ex quibus liquet, mantionem copulæ esse omnino faciendam.

88 Secundò quia pro hac sententia, quam defendunt Guttierez *quæst. canonic. lib. 2. c 15. n. 133.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 56. art. ult. dub. 2. diffic. 2.* & alij, solet adferri declara io Congregationis Cardinalium Concilij, in qua dicitur, dispensationem censeri subreptitiam, si inter consanguineos, vel affinea, vel spirituali cognatione conjunctos carnalis copula præcessit, cujus meotionem in supplicatione non fecarint.

89 Tertiò, quia incastus cum propria consanguinea ast impedimeotum, proinde exprimendum, & hanc sententiam docent Glossa in *c. de incestis 35. q. 3.* Glossa final. in *c. si quis viduam 23. q. 7.* Ostiensis in *c. 1. de eo qui cognovit consanguineam uxoris,* Gravetta io *cons. 290. col. 4.* Jason in *l. 1. n. 2. C. si contra jus, vel util. public.* Decius *cons. 541.*

90 Nihilominus quamvis hæc sentantia probabilior sit, ac tutior, non tamen desunt, qui putent, non esse necessariam mentionem copulæ, ita enim sentiunt Tannarus *tom. 4. disput. 8. q. 4. dub. 9. n. 160.* Joanoes Præpositus in *3. p. D. Thomæ q. 8. de dispensat. matrim.* Gaspar Hurtadus *de matrim. disp. 26 diffic. 5. n. 22.* Ochagavia *tract. 4. de sacrament. dispens. q. 11, num. 4.* Perez *de matrim. disput. 46. sect. 6. per tot.* & nititur hæc sententia, quia incestus non est impedimentum, quod ratione sui indigeat dispensatione, naque jure præcipitur axprimi; siquidem non præcipitur jure scripto, ut patet, neque jure introducto, nac consuetudine, nac stylo Curiæ, cùm non semper exprimatur ex consilio Doctorum, tametsi aliquando ex consilio aliorum exprimatur; & quando exprimitur, non est causa motiva negandi dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis: tametsi causa sit ad concedendam dispensationem cum aliquibus additamentis, non tamen pertinet ad causam motivam, quia illa non adduntur pro dispensatione consanguinitatis, aut affinitatis, sed in pœnam expressæ copulæ. Rursus dicunt, Congregatiooem Cardinalium, quæ solet in contrarium adduci, fuisse secutam pattem probabilem, & tutiorem. Verùm ax eo quòd sacra congregatio sacuta est priorem sententiam ut tutiorem, eidem adhærendum puto.

Quæritur vigesimo quintò, an in obtinenda dispensatione sit necessariò exprimenda non solùm copula incestuosa, sad etiam spes faciliùs eam impetrandi, si habita sit cum tali spe, vel cum tractatu matrimonij, vel cum conscientia, adao ut tunc non sufficiat exprimere copulam, sed atiam explicandus sit animus, vel tractatus, quem contrahentes habuerunt ante expeditam dispensationem? Respondent aliqui, olim tempore Pontificatùs Pij V. fuisse necesse explicare hunc animum obtioendi faciliùs dispensatiooem, eò quia Piua V. declaraverit suam intentionem essa non dispensandi io hoc casu. Hodie verò dicuot, non esse necesse explicara hanc spem faciliùs impetrandi dispensationem; aò quia nullibi id statuatur: dicunt aoim Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 25.* solùm loqui, quando hæc iotentio cum matrimonio intervenit, & ita sentiunt Navarrus *lib. 4. de consang. cons. 5. num. 5.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 56. art. ult. dub. 2. difficult. 3. post 3. conclus.* Hanriquez *lib. 12. de matrim. c. 3. num. 8.* 91

Communior tamen, & vera sentaotia est, etiam hodie esse explicandam haoc iotentiooam faciliùs impetrandi dispensationem, si copula incestuosa habita sit spe illius faciliùs impetrandæ. Ratio ex eo petitur, quia copula incestuosa habita, spe faciliùs obtinendi dispensatiooem, tantùm abest, ut sit causa facilioris dispensationis, ut potiùs eam reddat difficiliorem, & retrahat Pontificem ab ea concedanda propter dolum, & fraudem: siquidem æquipollenter exprimitur falsum, quia si reticeatur spes faciliùs impetrandi dispensationam, exprimitur copula incestuosa, ut ax sola fragilitate commissa, quod est falsum; quia intentum fuit obtinere faciliùs mediante copula incestuosa dispensationem, unda quaodo reticetur spes, exprimitur copula, ut sanè impetrandi dispensationem, & tacitè exprimitur commissa ex sola fragilitate, quod est falsum, cùm commissa fuerit animo obtinendi faciliùs dispensationem, proinde si hic animus reticeatur dolosè, & fraudulenter exprimitur sola copula incestuosa. 92

Tum quia ex ragula genarali, quoties quis novit, Principem concadere aliquam gratiam in nacassarium remedium obviandi alicui delicto, & illud committit, ut faciliùs aam impetret, tanatur hunc finam exprimera: alioquin æquipollenter exprimit falsum, & dispensatio est subreptitia, idque desumitur ex D. Augustino *epist. 70. ad Aurelinm*, & refertur in *c. legi 16. q. 1.* ibi: *Non est danda via servis Dei, ut faciliùs putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores.* 93

Præterea id clarè liquat ex stylo Curiæ, quò consuetum est io litteris dispensatoriis apponi hanc clausulam: *Dummodo copula habita non fit spe facilioris dispensationis:* unde licèt non addatur talis causa, adhuc subintalligitur, conse- 94

sequenter non valet dispensatio, nisi narrata copula habita tali spe, & intentione faciliùs obtinendi dispensationem. Verùm id procedit, quando ex parte utriusque copula habita fuit ex tali inteotione : alioquin si ex parte uoius habita fit tantùm ex fragilitate, & non ex tali intentione, & fraude, non est tunc necesse exprimere animum, & dolum alterius. Licèt igitur copula incestuosa habita solùm ex fragilitate soleat esse causa rationabilis inducens Pontificem ad dispensandum, si tamen habita sit ex intentione, & spe faciliùs impetrandi dispensationem, tunc debet exponi copula cum sua vera qualitate, & qua intentione habita sit, oe dispensatio sit subreptitia, idque vel maximè ex stylo Curiæ explicante mentem Pontificis esse, ut tunc copula exponatur cum sua veta qualitate, & qua intentione sit habita.

95 Quæritur vigesimo sextò, an error commissus circa personam, cui committitur executio rescripti, illud vitiet, ut: si ipsa execution rescripti quo Titio conceditur dispensatio, committatur Officiali Augustano, cùm Titius sit Diœcesis Frisingensis, & executio rescripti fieri debeat ab Officiali Frisingensi. Plures respondent, in eo casu dispensationem esse inutilem, eò quia nequeat Officialis Augustanus eam exequi, eò quia Titius non sit subditus Episcopi Augustani, & intentio Pontificis est committere talem executionem proprio Ordinario ipsius Titij, qualis non est Augustanus: neque Officialis Frisingensis posset talem dispensationem exequi, eò quia ad ipsum non dirigatur, sed ad Officialem Augustanum; proinde esset tunc dispensatio inutilis.

96 Præterea quia in *c. significante de rescript.* declaratur, irritum esse rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diœcesis Rhemensis pro nomine Leodiensis; tum quia error in Diœcesi reddit iovoluntariam concessionē Pontificia respectu proprij Diœcesani. Nihilominus contraria sententia videtur probabilior, quam docent Pontius *de matrim. lib. 8. c. 15. § ult. num. 43.* Layman *in Theolog. moral. lib 1. tract. 4. c. 32.* Ratio est, quia quando à Pontifice petitur dispensatio ejus intentio fertur ad Diœcesanum proprium impetrantis dispensationem, quia intentio Pontificis est, rectè procedere juxta consuetum ordinem exigentem, ut executio dispensationis committatur Ordinario ipsius impetrantis.

97 Tum quia non est præsumendum, quòd si preces veritate nitantur, & adsint omnia requisita ex parte impetrantis, Pontificem velle suam dispensationem esse inutilem, quia cum dispensatio sit gratia, Pontifex eam potiùs denegaret; proinde talis dispensatio est valida. Tum quia, si error sit in persona, cum qua dispensatur non tollitur intentio sufficiens ad valorem dispensationis : siquidem intentio dispensantis fertur in merita causarū, quæ proponuntur, cujuscunque personæ, illæ sint, adeò ut valida sit dispensatio, si nomen Petri exprimatur nomine Pauli, ut docet Basilius Pontius *lib 8. de matrim. c. 15. §. ult. num. 43.* ita nec error in nomine Diœcesis tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis : quia intentio Pontificis fertur ad Diœcesanum proprium illius, cum quo dispensatur; adeò ut error circa personam, vel Diœcesim per accidens, & materialiter irrepat, & præter intentionem concedentis, qui personam non nomen personæ attendit. Tum quia si expressum fuisset nomen propriæ Diœcesis, adhuc gratia dispensationis fuisset concessa, & mandanda executioni per proprium Diœcesanum: atqui quando expressio falsi est talis, qua sublata adhuc maneret voluntas dispensantis, non vitiat dispensationem.

Hinc patet solutio ad primum fundamentum oppositæ sententiæ, quia mens Pontificia est, dirigere executionem rescripti ad Episcopum Frisingensem, qui est Ordinarius Titij. 98 Ad id, quod addebatur ex *c. significante de rescript.* communis responsio est, fuisse tale rescriptum irritum, non quia erratum fuerit io nomine Diœcesis; sed quia ex aliis circumstantiis non poruit sciri persona, pro qua fuit rescriptum impetratum.

Ad ultimum, quod addebatur, errorem io Diœcesi reddere involuntariam concessionem Pontificis, respondetur, id esse falsum : quia tametsi concessio non sit tunc voluntaria expressè, est tamen voluntaria virtualiter, & implicitè, quia per eam intendit Pontifex delegare facultatem dispensandi proprio Diœcesano ipsius Titij, cum quo dispensatur. 99

Notandum bene est, quòd quando petitor à Pontifice dispensatio, ejus intentio fertur ad Diœcesanum proprium illius, cum quo dispensatur, adeò ut velit Pontifex, ut proprius Ordinarius illius, cum quo dispensatur, exequatur dispensationem : unde sicut error in persona dispensandi, non tollit sufficientem intentionem ad valorem dispensationis, eò quia intentio dispensantis feratur in merita causarum, quæ proponuntur cujuscunque personæ illæ sint, ita nec error io Diœcesi tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eò quia inteotio Pontificis sit dirigere executionem dispensationis ad proprium Ordinarium illius, cum quo dispensatur. Tum quia dispensatio est valida, quando adest justa causa, ut concedatur: & io casu nostro adest hæc justa causa, proinde dispensatio, quæ conceditur suum sortitur valorem. Tum quia error in nomine, vel Diœcesi cum sit præter intentionem, se tenet ex parte voluntatis materialis Pontificis, consequenter non nocet, nec aufert valorem dispensationis. 100

Demum quia voluntas formalis Pontificis & dispensatio concessa terminatur ad illos, qui impedimento ligati petunt, ut possint contrahere : ergo quòd Pontifex per errorem formalem, & præter intentionem committat executionem dispensationis Vicario alterius Episcopi per accidens id se habet, respectu intentionis Pontificis : quæ autem per accidens contingunt, non vitiant actum ex se validum, nec cadunt sub consideratione dispensantis. Tum quia ex communi Juristarum sententia valet legatum 101

legatum, quamvis Tastator in nomine legaterij erraverit, dummodo constec da parsona, quia legatum est proptar personam, non propter noman parsonæ.

102 Quæritur vigesimo septimò, quæ falsitas vitiet dispensationam? Certum ast, non solùm taciturnitatem veri, sed atiam expressionam falsi irritara dispansetiones, quia litteræ concassionis hebent semper tacitem conditionam, si preces variteta oitantur *c. 2. de rescript.* siquidam Pontisax priùs narrat in suis littaris, quæ pars proposuit, & postae subdit; *si ita est, dispenfetur cum Oratore.* Difficultas est, quænam falsitas rascriptum vitiet. Raspondatur, quòd si in rascripto unice tantùm exprimatur cause, & illa sit finalis, dispansatio nullum sortitur valorem: ratio ast, quia Pontisax nonnisi ex causa allagata concadit dispansationam, quamvis ex motu proprio, & ex causa sciantiæ dicat eam concadara, ut notat Guttiarez *can. qq. lib. 2. c. 15. num. 103.* unda si causa illa unica, & finalis sit falsa, est rescriptum subraptitium.

103 Secondò taciturnitas eorum, quæ à jura, stylo, & consuatudina mendentur exprimi, etiam vitiat rescriptum, & dispansetionem, quia Pontisax non aliter intandit dispansare nisi exprimantur, quæ à jura, stylo, & consuatudine mandentur axprimi, ut notat Garcias *de benefic. tom. 2. p. 8. c. 3. num. 20.*

104 Tertiò si causæ sint plures, singulæ tamen per sa insufficientas, adeò ut omnas simul integrent unem causam sufficiantem, si eliqua aarum ast falsa, dispensetio ast irrita, quia voluntas dispansantis illis nititur, non simpliciter, sed ut omnas simul intagrant unam causam sufficiantem: unde cum ax ao, quòd earum aliqua sit falsa, non empliùs censa sit sufficiens, cùm sufficiantia constituatur ex omnibus ceusis exprassis veris; proinde dispensatio ob insufficientiem causæ est nulla.

105 Quartò si ax pluribus una sit sufficiaos ex consuatudina, jura, val stylo, eaqua vara, & alie, quæ additur sit felsa, dispensatio velat; dummodo causa sufficians vera sit finalis, quia quando in supplicatione narrantur plures causæ copulativè, quarum aliæ sunt varæ, & aliæ falsæ, spectetur tune causa illa, quâ nititur rescriptum; & aa axisteote vara, dispansatio est valida.

106 Quintò in dubio, ao causa, quâ nititur rascriptum, sit finalis, & an pertinaet ed ipsam dispansationem iotrinsacè, censetur tunc finelis, & sufficians ad valoram dispansetionis; quia præsumptio sampar stare debat pro valore ectûs.

107 Sextò sola falsitas caosæ finalis vitiet rescriptom, & dispensetionem irritat, oon verò falsites causæ impulsivæ: quia error in ceusa finali impadit voluntarium, ed concassiooem gratiæ omnino nacessarium; proinde irritat dispansatinnem: omnis enim concassio, quæ per modum gratiæ amanet à Principa, exigit assantialiter liberam Principis voluntatem, à qua assentialiter dependet. Quòd verò falsitaa ceusæ impulsivæ noo irritet rescriptum liqoat ex eo, quie non tollit voluntarium ad concessiooem gratiæ essentialiter raquisitum, quie sine expressiona falsi tantùm impallantis, adhuc Ponsisex concessisset talam gratiam simpliciter, quamvis non cum aadam secilitete.

Quæritur vigasimo octavò, an, quando 108
prime dispansatio matrimonij fuit irrita, nacasse sit io secunda exprimere nullitatem primæ? Raspondatur, non esse neccssatiam mentionam nullitatis primæ in sacunda, quia cùm prima fuarit nullius veloris, perinde sa habet, ac si non fnissat, & quod oon fuit, non potest quidquam operari, nac ullum affectum ponere, consaquentar nec impedimentum ullum præstare: siquidam *ex regula non præstat. de reg. jur. in 6.* quod da jura non sortitur affectum, non præstat impadimantum: uode prior dispansatio perinde se heber, ac si impatrete non esset. Menochius taman *de arbitrariis lib. 2. cas. 203.* id limitat, ut procedat, qoando prius rescriptum irritum fuit impetratum eb uno ex adversariis, & postarius ab altero, non verò quando utrumque ab aodem impetratum est.

Varùm absolutè vidatur dicendum, non esse 109
oacessariam mantionam primi in rasaripto posteriori, quia quòd dabeat mentio fiari, nullibi in jure raperitur. Tum quie ao ipso, quòd prior dispensatio fuit nulla, nullum effectum operata est, proinde ejus tacitornitas in posteriori non potest obstara, nec impedira valorem dispansationis.

Obijeis tamen Sanchaz *lib. 8. disput. 22.* qoia 110
legitimè impetrans priorem grariam validam tenetur da illa in posteriori mantionem facare: proinde à fortiori tenetur etiem injustos impetretor, cùm non sit justus impetrator detarioris conditionis, quàm injustna. Contra est, & ratio discrimiois petitur ax eo, quia cùm prior dispensario velide sit suum sortita affectum, redditur sacunda dispensetio circa eandem rem difficilior, proiode necesseria est nova causa, & nova illius aognitio, na Princeps præsumatur involuntarius: hoc antem oon contingit, quando prima dispensetio est irrita, qnia tunc perinda consideretur ac si non fuisset.

Quæritur vigesimo nonò, qoelénam sit di- 111
scriman intar causem finalem concassionis, & impulsivam, & cur taciturnitas illius, ooo hujus, dispansatiooem vitiat? Respondetur, causam finalem eam dici, quâ cognitâ Princapa non concessissat: impulsivam varò qua eognita, concassissat quidem, sed majore cum difficultata, ut ootant Covarruvias *lib. 1. variar. c. 20. num. 5.* Manochios *de arbit. lib. 2. centur. 4. cas. 201. num. 3.* ex quo discrimine liquet, non cujuscunqua varitatis taciturnitate vitiari dispensationam, sed eâ, quâ cognitâ Princeps oon dispansâssat: etanim tunc vitiatur substantialiter dispansatio, quendo noo procadit ex efficaei, & ebsoluta volunteta dispaosatoris: atqui quotiescunque tacatur varitas, quæ cognita dispensetoram retrexissat à dispensatione concedende, non procedit tunc dispenserio ax afficaci, & ebsoluta voluntate dispensatoris, pro-

inde substantialiter vitiatur: quando enim veritas, quæ reticetur talis est, ut ea cognita Princeps non dispensâsset; præsumitur tunc, quòd dispensator absolutè noluit talem dispensationem concedere, nisi fortassis veritas, quæ reticetur, aliàs esset nota dispensatori, quia tunc supponeretur Princeps non obstante tali causa dispensare.

112 Præterea quia ratio hujus subreptionis, & efficaciæ gratiæ tacita veritate causæ finalis oritur ex ignorantia illius veritatis in Principe, quæ si eidem innotuisset, non dispensâsset, proinde ex tali ignorantia oritur defectus voluntatis in concedente: siquidem ignorantia voluntatem aufert. Quòd verò taciturnitas causæ impulsivæ non vitiet impetratam dispensationem, desumitur ex *c. dudum V. nos igitur de prebend. in 6.* ubi ad valorem concessionis beneficij ponderat Pontifex, non obstare taciturnitatem veri, quo cognito adhuc concessisset, ibi: *Considerantes quoque quod nos exposito nobis de potestate prædicta, nihilominus litteras gratiosas daremus*, eò quia veritas, quæ ibi reticebatur, fuit tantùm causa impulsiva, quæ si Pontifici innotuisset, adhuc litteras gratiosas dedisset. Præterea quia in cæteris omnibus dispensationibus defectus causæ impulsivæ non impedit valorem actus, sed solius causæ finalis, ut docent communiter Canonistæ ex *c. cum cessante de appellat.* & Juristæ *in l. si mulier. C. de jure dot. & l. 1. §. 6. ff. de postul.* Ratio itidem est, quia Princeps non præsumitur suam dispensationem concedere sub tacita conditione cujuscunque suppressæ veritatis, quæ expressa ipsum retraxisset à dispensatione concedenda, sed tantùm illius, quæ ad dispensationem pertinet: alioquin innumeræ propemodùm veritates essent, quæ si explicerentur, Principem retraherent à dispensatione concedenda, hinc dispensatus nunquam posset in conscientia esse securus de valore dispensationis.

113 Tum quia Dispensator, quando dispensat, præsumitur tantùm per se ad ea attendere, quæ intrinseca sunt dispensationi, vel extrinseca, & quæ tamen per se ad eam pertinent, & hæc sunt duplicis generis: alia enim sunt intrinseca, ut causa finalis: alia extrinsecè à jure requisita, vel consuetudine introducta, vel ex stylo Romanæ Curiæ præscripta, quorum omnium taciturnitate vitiatur dispensatio. Ratio est, quia quando Dispensator concedit dispensationem præsumitur illam concedere sub tacita conditione, nisi prætermittatur aliqua veritas de jure, vel stylo Curiæ Romanæ, aut ex consuetudine recepta solita exponi: adeò ut hæc, tametsi ex ignorantia inculpabili omittatur, irritet dispensationem, quia pertinet ad substantiam valoris: ignorantia enim licèt excuset à culpa, non tamen ex invaliditate dispensationis, quia ejus valor non dependet à voluntate impetrantis, sed ex arbitrio dispensantis.

114 Hinc in dispensatione non solùm ea sunt exprimenda, quæ jura exprimi jubent, sed etiam sunt exprimendæ qualitates, quæ ex stylo Romanæ Curiæ solent in rescripto exprimi, quia cùm stylus Curiæ fiat jus *c. quam gravi de crimin. fals.* non est ab eo recedendum, ut fusè probat Mascardus *de probat. conclus. 1317. n. 51.* Imò exprimenda etiam est qualitas, quæ ex consuetudine Principis est narrande, quia consuetudo pro lege observetur *l. minimè ff. de legib.* adeò ut ignorantia non excuset taciturnitatem harum qualitatum. Cæterum intentio juris ex semper est, ut defectus circa causam finalem, seu qualitatem intrinsecam vitiet gratiam, quia quoties taciturnitas est causa finalis concedendæ gratiæ, adeò ut, si veritas innotesceret concedenti, hic non dispensaret, jura expressè jubent exprimi tales qualitates, ut docet Bartolus *l. 1. num. 7. ff. de vulgar.* quem sequitur Menochius *de præsumpt. 34. num. 32.* eò quia expressum non solùm dicatur, quod specialiter exprimitur, verùm etiam, quod in genere: sed in genere statutum est in jure, omnes dispositiones pendentes ex gratuita voluntate vitiari ex subreptione circa causam finalem, ut notat Glossa *in element. 1. V. vel alteri de prebend.* Flaminius *de resign. benefic. lib. 6. q. 2. n. 86.*

Quæritur trigesimò, an, si quis obtinuit dispensationem contrahendi matrimoniũ cum Catharina sibi consanguinea in tertio gradu, si postea actû contrahat cum alia non consanguinea possit hâc defunctâ uti priore dispensatione, & matrimonium inire cum Catharina, sine nova dispensatione? Respondetur, posse matrimonium contrahere cum Catharina consanguinea etiam post obitum prioris uxoris, idq; ex vi dispensationis impetratæ antequam duceret non consanguineam: ratio ex eo petitur, quia cum ex vi talis dispensationis fuerit ablatum impedimentum consanguinitatis, non est, cur non possit post obitum primæ uxoris ducere Catharinam, cum qua fuit dispensatum in tertio gradu consanguinitatis: siquidem ratione matrimonij initi priùs cum non consanguinea, impedimentum consanguinitatis cum Catharina non revixit. Neque obstat, quòd per taciturnitatem illius dispensationis, & transitum ad alias nuptias vir renuntiaverit saltem tacitè dispensationi: siquidem quamvis per transitum ad alias nuptias tacitè visus sit renuntiesse tali dispensationi, non tamen fuit hæc acceptata à concedente, & quia dispensatio tamdiu durat, quamdiu à concedente non revocatur, ideo post obitum primæ uxoris, adhuc potest uti dispensatione sibi facta contrahendi cum Catharina consanguinea in tertio gradu; imò etiam cum alia in eodem prorsus gradu, quia dispensatio in materie matrimonij est favor, ac privilegium quasi absolutum, non respiciens alterum; & ad cujus renuntiationem necessaria est acceptio concedentis: non enim tacita renuntiatio privilegieti mutavit voluntatem concedentis: unde quamdiu non constat de illius mutatione, liberum est privilegiato acceptare privilegium, & illo uti. 115

Tum quia ad superiorem per se pertinet ejus mutatio privilegiorum, quàm concessio, adeò ut ab ejus consensu per se dependeat non solùm privilegij effectus, verùm etiam 116

privi-

privilegij abrogatio, siquidem pertinet ad rectum regimen humanæ Reipublicæ, ut omnia ritè, & ordinatè fiant. Tum quia ex *reg. jur.* res quævis per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, si sit dissolubilia, & quia ad acquisitionem dispensationis requiritur non solùm voluntas illius, cui conceditur, sed præcipuè voluntas concedentis: ita ad ejus destructionem voluntas utriusque desideratur, proinde quamdiu concedens dispensationem eam non revocat, tamdiu hæc perseverat, & is, cui fuit concessa, potest semper illâ uti. Hinc si dispensatio impetretur circa consanguinitatem, ut aliqui impedimento ligati possint inter se matrimonium contrahere, & isti pro tunc non contrahant inter se, sed cum alijs non consanguineis, si postea matrimonia hæc morte naturali dissolvantur, possunt superstites, cum quibus fuerat dispensatum in consanguinitate ex vi prioris dispensationis inter se matrimonium contrahere, si eadem prorsus antiqua causa dispensandi omnino perseveret: quia ex vi prioris matrimonij ab utroque initi, nullus eorum præsumitur renuntiare dispensationi sibi concessæ, quia cum noverint, posse casum viduitatis sibi contingere, & utile etiam fore sibi tale privilegium, non præsumuntur eidem renuntiâsse, & cùm Summus Pontifex dispensationem non revocaverit, censetur eadem perseverare. Tum quia per dispensationem fuit solutum vinculum legis, & cum nulla superioris revocatio intervenerit, ideo talis solutio perseverat.

117 Quid verò dicendum sit de eo, qui impetravit dispensationem contrahendi matrimonium cum consanguinea in quarto gradu, & illâ non sit usus, an, si postea petat aliam dispensationem cum alia consanguinea itidem in quarto gradu, teneatur in hac secunda mentionem facere prioris? Respondet Suarez *de legib. lib. 6. c. 23. n. 20.* affirmativè, & vult, posteriorem dispensationem esse subreptitiam, si in illa non fiat mentio de priora, nisi Pontifex primæ dispensationis renuntiationem acceptet, vel illam irritet, vel utramque simul validam esse concedat.

118 Verùm communior sententia, quam docent Layman in *theol. moral. lib. 5. tract. 4. c. 32. n. 20.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 22. n. 13.* & alij, id negat. Ratio est, quia cùm hæ dispensationes sint super diversis matrimonijs, & neutra habeat connexionem cum altera, ideo non est necessaria in posteriori mentio prioris. Neque obstat argumentum Suarez, quia etsi utraque dispensatio non possit simul stare, & executioni mandari, nihilominus quoad usum illarum datur optio eligendi alterutram, prout magis placuerit. Posset etiam responderi, per posteriorem impetrationem dispensationis impetrantem renuntiâsse priori, quæ non potuit cohærere cum posteriore, qui enim vult aliquid, præsumitur nolle omne id, cum quo non posset aliud velle.

119 Quæritur trigesimo primò, an in dubio circa dispensationem matrimonij possit quis uti dispensatione dubia, adeo ut hæc valida sit? Respondetur affirmativè, quia in re dubia judicandum est in favorem actûs, ut ille magis valeat, quàm pereat, ut desumitur ex *c. Abbate de V. S.* & ex *l. quoties ff. de reb. dub.* ex eo igitur, quòd in dubio præsumatur actus validus, possessio stat pro valore actûs. Quòd si dicas, constare de impedimento, & dispensationem esse dubiam, proinde possessionem potiùs stare pro impedimento certo, quàm pro dispensatione dubia. Respondetur, possessionem stare potiùs pro certo, quàm pro dubio, & meliorem esse conditionem possidentis, si illi aliquid aliud non prævaleat: secus tamen si quid aliud prævaleat: in casu autem nostro prævalet validitas actûs, quæ præsumenda est in dubio. Quinimò etiam in dubio, an causa expressa in narrativa alicujus dispensationis, vel rescripti sit finalis, vel impulsiva, censenda est tantùm impulsiva ad salvandum valorem actûs, in cujus favorem semper debet præsumptio stare, ut docent Santarellus *var. resol. p. 1. q. 59.* Granadus *t. 2. controverf. 7. tract. 3. disput. 17. sect. 4. n. 3.* quia valori actûs jura maximè favent, & in dubio illum præsumunt, ut docent Baldus *l. generaliter. n. 3. C. de Episc. & Cler.* Dynus *reg. decret. in fin. de reg. jur. in 6.* Lopez *de matrim. Regis Angliæ dub. 5. n. 42.* ubi expressè ait, causam in omnibus gratijs, & privilegijs insertam, semper in dubio præsumi impulsivam, & non finalem, & in eo dubio non vitiari gratiam ob ejus defectum, aut falsitatem. Hoc idem de donationibus docent Glossa *l. 2. fin. ff. de donat.* Evarardus *loco à cessatione rationis n. 5.* Tiraqual *limit. 1 n. 21. tractat. cessante causa* Menochius *conf. 106. n. 90. volum. 2.* & alij.

Quæritur trigesimo secundò, an dispensatio impetrata pro aliquo absente, vel ignorante ei prosit? Respondetur, duas esse sententias, quarum prima negat, ignoranti prodesse. Primò quia preces debent veritate niti præsertim in rebus substantialibus: atqui quando Orator, non est verè Orator, eò quia ipse non oret, seu non petat gratiam, sed alius eo prorsus inscio, preces non nituntur veritate. Secundò quia Sedes Apostolica non solet admittere supplicationes, quæ non fiunt de consensu illius, pro quo supplicatur *c. innotuit 20. §. fin. de elect.* Tertiò quia inde plura sequerentur incommoda, & præsertim quia daretur occasio mercimonij super litteris majoris Pœnitentiarij: siquidam quilibet posset sibi ad libitum casus fingere, ac diversa insuper Brevia congerere de rebus communiter contingentibus, & postea accepto pretio indigentibus, & petentibus tradere, seu potiùs vendere, quod omnino impediri debet, *c. nonnulli 28. §. sunt & alij de rescript.* Demum quia hujusmodi dispensationes dependant à voluntate concedentis *c. mandatum 36. de rescript. c. cum causam 36. de præbend.* atqui mens concedentis, seu Pontificis est, illas solùm petentibus concedere, ut constat ex ipsis diplomatum verbis. 120

Secunda tamen sententia, quæ valdè probabilis 121

bilis est, docet, eam dispensationem prodesse inscio, pro quo fuit impetrata, nisi oppositum velit Pontifex, idque desumitur ex *l. universi 6. C. de precibus Imperat. offer.* ubi declaratur, non referre, à quo privilegium impetretum sit, sed attendi, si à Principe concessum sit: ex quo liquet, dispensationem factam à Principe absenti, & inscio, eidem prodesse, si eam velit ratificare, seu acceptare. Idque etiam desumitur ex *c. si motu proprio de prabend. in 6.* ibi: *Secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem:* ex quo textu liquet, dispensationem posse peti pro alio, proinde etiam absente, & inscio. Imò colligitur, litteras ad beneficia posse impetrari sine mandato generali, vel speciali illius, cui impetratur: atqui eadem est ratio de impetratione dispensationis. Hinc si Titius petat, & obtineat à Pontifice dispensationem, ut possit matrimonium contrahere cum Lucretie ejus consanguinea in tertio gradu, valida est dispensatio, tametsi Lucretia ignoraverit Titium petiisse, & impetrâsse talem dispensationem, quæ proinde etiam Lucretiæ proderit, quia impedimentum consanguinitatis est utrique commune.

122 Verum tamen est, quòd antequàm dispensatio mandetur executioni, debeat acceptari ab habente speciale mandatum illius, in cujus favorem conceditur. Tum quia ut dispensatio suum sortiatur effectum, requiritur, ut acceptetur ab eo, cujus interest; quia dispensatio conceditur in favorem privatæ personæ, ut possit licitè agere contra legem: proinde nondum censetur ei prodesse, donec habeat notitiam illius, & eam acceptet, quia inscius elium impetrâsse pro se dispensationem, non tenetur eam acceptare, & datur illi optio eam acceptandi, vel respuendi.

123 Hinc gratiæ sacræ Pœnitentiariæ obtentæ à consanguineis, & affinibus usque ad quartum gradum suffragantur indigentibus, quamvis sine eorum mandato, & scientia fuerint obtentæ, quia in istis regulariter supponitur affectio. *argum. auth. an mater, vel avia. c. de excus. tutor.*

124 Hinc ad primum oppositæ sententiæ respondetur, preces veritate niti præsumptivè, quia præsumitur is, pro quo impetratur dispensatio eam velle: sin autem eam nolit, dispensatio non est valida, quia non potest cogi ad eam acceptandam, & dispensatio quoad suum valorem dependet, non solùm à voluntate concedentis, sed etiam illius, cui conceditur. Ad secundũ respondetur, absentem, & inscium non dissentiri tali dispensationi, sed præsumi ejus consensum, & Sedem Apostolicam admittere supplicationem præsupposito ejus consensu. Ad tertium Respondetur, quòd si absit suspicio mercimonij, & avaritiæ possint à quolibet hujusmodi gratiæ impetrari, cùm Deus unicuique mandaverit curam de proximo suo. Ad quartum, voluntatem concedentis esse concedere dispensationem absenti, & inscio ex præsumpte ejus voluntate; supponitur enim, quòd si illi offerantur tales nuptiæ beneficio dispensationis super impedimento consanguinitatis libenter consentiat.

Quæritur trigesimò tertiò, an dispensatio super aliquo impedimento possit fieri invito eo, cum quo dispensatur? Respondent Suarez *tom. 2. de relig. tract. de voto. lib. 6. c. 1. ad fin & Syrus in clavi Regia lib. 5. c. 8. n. 6.* quòd licèt superiores possint irritare vota suorum subditorum illis etiam nolentibus, & invitis, non tamen dispensare ipsis invitis. Primò quia dispensatio est actus jurisdictionis spiritualis, & beneficium, quod non conceditur invito, nec ei prodest. Tum quia licèt irritatio possit licitè fieri, & validè sine causa: non ita dispensatio voti, aut juramenti, quia dispensatio non dependet à solo dispensante, sed etiam à voluntate illius, cui fit dispensatio, proinde si hic non consentiat, dispensatio non est valida. Tum quia dispensatio conceditur in favorem illius, cum quo dispensatur, proinde non debet in ejus onus eo invito retorqueri ex *reg. 61. quod ob gratiam de reg. jur. in 6.* 125

126 Nihilominus contraria sententia asserens dispensationem voti posse concedi etiam subdito invito, adeò ut hic ex vi talis dispensationis sit liber ab obligatione voti, est perquàm probabilis, eámque docent Sanchez in *sum. lib. 4. c. 24. n. 26.* Beja *in suis respons. p. 2. cas. 9. notab. 2.* Ratio desumitur ex eo, quia subditus nequit sua voluntate præjudicare potestati sui Superioris in ordine ad dispensandum, si superior justam causam habeat dispensandi: est enim hæc potestas in superiore independenter ab inferioribus, à quibus propterea non potest impediri. Præterea, quia tametsi regulariter loquendo dispensatio sit beneficium, & favor illius, cum quo dispensatur, nihilominus potest subinde dispensatio fieri juxta exigentiam boni communis, & tunc non fit in beneficium boni particularis unius tantùm, vel alterius; sed in beneficium boni communis, cui bonum particulare cedit.

127 Hinc putàrim, regulariter non posse dispensationem fieri contra voluntatem illius, in cujus favorem fit dispensatio, adeò ut hæc respiciet tantùm bonum ejus particulare, quia cùm dispensatio ordinetur ad levamen illius, cum quo dispensatur, non debet retorqueri in ejus gravamen juxta *regulas jur. 61. & 69.* & in hoc sensu putàrim verem esse primam sententiam. Sin verò dispensatio sit juxta exigentiam boni communis, adeò ut sit necessaria ad conservationem, vel promotionem boni communis, ut etiam ad bonum spiritale illius, cùm quo dispensatur; censerem, tunc posse concedi subdito invito non solùm validè, cum dispensatio utpote actus jurisdictionis dependeat ex voluntate dispensantis, & ex causa sufficienti; sed etiam licitè, eò quia Superior contra voluntatem inferioris potest ab eo euferre impedimenta salutis.

128 Hinc possunt inter se pugnantes sententiæ reconciliari, & ad fundamentum oppositæ sententiæ, si procedat de dispensatione utcunque negatur, beneficium non posse concedi invito, quia etiam absolutio ab excommunicatione est quoddam beneficium, & actus jurisdictio-

dictionia spiritualis, & nihilominus potest conferri invito, & illi prodesse, ut ab en vinculo liberetur. Tum quia beneficium, quod in bonum commune referri potest, quamvis alicui immediatè prosit, potest ei invito concedi, si non ratione beneficij ei collati; saltem ratione beneficij, quod bono comuni confert.

129 Ad secundum respondetur, esse discrimen, quia eatenus irritatio potest ad libitum superioris concedi validè invito voventi nulla subsistente causâ, quia non dependet à voluntate subditi: at dispensatio non potest ei invito validè concedi nisi ex justa causa, & id exigente bono communi, vel alis occurrente urgente necessitate: quia urgente justa causa, & simul bono communi non dependet à voluntate subditi, sed superioris: sin autem non urgeat bonum commune, sed tantùm particulare, tunc dependet etiam à voluntate inferioris. Ad tertium etiam respondetur, gratiam per accidens posse retorqueri in onus illius, cui fit, quando scilicet fit in favorem boni communis, quod enim tunc postea retorqueatur in onus unius, vel alterius particularis, id per accidens se habet.

130 Quæritur trigesimo quartò, an bona fide dispensatus in voto, eò quia existimaverit adesse veram causam, possit validè uti dispensatione, quamvis postea deprehendat, non adesse hanc justam causam; Respondetur, duas esse sententias, primam docere ob causam existimatam legitimam, sed in re illegitimam, non subsistere dispensationem, quamvis in eo casu dispensans, & dispensatos excusentur à culpa: siquidem ed pecandas conscientias, & sedandos scrupulos sufficit, si causa fuerit existimata legitima, ut possit quis licitè uti tali dispensatione, quæ tunc præsumi potest ex causa legitima, quando talis causa putetur vera, quamvis talis non sit in se; quia stante hac præsumptione dispensatus est tutus, & securè procedit: at quòd dispensatio detecta nullitate causæ subsistat, id non pertinet ad rectam gubernationem, nec facit ad vitandos scrupulos; quin potiùs expedit contrarium obtingere, ne Deus censeatur errori favere, præsertim cùm omnia jura clament ad valorem dispensationis requiri causam legitimam, quæ vera sit, & non tantùm apparens.

131 Secunda sententia procedit cum distinctione, si dubium erat de sola superioris potestate, an esset legitimus superior, tunc si revera habebat titulum coloratum, valet dispensatio, quia ejus acta valida sunt *l. Barbarius ff. de offic. prætor.* non ita si titulus coloratus ei non inerat, quia tunc ejus acta sunt invalida. Sin verò dubium ortum sit ex alijs causis, eò quia dubitetur, an potestas delegati extendatur ad hunc casum, vel an causa fuerit sufficiens, tunc docet hæc sententia, dispensationem bona fide concessam non corruere detecta postea veritate in contrarium, eò quia dispensatio fuerit absoluta non conditionalis, cujus propterea valor non dependet à futuro eventu; id enim videbatur exigere recta ecclesiæ administratio ad sedandas conscientias, & removendos scrupulos, qui inde suborirentur. Sin demum dubium fuerit ex ratione veritatis tacitæ, vel falsæ causæ expresè; vel causa in se falsa, putata tunc vera, fuerit finalis, tunc corruit dispensatio, eò quia concessa fuit contra voluntatem concedentis, qui præsupponebat causam finalem veram: & hæc sententia mihi videtur perquam probabilis, quam docent Lessius *lib. 2. c. 40. dub. 17. n. 119.* Trullench *in decalog. tom. 1. lib. 2. dub. 33. n. 24.* Sanchez *in sum. tom. 4. lib. 44. n. 10.* Cæterum spectanda vel maximè est causa finalis, vel impulsiva, quia si causa, quæ postea non deprehenditur legitima est finalis, cujus falsitas si concedenti innotuisset, neutiquam dispensâsset, tunc detecta postea falsitate dispensatio est nulla: secus si causa, quæ postea deprehenditur illegitima fuit tantùm impulsiva.

Quæritur trigesimo quintò, an facultas delegata dispensandi vota extendatur etiam ad ea commutanda? plures id negant, inter quos Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 15.* Azorius *tom. 1. lib. 11. c. 20. q. 4. & c. 18. q. 7.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 7.* & alij, qui nituntur, quia potestas delegata dispensandi est omnino distincta à potestate commutandi, nec una potestas continetur in alia; proinde cui conceditur una, non videtur etiam altera concessa. Tum quia major scientia requiritur in commutandis, quàm dispensandis votis: proinde cui conceditur potestas dispensandi, nisi quid aliud concedatur, eo ipso non conceditur potestas commutandi; quia sunt duæ potestates diversæ rationis, quarum una non continetur in alia, & plus requiritur in potestate commutandi, quàm dispensandi: & quia ex eo, quòd conceditur alicui minus, non censetur concedi majus: Ita nec ex eo, quòd concedatur alicui facultas delegata dispensandi vota, non intelligitur eidem concessa facultas commutandi. Tum quia non ex eo quòd alicui auferatur potestas commutandi, aufertur etiam potestas dispensandi, proinde neque è contra eo ipso, quòd alicui confertur potestas dispensandi, confertur etiam potestas commutandi, quia si valet argumentum à majore ad minus affirmativè, valet etiam à minore ad majus negativè. 132

Nihilominus contraria sententia videtur probabilior, quam docent Layman *lib. 4. tract. 4. c. 8. num.* 20. Lessius *lib. 2. c. 4. dub. 11. n. 94.* Sylvius *in 2. 2. q. 88. a. 12. conclus. 4.* Reginaldus *lib. 8. num. 339.* Sotus *de justit. lib. 7. q. 4. art. 3.* Suarez *de legib. lib. 6. c. 16. num. 7.* Ratio est, quia cui licet quod est plus, licebit etiam quod est minus in eodem genere; præsertim si, quod est minus, contineatur in majori, veluti pars in toto, vel ut species in suo genere, & desumitur ex *regula cui licet 53. de regul. jur. in 6.* sed commutare est minus, quàm dispensare, & continetur in dispensatione, adeò ut commutatio sit veluti pars dispensationis, quod ex eo liquet, quia dispensatio tollit omnino vinculum voti, & commutatio tantùm ejus partem, ut nimirum non impleatur votum in materia promissa, sed in alia æquali: plus 133

autem est tollere totum, quàm solùm ejus partem. Tum quia per potestatem dispensandi committitur facultas totius voti remittendi: at si delagatus habens potestatem dispensandi, ac remittendi totum debitum, illud non remittat, sed commutet in aliam rem æqualem, non excedit limites potestatis suæ, sed fideliùs agit negotium delegantis, eò quia tunc commutat debitum, quod poterat totum remittere, in rem aliam æquè daleganti gratam: unde cui delegatur facultas dispensandi committitur etiam facultas commutandi, quia hæc est pars illius: etenim qui potest remittere totum debitum, potest etiam partem ejusdem remittere: unde, si cui delegatur potestas dispensandi, potest remittere totum debitum voti; poterit etiam remittere ejus partem, hoc est, ut materia voti commutetur in aliam rem æqualem.

134 Tum quia in commutatione duo continentur, quorum primum est solutio vinculi à priori materia, & id non repugnat potestati dispensandi. Alterum est transferre in matariam æqualem, & ad id sufficit prudens arbitrium judicans æqualitatem cum acceptione illius, cui votum commutatur: unde ex eo, quòd comutatio non excedat limites potestatis dispensandi; cui potestas delegatur dispensandi, delegatur etiam potestas comutandi. Hinc ad fundamentũ primũ respondetur, quòd tametsi hæ potestates sint diversæ, una tamen continetur in alia, ut pars in toto: siquidem potestas dispensandi est potestas solvendi totum vinculum, & potestas commutandi est potestas solvendi tantùm partem totius vinculi, hoc est rationem vinculi afficientis talem materiam, quatenus transfertur hoc vinculum in aliam rem æqualem, seu separatur ab una materia, & ponitur in alia: plus enim est totum vinculum solvere, quàm illud transferre de una materia ad aliam: primum enim importat plenam potestatem in vinculum, & secundum aliquam tantùm potestatem non totam.

135 Ad id, quod addebatur de majori scientia requisita in potestate commutandi negatur antecedens, quia etiam ad dispensendum requiritur scientia, quâ cognoscatur causa sufficiens ad dispensandum. Præterea esto, requiratur major scientia ad commutandum, quàm ad dispensandum, adhuc commutans per suscepta consilia ab aliis potest commodè supplere hunc defectum majoris scientiæ. Ad aliud, quod addebatur, quod cui aufertur potestas commutandi, non eo ipso aufertur potestas dispensandi, respondetur, ablationem potestatis esse odiosam, & strictè interpretandam, ex quo fit, quòd ablata potestate commutandi, non eo ipso censeatur ablata potestas dispensandi. At collatio potestatis est gratiosa, proinde amplè intelligenda, consequenter si semel conferatur potestas dispensandi, censetur etiam eum tali potestate collata potestas commutandi.

136 Quæritur trigesimo sexto, an Pontifex dispenset cum religiosis promotis ad episcopatum à voto solemni paupertatis, & obedientiæ? Respondatur, duas sententias esse, quarum prima negat, & eam docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 11. ad 4. & q. 11. 85. art. 8. ad 3. & in 4. dist. 38. q. 1. art. 4.* D. Bonaventura ibid. *q. 2. art. ult.* Suarez *tom. 4. de relig. lib. 3. c. 16. num. 6.* Sanchez *in sum. decalog. c. 6. num. 8.* Navarrus *de redit. eccles. q. 1. mon. 9. n. 1.* Ledesma *p. 2. sum. tract. 32. c. 3. de statu Episc. conclus. 25.* nititur hæc sententia, quia nulla est necessitas dispensandi in hisce votis, cùm non sint incompossibilia cum statu Episcopali, nec ipsum dedeceant, imò juvent ad perfectionem: unde cùm Religiosis, qui promoventur ad Episcopatum, non dispensatur, ut possideant aliquid proprium; sed tantùm illis concreditur administratio bonorum communium, adeò ut dicantur tantùm habere administrationem, non non verò proprietatem. Neque dispensatur super voto obedientiæ, tametsi Religiosi promoti ad Episcopatum non amplius obediant Prælatis suæ Religionis; quia obedientia respicit statum prælationis in eo, cui oportet obedire, ideóque, quòd qui sub Prælato esse desistit, non teneatur ei obedire, non oritur ex eo, quòd obligatio voti deficiat ex parte voventis; sed quia subtrahitur Prælatio ex parte illius, cui Religiosus tenebatur obedire, antequam promoveretur ad Episcopatum. Tum quia Regularis factus Episcopus adhuc est verus Religiosus, & cogitur deferre habitum suæ Religionis, proinde manent, quæ sunt de substantia Religionis, cujusmodi sunt tria vota ex *c. cum ad monasterium in fin. de stat. Monachor.* Tum quia votum paupertatis est perpetuum.

Contrariam tamen sententiam docent Lessius *lib. 2. c. 40. dub. 14. n. 112.* Azorius *tom. 1. lib. 12. c. 7. q. 2.* Sotus *lib. 10. de just. q. 5. art. 7.* ratus votum paupertatis non esse tam intrinsecum religioni, sicut votum castitatis. Petrus Wadingus *tract. de contract. disp. 2. dub. 2. §. 2. num. 6.* Hurtadus *2. 2. disput. 160. sect. 5. sub sect. 3. §. 54.* Ex his duabus sententiis, quamvis prior ob authoritatem Doctorum sit probabilior, censerem tamen posteriorem adhuc probabilem, quia nititur argumento juris in *c. statutum 18. q. 1.* ubi Episcopus ex Monacho factus dicitur acquirere potestatem, ut legitimus hæres, sibi vindicandi paternam hæreditetem, quòd si tanquam legitimus hæres potest sibi vendicare paternam hæreditatem, utique habec dominium in illam, alioquin non sibi posset eam vendicare, sed monasterio, cùm Religiosi carentes dominio non sibi vendicent, sed Monasterio. Textus *in d. c. statutum*, sic habet: *Statutum est, & rationabiliter secundùm sanctos Patres à Synodo confirmatum, ut Monachus, quem canonica electio à jugo monastica professionis absolvit, & sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hares paternam sibi hareditatem postea jure vendicandi potestatem habeat: sed quid acquisierat, vel habere visus fuerat Monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundùm regulam sancti Benedicti arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur ad altare ad quod sanctificatur, & titulatur secundum sacros canones, qui aliquid aquirere poterit, restituat.* 137

tuat. Ex eo autem, quod in textu ponantur verbe ills, *ut Monachus, quem canonica electio à jugo monasticæ professionis absolvit*, satis epertè colligitur, eum sbsolvi à voto paupertstis, quia jugum monesticæ professionis consistit in votis solemnibus, cæteræ enim observentiæ sunt quid accessorium. Hinc adduntur hæc alia verba *legitimus hæres, paternam sibi hæreditatem postea jure vendicandi potestatem habeat*, ex eo enim quòd hebeet potestetem hanc, habet jus proprium ed hæreditstem, & ille verbe *sibi vendicandi* dicunt capecitatem ecquirendi dominium, quie illa perticula *sibi* stet intrensitivè, etqui jus, & capscitas dominij non stsnt cum voto paupertatis. Tum quie non potest dici de Monecho, quòd sit legitimus hæres, quie non Monschus est verus hæres, sed Monssterium, adeò ut non sibi, sed Monesterio ecquiret Monschus, unde ex textu in *d. c. statutum 18. q. 1.* colligitur, Pontificem promoventem Religiosum ed Episcopatum dispensare cum ipso in voto solemni psupertstie.

138 Idque ex eo etiem firmari potest, qoie Pontifex nonnunquem det fscultatam testandi Episcopis Reguleribus de bonis jure hæreditario acquisitis, non ita de bonis ecclesissticis; ergo quis bone aequisita jure hæreditario acquiruntur nomine proprio ipsius Episcopi, non autem nomine ecclesiæ. Neque obstat, quòd in textu non dicetur simpliciter legitimus hæres, sed cum eddito diminuente *velut legitimus hæres.* Quie ille psrticule *velut* ibi est expressiva legitimitetis, & sensus est, ut possit sibi vendicare hæreditetem peternam, tanquem qui est legitimus hæres; sicut etism *Joan. 1.* dicitur: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti*, non enim illa psrticula *quasi* indicst, non esse propriè unigenitum, sed sensus est, veluti illius, qui est unigenitus.

139 Rursus considerentur hæc alis verbe *quem sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit*, siquidem significent trensitum de statu Monachatûs, proinde commutetionem stetuum: & quendo fit transitus de uno stetu ad alium cesset terminus à quo, seu prior stetue, & incipit secundus, seu terminus ed quem.

140 Retio etiem id videtur suadere, quie Episcopus est sponsus ecclesiæ, cui præficitur, & trensit in eandem sortem cum ipsa, in qua simul communicat: unde si penes ecclesiem est bonorum ecclesiesticorum dominium, Episcopus communicat in hoc dominio, proinde solvitur à voto peupertatis, cùm non stet cum dominio talium bonorum. Tum quia Episcopi sæculeres non alia retione acquirunt dominium horum bonorum, nisi quis fiunt Episcopi, quia jus dominij ed talie bone est intrinsecum titulo Episcopstûs. Tum quie ecclesia secundùm se, si propriè loquemur non est capax dominij, quie hæc cepecitas est proprie tentùm naturæ rationslie, siquidem dominium est potestas liberè disponendi, quæ potestas est propria solius naturæ retionalie, unde si dominium est spud ecclesiem debet in illa esse ratione illorum, qui sunt capaces dominij, cojusmodi sunt illi, ad quos pertinet edministretio ecclesiæ. Quòd si dicss, ecclesiam concedere amplem administrationem sine dominio. Respondetur, non posse cohærere hanc amplam administrationem sine dominio, quie ipsa ampla fecultas disponendi de rebus ad libitum, citra injuriam alterius est proprium dominium, adeò ut perinde sit habere hanc amplam edministrationem, ac hebere dominium.

Prætere si Regularis incepex hæreditatie 141
assumatur ad Episcopetum, fit cepax hæreditatis, & recuperet jus succedendi, quia transit ad ecclesiam, quæ est capsx hæreditatis, proinde recuperst etiam capscitetem dominij, & absolvitur à voto paupertetis.

Hinc ad primum fundamentum oppositæ 142
sententiæ respondetur, necessitetem dispensandi in voto paupertetis oriri ex eo, quia Monechus promotus ad Episcopatum transit in sortem suæ ecclesiæ, & ut sponsue debet perticipsre in dominio suæ sponsæ, unde non solùm administratio illi concteditur, sed plena administratio, quæ coincidit cum dominio, ut ostensum est.

Ad secundum, Monechum promotum ad 143
Episcopatum non esse ampliùs in statu Religiosorum, quia status Religiosorum distinguitur è steiu Episcopali, & fit transitus de uno ad alium. Tum quia status Episcopatùs est perfectior. Neque obstst, quòd deferat hebitum suæ Religionis, quie id dicitur fieri in honorem sui Ordinis. Ad tertium, votum peupertatis esse tantùm perpetuum conditionatè, hoc est, nisi dispensetur à summo Pontifice.

Nihilominus licèt utraque sententie proba- 144
bilis sit, & suis nitstur fundamentis valdè probsbilibus, suósque hsbeat Authores plurimos: attamen prior sententia D. Thomæ est Tutior, quis dominium quod ecquirit Monachus factus Episcopus non est plenum, non enim pro suo libito potest dsre bona ecclesiæ sæcularibus, sed tenetur unam partem pauperibus distribuere, aliam pro instaurendis fabricis, & tertiam debet sibi spplicare pro sue necesseria, & congrua sustentetione, quod non est disponere ad libitum, & ex plene potestare, sed juxta sacros Canones administrare ecclesiasticos proventue. Ad textum desumptum ex *c. statutum 18. q. 1.* & est præcipuum fundamentum, quo nititur secunds sententia, posset responderi, textum posse ite intelligi ut Monachus factus Episcopus non ampliùs acquirat Monasterio, à quo discessit, sed suæ ecclesiæ, quie sicut alij Monechi acquirunt suis Monesteriis, ite Episcopi suis ecclesiis: hinc in fine canonis dicitur, quòd debeat restituere ecclesiæ, hoc est mortis tempore.

Tum quia quæ post mortem Episcopi Re- 145
guleris, msnent debentur ecclesiæ, non Monasterio. Rursus ex eo, quòd Episcopus Regularis sit capsx hæreditatis, inde non sequitur esse itidem cspacem proprietstis, quie etiam Scholestici Societetis JESU habent dominium bonorum, licèt non habeant proprietatem, quem abdicâtunt: non enim abditatio proprietetis, est

est abdicatio dominij, sed usus independentis à voluntate superioris: qua ratione Religiosi Episcopi sine licentia Papæ non possunt sua bona relinquere sæcularibus, quia pertinent ad ecclesiam, unde tametsi dicantur habere dominium talium bonorum, adhuc possunt obligari voto propriatatis, quia non possunt pleuè disponara de ijsdem bonis independenter à Pontifice, & tale dominium est potiùs quædam ampla administratio.

146 Quæritur trigesimo septimò, an habens votum castitatis, & religionis, si petat à Pontifice dispensationem unins, teneatur etiam exprimere alterum? Respondetur, quòd si petatur dispensatio à voto religionis, & nulla fiat mentio voti castitatis, dispensatio ab utroque voto ast valida; non ita, si priùs petatur dispensatio à voto castitatis, & non expliceiur votum religionis. Ratio primæ partis est, quia votum castitatis reddit faciliorem dispensationem, quàm votum religionis, faciliùs enim dispensari solet cum eo, qui castitatem vovit, quàm cum alio, qui religionem, quia in voto raligionis non solùm includitur votum castitatis, sed etiam paupertatis, & obedientiæ, unde si sola mentio fiat voti religionis, dispensatio sb hoc voto implicitè est etiam dispensatio à voto castitatis, cùm de essentia religionis sint illa tria vota paupertatis, castitatis, & nbadientiæ. Verùm id procedit, quando dispensatio à voto religionis petitur in ordine ad matrimonium contrahandum, quia tunc Pontifex scit cum matrimonio non cohærere votum castitatis: alioquin si dispensatio petatur ex alia honesta csusa non ao ipso, quòd impetrana est dispensatus à voto raligionis, est etiam dispensatus à voto castitatis, potest enim dari causa per se sufficiens ad tollendum votum religionie, non ad tollendum illud castitatis, quia sicut religio continet tria vota distincta, potest dispensatio fieri in ordine ad unum, non ad aliud: hinc plerumqna Pontifices ob nacessitatem parantum dispensant cum Religiosis à voto religionis, ut proprijs possint parentibus opitulari.

147 Quòd varò dispensatio à voto castitatis, non sit etiam dispensatio à voto religionis, ex ao liquet, quia votum raligionis prætar votom castitatis continet etiam alia duo vota paupertatis, & obedientiæ, & potest quis vovare castitatem solam sine paupertate, & obedientiâ. Tum quia non datur causa justa ad dispensandum in voto castitatis cum eo, qui ligatus est voto religionie; siquidem votum religionia etiam obligat ad non nubendum, & licèt non obligat statim ad castitatem, obligat taman ad illam promittendam.

148 Observandum est, dupliciter posse aliquem vovere religionem. Primò si quis voveat solùm ingressum, & tunc ax vi voti tenetur ingredi, & si postaa ex aliqua justa causa egrediatur, satisfecit sufficienter voto. Secundò potest quis non solùm vovere ingressum, sed atiam ipsam perseverantiam, & emissionem solemnis professionis, & de hoc voto religionia procedit quæstio, quia tunc vovena saltem implicitè intendit se obligare ad ea, quæ sunt de essentia religionis, cujusmodi sunt illa tria vota castitatis, paupertatis, & obadientiæ: & rursus ad perseverandum in religione; & hoc secundum est aliquod additum supra simplex votum religionis. Quòd si dicas, votum religionis non esse votum solùm de suscipiendo habitu. Respondetur, non esse quidem de solo habitu suscipiendo, sed etiam de perseverando, non tamen absolutè, sed conditionalè, nisi justa aliqua causa in contrarium orta fuerit. Secus qui vovit perseverantiam, absolutè vovit permanentiam in religione, quamvis oriatur aliqua justa causa, quæ tamen tanta non sit, ut omnino impediat perseverantiam.

149 Quæritur trigesimo octavò, an dispensatio ab irregularitate sit subreptitia, si non explicetur, quòd occisus fuarit Presbyter: adeò ut, si qui occidit sacerdotem, pro dispensatione irregularitatis obtinenda, solùm dicat, sa occidisse quendam virum, non exprimendo, quòd erat Sacerdos, valida sit dispausatio? Respondetur probabiliùs, talam dispensationem non asse subraptitiam, ut docent Basilins Pontius *de matrim. lib. 8. c. 15. §. 4. n. 24.* Taxada in *theol. moral. tom. 2. lib. 3. n. 187.* Molina *de justit. tom. 4. tract. 3. disput. 19. n. 9.* Ratio est, quia irregularitas homicidij non tam fuit imposita ob delicti gravitatem, quàm ob defectum perfectæ lenitatis: ad hunc antem defectum omnino extrinsecè se habet, quòd vir occisus fuerit rusticus, val nobilis, laicus, vel sacardos; est enim qualitas personæ omnino axtrinseca, quæ ad irregularitatem non facit. Hinc nullo jure, & consuetudine præcipitur, nt exprimatur qualitas personæ occisæ. Naqua obstat, occisionem sacardotis esse gravius peccatum ratione sacrilegij, quia licèt id verum sit, non tamen constituit irragolaritatem specia distinctam, qnia qualitas sacerdntis, nobilis, vel rustici sa habst axtrinsecè ad defectum perfectæ lenitatis.

150 Hinc valida est dispensatio circa irregularitatem ortam ex homicidio, si in ipsa explicetur occisio hominis, quamvis reticeatur circumstantia sacerdotis, quia irregularitas non est injuncta ob peccati gravitatem præcisè, sed præsertim ob defectum mansuetudinis, & lenitatis, quibus vult Pontifex Ministros ecclesiæ esse præditos; alioquin si ob paccati gravitatem imponeretur irregularitas; injuncta hæc asset gravioribus peccatis, præsertim perjurijs, blasphemijs, & alijs gravioribus, & pajerans incurraret irregularitatem, quod tamen est falsum. Tum quia dispensatio non vitiatur taciturnitate cuiuscunque vitij, sed tantùm illius, quod si dispensanti innotesceret, non dispausaret, ut quando jus declarat, talem qualitatem vitij esse necessariam ad incurrendam censuram, & nihilominua tacetur: atqui in jure non reperitur irregularitaa injuncta nisi ratione homicidij, adeò ut ratione sacrilegij non incurratur irregularitas, proinde licèt reticeatur in dispensatione qualitas sacerdotis, dummodo exprimatur homicidium, dispensatio ab irregularitate incursa prapter homicidium est valida.

Quæ-

151 Quæritur trigesimo nonò, an qui plura commisit homicidia, totidem contraxerit irregularitates explicandas in dispensatione? Respondet Suarez *de legib. lib. 6. c. 24. n. 12.* ex diversis homicidijs incurri diversas irregularitates explicandas in dispensatione: quia tametsi omnes illæ irregularitates sint numero distinctæ, perinde ac homicidia, moraliter tamen quasi efficiunt unam graviorem irregularitatem, proinde una illarum non satis explicatur sine alia. Putârim tamen semel contractâ unâ irregularitate ob commissum homicidium non contrahi eliam numero distinctam ob secundum, vel tertium homicidium. Ratio est, quia irregularitas est quædam inhabilitas per modum habitûs, proinde si semel contrahatur, non potest ampliùs ex eadem causa contrahi, cum enim consistat in privatione capacitatis, seu habilitatis, si semel habilitas sublata sit ob unam causam, non potest per repetitionem ejusdem iterum tolli, quia quod non est, tolli non potest.

152 Firmari etiam ex eo potest, quia copula cum consanguinea, quæ ponit impedimentum dirimens matrimonium, tametsi bis, ter, vel pluries repetatur, non inducit novum impedimentum: neque in dispensatione facienda est mentio omnium illorum peccatorum, sed sufficit, si unius tantùm mentio fiat, ut docet Garcias de *benefic. tom. 2. p. 8. c. 3. n. 77.* Rursus qui tenuit in baptismo plures filios ejusdem hominis unicam tantùm contrahit compaternitatem, ut docet Garcia *loc. cit. n. 78.* Demum qui sexies, vel septies contraxit nuptias, non est necesse, omnes illas nuptias exprimere, quando petit dispensationem bigamiæ, ut notat Ugolinus de *irregularit. c. 56. §. 7. n. 3.*

153 Nihilominus stylus Romanæ Curiæ videtur esse contrarius, supponitur enim ex eodem stylo, cum, qui plura commisit homicidia contrahere plures irregularitates necessariò manifestandas in dispensatione: quod tamen non videtur veritati consonum, quia cùm irregularitas, sit inhabilitas per modum habitus, non potest quis ex eadem causa fieri magis inhabilis, quia tota inhabilitas, seu carentia habilitatis habetur per primam irregularitatem, quam quis incurrit, privatio enim alicujus formæ, cùm consistat in indivisibili ponitur tota simul, sicut tota simul aufertur per positionem formæ. Cæterum, quia stylus Curiæ est contrarius, ostendendum est, quomodo obliget; certum est, stylum Curiæ Romanæ non obligare ut jus commune, nisi scriptus sit, & promulgatus, ac approbatus à Summo Pontifice: atqui de hoc speciali stylo Curiæ non constat, fuisse à Pontifice scriptum, promulgatum, & approbatum.

154 Tum quia stylus Curiæ multoties mutatur ad arbitrium summi Pontificis: tunc autem stylus Curiæ dicitur jus facere, quando est scriptus, promulgatus, & invariabilis. Tum quia declarationes Cardinalium editæ Romæ authoritate Papæ circa Concilium Tridentinum sunt invariabiles, & nihilominus censent plures, non facere jus commune, eò quia non sunt promulgatæ toti ecclesiæ; unde si declarationes Cardinalium editæ authoritate Papæ, tametsi invariabiles sint, non faciunt jus commune, quod obliget totam ecclesiam, eò quia non promulgentur, ut leges communes: nec stylus Curiæ, cùm non sit promulgatus toti ecclesiæ, & sæpe varietur, facit jus commune. Præterea quamvis stylus Curiæ faceret jus, id ad summum esset quoad forum externum, non verò quoad internum; proinde adhuc non tolleret probabilitatem alterius opinionis.

His tamen non obstantibus, censerem 155 standum esse omnino stylo Curiæ, quia explicat voluntatem legislatoris, & Summi Pontificis; quapropter si ex stylo Curiæ exprimuntur omnia illa homicidia, quæ fuerunt commissa ad impetrandam dispensationem super irregularitate contracta ex ijsdem homicidijs, censerem esse exprimenda juxta voluntatem dispensantis, quia Pontifex non dispensaret, si contra stylum Curiæ sciret non exprimi in supplicatione pro impetranda dispensatione, quæ debent exprimi ex eodem stylo. Tum quia Pontifex, qui dispensaret super irregularitate contracte ob unicum tantùm homicidium, difficiliùs dispensaret ob duo, vel tria; & ob viginti, vel triginta nullo modo dispensaret ob pluralitatem delictorum. Tum quia ex pluribus multiplicatis homicidijs irregularitas fit gravior, trahítque secum majorem difficultatem, quæ retrahit superiorem à concedenda dispensatione. Quòd si quis sit irretitus pluribus irregularitatibus specie distinctis, ut si sit homicida, & illegitimus, tunc per se loquendo potest una irregularitas tolli sine alia, ut irregularitas orta ex homicidio, non sublatâ aliâ ortâ ex illegitimitate, quia ut notat Perez *de matrim. disput. 46. sect. 5. n. 7.* inter hasce irregularitates non est connexio, nec taciturnitas unius quidquam confert ad dispensationem alterius, nisi quatenus tollit aliquem majorem difficultatem, quam fortè is haberet Princeps in dispensando, si sciret, petentem absolvi ab una irregularitate, affici pluribus alijs: hoc autem non sufficit, ut dispensatio in una irregularitate tantùm fit subreptitia, nisi jure id statuatur, vel ex circumstantijs, & rationibus id conjiciatur; id autem nullum jus, nec ratio declarat, quia multitudo irregularitatum tantùm reddit personam magis inhabilem extensivè, & minus dignam, quod non sufficit ad subreptionem, quia cum eo stat, ut dispensatio fiat cum plena voluntate, & cognitione omnium, quæ necessaria sunt ad valorem actûs; hinc qui pluribus ligatur excommunicationibus, est minus dignus quacunque absolutione: & nihilominus si impetret absolutionem unius non manifestatâ alterâ, valet absolutio illius, quia nullo jure plus exigitur: atqui neque in irregularitatibus jure plus postulant, proinde si quis obtineat dispensationem ab una tantùm orta ex homicidio, hæc est valida, tametsi mentio non fiat de altera orta ex illegitimis natalibus: in his enim, & simili-

bus pœnis per se loquendo valet dispensatio unius sine expressione alterius.

156 Quæritur quadragesimò, an illegitimus dispensatus ad ordines sit capax pensionis? Certum est, illegitimũ ob irregularitatem esse incapacem Ordinis ecclesiastici, proinde etiam pensionis, quæ supponit Ordines. An verò, si semel illegitimus sit dispensatus ad ordines, eo ipso sit capax pensionis, negat Rebuffus in *prax. tit. de dispensat. ad plura. n. 65.* & *c. quamvis de prabend. in 6.* Sed verior sententia est, dispensatum ad Ordines fieri capacem pensionis, & ita sentit Rota Romana coram Seraphino *decis. 1264. n. 2.* & ratio petitur ex eo, quia illegitimus non est incapax pensionis, nisi ratione defectus ad claricatum, proinde sublato tali defectu tollitur impedimentum ad capacitatem pensionis; & dispensatus ab irregularitate absque alio addito fit capax pensionis, & talis est decisio Rotæ *53. n. 2.* Garcias tamen de *benefic. tom. 1. p. 1. c. 5. n. 125.* putat contra decisionem Rotæ stare stylum Cancellariæ, & Datariæ, cui magis stari debet, ut magis propinquo Papæ: quòd si ita esset. Putârim standum esse huic stylo, quia declarat voluntatem Papæ: stylus enim Curiæ Romanæ tam Datariæ, quàm Cancellariæ est immediatè ex voluntate Papæ.

157 An verò irregularis dispensatus, ut possit promoveri ad Ordines Sacros sit eo ipso dispensatus, ut possit obtinere beneficium simplex. Respondetur affirmativè, quia privilegium Principis non debet ita strictè interpretari, ut evadat inutile *l. non dubium C. de legib.* siquidem inutilem, & frustraneam efficere actionem non decet Principem. Tum quia privilegium tendit ad concedendum aliquid privilegiato, quod alioquin ipsi non liceret; proinde ejus interpretatio, debet quantum fieri potest, extendi, ut hunc effectum operetur: adeo ut non sufficiat, si confirmet, quod aliàs esset licitum ei, cui conceditur privilegium, nisi ad id manifesta ratio adigat, ut notat Navarrus in *summ. c 12. n. 79.*

158 Hinc dispensatio, quamvis odiosa sit, extendi debet ad ea, quæ sunt illi necessariò connexa, & sine quibus non posset suum sortiri effectum, siquidem dans formam, dat consequenter requisita ad illam: at quamvis Ordines sacri, & beneficium simplex sint diversa, sunt tamen connexa quasi inseparabiliter, eò quia Concilium Trident. *sess. 21. c. 2. de refor.* prohibeat quemplam ad sacros Ordines promoveri absque titulo beneficij, tametsi promovendus habeat patrimonium, vel pensionem, nisi quasi dispensativè ratione necessitatis, vel utilitatis ecclesiæ, ex quo claret, irregularem dispensatum ad Ordines sacros, esse itidem dispensatum, ut possit obtinere beneficium simplex.

159 Sin verò irregularis esset tantùm dispensatus ad Ordines minores: communior sententia docet, non esse tunc dispensatum ad beneficium simplex, quia dispensatio est stricti juris, & irregularitas illa intelligitur auferri tantùm quoad expressa, & desumitur *ex c. de filiis Presbyt. in 6. §. ille verò.* hinc si Papa dispenset cum illegitimo, ut possit obtinere beneficium, non potest ex vi hujus dispensationis, nisi unum obtinere: quia dispensatio est exorbitans, & ut odiosa est restringenda. Tum quia ordo minor, & beneficium sunt diversa, & non necessariò connexa, & ordo sacer, & beneficium nectuntur ex Concilio Tridentino *sess. 21. c. 2.* cùm igitur beneficium non sequatur necessariò ex jure ad ordines minores, & dispensatio ut odiosa sit restringenda, sequitur, quòd si concessa sit tantùm ad ordines minores, non sit extendenda ad beneficium, ut notant Maceratensis *lib. 1. resol. 19. num. 10.* Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispensat. super defect. Natal. num. 66.* Barbosa *de offic. Episc. Allegat. 45. num. 1.* Nicolaus Garzia *de benefic. p. 1. c. 6. num. 7.* & cæteri Canonistæ cum Glossa *in c. 2. de filiis Presbyt.* quia dispensatio ad ordines recipiendos, & ad beneficium obtinendum sunt duo separabilia, & executio unius potest stare sine executione alterius, hinc dispensatus ad sacerdotium, non censetur dispensatus ad beneficium curatum, nec ad Episcopatum: nec dispensatus ad beneficium curatum intelligitur dispensatus ad canonicatum, quia canonicatus est dignitas, vel quasi dignitas, quæ non venit nomine beneficij curati.

160 Secus dispensatus ad majus censetur etiam dispensatus ad minus, ut notat Barbosa *loc. cit.* quia dispensatio utpote exorbitans à jure est strictè interpretanda. An verò illegitimus dispensatus, ut simpliciter fiat clericus, intelligatur tantùm dispensatus ad primam tonsuram, vel etiam ad quatuor minores, non conveniunt Doctores: plures ex eo, quòd dispensatio sit exorbitans à jure, & odiosa, adeóque strictè interpretanda, dicunt, hoc intelligi quoad primam tonsuram tantùm, non verò extendi ad ordines minores, & ita præ aliis docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 9.*

161 Putârim tamen censeri dispensatum etiam ad ordines minores: ratio est, quia tonsura propriè non est ordo, sed quædam tantùm dispositio ad ordines, quæ tamen sufficiens est ad constituendum hominem intra Ordinem clericalem: nomine autem Ordinis ecclesiastici propriè intelliguntur Ordines minores, & alij majores: unde ex eo, quòd dispensatio ut exorbitans à jure sit strictæ interpretationis, sequitur, esse intelligendam de ordinibus minoribus. Tum quia talis dispensatio habet aliquid beneficij, éstque permissio in genere: atqui permissio in genere mediocritatem respicit *l. final. §. 1. C. communia de legat.* & *l. legato generaliter. ff. de legat. 1.* hæc autem mediocritas habetur in ordinibus minoribus, quia hi medij sunt inter primam tonsuram, & sacros Ordines.

162 Quòd si Pontifex dispensaret cum aliquo simpliciter, ut ordines ecclesiasticos reciperet, tunc talis dispensatio extenderetur ad ordines majores, quia tametsi dispensatio sit strictæ interpretationis, utpote exorbitans à jure, & odiosa, non tamen est ita restringenda, ut non exten-

extendatur ad omnia, quæ sub rigorosa verborum significatione continentur, ut notat Coninck *de sacram. disput. 33. dub. 2. n. 29.* atqui nomine Ordinum ecclesiasticorum sub rigorosa significationa verborum comprehenduntur tam ordines minoras, quàm majores, & sacri; proinde debet extensio fieri ad omnes, quia in hisce rebus propositio indefinita æquipollet universali. Tum quia petens eam dispensationem à Pontifice apertè declarat, se petere dispensationem quoad omnes Ordinas, alioquin non fuisset necessarium adire Pontificem pro ea dispensatione, quia Episcopus potuisset cum ipso ad solos minores dispensare: onde ex eo, quòd dispensatio petatur, & fiat à Papa, intelligitur de ordinibus sacris. Tum quia ordo ut sic par se sumptus sopponit tanquam pro principali significato pro ordine majori, est enim quasi nomen analogum consequenter principaliùs supponit pro ordinibus majoribus. Præterea, quia non est præsumendum, Pontificem dispensantem absolutè cum aliquo ad ordines, velle, quòd dispensatus maneat cum solis minoribus ordinibus: siquidam dispensatio scienter facta non debet frustrari suo effectu, nec effici inutilis *c. si Papa de privil. in 6.* hinc dispensatio licèt exorbitans à jure; non tamen ast ita strictè interpretanda, ut reddatur illusoria, & extrahatur à vera significatione.

163 Quæritur quadragesimo primò, an eo ipso, quòd Papa dispensat cum Subdiacono, ut possit uxorem ducere, eum liberet ab obligatione recitandi breviarii? Respondetur, duaa circa præsentem quæstionem esse sententias, quarum prima nagat, quia recitatio breviarij, & uxorem ducere, sunt duo omnino distincta, quorum unum non depeadat ab alio, posituque recté cohærere obligatio recitandi breviariũ cum matrimonio; etenim sacerdotes Græci, quamvis matrimonio juncti sint, non tamen liberantur ob obligatione orandi divinum officium: atqui dispensatio utpote exorbitans à jure est strictæ interpretationis, & non se extendit nisi ad expressa; proinde ex eo, quòd Pontifex dispenset cum Subdiacono, ut possit uxorem ducare, non illico censetur eum liberare à recitatione divini officij. Præterea qui beneficio Principis solvitur ab aliqua lage, non statim supponitur solutus ab alia, ut nec etiam solutus ab uno vinculo est solutus ab aliis.

164 Neque obstat, si dicas, orare divinum officium esse accessorium ad ordinem sacrum subdiaconatus; & sublato principali tolli etiam accessorium. Nam id tantùm valet, quando non agitur de dispensationa, nac de aliis odiosis, & exorbitantibus à jura communi, quia odiosa utpote strictè interpretanda non extenduntur ad accessoria, seu connexa, si hæc sint separabilia, ut est Ordo subdiaconatus, & recitatio divini officij, non enim obligatio orandi breviarium est ita annexa cœlibatui, ut non possit simul cohætere cum matrimonio, ut liquet in sacerdotibus Græcis, qui licèt matrimonio juncti, adhuc obligantur ad divinum officium persolvendum. Secunda santantia, quam docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 8. num. 11.* procedit cum distinctione, & ait, quòd si subdiaconus, cui dispensatum est, ut matrimonium contrahat, non mutet habitum ecclesiasticum, taneatur ad recitationem breviarij, eò quia nondum à statu sacerdotali recesserit: secus si dimisit habitum ecclesiasticum, & induit sæculatem, utitúrque dispensatione sibi facta; quia tunc transfertur ad statum sæcularem solo indelebili charactere manente, consequenter debet etiam manere aexemptus ab oneribus annexia Ordini sacro,

Verùm adhærendum omnino puto priori 165 sententiæ, quia tametsi subdiaconna contrahans matrimonium, exuat habitum ecclesiasticum, & induat sæcularem, non propterea dicitur, assumpsisse statum incompatibilem, seu contrarium clericali, quia non amittit beneficia ecclesiastica, quæ solis Clericis debentur, imò nec privilegia amittit Claricorum, proinde non debet manere exemptus ab oneribus annexis statui Subdiaconi. Tum quia Subdiaconi, Diaconi, & sacerdotes Græci, tametsi matrimonio juncti, non tamen eximuntur ab oneribus annexis statui ecclesiastico sacro. Tum quia sicut habitus, ut vulgò dicitur, Monachum non constituit, sed solemnis religiosa professio: ita neque induere habitum elericalem Subdiaconum constitnit, sed sacer character, qui cùm perseveret, quamvis Subdiaconus exuat habitum clericalem, & matrimonium contrahat, ita neque omittit statum clericalem, nec debat esse exemptus ab oneribus eidem annexis.

Quæritur quadragesimo secundò, an di- 166 spansatus à Papa super illegitimitate, ut possit illegitimus promoveri ad sacros ordines, & dignitates ecclesiasticas possit etiam promoveri ad Episcopatum? Respondetur negativè, quia sub nomine simplicis dignitatis non comprehenduntur majores dignitatas Episcopatus, & Archiepiscopatus, ut notat Jacobus de Graffis *lib. 2. decis. cur. c. 97. n. 38.* & Glossa ad *c. 2. de prebend. n. 6.* ubi expressè ait, in dispensatione ad dignitates simpliciter non comprehendi dignitatem Episcopalem, eò quia non sit simplex dignitas, sed supramum culmen dignitatum, ut dicitur in *c. penult. de prebend.* Ratio itidem ex eo petitur, quia omnes dispensationes utpota exorbitantes à jura, & propterea odiosæ debent strictè interpretari *c. is qui de filiis Presbyt. in 6.* ubi habetur, quòd dispensatio tanquam odiosa sit restringenda juxta *regul. 15. jur.* Odia convenit restringi: & assignatur etiam ratio, quia dispansatio exorbitat à jura, & dicitur juris vulneratio, & exorbitatio, hinc in *reg. 28. jur.* dicitur: *quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda*, siquidem odiosum est eximi à lege æqualiter obligante omnas, ergo dispensatus ad dignitatea ecclesiasticas simpliciter non intelligitur dispensatus ad Episcopatum, quia Episcopatus non venit sub nomine simplicis dignitatis, sed est super dignitates. Hinc dispensatus ad minores Ordines non censetur di-

span-

spensetus ad majores, ut notet Glosse in *c. dilectus de filijs Presbyt.* neque dispensstus ad Episcopatum intelligitur dispensatus ad Archi-Episcopstum. Hinc liquet, dispenstionem its esse strictè interpretandam, ut non sir extendenda à paritate, vel mejoritste rationis.

167 Rursus si verba dispensationis non comprehendant casum similem, ed illum dispenstio nnn extenditur. Nec est eadem ratio de extensione legis de cesu ad casum nb identitatem retionis: quia lex pendet à ratinne, est enim ratio enima legis, secus dispensatio dependet à voluntate dispensantis: sicut quemvis lex pœnalis quoad obligationem extendatur de cesu ad casum ex identitete rstinnis, non tamen quoad pœnam, qoie hæc non dependet à ratione, sed tantùm à voluntete legisletoris, & id procedit de dispensatinnibus concessis sb homine, non de concessis à jnre, ut docet Suerez *de legib. lib. 8. c. 8. n. 11.* Hinc in dispensetionibus non velet srgumentum ab identitste rstionis, nec à msjore ed minus, nisi minus sit annexum cum msjnri, vel in eo inclusum tanquem ejus pars, qoia tunc dispensatio in casu msjori extenditur ad minorem: siquidem concesso toto conceduntur etiem partes, quâ ratione dispensatio ad sacerdotium extenditur etiam ad inferiores Ordines ducentes ed sscerdotium.

168 Rursus non velet argumentum à mejnti ad minns in dispensationibus ab homine concessis, bene tamen in ijs, quæ à canone, vel jure indncuntur; quia illæ strictæ; hæ lsrgæ sunt interpretetionis. Nihilnminus procedit in casibus à jute æquiperetis: hinc cleticus dispensatus, ut possit stui fructibus beneficij etism absens, ut vscet studio theologiæ, censetur etiem ad id dispensatus, si jus csnonicum audiat, eò quia hæ scientiæ in jnre æquiparantur. Rorsus nec velet argumentum à msjori ad minus, quando msjus, & minns sunt in diversis generibns: alioquin si sint intra idem genus dispensatio in msjori extenditor ed minus: hinc dispenstio à Pontifice concesse Episcnpo, ut pnssit testari, extenditnr etiem, ut possit Codicillum fscere, & causâ mortis donsre, quie hæc omnia continentur sub potestate testendi. Non temen id prncedit de dispensetione in meteria fsvorsbili, qnæ nulli præjudicst, quia tunt favor à superiore concessus subdito latè debet interpreteri. Cæterum nmnis dispensetin quamvis odiosa extenditur ed ee, sioe quibus non potest effectus dispensationis consistere, qnia Privilegium Principis non decet esse ntiosum, & debet aliqnid opereri.

169 Quæritur quadrsgesimo tertiò, quid dicendum, quendo cense dispensandi videtur esse dubie? Respondetur, superiorem, cui non msnifestè cnnstet, an cans dispensendi sit justa, & de hnc dnbitet, posse edhuc in tali dubio dispeosere, ut doceot Sanchez *lib. 4. sum. c. 45. n. 10.* Sylvester *V. dispensatio q. 14. n. 20.* Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 3. diffic. 1. n. 307.* Ratio est, qnie in dubio præsumitur, quod superior concedat inferiori fecultstem dispensandi: id enim exigit prndens, & discreta gubernatio ad rollendns scrupulos. Tum quia id videtur petere bonum, & suave ecclesiæ regimen: esset enim res perquem srdue pluribusque scrupulorum occssionibus exposite, si Prælati non possent dispensare nisi ob solas causes, ques ipsi certò scirent, ite esse justas, ut de esrundem justitie nunquem dubitarent: cùm enim valdè pauci sint, qui in singulis casibns possint semper dignoscere ebsque ulle hæsitatione justitiam canlæ, nonnisi rerò dispensarent t sufficit igitur, si certò constet de existentia csusæ, quamvis pnstes de illius sufficientia dubitetur: dummodo judicium magis propendeet ed jnstitiem causæ, potest tunc dispensari, quia in hoc casu præsumendum est, soperiorem concedere facultetem dispensandi inferiori, cum id exiget prudens, & discreta gubernatio. Tum quie in casu dnbio reservsto superior præsumitur concedere fscultstem inferiori sb illo absolvendi, ut communiter dncent Thenlogi: ergo etiam præsumitur cnncedere inferiori facultstem dispensendi in csusa dubia.

Verùm id procedit de dubio speculativo 170
noo verò prectico; quia dispensens in cause dubia debet prectìcè judicare licitum sibi esse dispensare in tali casu, quis debet operari juxta dictemen rectæ retionis. Rursus dubium debet se tenere ex perte sufficientiæ causæ, non verò ex perte illius existentiæ: quia pntestas dispensandi necesseriò exigit causam, proinde non debet extendi ad dubium, en causa subsit. Quòd si dubium æqnè sit, an casns indigeet, vel non indigest dispensetinne; censent plures, tunc non indigere dispenstione, quia præsumptio stat prn libertete. Sin verò in tali dubio censeatur necessaria dispensetio ed rectè opersndum, sufficit tunc, si hæc petetur ab Episcopo, quia Pontifici non videntur reservati casus dubij. Tum quis licèt dispensatio, nt exorbitens à jnre sit strictè interpretande, ipsa tamen pnteltes dispensandi, debet laxè interpretari, ut dncent communiter Canonistæ præsertim Barbosa *de potest. Episc. alleg. 35. num. 19.*

Quæritur quadragesimo quartò, an possit 171
Episcopus dispensare in lege Pontificis, quando Pontifex eidem edjicit clausulam, *nisi in ea dispensetur?* Respondetur effirmetivè, qnie licèt tunc Pontifex non explicet præcisè, à quo faciende sit dispensatio; tacitè tamen censetur, hanc secultatem dispensandi concedere Episcopo, idqne habetur ut regule cnmmnnis, & retio desumitur ex en, quia nullum debet esse verbnm in lege, aur canone, qnod sit ntiosum, ant suo careet effectn: atqui nisi adjecta clausule *nisi in eo dispensetur* intelligatur per Prælatum inferinrem ponitur otiosè, & nullum habet effectum, quia cum certum sit, posse dispenseri à Pnntifice io tsli lege, vel cenone, frustrs poneretur talis clsusule, si in ea Prælatus inferinr non posset dispensare, quie Pontifex jsm supponitur, quòd possit dispensere, cùm quilibet legislstor ex joste csuss dispenset in sus lege, uode ille clausnla *nisi in ea dispensetur* non pntest referri ad potestatem dispensandi,

sandi, quæ inest Pontifici, sed denotat potestatem dispensandi, quæ inest Episcopis.

172 Id tamen limitatur nisi lex superioris obliget tantùm Prælatum inferiorem, quia non præsumitur meus superioris esse, ut ipse Prælatus inferior secum in propriâ causa dispenset, quia licèt id non repugnet, non tamen in inferioribus præsertim Prælatis permittitur absque juste urgente causa. Limitatur etiam nisi lex sit solius Pontificis, & non etiam alicujus Concilij Generalis, cujus decretis, ut derogetur, necessaria est expressa mentio, adeò ut non sufficiat tacita, vel implicita concessio Pontificis, ut docent communiter. Demum limitatur, nisi lex injungat pœnam, quæ à solo supremo Principe injungi potest, quia tunc ed solum supremum Principem pertinet talem pœnam imponere, & tunc illa clausula *nisi in ea dispenseeur* ponitur ad faciliùs impetrandam dispensationem ab ipso supremo Principe.

173 Quæritur quadragesimo quintò, an quoties justa causa suppetit, teneatur superior, à quo dispensatio petitur, eandem concedere? Respondent plures præsertim Seneius *in select. disput. 43. num. 8.* & Snerez *de legib. lib. 6. c. 18. num. 20.* affirmativè, quia potestas dispensandi commissa est Prælatis in bonum Reipublicæ subditorum: proinde si causa justa subsit videtur Prælatus reneri dispensetionem illam concedere: alioquin egeret contra debitum sui officij. Casus verò, in quibus dispensetio censetur debite quatnor sunt. Primò quando jus præcipit, ut existente tali causâ concedatur dispensatio, tunc enim tenetur Præletus juxta legem dispensare. Quòd si jus tantùm concedat, ut possit dispensari, tunc dispensatio non est debita. Secundò quando est necessaria ad bonum commune, vel vitandum publicum scandalum, vel quid simile *can. cùm constituetetur dist. 50.* Tertiò si sit necesseria ad spirituele bonum postulantis, vel ad vitandum grave periculum animæ, quia Prælatus tenetur ex officio consulere saluti suorum subditorum. Quartò si subditus multum indigeet teli dispensatione ad vitandum aliquod grave damnum in persona, vel aliis rebus temporalibus, & sine dispendio potest dispensatio concedi: tunc enim seltem ex charitate tenetur etiem dispensare, hinc Episcopus tenetur dispensare cum clerico, ne resideat ratione studij *c. ex eo de elect. in 6.* Imò tenetur etiam dispensare in denuntiationibus matrimonij, si adsit suspicio melitiosi impedimenti, imò etiam in interstitiis, si id utilitati ecclesiæ expedierit.

174 Causa autem juste dispensandi alia est intrinseca; extrinseca alia; illa fundatur in aliqua oppositione ad ipsam observantiam legis, quam propterea reddit difficilem, onerosam, imò & moraliter impossibilem, quo pacto debilitae corporie, & destitutio virium reddit jejunij observantiam gravem, & difficilem: & ebstinentia à carnibus die veneris, vel sabbathi non hebenti ullum allum cibum, redditur moraliter impossibilis, quia omnino deficeret absque ullo protsus cibo: priori modo lex dicitur negativè cessare, quie tametsi possit ejus non observantia hominem excusare, non tamen ejus observantia redditur iniqua, cùm adhuc possit licitè servari: posteriori autem modo dicitur lex cessare contrariè, quia ejus observantia redditur illicita, & contrarie fini, seu intentioni legie, ad cujus obligationem tollendam, non requiritur expressa superioris dispensatio, sed sufficit epikeia, seu legis interpretatio. Causa extrinseca desumitur ex variis circumstantiis tum personæ, cum que dispensatur, ut ex ejus necessitete, utilitate, detrimento, virtute, & nobilitate, quâ ratione Tridentina Synodus *sess. 25. c. 18. de refor.* monet, in dispensationibus concedendis habendum esse personerum delectum: tum personæ dispensantis ad manifestandum suum ergo subditos affectum, & liberalitetem: tum Reipublicæ, & præcipuè cultûs divini, ad quem promovendum omnis dispensatio debet redundare.

175 Hinc in jure dispensatio bipertitur in debitam, & gratiosam *c. quanto à nobis 2. q. 4. c. Apostolica de cleric. excommun. c. licet de elect. in 6.* in priori enim textu dispensetio dicitur debita, & in ultimo gratiosa: est autem debita, si ex præcepto injungetur, vel superior utatur verbis præceptivis: imò est etiam debita ex justitia, si necessaria censeatur ad publicum Reipublicæ bonum, vel ad privatam spiritualem utilitatem subditi petentis: vel ex misericordia, & charitate, quæ in gravi periculo damni, præsertim spiritualis, obligat superiorem ad dispensandum. Dispensatio gratiosa dicitur, quæ tametsi justem causem habeat, non tamen ab eadem edigitur superior ad dispensandum, quia licèt causa sit justa non tamen censetur necessaria ad evitandum notabile damnum temporale, vel spiritnale subditi eam petentis.

176 Quæritur quadragesimo sextò, an si Pontifex dispenset sine justa causa, velida sit dispensatio? Ratio dubitandi est, quia dispensatio facte à Papa in lege propria procedit à potestate clavium, quæ est ministerialis, & data Pontifici in ædificationem, non verò in destructionem, adeò ut non sit data, ut ea Pontifex ed libitum aburetur; sed tantùm ut sub certa regula, & mensura pertinente ad bonum commune, eam exerceet: atqui sub hac regula non continetur dispensatio, quæ fit sine causa, proinde hæc est invelida: hinc Garcia in *repet. l. Gallus §. & quid si tantum. num. 296. ff. de liber. & posth.* ait: dispensare sine justa cause esse contra justitiam, & dispenstionem non valere. Nihilominus respondetur cum communiori tum Canonistarum, tum Theologorum sententia; dispensationem factâ à Pontifice sine causa in propria lege, suum sortiri valorem, ut præ cæteris docent Covarruviss *2. p. de matrim. c. 6. §. 9.* Molfesius *in sum. tom. 1. tract. 10. c. 4. num. 51.* Sotus *de justit. lib. 1. q. 7. art. 3.* Ratio desumitur ex eo, quòd lex dependeat à voluntate legislatoris, qui si ipsam abroget, manet abrogata, proinde si illam enfert respectu elicujus peteatis à lege dispensari, ablata manet respectu illius: hinc Glossa *in l. Relegatiss. de pœn.*

ait: quòd lex positiva non obliget, si Princeps nolit, in quo est pro ratione voluntas: quia sicut condere legem obligatoriam dependet à voluntate Principis, ita ab eadem dependet, quòd lex non obliget.

177 Neque obstat, quòd sine justa causa id fiat: quia alios obligari lege, & hunc, vel illum non obligari eadem lege ex voluntate Principis absque rationabili causa non sunt res incompatibiles ex terminis, nec potest satis ostendi hujusmodi incompatibilitas: quia tametsi Princeps fortassis peccet eximendo aliquem sine causa à lege servanda; non tamen sequitur, exemptionem non valere: siquidem superior etiam peccat dando beneficia indignis, vel minus dignis, & tamen collatio est valida: tum quia sicut potest quis malè uti dominio proprietatis prodigè donando, & tamen facta tenent, & donationes sunt validæ, ita quamvis Princeps malè utatur potestate dispensando sine causa, adhuc dispensatio valet.

187 Tum quia quando duo habent eandem causam dispensationis, nec adversatur bono communi dispensare cum utroque, tunc si dispensetur cum uno, & non cum altero dispensatio est valida, tametsi is, cum quo non dispensatur, jure offendi possit: ergo pari pacto si omnibus habentibus eandem causam obligationis, aliqui obligentur lege, alij non, sive in principio, sive postea, factum tenet; tametsi contineat aliquod gravamen eorum, qui obligantur lege. Ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, postetatem clavium esse ministerialem, & instrumentariam in ordine ad dispensationem, in votis, indulgentijs, & juramentis: esse tamen principalem in ordine ad dispensandum in propria lege, proinde si dispensatio fiat etiam sine causa, suum sortitur valorem.

179 Si dicas, hanc dispensationem adversari juri divino prohibenti, ne dispensetur sine causa in jure humano. Respondetur, esse quidem jure divino prohibitam hanc dispensationem in propria lege sine causa, non tamen esse irritam: sicut lex divina naturalis obligat divites ad erogandа superflua pauperibus in gravi necessitate, & nihilominus retentio superfluorum est valida.

180 Cæterum licèt dispensare absque ulla causa à pluribus vertatur culpæ mortali dispensanti, eò quia sit contra justitiam distributivam, & multum ex se deroget juri communi, & occasionem præbeat parvi pendendi leges, & Tridentina Synodus *sess. 25. c. 18. de refor.* dicat, has dispensationes factas, sine causa nil aliud esse, quam unicuique ad leges transgrediendum aditum aperire. Non tamen desunt, qui putant, Pontificem dispensantem sine causa peccare tantùm venialiter secluso scandalo, & notabili damno aliorum, eò quia non sit gravis deformitas, si pars aliqua exigua non se conformet toti: proinde secluso scandalo, & damno aliorum, non videtur esse grave peccatum sine causa dispensationem concedere.

181 Quòd si ex tali dispensatione concessa sine causa dispensati occasionem sumerent graviter parvi pendendi legem; teneretur tunc Princeps sub mortali talem dispensationem negare, ut etiam si grave damnum ecclesiæ, vel subditis ex tali dispensatione oriretur: quia legislatores tenentur leges condere non ob propriam, sed ob commune, & publicum bonum; proinde si ex dispensatione sine justa causa damnum inferatur bono publico, tunc dispensans non excusatur à culpa gravi ob gravitatem materiæ, ut si quis sine causa dispensaret à recitando toto Breviario: & in hoc sensu putârim cum D. Thoma *1. 2. q. 97. art. 3.* non posse ullum legislatorem quamvis supremum licitè dispensare in sua lege sine justa causa, & multò minus in aliena.

§. XIX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones circa potestatem dispensandi, quæ inest Episcopis.

QUæritur primò, an Episcopus possit dispensare, ut, qui matrimonium contraxit cum voto castitatis, possit petere debitum? Respondetur cum Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 12. n. 6.* Dicastillo *de sacrament. tom. 3. tract. 10. disput. 8. dub. 4.* Valentia, Henriquez, & alijs, esse probabile, posse Episcopum dispensare cum ijs, qui post emissum votum castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, ut possint licitè petere debitum: ratio ex eo desumitur, quia qui castitatem simpliciter vovit, & non obstante tali voto matrimonium contraxit, peccavit quidem se ponendo in tali statu, in quo non potest simpliciter castitatem, ut voverat, servare, cum teneatur debitum reddere alteri conjugi petenti: nihilominus, quia interim se reduxit in eum statum, in quo quamdiu durat, non tenetur ad castitatem simpliciter, cùm teneatur reddere debitum alteri petenti, ideo Episcopus dispensando cum tali vovente, ut possit petere debitum, non dispensat in toto voto, sed tantùm in parte illius, cùm vovens pro illo tempore durantis matrimonij non sit in statu voti castitatis simpliciter. 1

Tum quia licèt Episcopus dispenset in ordine ad petendum debitum pro tempore durantis matrimonij, si tamen hoc solvatur ob mortem alterius conjugis; si, qui vovit, sit superstes, tenetur soluto matrimonio servare votum castitatis: unde Episcopus dispensando tantùm pro illo tempore, quo durat matrimonium, tantùm dispensat in parte voti pro illo tempore, non verò in voto castitatis simpliciter. Quinimò hoc privilegium ita dispensandi in ordine ad petendum debitum concessum fuit à Pio V. Die 26. Octob. Anno 1569. Franciscanis: proinde etiam alijs Religionibus habentibus communicationem privilegiorum. Immo Sanchez *loc. cit.* & Leander *de sacrament. tit. 2. tractat. 9. disput. 24. q. 18.* docent, posse Episcopum etiam dispensare ad petendum debitum etiam in priori bimestri, antequam matrimonium sit consummatum. 2

Quæ-

5 Quæritur secundò, an Episcopus in dubio de valore voti reservati possit dispensare, & quid de voto conditionali postea confirmato? Respondetur, quòd si dubium oriatur ex probabilibus rationibus dubitandi; vel ex eo, quia non adsint sufficientes conjecturæ de certitudine voti, potest Episcopus dispensare: ratio desumitur ex eo, quia reservatio est odiosa consequenter restringenda ad casus certos, proinde quoties non constat de certitudine voti, reservatio non extenditur ad tale votum. Tum quia jure divino concessa erat facultas dispensandi super omnibus votis dispensabilibus, quæ tamen facultas limitata fuit authoritate Summi Pontificis, ut scilicet in actum exiret respectu aliquorum: atqui non constat, Summum Pontificem interdicere hanc facultatem dispensandi, quando certò non constat de voto emisso: sicut nec Summus Pontifex interdicit hanc potestatem, quando aliàs non patet facilis aditus ad ipsum, nec ad alium habentem delegatam potestatem dispensandi super hujusmodi vota, quia talis prohibitio esset in grave præjudicium ecclesiæ, & in Christi offensam: plures enim legitimam haberent causam petendæ dispensationis, quam tamen non possent petere ob difficilem aditum ad Pontificem. Verùm tamen est, quòd in tali casu, si votum sit certum, & Episcopus possit necessitati voventis subvenire per solam suspensionem executionis voti, non debet totaliter in voto dispensare, quia præfata potestas tantùm fundatur in quadam æquitate, & pia interpretatione, proinde non debet extendi ultra id, quod moralis necessitas exigit.

4 Rursus in dubio an aliquod votum sit reservatum nec ne, debet interpretatio fieri in benigniorem partem, & votum censari non reservatum, proinde posse Episcopum in eo dispensare, ut docet Basilius Pontius *lib. 8. de matrim. c. 9. n. 14.* Quinimò perquam probabile est, posse Episcopum etiam dispensare in voto conditionali postea confirmato, quia eo ipso, quòd non est votum absolutum, sed tantùm sub conditione, non est votum perfectum, sed tantùm imperfectum, & quia reservatio est odiosa, debet restringi ad votum perfectum. Neque obstat: quòd purificata conditione obligatio sit absoluta, quia semper initium, & origo dictæ obligationis fuit imperfecta voluntas dependens à futuro eventu, hæc autem voluntas semper censetur perseverare in ipsa obligatione. Tum quia semper verù est dicere, eam obligationem ortam esse ex consensu quodam imperfecto, proinde Episcopus potest in tali voto dispensare. Hinc licèt post purificatam conditionem votum fuerit confirmatum, nihilominus talia confirmatio cadit supra votum ab initio non absolutum, sed conditionale: unde confirmatio voti nullam majorem obligationem addit ad primum votum, quia per confirmationem vovens non se obligat ad majus vinculum, quàm se adstrinxit, cùm primum votum emisit, unde sicut ab initio votum non fuit absolutum & perfectum, ita potest ab Episcopo dispensari etiam post purificatam conditionem.

Quæritur tertiò, an Episcopus in aliquibus casibus possit dispensare super impedimentis matrimonij? Respondetur, in aliquibus casibus posse, ut si impedimentum sit occultum, & non possit manifestari sine notabili infamiâ, aut periculo gravioris mali: ut si impedimentum oriatur ex eo, quòd vir sororem illius, cum qua debet matrimonium contrahere fornicariè cognoverit; vel si è converso sponsa cognita fuerit à fratre sui sponsi, & tempus matrimonij contrahendi immineat. 5

Secundò si matrimonium in facie ecclesiæ semel contractum fuerit, & ab ecclesia præsumatur validum. 6

Tertiò si separatio futura sit difficilis, ut quia unica tantùm pars novit impedimentum, quod in judicio probari non potest, vel ob grave periculum propriæ, vel alienæ famæ, non tenetur extra sacramentalem confessionem illud manifestare: vel quamvis utreque pars illud noverit, neutra tamen potest illud probare. 7

Quartò si aditus ad summum Pontificem sit perdifficilis, ut si Titius contraxerit matrimonium cum Lucretia in facie quidem ecclesiæ, sed cum impedimento dirimente occulto, quod difficulter possit in notitiam aliorum venire, proinde difficulter possit matrimonium solvi, eò quia unus tantùm sciat impedimentum, quod probari non possit in judicio, vel non possit sine gravi detrimento propriæ famæ illud revelare, & nonnisi difficulter possit adire summum Pontificem, in hoc enim casu etiam censent plures, posse Episcopum dispensare super impedimento occulto matrimonij. Quia Episcopus ex causa gravissima potest dispensare in lege Pontificia, quando non patet facilis aditus ad Pontificem, proinde possunt etiam in præfatis casibus dispensare super impedimento dirimente. 8

Tum quia hujusmodi dispensatio, non ita strictè reservatur Pontifici, ut inferiores circa illam nihil omnino possint, etiam in casibus, in quibus dispensatio ad salutem animarum censetur summè necessaria, ut etiam ad impediendum scandalum: quia tunc tales possunt concurrere circumstantiæ, ut magis pertineat ad bonum publicum, posse Episcopum dispensare, quàm non posse: proinde cum Pontifex præsumatur velle salutem animarum, & publicum bonum ecclesiæ, præsumitur saltem tacitè concedere Episcopis facultatem dispensandi super impedimento matrimonij, ut evitentur scandala, & ne fideles matrimonio juncti perpetua fornicatione illaqueentur. 9

Imò Perez *de matrim. disput. 4. sect. 6. n. 4.* censet, id etiam procedere, tametsi contraheotes non sint pauperes, eò quia in divitibus possit accessus ad Papam contingere perdifficilis ob locorum distantias. Imò etiam quando urget periculum incontinentiæ, imò Basilius Pontius *de matrim. lib. 8. c. 13.* id extendit, quamvis occurrant duo impedimenta occulta, vel etiam plura, quia quoties alicui delegatur facultas dispen- 10

spensandi in aliquo impedimento, quemvis non possit dispensare in duobus, eò quie mixtum non comprehendatur sub simplici; nihilominus in casu necessitatis, quæ non tollit reservationem, potest dispensari, quia sicut tollit casum simplicem, ita etiam mixtum, ut docet Tannerus *tom. 4. disput. 8. dub. 9. n. 161.*

11 Quæritur quartò, an, ut Episcopus possit dispensare super occultis impedimentis metrimonij, dabeat, hoc fuisse bone fide initum seltem ex parte unius? Rasponderur effirmativè, quia si contrahentes non contraherent bona fide, essent conscij nullitetis matrimonij, proinde tenarantur illud non inire, & supersedera, donec impetrarent dispensationem à Pontifice: quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 5.* statuit, ut qui scienter intre gradus prohibitos contraxerint, & multò magis, si consumara præsumpserint, spe dispensetionis consequendæ careent: unde Concilium non reliquit arbitrio, & æquitati Episcopi dispensera super impadimentis occultis matrimonij male fide initi. Quinimò Concilium eddit, non posse dispenseri, si cum ignorentia impedimanti initum sit matrimonium, seu neglectis solamnitatibus ab ecclesia requisitis. Ubi taman notandum est, Concilium dicara *neglectis*, quia si justè, & de licentia superioris fuissent prætermissæ, id non obstaret, quin posset Episcopus dispensare.

12 Quamobrem ut Episcopus possit super impedimento dirimente occulro dispensara, requiritur, ut metrimonium seltem bona fide unius fuerit in facie acclesiæ contractum præmissis denuntiationibus, nisi super iisdem impetretur dispansatio ab Ordinario; & rursus quòd impedimentum sit occultum, seperatio difficilis, & accessus ad summum Pontificem atiam perdifficilis; in hoc enim casu potest Episcopus dispensere non solùm quando unum tantùm adest impadimantum, sed etiam qnendo plura simul concurrunt.

13 Observandum tamen est, Vicarium Generalem Episcopi non posse ite dispensera, nisi spacieliter id ab Episcopo illi commissum fuerit, quia tacita Pontificis concessio ed id non extenditur. Imò si metrimonium sit mala fide initum ex utraque parte, nec ipse Episcopus poteft dispansare, quie contrahantas mela fide sunt indigni, quibus favor præstetur, proinde quoad ipsos non præsumitur tacite concessio Pontificis, ut Episcopus in teli casu dispenset, præsertim cùm Tridentine Synodus *sess. 24. c. 35. de refor. matrim.* statuat, quòd si quis intra gredus prohibitos scienter metrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe careat dispansationis consaquendæ.

14 Quæritur quintò, an Episcopus in eliquo casu possit dispensare in impedimento dirimente etiem ante contractum metrimonium? Certú est, solum summum Pontificem potestate Ordinarie posse dispensere supar impedimentis matrimonium dirimentibus, ur decreto Pontificio, & Concilij Generalis statuitur, in cujus lege utpote superioris non potest Episcopus dispensare, quia inferior non habat potestatem dispensandi in lege superioris, ut docent communiter Cenonistæ, Coverruvies *in 4. decret. 2. p. 6. in princ. num. 15.* Rebuffus *tract. de nominat. q. 5. num. 32.* Archidiaconus *c. licet. can. de elect. in 6.* Abbas *c. cum dilecti n. 10. de elect.* unde quæstio procadit, quando imminet, & urgat gravis necessitas. Quòd tunc post matrimonium contractum possit Episcopus dispensare in impedimento occulto, quando matrimonium jam fuerit initum corem facie ecclesiæ, & est publicum, nec possunt conjuges separari absque scandalo; nec ad summum Pontificem peret eccessus ob paupertetem, vel locorum distantiem, vel ob alia legitima impedimenta, ostendimus in præcedente quæstione.

Difficultas igitur est, an si impedimentum 15 manifestatur Episcopo antaquam matrimonium contrehetur, possit Episcopus in eliquo casu urgentissimæ necessitatis dispensare in tali impedimento, tametsi hæc dispensatio præsertim urgentissima necessitate, petende sit à solo Pontifice. Putàrim probabile in aliqua urgentissime necessitete posse Episcopum dispensare super impedimento dirimente, si nulle prorsus pataret vie petendi talem dispensationam à summo Pontifice, ut docent Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 7.* Molsesius *in sum. tom. 1. tract. 4. c. 12. num. 35.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 8. c. 13. num. 6.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 31. c. 27. n. 205.* Berbosa *de potest. Episc. p. 2. allegat. 35. num. 5.* Præpositus *in 3. p. q. 7. de dispensat. impediment. matrim. dub. 2. num. 16.* & alij docentes, posse Episcopum ex causa meximè urgante dispensare in impedimento dirimente etiam antequam contrehatur metrimonium, dummodo omnibus tentetis dispensetio judicetur necessarie ad vitandam gravem infamiam, vel greve scandelum, quia tune extrame necessites, cui elitar non potest occurri, hanc facultatam dat Episcopo ex tacita licantia summi Pontificis.

Qualis verò sit iste cesus? Sanchaz *loc. cit.* ponit hunc, ut si sponsa contractura vespere matrimonium, menè accederet ad confessionem secramentelem, in qne aperiret, se habuisse copulem cum fretre sui sponsi, & non possat absque grevi periculo, & infamia retrocedere, eò quia omnia jam sint pareta ad nuptias vespere celebrendas, & consideratis omnibus mediis, iisque tentatis nulle evadendi via superfit, sed potiùs suspicio vehemens oriatur alicujus criminis detecti in confessione matutina, si fœmine vaspere ebstineret à nuptiis, donec Pontificie dispansatio impetretur. Verùm in hoc casu edhuc posset petere vie non contrahendi sine infamie, & periculo deregendi suum crimen, nimirum si fœmina ex consilio Confessarij voverat castitatem ed tempus, donec acciperet dispensationem Ponrificiam, tunc enim quia in confessione matutina emisit tale votum castitatis, posset diccre consanguineis se vovisse castitetem, & id aperuisse Confessario, à quo intellexit non posse matrimonium contrahare nisi post impetraiam à Pontifice dispensetionem: debat iamen sponsa tunc cautè procedera, & omni-

omnino tacere, se votum illud ad tempus emisisse, quia consanguinei possent tunc ab Episcopo dispensationem petere, quia hic potest dispensare in voto castitatis, si non sit perpetuum: si igitur sponsa dicat, se recordatam esse cujusdam voti castitatis, & fuisse admonitam à confessario, ne cùm tali voto contraheret, sed expectaret dispensationem à Papa, posset hoc medio occurrere suæ necessitati. Basilius Pontius *loc. cit.* ponit alium casum, ut si quis morti proximus ad legitimandos liberos, vel ad restaurandum honorem, vel pro bono pacis deberet cito contrahere. Verùm nec iste casus videtur probare intentum: quia vel impedimentum est notum, & non debet ad illud potestas Episcopi extendi maximè pro foro externo: vel est occultum, & tunc non summus in quæstione.

17 Hinc liquet, vix posse in praxi casum occurrere, in quo ante contractum matrimonium possit Episcopus dispensare, quòd si daretur talis casus, in quo nulla prorsus pateret via evadendi infamiam, & tentatis omnibus mediis adhuc suspicio vehemens oriretur alicujus criminis detecti in confessione, tunc putârim perquam probabile, posse Episcopum ex Epikeia dispensare super impedimento talis matrimonij: siquidem hoc impedimentum est juris humani, seu statutum lege Pontificia, seu Concilij: atqui urgente gravissima necessitate potest Episcopus dispensare in lege Pontificia, ut docent Canonistæ: proinde, si necessitas ita urgeat, ut post tentata omnia media nulla evadendi via aperiatur, & suspicio vehemens detecti criminis in confessione oriatur, si velit sponsa nuptias differre, tunc ne sequatur hæc infamia, & dissidia gravissima, & alia oriantur incommoda potest Episcopus interpretari, mentem Pontificis esse, ut in tali gravissima, & urgente necessitate possit dispensare.

18 Tum quia votum simplex castitatis etiam impedit matrimonium contrahendum, & ejus dispensatio Pontifici reservatur. & nihilominus in casu urgentis necessitatis, si magnum urgeat incontinentiæ periculum, nec possit Papa consuli ratione paupertatis, vel quia adsit grave periculum in mora, potest Episcopus dispensare, ut docent plures Canonistæ, præsertim Sylvester *V. dispensatio. q. 9. & V. votum 4. q. 9.* Navarrus *in sum. c. 12. n. 76.* Palatios *4. dist. 38. disp. 3.* proinde potest etiam dispensare in impedimento dirimente ubi urgentissima est necessitas.

19 Quòd si dicas, votum castitatis tantùm impedire non dirimere matrimonium. Respondetur, id esse verû, sed adhoc utrumq; impedimentum Pontifici reservatur; & impedimentum voti etiam excedit in hoc, quòd sit juris divini; proinde si non obstante reservatione Pontificia potest Episcopus dispensare in impedimento voti castitatis urgente summa necessitate, poterit etiam dispensare in impedimento dirimente: quia ratio, cur Episcopus sine urgente necessitate non possit dispensare in impedimentis matrimonij, non est, quia hæc sint dirimentia, vel impedientia tantùm, sed quia eorum dispensatio est reservata soli summo Pontifici, proinde si potest in impedimento impediente dispensare, potest etiam in dirimente. Præterea quia sententia docens post contractum matrimonium posse Episcopum dispensare innititur illo fundamento, quia potest Episcopus in casu urgentissimæ necessitatis dispensare in lege Papæ, vel Concilij; proinde poterit etiam ante matrimonium urgente pari, vel majori necessitate dispensare.

Quæritur sextò, an etiam præsente legato, vel Nuntio Apostolico possit Episcopus ante contractum matrimonium in casu urgentis necessitatis dispensare super impedimentis? Videtur dubium, quia pro casu urgentis necessitatis Pontifex non censetur sibi reservare talem dispensationem: atqui semel quòd Pontifex eam sibi non reservat, potest Episcopus dispensare, quia tunc per accidens se habet, quòd superveniat aliquis habens jurisdictionem delegatam. Nihilominus respondendum est, præsente Legato, vel Nuntio Apostolico habente hanc delegatam jurisdictionem, & facultatem dispensandi in prædictis casibus, non posse in iisdem Episcopum dispensare, non solùm antequam matrimonium contrahatur, sed etiam post ipsum initum: & ratio petitur ex eo, quia Episcopus solùm potest in hoc casu dispensare, ratione urgentis necessitatis, quando autem adest Nuntius Apostolicus, qui jurisdictione sibi delegata potest dispensare, cessat necessitas in Episcopo dispensandi; propterea non potest tunc dispensare. Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, quòd licèt Pontifex pro casu necessitatis non censeatur sibi reservare dispensationem; non tamen Episcopus potest dispensare, sed is tantùm qui magis specialiter, & proximè habet à Pontifice hanc jurisdictionem, & facultatem dispensandi; cujusmodi sunt Nuntij Apostolici, & Legati, proinde dispensare tunc pertinet ad Nuntium, vel Legatum, non ad Episcopum. 20

Quæritur septimò, an in illis casibus urgentissimæ necessitatis, in quibus potest Episcopus dispensare ante initum matrimonium, possit hanc authoritatem concedere suo Vicario? Respondetur, posse Episcopum probabiliter hanc authoritatem suo Vicario, vel etiam alijs delegare, & colligitur ex *c. 2. de dispens. impub.* ibi: *Districtiùs jubemus, ne aliqui ante ætatem à canonibus præscriptam conjungantur, nisi fortè aliqua urgentissima necessitate interveniente, utpote pro bono pacis talis conjunctio toleretur*, ubi notant Doctores illud verbum *toleretur* non se habere permissivè, sed approbativè, ut præ cæteris advertit Basilius Pontius *l. 8. c. 13. n. 6.* ergo si gravissima urgeat necessitas ante contractum matrimonium, potest Episcopus in impedimento ætatis dispensare: atqui est eadem ratio de alijs impedimentis, proinde potest Episcopus in iisdem, si gravissima urgeat necessitas, dispensare. 21

Ratio etiam id suadet, quia eatenus conceditur Episcopo, potestas dispensandi in impedi- 22

men-

mentis dirimentibus post contractum matrimonium, quia id exigit commune Reipublicæ bonum, & expedit saluti animarum, ne urgente necessitate homines salutari destituantur remedio: sed hæc eadem necessitas dispensationis potest urgere ante contractum matrimonium, ut ostensum est, consequenter est Episcopis concedenda: eo autem ipso, quòd Episcopo insit hæc potestas, potest eam delegare suo Vicario, ot etiam cuilibet alteri, prout summa necessitas videbitur expostulare, ut notat Covarruvias *lib. 3. variar. c. 20. n. 6.* Ratio etiam ex eo desumitur, quia hujusmodi potestas dispensandi in casu extremæ necessitatis, non conceditur personæ Episcopi, sed dignitati Episcopali, seu Episcopis ut Episcopis: atqui jurisdictio Principis, quando ex privilegio competit alicui non ut tali personæ, sed ut constituto in tali dignitate, vel officio non est delegata, sed ordinaria, habétque jura ordinariæ jurisdictionis, ut notat Bartolus in *l. ambitiosa n. 34. ff. de decret. ab Ordine faciend.* & docet Covarruvias *loc. cit. c. 20 n. 6.* proinde hæc potestas competens Episcopis cùm sit annexa eorum dignitati, & officio in perpetuum potest delegari, ut notat Glossa in *c. fin. de offic. Ordinarij.*

23 Quòd si dicas, Concilium Tridentinum *sess. 2. c. 6. de refor.* concedere Episcopis casus Pontificis occultos per se, vel per Vicarium, proinde non posse Episcopos delegare, si ipsis non committatur specialiter potestas delegandi. Contra est, quia Concilium solùm vult, Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione Vicariatûs facultatem dispensandi in præfatis casibus, nisi talis facultas sibi specialiter committatur. Cæterum Concilium non denegat Episcopis hanc potestatem generaliter delegandi.

24 Quæritur octavò, an, si dispensatio Pontificia super impedimento dirimente fit ob- vel subreptitia, possit Episcopus post contractum matrimonium dispensare in eodem impedimento, & confirmare Pontificis dispensationem? Ratio dubitandi desumitur ex *c. quia circa de affin. & consanguin.* ubi Pontifex consultus de his, qui subreptitia dispensatione contraxerunt, respondet Episcopo interroganti: *dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione videas grave scandalum imminere:* illa enim dissimulatio videtur esse quædam dispensatio: quia tametsi dissimulatio superioris, quæ suo facto, & impunitate fit, non sit dispensatio *c. cùm jam dudum de prabend.* Nihilominus dissimulatio facta verbis dispensatio censeri debet, quia est quædam approbatio? Respondetur nihilominus, non posse Episcopum post matrimonium initum per dispensationem, sub- vel obreptitiam dispensare in eo impedimento, nec confirmare Pontificiam dispensationem.

25 Ratio petitur ex praxi ecclesiæ, nullus enim est, qui ordinariè recurrat ad Episcopos, quando dispensatio impetrata à Papa est nullius valoris ob sub- vel obreptionem, sed recursus fit iterum ad Papam, cui explicatur causa invaliditatis, & rogatur, ut velit iterum dispensare cognitâ tali causâ. Semel enim quòd dispensatio est reservata Pontifici, illi soli reservatur, nisi urgentissima aliqua oriatur necessitas, quæ impediat accessum ad Papam, unde solus Papa potest suam dispensationem confirmare, ac eidem valorem impertiri. Tum quia validare actum invalidum potiùs pertinet ad superiorem, Episcopus autem est inferior Summo Pontifice. Tum quia impertiri valorem dispensationi subreptitiæ, perinde est, ac dispensare, & matrimonium ratione hujus confirmationis factæ ab Episcopo esset validum non ratione dispensationis factæ à Pontifice, quia cùm talis dispensatio fuerit subreptitia, & invalida, perinde se habet, ac si nunquam fuisset, proinde tota dispensatio haberetur ab Episcopo, quod dici nequit, quia extra casus urgentissimæ necessitatis Episcopus non habet facultatem dispensandi super impedimentis dirimentibus, quorum dispensatio ex decreto Pontificio, & Concilij Generalis pertinet ad solum Summum Pontificem, & inferior non potest dispensare in lege superioris, ut notat Archidiaconus in *c. licet can. de elect. in 6.* & Abbas in *c. cùm dilecti n. 10. de elect.*, & communiter Canonistæ.

Neque ratio dubitandi desumpta ex *c. quia circa de affinit. & consanguin.* ullum facessit negotium, quia textus solum dicit, posse Episcopum dissimulare, ut qui contraxerunt, remaneant in matrimonio mediante dispensatione subreptitia inito, si ex eorum separatione grave immineat scandalum: ratio, quæ Pontificem movit, ad ita rescribendum fuit, quia conjuges bona fide existimabant, se legitimè conjugatos esse: & ex alia parte ex detectione veritatis timebatur grave scandalum: hinc Papa ad hæc incommoda declinanda rescripsit, tacendum, & dissimulandum esse, eósque permittendos esse in tali matrimonio putativo, & invincibili ignorantia excusata. Præterea ex citato textu *in c. quia circa*, si colligeretur, Pontificem hanc potestatem Episcopo concessisse ad summum probaretur, in tali speciali casu datam fuisse illi Episcopo talem facultatem, non verò inde inferendum esset, datam fuisse omnibus Episcopis, quia id ex nullo textu probatur. Præterea in *d. c. quia circa* non probatur, quòd Pontifex hanc facultatem dederit tali Episcopo, quia Pontifex nullius ibi meminit dispensationis: sed tantùm dixit, ob grave scandalum imminens ex separatione permittendos esse tales conjuges perseverare in sua bona fide. Alioquin si Pontifex facultatem dispensandi concessisset Episcopo, debuissent conjuges moneri, ut matrimonium revalidarent; quia copula subsequens non procederet ex errore, quo credebant, se matrimonio alligatos esse. 26

Quæritur nonò, an Episcopus possit dispensare cum forensibus, & peregrinis, tametsi brevi tempore in eorum Diœcesi commorentur? 27 Respondetur cum distinctione, quia vel sermo est de lege municipali, & communi: vel de dispensatione voti, juramenti, & cujuslibet alterius

terius impedimenti : si sarmo sit da dispensationa circa lagas municipales, & communas, putârim, posseEpiscopum dispausara cum foraosiboa, & peregrinis : ratio ast, quia foranses, & paragrini, tamatsi brevi tampora commorentur in loco aliquo,adhuc rationa habitationis, quamvis modicæ subduntur lagibus illius oppidi, in quo sunt, proinda non deficit ipsis nacassario subjactio ad obtiuendam dispansationam. Quòd verò sacra Congragatio Concilij rafarenta Farinacio daclaraverit foransas, & peragrinos posse absolvi ab Ordinario loci, par quam transeunt, non varò dispausari, id nou provanit, quia daficiat jurisdictio, & potastas ad concadandam dispensationam, sad quia ragulariter deficit causa requisita, ut ootat Basilius Pontius *de matrim lib. 8. c. 7 n. 7.*

28 Tum quia ad supariorem loci pertinat, ut omnas ibi commorautas, leges ejusdem muuicipales, & communas observaut, proinda ad eundam etiam pertinet, causas examinara, quæ aarum observationam impediunt, val axcusant, proiude atiam parpandara causas axigaotas dispensatiooam, proinde Episcopus loci quoad lages municipales, & communas potast cum foreusibus, & paragrinis dispensare. Tum quia forcusas obligautur lagibus loci, per quam transeunt, ut sa accommodent alijs, & non causaut deformitatem, proinda suparior illius loci habat jurisdictionem cogendi foransas ad talem obsarvationam legum muuicipalium, & communium; proiuda habet atiam jurisdictionem, ut ax causa justa possit obligationam ralaxara, alioquiu forenses datarioris assaut cooditioue ipsis Incolis ; quia obligarautur lagibus ut Incolæ, & nou possent ut isti dispensatiooem obtinera. Putârim tamau id procadare, dummodo foransas habeaut animum ibi habitandi aliquo tampora diuturuo pro expadiendo aliquo nagotio, ad quod axpadiendum requiritur potior pars anni : quia ratioue hujus habitationis foransas coutrahunt quasi domicilium, & sortiuntur forum externum, ut possiut ibi da alibi gastis conveniri : argò etiam iu rabus spiritualibus, qualas sunt dispensationas, acquiruot quasi domicilium, & sortiuntur forum ex hac diuturna habitationa. Tum quia quamdiu quis oou acquirit domicilium in aliqua Diœcesi, non censetur subditus illius Episcopi, proinda non potest io ipsum Episcopus axercere actum jurisdictionis, ut notat Panormitanus *in c. nullus. n. 4. de Paroch.*

29 Sin verò sarmo sit de dispansatione voti, juramenti, val altatius singularis impadimanti, oon potest Episcopus ex habitationa modica, & trausaunte acqoirera sufficieotē jurisdictionam, quia hæc dapaoder ax consuatudioe, quæ sufficieotar daclaratur à Congregatione Cardinaliom admittantium absolotiooam ob ejus necessitatam, & negaotiom dispensationem, aò quia hæc necessaria non sit. Hinc Panormitanus *loc. cit.* doaat, non possa vota Scholarium communtari, aò quia pet illam modicam commorationam in loco studiorom non fiant subditi Episcopi loci illius.

Tum quia supar hoc adast daclaratio Cardinalium Congregationis Coucilij, quam rafart Farinacius *sess. 24. Trident. c. 6.* ibi: *Absolvere Ordinarius potest ex decreto Tridentini in sacramento pœnitentia forensem, qui gerit Officium Pratoris, Medici, vel Officialis, qui habet domum, & commoratur in civitate, vel Diœcesi, & in eis ecclesiastica sacramenta percipit, non tamen poterit cum eodem dispensare.* 30

Rurlus adest alia declaratio sacræ Coogregatioois approbata à Gragorio XIII. & ralata à Pootio *de matrim. lib. 8. c. 7. n. 7.* ibi : *Qui non est subditus Episcopi ut Medicus, Prætor, & similes homines, qui tantùm habitant in civitate, hoc decreto comprehenduntur, tametsi commiserint crimina in aliis civitatibus : habita tamen hac distinctione ut possint absolvi in sacramento pœnitentiæ à suis criminibus, non tamen dispensari.* Stautibus hisce daclaraiionibus sacræ Congragationis, iisdem adhæreudum ast. 31

Quæritur dacimò, an Episcopus possit dispansare sacum iu iis, in quibus potast cum aliis, ut in voto, irregularitata, præcaptis ecclasiæ? Dupliciter potast quia facum dispensare, uoo modo indiractè, ut quando Princeps in aliqua laga dispensat aum tota communiiata, tunc anim indiractè dispausat cum sa ipso, aò quia fit pars ejusdam commuoitatis. 32

Sacuudò potest facum quis dispeosare dalegando suam potestatam altari, ot facum dispensat, ot si Princeps suam potastatem in laga dispausandi alicui committat, ut facom di pensat; quo pacto cansant aliqui summum Pootificem delagara suo proprio Confassario suam jurisdictionam absolvendi à paccatis, ut juxta illam ipsum absolvat. 33

Rursus potast quis diractè, & immediatè secum dispansare, ut si Episcopus immadiatè sibi applicet legis dispensationem. 34

Respondatur, posse Episcopum indiractè, & madiatè sacum dispausara, quia cum possit dispansara cum tota communitate, potest atiam cum parta ejusdem ; atqoi Episcopos ast pars commuoitatis, cum qua potest dispensare, proiuda ex eo, quod diractà, & immediatè dispenset cum tota communitata ; indirectè, & madiatè dispansat atiam cum se ipso. Imò potast atiam secum dispansara dalagaudo suam potastatam alteri, ut secum dispensat, quia tunc non exatcat jurisdictiooam iu sa ipsum saltam immadiatè, & proximè, sed ad summum remotà, quatenus delegat suam potestatam altari, ot hic jurisdictionis actum in ipsum axarcaat. 35

Ao verò possit etiam directè, & immediatè dispausara cum sa ipso, oon couvaniunt Doctoras : sad putârim id oon repugnare, quia dispensatio non ast actus jurisdictionis cootentiosæ, aut coactivæ, in qua sit oacessaria productio testium, vel in qua dabeat raus puniri, hæc enim jurisdictio coactiva, val aonteotiosa, cùm axigat nacessariò distinctionam personarum, ooo potast axarcari io sa ipsum, uon enim idem potast asse Judax, & Raus : sad talis dispausatio est liberalis, & gratuita relaxatio 36

juris

juris, quæ nihil habet, quod necessariò exigat distinctionem inter personam relaxantem, & eam cui relaxatur, quia nullibi in jure id cavetur. Tum quia ut docet Suarez *lib. 6. de legib. c. 12.* potest summus Pontifex secum dispensare in suis legibus, proinde etiam Episcopus in iis, quæ potest cum suis subditis, cùm hujusmodi dispensatio non exigat distinctionem personarum, quia licèt Episcopi sint Prælati inferiores, adhuc possunt leges condere, & in ipsis secum dispensare, quia ratione harum legum plenam omnino habent potestatem.

37 Quæritur undecimò, quinam sint casus: in quibus Episcopi possunt dispensare super impedimentis matrimonium dirimentibus? Quia plerúmque urget necessitas dispensandi super impedimentis matrimonium dirimentibus, & ad declinanda scandala, & plura incommoda, imò & detrimentum salutis, & periculum animæ, si matrimonium in partibus præsertim, quæ per longiora locorum intervalla distant à Romana Curia, non patiatur diuturnam moram temporis, donec scribatur Romam, petatur dispensatio, & impetretur; ideò non est præsumendum, Summum Pontificem in illis angustijs velle, ut sponsi expectent cum propriarum animarum discrimine, donec ab ipso dispensentur: in hisce enim casibus saltem interpretatur, quòd voluntas Pontificis sit, ut Ordinarij locorum dispensent, & ratio ex eo etiam desumitur, quia reservatio dispensationis est propter charitatem, ac bonum regimen Christianæ Reipublicæ: adversaretur autem charitati, & optimo ecclesiæ regimini, si fideles, qui matrimonium cum aliquo impedimento dirimente bona fide ex juris, aut facti ignorantia in facie ecclesiæ contraxerunt; in angustijs illis constituti opportunis destituerentur remedijs, cùm impedimentum sit occultum, & plerúmque gravis, quæ imminent incommoda, ac pericula non permittant temporis dilationem, donec obtineatur à Sede Apostolica dispensatio super impedimento, cum quo fuit matrimonium initum, & interdum, qui contraxerunt, cum tali impedimento dirimente, sint ita pauperes, ut non possint Romam adire, neque mittere, nec scribere ob locorum distantias, vel alias causas, neque citra scandalum possint conjuges separari, vel etiam quia ex mora periculum immineat peccandi.

38 Ad hæc igitur pericula declinanda præscripta consuetudo est, ut Summus Pontifex consentiat, ut Episcopi in hisce casibus facultatem sibi vendicent dispensandi, ut censent communiter juris canonici interpretes, & Zerola in *prax. Episcop. V. dispensatio* testatur, sibi ex Romana Curia fuisse responsum, facultatem in præfatis casibus dispensandi super impedimentis dirimentibus esse penes Episcopos, concurrentibus tamen sex circumstantijs, quarum prima est, ut matrimonium jam sit contractum. Secunda, ut ignoranter sit initum quoad impedimentum dirimens. Tertia, ut matrimonium non solùm sit ratum, sed etiam consummatum. Quarta, ut impedimentum sit occultum, & tunc censetur occultum, quando publica fama non est vulgatum, vel ad forum contentiosum nondum perlatum; vel si perlatum fuit, non tamen potuit probari, adeò ut & lis dirempta fuerit, & pars rea sine probro dimissa. Quinta ut partes sint adeò pauperes, ut mittere non possint ad Pontificem, nec ad Legatum. Sexta quia si fieret separatio probabiliter suborirentur scandala. Cæterum si aliqua ex hisce circumstantijs non adsit, & personæ sint revera rudes, & rusticæ ad Episcopalem charitatem tunc pertinet, hanc prosequi dispensationem in forma pauperum apud Sedem Apostolicam, ut gratis, & sine compositione obtineatur. Hæ igitur sex conditiones requiruntur, ut Episcopi possint dispensare super impedimentis dirimentibus matrimonium jam contractum, quia quoad matrimonium nondum contractum multò arctior est Episcoporum potestas, & rarissimè contingit, ut Episcopi re adhuc integra possint dispensare super impedimentis dirimentibus.

39 Sunt tamen authores non infimæ notæ, qui casum proponunt, in quo potest Episcopus dispensare super impedimento dirimente matrimonium nondum contractum, sed proximè contrahendum, si nimirum sponsalia solemni ritu jam fuerint contracta, denuntiationes præmissæ, & consanguinei ac amici expectarent, quod vesperè deberent sponsi matrimonium inire de præsenti: tunc enim si Parocho ex confessione viri, vel puellæ proximè nupturæ innotescat impedimentum aliquod, ut contractæ affinitatis ex illicita copula occulta: in hoc casu, cùm omnia jam sint parata ad solemnitatem nuptiarum celebrandarum vesperè ejusdem diei; & omnibus discussis nulla pateat via publici scandali devitandi, ac infamiæ declinandæ, imò periculum immineat, quod gravissima sint inter consanguineos oritura dissidia; in hisce angustijs putant, posse Episcopum pro foro conscientiæ dispensare super impedimento dirimente matrimonium nondum contractum. Verùm fortassis etiam in hoc casu posset aliquod inveniri effugium, si nimirum sponsus impedimenti gnarus dicat, se emisisse votum castitatis, & nihil cogitâsse de tali voto, quod deberet impedire matrimonium, & à Confessario fuisse monitum, esse necesse, ut petatur dispensatio à Sede Apostolica super voto castitatis nulla facta præfiniti temporis mentione, quia votum castitatis servandæ tantùm ad tempus potest ab Episcopo remitti. Hac industria sponsus impedimenti conscius absque nota infamiæ, & sine periculo gravioris incommodi posset celebrationem matrimonij differre; & dum in Romana curia res apertè geritur pro dispensatione voti castitatis, posset clam procurare dispensationem à vero impedimento dirimente pro foro interno.

40 Quòd si hæc cautio spectatis circumstantijs cum rerum, tum personarum judicetur difficilis, vel quòd non possit absque magno periculo demandari executioni, tunc asserunt esse dispensationem impetrandam ab Episcopo, quam

quam in talibus angustijs pia interpretatione voluntatis Pontificis nolentis pernicism, & datrimentum animarum potest concedere. Addiderim tamen, nisi in eo loco præsens esset Legatus, & Nuntius Apostolicus, quia præsente Legato habeute hanc delegatam jurisdictionem, & facultatem dispensandi in prædictis casibus non potest Episcopos in ijsdem dispensare, non solùm antequam matrimonium contrahatur, sed etiam post ipsum initum, quis Episcopus in similibus casibus tantùm dispensat ratione solius urgentis necessitatis; & quando adest Nuntius Apostolicus, qui jurisdictione sibi delegata potest dispensare, cessat iu Episcopo necessitas dispensandi.

41 Quoties igitur agitur de matrimonio contrahendo, vel adest aliquod publicum impedimentum, Episcopi tunc dispensare non possunt, nisi potestatem hanc dispensandi iu casibus urgentis necessitatis à Summo Pontifica obtinnerint, & hæc est hodierna praxis, juxta quam dispensationes in gradibus prohibitis consanguinitatis, vel affinitatis, & alijs impedimentis dirimentibus reservantur Romano Pontifici, quando impedimentum est publicum, & agitur de matrimonio contrahendo: tunc enim Pontifex non permittit Episcopis, ut cum talibus circumstantijs dispensent, & quia impedimenta, quæ matrimonium dirimunt, instituta sunt ab ecclesia universali, vel ejus capite Romano Pontifice, ideo dispensatio super ijsdem jure communi pertinet ad solum Romanū Pontificem non ad Episcopos locales, ut habetur iu *c. cum inferior de majorit. & obedient.* si tamen Episcopi à Sede Apostolica facultatem obtinuerint dispensandi super impedimentis dirimentibus matrimonium nondum contractum, licèt impedimentum sit publicum; tunc ratione jurisdictionis sibi delegatæ possunt Episcopi legitimè dispensare: quia tunc non dispensant, ut Episcopi, sed ut Sedis Apostolicæ delegati; & non propria, sed authoritate Summi Pontificis.

42 Quæritur undecimo, an Episcopus in aliquo casu possit dispensare in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis? Respondetur negativè, imò probabilius, neque in quarto gradu, nisi fortassis antiqua sit, & legitimè præscripta Diœcesis consuetudo, ut Episcopus in quarto gradu in certis casibus possit dispensare, eò quia ejus prædecessores, hac eadem usi fuerint facultate à tempore immemoriali: quia tunc censetur consuetudo præscripta, & creditur à Sede Apostolica concessa, ut in quibusdam Galliæ Diœcesibus fieri solet; consuetudo enim legitimè præscripta juri positivo præjudicat *c. cum consuetudinis, c. cùm tanto de consuetud.* Quòd si Episcopus dubitet, an hujusmodi dispensationes à suis prædecessoribus concessæ fuerint ex privilegio reali, & perpetuo, an verò ex personali, tunc stante tali dubio non posset dispensare iu quarto gradu, nisi & ipse dispensandi privilegium à Summo Pontifice obtineret, quia in quæstionibus spectantibus ad sacramenta non licèt sequi opinionem minùs probabilem, minùsque tutam; relictâ probabiliora, ac tutiore.

Quòd verò Episcopi nunquam possint dispensare in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis, imò nec probabilius in quarto, plura Concilia Provincialia statuerunt, quæ propterea Episcopis hanc facultatem voluerunt adimere. 43
Concilium Compendiense *can. 1. si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti non separamus: in tertio verò, si reperti fuerint, separentur, & eos, qui unus in quarto, & alius in tertio sibi pertinent, conjuncti inveniuntur, separamus*, & Patres Concilij Turonensis coacti anno 1583. *c. 9.* aiunt: *Quibus in quarto consanguinitatis, & affinitatis, nec non cognationis spiritualis prohibitis gradibus supra expressis Episcopis dispensare non licere declaramus.* Synodus etiam Lingonensis ait: *gradus consanguinitatis sic ponuntur, fratres aut sorores sunt in primo gradu, Filij duorum fratrum, aut sororum sunt in secundo gradu, filij cognatorum germanorum sunt in tertio gradu, horum filij dicti tertij cognati germani sunt in quarto gradu. Inter istos non est legitimum matrimonium, nisi cum eis fit per sedem Apostolicam dispensatum.* Cæterum dispensatio matrimonialis ab eo impetrata, qui vulgò putatur habere facultatem dispensandi valida est; & ita judicâsse Romanam Rotam refert Ancharanus *consil. 409.* ubi addit, *decisiones Rota 2. de fil. Presbyt. num. 2.* Zerola itidem in praxi Episcopali *v. dispensatio* censet, æquè concedentes, ac impetrantes dispensationem in hac specia excusari ratione bonæ fidei.

Quæritur tertio decimò, an Episcopi possint dispensare super impedimentis non dirimentibus matrimonium? Respondetur, quòd si matrimonium jam fuerit contractum, possunt Episcopi dispensare iu omnibus impedimentis matrimonio jam inito supervenientibus: antequam verò contrahatur, non possunt Episcopi dispensare super impedimentis non dirimentib⁹, quæ oriuntur ex votis castitatis, & religionis: hæc enim est hodierna praxis, & usus ecclesiæ, adeò ut Episcopi possint tantùm dispensare super impedimentis non dirimentibus exceptis votis castitatis & religionis, quia hæc adeò strictè sunt soli Summo Pontifici reservata, ut hic nec in Jubilæis universalibus concedat hanc facultatem super illis dispensandi. Observandum tamen est, vota emissa de non nubendo, de non petendo conjugali debito, de sacris ordinibus suscipiendis, de castitate ad tempus servanda non esse reservata Summo Pontifici, & posse ab Episcopo dispensari, quia non comprehenduntur sub voto castitatis perpetuæ, nec religionis, cùm non sint absoluta vota castitatis, Pontifex enim sibi reservat votum absolutum perpetuæ castitatis: unde quoties expressè hoc votum non emittitur, cætera, quæ versantur circa castitatem servandam ad tempus, vel hoc, vel illo modo, non sunt reservata Summo Pontifici, proinde in illis potest Episcopus dispensare, ut etiam super impedimentis, quæ superveniunt matrimonio jam contracto, & prohibent petitionem debiti conjugalis, ut est affinitas ex incestuosa copula. 44

45 Quòd Episcopi non possint dispensare in votis absolutis castitatis perpetuæ, & religionis desumitur ex *c. cum multa, de voti redemptione ex extravag. commun. tit. de pœn. & remiss.* & etiam ex Constitutione Sixti IV. cui initium est *& si*, quòd si ambo sponsi detinerentur aliquo impedimento, quod Episcopus potest solvere, sed sponsi eidem non subjiciuntur Episcopo, sed duobus distinctis, eò quia ex diversis sint Diœcesibus, tunc non sufficit, si unus duntaxat Episcopus dispenset super utriusque impedimento, sed ab Episcopis utriusque Diœcesis petenda, & obtinenda est dispensatio, vel saltem à Summo Pontifice, alioquin si in tali casu unus tantùm Episcopus dispensaret, irrita esset dispensatio, & matrimonium nullius foret valoris: & ratio petitur ex eo, quia dispensatio est actus jurisdictionis, & Episcopus non habet jurisdictionem in Diœcesanum alterius Episcopi: ex eo igitur, quòd alter ex sponsis non sit Diœcesanus Episcopi, nec ratione domicilij, nec ratione originis, nequit Episcopus cum illo dispensare, quia non potest in non subditum exercere actum jurisdictionis, quapropter tunc quilibet Diœcesanus à suo proprio Episcopo debet dispensationem petere, & obtinere.

46 Quæritur quarto decimò, an Episcopi possint dispensare super impedimento cognationis spiritualis? Respondetur negativè, idque ex statuto ecclesiæ: quinimò summi Pontifices aliquando etiam denegârunt dispensationem iis, qui impedimentum ignorantes bona fide contraxerant. Et sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres cùm olim fuisset rogata, an puella novennis de sacro fonte suscipiens infantem contrahat cum eo cognationem spiritualem: quòd si hujus spiritualis cognationis postea immemor cum ipso matrimonium contrahat, sit tunc concedenda dispensatio? Respondit, cognationem spiritualem esse contractam, & dispensationem concedendam esse: sed Gregorius XIII. ad quem tunc relata fuit sententia sacræ Congregationis dispensare noluit super hoc impedimento cognationis spiritualis. Et quamvis fuerit postea dispensatum ob dotis incompetentiam, non tamen id trahendum est in exemplum, quia ut notat Prosper Fagnenus in *c. Ex litteris de cognat. spirit.* non quod aliquando factum est, sed quod fieri debet spectandum est. Hinc cùm hoc impedimentum cognationis spiritualis sit tantùm de jure ecclesiastico, ac propterea sine dubio dispensabile à summo Pontifice, qui tamen rarissimè inducitur ad dispensandum, eò quia putat non expedire, ut super hoc impedimento dispensetur; à fortiori sequitur, nec Episcopum super hoc impedimento cognationis spiritualis posse dispensare sive matrimonium nondum contractum sit, sive jam initum. Idque vel maximè procedit de primo gradu cognationis spiritualis.

47 Cæterum qui cum aliquo impedimento dirimente contraxerunt præsertim in gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, si postea missâ Romam supplicatione, ac impetrato dispensandi mandato matrimonium consumment, antequam Officialis, ad quem mandatum Apostolicum de dispensando directum fuit, inquisitione factâ, & cognitâ causâ pontificium mandatum cum iisdem dispensandi, mandaverit executioni; adhuc rata est ipsa dispensatio, neque opus est petere novam dispensationem, seu absolutionem ab Episcopo de patrato incestu. Ratio est, quia cum impedimentum incestûs non contigerit, antequam Romam mitterent supplicationem, Pontificium rescriptum non fuit subreptitium: fuisset enim tale, si ante missam supplicationem ad Romanum Pontificem reticuissent impedimentum incestûs: sed quia contigit postea; nil dolosè in supplicatione reticuerunt, & incestus quamvis impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum; & quia in nostro casu impedimentum dirimens consanguinitatis, vel affinitatis pontificia dispensatione sublatum est, solùm superest impedimentum incestûs, quod impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, proinde sufficit, si dispensatio, seu absolutio patatur ab Episcopo, ut eo impedimento soluto possint contrahere matrimonium secundùm tenorem pontificiæ dispensationis, illudque consumare, vel si jam contractum, & consummatum est, ut possint sibi mutuo debitum reddere. Imò Corrector Pœnitentiariæ, qui postea creatus fuit Episcopus Ilardensis asserit, quosdam, qui mandatum ad dispensandum impetraverant, & interim ante dispensationem commiserant incestum non fuisse obligatos illum confiteri Episcopo, nec ejus Vicario Generali, vel Officiali in foro externo interroganti, eò quia incestus ille occultus fuerat, & secretus, & ejus manifestatio necessaria non erat ad substantiam dispensationis: ita sensisse Correctorem Pœnitentiariæ refert Navarrus *consil. 10. de consang. & affin.* ubi tamen monet, sacram Congregationem censuisse, in simili casu partes ad sedem Apostolicam pro certis litteris obtinendis remittendas esse à Judicibus, antequam in virtute privatarum litterarum dispensent.

Hoc idem etiam confirmat Zerola in *prax. Episcop. V. dispensatio*, eò quia tempore datæ gratiæ in curia, quamvis nondum litteræ sint confectæ, incipiat valere dispensatio in foro interiori, adeò ut Episcopus, vel ejus Vicarius, aut Officialis non sint ipsi dispensatores, sed tantùm executores mandati Pontificij: est enim Pontifex, qui dispensat, & Episcopus Ordinarius, qui dispensationem exequitur ex mandato Pontificis. Hinc filij ex illo incestu geniti legitimi sunt, dummodo partes bona fide convenerint, non spe dispensationis faciliùs obtinendæ. Cæterum etiam qui cum impedimento dirimente matrimonium contraxerunt, & supplicatione Romam præmissa interim consummant matrimonium, quamvis nondum Romæ sit admissa supplicatio, nec nondum concessa gratia valida est dispensatio, post consummatum matrimonium. Ratio est etiam ea, quia dispensatio 48

satio noa est subraptitia, & supplicatio cum fuerit Romam missa, entaquam consummaretur matrimonium, preces tnac veritate nitebantur, proinde cum in supplicetiooe nil fuerit omissum tempore, qno fuerat Romam missa, praces veritata oitnatnr, & dispensetio snnm sortitur velorem.

49 Cæterum subraptitia ast dispensatio, ed quam obtinandam supplicantes salsum exposuarunt; aur aliquid etiam qnod in supplicatione exprimendum arat, etiam ex ignorentie tacuerunr, & si ex vi talis dispansationis contrahatur matrimonium, hoc est irritnm, ut desumitur ex *c. super litteris de rescrips.* Hinc Concilium Tridcutinum *sess. 22. de reform. c. 5* jnbet, dispensationes extre curiam commitri Episcopo, & ab ao axaminari, ibi: *Dispensationes quacunque trunt, committantur Ordinarijs illorum, qui eas impetraverint: ea verò quægratiosè conceduntur, suum non sortiantur effectum, nisi priùs ab eisdem tanquam delegatis Apostelicis summariè tantùm, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis vitio non subjacere.*

50 Conveniuot commnaitar tnm Thaologi, tum juris pontificij pariti, qnòd si ed obtinendam dispensationem anica tantùm expooetur causæ, & ea salse, irrite sit dispensatio, ec onllins veloris. Ur etiem si plures exponantur causæ, quæ sint falsæ, quie ruoc preces veritate non nituntur, & deest propterea conditio, sina que Pontifex non intendit dispensationem concadere. Quòd si plures exprimentur causæ, quarnm nulla par se sufficiet, sad omnes simul junctæ vim sortientur sufficientis rationis, tunc si omnes veræ sint, qnia preces varitate nituntur, dispensetio suum sortitur valorem, quia Pontifex omnes illas causas sibi axpositas ponderer, & quia omnes simul sumptæ exhibent justam censam dispensandi, ideò velide est dispensetio: quod si une ex illis tantùm sit falsa, dispensetio nullius est veloris. Sin verò plures exprimantur causæ, quarum nna sola sufficiet, quæ vare sit, tametsi aliæ sint falsæ, velet dispensatio, quia tunc adhue hebetur sufficiens, & justa cause dispensandi, & si illa sole suisset exposita, & eliæ omissæ, adhuc Pontifex dispensâsset; tunc anim cæteræ causæ non per se requiruntur, sed tantùm per accidens, & sine necessitata fnerunt adjectæ. E cootra si ille sola, quæ est sufficiens, felsa sit, & reliquæ omnes per se insufficientes sint varæ, dispensetio est nulla, quia Pontisex non dispensat, nisi ax justa legitima, & vera causa, quæ tunc deest.

51 Quæritur quinto desimo, an soli Episcopi possint dispensare super denuntiationibus præmittendis matrimnoio. Sunt denuntietiones, quæ præmittuntur matrimonio, quædam proclemationes, qnibus matrimonium ineundum inter tales sponsos publicatur in acclesia parochieli, ut si quæ sint impedimenta inter contrahentes manifestentur, & innotescant ecclesiæ, ne scilicet personæ matrimonio copulentur, quæ ad contrehandum non sunt legitimæ ob impadimentum, val dirimens metrimonium, vel prohibens, ae contrahatur: & etiam ne matrimonia clandestioa calebrantur. Tres autem denuntiationea debent matrimonium de futuro præcadere, & à proprio contraheotium Parocho fieri, & qnidem tribus continuis diebus dominicis, aut festis.

52 Non tamen oecessariæ sunt hujusmodi denuntiationas necessitate sacramenti, sed tantùm necessitate præcepti, oequa si matrimonium contrahetur non præmissis denuntiationibus ast clandastinum, dummodo initum sit coram Parocho, & duobus, vel tribus testibus: Unde ax omissione denuntiationum matrimoninm non irriratur, & colligitur ax Tridentina Synodo *in decret. de matrim.* ubi varba ille: *Qui aliter, quam præsente Parocho*, non rasaruntur ed solemnitatem denuntiationum, sed ad Perochi, & testium præsentiam, sina quibus vult Concilium irritum assa matrimonium, & pertes inhabiles raddit ad sic cootrehendnm: ex quo colligitur ax defectu denuntiationum matrimonium non irritari, nac partas raddi inhebiles ad sic contraheodum; exceptio enim in hoc casu firmet legem in cæteris. Hinc liqnet danuntiationes præmittendas matrimonio non pertinere ad substantiam ejnsdem; quia si essent de ajusdem substantia non possant ampliùs fieri post initnm matrimonium, quia individnum est qnidquid ad substantiam actûs partinat, ut separari, vel disjungi ab illo nequeat; atqui denuntiationes, si probabilis fuerit orta suspicio, etiam post celebrationem matrimonij differri possnnt.

53 Cum igitur danuntiationes non sint de substantie metrimonij, nec illarum omissio clandestinum, ac irritum seciat matrimonium, ut respondit sacra Congragatio Concilij Tridentini interpres, conceditur Episcopis facultas, ut ex justa eliqua causa possint super hujusmodi denuntiationibus dispensara: & qui illis non præmissis volunt contrehere, tenentur ab Episcopo dispensationem petera, alioquin peccarent letheliter, si nulle suppetante legitima causa sine præviis denuotiationibus matrimonium contraherant. Imò similis peccati Rei essent etiam Parochus, & tastes, si scientar tali matrimonio intaressent, quia violarent ecclesiæ præceptum in re gravi.

54 Hinc Episcopi nonnisi justis de causis possunt unam, vel elteram, imò & omnes remittera denuntietiones, ut habetur in decreto Tridentinæ Synodi ibi: *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiesè impediri posse, si tot præcesserint denunsiationes, tunc vel una tantùm denunciatio fiat; vel saltem Parecho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde anta illius consummationem denunsiationes in ecclesia fiant; ut si aliqua subsunt impedimenta facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædicta denuntiationes remittantur: quod illius prudentia, ac judicio sancta Synodus relinquit.*

55 Respondetur igitnr ad quæsitum, ex Concilio Tridentino apartè constara, posse Episcopum ex justa ceuse dispensare super danuntiationibus præmittendis matrimonio de futuro.

Justæ autem causæ plures esse possunt, prima si probabilie fuerit suspicio, posse matrimonium malitiosè impediri, si tot præcesserint denuntiationee, ut habetur in Tridentioa Synodo.

56 Secunde quando sine infamia contrahentium fieri noo possunt denuntiationee, ut si in concubinatu vixerint, & tamen pro veris conjugibus fuerinc hebiti, & nunc optent per legitimum matrimonium à peccato emergere. Vel si cum impedimento dirimente, eóque occulto contraxerint.

57 Tertia si absque gravi animæ detrimento, vel rerum temporalium discrimine differri non possint ouptiæ, ut si vir sit in pericolo mortis constitutus, vel debeat stetim in dissitas Provincias proficisci, & interim necessè sit contrahi matrimonium, ut ingenuæ mulieris consulatur honori, & proles jam coocepta, vel etiam nata legitimetur.

58 Quarta ad declinandum peccatum, scandalum, vel infamiam, aut, dissidia, vel vexationem ex parte pareutum, aut tutorum, st periculum subsit, ad quod avertendum expediat, ut nuptiæ quàm primùm contrahantur. Vel periculum sit in mora, ne alteriua sponsi animus ex levitate, infidelitate, vel etiam insidorum susiionibus immutetur. Et hæc causa tunc vel maximè urget, cum ambæ partes suetunt in stupro deprehensæ, & mox in matrimoniam consentiunt, & periculum sit, ne ex levitate propositum mutent.

59 Quinta si virgo sit sub tutela iniqui Tutoris, qui velit eem viro igoobili, & dispari tradere: ut etiam si sit sub porestate Novercæ, quæ velit eam in monasterium protrudere.

60 Sexta si inter contrahentes disparitas sit conditionis, vel divitiarum, aut ætatis, tunc ad declinandam notam ignominiæ possuut remitti denuntietiones præsertim si ex charitate vir, qui est sui juris meretricem velit ducere, ut eam extrahet è peccato.

61 Septima si matrimooium ineatur cum Principibus, tunc omittuutur denuntiatiooes, quia talia metrimooia suut omnibue manifesta, & publica, & si quæ essent impedimenta statim ecclesiæ innotescerent.

62 Octava si tempus urgeat, quo nuptiarum celebretio sit postea prohibita, ut duobus ultimis bacchanaliorum diebus, si differri non possint citra grave incommodum, vel periculum animæ ob incontinentiam volentium contrahere; tunc Episcopus ex hac causâ, ne ob incontinentiam peccent volentes contrahere, remittit denuntietiones habita priùs informatione, quòd reverà nullum adsit impedimentum. Hancque causam approbâsse secram Congregationem Concilij Tridentini interpretem refert Zerola *in praxi Episcop. v. matrimonium dub. 9.* Circa verò persones, quibus concedende sit ex hac ceusa remissio denuntiationum, relinquitur prudentiæ, & judicio Episcopi.

63 Nona est gravis necessitas, ut matrimonium statim contrahatur ob legitimationem prolis: ut si vir constitutos in imminente mortie periculo velic concubinam ducere, quæ pro illius conjuge vulgò habebatur, ut proles ex ipsa suscepie legitimetur. Hanc etiam causam approbat ecclesia, ut consulat animæ constituti in vitæ extremis, & commodo susceptæ prolis prospiciat.

Decime est, si vir, qui Virgini stuprum intulit authoritate publica, vel Judicis sententia adigatur ad illam statim ducendam in uxorem post causæ cognitionem, tunc etiam ecclesia approbat, ut Episcopue denuntiationes remittat, ut infamia stupratæ puellæ aboleatur. 64 Cæterum præter Episcopum oon possunt alij Prælati inferiorec remittere denuntiationes præmittendas matrimonio ex statuto ecclesiæ, & ita declaravit Sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres, ubi cum Cardinalis Alexander Farnesius Commendetatiue Abbatiæ Farfensie, eò quia jurisdictionem quasi Episcopalem haberet, quæsivisset, num posset dispensare super denuntiationibue matrimonio præmittendis. Respondit Sacra Congregatio, Abbates etiam habentes jurisdictionem quasi Episcopalem carere facultate remittendi duae denuntietiones: & Gregoriue XIII. responsionem Congregationis approbavit, eò quia Concilium Tridentinum solis Ordinarijs hanc facultatem concessetit, & nomine Ordinarij solum Episcopum esse intelligendum, declarevit eadem Coogregatio, ut refert Prosper Feguanus in *4. decret. tit. de clandest. despons. c. cùm inhibitio.*

Quæritur sextodecimò, an si contrehentes sint diversarum Parochiarum, & Diœcesium sint deouutiationee in illis diversis Parochija faciendæ? 65 Respondetur affirmativè, adeò ut Parochue oon possit contrahentes matrimonio conjungere, nisi denuntiationes factæ fuerint io patochijs utriueqne contrahentis, sive sint in eedem Diœcesi, sive in alie, & debeat de illie testimonium habere authenticum à proprio Episcopo contrahentis recognitum, & confirmatum; vel saltem habeant legitimam dispensationem in scriptis coocessam. Quia nisi denuntiationes præmitterentur in parochia utriúsque contraheotis difficulter possent impedimenta, si quæ essent, coguosci, & plurea personæ ad contrahendum inter se illegitimè possent faciliùs ecclesiam fallere, ac nuptialem surripere benedictionem. Hinc ne matrimonium contrahatur, cum aliquo impedimento ad illud impediendum sufficit unus testis, dummodo juxta formam juris impedimentum testificetur, & desumitur ex *c. super eo de testib. & attestat.* ubi Alexander III. respondet Cardinali Metthæo. *Super illa quæstione, an mulier conjungenda non sit viro pro eo, quòd sola mater alterutrius eos esse consanguineos confitetur, respondemus, quòd si non est firmatum matrimonium inter eos matre asseverante ipsos esse consanguineos non debent conjungi: quia præsumptio est non modica, quòd se lineâ consanguinitatis attingant: si verò matrimonium est firmatum, non debet sine plurium juramento dissolvi.* Hoc idem habetur etiam in *c. Præterea de sponsal. & matrim.* ubi de muliere, quæ à viro impetitur, cujus consanguinea cum

ea

et in delinquisse proponit; sed hoc idem publicè confiteri recusat propter metum, & potentiam mulieris; Pontifex prohibet ipsum matrimonium fieri, nisi juramentum intervenisset, ne deterius inde contingat, ex quo textu colligitur, quòd si juramentum præcesserit, non debeat matrimonium prohiberi propter secretam tantùm confessionem unius testis, de aliquo impedimento, nisi hoc idem aliundè probetur legitimis documentis.

66 Forma testificandi in hisce causis matrimonialibus præscribitur in *c. tua nos de consanguin. & affin.* ubi habetur, quòd testes, qui impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis producunt, debeant gradus assignare nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs, designando personas, et debeant incipere à stipite, seu à parentibus, & germanis, ubi agitur de consanguinitate. Et licèt fama publica alicujus impedimenti obicem injiciat matrimonio, ne contrahatur, ut habetur in *c. super eo, de consang. & affin.* non tamen testimonium de solo auditu sufficit ad matrimonium impediendum, imò neque ad dirimendum ratione consanguinitatis, & affinitatis, nisi secundùm formam juris producatur, & probetur: quæ forma præscripta fuit à Concilio Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. *c. 52.* & etiam habetur in *c. licet ex quadam de testibus*, ubi prohibetur, ne ad impediendum matrimonium recipiantur testes de auditu, cùm jam quartum gradum prohibitio non excedat: nisi fortè personæ graves extiterint, quibus fides sit meritò adhibenda, & ante litem motam testificate didicerint à suis majoribus, non utique ab uno, quia non sufficeret ille, si viveret, sed ad minus à duobus fide dignis, & omni exceptione majoribus.

67 Rursus statuitur, ut hujusmodi testes proprio juramento confirment, quòd ad ferendum testimonium in causa ipsa non moveantur ex odio, amore, timore, vel commodo ullo, deinde designent personas expressis nominibus, vel aliqua demonstratione, vel circumlocutione sufficienti, quê possint personæ innotescere, & debent ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguere: & rursus in juramento debent concludere, se ita accepisse à suis majoribus, ut deponunt, ac credere ita esse. Imò nec tales sufficiunt, nisi jurati deponant, se vidisse personas, vel saltem in ono prædictorum graduum constitutae, seque consanguineas credidisse, vel pro consanguineis habuisse, & cognovisse.

§. XX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones circa executiones Dispensationum super impedimentis matrimonij juxta praxim, & stylum Curiæ Romanæ.

1 QUæritur primò, quomodo dispensatio super impedimentis matrimonij petatur, & concedatur? Respondetur pro impetrandis litteris dispensationis super impedimentis matrimonij conficiendam esse supplicationem Pontifici porrigendam, vel ejus Officiali, & in qua exprimatur non solùm impedimentum, super quo dispensatio quæritur, sed etiam causa, ob quam Oratores humiliter supplicent Pontifici pro dispensatione, unde exprimi debet, in quoto consanguinitatis, vel affinitatis gradu conjuncti sint supplicantes: & rursus, an Oratores se cognoverint, & ob quam causam petant dispensationem: quæ omnia exprimuntur hac clausula: *Quòd ipsi aliàs scientibus se tertio consanguinitatis gradu invicem esse conjunctos: Orator prædictus non quidem peccandi data opera, ut crimine admisso, hac causa foret S. V. & sedem Apostolicam ad misericordiam, & gratiam ergà ipsos faciliores reddendi, sed solùm vesana libidine victus, Oratricem cognovit. Cum autem Pater sanctè nisi matrimonium inter dictos Oratores contrahatur, dicta mulier diffamata, & innupta remaneret, & gravia exinde scandala possent verisimiliter exoriri cupiunt dispensationem ex hac causa super impedimentis &c.* Causa enim vitandi scandala, & consulendi famæ mulieris est sufficiens, qua Pontifex moveatur ad concedendam dispensationem, quia ad vitanda scandala receditur à dispositione juris communis *c. 2. de nov. oper. nunt.* & plura, quæ aliàs essent prohibita, conceduntur, ne scandala sequantur, ut notat Parisius *conf. 68. num. 232. vol. 4.* Hæc autem scandala possunt ex pluribus causis contingere, ut si timeantur gravia dissidia, jurgia, ac inimicitiæ inter consanguineos, si timeatur periculum fornicationis, eò quia volentes contrahere sint juvenes, & impenso se prosequantur amore, ut notat Felin. *conf. 26. num. 19. v. unde considerandum est*, & hæc causa non solùm procedit circa matrimonium contrahendum, verùm etiam circa jam contractum; in utroque enim casu solet Pontifex ad evitanda scandala dispensationem concedere; eò quia scandala sequerentur, si divortium fieret, & non dispensaretur circa matrimonium jam contractum, ut etiam nisi dispensaretur, ut posset contrahi.

Debent igitur in supplicatione exprimi sigillatim omnia impedimenta, ut honestas publica, incestuosa copula si fortassis præcesserit, & an Oratores eam consummaverint spe dispensationis facilius obtinendæ. Mentio est etiam facienda raptus, si Orator reus sit hujus criminis; tametsi persona rapta à raptore separata, & in loco tuto, ac libero constituta sit. Rursus explicari debet, an istud falsi nominis matrimonium contraxerint, & consummaverint Oratores cum impedimento dirimente, cujus erant conscij: vel si probabilem ejusdem impedimenti ignorantiam habuerint: si contraxerint matrimonium sine denuntiationibus, alijsque solemnitatibus requisitis, & si fit impedimentum voti, & cujus qualitatis fuerit, & qua occasione, quâ causa, quâ ætate emissum, adeo ut omnia impedimenta, omnésque causæ, quæ possint movere Pontificem ad dispensandum clarè, ac distinctè exprimi debeant. Exprimendum 2

 est

eſt etiam periculum infamiæ incurrendæ, niſi occurratur diſpenſatio, tametſi nulla præceſſerit copula, ſed tantùm oſcula, amplexus, & tactus impudici: idq; ſolet hâc clauſula exprimi. *Quòd ipſi alias ſcientes ſe quarto conſanguinitatis gradu invicem eſſe conjunctos, non quidem peccandi data opera ſimul converſati, ſeque deoſculati ſint, ac ſe impudicè pluries tetigerint ex venereo affectu, carnali tamen copula inter eos minime ſubſecuta, quia tamen orta eſt inde ſuſpicio, quamvis falſa, quòd ipſi oratores ſe carnaliter cognoverint, eùmque autem Pater ſanctè hac præmiſſa publica ſint, & niſi matrimonium inter eos contrahatur, dicta oratrix graviter diffamata, ac innupta maneret &c.*

3 Verùm propter ſola oſcula non videtur infamia oriri, quæ ſufficiat ad impediendum matrimonium, alioquin ferè quotquot matrimonium contrahunt deberent diſpenſationem petere, cùm rari ſint, qui oſculis non dent ſignum amoris. Præterea quòd vir cauſa amoris deoſculetur puellam ſibi ſanguine junctam in quarto gradu nullum exinde videtur ſequi impedimentum, ob quod ſit neceſſaria diſpenſatio ultra illam ſupra quartum gradum conſanguinitatis, hinc Menochius *de arbit. caſ.* 217. cenſet, eſſe potiùs quoad pura oſcula adhærendum Piſiſtrato Athenienſium Tyranno, qui cùm adoleſcens quidam ex amore ejus filiam ſuiſſet exoſculatus, & uxor ei ſuaderet, ut vindictam ſumeret, & ultimo ſupplicio adoleſcentem illum damnaret, reſpondit: *Si eos, qui nos amant, interficiamus; quid iis faciemus, quibus odio ſumus.* Ex puro igitur, & ſimplici oſculo non videtur oriri infamia, quæ obicem injiciat matrimonio contrahendo. Quòd ſi vir puellam deoſcularetur invitam, illæſa atiam tunc maneret ejus fama, ſicqua nulla exinde cauſa oriretur diſpenſandi. Quamobrem per ſolum oſculum non datur diſpenſatio, ſed ob quartum conſanguinitatis gradum, vel ob aliam cauſam, ex qua vera ſequatur infamia, quæ eſſet puellæ impedimento, na alteri nuberet. Cæterum poteſt à Pontifice quæcunque cauſa admitti, dummodo rationabilis ſit, ac ipſi videatur juſta.

4 Verùm antequam admittatur, ſolet examinari à Cardinalibus ſacræ Congregationis ſuper Concilium Tridentinum de mandato ipſius Pontificis: & ut cauſa cenſeatur juſta, & honeſta in ordine ad diſpenſandum tria debet continere, nimirum ut ſit juxta æquitatem, ſit licita, ſeu conveniens honeſtati, & ſit expediens ſecundùm utilitatem, ut notat Menochius *lib. 1. conſ. 75. num. 35.* Non tamen quælibet cauſa ſuper impedimentis matrimonij admittitur indifferenter à Pontifice, in quibuſcunque gradibus, quia in remotioribus, ut in quarto, vel tertio, & quarto, etiam ex pluribus ſtipitibus, quomodocunque duplicatis, ac multiplicatis, ac etiam in ſecundo, & tertio, ex communi, ſeu pluribus ſtipitibus pariter multiplicatis (dummodo ſecundus gradus tantùm non proveniat ex uno ſtipite, ſeu in ſecundo ex uno, & in tertio ex altero) ſufficiunt tunc leviores cauſæ, ut anguſtia loci, incompetentia dotis, vel carentia, adultior ætas oratricis, quæ ſit ſupra vigeſimum quartum annum, inimicitiæ, quæ orirentur, niſi tale matrimonium fieret, vel ſopirentur ex tali matrimonio; lites, quæ extinguerentur, & aliæ, quæ habentur cauſæ leves.

In gradibus verò proximioribus, ut in ſecundo, ſeu primo, & ſecundo nonniſi rariſſimè 5
diſpenſatur, & inter magnos Principes ob graviores cauſas: vel inter perſonas prænobiles etiam ex levioribus cauſis, nimirum ne familia extinguatur, ut bona illius conſerventur, ob merite plurium prædeceſſorum ex tali familia. Praxis autem impetrandi hujuſmodi diſpenſationes in ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, eſt, ut ſufficiat, ſi oratores exprimant, quòd ſint in linea æquali, & non aliàs; & expreſſio debet eſſe hujuſmodi. *Quòd ipſi alias ſcientibus ſe ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu in linea æquali invicem eſſe conjunctos, vel ſe attinere, præfatus Orator non quidem peccandi data opera &c.* unde debet exprimi origo impedimenti, quando oritur ex actu fornicario, nimirum ſi oratores fuerint in primo aut ſecundo affinitatis gradu. Faciliùs ſuper affinitate ex actu fornicario ſolet diſpenſatio concedi, ſi mulier primò cognita vivat, ut etiam ſi quis cognoverit filiam, deinde voluerit contrahere cum illius matre.

Sin verò diſpenſatio petatur per officium 6
ſacræ Pœnitentiariæ ſuper impedimento primi gradûs affinitatis provenientis ex actu fornicario, eò quia fortaſſis orator matrimonium contraxerit cum muliere, cujus ſororem, aut matrem priùs carnaliter cognoverat: tunc committitur Confeſſario eligendo ad libitum Oratoris, ut eum abſolvat, injunctâ tamen illi pro exceſſu libidinis gravi pœnitentiâ ſalutari, & ſacramentali confeſſione peragenda ſemel ſaltē ſingulis menſibus, vel prout conſultius Confeſſario viſum fuerit: dummodo impedimentum ſit occultum, & ſeparari non poſſint Oratores, quin gravia ſequantur ſcandala, ac eſſent ex tali ſeparatione timenda diſſidia capitalia.

Quæritur ſecundò, qualis ſit formula ſup- 7
plicationis pro obtinenda diſpenſatione cum cauſa ſuper impedimento matrimonij, & quæ formula conceſſionis? Cùm in ſupplicatione porrigenda ſummo Pontifici, cui ſupplicatur pro obtinenda diſpenſatione debeant clarè, ac diſtinctè exprimi omnia, & ſingula impedimenta, ut preces veritate nitantur, nilque eidem inſeri, quod falſum ſit, nilque reticeri, quod veritatem poſſet occultare. Ideò formula ſupplicationis pro diſpenſatione obtinenda eſt, quam exhibet Pyrrhus Corradus in *prax. diſpenſat. Apoſtolicar. lib. 7. c. 4.* eſtque *Beatiſſime Pater. Exponitur humiliter Sanctitati Veſtræ pro parte devotorum illius Oratorum Stephani N. laici, & Catharina de Baietta mulieris Neapolit. Diœceſis ex loco de Riſina exortorum. Quod cum dicta Oratrix in dicto loco propter illius anguſtiam virum* a
ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit invenire nequeat. Cupiunt Oratores præfati invicem matrimonialiter copulari;

lari ; sed quia tertio, & quarto à communi stipite provenientibus consanguinitatis gradibus invicem sunt conjuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ dispensatione. Supplicans igitur humiliter eidem Sanctitati Vestræ Oratores præfati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quòd impedimento quarti consanguinitatis gradus hujusmodi, non obstante, matrimonium inter se, publicè, servatâ formâ Concilij Tridentini contrahere, illúdque in facie ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè valeant, dispensare. Distantiam verò Tertij gradus prædicti eis non obstare, declarare. Prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando dignemini, de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

7 Hæc supplicatio solet legi, ac examinari ab Officiali ad id deputato à summo Pontifice, qui solet vir esse doctrinâ clarus, moribus integer, & in causis matrimonialibus perquàm versatus, qui si nihil deprehendat absonum, nilque malè expressum, solet à Pontifice supplicatio expediri, seu concedi dispensatio, & apponuntur in calce supplicationis verba illa: *Concessum, ut petitur in præsentia Domini nostri Papæ &c.* adjicitur etiam nomen Officialis, & dies datæ. Hac supplicatione sic expedita conficiuntur postea litteræ Apostolicæ juxta qualitatem dispensationis, adeò ut super præmissa supplicatione expediantur litteræ per Officialem minoris gratiæ: quando enim dispensationes petuntur in primo, aut primo, & secundo, seu in primo, & tertio, vel in primo, & quarto gradibus sive ex uno tantùm stipite, sive ex pluribus etiam multiplicatis; litteræ concessionis dantur in forma brevis sub annulo piscatoris: sin verò petatur dispensatio in tertio, aut secundo, & tertio gradibus, conceduntur per Cancellariam: in remotioribus autem gradibus per officium minoris gratiæ, ut in concessione super præfatam supplicationem, & est, quæ subjicitur ab eodem Pyrrho Corrado. *Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Neapolit. in spiritualibus generali. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Oblata nobis nuper pro parte dilecti filij Stephani N. laici, & dilectæ in Christo filiæ Catharinæ N. mulieris Neapolit. Diœcesis ex loco de Resina exterum, petitionis series continebat. Quòd cùm dicta Catharina in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat; Cupiunt Stephanus, & Catharina præfati invicem matrimonialiter copulari, sed quia tertio, & quarto à communi stipite provenientibus consanguinitatis gradibus, invicem sunt conjuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ dispensatione. Quare ijdem Stephanus, & Catharina asserentes se ex dicto loco ortos existere, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus in eis præmissis de opportuna dispensationis gratia providere de benignitate Apostolica dignaremur, Nos igitur eosdem Stephanum, & Catharinam, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; ac certam de præmissis notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Discretioni tuæ de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus deposita per te omni spe cujuscunque muneris, aut præmij, etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus, te de præmissis diligenter informes, & si per informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo tuam conscientiam oneramus; tunc cum eisdem Stephano, & Catharina (dummodo illa propter hoc rapta non fuerit) quod impedimento Quarti consanguinitatis hujusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus matrimonium inter se publicè, servatâ formâ Concilij Tridentini contrahere, illúdque in facie ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè valeant, authoritate nostra dispenses. Distantiam verò tertij gradus præfati eis non obstare declares, prolem suscipiendam exinde legitimam nuntiando, Volumus autem, quòd si spreta monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmij occasione dictæ dispensationis exigere, aut oblatum recipere temerè præsumpseris; excommunicationis latæ pœnam incurras. Dat. Romæ &c.*

Ex hac formula concessionis liquet, nomen Pontificis concedentis dispensationem super impedimentis matrimonij esse præfigendum eidem concessioni, quando litteræ dispensationum matrimonialium expediuntur per officium minoris gratiæ, ac per Cancellariam. Quando verò dispensationes conceduntur super gradibus propinquioribus ut secundò, vel primo, & secundo, seu primo tantùm; aut primo, & quarto sive simplicibus, sive ex pluribus stipitibus mixtis; expediuntur tunc litteræ in forma Brevis, in quo omnia arctiùs, breviùs, ac paucioribus verbis ponuntur: omnia enim in Brevi debent breviter, & succinctè exprimi, quia breve Apostolicum nil aliud est, nisi commentariolus continens summam rerum: ut notat Mandos. *reg. 27. q. 11. num. 1.* & in hisce brevibus intitulatur etiam nomen Pontificis, à quo conceditur, ut statim appareat, qua sit authoritate fultum, & à quo tale breve dimanet. 8

Quæritur tertiò, an Officiales, ad quos mandatum Apostolicum de dispensando dirigitur, possint aliquid exigere à petentibus dispensationem? Respondetur negativè, adeò ut neque prætextu cujusvis consuetudinis possint hujusmodi Officiales aliquid exigere, aut recipere tuta conscientia ab ijs, quibus nomine sedis Apostolicæ dispensant. Debent enim hujusmodi dispensationes omninò gratis concedi, ut statuit Concilium Tridentinum, quapropter 9

etiam

etiam in mandatis de dispensando hæc inseritur clausula, *Mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscunq; muneris, aut pramij etiam spontè oblati, à quo te omnino abstinere debere mandamus &c. Volumus autem quod si spreta monitione nostra ejusmodi aliquid muneris, aut pramij occasione dicta dispensationis exigere, aut oblatum recipere temerè præsumpseris, excommunicationis lata sententia pœnam incurras.* Hæcque clausula ita intelligitur, ut non liceat Officiali, neque stipendij titulo, neque honorarij nomine aliquid exigere, vel recipere pro executione dispensationum matrimonialium, quæ conceduntur à summo Pontifice, & pro executione diriguntur ad talem Officialem, ut censet Navarrus, quæ sententia probabilior est, & sanctior, cùm minimè faveat cupiditati, neque avaritiam foveat: alioquin si liceret Officiali titulo honorarij aliquid exigere, facilè hic titulus cohonestaretur, ut suæ cupiditati, & avaritiæ velamen obtenderet excusationis: & perinde esset titulo honorarij aliquid exigere, ac in rei veritate non gratis exequi mandatum sibi injunctum, sed aliquid exigere, quo pacto sub prætextu honorarij facilè Officiales, ad quos hujusmodi executiones diriguntur, Pontificiis illuderent mandatis, tunc eò manus sunt semper mundiores, quò à quacunq; pecunia, & munere, sunt magis immunes. Hinc S. Carolus in Concilio V. Mediolanensi rectè statuit, ut Officiales Episcoporum nil sint accepturi pro executione hujusmodi: habetur enim in decreto talis Concilij: *Pro dispensationum matrimonialium executione nihil quidquam prorsus muneris, præmiive, & etiam spontè oblati, ac ne pro labore quidem, qui in testibus ea causa examinandis, aliisve testificationibus excipiendis ponitur, Episcopus, aut Vicarius ejus capiat. Notarij verò pro examine testium quartam duntaxat partem aurei ad summum capiant.*

10 Quæritur quartò, an executiones dispensationum matrimonialium dirigantur soli Ordinario impetrantium? Respondetur affirmativè, & desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 5. de reform.* ubi decernit, dispensationes nullius esse roboris, nec valoris, nisi illæ committantur Ordinario impetrantis. Quinimò etiam ante Concilium Tridentinum moris fuit, quo executiones dispensationum super impedimentis matrimonij à Summo Pontifice concessarum, soli committerentur Ordinario impetrantis, ut constat ex Constitutione Pij IV. super reformatione Officij Sacræ Pœnitentiariæ, ait enim Pontifex, *nec dispensationes matrimoniales in forma gratiosa, sed semper committantur Ordinarijs, prout aliàs fieri consuevit.* Quòd si fieri ita consueverit ante Pium IV. evidens est ante Concilium Tridentinum moris in ecclesia fuisse, quo hujusmodi executiones dispensationum ad solum dirigerentur Ordinarium impetrantis, quo nomine Ordinarij semper intelligitur Episcopus, qui est Pastor ordinarius fidelium commorantium in sua Diœcesi. Et quia Vicarius Generalis Episcopi eandem habet cum Episcopo jurisdictionem, idemque tribunal, & nomine Episcopi, cujus vices gerit, executioni mandat hujusmodi dispensationes, ideo solet Pontifex etiam Vicario Generali Episcopi hujusmodi executiones committere, ut liquet ex formula exhibita in secundo quæsito, cui initium est: *Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Neapolitani in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem.* Committit enim Pontifex Vicario in spiritualibus Generali Archiepiscopi Neapolitani executionem dispensationum super impedimentis matrimonij.

Quæritur quintò, an præter Episcopum, & ejus in spiritualibus Vicarium Generalem possint etiam à Vicario Capituli Sede episcopali vacante dirigi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij? Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia Capitulum Sede Episcopali vacante succedit Episcopo in spiritualibus, & temporalibus *c. fin.* & ibi G.ossa *de supplen. neglig. Prælat.* & præsertim liquet ex *Extravag. Execrabilis de præben.* ubi cùm Pontifex declarâsset teneri recipientes secundum beneficium curatum dimittere primum in manibus Ordinariorum explicans postea, quis nomine Ordinarij intelligatur subdit. *Cæterum Ordinarios intelligimus, vel ecclesias cathedralibus vacantibus Capitula earundem*, ut notat Parisius *de resig. benef. lib. 7. q. 23. n. 24.* Sed respondetur, ex hodierna praxi, imò & ex insolita consuetudine Vicario Capitulari Sede Episcopali vacante hujusmodi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij non dirigi: ratio est, quia Vicarius Capitularis propriè non est Vicarius Episcopi, sed tantùm illius jurisdictionis, quam habet à Capitulo sede vacante; proinde si hujusmodi executiones fuerunt directæ Vicario Generali, prout de consuetudine ad ipsum diriguntur, nequit Vicarius Capitularis Sede Episcopali vacante ea exequi: & ratio ex eo petitur, quia ipse non succedit in jurisdictione delegata, quæ non est in Capitulo, nec in ipso Vicario Capitulari, sed tantùm in Vicario Generali, quem solet Episcopus deputare, ut vices suas in spiritualibus gerat, ut notat Felinus in *c. Eum te. 7. num. 17. V. in mandado de rescript.* 11

Imò Pyrrhus Corradus *lib. 7. dispensat. Apostol. c. 4.* refert, quòd cùm esset in Romana Curia, & Orator Regis Hispaniarum apud Paulum V. summum Pontificem institisset, ut vellet executionem dispensationis super impedimentis matrimonij jam à Pontifice concessæ ex quibusdam causis demandare cuidam Vicario Capitulari, & non viciniori, sicuti mos est, ut fiat, quoties vacat sedes Episcopalis: Paulus V. nunquam precibus Hispanici Oratoris voluit annuere, sempérque respondit negativè: eò quia ex decreto Concilij Tridentini hujusmodi executiones sint dirigendæ Ordinario impetrantis, vel sede Episcopali vacante alteri viciniori: quo pacto litteræ pro tali executione directæ fuerunt, ut refert Pyrrhus Corradus ad Vicarium Episcopi vicinioris. Quinimò refert, 12

fert, etiam à sacra Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini interprete sub die 24. Maij anno 1621. fuisse declaratum Vicarium Capitularem non posse exequi dispensationes matrimoniales directas Episcopo, vel ejus Vicario Generali, tametsi oppositum sentiat Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 27. num 32. & sequent.* imò nec potest Vicarius Capitularis exequi commissiones Apostolicas in forma *Dignum*, nec alias, quæ diriguntur Episcopo, vel ejus Vicario Generali intuitu officij, vel sub nomine dignitatis, & ita etiam declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres die 2. Augosti anno 1621. Quamobrem Vicarius Capitularis eas tantùm potest litteras executioni demandare, quæ à sacra Congregatione fuerunt Episcopo directæ, & non fuit Episcopus eas executus, ut censuit sacra Congregatio Episcop. & Regul. 10. April. 1615.

13 Quæritur sextò, quid si sede nondum vacante executiones dispensationum super impedimentis matrimonij fuerunt directæ ad Vicarium Generalem Episcopi, & interim defuncto Episcopo antequam reciperet hujusmodi litteras ad se directas, ut Vicarium Generalem, an possit eas mandare executioni, si statim mortuo Episcopo electus sit Vicarius Capitularis? Respondet Sanchez *lib. 8. de mat. disput. 27. n. 32.* posse tunc Vicarium antea Generalem Episcopi, & postea eo defuncto Capitularem hujusmodi litteras exequi: & eâ nititur ratione, quia forma committendi non dirigitur Vicario Episcopi, sed Vicario Generali diœcesis; atqui sede Episcopali vacante Vicarius Generalis Diœcesis est solus Vicarius Capitularis, cùm tunc non adsit alius Vicarius: ex quo infert, posse Vicarium Capitularem tunc executioni demandare hujusmodi dispensationes super impedimentis matrimonij. Sed respondetur absolutè non posse Vicarium Capitularem hujusmodi dispensationes executioni demandare, id enim est contra notoriam praxim Datariæ, quæ in supplicatione semper exprimit commissionem factam Episcopo, vel ejus Vicario Generali tantùm, ut notat Garcias de *beneficiis p. 6. c. 2. num. 44.* ubi ait; quòd spectato stylo Curiæ, & Cancellariæ sede Episcopali vacante, hujusmodi dispensationes non diriguntur Vicario Generali, sed Episcopo viciniori, vel ejus in spiritualibus Vicario Generali, imò idem Garcia *loco cit. num. 49.* subdit, neque suffragari contrariam consuetudinem aliquorũ Episcopatuum Hispaniæ ad effectum, ut in illis possit Vicarius Capitularis sede vacante exequi dictas litteras, ac dispensationes: ait enim Garcias hujusmodi consuetudinem non relevare, nec ullum dare jus, eò quia adversatur stylo Romanæ Curiæ, & Cancellariæ, quæ est Organum Papæ, cujus propterea intentio est, ne hujusmodi executiones committantur Vicario Capitulari sede vacante, sed Episcopo viciniori, vel ejus in spiritualibus Vicario Generali: in commissionibus autem, & delegationibus attenditur mens committentis, & delegantis, & prout de ea constat agendum est, & non aliter.

Hoc idem etiam religiosè observatur in dispensationibus ultra montes, ubi Vicarij Generales Episcopi vocantur etiam Officiales: siquidem Vicarius Generalis non differt ab Officiali, ut habetur *in clement. 2.* cum Glosse in *V. Officialis de rescript.* adeò ut hæc nomina Vicarius Generalis, & Officialis sint potiùs synonima, ut notat Joannes Andreas in *addit. ad specul. rubric. de offic. Vicar.* & inter Vicarium Generalem, & Officialem nullam esse differentiam nisi in nomine asserunt Gonzales ad *regul. 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 3. num. 8.* Covarruvias *var. resol. lib. 3. c. 20. num. 46.* Barbosa *de officio, & potest. Episc. alleg. 4. n. 58.* ubi etiam fatetur, ita esse stylum Curiæ Romanæ non distinguentis in expeditionibus Officialem à Vicario Generali. Hinc tametsi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij dirigantur ad officialem, non tamen nomine officialis intelligitur Vicarius Capitularis, sed Vicarius Generalis Episcopi. Idque etiam comprobatur ex notorio, & antiquissimo stylo Datariæ, & Cancellariæ Romanæ, quæ semper consuevit dirigere hujusmodi dispensationes matrimoniales Ordinariis, vel eorum Vicariis in spiritualibus Generalibus, vel Officialibus, ut notat Pevinos *tract. de visit. q. 10. p. 1. n. 62.* Stylus autem Datariæ, & Cancellariæ vel maximè attenditur ad declarandam mentem Pontificis, qui semper intendit se conformare dispositioni Concilij Tridentini, ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9.* 14

Quæritur septimò, ad quem sint dirigendæ executiones dispensationum super impedimentis matrimonij sede Episcopali vacante; cùm hujusmodi executiones committantur Ordinario impetrantis, & tunc nullus sit? Respondetur, sede Episcopali vacante hujusmodi executiones dirigi viciniori Episcopo, vel ejus in spiritualibus Vicario Generali, non verò Vicario Capitulari sedis vacantis, idque desumitur ex ipsis verbis litterarum, quæ tunc à Papa diriguntur, cùm sedes Episcopalis diœcesis Oratorum vacat, utitur tunc Pontifex verbis illis: *Discretioni tuæ, cùm ut dicti N. & N. asserunt sedis Episcopalis N. ad præsens vacet, & Venerabilis frater noster Episcopus N. vicinior Ordinarius, qui nunc vivus, existit, per Apostolica scripta mandamus quatenus &c.* Moris igitur fuit, ut semper hujusmodi executiones sede Episcopali vacante committerentur viciniori Episcopo, si contingat in urbe dubitari, an Episcopus, qui tunc gravi morbo laboret, vivat, an non; ne diu retardetur litterarum expeditio, tametsi quamdiu Episcopus vivit, licèt graviter decumbat, rarissimè dirigantur executiones dispensationum super impedimentis matrimonij Episcopo viciniori. 15

Quòd si oratores sint nullius diœcesis, tunc etiam executiones dispensationum committuntur Vicario Ordinarij vicinioris, nomine autem ordinarij vicinioris sede Episcopali vacante, intelligitur Episcopus vicinior, & vicinitas juxta dispositionem in *c. statutũ de rescript.* computatur à finibus diœcesis illius, cujus Episcopus est 16

mortuus : unde Episcopus, qui finibus talis diœcesis est vicinior, est tunc Ordinarius, ad quem diriguntur executiones dispensationum super impedimentis matrimonij. Quòd si dubium orietur de hac vicinitete, eò quia sint plures Episcopi, qui se dicant viciniores, tunc de rigore juris attenditur mensure juxta viam, per quem solent communiter homines de uno ad elium locum transire, ut notet Bartolus in *l. 3 ff. de V. S.* & etiem habetur textus in *l. eos cum Gloss. in fin. de fals.* & id procedit, quando agitur de distantia ratione itineris.

17 Sin verò tempore datæ litterarum super executione dispensationum vivebat Episcopus, qui postee ente eerundem præsentationem decessit, nec potest tunc ejus Vicarius eas executioni demandare : sed debent Oratores expectare donec ecclesiæ vacanti fuerit de novo Pastore provisum : vel super dictis litteris novem perere commissionem, quæ de stylo Cutiæ vocari solet mutatio Judicis, eò quia Judex executionis tunc mutetur, & executio committatur non ampliùs Vicario Generali Episcopi defunct, sed viciniori Ordinario, vel ejus in spiritualibus Vicerio Genereli servate litterarum formâ, ec si eidem eb initio fuissent hujusmodi litteræ executionis directæ.

18 Generatim super quibuscnnque rescriptis, si justa ceusa suppetat, dari possunt novæ commissiones sub prædicta forma secundùm facti contingentiam, præsertim quando contingit vecere Sedem Episcopalem, vel si in rescripti commissione erratum fuit, ut si uni locò alterius fuit demandata exucutio dispensationum super impedimentis metrimonij, ut etiam si super jurisdictione loci inter duos Episcopos, lis adhuc pendeat indecisa; in hisce enim cesibus datur mutatio Judicis in personam unius ex alijs vicinioribus: ut etiem si Oretores tempose Sedis Episcopalis vacantis obtinuerint litteras committi viciniori Ordinario viventi, & litteris eidem nondum præsentetis fuit priori ecclesiæ provisum de Episcopo novo, tunc eidem fit commissio, qui propteree litteras exequitur, ec si ab initio ipsi non verò Ordinario viciniori fuissent præsentatæ. Solet etiam hæc mutatio Judicis concedi, quendo Episcopus proprius Oratorum longè distat, & nullum reliquic Vicarium Generalem, tunc etiam solent executiones committi Ordinerio viciniori sub hec formula : *Cum autem sicut, eadem expositio subjungebat præfatus Episcopus à sua Diœcesi notoriè absens longè distet, nec adsit Vicarius in spiritualibus Generalis ab ipso Episcopo deputatus.*

19 Quæritur octavò, an vivente, & existente in sua propria Diœcesi Episcopo possint ejus Diœcesani impetrare, ut executio dispensationum super impedimentis metrimonij dirigatur ed alium Judicem præter proprium Ordinarium ? Respondetur effirmativè, adeò uc in nonnullis casibus possint Oratores obtinere, ne eorum proprius Ordinarius litteres dispensationis exequatur : & primò si Ordinarius sit suspectus, & Oratores non sperent eb ipso executionem litterarum, ut si Orator sis nepos Episcopi, vel ejus Vicarij, & hic nolit, ut matrimonium contrahat cum teli puella, & tunc in calce impetrationis, seu litterarum soler adjici clausule : *Et attento quòd dictus Orator est nepos Vicarij Episcopi N. & propterea veretur, ne dictus N. ipsum Ordinarium alleget suspectum in grave præjudicium, & retardationem præsentis gratiæ, committatur Ordinario viciniori in forma Dignum.* Secundò potest etiem impetrari hæc mutatio Judicis, quando Ordinarius est suspensus, & in ejus ecclesia est deputetus Vicarius Apostolicus, & tunc in litteris dispensationis additur cleusula. *Et attento, quòd Episcopus N. ab exercitio Pontificialium est Apostolica authoritate suspensus, committatur Ordinario viciniori, seu administratori Apostolica authoritate deputato.* Tertiò obtinetur hæc Judicis mutetio, quando proprius Oretorum Episcopus sine juste, ec rationebili causa detrectat procedere ad executionem litterarum; tunc etiem executio dirigitur Episcopo viciniori, ite tamen ut iterum postquam dictæ litteræ fuerint ipsi præsentetæ rogetur prior Ordinerius, ut velit litteras Apostolicas exequi, qui ebsque rationabili causa, ac prorsus indebitè nolit eas exequi, neque causam legitimam suæ recusationis aperire, tunc Ordinarius vicinior procedit ipse ed executionem, si preces veritate niti repererit. Quòd si proprius Oretorum Ordinarius causem legitimam adduxerit, est hæc eperiende Pontifici, & interim novus Judex eb executione eerundem litterarum se abstinet; non ite tamen, si causa per illum allegeta non videatur rationabilis, nec legitima, nec consona rationi. Quartò recusari etiam solet, ut plurimum proprius Ordinarius eb ipsis impetrantibus initio impetretionis primi rescripti ex ceuse suspicionis, & tunc petunt sibi viciniorem Judicem deputari: idque in ipsis litteris exprimitur, scilicet, quòd Oretores proprium Ordinerium, cui eliàs litteræ essent dirigendæ, suspectum habeant, nec sperent ab eo executionem dispensetionum super impedimentis matrimonij obtinere : & ipsum esse sibi suspectum, etiem si opus sit, velint jurare. Potest enim contingere ut Ordinarius, vel ejus Vicerius in spiritualibus Generalis habeat eliquod interesse cùm Oretoribus, & nolit propteree tale matrimonium; tunc æquitas exigit, ut non fungatur munere Judicis, & pertis, est siquidem iniquum aliquem esse simul Judicem, & partem, ut notat Bartolus in *l. qui jurisdictioni. ff. de jurisdict. omni. Judic.* semel enim, quòd Judex est, & etiam pers præsumitur judicare in proprium favorem.

Quæritur nonò, en si Episcopi Vicarius Generalis, ed quem fuit directe executio dispensationis super impedimento metrimonij, moriatur, postquam cœperat ipsam exequi, executio transeet in successorem in ipso officio Vicerietûs, vel necessaria sit nove commissio pro teli execntione ? Communior sententia censet, jurisdictionem delegetam Vicarij Episcopi, eo mortuo, vel eb officio excluso omnino expirare, & talem executionem non tren- 20

tire ad successorem in eodem Vicariatûs officio: quia executio extinguitur unà cum dignitate Vicariatûs, sive Vicariatus extinguatur per mortem civilem, sive naturalem illius personæ, ad quam executio fuit directa, & ita censent Geminian. in c. *statutum. V. Et per hoc de rescript. in 6.* Decius in *c. quoniam. n. 62. de offic. deleg.* Bartolus in *l. quod principi in fin. ff. de leg. 2.* Verùm respondetur ad quæsitum exactiùs cum distinctione: vel enim delegatio, seu commissio executionis facta est sub simplici tantùm nomine Vicarij talis Episcopi, & tunc transit jurisdictio delegata ad successorem, & id fuisse decisum *In una Senensis canonicatûs, & prebendæ coram Romano 25. Octob. 1546.* refert Puteus *decis. 487. lib. 2.* & ratio est, quia tunc Pontifex dirigit executionem dispensationis ad tribunal talis Episcopi, & cùm sit semper idem tribunal, etiam si Episcopus mutet Vicarium suum Generalem, hic succedit; & sicut ad ipsum transit jurisdictio sui prædecessoris, seu officium Vicariatûs, cui Pontifex committit executionē dispensationis; ita etiam ad ipsum transit ipsa jurisdictio delegata, seu executio dispensationis. Vel Pontifex dirigit executionem dispensationis ad Vicarium Generalem expresso proprio nomine; & tunc censetur executionem illam committere non ipsi officio Vicariatus, sed tali personæ, ut in tali officio constitutæ, ut notat Parisius *lib. 1. q. 11. n. 16.* & ratio est, quia quoties Pontifex exprimit proprium nomen alicujus, videtur eligere, & committere executionem, non officio, sed industriæ talis personæ, prout hæc est etiam in tali officio; adeò ut duo concurrant persona scilicet particularis, cujus nomen exprimitur, & officium Vicariatûs; adeò ut altero cessante cessat Judex delegatus, ad quem dirigitur talis executio.

41 Si igitur executio simpliciter dirigatur Vicario Generali nullo expresso nomine, tunc censetur directa officio Vicariatûs, quod cùm transeat, & perseveret in successore, ad ipsum etiam transit executio: quando verò talis executio dirigitur cùm expressione proprij nominis Vicarij Generalis, committitur potiùs industriæ personæ, quæ si moriatur, vel amoveatur à tali officio, cessat Judex delegatus, ad quem fuerat directa talis commissio, hinc Decius in *c. quoniam de officio deleg.* asserit, jurisdictionem delegatam non transire in successorem, quando ad id est electa industria personæ, non simplex officium: & ratio est evidens, quia tametsi officium transeat in successorem, non ita industria, seu doctrina, & probitas morum, hæc enim non est eadem in singulis, sicut est idem officium. Genuensis in *prax. cur. Archiepisc. Neapol. c. 69. n. 1.* quamvis asserat, hanc delegationem non transire in successorem licèt directa sit ad Vicarium Generalem etiam non expresso nomine, eò quia Vicarius propriè non dicatur habere successorem, nec dignitas Vicariatûs sit permanens; id tamen limitat, & vult non procedere, si stylus alicujus Curiæ Episcopalis sit contrarius, & per præscriptionem obtinuerit, ut in successorem transeat jurisdictio delegata facta simplici Vicario Generali. Meliùs tamen Achillee de Grassis *decis. 3. de offic. Vicar.* cum nobis distinguit, & ait, quòd si delegans habuit respectum ad tribunal Episcopi, & non ad industriam personæ, tunc Vicarius successor cognoscit de causa delegata Vicario prædecessori, & addit in dubio, quando in delegatione non exprimitur nomen proprium, censeri delegantem dirigere jurisdictionem suam ad tale tribunal, ut ad Judicem subdelegatum: & id hodie deducitur in praxin, quando ex conjecturis deducitur delegantem habuisse respectum ad tribunal, & nulla in ipso rescripto adjicitur qualitas, per quam conjici possit, quòd Papa delegans habuerit respectum ad industriam, seu personam delegati. Et stylus Curiæ Romanæ est etiam, ut hujusmodi executiones dirigantur Vicario Generali simpliciter nullo expresso nomine talis personæ, ut notat etiam Sprozius *de offic. Vicar. lib 2. q. 57.* Secus non transit executio in successorem, quando Pontifex delegens executionem habet respectum ad industriam personæ, & tunc contingit, quando speciatim exprimit nomen talis personæ.

Quæritur decimò, an si Oratores supplicent Pontifici, ut velit executionem dispensationis committere, vel Episcopo, vel ejus Vicario Generali sub disjunctione: & Pontifex juxta stylum Cancellariæ eam dirigit Vicario Generali, an tunc possit Episcopus dispensationem illam exequi. Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia particula *vel*, ut etiam *sive* est ampliativa, & extenditur ad utrumque, ut habetur in *c. cum nullus de tempor. Ordin. in 6.* & notat Tuschus *litt. D. conclus. 272. n. 16.* Respondetur ad quæsitum, tunc standum esse rescripto Pontificio, in quo hæc executio committitur soli Vicario Generali, ut moris est in Cancellaria, quæ non solet committere has litteras Episcopo, & ejus Vicario simul, sed tantùm Vicario Generali, & cum hic stylus jam inveteratus sit; ipse debet attendi in litterarum expeditionibus *c. porrecta, de confir. util. vel inutil.* ubi dicitur: *Cum igitur à Cancellaria nostra hujusmodi litteras emanâsse non credamus*, nimirum (quia non sunt juxta stylum Cancellariæ) ut docent Felinus in *c. Ex parte de offic. deleg.* Mandosius *de regul. 27. q. 12. n. 2.* Cum igitur stylus Cancellariæ, & curiæ sit, ut hujusmodi executiones non committantur alternativè, seu sub particula disjunctiva Episcopo, vel Vicario, sed uni tantùm eorum, is tantùm est Judex delegatus, qui exprimitur in rescripto Pontificio, adeò ut si talis executio dirigatur ad Vicarium Generalem non possit Episcopus etiam ipso Vicario mortuo, vel ab officio excluso exequi talem dispensationem, nec è contra possit Vicarius Generalis exequi causam commissam Episcopo, cujus est ipse Vicarius Generalis, nisi fortassis Episcopus eidem eandem causam subdelegâsset, quod tamen intelligitur, postquam causa fuit delegata, quia antequam delegetur à Papa, non potest ab Episcopo 22

fcopo fubdelegari fuo Vicario, quia tunc jurisdictio nec habitu, nec actu competit ipsi Epifcopo, cui nondum eft à Papa delegata, proinde non poteft ipfe eam fuo Vicario delegere, ut notat Navarrus *conf. 5. de offic. deleg.*

23 Cùm igitur executio directa Vitario non cenfeatur commiffa Epifcopo, non poteft hic tali executioni fe immiftere, ut docent Zerola in *prax. Epifcop. p. 1. v. Vicarius dub. 5.* Genuenfis *in prax. Archiepifc. Neapol. c. 83. n. 11.* Pavin. *de officio, & poteft. Vicar.* & Pyrrhus Corradus in *fua prax. difpenf. Apoft. lib. 7. c. 4.* refert, fuiffe cuidam Vicario Epifcopi directam executionem cujusdam difpenfationis in forme pauperum, in qua jubebatur Orator, operam fuam impendere per tres menfes fabricæ ecclefiæ, vel fervitio alicujus loci pij: cumque Vicerius Generalis, ad quem fuit talis executio directa, tunc abeffet, Epifcopus pietate in Oratorem motus, ne diutiùs protraheretur executio difpenfationis ob Vicarij fui abfentiam; injunxit Oratori, ut fuam operam impenderet fabricæ cujusdam ecclefiæ, cúmque per tres menfes lebores fuos contuliffet eidem fabricæ, acceffit poftea Vicarius Generalis; apud quem cùm Orator inftaret pro executione difpenfationis, recufavit Vicerius pro tunc illam executionem ex ea caufa, quia pœnitentia illa collectionis fuæ operæ in utilitatem loci pij fuerit ab Epifcopo fibi invalidè injuncta, ac propterea deberet Orator iterum eandem pœnitentiam à Vicario non ab Epifcopo fibi injunctam peragere.

24 Cúmque fuborte fuiffent diffidia inter Epifcopum, & Vicarium res fuit Romam delata, & refcriptum à Papa, nullam effe habendam rationem pœnitentiæ ab Epifcopo injunctæ Oratori, qui propterea per tres alios menfes debuit operam fuam conferre fabricæ ecclefiæ. Ratio eft, quia cùm executio talis difpenfationis, & injunctio pœnitentiæ Oratori fuerit directe ad Vicarium Generalem, jurisdictio fuit ad ipfum tantùm delegata non ad Epifcopum, qui cùm careret authoritate, & jurisdictione delegata non potuit pœnitentiam illam Oratori injungere, neque difpenfationem exequi: cùm enim jurisdictio delegata fit extreordinaria, & odiofa, debet reftringi, non ampliari, ut notat Gloffa in *c. 1. v. proceffus de refcript. in 6.* proinde non poteft ampliari, aut prorogari ad perfonas non expreffas in refcripto, ut notat Ancharanus *conf. 215. num. 6.* & defumitur ex *c. B. & G. in fin de offic. deleg.* Speciale eft igitur in Epifcopo, quod non poffit fe immifcere caufæ delegatæ à Papa fuo Vicario, ut docent communiter Cenoniftæ in *element. 2. de refcript.* Imò fi ipfe Vicarius Generalis, ad quem fuit executio difpenfationis commiffa eligetur in Epifcopum ejusdem Diœcefis, nec poteft tunc talem difpenfationem exequi, eò quia non fit ampliùs Vicarius Generalis, eò enim ipfo, quòd definit effe Vicarius, ceffat in ipfo commiffio, cùm hæc directa fuerit ad Vicarium Generalem: proinde refpectu fuæ perfonæ promotæ ad epifcopatum ceffat jurisdictio delegata, quæ tranfit in fucceffiorem in Vicariatu.

Quæritur undecimò, quid agendum, fi Epifcopus habeat duos Vicarios æquè principales, & in refcripto, Pontificio executio demandetur Vicario talis Epifcopi nullo in particulari defignato? Refpondetur, aliquos in ea effe opinione, ut Oratores debeant iterum fupplicare Pontifici, ut ex his duobus Vicariis, quos habet Epifcopus, velit unum fpeciatim defignare, & licet hæc fententia tutior fit, non tamen videtur id neceffe, ut notet Gloffa in *d. c. quoniam Abbas V. fubftitutum de offic. deleg.* ubi afferit, tunc eum poffe refcriptum exequi, quem pars eligit. Ratio ex eo petitur, quia refcriptum eft gratiofum, proinde fi partes difcordent in illius electione, tunc ille erit Judex, cui fuerunt primò litteræ præfentatæ, idque vel maximè procedit in commiffionibus, & difpenfationibus, quæ non funt contentiofæ, nec inter partes agitantur, ut notat Sanchez *difput. 27. n. 37. in fin.* 25

26 Quòd fi illi duo Vicarii non fint æquè principales, fed unus alteri fubordinatus, tunc executio cenfetur facta principaliori, ut notat Sanchez *lib. 8. difput. 27. num. 36.* ubi allegat *clement. 2. de refcript.* ubi dicitur, Principalem Epifcopi Officialem effe capacem omnis delegationis. Hoc idem etiam fervatur, quando funt plures Archidiaconi, & commiffio fit uni tantùm eorum; femper enim intelligitur fieri principaliori, ut notat Baldus *in c. quoniam Abbas. num. 4. de offic. deleg.* An verò fi Epifcopus fit cenfuris ecclefiafticis innodatus ex aliqua caufa; ejus Vicarius, ad quem dirigitur executio difpenfationis poffit difpenfare? Refpondetur, in tali cafo Vicarium retinere jurisdictionem habitualem, ficut etiam retinet eam Epifcopus, ac propterea poffe exequi jurisdictionem fibi delegatam authoritate Apoftolica, quia executio difpenfationis fuper impedimentis matrimonij, tunc non fufpenditur per excommunicationem Epifcopi: & ratio eft perfpicua, quia jurisdictio tunc delegata Vicario Generali non dimanat ab Epifcopo innodato cenfuris ecclefiafticis, fed ab ipfa fede Apoftolica, adeo ut Vicarius non vices tunc gerat Epifcopi, fed fummi Pontificis difpenfantis fuper tali impedimento, ac delegantis Vicario Generali fuam jurisdictionem quoad exercitium.

Quæritur duodecimò, an fi Vicarius, ad quem diriguntur litteræ pro executione difpenfationis fuper impedimentis matrimonij deprehendat litteras difpenfationis effe fub- vel obreptitias, & eas decleraverit tales juxta facultatem fibi traditam à Concilio Tridentino *feff. 22. c. 5.* ibi: *Ea verò quæ gratiosè conceduntur, fuum non fortiantur effectum, nifi priùs ab ijsdem tanquam delegatis Apoftolicis fummariè tantùm, & extrajudicialiter cognofcatur, expreffas preces fubreptionis vel obreptionis vitio non fubjacere*, adhuc poffit Vicarius Generalis cum Oratoribus difpenfare vigore earundem litterarum? Refpondetur negativè; quia femel quòd Vicarius Generalis deprehendit, litteras difpenfationis effe fub- vel obreptitias, nequit illas exequi, fi tales eas declaraverit: ratio eft, quia tunc 27

tunc ipse Vicarius ut Judex delegatus jam functus est suo officio in eo, quòd declaravit tales litteras sub - vel obreptitias: tunc enim protulit suam sententiam diffinitivam, proinde ejus jurisdictio extincta est, cùm deciderit totam causam sibi commissam, ut notat Paulus Squil. *de privil. cler. c. 2. privileg. 2. dub. 11. num. 205. & sequent.* proinde non poterit amplius se tali causæ immiscere, & desumitur etiam ex *l. Judex posteaquam ff. de re judic.* & docent Ripa in *l. quod jussit eod. tit. l. post sentent. C. de fruct. & lit. expens.* & expresse docet Ludovisius *decis. 486. num. 8.*

28 Hoc idem etiam procedit, quando Judex delegatus semel judicavit, licèt irritè, & invalidè, quia tunc est etiam suo Officio functus; nec illi convenit suam sententiam revocare *l. Paulus ff. de re judic. l. duo frat. ff. de pœn.* Neque obstat, quòd Judex Ordinarius, si invalidè sententiam protulit, possit eam revocare, quia est discrimen inter Judicem Ordinarium, & delegatum, quia ille sententiam profert proprio jure, & ideo ei permittitur, posse sententiam revocare: iste verò profert sententiam jure delegantis, non proprio, ut rectè notat Paulus Squill. *loc. cit. n. 207.* ubi etiam *n. 208.* subdit, quòd si idem Judex pronuntiaverit, legitimam esse dispensationem, & postea deprehenderit se fuisse deceptum, ac errâsse, sive inito matrimonio, sive non; virtute dictæ dispensationis non possit delegatus eandem causam reassumere, eò quia jam functus sit officio Judicis delegati: adeò ut tunc solùm ut Judex Ordinarius possit cognoscere de ipso matrimonio contracto, vel contrahendo, an illud validum sit, vel non, ut notat etiam Sanchez *lib. 8. disp. 27. n. 39.* Secus tamen dicendum est, quando dispensatio non procedit ex Cancellaria, sed emanat à Sacra Pœnitentiaria pro foro tantùm conscientiæ; tunc enim si Confessarius, cui executio dispensationis committitur, deprehendat, se deceptum fuisse, ac errâsse, potest se corrigare.

29 Dispensationes tunc conceduntur à sacra pœnitentiaria pro foro tantùm conscientiæ, quando impedimenta sunt occulta; & tunc executio dirigitur Confessario Magistro in sacra Theologia, vel Doctori in jure ecclesiastico, quique sit unus ex approbatis ab Ordinario, & qui sit eligendus per Oratorem: & Sanchez de *matrim. lib. 8. disput. 34. n. 9. & sequent.* censet, hujusmodi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij non posse expediri per Regulares, qui juxta suorum Ordinum instituta licèt Magistri appellentur, tales tamen non sunt, nisi verè ad magisterij gradum in aliqua Academia promoti fuerint: & subdit hujusmodi dispensationes suo frustrari effectu, si ab eo expediantur, qui non sit tali gradu insignitus, tametsi communi errore Doctor censeatur. Non tamen gratiæ harum dispensationum evanescunt, si continget, eas præsentari non habentibus has qualitates, & ab iisdem litteras aperiri; quia adhuc ut sæpe in praxi contingit possunt pro executione præsentari alicui insignito gradu doctoratûs.

Verùm hodiè ne sacra Pœnitentiaria videatur pœnitentem arctare ad eligendum necessariò Confessarium, qui sit doctoratûs gradu insignitus, cum plerumque Orator contingat in loco esse, in quo vel nullus, vel unus tantùm, vel alter sit Confessarius Magister in sacra Theologia, vel in jure canonico, ex peculiari gratia solet litteras dirigere pro quocunque casu Confessario simpliciter, dummodo sit unus ex approbatis ab Ordinario, tametsi non sit Magister in sacra Theologia, nec Doctor in jure canonico: moris enim est hodie, ut in dispensationibus emanatis à sacra Pœnitentiaria pro foro conscientiæ, quando impedimenta matrimonij sunt occulta, apponatur clausula: *Discreto viro Confessori ex approbatis ab Ordinario per latorem præsentium ad introscripta specialiter eligendo.* 30

Quæritur tertiodecimò, qualénam sit discrimen inter dispensationem subreptitiam, & obreptitiam? Frequens enim est in Romana Curia sermo de dispensationibus super impedimentis matrimonij subreptitiè, vel obreptitiè impetratis, & tunc concessiones Summi Pontificis, sive etiam cujuscunque alterius Principis, quia nihil operantur in casibus vitiosis, dolosis, obreptijs, & subreptijs, ut habetur in *l. non solùm §. si heres ff. de lib. leg.* ideò dignosci debet, quandónam hujusmodi dispensationes sunt sub - vel obreptitiæ præsertim cum in casibus, in quibus requiritur mentio alicujus rescripti, si illud sit sub - vel obreptitium, nulla sit de ipso mentio facienda, ut notat Felinus in *c. 1. n. 13. de rescript.* quod potissimum locum sibi vendicat in rescriptis beneficialibus, in quibus sub- vel obreptio etiam non dolosa vitiat gratiam, redditque litteras invalidas, ut notat Abbas in *c. super litteris de rescript.* eò quis in beneficialibus mens Papæ sit præcisa, ut notat Imola in *d. c. super litteris.* & qualitas, quæ de jure exprimenda est, si non exprimatur, vitiat gratiam, tametsi Pontifex ob alias rationes rescriptum concessisset, ut habetur in *c. si motu proprio de præb. in 6* & notat Cardinalis *cons. 33.* ubi addit subreptionem vitiare rescriptum in beneficialibus, tametsi oriatur ex simplicitate, quia ut notat Innocentius in *c. Accedens de crimin. fals.* in gratiosis falsitas semper præsumitur expressa cum dolo: quia impetrans ante impetrationem debebat se de veritate informare. Quamobrem non parùm juvat, scire discrimen intercedens inter dispensationem impetratam subreptitiè, vel obreptitiè. 31

Respondetur ad quæsitum, quòd tametsi à plerisque subreptio, & obreptio censeantur esse synonima, ac sumi pro eodem, ut videtur sentire Menochius de *arbit. Jud. lib. 2. centur. cas. 201. n. 10.* Decius in *c. super litteris 1. not. 4. de rescript.* & alij; nihilominus interest discrimen inter dispensationem subreptitiè, & obreptitiè impetratam, quia tunc dicitur dispensatio subreptitiè impetrata, quando Orator in supplicatione aliquid reticuit, quo expresso Pontifex non concessisset dispensationem: & tunc obreptitiè dicitur dispensatio impetrata, 32

quando Orator in supplicatione falsum enarret, ut dispensationem extorqueat; ita censent plures juris canonici periti.

33 Verùm Romæ Curiales distinguunt rescripta subreptitia ab obreptitijs, & dicunt, tunc esse rescriptum subreptitium, quando Summus Pontifex non intellexit, quòd ab ipso petitur; vel quia in ipsa petitione fuit omissa veritas, quæ omnino narranda erat; vel fuit in ipsa falsum aliquid narratum, ideo rescriptum dicitur per hoc vitiari, ac esse subreptitium. Tum verò esse obreptitium, quando per verborum involutionem, vel cautam loquelam, vel etiam ironicam, aut callidam, versutámque, effugitur plene concedentis intelligentia, adeò ut Pontifex ex supplicatione, sibi exhibita non veniat in plenam intelligentiam causæ, ob quam petitur dispensatio, ut notat Innocentius in *c. cum dilectus n. 3. de rescript.* Idque deprehenditur ex diversis rescriptis, seu litteris Apostolicis, in quibus solet dici, eos non posse de subreptionis, vel obreptionis vitio notari: ex quibus conjicitur, subreptionem, & obreptionem nõ esse synonima, nec significare omnino idem, alioquin litteræ Apostolicæ, in quibus continentur illæ voces *subreptitiè, & obreptitiè*, superfluerent, ut notat Cassador. *decis. 5. in fin. de prabend.* ubi addit, in litteris Apostolicis quodlibet verbum debere aliquid operari *argum l. si quando ff. de leg. 1. c. si Papa de privil in 6.* ex quibus, & alijs textibus habetur, verba subreptionis, & obreptionis esse separata, ac significare aliquid diversum. Tum quia solent per interjectam particulam *vel* poni disjunctivè, *subreptitiè vel obreptitiè*, dictio *vel* cum sit disjunctiva de sui natura cedit inter diversa, ut notat Gonzales ad *regul. 8. cancellar. Glossa 48. n. 17. & Glossa 58. n. 3.*

34 Quæritur quarto decimò, an executiones dispensationum super impedimentis matrimonij possint aliis committi, quàm Episcopis, & eorum Vicariis Generalibus. Censet Sanchez *lib 8. disput. 27. n. 34.* cui adhæret Garzia *de benefic. p. 9. c. 2. n. 147. in fin.* posse hujusmodi executiones committi habentibus jurisdictionem, ut etiam eorundem Vicariis, quia isti capaces sunt harum delegationum, cùm sint Vicarij habentium jurisdictionem Episcopalem; habent enim, & ipsi eandem jurisdictionem, quam habent Vicarij Episcopi. Volunt enim hanc executionem posse committi omnibus habentibus jurisdictionem quasi episcopalem, ut etiam eorundem Vicariis. Sed id est contra praxin, & Stylum Curiæ Romanæ, juxta quem hujusmodi executiones non diriguntur nisi ad Episcopos, ac eorundem Vicarios Generales; & ratio solet etiam assignari, quia Vicarij cæterorum Prælatorum, qui sunt in ordine inferiori ad Episcopos, non sunt propriè in dignitate ecclesiastica constituti, consequenter sunt incapaces talium commissionum, ut etiam docet Glossa *in clement. in v. Episcopali de rescript.* ubi sermo est tantùm de Officiali Episcopi: & ita etiam declaravit sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpres, ut notat Pyrrhus Corradus *lib. 7. c. 4.*

Solent tamen hujusmodi executiones etiam committi illis Abbatibus, qui non solùm habent jurisdictionem quasi Episcopalem, verùm etiam proprios subditos pro personis, & locis suæ jurisdictioni subjectis, dummodo sint exempti, habeántque ecclesias pleno jure sibi subjectas, & per hoc jus Episcopale, & jurisdictionem quasi Episcopalem, ut notat Innocentius in *c. singulis de statu Monach. c. significâsti de for. compet.* & tunc Abbatia, & Episcopatus æquiparantur, ut habetur *in c. decernimus de judic.* ubi Abbates nominantur inter Episcopos *c. 2. de prabend. in 6.* quia sicut Episcopatus est culmen dignitatum sæcularium, ita Abbatia præcedit cætera beneficia Regularium. 35

Verùm id intelligitur de Abbatibus habentibus jurisdictionem Episcopalem, quia isti dicuntur Magni Abbates, seu Abbates Generales, ut habetur in *c. Adrianus. 63. dist.* hinc cùm Oratores subjiciuntur jurisdictioni horum Abbatum, eorum supplicatio non admittitur in Curia nisi in ea dicatur: *Exponitur Sanctitati Vestra pro parte N. & N. ex loco N. jurisdictionis Abbatia, seu Praepositi N.* & postea in corpore supplicationis additur: *Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores prafati*, quatenus Abbati Monasterij N. Ordinis talis *N nullius diœcesis Provincia N. Particulare, & separatum territorium habenti, ac jurisdictionem quasi Episcopalem in dicto loco exercenti; etiamsi de illis personis non sit, quibus similes causa per sedem Apostolicam committi consueverunt, committere, & mandare, & cum iisdem Oratoribus &c. dispenset*, & hæc verba etiam apponuntur litteris dispensationis juxta stylum Curiæ Romanæ. 36

Ad hos Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, proprium territorium, & subditos, & exemptionem, ac ecclesias pleno jure sibi subjectas committi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij, si Oratores sint alicujus loci, jurisdictionis horum Abbatum, declaravit etiam sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres annò 1593. in una prioratûs Ordinis S. Jacobi, quem refert Pyrrhus Corradus *lib. 7 dispens. Apostal. c. 4.* ubi, declarationem etiam subjicit: *Congregatio Concilij censuit, dispensationes matrimoniales, & alias quascunque, qua subditis inferiorum Episcopis à sede Apostolica conceduntur. Si eas extra Romanam Curiam committi contigerit; & illi inferiores nullius diœcesis existant, & jurisdictionem quasi episcopalem habeant eisdem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis esse committendas. Hieronymus Card. Matthaus.* 37

Imò eadem sacra Congregatio ad petitionem Cardinalis Toleti, hanc aliam etiam edidit declarationem. *Congregatio Concilij censuit, priùs coram Domino Datario esse docendum Priorem habere qualitates requisitas, ut ipsi dispensationes matrimoniales committi possint vel esse quasi in possessione, ut prædicta dispensationes eidem committantur Hier. Cardin. Matthæ.* Hoc idem censuisse eandem sacram Congregationem in una Prioratûs de Magazela refert Pyrrhus Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 4.* ubi testatur, 38

tur, sacram Congregationem sic censuisse: *Si Prioratus ut proponitur, nullius sit dioecesis, & quasi jurisdictionem Episcopalem habeat, litteras dispensationum matrimonialium, & alias ejusdem generis Priori committendas esse 5. May 1593.* & habetur etiam decisio Romanæ Rotæ in una nullius della Serena 19. Novembris 1593. coram Cardinale Serafino, cùm enim fuisset supplicatum summo Pontifici pro parte R. D. Alphonsi Flori Prioris de Magazela Provinciæ della Serena, ut sibi dirigerentur litteræ dispensationum super impedimentis matrimonij, & aliæ similes tanquam Ordinario præfatæ Provinciæ, & causa fuisset examinata in sacra Congregatione Concilij conclusum fuit, quòd si Prioratus de Magazela verè nullius sit Dioecesis, & Prior habeat jurisdictionem quasi episcopalem, esse executiones dispensationum committendas dicto Priori. Imò sacra Congregatio jussu Pontificis mandavit, ut in Rota Romana discuteretur, an hujusmodi qualitates essent in Priori de Magazela: & causâ propositâ, ac examinatis probationibus conclusit Rota, probari Priorem de Magazela habere propriam ecclesiam, uti ornamentis episcopalibus baculo, & mitra, habere etiam jus benedicendi, & concedendi indulgentias, idque probari ex Bulla felicis recordationis Clementis VIII. Rursus quòd habeat territorium distinctum, ac separatum à territorio aliorum Ordinariorum vicinorum mediantibus certis limitibus, ut etiam quod conferat beneficia, ecclesias visitet, delinquentes corrigat, respondit Glossa id probari per testes exhibitos, qui fuerunt examinati sine alicujus partis contradictione, vel Episcoporum vicinorum citatione, & ad hunc effectum, cùm agatur de levi præjudicio, censuit Rota præfato Priori posse committi executiones dispensationum super impedimentis matrimonij, si Oratores eas impetrantes sint de loco jurisdictionis ejusdem prioris.

39 Abbates, quibus hodie absque difficultate committuntur executiones istarum dispensationum, sunt Abbas Monasterij S. Vincentij, & Anastasij ad aquas Salvias nuncupatas Cisterciens. Ordinis propè, & extra moenia Urbis. Abbas Monasterij S. Sylvestri terræ Nonantulæ Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis Provinciæ Ravennaten. Abbas Monasterij S. Salvatoris Majoris nuncupati Ordinis S. Benedicti in districtu Urbis. Abbas Monasterij Montis Cassinen. Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis, Provinciæ Capuan. Abbas Monasterij Montis Virginis Ordinis S Benedicti nullius Dioecesis Provinciæ Beneventan. Abbas Monasterij Sanctissimæ Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis Provinciæ Capuan. Abbas Monasterij S. Christophori, Terræ Castri Durantis, Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis, Provinciæ Urbinaten. Abbas Monasterij S. Mariæ Oppidi Pinaroli, Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis Provinciæ Taurinen. Abbas sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri oppidi de Lerma nullius Dioecesis, Provinciæ Burgen. Abbas Monasterij S. Mariæ Farfen. Ordin. S. Benedicti nullius Dioecesis, in districtu Urbis. Præpositus Ecclesiæ B. Mariæ Terræ Attini nullius Dioecesis Provinciæ Theat. Præpositus S. Mariæ terræ Piscia nullius Dioecesis Provinciæ Florentin. Prior Monasterij S. Laurentij propè Padulam Carthusien. Ordinis. Abbas S. Mariæ de Cadossa nullius Dioecesis Provinciæ Salernitan. Prior prioratus S. Jacobi de Spatha nullius Dioecesis Provinciæ Compostellan. Prior Prioratus de Magazela Militiæ de Alcantara nullius Dioecesis Provinciæ Compostellan. Prior prioratus de Veles nullius Dioecesis Provinciæ Toletanæ.

Quæritur quinto decimò, an Vicarij præfatorum Abbatum, Præpositorum, ac Priorum habentium jurisdictionem quasi Episcopalem cum proprio Territorio, & subditis, quique sunt exempti, habentque ecclesias pleno sibi jure subjectas possint exequi dispensationes super impedimenta matrimonij. Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia Vicariis Generalibus Episcoporum solent hujusmodi executiones à Romana Cancellaria dirigi, eò quia habeant idem tribunal cum Episcopo, unde videtur etiam asserendum posse Vicariis horum Abbatum, Præpositorum, ac Priorum committi hujusmodi executiones? Respondetur quæsito excepto Generali Vicario Abbatis Montis Cassinensis ex speciali indulto Papæ Sixti V. non posse Vicarios aliorum Abbatum, Præpositorum, & Priorum exequi dispensationes super impedimentis matrimonij; hæc enim est praxis Romanæ Curiæ, quæ nunquam hisce Vicariis committit executiones talium dispensationum, quas tamen dirigit ad Abbates Generales Episcoporum. Ratio, cur Sixtus V. hoc indultum concesserit Vicario Generali Abbati Montis Cassinensis fuit, quia ecclesia Cassinensis antequam S. Benedictus ad eam accessisset, proprium suum habuit Episcopum, ad cujus Vicarium Generalem dirigebantur hujusmodi executiones, & præ cæteris Episcopis præfuit ecclesiæ Cassinensi Severus, qui interfuit Concilio Lateranensi anno 487. in quo Severus se subscripsit tanquam Episcopus Cassinensis, postquam verò S. Benedictus anno 529. ecclesiam illam cum suis Monachis adivit, nullus ampliùs fuit ibi Episcopus deputatus, sed successivè Abbates Cassinenses post sanctum Benedictum, quamvis non essent Episcopi; jura tamen episcopalia ibi semper exercuerunt, ut refert Barbosa *de jure ecclesi. lib. 1. c. 41. n. 36.*

Cùm igitur magna sit hujus Monasterij auctoritas, ac præter civitatem S. Germani duo supra viginti oppida possideat, ejusque Abbas habeat jurisdictionem Episcopalem, quam liberè in sua dioecesi exercet, habeat in suas ecclesias plenum jus, sitque Monasterium exemptum, nec habeat finitimum Episcopum, cui ea mandentur, quæ ex decretis Concilij Tridentini sunt committenda Episcopo viciniori, ideo Sixtus V. statuit ea omnia, quæ ad juris æquitatem, seu indulgentiam, ac arbitrium Judicis referuntur, spectare etiam ad Abbatem Cassinensem in sua dioecesi, hinc hodie causæ pertinentes ad matrimonia, & sacerdotium, quæ alias 40 41

aliàs pertinent ad solos Episcopos, cognoscuntur ab Abbate Cassinensi, qui pariter ac Episcopus celebrat proprium Synodum, habet proprium Seminarium, eligit Examinatores Synodales in sua Diœcesi; approbat sacerdotes idoneos confessionibus sacramentalibus excipiendis; sacris initiandos subjicit examini: tonsuram, & Ordines minores suis subditis, etiam sæcularibus administrat; & concedit litteras dimissorias ad suscipiendos majores in aliena Diœcesi, & plura alia administrat, quæ propria sunt Episcopi, & per Concilium Tridentinum non conceduntur Prælatis infra Episcopos.

42 Hinc Vicarij Abbatum, Præpositorum, ac Priorum quantumvis exemptorum, ac habentium Episcopalem jurisdictionem, & quamvis sint nullius Diœcesis, habeantque particulare territorium, & subditos, ecclesiasque cum pleno jure sibi subjectas non possunt exequi hujusmodi dispensationes super impedimentis matrimonij. Imò neque Abbates, & Prælati quantumvis exempti, nisi fuerint nullius Diœcesis, & particulare habuerint territorium, ac ecclesias pleno jure sibi subjectas, & jus Episcopale, possunt has dispensationes exequi: & ratio est, quam adfert Garcia *p. 9. c. 2. n. 196.* quia dispensationes conceduntur fidelibus, qui subduntur alicui Prælato ecclesiastico habenti proprium territorium, in quo habitent ejus subditi, proinde si Abbates quamvis habeant Episcopalem jurisdictionem, sintque exempti, non habeant proprium territorium, proprios subditos, sintque nullius Diœcesis, ad ipsos non diriguntur executiones talium dispensationum, quapropter Garcias asserit, has executiones committi Episcopis, in cujus Diœcesi, seu territorio commorantur Oratores, qui dispensationes impetrârunt. Addit tamen Garcias *loc. cit. n. 147.* sufficere, si Abbates habeant territorium distinctum, tametsi non sint nullius Diœcesis.

43 Verùm ut notat Pyrrhus Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 4.* id repugnat praxi, & stylo Curiæ Romanæ, quia à Cancellaria harum dispensationum executiones non diriguntur nisi Episcopis, vel eorum Vicarijs Generalibus, vel Abbatibus, ac Prælatis habentibus non solum jurisdictionem Episcopalem, sed etiam ecclesiam sibi pleno jure subjectam, ac territorium separatum à quavis alia Diœcesi. Hanc eandem facultatem exequendi hujusmodi dispensationes super impedimentis matrimonij, ut etiam alias litteras Apostolicas habent Vicarij Apostolici, qui solent mitti cum Brevi de consilio Cardinalium super negotijs Episcoporum, Inquisitorum, donec eorum causa decidatur, vel tolletur suspensio: siquidem Vicarij Apostolici ex vi dicti Brevis plures habent facultates, quæ in eodem exprimuntur, quarum una est, ut possint exequi dispensationes Pontificias super impedimentis matrimonij: & quamvis litteræ Apostolicæ dirigantur ad Episcopum, vel ad ejus Vicarium Generalem in spiritualibus, exequuntur ab ipsis Vicarijs Apostolicis juxta verba expressè in eorundem facultatibus; quinimò interdum Cancellaria Apostolica, ut etiam præfecturæ Brevium ipsimet Vicarijs Apostolicis dirigit hæc rescripta, quibus exequuntur dispensationes.

Quæritur sextodecimò, an si error committatur circa nomen illius, qui dispensationem impetravit super impedimentis matrimonij, valida sit dispensatio? Respondent aliqui cum Diana *tract. 10. de leg. resol. 36.* dispensationem sortiri suum valorem, quando error contingit in solo nomine personæ, quæ dispensationem impetravit, ut si locò nominis Petri ponatur nomen Francisci: voluit enim dispensationem prodesse illi, cui concessa erat, quamvis in ejus nomine fuerat erratum, & nituntur ea ratione, quia error nominis proprij, quoties constat de corpore, non vitiat rescriptum *argum. l. quis in fundi vocabulo 4. ff. de legat.* ibi: *Si quis in fundi vocabulo erraverit, & Cornelianum, pro Semproniano nominaverit, debebitur Sempronianus* addunt clariùs etiam id desumi *ex instit. de legat. 9. Si quis in nomine* ibi: *si quis in nomine, cognomine, prenomine, agnomine Legatarij testator, erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum.* Adferunt etiam rationem, quia nomina significandorum hominum gratiâ reperta sunt; proinde si quolibet alio modo intelligantur, nihil interest; & ita communiter docent cum Innocentio in *c. significante n. unic. de rescript.* ubi cùm nullo ex adjecto possit constare de persona, contra quam fuit rescriptum impetratum non obstante errore in designatione Diœcesis fuit rescriptum illud judicatum validum, eò quia ex alijs circumstantijs constaret de persona illa. Quòd si dicas, privilegium esse intelligendum juxta verba in supplicatione posita, ut docet Jason in *l. Gallus §. idem credendum n. 10. ff. de liber, & posth.* quod etiam desumitur ex *l. prætes ff. de pœnis.* Respondent id intelligi de substantialibus contentis in supplicatione; & de persona, cui fuit vere intentio gratiæ impetrandæ, si de illa constet, tametsi erratum sit in nomine, ut docet Hostiensis in *c. super litteris n. 12. de rescript.*

Respondetur nihilominus, quod quamvis de jure error commissus in nomine personæ impetrantis dispensationem, non videatur vitiare dispensationem, nec obesse Oratori, pro quo est impetrata, ut etiam docet Sanchez *lib. 8. disput. 21. n. 37.* de stylo tamen Romanæ Curiæ errorem commissum in nomine impetrantis vitiare dispensationem, & obesse Oratori, pro quo est impetrata, notat Pyrrhus Corradus, vir, qui per annos plures inservivit Romanæ Curiæ, ubi fuit Officialis in Cancellaria Apostolica, & praxin circa hujusmodi dispensationes Apostolicas apprimè acquisivit, & cui propterea in hac materia dispensationum Apostolicarum adhibenda est fides, cùm per plures annos hujusmodi dispensationes ipsemet scripserit, correxerit, & nomine Pontificis etiam direxerit ad Ordinarios locorum, seu impetrantium hujusmodi dispensationes; ait igitur Pyrrhus

rhus Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 5. n. 37.* Satis notorium esse Romanis Curialibus errorem in solo nomine impetrantis commissum vitiare dispensationem: & contrarium asserere adversari notorio Curiæ stylo: quamvis enim de jure error in solo nomine, dummodo constet de persona, non videatur dispensationem vitiare, neque obesse Oratori, pro quo est impetrata; aliter tamen est de stylo Curiæ, & de praxi in Cancellaria Apostolica: & addit, non solùm si erratum fuerit in nomine, aut cognomine, verùm etiam in syllaba, aut littera, dispensationem non mereri executionem, nisi priùs ab Officialibus deputatis fuerit error correctus: imò asserit, non solùm esse litteras corrigendas: verùm etiam & earum registrum; & addit hujusmodi correctionem transire per plures manus Officialium, oculósque, & præsertim Domini regentis Cancellariæ. Imò addit hodie moris esse in Romana Cancellaria, ut non ampliùs detur correctio super nomine proprio Oratoris, vel Oratricis: sed si erratum sit in nomine unius, vel alterius, opus sit novam impetrare gratiam, novásque expedire litteras, vel saltem prævia nova signatura supplicationis cum vera nominis expressione ipsas jam expeditas litteras eorundem Officialium authoritate corrigere; additque id introductum fuisse ad declinandas plures fraudes, quæ ob mutationem nominis sub colore erroris facilè possent induci: omnia siquidem jura fraudibus semper occurrunt, quas prohibent *l. si cui, ff. de servit. l. in fundo ff. de rei vendic.* Nisi fortassis deprehendatur aliquo modo verisimilis error, ut si scriberetur *Antonius pro Antonino, Bernardus pro Bernardino*, ut exemplificat Pyrrhus *loc. cit.* quia tunc asserit, litteras dispensationum non vitiari, quia cùm hujusmodi errores videantur potiùs irrepere in Cancellaria, non debent partibus obesse, & tunc Cancellaria hujusmodi errores corrigit.

46 Cæterum super errore proprij nominis nunquam permittitur correctio, nisi in iis casibus, quibus semota omni suspicione fraudis error censetur mereri talem correctionem. Idque corroborat Pyrrhus, aò quia quilibet summus Pontifex in crastinum suæ assumptionis condit regulas Cancellariæ Apostolicæ; & inter facultates, quas in earundem calce concedit Vice-Cancellario, & Cancellariæ regenti, licèt eis facultatem tribuat corrigendi nomina, & cognomina personarum, non tamen possunt corrigere propria nomina Oratorum: habentur enim hæc verba in facultate concessa Vice-Cancellario: *Item quòd possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet*, unde Pontifex licèt det facultatem corrigendi nomina, & cognomina personarum, dummodo de corpore earundem constet; non tamen concedit facultatem corrigendi nomina Oratoris, vel Oratricis, seu eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt. Addit Pyrrhus Corradus, quòd tametsi Dominus Regens Cancellariæ nonnisi cognomina Oratorum possit corrigere, si contingat errorem irrepsisse post registratam supplicationem circa proprij nominis expressionem; ante tamen litterarum expeditionem omnino opus est, defectum suppleri per signaturam novæ supplicationis in forma reformationis sub præinsertis priori supplicationi, hoc pacto. *Pater Sanctè dignetur S. V. litteras super præinserta conficiendas cum expressione, quòd Orator non Cynthius, sed Joannes Capyeius, & non aliter nominatur, & cognominatur, in reliquis verò juxta ejusdem præinserta vim, formam, continentiam, & tenorem expediri mandare de gratia speciali. Non obstantibus omnibus, quæ eadem Sanctitas Vestra in dicta præinserta concessit non obstare, cæterísque contrariis, quibuscunque:* & asserit, hunc esse notorium Curiæ stylum; ut etiam si contingat ignorari in Urbe cognomen Oratoris, vel oratricis, ne expeditio retardetur, soleat ex arbore consanguinitatis desumi, signando patrem, vel matrem Oratoris, & Oratricis, hoc pacto, *Exponitur pro parte Stephani nati Francisci, & Catharinæ natæ Antonij*, & hoc etiam servatur, quando in arbore adsunt nomina matrum, tunc enim ita ponitur *pro parte Stephani nati Isabellæ, & Catharinæ natæ Beatricis*, tunc enim nomina Genitorum defectum supplent cognominum, ne expeditiones dispensationum retardentur.

Verùm hic defectus cognominis non suppletur in litteris dispensationis in forma pauperum: quia in supplicatione delentur verba illa, *& quod cognominum*, idque ad evitandas fraudes, ne orator, vel oratrix supponat aliud cognomen, & postquam evaserit solutionem compositionis, expediat litteras supradictas cum proprio cognomine, ut notat Corradus *loc. cit. num. 21.* ubi etiam observat, esse stylum Datariæ, & Cancellariæ, non admittere in supplicatione in forma signandi nomen diminutivum; & debere nomina, & cognomina Oratoris, & oratricis sine abbreviatione, & truncatione syllabarum, sed per consequentiam litterarum, & charecteres claros, & id esse de stylo Romanæ Curiæ, ut etiam testantur Imola *in c. cùm accessissent*, & ibid. Felin. *post. princ. V. hodie de constit.* 47

Quæritur decimo septimò, an valida sit dispensatio super impedimentis matrimonij, si error contingat, non in nomine personæ, sed diœcesis, cujus est, qui dispensationem impetravit: ut si in supplicatione Orator dicat, se esse diœcesis Frisingensis, cùm tamen sit diœcesis Augustanæ, & commissio executionis facta sit Officiali Frisingensi? Respondent plures cum Sanchez *lib. 8. disp. 35.* non obstante tali errore in nomine diœcesis dispensationem suum sortiri valorem, non tamen posse hanc Officialem Frisingensem exequi, cùm non sit Ordinarius illius, qui impetravit dispensationem; quia cùm id contigerit per errorem, deficit intentio Pontificis committentis talem executionem: est siquidem intentio Pontificis committere legitimo Ordinario impetrantis executionem dispensationis juxta decretum Tridentinæ Synodi 48

sess. 22. c. 5. de reform. Hinc asserit, posse in tali casu Officialem Augustanum dispensationem illam exequi, eò quia legitima mens Pontificis sit committere vero Ordinario impetrantis talem executionem, adeò ut nonnisi per accidens contigerit, ac præter intentionem, quòd nominaverit Officialem Frisingensem locò Augustani, quia cùm constet de corpore, error nominis non videtur obstare. Tum quia non minùs est de substantia gratiæ persona, cui conceditur, quàm ejus gratiæ executor; hinc si error in nomine personæ non vitiat dispensationem, ubi constat de corpore ejusdem personæ, nec illam vitiat error in nomine executoris.

49 Nihilominus quamvis hæc possent procedere de jure, non ita tamen de stylo Curiæ, juxta quem expressio etiam non dolosa unius diœcesis pro alia vitiat gratiam dispensationis, donec error corrigatur, sicut corrigitur quando contingit circa nomen Oratoris, ut notat Corradus *loc. cit. num. 29* & in hisce dispensationibus standum est Curiæ Romanæ stylo, qui est optimus interpres voluntatis Pontificis, non enim dispensationes suum sortiuntur valorem nisi ex intentione Pontificis eas concedentis; proinde si Pontifex non intendat concedere dispensationem, quando error irrepit in nomine Oratoris, vel Ordinarij, ac Diœcesis ejusdem Oratoris, dispensatio nullum obtinet valorem, cùm hic dimanat à sola intentione, & voluntate Pontificis, qui cùm tali errore non intendit dispensationem illam concedere, quamvis expressio erroris non sit dolosa.

50 Quòd verò non intendat tunc Pontifex concedere talem dispensationem cum illo errore apertè id declarat stylus Curiæ, qui contrarium nunquam admisit, & semper habuit hujusmodi dispensationes, ut invalidas, donec error corrigatur; & cum Pontifex optimè sciat stylum Curiæ, & quòd in Cancellaria hujusmodi dispensationes cum tali errore habeantur pro invalidis, non est dubitandum, quòd talis non sit intentio Pontificis intendentis etiam talem dispensationem esse nullius valoris, donec corrigatur: stylus enim Curiæ sive Datariæ, sive Cancellariæ explicat, qualis sit voluntas Pontificis. Imò si Orator, & Oratrix sint diversæ diœcesis nomina utriusque diœcesis sunt etiam exprimenda, tametsi contrarium sentiat Sanchez *lib. 8. disput. 35. num. 5.* ubi ait: quòd si alter sit diœcesis Cordubensis, & alter Granatensis non sit opus in precibus dispensationis explicare utriusque diœcesim, sed sufficere unam tantùm; additque, id ex ipsa praxi constare.

51 Verùm Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 5. num 26.* asserit, id etiam esse contra notorium stylum Curiæ exigentem necessariò utriusque diœcesis expressionem: & ait ex stylo Curiæ non admitti supplicationem, nisi in ipsa utriusque Oratoris, & Oratricis exprimatur Diœcesis, adeò ut si Orator sit Diœcesis Frisingensis, & Oratrix Augustanæ, debeat utraque Diœcesis exprimi in supplicatione, quia litteræ dispensationis postea diriguntur Ordinario Oratricis, seu Vicario in spiritualibus Generali Episcopi Augustani, ut illas exequatur: & addit Corradus id apponi in clausulis supplicationis. *Et committatur Ordinario Oratricis, qui deposita &c. dispenset.* unde quamvis cùm errore in nomine Diœcesis Ordinarius Oratricis adhuc deberet dispensare, & matrimonio alterutrius contrahentium Parochus eos copulare; nihilominus id non sufficit ad effugiendum inconcussum stylum Datariæ & Cancellariæ juxta quem, debent nomina utriusque Diœcesis exprimi, & quia hujusmodi stylus servatur pro lege, ut notant Pasitius *cons. 44. num. 17. vol. 1.* Calderinus *cons. 8. num. 4. de rescript.* Butsatus *cons. 393. num. 15. vol. 4.* ideò necesse est exprimatur, utraque Diœcesis Oratoris, & Oratricis in ipsa supplicatione ex stylo Curæ. Quia nisi utriusque Diœcesis nomen exprimeretur, posset contingere, ut executio, quæ ex stylo Curiæ dirigitur ad Ordinarium Oratricis, committeretur Ordinario Oratoris, cujus Diœcesis tantùm exprimitur in supplicatione; quod esset contra intentionem Papæ, & tunc hujus dispensationis executor ignorans stylum Curiæ perperam eam exequeretur.

Ne igitur contingat tale inconveniens ex stylo Curiæ debet utraque Diœcesis Oratoris, & Oratricis exprimi in supplicatione, ut executio dispensationis ex stylo Curiæ postea dirigatur ad Ordinarium Oratricis. Imò quamvis Oratores sint sub eodem Episcopo habente duas Diœceses invicem unitas, ut sunt Diœceses Maceratensis, & Tolentinensis, quæ uni duntaxat subsunt Episcopo, adhuc, si Oratrix pertinet ad Diœcesem Tolentinensem, & Orator ad Maceratensem, utraque Diœcesis est exprimenda in supplicatione, eò quia Episcopus in utraque habet suum Vicarium in spiritualibus Generalem, & executio dispensationis committitur Vicario Generali illius Diœcesis, in qua nata est Oratrix, ac in ea moratur, ut liquet ex forma litterarum similium unionum, quam adfert Corradus, in quibus dici solet, *Ipsam ecclesiam Tolentin. & Macerat. unimus, ita ut pro tempore existens Episcopus Macerat. sit ambarum ecclesiarum unitarum hujusmodi Episcopus: & licèt vocetur Episcopus Maceratensis in litteris pertinentibus ad civitatem, & Diœcesin Tolentin. ordinariè se subscribere debeat Episcopus Macerat. & Tolentin. teneatúrque retinere unum Vicarium in dicta civitate Tolentin. qui non recognoscat superiorem; nec ab eo habeatur recursus ad Vicarium dictæ civitatis Macerat. sed tantùm ad ipsum Episcopum:* quia licèt duo Episcopatus simul uniantur, quælibet tamen ecclesia cathedralis retinet sua jura, ac suas præeminentias, & cum utrique præficiatur ab Episcopo Vicarius in spiritualibus Generalis, quorum unus non dependet ab alio, sed uterque à solo Episcopo, & executio dispensationis super impedimento matrimonij ex stylo Curiæ committatur Ordinario, seu Vicario Generali illius Diœcesis, in qua nata est Oratrix, ideo necesse est, quidquid in contrarium sentiat Sanchez, ut ex stylo Curiæ 52

utra-

utraque Diœcesis Oratoris, & Oratricis exprimatur in supplicatione.

13 Quæritur decimo octavo, an si Oratrix à non multo tempore mutaverit domicilium, ac moretur in aliena diœcesi, in qua non fuit nata, & ibi quærat dispensationem super impedimentis matrimonij, sit executio valida, si fiet à Vicario domicilij non propriæ diœcesis, in qua Oratores tempore petitæ dispensationis morabantur, si postea contigit, ut dispensationem acceperint in alia diœcesi, ubi cœperunt figere domicilium? Respondetur, executionem dispensationis esse in tali casu faciendam ab Ordinario illius diœcesis, in qua erant Oratores, quando petierunt dispensationem, licèt hanc obtinuerint in aliena diœcesi, in quam transtulerunt domicilium: quia tametsi in dispensationis executio committatur Ordinario oretricis, & non exprimatur Ordinarius originis, nec domicilij, ac propterea dubitetur, quisnam debeat Ordinarius eam exequi, an ille originis, vel ille domicilij; intelligitur tamen commissio facta Ordinario originis, quia in tali dubio præsumitur executio directa ad Ordinarium originis, non domicilij; idque sæpe contingit in illis dispensationibus, quæ non requirunt necessariò expressionem loci, eo modo quo petuntur ob loci angustiam: hinc executio tunc facta ab Ordinario domicilij nullius est valoris. Quòd si Oratores extra propriam diœcesim per biennium contraxissent domicilium; tunc ratione domicilij exprimendos esset locus in supplicatione hoc pacto: *Exponitur pro parte N. & N. ex loco N. diœcesis Augustanæ, & in civitate Monacensi à biennio, & ultra commorantium*: quia si cupiant oratores, ut executio demandetur Ordinario domicilij, solet ipsi Pontifex annuere: id tamen debet semper necessariò exprimi in narrative supplicationis; alioquin nisi exprimatur ex stylo curiæ semper intelligitur executio commissa Ordinario originis: quapropter ut notet Corradus *lib. 7. c. 5. dispens. Apostol.* vetus ipsius Curiæ stylus inolevit, ut cum oratores cupiunt, litteras executionis committi Ordinario domicilij, expressis verbis id in supplicatione petatur; in cujus calce additur clausula: *& attento quòd Oratores (sive oratrix) in loco N. diœcesis Augustanæ, à biennio, & ultra commorantur Monachij in Bavaria, ubi domicilium contraxerunt* (sive oratrix domicilium contraxit) *committatur ordinario domicilij executio dispensationis*: neque conceditur hæc executio Ordinario domicilij, nisi oratrix saltem per tantum temporis fuerit ibi commorata; tametsi cum primùm oratrix incæperit habitare Monachij cum animo ibi perpetuò manendi contraxerit Monachij domicilium, ut habetur *in l. domicilium ff. ad municip.*

14 Unde summus Pontifex nunquam intendit dirigere executionem dispensationis Ordinario domicilij, nisi id expressè petatur, & à Papa concedatur: ita servet Dataria Apostolica, cujus Datarius dicitur esse organum mentis, ac voti summi Pontificis, ut notet Gonzales *ad regul. 8. cancel. glos. 63. num. 60.* & ita etiam habet Rota Romana *decis. 503. n. 2. & decis. 371. num. 3. p. 1. divers.* Hinc licèt oratores diœcesis Augustanæ domicilium contraxerint in diœcesi Frisingensi, ac etiam à triginta abhinc annis fuerint ibi semper commorati; si executio dispensationis committatur Ordinario originis, debet tunc iste eam exequi; quia hæc executio conceditur oratoribus pro majori eorundem commodo; & nisi aliter petatur, & concedatur intelligitur semper executio demandata Ordinario originis, qui præfertur ordinario domicilij, nisi ad hunc expressè executio mandetur. Ratio est; quia domicilium originis nunquam deperditur, cum sit immutabile *tex. in l. assumptio ff. ad municip.* ibi: *Neque recusando quis patriam, ex qua oriundus est, mutare potest.*

Tum quia domicilium originis retinetur semper cum domicilio habitationis. Refert Corradus exemplum cujusdam Archiepiscopi qui cum negâsset exequi dispensationes super impedimentis matrimonij, tametsi oratores orti fuissent in ejus diœcesi; ex eo tantùm prætextu, quia præfati oratores in aliena diœcesi domicilium per plures jam annos contraxerint; ac propterea spectaret ad Ordinarium domicilij, ut ipse ajebat, hujusmodi dispensationem exequi; eò quia stylum Curiæ ignoraret; qui licèt ipsi postea innotesceret, adhuc vellet propriam opinionem propugnare, & detrectaret dispensationem illam exequi: res fuit Romam delata; & quamvis procuratores oratorum instetissent apud dominum Datarium pro commissione earundem literarum ordinario domicilij stante recusatione Archiepiscopi; non tamen D. Datarius voluit hanc executionem demandare Ordinario domicilij; & respondit rectè fuisse commissam Ordinario originis, cum ex stylo Curiæ ad hanc semper dirigantur hujusmodi executiones, & non ad Ordinarium domicilij; nisi id expressè petatur ab oratoribus, & concedetur à Pontifice; & executio expressè dirigetur ad ordinarium domicilij. Unde D. Datarius mandavit expediri alias literas in forma mutationis judicis, quas direxit ad Episcopum viciniorem; qui requisito priùs præfato Archiepiscopo pro executione priorum literarum, si adhuc nollet eas exequi, & aliam causam rationabilem suæ recusationis non allegaret; ipse viciniorOrdinarius priores literas exequeretur; quod & præstitit præmissò priùs examine in loco domicilij, omnibúsque verificatis devenit ad decretum dispensationis; & pro servanda forma Concilij Tridentini fuit matrimonium contractum in loco domicilij coram proprio parocho; quia quoad matrimonio copulandos fideles parochus soline originis non censetur proprius; sed hic est parochus domicilij, seu habitationis *ex Concil. Trident. sess. 24. c. 1.* 15

Quæritur decimo nonò, an si oratores sint conjuncti in quarto, & quinto consanguinitatis gradu indigeant dispensatione. Certum est, teneri oratores exprimere in supplicatione quoto 16

gradu consanguinitatis, seu affinitatis, vel publicæ honestatis ex matrimonio rato sint conjuncti, ut liquet ex communi stylo curiæ; siquidem quò gradus est vicinior stipiti, eò difficiliùs conceditur dispensatio, & major est compositio; & causæ etiam requiruntur, quæ magis urgeant, & in secundo consanguinitatis gradu Pontifex non dispensat nisi cum magnis principibus, eò quia vix sibi pares inveniant. Certum est etiam, olim ecclesiam interdixisse matrimonium usque ad septimum gradum, ut habetur *in c. ad sedem 35. q. 5.* & postea sub Innocentio III. in Concilio Lateranensi, prohibitionem fuisse restrictam usque ad quartum consanguinitatis gradum inclusivè, ut habetur *in c. non debet de consangun. & affin.* ibi: Prohibitio quoque copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cœtero non excedat; quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio, hujusmodi prohibitio generaliter observari.

57 Difficultas igitur est, an si volentes matrimonium contrahere distent à communi stipite in quarto, & quinto gradu consanguinitatis indigeant dispensatione. Respondetur negativè: ratio est, quia distantia graduum à stipite attenditur juxta gradum remotiorem, & quia prohibitio conjugalis non excedit quartum gradum consanguinitatis à communi stipite, sequitur, quòd qui sanguine sunt conjuncti in quarto, & quinto gradu, possint absque Pontificia dispensatione matrimonium contrahere, eò quia nullum adsit inter ipsos impedimentum: qui enim distat in quinto gradu, est extra terminos prohibitionis, & quia distantia attenditur ex gradu remotiore; ideo inter illos, qui junguntur in quarto, & quinto gradibus nullum reperitur impedimentum, quod indigeat pontificia dispensatione, & desumitur ex *c. fin. de consang. & affin.* ibi: *Vir qui à stipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundùm regulam approbatam, quâ dicitur, quoto gradu remotior distat à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem: licitè possunt matrimonio copulari.* Ex quo textu liquet, eos, qui in gradibus quarto, & quinto consanguinitatis, vel affinitatis distant, posse licitè matrimonium contrahere, neque indigere Pontificia dispensatione ad contrahendum.

58 Verùm tamen est, quòd ad declinandas obmurmurationes ignorantium moris fit in quibusdam locis, ut ad instantiam junctorum in quarto, & quinto gradibus Episcopus, vel loci Ordinarius declaret nullum inter ipsos contrahentes adesse impedimentum, ut refert Genuensis in *prax. Curia Neapolit. c. 20. n. 10.* ubi etiam refert decretum declaratorium, quod est sequentis tenoris. *Die &c. visa informatione, qua constat praedictos contrahentes in quarto, & quinto à communi stipite praevenientibus consanguinitatis gradibus invicem esse conjunctos per Reverendissimum D. Vicarium Generalem Neapolitan. fuit provisum decretum, ac declaratum distantiam praedicti quarti gradus stante dicto quinto gradu non obstare, & propterea per praesentes cum iisdem N. & N. in praedictis gradibus ordinaria authoritate dispensavit, & declaravit licere iisdem N. & N. matrimonium inter se publicè servatâ formâ Concilij Tridentini contrahere, illudque in facie ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere: prolemque exinde suscipiendam praedicta authoritate ordinaria legitimam nunciando, & ita &c.*

An verò ubi impedimentum est dubium pari ratione, possit Episcopus dispensare, respondet Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 6. n. 18.* quòd si res sit omnino dubia, an revera adsit impedimentum inter volentes contrahere matrimonium, an non; nullâ sit tunc opus dispensatione, eò quia in hoc dubio præsumptio stet pro libertate matrimonij, & tunc posset Episcopus ad impediendas obmurmurationes declarare, non esse opus dispensatione, vel fortassis satius esset etiam dispensare ad cautelam, quamvis hæc non esset vera ac propriè dispensatio, quia si post initum matrimonium constaret de aliquo impedimento dirimente, necessaria esset nova dispensatio concedenda à summo Pontifice, quia nullibi in jure reperitur, quòd possit Episcopus in casu dubio super impedimentis dirimentibus dispensare, quapropter illa Episcopi dispensatio est tunc prudentialis potiùs declaratio, quam etiam vir doctus posset facere, idque ad impedienda scandala, & avertendas obmurmurationes. Quòd si quis per malitiam, vel quocunque alio modo objiceret contrahentibus aliquod impedimentum, quod tamen post diligens examen non comperiatur adesse, tunc in aliquibus locis solent Ordinarij etiam per decretum declarare, non constare dè tali impedimento, & proinde licere matrimonium contrahere. Verùm hæc declaratio, seu rejectio falsæ imputationis ex stylo Curiæ Romanæ non permittitur Ordinarijs locorum, nisi tantùm in casibus adeò arduis, qui non patiuntur moram, quia in hisce dubijs, quando objiciuntur impedimenta dirimentia matrimonium recurrendum est ad Summum Pontificem. 59

Quæritur vigesimò: an si in supplicatione pro tertio gradu consanguinitatis exprimatur tertius gradus affinitatis, & Pontifex dispenset, ut in supplicatione, super impedimento in tertio gradu affinitatis, possint Oratores vigore hujus dispensationis matrimonium contrahere? Respondent aliqui, posse Oratores matrimonium contrahere, si in Bulla fuerit erratum ex incuria scriptoris, ut si pro tertio gradu consanguinitatis scripserit tertium affinitatis: eò quia Papa dispensâsset, si expressum fuisset impedimentum in tertio gradu consanguinitatis, cùm soleat in tali gradu dispensare, & ita docet Diana in *tractat. 10. de legib. resol. 36.* Verùm hæc sententia videtur non posse subsistere, & est contra stylum, & praxim Romanæ Curiæ, quæ hujusmodi dispensationes judicat irritas, ob expressum impedimentum affinitatis pro impedimento consanguinitatis in eodem gradu: ratio est, quia tametsi consanguinitas, & 60

& affinitas non videantur inter se differre, nisi quoad diversitatem graduum, ut docent Cajetanus *dist. 18. q. 3. art. 4. conclus. 7.* & Naldus in *sum. v. fornicatio n. 3.* id tamen verum est quoad concessionem gratiæ, & quoad jura, & emolumenta officialibus ad id præpositis debita, quia hæc nec alterantur, nec minuuntur: licèt pro tertio gradu consanguinitatis exprimatur tertius gradus affinitatis; & in hoc sensu dicuntur consanguinitas, & affinitas, non differre: quia quoad se, differunt specificè, ut etiam quoad alios effectus differunt, quia licèt consanguinitas sit affinitate major, quia tamen in materia dispensationis non valet argumentum à paritate, imò neque à majoritate rationis, ut docent Ludovisius *decis. 358. n. 15.* & Felin. in *c. Postulâsti de rescript.* ideo si pro tertio gradu consanguinitatis ponatur tertius affinitatis, dispensatio est irrita, nec possunt litteræ harum dispensationum exequi, cum in illis unum pro alio fuerit expressum.

61 Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, Pontificem non præsumi tunc dispensare in tertio gradu consanguinitatis, qui non fuit expressus: est enim contra mentem Papæ dispensare super impedimento non expresso in supplicatione, & id esse notorium ipsius Curiæ stylum asserit Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 5.* stylus autem Curiæ servandus omninò est. *c. Quam gravi de crimine falsi.* Tum quia stylus Curiæ est interpres mentis Pontificis, adeò ut talis sit mens Pontificis, qualis est Romanæ Curiæ stylus, qui cum innotescat Pontifici, illum approbat. Hinc stylo Curiæ introductum etiam est ad occurrendum erroribus, qui circa hanc expressionem occurrere possunt, quando contingit ignorari, an impedimentum, super quo petitur dispensatio, sit in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis, tunc ne expeditio litterarum retardetur ex stylo Curiæ, solet utrumque impedimentum alternativè exprimi adjecta clausula: *sed quia tertio, & quarto à communi stipite provenientibus consanguinitatis, vel affinitatis gradibus invicem sunt conjuncti.* & per hanc alternativam expressionem non alterantur jura Cameræ, nisi in quibusdam paucis; hinc errant putantes posse exequi litteras dispensationum, in quibus pro tertio gradu consanguinitatis gradus exprimitur tertius affinitatis, quia ex stylo Curiæ mens Pontificis, tunc est tantùm dispensare super impedimento affinitatis prout exprimitur in supplicatione, non super impedimento consanguinitatis non expresso.

62 Quinimò licèt in narratione exprimatur impedimentum majus, ut si Oratores dicant, se esse consanguineos in secundo gradu, cùm tamen non sint nisi affines in secundo, vel tertio, adhuc dispensatio est subreptitia, quia Pontifex non intendit dispensare nisi in eo gradu, qui exprimitur in supplicatione ex stylo Curiæ: & ratio etiam id suadet, quia cùm sint diversa impedimenta, & unum non contineatur in altero dispensatio in uno, non est dispensatio in altero, adeò ut dispensatio in uno non possit explicari, ut censeatur esse dispensatio concessa in altero, ut notant Baldus in *c. innotuit. n. 17. de elect.* & docet Sanchez *lib. 8. disp. 24. n. 10.* ubi asserit, id etiam procedere in generali facultate alicui concessa ad dispensandum etiam super impedimentis consanguinitatis, quia tametsi similis facultas respectu illius, cui conceditur, sit laxè interpretanda, & contra propriam naturam ipsius dispensationis: id tamen intelligitur quando casus, ad quem fit extensio, potest sub ipso casu expresso comprehendi, quod tamen in præsenti non procedit, quia sumus in casu diversæ speciei, ejusmodi sunt consanguinitas, & affinitas secundùm diversos gradus, ut si in narratione exprimatur secundus gradus consanguinitatis, cùm tamen Oratores sint tantùm affines in secundo, vel tertio. Hinc in facultatibus, quæ dari solent Legatis, seu Nuntiis Apostolicis, vel aliis personis ad dispensandum super impedimentis dirimentibus, semper apponitur clausula, ut possint dispensare super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, eò quia sint duo distincta; & Pontifex ex eo, quia dispenset super tertium gradum affinitatis, non intendit dispensare super tertium consanguinitatis, quia sub specie affinitatis non continetur species consanguinitatis.

Quæritur vigesimo primò, an Judex delegatus debeat inquirere, & diligenter examinare, an causa in dispensatione narrata omninò verificetur? Respondetur affirmativè, quia quando Pontifex delegat Ordinario executionem dispensationis super impedimento matrimonii, apponit verba illa *discretioni tuæ*, quæ important arbitriũ prudentiale, & jurisdictionem regulatam, ut notat Menochius *de arbit. judic. lib. 1. q. 8. n. 26. cum sequent.* quapropter Judex delegatus ut prudenter procedat, debet omninò inquirere, an causa in dispensatione narrata omninò verificetur, ut notant Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 5. n. 5.* Gutierez *c. 19 n. 8.* quapropter si Judex delegatus cognoscat ex tali matrimonio contrahendo posse oriri scandala, vel gravia incommoda, potest non exequi talem dispensationem, & rem Pontifici aperire. Tum quia Judici delegato injungitur inquirere, an preces Oratorum veritate nitantur, quia si non sunt vera, quæ fuerunt narrata in supplicatione, Pontifex non intendit dispensare, & rescriptum est subreptitium, quod propterea Judex delegatus non debet exequi; idque præcipuè in dispensationibus matrimonialibus, ubi magis agitur de conscientia quàm in alijs. 63

Tum quia sponsi ex mutuo amore facilius possunt Judicem delegatum decipere producendo testes minùs idoneos, quapropter debet Judex delegatus perpendere qualitatem testium, qui ut plurimùm deponunt per unum, eundémque præmeditatum sermonem, cùm soleant ipsi sponsi verba suggerere testibus, quapropter si causa expressa in narratione non verificetur, non debet Judex delegatus dispensationem sibi demandatam exequi: alioquin si Judex delegatus dispensaret, irrita esset dispensatio, cùm non esset à Papa concessa, neque 64

que excusaretur à gravi culpa, ut nec etiam sponsi: committitur enim totum negotium conscientiæ tam Judicis delegati, quàm Oratorum. Idque ex eo colligitur, quia Pontifex solet apponere hæc verba ipsi mandato directo ad Judicem delegatum: *de qua in hìs specialem in Domino fiduciam obtinemus*, quasi Pontifex dicat: confidimus de tua fide, quòd fideliter ee eris executurus, quæ tibi injungimus: unde non solùm Pontifex eligit industriam personæ ad exercendem subdelegationem *argum. l. 1. v. fin verò C. de caduc. tol. c. fin. §. de offic. deleg.* verùm etiam onerat conscientiam delegati, qui nisi diligentiam adhiberet in inquirendo, an preces veritate nitantur, non ageret juxte decretum Concilij Tridentini, quod *sess. 24. c. 4. de reform.* statuit, ut hujusmodi dispensationes committantur Ordinario loci, in quo morantur Oratores, qui nonnisi causâ cognitâ, precibúsque probatis dispenset, tum quia Tridentina Synodus *sess. 25. c. 18. de refor.* ait: *quòd si urgens, justáque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum esse, id causâ cognitâ ac summa maturitate a quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque dispensatio subreptitia censeatur:* Ex eo antem quòd Pontifex mandet Ordinario loci, ut exequetur dispensationem concessem super impedimento matrimonij, sequitur Ordinarium, vel Vicarium delegatum vi mandati ad ipsum directi accipere jurisdictionem tunc tantùm, quando ipsi præsentatur mandatum, adeò ut ante illius præsentationem habuerit tantùm dispensationem in hebitu, non in actu, ut notat Baldus in *l. ea qua post. princ. C. de temp. & in integ. restit.* ubi ait hac de causa Speculatorem scripsisse speciem titulum de rescripti præsentatione, & desumitur etiam ex *c. Pastoralis in fin. de rescript. c. super eo. 2. de appell. c. audita de restit. spol.* & ibi Abbas *in 6. not.* ex quibus textibus colligitur, requiri necessariò receptionem, & præsentationem litterarum, ut delegatus possit procedere, quia ratione præsentationis, & receptionis habet jurisdictionem actu, quam antea tantùm hebebat habitu, hinc licèt jurisdictionem acquirat à tempore datæ litterarum, non tamen potest illam exercere, antequam eædem sibi præsententur, & illas recipiat, ut notat Garcias *de benefic. p. 6. c. 2. n. 8.*

65 Quæritur vigesimo secundò, an Judex delegatus pro executione dispensationis possit aliquid exigere, vel petere à dispensatis? Respondetur, non posse quidquam petere, nec accipere, idque desumitur ex clausula, quæ solet adjici ejus mandato, absque *deposita per te omni spe, cujusque muneris*; quæ clausula antiquitùs non fuit apposita litteris dispensationis, quia tunc Episcopi suis Vicarijs aliquid extorquentibus pro executione talia dispensationis sententiam indicebant excommunicationis: sed quia Vicarij subinde ob avaritiam non obtemperebant, cœpit eadem pœne per Summum Pontificem adjici mandato directo Judici delegato, adeò ut cùm antiquitùs hæc excommunicatio esset Episcopalis, hodie est Papalis, ut asserunt Corradus *lib. 7. dispens. Apostol. c. 5.* Zerola in *prax. Episc. p. 2. v. delegatus §. an delegatus.* Hinc per decretum Pontificium prohibetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne delegatus, cui executio dispensationis super impedimento matrimonij committitur, aliquid accipiat ab Oratoribus, vel eorum altero. Nam licèt Pontifex in fine ejusdem clausulæ dicat, *à quo te omnino abstinere debere monemus*, videatur hoc verbum *monemus* importare potiùs consilium, quàm præceptum, ut notat Cened. *ad decret. collect. 104. n. 2.* attamen in fine earundem litterarum alia subditur, quæ est: *Volumus autem, quòd si spreta monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmij, &c. excommunicationis pœnam lata sententia incurras.* Idque procedit, quando executio dispensationis super impedimentis matrimonij committitur Vicario Episcopi: quia quando committitur ipsi Episcopo, ut interdum contingit ad instantiam Oratorum, tunc eidem Episcopo injungitur, quòd si munus, vel præmium aliquod exegerit pro tali executione, vel oblatum receperit, eo ipso sit suspensus ab exercitio jurisdictionis, & pontificalium, imò etiam à perceptione fructuum suæ mensæ, donec à Sede Apostolica relaxatione hujusmodi suspensionis per condignam satisfactionem meruerit obtinere.

Quinimò in dispensationibus matrimonialibus, quæ conceduntur in forma pauperum, apponitur etiam pœna nullitatis absolutionis, ac dispensationis per hanc clausulam, *& nihilominus absolutio, & dispensatio hujusmodi à te facienda praedictis nullius sint roboris, & momenti:* 66
ut refert Garcia de *benefic. p. 1. c. 2. n. 108.* caveetur, ne executores dispensationum super impedimentia matrimonij recipient aliquid muneria, vel præmij, quia hujusmodi dispensationes sunt ex gravioribus, & in eisdem facilius posset periculum imminere, ne Judex Executor muneribus, ac præmijs corrumpatur, quapropter Pontifex in litteris executionis directis ad Vicarium delegatum, non solùm ponit verba illa *Deposita omni spe muneris:* sed etiam addit *cujuscunque muneris*, & tametsi per priora verba excluderetur omne munus, nihilominus voluit repetere etiam *cujuscunque muneris*, ut per verba hæc geminate cognoscatur voluntas Pontificia clara, & enixa, ne quidquam quantumvis minimum exigetur ratione hujus dispensationis *argum. l. Ballista. ff. ad Trebel.* & docet Bartolus in *l. eum fœmms. C. de agricol. & cens. lib. 10.* Cravet. *cons. 201. n. 42. & cons. 226. n. 6.* facilè enim muneribus etiam parvis corrumpuntur Judices, nisi studijs sint addicti æquitatis, quapropter Propheta eum dicit justum virum, *qui excutit manus suas ab omni munere*, non dicit simpliciter à munere, sed eb omni munere, ut habetur in *c. sunt nonnulli 1. q. 1.* Hinc cùm oriretur dubium, an ob inolitam consuetudinem possent Vicarij Episcoporum à Sede Apostolica deputati Executores harum dispensationum aliquod munus recipere sacra

cor-

congragatio Concilij Tridentini interpres anno 1588. die 12. Augusti expresse respondit pro dispensationibus matrimonialibus non licere Episcopo, nec ejus Vicario quidquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali consuetudine, imò nac rationa sigilli, vel alicujus altarius rei, & tantùm Notarios pro examine testium posse licitè recipere quartam partem unius aurei, ut refart Garcia *de benefic. p. 1. c. 1. n. 77.* ubi edsert declarationem sacræ Congragationis, quæ est *Gratis adeò dispensationes matrimoniales concedendæ sunt, quod etiam Ordinarij, quibus ista dispensationes committuntur suum officium gratis præstent, ita ut nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede, Notarius verò pro examinandis testibus, & sumendo cæteras informationes quartam partem aurei, seu ducati excipere possit. Pro litteris verò absolutionum, & dispensationum in foro conscientia tantùm nihil à quoquam accipi possit, ut Romæ fit, & declaravit Gregorius XIII.* ex hisce declarationibus sacræ Congregationis satis apertè constat, cessare quoad hoc dispositionem taxtus in *c. mulieres de judic.* ubi Judici permittitur, ut ex causis ibi exprassis possit sumptibus partis producentis eccedere ad domus mulierum pro illis examinandis: & quia modo hoc interdum contingebat affectari à judice in propriam utilitatem, idao Bonifacius VIII. in *d. c. mulieres.* decratum adjecit, quo fraudas excludit inquiens: *Provisio quod casus hujusmodi videlicet ut Judex vadat personaliter, non fingatur, nec fraus interveniat in hac parte, alioqnin author hujusmodi, vel fraudator ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.*

67 An varò licitum saltem sit Judici delegato recipere asculenta, & poculenta, quæ paucis diabus consumi possunt juxta terminos in *c. statutum §. insuper de rescript.* sunt, qui censent hujusmodi esculenta posse recipi, eò quia per dacratum præfatum non derogatur permissioni juris communis præsertim cùm ob tam modica munere non censeantur Judices delegati corrumpi, sicut per munera majoris momenti, & pretij faciliùs corrumperentur, quo pacto putant, tale decretum non esse intelligendum de paucis, aut minimis, quia inter modicum, & nihil non habetur differentia in effectu *l. Scio illud ff. de in integ. restit. l. cùm in te in fin. ff. de re judic. c. licèt. v. quamquam de probat.* sed contrarium omnino asserendum est, id minimè licitum esse, aò quia in præsenti non militet ratio, quæ producitur in *c. statutum de rescript.* quia ibi ast sermo de Judice delegato ed litas, cujus commissio cùm diu duret, sitque magni laboris, ast atiam digna suo stipendio, *dignus est enim Operarius mercede sua*, cujus respectu asculenta, & poculenta exigua sunt munera: secus in axacutione dispensationis super impedimentis matrimonij expeditio brevissima ast, ac facillime, proinde quodcunqua munus etiam exiguum, & quamvis sint esculenta, & poculenta, magni fit, proinde Pontifex in litteris, quas dirigit ad Judicem delegatum ajt: *Deposita per te omni spe cujuscunque muneris*, excludit enim omnia munere etiam parvi momenti, quæ sint esculenta, & poculenta, & addit etiam pœnam iterum repetans, ne quidquam accipiat inquians: *si spreta monitione nostra aliquid muneris &c.* per hanc enim geminatam prohibitionem ostendit suam intentionem absulutam, ne Judex delegetus quidquam accipiat etiam quod censaatur parvi momenti: verba enim gaminata samper eliquid ultrò operantur, quàm verba simplicia, ut notat Baldus in *l. fructus v. item illa verba geminata C. de act. empt.* Tum quia cùm Pontifax utetur dictione universali *cujuscunque muneris* omna comprehendit munus, quia dictio universalis totum comprahendit *l. quaecunque ratione ff. de procur.* Tum quia Pontifex subdit, *si spreta monitione nostra aliquid muneris*, illa dicto *aliquid* de sui natura verificatur in qualibet parte, ut notat Ancharanus *cons. 360.* ex quibus satis apartè liquet, non esse licitum Judici delegatu executori pro executione dispensationis super impedimentis matrimonij quidquam muneris accipere, imò nec esculenta, & poculenta, quæ uno, vel altero die consumi possunt.

Quæritur vigesimo tertiò, quomodo Judex delegatus, antequam exequatur dispensationem super impedimentis matrimonij, dabeat testas examinare? Respondetur, teneri Judicam delegatum diligenter perquirere, an ree ite sa habeant, sicut eb Oratoribus in supplicatione narratæ fuerunt, & id colligi ex verbis Pontificis insertis litteris, quæ diriguntur ad Judicem delegatum, ait anim Pontifex *Te de præmissis diligenter informes.* per hanc anim clausulam prohibet Summus Pontifex executori, na valit stare, super narratis assertioni ipsorum Oratorum contrahentium, sad debeat diligentissimè parquirere, an revera omnia ita sint, ut suarunt in supplicatione narrata, quapropter præfata clausula refertur tam ad allegatam causam dispensationis, quàm ad ipsum impedimentum, ut notat Ludovisius *decis. 478. n. 3.* cùm igitur per præfatem clausulam prohibeat Pontifex Judici executori, ne stet assertioni impetrantium, debet impedimentum sive consanguinitatis, sive affinitatis, super quo Pontifex dispensavit probari per testes daponentes per gradus distinctos, & servari forma in *c. licèt 2. §. testes autem de testib.* quapropter debent testes parsonas exprassis nominibus, vel demonstratione, aut circumlocutione sufficienti designare, & ab utroqua latere singulos gradus clara computatione distinguere, & in eorum juramento concludere, se accipisse à suis majoribus, quæ deponunt, & credere ita esse. Rursus debent etiam jurati deponere, se vidisse personas, vel saltem in uno prædictorum graduum constitutas se habare pro consanguineis. 67

Imò hodie pro examine testium habetur instructio amanata à sancta Romana, & universali inquisitione, quæ hodie servatur, estque hujus tenoris: injungitur primo, ut testis moneatur da gravitata juramenti in hoc præsertim negotio, in quo divina simul, & humana maje- 68

majestas læditur ob rei, de qua agitur, gravitatem.

70 Secundò, ut interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

71 Tertiò, an sit civis, vel exterus, & si exterus à quanto tempore sit in loco, in quo testis deponit.

72 Quartò, an ad examen accesserit spontè, vel requisitus. Quòd si respondeat accessisse spontè à nemine requisitum; iterum interrogatur, an sciat adesse aliquod impedimentum inter volentes contrahere, & si neget, dimittitur, si verò affirmet, & quòd requisitus accesserit, admittitur.

73 Quintò, interrogatur, an sibi pro testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, vel remissum, aut oblatum à volentibus contrahere, vel ab alio ipsorum nomine.

74 Sextò, an cognoscat ipsos volentes contrahere, & à quanto tempore, quo in loco, quâ occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant, & tunc si respondeat negativè, dimittitur, sin verò affirmativè interrogatur, an volentes contrahere sint cives, vel exteri, & si responderit esse exteros, iterum interrogatur, à quanto tempore ad urbem illam accesserint, & unde venerint, & an venerint simul, vel separatim. Si respondeat, venisse de recenti, & simul, tunc Judex debet supersedere ab executione, donec per litteras Ordinarij illius loci, à quo contrahentes discesserunt, edoceatur inter ipsos contrahentes non adesse impedimentum, nec mulierem raptam fuisse. Si verò respondeat, jam per multum temporis manere in tali civitate, iterum interrogatur, sub qua Parochia hactenus volentes contrahere habitârunt, vel habitent de præsenti.

75 Septimò interrogatur testis, an sciat, aliquem ex prædictis volentibus contrahere, quandoque fuisse conjugatum. Si affirmet, tunc Judex debet supersedere, donec producantur authenticæ, & legales attestationes, vel accedant alij testes fide digni, & verisimiliter informati de obitu conjugis defuncti. Sin verò testis respondeat, volentes contrahere antea non fuisse conjugatos, tunc interrogatur de causa scientiæ, & an sit possibile, aliquem ex ipsis fuisse conjugatum, quódque ipsum testem lateat: si affirmet iterum, debet Judex supersedere, donec ex alijs testibus probabiliter concludatur volentes contrahere, antea non fuisse conjugatos: si respondeat negativè, interrogatur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex conjicere possit, an præstanda sit fides testi, vel non. Sin verò respondeat, volentes contrahere fuisse quidem olim conjugatos, sed de præsenti esse liberos, & ambos in statu viduitatis, iterum interrogatur de loco, & tempore, in quo sint mortui, & quomodo ipse testis sciat, eos esse mortuos.

76 Octavò interrogatur, an post mortem primi conjugis aliquis ex prædictis volentibus contrahere transierit ad secunda vota; si neget, iterum interrogatur, an esse possit, quòd aliquis ex illis transierit ad secunda vota absque eo, quòd ipse testis sciat, tunc si affirmet, debet Judex supersedere, donec producantur testes, per quos negativa coarctetur concludenter, si verò neget, interrogatur de causa scientiæ; quâ perpensâ potest Judex judicare, an debeant simul matrimonium contrahere, vel non. Rursus si volentes contrahere sunt vagi, Ordinarius non concedit ipsis licentiam contrahendi nisi à proprijs suis Ordinarijs educeatur, eos esse liberos. Quòd si ipsi volentes contrahere producant fidem, & documenta non admittuntur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarij, & re cognita saltem per testes, qui habeant notam manum, & sigillum.

Cæterum quoad examen super impedimento matrimonij recipiuntur potiùs consanguinei, quàm extranei, quia illi præsumuntur melius informati, ut etiam concives præferuntur exteris ob eandem causam. Hæc instructio pro examine testiû, qui inducuntur pro contrahendis matrimonijs, æquè servatur Romæ, quàm in alijs civitatibus, ubi sunt Episcopi, ad quos pertinet hujusmodi examen. Verùm urgente gravi necessitate, ut si volentibus contrahere immineat mortis periculum, declaravit sacra Congregatio posse tale examen omitti, si probabiliter non adsit tempus sufficiens ad illud instituendum. Sin verò infirmus convaluerit, debet tunc fieri, antequam conjuges simul conveniant. Rursus declarat, attestationem Ordinarij non requiri pro exteris, qui discesserunt ab eorum infantia, vel tempore non nubili, & postea semper permanserunt in loco, ubi cupiunt matrimonium contrahere, secus declarat, attestationem Ordinarij requiri pro cæteris, tametsi per decem annos, & ultra domicilium acquisiverint in loco, ubi sunt matrimonium contracturi, adeò ut eorum status liber probari debeat per testes fide dignos tam originis, quàm domicilij. Imò declarat, requiri etiam pro illis exteris, qui unam, vel plures uxores duxerunt, vel è contra, si mortuæ fuerint in loco, ubi iterum cupiunt matrimonium contrahere, & amplius post mortem à loco illo non discesserunt. 77

Quæritur vigesimo quartò, an clausula, quæ interitur litteris executorija, *si preces veritate nitantur*, sufficiat, si verificetur tempore, quo Judex delegatus exequitur dispensationem super impedimentis matrimonij, vel necesse sit, quòd vera fuerit, tunc quando supplicatio fuit præsentata Pontifici, & ab hoc concessa dispensatio. Certum est, quòd si preces non nitantur veritate, seu quæ producuntur in narratione supplicationis, vera non sunt, dispensationem esse nullam, ac subreptitiam ob falsitatem narratorum, ut communiter docent Canonistæ? Respondetur ad quæsitum sufficere, si causa verificetur tempore executionis litterarum; tametsi tempore impetrationis earundem vera non fuerit: & ita in praxi judicari in Curia Romana, adeò ut docentes contrarium videantur potiùs confundere terminos, nullúmque constituere discrimen inter dispensationem, & ipsum mandatum de dispensando; 78

sicut

sicut enim aliud est vendere, & aliud pactum, seu promissio de vendendo, ut ait Jason in *l. Bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco*, ita aliud est mandatum de dispensando, & aliud ipsa dispensatio, quæ cùm sit commissaria, seu committetur Judici delegato, nisi in ea fiat diligens inquisitio, circa expressa in litteris nullum sortitur valorem: ratio, quia per præfatam clausulam mandatum fit conditionale, ut decisum fuit in Sacra Romana Rota in una Oxomen. Portionis coram Vestano die 20. Junij 1552. Tum quia clausula illa *si preces veritate niti reperieris* æquivalet, *si ita est*, vel *si ita esse reperieris*, quæ sunt clausulæ conditionales. Tum quia quævis gratia habet in se hanc tacitam conditionem, quamvis in litteris non exprimatur *text. in l. fin. in princ. C. de divers. rescript. c. 2. de rescript.* unde nisi narrativa verificetur, rescriptum est irritum, ut notat Cæsar de Grassis *decis. 1. n. 3. de rescript.*

79 Difficultas est, quòd si preces deprehendantur niti veritate quoad impedimentum publicum expressum in narrativa, adhuc si cum ipso concurrat impedimentum occultum in litteris non expressum, & super quo Oratores aliam dispensationem obtinuerunt per officium sacræ Pœnitentieriæ in foro conscientiæ tantùm, & hoc impedimentum occultum innotescat Parocho, vel Ordinario; possit hic adhuc exequi dispensationem super impedimento publico: siquidem ecclesia per textum in *c. fin. de clan. despons.* tenetur investigare impedimenta. Sed respondetur, juxta praxin teneri Ordinarium exequi dispensationem circa impedimentum publicum expressum in narrativa, si deprehenderit preces veritate niti quoad illud. Ratio est, quia quamdiu impedimentum occultum non deducitur in judicium quoad forum externum semper manet occultum, quamvis innotescat Parocho, vel Ordinario, cui si etiam constet de dispensatione in foro conscientiæ obtenta, debet dissimulare, & permittere, ut taliter impediti matrimonium contrahant: quia licèt ex officio Ordinarius teneatur investigare impedimenta, si quæ sint, ad eum tamen finem tenetur id præstare, ne impedimento aliquo irretiti contrahendo delinquant, & graviter peccent: sed quando Ordinario constet, quòd volentes contrahere obtinuerint dispensationē in foro conscientiæ, tunc etiam ei constat, quòd possint contrahere absque peccato, proinde non tenetur eis impedire matrimonium. Quòd si impedimentum occultum sit juridicè denunciatum Ordinario, tunc quia fieret publicum per talem denunciationem, non posset Ordinarius exequi dispensationem super impedimento publico, quin volentes contrahere, exhiberent dispensationem in utroque foro super impedimento occulto. Imò si denuntiatio impedimenti occulti fieret Parocho, teneretur hic illud deferre ad Ordinarium, seu ad Delegatum dispensationis obtentæ in utroque foro, ex quo enim aliquis denunciat Ordinario impedimentum occultum intelligitur juridicè denunciasse, & Ordinarius tanquam minister in foro externo potest matrimonium impedire, ne contrahatur, nisi Oratores aliam exhibeant dispensationem in foro externo obtentam.

80 Quòd si impedimentum occultum non innotesceret Ordinario, à quo tamen volentes contrahere interrogarentur, an ultra impedimentum in litteris dispensationis jam in utroque foro obtentis expressum; aliud adsit impedimentum occultum, super quo etiam obtinuerunt dispensari in foro conscientiæ tantùm; non tenerentur volentes contrahere manifestare impedimentum occultum adesse, præsertim si jam obtinuissent dispensationem à Pœnitentiaria pro foro interno, quia hoc impedimentum adeò est occultum, ut nullo modo probari possit, proinde non tenentur Oratores illud manifestare, cum in foro interno jam obtinuerint dispensationem, & in foro externo probari non possit; idque procedit, sive Oratores velint matrimonium contrahere cum dispensatione super occulto impedimento tantùm, nullo alio publico existente; sive cum occulto cum alio publico concurrente, & super quo est impetrata dispensatio in utroque foro, idque desumitur ex *c. In cæteras de rescript. c. fin. de translat. Prælat.* & ex *l. Illud ff. ad leg. aquil. l. à Titio in fin. ff. de verb. oblig.* Quinimò etiam si Notarius ex Judicis commissione, imò etiam ipse Judex delegatus per confessionem ipsorum Oratorum sciat esse detentos impedimento occulto, & super quo etiam dispensationem impetrâsse in foro conscientiæ, poterit æquè Notarius, ac Judex id non scribere, sed tantùm monere Oratores, ut taceant, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 15. n. 6. & 10.*

81 Quæritur vigesimo quintò, an executio dispensationis super impedimentis matrimonij demandata Judici delegato possit ab hoc alteri subdelegari? Respondetur negativè, eò quia Pontifex inserat litteris directis ad Judicem delegatum clausulam *tuam conscientiam oneramus*: siquidem per hanc clausulam intelligitur electa ad talem executionem industriæ personæ, ut notat Menochius *de arbit. Judic. lib. 1. q. 68. lib. 2. & lib. 2. de præsumpt. q. 21. n. 12.* Verùm id procedit quoad nudum ministerium dispensationis, quia Judex delegatus potest alteri committere receptionem testium, informationem, & alia prærequisita ante executionem dispensationis. Cæterum quando nudum ministerium unà cum jurisdictione committitur, non potest tunc nudum ministerium subdelegari, ut notat Innocentius in *c. fin. de offic. deleg.* hinc pro verificatione præmissorum potest Judex delegatus recipere tantùm juramentum testium, & postea demandere alijs eorum examen, ut notat Genuensis *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. c. 69. num. 7.* Imò notat Gratianus *discept. for. c. 6. num. 22.* posse testes examinari etiam per Notarium laicum, qui etiam potest testium juramenta recipere, sine quo examen esset nullum ex *l. 1. ff. de jurisd. omn. jud.*: & refert Genuensis in *cur. Archiepiscopal. Neapolitan.* praxin esse, quòd Notarij laici etiam ex consuetudine recipiunt examen testium, & eorum juramenta, tametsi à Vicario Generali delegato etiam priùs

racipiantur testium jutamanta. Intar taštas autem consanguinai, & affines Oratorum censantut magis idonai, magisque informati ed daponendum super impadimanto in littaria axpraſſo *c. ſuper eo de teſt.* proinda cætaria præſaruntur, ut atiam ſi dapoſitio ſit ſuper ætata, aliaqua requiſitia in ijs, qui cupiunt promoveri ad ſacros Ordinas, ut notat Zetola in *ſua praxi v. matrimonium v. 14.* quinimò ſi taſtes idonei, qui debant daponara ſupar varificatione narratorum non rapariantur in diœceſi Oretorum; potaſt tunc Vicarius, ſeu Judax dalegatus committara hujusmodi axamen aliis atiam axtra diœceſin, quia in littaris diſpenſationis dno committuntur Vicario delegato, quurum primum eſt jurisdictio ad inquirendum, en precaa variteta nitantur; & ſecundum elt nudum miniſtarium axequendi diſpenſationam ſactam à Pontifica: & licèt Vicerius delagatus naquaat ſubdelegare nudum miniſtarium exacutionis; potaſt tamen ſubdelegare ipſam jurisdictionam in ordina ed inquirandum, en precaa veritete nitantur, proinda potaſt ſubdalagara axaman teſtium, & alia quæ præcedunt nudam axacutionam diſpanſationis, ut notat Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 7. num. 34.* ubi atiam addit illem taſtium recaptionem poſſe fiari axtra diœceſin Vicarij delegati, & dat atiam rationam, quia quendo clauſula illa *tuam conſcientiam oneramus*, non dirigitur ad perſonam nominatam, vidatur potiùs adjacta par modum monitionis, quàm pro forma dalagationis; proinda examsn teſtium potaſt ſubdelegari, cùm ad id non vidaatut alacta induſtria parſonæ.

82 Quæritur vigaſimo ſextò, quomodo intalligenda ſit clauſula illa adjacta litteris diſpanſationū *dummodo mulier rapta non fuerit?* Reſpondatur, hanc clauſulam non intelligi da taptoribus, qui ad turpem finam fœminam rapuerunt, quia iſti non incurrunt ipſo jura excommunicationam latam per Concilium Tridantinum *ſeſſ. 24. c. 6.* ut daciſum fuit à Sacra Congragationa ejusdem Concilij interprete dia 23. Januarij 1586. daclaravit anim Sacre Congragatio, Raptoras ob aliam cauſam, quàm ut raptam in uxorem ducant, non comprahendi à Concilio, quia cùm ſit conſtitutio pœnalis, non aſt extandenda, ſad raſtringenda ad ſolos Raptoras fœminæ eo fina, ut eaa ducant in uxoras, quia Concilium tantùm loquitut da hisca raptoribua; hinc ad temovandum omne dubium in littaria diſpenſationum, ut notat Cortadus *lib. 7. c. 5.* ubi antaa tantùm apponebantut vatba, *dummodo mulier rapta non fuerit*, poſtaa ad omnam axcludendam hæſitationam addita fuerunt hæc alia verba *propter hoc, ſeu ad effectum contrahendi matrimonium.* Quaproptar liquet, Concilium Tridantinum eos tantùm comprahendera raptotaa, qui fœminam rapiunt, ed hunc finam, ut cam in uxorem ducant, idque etiam deſumitur ax eodam Concilio Tridantino *ſeſſ. 24. c. 6.* ubi poſt latsm ſantentiam axcommunicationis contra raptores ſtatim loquitur de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptsm, unde Concilium intelligitur de illo ſolo raptu, qui cauſa matrimonij incundi committitur. Et ratio atiam id vidatur ſuadara, quia quando ax cauſa matrimonij contrahandi pualla rapitur, talis rsptus eſt dalictum contra libertatam matrimonij, cum ratione raptûa intarſit coactio, ad quam eliminandam axigit Concilium, ut pualle rapta priſtinæ raſtituatur libertati in loco ſaparato à raptora: & raptoram tanquam iniquum violatoram libertstis matrimonij punit pœnis expraſſis *in d. c. 6. ſeſſ. 24.* ax quo decreto ſaquitur, non puniri, qui non causâ matrimonij inaundi, ſed libidinis axplendæ fœminam rapit, niſi raptus fieret ſimul & causâ libidinis, & matrimonij contrahandi, quia tunc cum fiarat etiam causâ matrimonij ineundi, raptor incurrarat pœnas ſtatutas à Concilio, & tunc in ſupplicationa pro obtinenda diſpenſationa facianda aſt mentio utriusque cauſæ.

Quòd ſi matrimonium contrahatur inter raptoram, & raptam, dum rapta aſt ſub poteſtate raptoris, ſau non laperate eb ipſo, nae poſits in loco tuto, nullnm ſortitur valorem, & raptua pro eo tempota eſt impedimentum, quod dirimit matrimonium: imò id atiam procadit, quamvis fœmina manans ſub potaſtata raptoris libarè conſantiat, quia libartas matrimonij axigit, ut tapte antequem conttahat donetur plena libertata, ſitqua in loco tuto juxta decretum Concilij Tridantini *ſeſſ. 24. c. 6.* ubi Concilium inhæret antiquis canonibus prohibantibus, raptorem contrahare matrimonium cum rapte, quamdiu hæc manet ſub potaſteta taptotis, quia ſi raptor, & rapta in ſupplicationa expriment pro diſpanſationa obtinenda impedimantum conſanguinitatis, & non iſtud raptûs, diſpenſatio aſſet irrita: hinc aſt, quòd regulâ Cancellariæ 40. jubetur, ut in littaris diſpenſationum ſupar aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis ponatur clauſula; *ſi mulier rapta non fuerit*, quæ ſi in litteris diſpenſetionum omitteratur, adhuc da ſtylo Curiæ ſubintalligaretur appoſita, ut notat Abbas in *c. quòd translationem. num. 3. de offic. deleg.* aſt enim ragula ganarslia, quâ clauſulæ apponi ſolitæ dicuntur ſuppleri, quamvis non exprimantur. 83

Quæritur vigeſimo ſapiimò, an raptor tenaatur dotara puallam raptam ſive illam in uxoram ducat, ſive non? Raſpondetur, affirmativè ex dacreto Concilij Tridantini *ſeſſ. 24. c. 6.* ubi eit: *Decernit ſancta Synodus inter raptorem, & raptam quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, ac libero conſtituta illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & favorem prabentes ſint ipſo jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniúmque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur praterea raptor mulierem raptam ſive eam in uxorem duxerit, ſive non duxerit decenter, arbitrio Judicis dotare.* 84

Hinc

Hinc ex sacra Tridentina Synodo liquet raptorem teneri raptam dotare. Quanta verò, & quæ esse debeat hæc dos oratrici raptæ ab oratore raptore constituenda? Concilium id relinquit arbitrio Judicis delegati pro executione litterarum inspecta qualitate raptoris, & raptæ: quia cùm solutio dotis sit pœna injuncta pro injuria illata puellæ raptæ, incrementum, vel decrementum suum subit considerata qualitate raptoris, & raptæ, proinde Concilium id remisit arbitrio Judicis, qui non potest litteras dispensationis exequi, quin priùs constituat dotem solvendā ab oratore raptore oratrici raptæ, vel nisi priùs raptor præstiterit cautionem de ea constituenda post contractum matrimonium, quia in ipsis litteris dispensationis ponitur, quòd non possit Judex delegatus priùs cum dictis oratoribus dispensare, quàm dos fuerit per ipsum oratorem ipsi oratrici raptæ constituta. An verò si oratrix rapta divitiis affluat, nec dote indigeat sibi à raptore constituenda, adhuc teneatur raptor eam dotare, videtur esse aliqua difficultas, quia decretum Tridentinæ Synodi emanavit ad favorem mulieris raptæ, ne si fortè indotata esset, non posset alteri nubere, quia cùm fuerit ab alio rapta difficulter inveniret, qui vellet eam uxorem ducere, nisi dotem haberet sibi decenter arbitrio Judicis constitutam: atqui hæc ratio cessat, quando Oratrix rapta nubit Oratori raptori, quia tunc raptor sibi debet imputare, si uxorem ducat dote destitutam. Præterea quia hæc dotis constitutio à Concilio Tridentino statuta fuit in favorem puellæ raptæ, quæ potest huic favori renunciare, ac declarare, se nolle sibi dotam constitui à raptore: Potest enim quisque juri suo renunciare *l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. 2. § deleg. commiss.* & docet Ripa in *l. si se non obtulit. §. si ex conventione n. 3. ff. de re Judic.* & communiter hoc idem alterunt jurisperiti.

85 Verùm putârim, raptorem semper teneri dotem constituere puellæ raptæ, sive hæc dives sit, sive pauper, adeò ut non possit puella huic privilegio renunciare, eò quia non sit concessum ipsi specialiter, sed statui raptarum generatim; & privilegio, quod conceditur alicui statui, nequit persona privata constituta in eodem statu renuntiare, quia derogaret toti statui: hinc renunciare huic juri non dependet à voluntate puellæ, sed ab ipso decreto Concilij, quòd cùm utatur verbo *teneatur*, debet omnino servari, quia per tale verbum assignatur forma, quæ est præcisè servanda *l. non aliter. ff. de leg. 3. c. cum dilect. de rescript.* & quia non servata forma deficit actus, ita nisi arbitrio Judicis delegati constituatur dos solvenda à raptore puellæ raptæ, executio dispensationis suum non sortitur valorem, eò quia ejus forma non fuerit totaliter servata; vel saltem posset de valore initi matrimonij dubitari. Imò id videtur etiam procedere, si Orator dotet oratricem pro servanda forma ejusdem Concilij, ac litterarum dispensationis ea conditione, ut post contractum matrimonium mulier rapta restituat viro raptori eandem dotam; quia præ-

tar damnum, quòd inde inferretur filijs nascituris, hæc solutio conditionata fieret etiam in fraudem Concilij Tridentini dantis hujusmodi formam: fraus autem nemini debet patrocinari *c. super litteris de rescript. c. avaritiæ de elect. in 6.* Verùm quia dos taxanda est arbitrio Judicis delegati, potest hic dotem illam arbitrari considerata qualitate Oratricis raptæ, quæ cum divitijs affluat, non indiget tam pingui dota, sicut si paupar esset: proinde posset tunc Ordinarius delegatus pro servanda forma Concilij, ac litterarum, tenuiorem dotem taxare solvendam ab Oratore raptore Oratrici raptæ, quia quod Judicis arbitrio remittitur sub certa lege, non reperitur à jure definitum *C. 1. ff. de jur. deliber.* & docet Decius in *c. si pro debilitate de offic deleg.* Rursus etiam judicium de Oratricis opulentia, vel paupertate arbitrio relinquitur Ordinarij delegati.

86 Quæritur vigesimo octavò, an si cum quarto gradu consanguinitatis concurrat aliud impedimentum, sed occultum, sufficiat dispensatio super impedimento publico. Respondetur ex praxi hodierna Romanæ Curiæ esse itidem petendam dispensationem super impedimentum occultum ab officio Sacræ Pœnitentiariæ in foro conscientiæ tantùm, hinc si quis velit in uxorem ducere consanguineam in quarto gradu, & inter volentes contrahere adsit impedimentum occultum ob primum, vel secundum gradum affinitatis provenientis ex actu fornicario, quia tunc impedimentum affinitatis est occultum, sufficit, si Oratores super hoc impedimento occulto dispensationem impetrent ab officio Sacræ Pœnitentiariæ in foro conscientiæ tantùm, & quoad impedimentum publicum consanguinitatis in quarto gradu dispensationem impetrent in foro externo, & ita docet Navarrus *cons. 1. q. 19. n. 52. de consti.* ubi asserit, passim contingere in Romana Curia impetrari dispensationem super uno impedimento matrimonij non facta mentione de alio, ac postea impetrari dispensationem super alio, & utramque dispensationem judicari validam, & dat etiam rationem, quia cùm incestus soleant esse occulti, & impedimenta consanguinitatis publica, si in impetratione impedimenti consanguinitatis exprimendus esset incestus, cogeretur impetrans se ipsū infamare, & complicem criminis prodere, quod juri naturali adversatur: quapropter intentio Pontificia creditur esse, ut utraque dispensatio, una in foro interno circa impedimentum occultum, & alia in externo circa publicum sit valida, ne casus iste remedio dispensationis destituatur, vel volentes matrimonium contrahere cogantur crimen occultum in foro externo prodere cum detrimento proprij honoris, & famæ.

87 Quæritur vigesimo nonò, an si litteræ dispensationis fuerint super duobus impedimentis dirimentibus impetratæ, ut super tertio consanguinitatis, & secundo affinitatis gradibus, & postea Judex delegatus deprehendat, non adesse nisi impedimentum consanguinitatis, adhuc possit dispensationem exequi circa solum gradum

gradum consanguinitatis? Respondent aliqui, tunc preces expressas in narratione non niti veritate, proinde rescriptum esse obreptitium ob narratam falsitatem impedimenti affinitatis, quod deprehenditur non adesse, proinde Judicem delegatum non posse exequi dispensationem super impedimento consanguinitatis. Sed vera, & in praxi recepta sententia est, posse Judicem delegatum exequi dispensationem super impedimento consanguinitatis, tametsi dispensatio etiam comprehendat impedimentum affinitatis, quod à delegato deprehenditur non adesse. Ratio ex eo desumitur, quia quando duo narrantur impedimenta, quæ distincta, ac separata exprimuntur in rescripto, non propterea ex eo, quòd unum ex illis non verificetur, annullatur totum rescriptum, quod propterea potest validè executioni demandari quoad illud impedimentum in eo expressum, & quod revera existit, quia cùm Pontifex dispensaverit super tali impedimento, rescriptum quoad illud suum sortitur valorem, proinde potest delegatus dispensationem quoad illud exequi, quia preces expressæ in narrativa nituntur veritate, cùm revera tale impedimentum adsit, sicut Oratores expresserunt in supplicatione. Neque obstat, quòd aliud impedimentum affinitatis non verificetur, & preces circa illud non nitantur veritate: quia si summus Pontifex dispensavit super utroque impedimento, si utrumque adesse deprehendatur, multò magis super eo, quod deprehenditur tantùm adesse, quia plura impedimenta quando simul concurrunt, reddunt difficiliorem dispensationem.

88 Quòd si dicas, dispensationem super impedimento affinitatis, quod non deprehenditur adesse, esse inutilem, & utile per inutile vitiari *l. 1. §. sed & si mihi bona ff. de V. O.* & docet Bartolus in *l. prat. §. alind. ff. de fideicommiss.* Contra est, quia tunc tantùm utile per inutile vitiatur, quando materia est individua, ac inseparabilis, tunc enim, quia una pars nequit ab alia separari, si una est inutilis, totum vitiatur, ut etiam contingit in actu, qui ratione suæ essentiæ, quamvis separabilis sit, à propter datam formam dicitur individuus, quia enim unica est forma, & quidem individua, si actus in aliquo vitiatur, dicitur totus vitiari ratione formæ: tunc enim valet etiam juridicum effatum, quo utile per inutile vitiari dicitur. Sed quando Pontifex dispensat, super duo impedimenta matrimonij consanguinitatis, & affinitatis, & Judex delegatus deprehendit, unum tantùm adesse impedimentum consanguinitatis, quia aliud affinitatis est omnino distinctum, ac separatum, neque hæc duo impedimenta mutuò inter se dependent, ideò ex eo, quòd unum sit inutile, non sequitur aliud vitiari, & esse itidem inutile: cùm sint duo actua omnino dividui, quorum unus ab altero non dependet, ideo non valet, quòd utile per inutile vitietur. Tum quia super duobus impedimentis inter se distinctis possunt duæ impetrari dispensationes, quamvis in una nulla fiat mentio de altera, à qua non dependet, ex quo clatet, ambas dispensationes esse dividuas, ac separabiles, proinde ex eo, quòd una vitietur, non sequitur etiam alteram vitiari, cum una ab alia non dependeat: cum enim hæc duo impedimenta nihil inter se habeant connexionis, aut dependentiæ, sed sint omnino separata, quamvis eorum unum sit falsum, adhuc litteræ dispensationis suum sortiuntur effectum pro vero impedimento; idque exemplificat Lambert. *de jure patron. lib. 2. p. 1. art. 112. q. 4 num. 2.* quia si constituantur duo Procuratores ad præsentandum, seu eligendum, unus verus, & alter falsus, quærit, an tunc utile per inutile vitietur, & respondet affirmativè in individuis; negativè verò in dividuis, quorum unum ab alio non dependet, ut in casu nostro dispensatio super uno impedimento non dependet ab alia super alio impedimento, & hanc esse praxim Romanæ Curiæ refert Corradua *lib. 7. c. 5.*

Quæritur trigesimò, an clausula, quæ solet inseri dispensationibus matrimonialibus, éstque *non obstantibus constitutionibus Apostolicis &c.* suppleat impedimentum non expressum in narrativa? & quid hæc clausula operetur? Respondetur, vigore præfatæ clausulæ insertæ dispensationibus matrimonialibus, non suppleri aliud impedimentum in supplicatione, & in litteris non expressum, imò neque ullum gradum, adeò ut si dispensatio sit super quarto gradu consanguinitatis, & Judex delegatus deprehendat, Oratores esse sanguine junctos in tertio gradu, dispensatio sit irrita, nec præfata clausula suppleat gradum non expressum, quia illa clausula nullam inducit dispensationem per *text. in c. non potest de prebend. in 6.* necesse enim est, ut tam in narrativa, quàm in dispensatione fiat mentio illius gradus consanguinitatis, quo Oratores impediuntur contrahere: unde si sit tertius gradus, & tantùm exprimatur quartus, præfata clausula non supplet defectum tertij gradus, quia super illo requiritur dispensatio, quam præfata clausula non ponit per textum in *clement. 1. de prabend.* & docent Felinus in *c. Nonnulli col. 8. de rescript.* Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispens. ratione atatis num. 7. & sequent.* ubi ex... it, præfatam clausulam non operari ultra narrata, neque supplere defectua non expressa. Non tamen clausula est omnino frustranea, & otiosa, id enim operatur, ut reddat gratiam validam, & confirmet expressa, ut docent Menochius *de arbit. Judic. cas. 203. num. 13. lib. 2.* Decius *cons. 541. n. 21. vol. 4.* Alexander *cons. 95 num. 7 vol. 2.* Cæterum præfata clausula nunquam operatur ultra narrata, bene tamen reddit gratiam validam, & confirmat expressa in dispensatione. An verò illa generalis derogatio obstantium sufficiat, quando summus Pontifex disponit contra constitutionem in *c. non debet de consang. & affin.* affirmat Sanchez *disput. 24. n 17.* eò quia censet, talem constitutionem esse conciliarem, & summum Pontificem disponere contra illam. 89

Verùm

90 Verùm licèt Pontifex ravera per præfatam clausulam generaliter derogantem obstantibus dispenset, ac disponat contra præfatam constitutionem in *c. non debet de consang. & affin.* quâ prohibetur matrimonium contrahi infra quartum gradum; non tamen constitutio in *d. c. non debet*, est propriè de Conciliaribus exigentibus necessariò specialem derogationem, quapropter notat Corradus *lib. 7. c. 7.* ex praxi, & usu Romanæ Curiæ non adhiberi super talem constitutionem specialem derogationem, eò quia non sit ex Conciliaribus, notat enim Corradus, juxta notoriam praxim Datariæ, ac Cancellariæ Apostolicæ, hanc prohibitionem contrahendi matrimonium infra quartum gradum, & quæ continetur in constitutione *d. c. non debet de consang. & affin.* non esse propriè conciliarem, & addit Corradus, id evinci ex titulo ejusdem capitis: ex quo claret, talem constitutionem non à Concilio emanâsse, sed à Pontifice; qui tali Concilio præfuit, quia in *summario d. c non debet.* dicitur *idem* (hoc est Innocentius III. qui priùs præpositur in *c. de infidelibus eod. tit.*) in *Concilio Generali*, ex quibus clarè constat, Pontificem personaliter interfuisse, & præfuisse tali Concilio, & constitutionem illam non absolutè ab ipso Concilio, sed ab Innocentio III. fuisse conditam: cùm igitur juxta praxim Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ præfata constitutio in *c. non debet* non habeatur Conciliaris, sed ipsius Papæ, non est specialiter eidem derogandum; nisi fortassis, ita illa emanet, ut adversus eam specialis requiratur derogatio.

91 Tum quia ut notat Corradus *loc. cit.* quando constitutio est Conciliaris diversimodè describitur ipsius titulus, non enim dicitur *in Concilio Generali*; sed *ex Concilio Generali*, & tunc ajt, esse necessariò petendam expressam ejus derogationem, ne gratiæ petitæ suo destituantur effectu, quia ex stylo Curiæ nunquam Papa intendit tollere constitutionem conciliarem, nec aliquid contra illam disponere, nisi id expressè apponat, & mentionem faciat talis derogationis juxta *text. in c. Ex parte*, ibi: *Cùm autem id obviet Lateranensi Concilio, de quo nulla mentio est in litteris antedictis, fraternitati tuæ breviter respondemus; quòd hujusmodi litteras de Apostolica Sede non credimus emanâsse: quòd si per occupationem forsitan emanaverint, nolumus per hoc derogari Concilio supradicto.* & ita etiam docent Archidiaconus in *c. 1. de const. in 6.* Abbas in *c. 1. de pact. not. ult.* ubi etiam notat ad dignoscendum discrimen inter constitutionem Conciliarem, & Papalem esse observandum, quòd quando est conciliaris inscribitur *ex Concilio Generali*; & quando est Papalis, dicitur *in Concilio*, seu à Papa edita in ipso Concilio.

92 Quæritur trigesimo primò, quomodo Oratoribus succurratur per officium Sacræ Pœnitentiariæ, quando invalidè contraxerunt matrimonium ob aliquod impedimentum dirimens, quod sit occultum? Cùm enim post Tridentinam Synodum matrimonium non contrahatur validè, nisi coram Parocho, & testibus ideò dubitatur, an qui invalidè contraxerunt ob occultum impedimentum dirimens petitam, & obtentam ab officio Sacræ Pœnitentiariæ dispensationem super tali impedimento occulto, debeant Oratores iterum coram Parocho & testibus contrahere? Respondetur, quòd si antea jam contraxerunt, licèt invalidè ob occultum impedimentum dirimens coram Parocho, & testibus, non est amplius necesse post obtentam dispensationem, ut iterum contrahant coram Parocho, & testibus, eò quia cùm impedimentum sit occultum in facie ecclesiæ, & foro exteriori, primum matrimonium præsumitur verum, ac validum, & ab ecclesia semper, qui contraxerunt, judicantur esse conjuges, proinde cessant incommoda, quæ oriebantur ex matrimonijs clandestinis. Tum quia pluribus in casibus non potest iterum contrahi coram Parocho, & testibus secundum matrimonium absque periculo magni scandali, unde Congregatio Concilij Tridentini interpres pluries declaravit sufficere, si tunc conjuges post obtentam absolutionem ab impedimento dirimente, iterum consentiant in matrimonium secretò, & inter se, quod commodiùs, & absque periculo scandali fieri potest, & tunc validitas matrimonij retrotrahitur ad tempus, quo conjuges contraxerunt coram Parocho, & testibus, adeò ut proles suscepta ante dispensationem ab impedimento dirimente sit legitima. Hinc Navarrus *cons. 14. despons.* refert, Cardinalem Propœnitentiarium nomine totius signaturæ exposuisse Pontifici æquissimum esse, ut per aliquam constitutionem declaretur, quando præcesserunt denuntiationes, & etiam servata fuit forma Concilij Tridentini in matrimonio contrahendo, ob aliquod impedimentum dirimens occultum conjuges debeant iterum contrahere, sufficiat, si secretò consentiant, & Cardinalem Alciatum Propœnitentiarium ratulisse in signatura placuisse Sanctissimo, ut quando matrimonia debent renovari, eò quia fuerant inita cum impedimento aliquo occulto dirimente, sufficiat, si conjuges inter se ipsos secretè iterum consentiant in matrimonium, nec esse necessariam præsentiam Parochi, & testium. Ait etiam Navarrus *cons. 3. de eo qui duxit n. 3.* ob tale impedimentum occultum posse matrimonium de novo clandestinè contrahi absque denuntiationibus ob declarationem Pij V. ad evitanda plura scandala, & inconvenientia, & ait in Concilio Tridentino non videri fuisse cogitatum de hisce casibus occultis. Si igitur Oratores etiam scienter matrimonium contraxerunt cum impedimento dirimente ab officio Sacræ Pœnitentiariæ mandatur Confessario per ipsos Oratores eligendo, ut adimpletis cæteris, quæ exprimuntur in litteris dispensationis, cum eisdem de nullitate tamen prioris consensus certioratis possint matrimonium inter se de novo secretè ad evitanda scandala contrahere, & in eo licitè remanere, eò quia sacra Pœnitentiaria misericorditer dispenset super impedimento occulto in foro conscientiæ tantùm.

93 Sin verò alter tantùm Oratorum fciens impedimentum contraxerit, tunc mendatur Confeffatio, ut alter ignorans, cautè, ut delinquens nusquam detegatur, de nullitate prioris confenfus cettioretur: verùm ad id fufficit, fi periculum edfit elicujus incommodi, vel diffidij, fi conjux confcius impedimenti, ec difpenfationis fuper illo cautè per fe confenfum procuret ab alio conjuge innovari, feu repeti, imò fufficit, fi alter conjux petat debitum conjugale, quie tunc confentit in matrimonium, quia eatenus uritur matrimonio, quia confentit in illud. Quòd fi impedimentum innotefceret Parocho, & reftibus cenfet Navarr. *loc cit.* quòd conjuges tenerentur tunc in facie ecclefiæ contrahere, eò quie impedimentum non effet emplius occultum. Hinc quendo petitur difpenfatio ab officio facræ Pœnitentieriæ fuper occulto impedimento, non fufficit, fi illud fuerit tantùm occultum tempore, quo impetrata fuit difpenfatio fuper eo, fed ulterius requiritur quòd nullum fit periculum, quòd in futurum poffit publicum fieri: quia fi rale periculom fubfit, mjor Pœnitentierius remittit fupplicationem ad Datarism, ut Oratores petant fecum difpenfari in utroque foro, quia non eft occultum fed manifeftum, quod probari poteft, Gloffa in *c. Veftra V. notorium de cohab. cler. & mulier.* & docet Ludovifius *decif. 395. num. 14.* illud enim dicitur impedimentum occultum, quando non publicè conftat, nec facilè poteft conftare, nec periculum fubeft, ut in foro externo detegatur, ut notat Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 3 n. 1. & 2.*

94 Quæritur trigefimo fecundò, quomodo matrimonium dicatur contrahi in facie ecclefiæ, & an Ordinsrius poffit prohibere, ne matrimonie contrahantur domi? Refpondetur, non effe neceffe, ut matrimonium dicatur contrehi in facie ecclefiæ, quòd in ipfa materiali ecclefia contrahatur, fed fufficit, fi coram alique fidelium multitudine folemnizetur præfente Parocho, & teftibns, quie tunc hæc Catholicorum (qui folent effe confanguinei, vel amici contrahentium) Congregatio intelligitur effe ecclefie, quæ non eft nifi fidelinm cœtus *c. Ecclefia diftinct. 1. de confecr.* Abbas in *c. fin. num. 8. de clandeft. defponf.* Quamobrem feris etiem dicitur matrimonium contrehi in facie ecclefiæ, fi coram Parocho, & duobus teftibus præmiffia denuntiationibus contrahatur, adeò ut non fic neceffe, ut conttahentes, fe confetent ed ipfam marerialem ecclefiam, in qua contrahant, quie ut notat Senchez *lib. 3. de matrim. num. eo.* Ecfie multipliciter dicitur, primò meterialiter pro loco parietibus circundato, in quem folent fideles venire, ut facris interfint, preces fundent, verbum Dei è facro fuggefto audiant §. *quia verò. authent. ut licet. matr.* Secundò tormaliter dicitur ecclefia cœtus fidelium *l. jubemus. C. de Epifc & cler.* Tettiò ur ait Pfalmifts dicitur ecclefia malignantium, feu peccatorum, ec deficientium à vero cultu, quam ecclefiam propterea David noiuit ingredi, *Ecclefiam malignantium non introibo.* Quartò fumitur ecclefia pro ipfis Prælatis ejusdem. Ordinarius igitur delegatos non poteft compellere contrehentes ad matrimonium contrahendum in ipfa materiali ecclefiæ, & prohibere, ne metrimonium domi contrahant: quie ad hoc ut juxta decretum Concilij Tridentini dicantuc contrahere in fecie ecclefiæ, fufficit, fi coram Parocho, & duobus teftibus, elsisque fidelibus, qui ex confanguineis, & amicis folent intereffe, celebretur, quia cum adfint Perochus, & plures fideles, habetur ecclefia, in cujus facie matrimonium contrehitur.

Quamvis igitur ob reverentism Sactamenti non deberet matrimonium contrahi, nifi in loco facro, feu in ipfa materiali ecclefia, quæ eft locus, in quo propriè miniftrentur fecramenta, nihilominus facra Congregatio Concilij Tridentini interpres declaravit, non poffe Ordinarium prohibere, quin matrimonia domi celebrentur fervatâ forn â Contilij Tridentini, & Francifcus Leo in *thefaur. for. ecclef. p. 2. c. 9. n. 48.* dues adfert ejusdem Congtegationis declarationes, quatum prime eft. *Ordinarius non poteft prohibere quin matrimonia domi celebrentur fervatâ formâ Concilij: fed cùm maximè deceat, ut in ecclefia celebrentur, id hortari debet, non precipere.* Secunde declaratio eft: *Dummodo proprius Parochus præfens fit in privatis etiam domibus matrimonia poffunt celebrari, licèt maximè deceat, ut in ipfa materiali ecclefia celebrentur.* Ratio etiam ex eo defumi poteft, quia tametfi matrimonium contrahatur extra ipfam ecclefiam materialem, adhuc fatisfit intentioni Tridentinæ Synodi, quæ eatenus injungit, ut matrimonia celebrentur in ecclefia, & coram fidelibus, ne fraudes interveniant, & ut ab ecclefia probari poffit, tele matrimonium fuiffe ritè contractum: fin verò coram Parocho teftibus, & alijs fidelibus præfertim confanguineis, & amicis matrimonium domi contrahatur, ecclefie poteft probare tele matrimonium fuiffe velidè tontractum, & ceffant frandes, quæ ex clendeftina defponfatione poffent intervenire, & adimpletur mens Tridentinæ Synodi, quatenus metrimonium adhuc celebretur coram Parocho, & teftibus, quod eft illud contrahere in facie ecclefiæ. 95

Quæritur trigefimo tertiò, coram quo Parocho fit matrimonium contrahendum, quando non in ecclefia materiali, fed domi contrahitur? Refpondetur, quòd fi metrimonium contrahatur in domo fponfæ, feu Oratricis, debeat tunc celebrari coram Parocho ejusdem fponfæ, quia tnnc in fua Parochia inirur matrimonium, & Parochus habet jus intra limites fuæ Parochiæ benedicendi matrimonia, ficut enim Diœcefes, ita & Parochiæ diftinguuntur, & ficut Epifcopus habet jurisdictionem intra limites totius fuæ Diœcefis exclufivè quoad alios; ita etiam Parochus habet jos miniftrandi Sacramenta, & effiftendi matrimonijs intra limites fuæ Parochiæ exclufivè à quovis alio Parocho, adeò ut fine ejus licentia non 96

poffit

possit alius Parochus benedicere nuptias in aliena Parochia. Quamobrem dum vir accedit ad domum uxoris pro contrahendo, & consummando matrimonio, Parochus Oratricis debet nuptias benedicere, quia tunc ipse est proprius Parochus, ut notat Barbosa *de potest. Episc. alleg. 22. p. 2. n. 64.* ubi etiam addit, quòd si matrimonium sit contrahendum inter virum, qui sit de una Parochia, & mulierem de alia, sufficit, si intersit Parochus habitationis fœminæ, quando matrimonium contrahitur in ejus domo. Quòd si contraheretur in domo viri, tunc si domus hæc esset in alia Parochia, Parochus viri deberet nuptias benedicere. Generatim Parochus habitationis est is, qui debet matrimonium benedicere, si habitatio, cum qua contrahitur matrimonium, sit intra limites suæ Parochiæ.

97 Quòd si matrimonium ruri contraheretur, an tunc Parochus ruralis deberet nuptias benedicere? Respondetur cum distinctione, si sponsi per majorem anni partem sint ruri immorati, tunc Parochus ruralis potest nuptias benedicere, quia is est proprius Parochus ad conjungendam aliquos matrimonio, qui in *c. Omnis de pœnit. & remiss.* vocatur proprius Sacerdos ad audiendas confessiones, & qui potest etiam alteri Sacerdoti licentiam dare confessionis audiendæ, quia sicut Tridentina Synodus *sess. 24. c. 1. de matrim.* exigit, ut assistat proprius Parochus, vel alius Sacerdos ex ejus commissione, ita in *c. Omnis utriusque Sexus de pœn & remiss.* is est proprius Parochus, qui excipit confessiones, is enim dicitur proprius Parochus, qui habet jurisdictionem Ordinariam ratione officij, cui est annexa animarum cura, ut docent Rebuffus in *repetit. dict. c. omnis §. proprio Sacerdoti v. itidem Presbyter Parochialis.* Ugolinus *de censur. tab. 3. c. 4. §. 1. n. 1.* Sotus in *4. Dist. 18. q. 4. art. 2.* & quia jus ministrandi Sacramenta inest Parocho rurali, ad ipsum pertinet nuptias benedicere, si contrahentes ruri majori anni parte fuerint immorati, ut docent Innocentius in *d. c. Omnis utriusque sexus n. 6.* Sylvester *v. matrimonium n. 2.* Angelus *v. domicilium.* Idque procedit, quamvis sponsi post contractum matrimonium non habeant intentionem continuandi habitationem ruri, quia in *c. nostra de sepult.* ubi sola quarta parochialis ecclesiæ, de cujus parochia mortuorum corpora sumuntur, eidem ecclesiæ assignatur, sola habitatio in loco, & non animus manendi ponderatur, idque etiam desumitur ex *c. fin. de Parochijs*, ibi enim, qui ob bellum ad alienam Parochiam confugerunt, dicuntur Parochiani. Ratione igitur talis habitationis per majorem anni partem acquirunt sponsi forum in rebus spiritualibus. Idque ex eo firmatur, quia mutantes singulis annis habitationem conducentes, nunc unam, & modò alteram domum in locis, & Parochijs diversis, quamvis nonnisi per annum maneant in tali loco, adhuc fiunt Parochiani ejusdem loci, & Parochus loci illius eis ministrat Sacramenta, & benedicit etiam nuptias, si matrimonium contrahant: unde ex sola habitatione alicubi non per modum Viatoris, sed domo, vel officinâ contractâ, contrahitur quasi domicilium: ita etiam, qui per majorem anni partem ruri habitant, censentur ibi habere domicilium? & Parochus ruralis habet jurisdictionem eos matrimonio jungendi, ut notant Ancharanus *c. de uxore n. 7. & 8. de sepult.* Federicus de Senis *cons. 254. v. ista jura non tract.*

98 Quòd si contrahentes nonnisi per tres, vel quatuor menses fuissent ruri immorati, tunc ruralis Parochus non posset nuptias benedicere nisi ex licentia Parochi Urbani, & in cujus Parochia habent sponsi proprium, & consuetum domicilium: unde vel deberet Parochus Urbanus vocare sponsos, ut in ejus Parochia matrimonium contrahant, vel licentiam concedere Parocho rurali, ut nuptias benedicat. Quòd si sponsi dimidia anni parte morentur in una Parochia, & altera dimidia parte in alia, tunc duos possunt habere Parochos, & coram Parocho utriusque debent contrahere, quia tunc utraque dicitur propria Parochia. Sin verò adesset aliqua inæqualitas habitationis, tunc ubi plus temporis fuerunt immorati, Parochus illius loci debet nuptias benedicere, tametsi nonnisi per paucos dies fuissent plus immorati in una parochia, quàm in alia, quia majoris temporis pars facit proprium Parochum illius loci, in quo habitatio fit, ut docet Menochius *cons. 298. num 16. & sequent.* Sin verò quis habitet in confinijs duarum ecclesiarum Parochialium, tunc censetur Parochianus illius, in qua domus habitationis aditum habet, quia ex aditu judicatur de domo, cui cedit ex *text. in l. ei qui ædes. ff. de leg.* Parochus igitur assistens matrimonio is est, in cujus parochia matrimonium contrahitur, sive contrahatur in domo viri, sive mulieris; & in qua sponsi per majorem anni partem fuerunt commorati.

99 Quæritur trigesimo quartò, quænam esse debeat præsentia Parochi assistentis matrimonio? Respondetur, hanc præsentiam Parochi debere esse moralem, & quidem cum intelligentia, & advertentia, nec sufficit sola præsentia corporea, adeò ut irrita sint ea matrimonia, quæ contrahuntur absque morali præsentia Parochi, & post Concilium Tridentinum sint nullius valoris ea matrimonia præsumpta, quæ in *c. is qui de spons.* per carnalem copulam transibant in matrimonium: quia stante decreto Concilij Tridentini hæc moralis præsentia Parochi in eo sita, ut Parochus non solùm corporaliter adsit, sed etiam intelligat, & advertat, quæ fiunt, requiritur pro forma, adeò ut quamvis matrimonium contraheretur in præsentia mille testium, adhuc irritum esset, si deesset præsentia proprij Parochi, vel alterius sacerdotis de illius, vel Ordinarij licentia, quia ut notat Gonzales ad *regul. 8. Cancellar. Glossa 48 num. 29.* quando præsentia alicujus requiritur pro forma, actus sine talis personæ interventu gestus dicitur occultus, & clandestinus, tametsi publicè fiat per textum in *l. sciant omnes*, ubi Bartolus

lus *num. 1. c. de his qui ex pub. rat. mutuam pecuniam acceperunt.* Neque hæc forma fita in morali præſentia Parochi, vel alterius ſacerdotis de illius, vel Ordinarij licentia poteſt ſuppleri per aliquid æquipollens, ut pluries declaravit ſacra Congregatio Concilij Tridentini interpres, & etiam judicavit Rota *decif. 643. n. 1. & decif. 651. p. 1. diverſ.*

100 Non tamen eſt neceſſe ad validitatem matrimonij, ut Parochus, & teſtes conſentient, quia præſtare conſenſum ad ſolos contrahentes pertinet, non ad Parochum, & teſtes, qui propterea quamvis inviti, imò & per vim compulſi adeſſent, ac violenter detinerentur, ut viderent, & audirent, quæ ſponſi agerent, & dicerent, matrimonium ſuum ſortiretur valorem, ut pluries declaravit ſacra Congregatio Concilij Tridentini, ut refert Gonzales *Gloſſ. 47. num. 7.* quia ſufficit, ſi Parochus, & teſtes videant, audiant, & intelligent, quid agetur, tametſi Parochus proteſtaretur, quod nolit tali contractui aſſentiri, nec eum approbare, neque ſponſos benedicere, quia ut notat Navarrus *conſ. 11. de cland. deſponſ.* quando requiritur præſentia alicujus non eſt neceſſarius ejus conſenſus, ſed ſufficit interventus etiam coactus, quia ut docet Maſcardus *de probat. conclu. 9. num. 8.* præſentia importat ſcientiam, & intelligentiam, proinde ſufficit, ſi Parochus, & teſtes videant, audiant, & intelligant contractum, quo ſponſi matrimonium ineunt.

101 Ac verò validum etiam matrimonium eſſet, ſi Parochus caſualiter ibi reperiretur, vel illac tranſiret, ubi ſponſi contrahunt matrimonium, videtur eſſe difficultas: quia qui caſualiter adeſt, adeſſe non videtur *l. generali § uxori ff. de uſufruct.* & docet Decius *conſ. 232. n. 3.* quemadmodum etiam de teſte repentino dicitur ejus dictum nullum eſſe, eò quia non præſumatur ſufficienter informatus *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet.* Verùm adhuc tale matrimonium ſuum ſortiturum valorem eſt communior, & verior ſententia, adeò ut ſi volentes matrimonium contrahere dubitent, quòd Parochus nolit aſſiſtere, nec præſens eſſe, ſi eum ad id ſpecialiter vocent, poſſint tunc contrahentes venire in locum aliquem, & per amicum ibi ducere Parochum alterius negotij causâ, ſeu videndi aliquem pulchram picturam, & mox eo præſente, & ignorante, quid egere velint ibi adſtantes; poſſunt præſente, vidente, audiente, ac intelligente Parocho coram aliis teſtibus volentes contrahere, mutuò ſe in conjuges recipere per verba de præſenti, quia hæc ſola moralis præſentia Parochi, & teſtium requiritur ad valorem matrimonij ex decreto Concilij Tridentini, neque neceſſe eſt, ut Parochus, vel teſtes regulariter rogati veniant, ſciéntque, ad quid ſint rogati; ſed ſufficit, ſi per ſensûs, viſus, & auditus percipiant, quid contrahentes egant, & dicant: & quando Parochus, & teſtes advertunt, quid agunt contrahentes, & audiunt, quæ dicunt, ſufficienter dicuntur præſentes præſentia morali requiſita ad valorem matrimonij, hæc enim conſiſtit in ſola ſcientia, & intelligentia, nec Concilium Tridentinum aliam pro validitate matrimonij exigit Parochi, & teſtium præſentiam.

Hinc ſi matrimonium contrahatur coram Parocho, & teſtibus caſu fortuito tranſeuntibus per locum ubi reperiuntur volentes contrahere, matrimonium adhuc ſuum ſortitur valorem; dummodo Parochus, & teſtes videant, audiant, & intelligant, quid contrahentes agunt, & dicunt: quia eo ipſo quòd advertunt, dicuntur præſentes præſentia morali ſufficiente ad valorem matrimonij, quia tunc initi matrimonij poteſt teſtimonium perhiberi ex *l. coram Titio 209. de V. O.* ubi declaratur, dici aliquid coram aliquo fieri, quamvis invitus adſit, ſi advertat: non tamen excuſarentur à peccato lethali, qui coram Parocho vi detento matrimonium contraherent, quia tunc injuria illi inferretur ob violentiam, & eccleſia etiam haberetur contemptui, quia tunc non contraherent ſponſi authoritate eccleſiæ, ut notat Petrus de Ledeſma *de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 1.* & hoc etiam videtur procedere, quando fraude, & dolo vocatur Parochus ad alium finem, & poſtea ſponſi coram ipſo invito contrahunt, quia tunc nec etiam contrahunt authoritate eccleſiæ. 102

Secus non peccarent lethaliter, ſi vi detinerent teſtes, ut coram ipſis vi detentis matrimonium contraherent, niſi ratione violentiæ gravis iiſdem inferretur injuria, quia tunc gravitas offenſæ ex qualitate penſatur injuriæ: ratio diſcriminis eſt, quia teſtes non gerunt vices eccleſiæ, nec ejus nomine ullam præſtant authoritatem matrimonio, ſed nudum obeunt miniſterium teſtium, quod æquè præſtare poſſunt ſive conſentientes adſint, ſive nolentes detineantur, ſive caſu, & fortuito tranſeant per talem locum, ſive etiam fraudulenter illuc vocentur: non tamen contrahentes excuſarentur tunc à peccato ſaltem veniali ob non ſervatam reverentiam debitam ſacramento. Quia verò ex ſponſis ſit priùs interrogandus à Parocho de conſenſu, conſultiùs videtur, ſi priùs ſponſa interrogetur, ne ipſe vir ſi priùs conſenſerit, muliere poſtea renuente, remaneat cum dedecore, quia mulier ob ſexus fragilitatem, & variationem poteſt faciliùs mutari *c. cum ſit de elect. in 6. §. penult. inſtit. de ſatisd.* hinc in pluribus locis moris eſt, ut Parochus priùs interroget ſponſam, an velit in ſuum maritum accipere talem virum, & poſtea interrogat virum, an velit in ſuam uxorem talem mulierem accipere, & habere, quia ſic conſulitur honori, ac decori viri. 103

Quæritur trigeſimo quintò, an validum ſit matrimonium initum coram alieno Sacerdote ex licentia proprij Parochi extorta tamen metu cadente in virum conſtantem. Ratio dubitandi ex eo videtur deſumi, quia talis licentia metu cadente in virum conſtantem extorte eſt invalida, quia tametſi regulariter metu geſta ſortiantur valorem, excipitur tamen juriſdictio, quia hæc non transfertur interveniente metu cadente in virum conſtantem, ut notat Gloſſa in 104

c. 4.

c. 2. v. tractim ad fin. de his qua vi. Baldus *l. decernimus. n. 5. C. de Sacrosanct. eccles.* Quòd si metus irritat prorogationem jurisdictionis, à fortiori debet impedire ipsam translationem. Nihilominus verior sententia docet, jurisdictionem metu extortam velidè transferri, uc docet Cardin. in *d. c. 2. de his qua vi. n. nnic. v. quintus casus.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 39. n. 13.* ubi asserit, legem in contrarium adductam loqui in casu speciali, quando litigantes compelluntur consentire in Judicem non suum, ac proinde prorogare ejus jurisdictionem, quæ prorogari nequit, nisi libera eorum voluntate; hinc cum sit casus specialis exceptus à regula generali docente geste metu tenere, non debet extendi.

105 An verò esset matrimonium etiam validum, si licentia dolo, & mendacijs impetraretur à Parocho, ut si falsò nomine alicujus Magnatis petatur ab ipso, ut certo Sacerdoti concedat licentiam benedicendi nuptias, quam aliàs ei non concederet, videtur etiam esse dubium, quia telis licentia impetrata per mendacia est invalida, proinde videtur etiam matrimonium esse irritum, quie in ea licentia deest consensus Parochi: nihil enim est magis contrarium consensui, quèm error *l. si per errorem ff. de jurisdic. Om. Judic.* Tum quia falsitas circa causam finalem dispositionis ipsam vitiat, ut fusè probat Tiraquel. *tractat. cessante causa limit. 1.* etqui in hoc casu contingeret falsitas circa causam finalem, quie Parochus seclusa instentie, ac petitione Magnatis, vel Principis non concederet similem licentiam: finalis causa dicitur, quæ ita movet disponentem, ut eâ non concurrente, non ita disponeret, ut notat Bartolus *l. 2. §. fin. n. 1. fin. ff. de donat.* hinc dispensatio ex falsa causa obtenta est subreptitia, ec irrita *c. quia circa de consang.* sed hæc licentia concessa à Parocho alteri Sacerdoti benedicendi nuptias est quædam dispensatio; & quidem concessa ex causa falsa; proinde est irrita, & nullius veloris.

106 Nihilominùs putârim, hanc licentiam à Parocho concessam suum sortiri valorem, & matrimonium esse ritè initum; ratio est, quia illa causa finalis, quâ Parochus inductus fuit ad concedendam licentiam alteri Sacerdoti benedicendi nuptias, nil confert ad concessionem licentiæ, ad quam etiam impertinenter se habet: imò neque propriè est causa finalis, sed quidam duntaxat impulsus, quo cessante non cessat dispensatio, ut notat Tiraquellus *tract. cessante causa limit. 1. à num. 1. usque ad 10.* Præterea quie mens concedentis non præsumitur ea esse, ut velit, licentiem datam alteri Sacerdoti irritam esse, si petitio ei facta nomine magnatis falsa sit; & per hoc velit etiam matrimonium esse irritum; præsertim cum concedentes hujusmodi licentias non lateat, plerumque fictitias esse hujusmodi petitiones nomine Principum, vel magnatum. Unde licèt error contingens circa verem causam finalem irritet dispensationem; illa tamen petitio facta Parocho nomine Magnatis non est causa finalis, sed tantùm impulsiva. Tum quia non semper verum est, eam esse causam finalem, sine qua actus non fieret, etenim etiam in naturalibus removens prohibens est causa, sine qua non esset descensus lapidis, & removens prohibens non est causa finalis, nec principalis, sed tantùm occasio.

An verò validum etiam esset matrimonium, si eo eum finem dolo extorqueretur à Parocho licentia concedenda alteri Sacerdoti benedicendi nuptias, ne ipse Parochus cognoscat volentes contrahere, qui si ei innotescerent, neque assisteret ipse tali matrimonio, neque licentiam concederet alteri Sacerdoti benedicendi tales nuptias, videtur ingerere majorem difficultatem: quia licentia tali dolo extorta habetur pro subreptitia; quia non fuit id expressum, quòd si Parocho innotuisset, nullo pacto concessisset alteri Sacerdoti licentiam benedicendi teles nuptias: unde obtenta licentia est subreptitia, ec irritum quidquid virtute illius actum est. Tum quia dispensatio concessa tacitis qualitatibus, quæ si fuissent expressæ, dispensatio non concederetur, est irrita, & nullius valoris *c. quia circa de consanguin.* & concessio talis licentiæ est quædam dispensatio. Tum quie ubi adest error, ebest consensus, & ubi deest consensus, non habetur licentia, quæ fundetur in ipso consensu. Quòd si dicas, Parochum assentiri tali licentiæ, cum de facto eam concesserit: contra est, quia consensus Parochi oritur ex errore, ut liquet, & error consensum non ponit, sed tollit. 107

Nihilominus dicendum est, tale matrimonium adhuc suum sortiri velorem, ut docent plures. Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 32. n. 133. & de Parochis c. 21. num. 1. & in collectaneis ad Concilium Tridentinum sess. 24. c. 1. de reform.* Bossius *de matrim. cap. 4. §. 46. n. 126.* Gutierez *de matrim. c. 69. num. 15.* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 35. num. 14.* Pasqualigus *quastionum moral. & canon. cent. 4. quast. 346.* Reginaldus *lib. 31. Praxis fori pænit. nu. 182.* Idque ex eo videtur suaderi, quia ubi concurrunt duæ voluntetes, una absoluta, & altera conditionata, illa non hæc prævalet; quia conditio nil ponit in esse *l. si quis sub conditione dandorum ff. si quis omiss. can. test. c. si pro te de Rescript. 6.* & ita cum Glossa docent communiter jurisperiti: sed voluntas per quam Parochus concedit licentiem simplici Sacerdoti assistendi matrimonio est absoluta, & efficax cum sortiatur suum effectum, & Sacerdos, cui est licentie concessa, de facto assistat matrimonio, nuptias benedicat, & sponsos matrimonio conjungat: voluntas autem, per quam non concederet licentiam, si sciret qualitates volentium contrehere matrimonium, est conditionata, quæ nihil ponit in esse, cùm neque ipsa sit, sed tantùm esset, si conditio purificaretur, seu si cupientes contrahere innotescerent Parocho: ergo cum Parochus revere concesserit licentiam assistendi matrimonio, hoc initum fuit in facie ecclesiæ juxta formam in decreto Tridentinæ Synodi, seu coram Sacerdote de licentia Parochi, & testibus sufficientibus, qui- 108

bus tale matrimonium probari potest. Neque obstat, quòd Parochus non præsumatur consensisse re; quia de facto absolutè consensit, licèt non consensisset, si qualitates cupientium contrahere illi innotuissent. Deinde consensus Parochi licèt requiratur, ut alter Sacerdos vice ipsius assistat, non tamen requiritur ad matrimonium, quia hoc non dependet à consensu, sed à præsentia morali Parochi.

109 Quòd si dicas, voluntatem interpretativam excludere absolutam, quando hæc oritur ex dolo, quo reticetur id, quod impediret voluntatem absolutam. Contra est, quia id non est simpliciter verum, sed solùm quando voluntas, quâ aliquid conceditur, est conditionata, non absoluta; seu fundatur in conditione illa, quæ solet inferi rescriptis Pontificis: *si preces veritate nitantur*, quæ conditio semper subintelligitur, quamvis non exprimatur, ut indicavit Rota Romana *in Burgensi Canonicatus 19. Januar. 1590. coram Cardinale Pamphilio apud Marchesanum de commiss. part. 2.* Rescripta enim Pontificia censentur subreptitia si non exponatur veritas, quia nisi preces veritate nitantur, Pontifex non intendit tale rescriptum concedere; quod tamen non procedit in concessionibus privatis, quia jus de ipsis hoc non decernit. Præterea tantùm concessiones principum vitiantur, quando id reticetur, quod si esset expressum impediret, vel saltem difficiliorem redderet concessionem; non verò concessiones privatæ, de quibus jura non disponunt, sicut de illis principum: quin imò id procedit tantùm de iis, quæ de jure, aut de stylo Curiæ exprimenda sunt, ut notat Bellam. *decis. 998. ver. Tertiò.* Veral. *decis. 310. num. 1. part. 1.* Ludovisius *decis. 108. num 6.* qui loquuntur de iis, quæ de jure exprimenda sunt. Ut etiam Menochius *de arbitr. casu 201. num. 27.* & Garzia *de beneficiis part. 3. c. 3. num. 21.* idem asserunt de iis, quæ de stylo Curiæ sunt in precibus exprimenda. Tum quia ex natura rei taciturnitas tunc vitiat concessionem, quando versatur circa causam finalem; non verò quando est de qualitatibus extrinsecis dispensationi, quia tunc est tantùm circa causam impulsivam: Ratio discriminis est, quia quando taciturnitas est circa qualitates intrinsecas, seu causam finalem, censetur tunc deesse consensus in concedente *l. si per errorem ff. de jurisdic. omnium Judic.* ut fusè probat Tiraquel. *tract. cessante causa limit. 1.* quando verò taciturnitas est circa qualitates extrinsecas, seu solam causam impulsivam non censetur deesse consensus, proinde concessio est valida.

110 Hinc patet solutio ad id quod afferebatur in oppositum. Ad primum in quo licentia dolo extorta dicitur subreptitia, eò quia non fuerit id expressum, quod si Parocho innotuisset non concessisset talem licentiam. Respondetur, ex natura rei concessionem, tunc esse subreptitiam, quando non exprimitur id, quo expresso non concederetur, si id pertineat ad causam finalem, atq; quid intrinsecum eidem concessioni, seu sit ejus objectum: quia tunc concessio, non extenditur ad objectum concessionis taliter qualificatum, & prout stat sub tali fine; proinde redditur involuntaria, ac nullius valoris, secus si quod non exprimitur non pertineat ad causam finalem, neque sit objectum concessionis: quia enim objectum adhuc innotescat concedenti, ac etiam finis concessionis, sequitur, quòd concessio perinde sit voluntaria, ac finis ejusdem, proinde hac ratione concessio non est subreptitia. Quòd si loquamur de jure, tunc ex taciturnitate concessio redditur subreptitia, quando ea reticentur, quæ de jure, vel de stylo Curiæ debent exprimi. Ad secundum de dispensatione, quæ irrita est, si non exprimantur qualitates, quibus expressis dispensatio non concederetur, respondetur eum distinctione, si qualitates sint exprimendæ de jure, vel stylo Curiæ, vel pertineant ad causam finalem, sintque intrinsecè dispensationi, tunc verum est per earundem reticentiam dispensationem reddi subreptitiam: secus tamen, si qualitates, quæ reticentur sint omnino extrinsecæ. Ad aliud, quòd error tollat consensum, respondetur etiam cum distinctione, si error versetur circa substantiam actus, vel circa causam finalem, à qua actus determinatur, conceditur: quia tunc reddit actum quoad suam substantiam, & finem ignoratum, consequenter etiam involuntarium. Non tamen error tollit consensum, si tantùm versetur circa qualitates accidentales, & quæ nonnisi extrinsecè adveniunt actui, cujusmodi est etiam causa impulsiva; tunc adhuc habetur sufficiens consensus, cùm non ignoretur substantia actus, nec finis ejusdem: error autem non impedit consensum circa ea, quæ innotescunt, sed tantùm circa ignorata.

Quæritur trigesimo sextò, an super impedimentis matrimonij præter summum Pontificem possit alius inferior Prælatus dispensare? 111
Respondetur, ad solum summum Pontificem pertinere dispensare super impedimentis tam impedientibus, quàm dirimentibus matrimonium: idque ex eo clarè evincitur, quia hujusmodi impedimenta oriuntur ex lege canonica, & Pontificia, ac generalibus constitutionibus, atqui Episcopus, vel alius Prælatus infra summum Pontificem non potest dispensare super jure canonico, nec super generalibus constitutionibus, quæ se extendunt ad omnes fideles, quia solus summus Pontifex habet facultatem condendi leges ecclesiasticas obligantes omnes fideles, est enim jurisdictio ecclesiastica Pontificis, generalis, ac illimitata, quatenus se extendit ad omnes fideles; & jurisdictio cujusque alterius Prælati inferioris est limitata, quæ proinde non se extendit ad illas leges, quæ respiciunt generatim, & limitatè omnes fideles; unde nisi Pontifex concedat alicui inferiori Prælato hanc facultatem, eúmque constituat sibi delegatum nequit hic dispensare super impedimenta matrimonij. Et quia commorantibus in regionibus à Romana Curia distitis incommodum esset scribere Romam, vel illac mittere, & expectare dispensationem; ideò ad hæc incommoda removenda Pontifex suis legatis, &

Nun-

Nuntiis, qui destinantur in hisce partibus distis à Romana Curia, hanc facultatem impertitur dispensandi super hujusmodi impedimentis, ut facilis pateat accessus Oratoribus ad superiorem, à quo possint hanc dispensationem obtinere; hinc degentes in locis ultramontanis non ab Ordinario loci, seu Episcopo, sed à Legato, vel Nuntio Pontificio debent hanc dispensationem super impedimentis matrimonij petere, & obtinere, qui verò degunt in Italia, quia facilis est ipsis recursus ad Pontificē, ejúsq; sacram Pœnitentiariam, debent Romam scribere, vel mittere pro obtinenda hac dispensatione.

Quòd verò Episcopi locorum hanc non ha-
113 beant facultatem dispensandi super impedimentis matrimonij, salvè extra casum extremæ necessitatis declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres in *c. 5. sess. 24. de refor.* hisce verbis. *Episcopus authoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à jure prohibitis, contrahentes matrimonia dispensandi.* Imò hanc declarationem se extendere ad Legatos, & Nuntios, nisi isti habeant specialem facultatem est communis sensus Officialium Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ. Imò licèt declaratio exprimat tantùm gradus consanguinitatis, & affinitatis, adhuc volunt Curiales esse intelligendam de quocunque alio impedimento, eò quia hæc expressio consanguinitatis, & affinitatis facta fuerit duntaxat causâ frequentioris impedimenti, proinde volunt non restringi ad sola expressa per textum in *c. 1. de consess. in 6.* & in *c. Diaconi 22. dist.* & docet Mandosius *regul 33. q. 6. num. 4.* Et id non solum procedit, quando mala fide, & ex culpa, verùm etiam, quando bona fide, & in facie ecclesiæ Oratores ignorantes impedimentum contraxerunt, adeò ut eo postea detecto, & cognito, teneantur degentes in partibus Italiæ dispensationem obtinere à Sede Apostolica, & degentes in partibus ultra montes debeant eam impetrare à Legatis, vel Nuntiis Apostolicis habentibus talem facultatem. Neque Episcopis conceditur facultas dispensandi super impedimentis occultis, quia non sumus in materia, in qua fieri possit extensio casûs ad casum: neque hæc habent inter se connexionem ullam, ut notant Butrius in *c. cum dilectus de Capell. Monach.* & Zabarella *consl. 243.* Idque vel maximè quia cùm dispensatio sit læsiva juris est strictissimè interpretanda *c. quod dilectio de consanguin & affin.* in iis verò, quæ sunt strictissimæ interpretationis, non est licita extensio etiam ad casum habentem majoritatem rationis, ut notat Abbas in *c. ad aures num 7. de rescript.* Hinc si Pontifex mandat alicui Episcopo, ut dispenset super impedimento aliquo manifesto; si iidem Oratores præter hoc publicum impedimentum habeant aliud occultum, non potest Episcopus virtute facultatis sibi traditæ dispensandi super tali impedimento publico, dispensare super occulto, quia dispensatio utpote strictissimæ interpretationis non extenditur ad casum etiam habentem majoritatem rationis.

Quòd si Pontifex concederet facultatem 114
generalem dispensandi super omnibus impedimentis, tunc ratione pontificiæ concessionis posset Episcopus dispensare super omnibus impedimentis authoritate Apostolica, perinde ac dispensant Legati de latere, & Nuntij Sedis Apostolicæ, quibus Pontifex hanc generalem impertitur facultatem. Cæterum Romæ major Pœnitentiarius tantùm dispensat in foro conscientiæ super occultis impedimentis matrimonij, & tunc dispensationi inseritur clausula. *Nos igitur, qui Pœnitentiaria D. Papa curam gerimus &c. authoritate Apostolica specialiter nobis concessa discretioni tuæ committimus*: ex quibus verbis elaret, conferri potestatem delegatam, ita ut ab ipso Papa delegante fiat dispensatio. Et id procedit etiam quando rescribit Ordinario alicujus loci, ut aliquid faciat, quod ipse Ordinarius jure ordinario tenetur facere juxta vulgatam regulam *quod omnia nostra faeimus, quibus authoritatem nostram impertimur.*

Quæritur trigesimo septimò, an si delega- 115
tos præter narrata in litteris, & verificata invenerit, Oratricem antecedenter aliam impetrâsse dispensationem, ut nuberet suo consanguineo, qui postea decesserat, debeat in hac posteriori dispensatione mentio fieri de prima, quam Oratrix impetraverat nubendi cum suo consanguineo mox defuncto. Ratio dubitandi ex eo petitur, quia quando dispensatio additur dispensationi, ut posterior suum sortiatur valorem, debet mentio fieri de prima per textum in *c. 2. de fil. Presbyt in 6.* ubi declaratur subreptitia dispensatio ad Ordines, & beneficia, si priùs pro dispensationis hujus executione fuerit quis ad unum beneficium dispensatus, & postea in secunda dispensatione ad aliud, si in hac secunda non fecerit mentionem de priori: quia si Papa sciret aliàs Oratorem fuisse dispensatum ad aliud beneficium; verisimiliter hanc posteriorem dispensationem non concederet, vel saltem difficulter: valet autem à matrimonio carnali ad spirituale argumentum *c. inter corporalia de translat. episcop. & c. seq. post princip.* ubi summus Pontifex arguit à conjunctione matrimoniali ad conjunctionem Episcopi cum ecclesia: est enim secundùm dispensationis naturam, quæ requirit, ut in posteriori fiat mentio de priori concessa eidem personæ, ut notant Rebuff. *in concord. in forma mandati Apostol verb. dispensationem.* Menochius *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 30.* Puteus *decis. 246. num. 2. lib. 4.*

Verùm contraria sententia est verior, usu 116
recepta, & ad praxim deducta. Ratio est, quia spectata sola, & simplici natura dispensationis, hæc non vitiatur, nec est subreptitia ex eo, quòd in posteriori nulla fiat mentio prioris concessæ eidem personæ; quia cum neutra dispensatio dependeat ab altera, & utraque sit impetrata ab Oratore, si utriusque natura præcisè consideretur, neutra dependet ab alia, cùm sint omnino separatæ, ac distinctæ, proinde tametsi in posteriori non fiat mentio de priore, non prop-

motiva. Quapropter si liceotia assistendi matrimonio, pro qua fit instantia apud Parochū est diversa in ratione objecti in ordine ad voluntatem, & specificationem actuum ipsius, quando consideratur secundùm se, vel prout stat sub qualitate prohibitionis, & in ordine ad personas, pro quibus prohibetur concedi, sive prohibitio consideretur, ut qualitas intrinseca objecti, sive ut circumstantia; ita variat objectum, ut de licito illud constituat illicitum, consequēter aptum ad specificandam diversam speciem actûs, seu actum turpem, & peccaminosum oppositum actui licito, quo concederetur licentia, quæ non prohiberetur concedi. Hinc si in petenda licentia assistendi matrimonio reticeatur, ea qualitas personarum, ratione cujus prohibetur Parocho, eam concedere, talis licentia tunc est irrita, ut etiam invalidum est matrimonium, si contrahatur per assistentiam simplicis sacerdotis, qui à Parocho extorsit licentiam, quam non potuit concedere ob qualitatem contrahentium, quæ si Parocho innotuisset, non solùm eam denegâsset, sed nec etiam potuisset eam concedere: quia cùm prohibeatur Parochus assistere sine licentia Episcopi matrimoniis vagorum, non potest ex se alteri sacerdoti hanc facultatem assistendi talibus matrimoniis concedere, cùm eam non habeat in se independenter à licentia Episcopi.

125 Quamobrem licentia illa concessa à Parocho simplici Sacerdoti assistendi matrimonio, non se extendit ad advenas, & vagos, cùm nec ipse Parochus possit sine licentia Episcopi eorūdem matrimonijs assistere, cùm igitur qualitas vagorum fuerit à Parocho ignorata, non potuit eidem licentia esse voluntaria circa vagos, proinde defectu consensûs, matrimonium est irritum, quia licentia stat sub qualitate ignorata, proinde est involuntaria saltem negativè: Parochus enim tantùm intendit concedere illam licentiam, quam ipse potest concedere independenter ab Episcopo, & quæ ipsi non prohibetur concedi: licentia autem assistendi matrimonio vagorum non potest à Parocho concedi, cùm & ipsi prohibeatur hisce matrimonijs assistere sine licentia Episcopi: proinde ex intentione Parochi talis licentia non se extendit ad vagos, pro quibus petitur cum reticentia qualitatis vagorum, quia licentia fundatur in consensu, & hic non extenditur ad personas affectas qualitate ignorata *l. si per errorem ff. de jurisdic. Omn. Judic.* & *l. nec ignorans ff. de donat.* Quòd si qualitas esset extrinseca, & non afficeret objectum Parocho prohibitum, tunc quia taciturnitas non se teneret ex parte causæ finalis, sed tantùm impulsivæ, irrita non esset licentia extorta cùm reticentia causæ impulsivæ, cùm Parochus etiam cum notitia ejusdem qualitatis potuisset ex se licentiam concedere.

126 Quæritur quadragesimò, an dispensationes matrimoniales expirent per mortem illius Pontificis, qui eas concessit, ut si Titius, & Lucretia impetrata dispensatione super impedimento in tertio gradu consanguinitatis, si antequam Ordinarius exequatur talem dispensationem, & Oratores matrimonium contrahant, Pontifex, qui eam concessit, decedat, adhuc perseveret in suo robore dispensatio? Respondetur, dispensationes matrimoniales etiam post mortem concedentis posse executioni mandari, ut docent Garcia *de benefic. p. 6. c. 2. n. 311.* Pasqualig. *quæstionum moral q. 41. n. 4.* Mandos. *ad reg. 10. Cancell. de annali possess. q. 2. n. 4.* Renussus *de concord tit. de mandat. Apostol.* §. 1 *v. sui Pontificatus v. licèt quidem.* Et omnes concedunt, quòd si Executor inceperit suum mandatum exequi examinando testes, non expiret gratia dispensationis, quia res non est ampliùs integra per textum in *c. si delegatus n. 10. de offic. deleg. in 6.* & censuit Rota coram Guidobono *decis. 39.* & coram Veral. *decis. 290. n. 1.* & habetur in *c. si cui nulla de prabend. in 6.* ubi dicitur, quod gratia facienda expiret re integra: unde à contrario sensu infertur non expirare, si res non sit ampliùs integra, quia tunc pars jam acquisivit jus, & jurisdictio prorogatur.

127 Quamobrem difficultas est, an si Ordinarius nondum cœperit mandare executioni dispensationem, hæc re adhuc integra expiret, si moriatur Pontifex, qui eam concessit. Et respondetur, non expirare morte concedentis, sed adhuc posse executioni mandari, neque obstat textus in *c. si cui nulla §. fecus de prabend. in 6.* ubi gratia dicitur expirare re adhuc integra per mortem concedentis; quia ibi textus expressè loquitur de gratia quando committitur concedenda, non verò de gratia, seu de dispensatione jam concessa, idque claré colligitur ex verbis textus ibi: *Si super provisione certa personæ facienda sit data potestas:* & ratio est, quia provisio facienda non continet gratiam provisionis factæ, sicut etiam potestas respicit gratiam faciendam, cùm respiciat provisionem faciendam. Cæterum, quòd dispensatio matrimonialis non extinguatur per mortem concedentis habetur in *c. si super gratia de offic. deleg. in 6.* ubi habetur: *Si super gratia cuiquam ab Apostolica sede facta executores fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ipsa gratia (licèt nondum sit in ejus executione processum) morte non perimitur concedentis; sic nec etiam re integra perimatur Executoribus data potestas.* Dicitur data potestas non quoad dispensationem faciendam, quia jam est à Pontifice facta, sed quoad executionem, adeo ut sit potestas exequendi dispensationem jam factam à Pontifice, non verò potestas dispensandi; quia in hujusmodi dispensationibus super impedimentis matrimonij non committitur alicui potestas dispensandi, sed tantùm eligitur executor, qui si deprehenderit preces niti veritate, exequitur dispensationem jam concessam à Sede Apostolica, unde hæc potestas exequendi supponit gratiam jam factam, & non faciendam; quia monet Hieronymus Paulus *in practica Cancell tit. declarat. super propon. seu voven. §. præstantissime.* Stylum Curiæ, seu Cancellariæ esse, ut mandata de faciendo, aut providendo contineant gratiam

tiam jam factam à Sede Apostolica, & per talia mandata tantùm committi executionem ejusdem gratiæ jam factæ. Idque ex eo probat, quia si mandatum est de gratia facienda, & non de sola executione gratiæ jam factæ, nullum est jus quæsitum parti: Sed in hisce dispensationibus super impedimentis matrimonij, quando Pontifex mandat Ordinario, ut dispenset cum Oratoribus, jus est jam quæsitum iisdem; adeò ut antequam Ordinarius dispensationem exequatur, Oratores habeant jus ad illam executionem, si preces veritate nitantur: proinde gratia est ipsis jàm facta, & tantùm ab Ordinario est executioni mandanda.

128 Quòd dispensatio non fiat ab Ordinario exequente, sed à Pontifice dispensante ex eo optimè evincit Hieronymus Paulus versatissimus in Romana Curia: quia antequam litteræ executionis mandentur ad Ordinarium, fit Romæ solutio componendæ, esset autem æquitati dissonum præponere solutionem componendæ gratiæ ab Ordinario postea faciendæ, cùm posset Ordinarius, tametsi preces veritate nitantur, adhuc dispensationem illam denegare: hinc ex solutione componendæ satis claret, dispensationem super impedimentis matrimonij fieri Romæ à summo Pontifice, & tantùm ejus executionem demandari Ordinario, adeò ut dispensatio directa ad Ordinarium contineat gratiam factam, non faciendam, alioquin si Ordinario committeretur gratia facienda, deberet eidem tribui facultas dispensandi, quæ tamen ei non conceditur, sed tantùm mera executio dispensationis, si preces veritate nitantur: hinc liquet, non comitti Ordinario gratiam faciendam, sed solam executionem gratiæ jam factæ, quapropter est executioni mandanda etiam post mortem concedentis, ut docent communiter Canonistæ in *c. super gratia de offic. deleg. in 6.* & præ cæteris Geminian *num. 3. & 4.* Ancharanus *num. 1.* Archidiaconus *num. 1.* Francus *n. 4. v. & intellige*: Federicus de Senia *cons. 78.* cum Rota *decis. 349. de offic. deleg. in noviss.*

129 Posset tamen in contrarium objici textus in *c. si cui nulla* § *secus de prebend. in 6.* ibi: *Secus si super provisione certa persona facienda, sit data potestas eidem non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur gratiam, vel favorem; illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur*; ex quo textu liquet, quòd si gratia fiat in favorem certæ personæ, & rea sit integra expiret per mortem concedentis: atqui dispensationes super impedimentis matrimonij, sunt gratiæ, quæ fiunt non ipsis executoribus earundem, sed certis aliis personis, seu ipsis Oratoribus, proinde expirant re integra per mortem concedentis. Tum quia dispensatio si non sit executioni mandata ante mortem concedentis, perinde se habet, ac si non fuisset facta, ut censuit Rota coram Durano *decis. 225 num. 7.* & docet Baldus *in c. fin. num. 3. v. sed pone de constit.* & Decius in *cap. Relatum. num. 22. v. & ista conclusio de offic. deleg.* Sed contra, quia textus in *d. c. si cui nulla* procedit de gratia facienda, non verò de gratia jam facta, siquidem procedit de potestate data alicui de providendo certæ personæ, ut obtineat beneficium vacaturum, ideóque rectè Pontifex ibi declarat, quòd re integra hujusmodi data potestas expiret per mortem concedentis.

Ad aliud, quod addebatur, gratiam non mandatam executioni per mortem concedentia perinde se habere, ac si facta non fuisset, respondetur, id verum esse de gratia facienda non verò de gratia jam facta, quia hæc quamvis nondum sit executioni mandata est tamen deducta ad esse: adeò ut per supervenientem mortem concedentis non possit fieri, ut non fuerit jam facta. Tum quia Oratores ex eo, quòd obtinuerint à Pontifice dispensationem, acquirunt jus ad executionem ejusdem dispensationis, ut Hieronymus Paulus optimè probat ex ipsa solutione componendæ, quæ supponit gratiam jam factam, & non faciendam, quia ex stylo Curiæ non fit hæc solutio componendæ nisi postquam Pontifex concessit dispensationem, si preces Oratorum veritate nitantur. Tum quia gratia, quæ continetur in dispensatione est certa, singularis, determinata, ac coarctata ad solos Oratores id autem sufficit, ut gratia sit facta non facienda; siquidem stante tali determinatione, ac singularitate est jam deducta in esse, pro quo fit solutio componendæ, adeò ut pro complemento tantùm exigat ipsam executionem faciendam ab Ordinario si preces veritate nitantur. Hoc idem etiam procedit, quando Pontifex mandat provideri alicui certo Clerico de certo beneficio vacante; gratia fit à Papa, & ejus executio ab eo, cui Papa injungit, ut conferat tale beneficium, quod vacat in tali ecclesia, tali clerico, quem nominat, ut etiam ex stylo Curiæ notat Hieronymus Paulus *in pract. Cancell. tit. declarat. super propon. seu voven. §. præstantissime doctor*, & docent Gatzia *de benefic. p. 6. c. 2. num. 300.* Rebuffus *in concord. rubric. de mandat. Apostol. §. 1. v. fuit pacificatus*, Gutieres *canon. quæst. c. 17. num. 5. lib. 2.* 130

Dices, Pontificem in hisce dispensationibus dare commissionem, & mandatum ad dispensandum, atqui mandatum expirat per mortem mandantis *l. mandatum C. mandati l. & quia §. de juridic. omn. Judic. c. Relatum de offic. deleg.* & ibi Glossa *v. contestata.* Sed contra quia in hisce dispensationibus non datur tantùm mandatum ad dispensandum, sed etiam conceditur gratia dispensationis, non enim mandatum est de dispensatione facienda, sed de sola executione dispensationis jam factæ: hoc autem mandatum de executione facienda non expirat per mortem mandantis, quia non stat per se, sed est accessorium gratiæ jam factæ; & de ratione accessorij est sequi conditionem sui principalis, seu gratiæ jam factæ, ut habetur in *c. si super gratia de offic. deleg. in 6.* 131

Neque inde sequitur, quod sine executione gratia sit imperfecta: siquidem aliud est gratiam esse imperfectam, & aliud eam non sortiri suum effectum: tametsi gratia nondum fuerit executioni mandata, adhuc tamen est perfecta per textus in *c. fin. de conceß. prabend.* & *c. si super gratia* 132

gratia de offic. deleg. in 6. ut etiam censuit Rota coram Pegnie *decis. 244. num. 17.* Quemobrem quando gratia jam facta suum non sortitur effectum, non dicitur imperfecta, sed tantùm inefficax.

133 Quæritur quadragesimò primò, an tot requirantur dispensationes, quot sunt impedimenta? Respondetur affirmativè, quia quando plura obstent alicui actui sublato uno, non tollitur alterum *l. si domus ff. de servit. urb. præd. c. Ex tuarum de author. & usu pallij. c. Pastoralis de privileg.* & fuit decisum à Rota coram Ludovisio *decis. 87. n. 8.* atqui plura impedimenta dirimentia obstent eidem matrimonio, seu actui, & contractui, proinde si dispensatio petatur, & impetretur super uno tantùm, adhuc alia impedimenta, super quibus non fuit petita, nec impetrata dispensatio, obstent, eidem contractui, qui non potest fieri, nisi omnia impedimenta obstantia sublata sint per dispensationem Pontificiam, adeò ut tot requirentur dispensationes, quot sunt impedimenta, ut docent Gonzales *ad regul. 8. Cancellariæ. Gloss. 13. n. 97.* Surdus *consil. 244. n. 4.* Tum quia concessio limitata ad unum non extenditur, ad aliud, siquidem non extenditur ultra id, quod exprimitur in concessione *l. statu liberum §. fictum ff. de leg. l. 1. §. si mulier ff. de liber. agnosc.* ergo ex eo, quòd Pontifex dispenset super uno impedimento dirimente, adhuc Oratores nequeunt matrimonium contrahere, si alia adsint impedimenta, nisi super ijsdem omnibus etiam obtineant dispensationem, adeò ut omnia impedimenta exprimantur in dispensatione Pontificia, quia dispensatio non extenditur ultra expresse, præsertim quando id ad quod extenditur, potest esse causa, si Pontifici innotuisset, quòd fortassis non dispensâsset super alio impedimento, ut si Oratores in supplicationa expressèrint tantùm impedimentum in quarto gradu consanguinitatis, & essent etiam alia impedimenta affinitatis in secundo, & consanguinitatis in secundo, & tertio: non enim ex eo, quòd Pontifex in suo rescripto exprimat quartum gradum, & super illo dispenset, sequitur, quòd etiam dispenset super alia impedimenta, super quibus rarò Pontifex dispenset, præsertim super secundo, & tertio gradu consanguinitatis, nisi sint personæ prænobiles, proinde tot expressæ requiruntur dispensationes, quot sunt impedimenta.

134 Dices concesso uno, conceduntur etiam omnia, sine quibus illud unum jam concessum non posset obtineri, neque executioni demandari *l. 2. ff. de jurisdic. omnium Judic. c. Præterea de offic. deleg.* alioqnin frustranee esset talis concessio, quæ non posset reduci ad actum: sed quando Pontifex dispenset super aliquo impedimento dirimente matrimonium, intendit, ut hæc dispensatio suum sortiatur effectum, et matrimonium contrahatur, & non posset suum sortiri effectum, nisi dispensaret super cæteris, sine quibus non potest expediri: proinde si quæ sunt alia impedimenta, censentur etiam dispensati à Pontifice. Sed contra quia quando Pontifex concedit dispensationem super aliquo impedimento, ejus concessio non est absoluta, & talis, ut debeat omnino sortiri suum effectum, sed est conditionata, nimirum *si preces veritate nitantur*, & Oratores non sint irretiti alio impedimento præter expressum in supplicatione, cujus examen propterea injungitur Ordinario, ad quem dirigitur executio dispensationis, qui si deprehendat alia adesse impedimenta non expressa in narratione, dispensatio est subreptitia. Neque obstat textus in *l. 2. ff. de jurisdic. omnium Judic. & in c. præterea de offic. deleg.* ubi dicitur, quòd concesso uno, conceduntur omnia, sine quibus non potest concessum obtineri. Nam id intelligitur de ijs, sine quibus non potest expediri concessum, si eidem sint ex natura rei connexa, cujusmodi sunt medie pro assecutione finis: tunc enim, qui concedit finem, concedit etiam media necessaria ad talem finem: unde præfati textus communiter intelliguntur tantùm de ijs, quæ ex natura rei concessæ sequuntur ut necessarie ob intrinsecam connexionem cum re ipsa concessa, & sunt extra illius exigentiam, cujusmodi sunt plura impedimenta simul concurrentia ad matrimonium contrahendum, non enim unum impedimentum est ex natura rei connexum cum alio, cùm possit unum seorsim ab alio existere.

Quando igitur concurrunt duo, vel plura 135 impedimenta in ordine ad matrimonium contrahendum, & Pontifex dispensat super uno expresso in narratione, non intendit dispensare super alio non expresso, quia hoc per accidens se habet ad expressum, & dispensatum, cùm haberi possit sine illo, unde cùm sint duo impedimenta separate, ac distinctè, licèt Pontifex dispenset super expresso in narratione, inde non sequitur dispensare super elijs non expressis. Neque obstat, quòd dispensatio super expresso non possit sortiri suum effectum, quia id per accidens se habet, eo quia impedimenta non expressa etiam ipse ponunt obicem. Tum quia ut dixi dispensatio Pontificis est conditionata, hoc est, si preces veritate nitantur, & non sint alia impedimenta præter expressum, non enim Pontifex absolutè intendit dispensare super toto, quod est necessarium pro executione dispensationis.

Quæritur quadragesimo secundò, quomodo 136 succurratur indemnitati Oratorum, ne executio dispensationis super impedimentis matrimonij retardetur ob defectum probationis ejusdem dispensationis? Respondetur cum Corredo *lib. 8. dispens. Apostol. c. 6.* juxta stylum Curiæ, & Cancellariæ pluribus modis tunc posse succurri indemnitati Oratorum, vel enim signata supplicatio deperditur, antequam registretur, & tunc solet fieri per viros probos fides, quòd viderint illam signatam, & tunc sufficit, si alia similis supplicatio porrigetur signanda Domino Datario, & elijs alia consimilis, in qua si qualitas materiæ exiget, potest etiam apponi eadem data, quæ erat in prima supplicatione, si de illa similis fides facta fuerit; & su-

per hac novâ supplicationa signanda, possunt litteræ expediri. Vel supplicatio amissa fuit post registrum, & tunc, ut possint litteræ expediri, sufficit illius transumptum authenticum ex registro supplicationum, quod datur cum subscriptionibus officialium ad id deputatorum, & cum consueto sigillo, sine quo non prodesset, ut notat Romanus *cons. 336. n. 5. v. caterum*, nec sufficit adhibere rescripti transumptum, quia si non probat ipsa originalis supplicatio signata exigens expeditionem litterarum, multò minus probat ejus transumptum extra Romanam curiam, unde debet esse transumptum authenticum ex registro supplicationum cum subscriptionibus Officialium, qui ad id sint deputati, & cum consueto sigillo.

137 Vel litteræ dispensationis sunt deperditæ antequam registrentur, & tunc super eadem supplicatione possunt aliæ litteræ expediri sub eadem data: & tunc quia officialibus deputatis pro expeditione semel fuit integrè satisfactum, parùm solet pro hac nova expeditione erogari, quod etiam servatur, quando litteræ post plurium officialium manuum appositionem à Dominis abbreviatoribus majoris præsidentiæ ob aliquam substantialem causam lacerantur, ac mandantur rescribi, tunc enim pro hac nova manuum appositione solvitur tantùm unus Julius cuilibet Capellano Officialium, qui ad id sunt deputati.

138 Vel Bulla deperditur, postquam fuit registrata, & tunc sumitur à registro Bullarum transumptū, quod plenè probat, sicut ipsa Bulla originalis, ut notat Butrius *cons. 2 n. 3. v. his non obstantibus*. Verùm tunc hoc transumptum tantùm sufficit in ipsa Romana Curia, quia extra illam non probat, quod etiam procedit de ipsa supplicatione, dato, quòd ipsa probet in casu, quo probari solet. Unde probatâ amissione litterarum gratia facta à Summo Pontifice non potest probari per testes, ut notant Felinus in *rubric. de constit. col. ult. post n. 6. v. tertius casus*. Mascardus *de probat. conclus. 743. n. 24.* Siquidem in Romana Rota probata amissione litterarum non admittitur probatio per testes, ut nec etiam in quocunque alio tribunali Romanæ Curiæ, ut notat Parisius *de resig. benefic. lib. 8. q. 2. n. 2.* Ratio est, quia in Palatio Apostolico duo dantur registra, unum supplicationum omnium expeditarum; & alterum litterarum, quapropter potest quisque facilè invenire suam gratiam, & extrahere transumptum supplicationum, vel litterarum; quod facilè potest inveniri, quamvis non ampliùs meminerit anni, idque ob peritiam officialium.

139 Quod si non solùm litteræ sint deperditæ, sed etiam earundem registrum, seu liber, in quo erant litteræ registratæ, tunc si possit reperiri supplicatio, super qua ipsæ litteræ fuerunt expeditæ, potest alia Bulla expediri. Quòd si supplicatio non ampliùs reperiatur, tunc sumitur transumptum ex registro supplicationum, super quo litteræ expediuntur. Quòd si omnia perierint, nimirùm Bulla expedita, liber registri, ac Bullarum illius temporis, ac supplicatio Originalis, quod tamen rarò contingit, tunc absque derogatione regulæ *De non judicando juxta formam supplicationis*, ad earundem probationem admittuntur testes, qui deponant, Bullam, Bullarúmque registrum, supplicationem, ac supplicationum registrum periisse ob fortuitum incendium, aut aliud infortunium; sed tunc testes debent deponere concludenter de tota substantia gratiæ cum suis qualitatibus, neque omnes tunc admittuntur in testes, sed ij, qui praxin habent de ijs, quæ concernunt litteras Apostolicas, & clausulas in ijsdem contentas, sintque propterea testes versati in Cancellaria Apostolica, & tunc eorum dictis adhibetur plena fides, sicut adhibetur ipsis litteris per textum in *l. sicut iniquum*, & ibi Glossa cum Bartolo *C. de fide instrument. l. testium in fin. C de testibus*, & docet Mandosius *regul. 27. q. 6. per tot.*

Modus verò in praxi frequentior succurrendi Oratoribus, quando litteræ dispensationis in totum expeditæ deperduntur, est, ut extrahatur earundem transumptum ex registro Bullarum, quod datur clausum, & sigillo munitum, ac præsentatur Auditori Cameræ Apostolicæ, vel alicui ex ejus Notarijs, qui transumptum ipsum aperit, & juxta illius tenorem expedit quasdam litteras, quæ de stylo Curiæ appellantur in forma *vidimus*, in quibus per extensum ponitur totus tenor litterarum deperditarum. & si in eo Notarius reperiat clausulas cæteratas, eas juxta stylum Cancellariæ Apostolicæ extendit, adeò ut nil prorsus desit formæ litterarum circa gratiam obtentam, & hujusmodi litteræ sufficiunt, perinde ac si ipsæ litteræ originales præsentarentur Executori. 140

Hoc idem etiam procedit, de quibuscunque alijs litteris Apostolicis sive deperditis, sive non; quia ad illarum probationem sufficit omnino transumptum, seu processus, cui inferuntur Ipsæ litteræ, dummodo postea constet de originalibus, si pars opponat, ut notat Garcia *de benefic. p. 6. c. 2. n. 12.* Et de hujusmodi transumpti validitate non dubitatur, quia habetur pro authentico, sunt enim litteræ insertæ collationatæ, adeò ut de verbo ad verbum sit legitimè facta exemplificatio; proinde transumptum tam in curia, quàm extra curiam, & per totum orbem habetur ut validum, ut notat Jason *in authent. si quis in aliquo C. de edend. num. 1. v. quadam*, & perinde hoc transumptum probat, ac si originale dictarum litterarum fuisset præsentatum, ut notat Glossa in *l. Chyrographus v. Tutores*, ubi Bartolus *ff. de administ. tutor.* & hæc est communis opinio, ut refert Mascardus *de probat. conclus. 711. num. 17.* Verùm id procedit de gratiis à summo Pontifice concessis, quia circa gratias, quæ conceduntur ab Ordinario, si litteræ sint deperditæ, adhuc probari possunt per testes, præsertim si gratiæ sint beneficiales: hinc sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres interrogata, quid juris de iis, qui præsentati, & instituti fuerunt, sed Bullis destituti, respondit eadem sacra Congregatio, sufficere, si aliunde legitimè con- 141

constet de tali institutione nisi instituti obligati fuissent expedire Bullas Apostolicas, quia tunc obstat Bulla Julij III. contre eos, qui possessionem adipiscuntur beneficiorum non acceptis litteris Apostolicis, ut notat Zerola *in praxi v, Bulla V. ad secundum.*

141 Quaeritur quadragesimo tertiò, en, quando affinites est contracta ex pluribus fornicationibus cum eadem consanguinea, necesse sit in narratione exprimere copulem fuisse multiplicatam, seu quoties contigerit fornicatio ad obtinendam dispensationem? Ratio dubitandi est, quia lex, & Princeps difficiliùs percunt bis; & etiam pluries peccanti, quàm semel tentùm delinquenti, quia si qnis tantùm semel delinqoat, id datur fragilitati humanæ, sed si pluries vitio; Tum quia peccate eò sunt graviora, quò diuturniore, ut liquet ex textu in *c. fin. in princ. de consuet. & c. non debet in fin. de consanguin. & affin.* ibi: *cùm diuturnitas temporum non minuat peccatum, sed augeat*, hinc iteranti negligentiam, seu peccatum difficiliùs subvenitur, ac indulgetur *l. nemo deinceps circa fin. C. de Episc. aud.* & ibi notat Bartol. & facit etiam textus in *c. hoc vestra in Glossa* 10. & *c. postulasti v. per ipsum textum de rescript.* ut notat Parisius *cons. 1. n. 70. vol. 1.* Tum quia delictum pluries iteratum graviùs punitur *l. Capitalium v quod si correctio ff. de pœn.* & *l. desertorem circa medium ff. de re milit.* Tum quia pluries iterans peccatum indignum se constituit ejus remissionis *c. qui recedit de pœnit. dist. 4.* proinde Oratores petentes dispensationem super impedimento affinitatis in ordine ad contrahendum matrimonium videntur debere exprimere quot vicibus contigerit fornicatio.

142 Nihilominus respondetur, oppositum servari in praxi, præsertim circa hujusmodi dispensationes matrimoniales, in his enim non est opus exprimere, quoties copula contigerit, sed sufficit, si mentio fiat affinitatis ejúsque gradus, unde sufficit tantùm narrare copulam in genere, ut quòd orator oratricem cognoverit, quia hoc impedimentum affinitatis non minus oritur ex copula pluries iterata, quàm ex eadem semel duntaxat habita, & hæc sententia conformis est stylo Curiæ. Hinc moris est, ut nullus nunquam id exprimat, nec quando petit dispensari super impedimento affinitatis ex copula conjugali exigitur à petente, ut numerum exprimat. Idque firmari etiam potest à peti, quia irregularis ex eo quòd excommunicatus celebraverit, non tenetur aperire, quoties celebraverit, ut docent Emanuel Sà in *sum. v. irregularitas.* Henriquez *lib. 13. de excommun. c. ult. n. 2. in comment. litt. M.* proinde nec erit necesse, ut Oratores exprimant, quot vicibus ipsa copula contigerit. Tum quia vel peccatum hoc contigit cum diversis consanguineis ejusdem fœminæ, vel cùm eadem consanguinea.

143 Si dicatur hoc secundum non contrahuntur plures affinitates, nec plures gradus ejusdem, sed tantùm repetuntur actus ejusdem speciei, perinde ac ex multiplici celebratione excommunicati non contrahuntur plures irregularitates, sed tantùm addontur novæ illæ actiones, quibus sufficienter contraheretur irregularitas, nisi esset jam contracta: sicut etiam ex multiplici ejusdem voti repetitione nullum novum vinculum oritur, ita etiam ex iterata copula cum eadem consanguinea ejusdem fœminæ non multiplicatur affinitas, sed tantùm superedduntur novæ actiones, quibus sufficienter contraheretur affinitas, nisi esset jam contracta per primam copulam. Sin verò dicatur primum, neque tunc contrahuntur diversæ species affinitatis, sed tantùm diversa numerò impedimenta intra eandem speciem, si consanguineæ suæ uxoris distent eodem gradu, proinde sufficit, si in genere petetur dispensatio super impedimento affinitatis in tali gradu. Quinimò si semel Orator impetraverit Pontificiem dispensationem in eodem gradu affinitatis, tamesi antequam Ordinarius exequatur Pontificiem dispensationem, iteret copulam cum eadem consanguinea fœminæ à se ducendæ, adhuc valet dispensatio, quia nondum consummata est dispensatio super impedimento affinitatis: & Ordinarius virtute mandati Apostolici debet dispensare, quia hoc posterius peccatum non auget affinitatem in ratione affinitatis simpliciter, neque producit novum aliquem ejus gradum, sed manet eadem affinitas, super qua Pontifex dispensat, & mandat executionem dispensationis Ordinario.

Quòd si Orator copulá iteret, postquam Ordinarius dispensavit, vel Confessarius, cui committitur executio dispensationis in foro conscientiæ, tunc quia prior affinitas jam esset per dispensationem ablata, contraheretur novum impedimentum affinitatis per hanc novam copulam. 144
Juvat observare, quòd si litteræ dispensationis fuerint obtentæ tantùm in foro conscientiæ per officium Sacræ Pœnitentiariæ super impedimento primi, aut secundi gradus ex actu fornicario occultè proveniente, si antequam Confessarius dispenset, copulam reiteret, adhuc potest ipse Confessarius exequi litteras dispensationis, quia tunc tantùm requiritur nova dispensatio super iterata copula, quando litteræ sunt impetratæ in utroque foro in forma pauperum, non ita si per officium Sacræ Pœnitentiariæ in foro conscientiæ tantùm, ut nec etiam si pro ijsdem litteris fuerunt solute consueta jura Officialium cum debita compositione in Dataria Apostolica; & id servari in praxi affirmat Corradus ex stylo Curiæ *lib. 8. dispens. Apostol. c. 1. n. 52.* ubi addit, contrarium nunquam fuisse observatum, nec decleretum per Sacram Congregationem Concilij Tridentini interpretem, cùm hæc Congregatio non se immisceat materijs sacræ Pœnitentiariæ, quæ habet suam specialem Congregationem, in qua deciduntur casus pro foro conscientiæ tantùm, & per hoc differt à sacra Congregatione Concilij, quia in hac deciduntur, quæ pertinent ad dispensationes matrimoniales pro utroque foro, & quæ ex præscripto ipsius Concilij diriguntur ad Ordinarios: cùm dispensationes, quæ dimanant à sacra Pœnitentiarie, dirigantur ad solos Confessarios pro foro conscientiæ.

Quæ-

145 Quæritur quadragesimo quartò, an super impedimento affinitatis ex actu fornicario viri cum consanguinea uxoris suæ post contractum matrimonium possit Episcopus dispensare? Id intereſt discriminis inter affinitatem, quæ contrahitur in gradu prohibito, antequam matrimonium contrahatur, & postquam est contractum; quia antequam contrahatur, impedit contrahendum; & postquam est contractum, illud non dirimit, sed tantùm prohibet petere debitum: & quia super impedimento affinitatis, antequam matrimonium contrahatur, Episcopus non potest dispensare, eò quia sit impedimentum dirimens, super quo solus Summus Pontifex dispensat, difficultas est, an possit Episcopus dispensare super eadem affinitate contracta post matrimonium initum.

146 Respondetur ex vigore juris non posse Episcopum dispensare super tali impedimento, quia oritur ex affinitate, in qua solus Papa dispensat juxta notorium Curiæ stylum, quapropter innumeræ propemodum porriguntur summo Pontifici supplicationes, pro hujusmodi dispensationibus impetrandis, & formam supplicationis exhibet Pyrrhus Corradus *lib. 8. dispens. Apostol. c. 1. n. 56.*, & est, quæ subjicitur: *Beatissime Pater. Exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris Francisci N. laici Neapolit. quòd alias, postquam dictus Orator matrimonium cum devota vestra Anna N. muliere etiam Neapol. per verba de præsenti, publicè servatâ formâ Concilij Tridentini, contraxerat, illúdque in facie ecclesiæ solemnizaverat, & carnali copula consummaverat, vesana libidine victus devotam vestram Joannam etiam N. dictæ Annæ sororem germanam, adhuc carnaliter cognovit, & ex ea prolem suscepit, quapropter coram Judice sæculari accusatus in quasdam pœnas, quas jam persolvit condemnatus fuit. Cum autem Pater Sancte, dictus Orator præmissa commisisse, plurimum doluerit, & doleat, & à similibus committendis abstinere, Deo dante firmiter proposuerit, & proponat, cupiátque propterea in matrimonio cum prædicta Anna, ut præfertur contracto remanere. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator præfatus, quatenus ejus statui in præmissis opportunè providendo, sibique specialem gratiam faciendo, ipsum Oratorem ab excommunicationis sententia, quam propter præmissa incurrit incestus reatu, & excessibus hujusmodi, in utroque foro absolvere, ac cum eodem Oratore, quòd affinitate ex præmissis proveniente hujusmodi non obstante in matrimonio prædicto cum præfata Anna ut præfertur contracto, remanere, debitúmque conjugale reddere, & petere licitè valeat, dispensare; prolem ex dicta Anna susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde, legitimam decernendo dignemini de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterísque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis, &c.*

147 Hæc autem supplicatio in prædicta forma tunc porrigitur, quando impedimentum est publicum, quia si fuerit occultum, sufficit, si ejus dispensatio petatur per officium sacræ Pœnitentiariæ, ad quam etiam passim recurritur pro hujusmodi dispensationibus obtinendis in foro conscientiæ; & tunc ab officio Pœnitentiariæ litteræ executoriæ dispensationis committuntur Confessario, qui, si ita est, sublata occasione recidivæ conversationis, absolvit pœnitentem ab occulto illo impedimento injunctâ eidem gravi pœnitentia salutari in sacramentali confessione, & declarat ipsum Oratorem posse perseverare in suo matrimonio inito, simúlque conjugale debitum reddere, imò & etiam licitè exigere: quòd si Orator cognovit matrem, vel propriam filiam, & intendat cum alia contrahere nullo sibi jure prohibita, tunc committitur ab officio sacræ Pœnitentiariæ Confessario, ut Oratorem ipsum ab hujusmodi incestibus, & excessibus absolvat, ut non obstantibus prædictis excessibus, seu incestibus possit matrimonium contrahere cum alia muliere, quæ sibi nullo jure sit in gradu consanguinitatis, vel affinitatis juncta, & injungitur Confessario, ut pro solo foro conscientiæ dispenset.

Verùm ex inolita consuetudine jam præ 148
scripta possunt Episcopi dispensare supra hujusmodi impedimentis, quæ contrahuntur, postquam matrimonium est initum, & prohibent, ne possit conjux criminis reus petere debitum; ut jam ferè communiter docent Canonistæ, præsertim si adsit periculum incontinentiæ, & conjuges non possint separari, quin reus criminis diffametur, nec recursus ad summum Pontificem sit facilis ob locorum distantiam, adeò ut si consideratis circumstantiis Episcopus conjiciat urgere necessitatem, possit dispensare, & ita docent Riccius in praxi *decis. 261.* Lopez *2. p. instruct. c. ult. §. porro.* Navar. in *manual. c. 22. n. 85.* Gomez in *Bulla cruciata. cas. 10. n. 58.* ratio est, quia urgente gravi necessitate, si non pateat recursus ad Pontificem, potest Episcopus interpretari voluntatem Pontificis, & dispensare, ut notant Gratianus *regul. 433. n. 8.* Lambertinus *de jure patronatus lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19 n. 2* Abbas in *c. at si clerici n. 9 de judic.* Felinus in *c. 1. col. 7. de constit.* Rebuffus in *prax. benefic. tit. de dispensat. ad plura beneficia n. 30. & seq.* Baldus in *l. Omnes populi n. 8. ff. de justit. & jur.*

Quinimò etiam non præscripta consuetu- 149
dine, si necessitas urgeat, potest Episcopus dispensare, quia urgente gravissima illa necessitate censetur lex cessare, quia hæc ordinatur ad bonum communitatis *c. erit autem dist. 4.* quando enim lex desinit esse bona, & potiùs fit perniciosa, tunc subintrat Epikeia, quòd non obliget, ut docet D. Thomas *1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 120. per tot.* Covarruvias in *4. p. 2. §. 9. lib. 8.* & alij communiter, quia quod ex natura sua ordinatur ad bonum commune non debet esse perniciosum, non enim est mens legislatoris tunc obligare, quando quod præcipitur ratione subjectæ materiæ incipit esse præjudiciale, quia si lex obligaret cum detrimento boni communis, non esset recta, sed in-

justa, proinde urgente hac gravissima necessitate potest inferior declarare, quòd lex superioris in talibus circumstantiis non obliget: & quando non potest dispensatio peti à summo Pontifice, eò quia ad ipsum non potest recursus, nec ad ejus Legatum, vel Nuntium ob locorum distantias, si immineat periculum incontinentiæ cum detrimento animæ, ac æternæ salutis, & conjuges non possint separari sine gravi læsione famæ, & publico scandalo, & cùm prolis jam susceptæ maximo detrimento, & impedimentum occultum matrimonium dirimeret jam contractum: in hoc casu urget gravissima necessitas dispensandi in lege superioris, seu declarandi in illis circumstantiis legem superioris non obligare, quia ut communiter docent, lex positiva, & humana non prævalet contra necessitatem, & in casu nostro urget hæc necessitas dispensandi; proinde potest Episcopus ex voluntate interpretativa Pontificis dispensare super tali impedimento contracto post matrimonium initum. Idque ex eo etiam firmari potest, quia quando concurrunt duo præcepta, majus extinguit minus, adeò ut si cum lege humana concurrat lex naturalis, hæc prævaleat, & minorem extinguat: atqui in casu nostro concurrit lex humana prohibens Episcopis dispensare super tali impedimento, & simul lex charitatis, quæ est lex naturalis obligans Episcopum ut pastorem ad subveniendum subdito in ea necessitate constituto: unde cùm non possit recurrere ad Pontificem pro remedio, ne hoc destituatur, lex charitatis obligat Episcopum ad dispensandum, & prævalet legi humanæ.

151 Præterea ex parte conjugum concurrit etiam jus tuendæ propriæ famæ, quod est naturale, ac proinde prævalet legi positivæ humanæ, quæ ab Episcopo tunc relaxatur, vel declaratur non obligare, quia tenetur Princeps procurare utilitatem subditorum *l. Imperialis. C. de nuptiis*, & *authent. quomodo oporteat.* quapropter Princeps non præsumitur habere voluntatem contrariam utilitati subditorum, quòd si eam haberet, irrationabilis esset, ac proinde inefficax, quia voluntas superioris debet regi à ratione, ut sit actus potestatis: omnis quippe potestas regi debet secundùm leges æternas; quòd si Pontifex nollet in ea urgente necessitate dispensationem concedi ab Episcopo, ejus voluntas esset contraria utilitati subditorum, & non respiceret bonum eorundem, sed detrimentum salutis, & esset causa scandali.

152 Quæritur quadragesimo quintò, an causa, ne mulier diffamata remaneat, & innupta sufficiat ad impetrandam dispensationem? Respondetur affirmativè, quinimò hæc est prima causa, ob quam peti solet ab Oratoribus dispensatio, ne scilicet Oratrix ex copula subsecuta diffamata, ac innupta remaneat, tunc enim ad succurrendum famæ Oratricis solet summus Pontifex dispensare, ut Oratori consanguineo possit nubere, eò quia difficulter alios fœminam sic corruptam, & diffamatam vellet in uxorem ducere, proinde pleraque sequerentur mala, si periculum aliàs esset incontinentiæ in fœmina: imò etiam cessaret bonum quod ex matrimonio oritur, confert enim matrimonium ad publicam utilitatem mediante propagatione prolis, cujus beneficio genus humanum conservatur, ut notat Jason in *l. veluti ff. de instit. & jur.* unde ne sequantur scandala ob incontinentiam mulieris innuptæ, & ne cesset bonum matrimonij, solet summus Pontifex dispensare ob causam, ne mulier diffamata, & innupta remaneat. Verùm tametsi hæc causa sufficiat pro impetranda dispensatione in gradibus remotis, tertio, & quarto, non tamen in Dataria hæc causa admittitur in propinquioribus gradibus primo, & secundo, nisi dicatur, quòd ipsa mulier non simpliciter diffamata, sed graviter diffamata remaneret, & Oratoribus vitæ periculum immineret: adjiciuntur hodie hæc verba ex decreto Pauli V. quia tunc causa magis urget in ordine ad impetrandam dispensationem. Ut etiam si ex denegata dispensatione timeantur scandala, quia sicut causa dispensandi, ne Oratrix diffamata innupta remaneat, videtur pertinere ad justitiam, qua consulitur famæ ac dignitati Oratricis: ita dispensatio ad impedienda scandala oritur ex charitate proximo debita: hinc scandala dicuntur facilè à rigore juris recedere *c. Ad aures*, & ibi Glossa in *v. scandala de tempor. ordin.* & docet Felinus in *c. nihil de præscript.* hinc ne sequantur scandala multa tolerantur, & permittuntur, quæ aliàs repellerentur, ac reprimerentur, ut notat Covarruvias *lib. 3. var. resol. c. 3.* & Parisius *de resignat. benefic. lib. 3 q. 18. n. 15.*

Hinc pro bono pacis inducendæ, & ad impedienda scandala præcepta juris relaxantur, 153 *c. si fortè*, ubi Glossa *dist. 3.* ait, teneri Principem scandalis obviare, ac propterea dare justam causam dispensandi in quovis casu, etiam prohibito, ut notat Ancharanus *cons. 339.* Neque est necesse, ut scandala existant tunc, cum petitur dispensatio, ac impetratur, vel impetratio executioni demandatur, sed satis est pro justa causa dispensandi, si hujusmodi scandala timeantur futura, ut etiam si timerentur gravia dissidia, perniciosa jurgia, inextinguibiles inimicitiæ, vel timeatur periculum fornicationis ob incontinentiam oratricis, vel ratione juventutis, ut notat Felinus *cons. 26. num. 19.* quem refert Sanchez *lib. 8 de matrim. disput. 19. num. 9.* ubi etiam *num. 10.* addit ad dispensationem obtinendam sufficere probabilem timorem inimicitiarum inter consanguineos, vel periculum incontinentiæ inter Oratores, per quod mulier ob contractam infamiam, nequeat competenter nubere sibi pari. Et id videtur etiam inferri ex clausula à Pontifice dispensationi inserta hisce verbis: *Nos igitur, qui salutem quærimus singulorum, ac scandalis quibuslibet, ne eveniant, quantum cum Domino possumus, libenter obviamus:* ubi Pontifex loquitur de futuris scandalis, quæ timerentur posse oriri, nisi matrimonium ab Oratoribus contraheretur: sicut enim Episcopus ad impedienda scandala potest impedire, ne matrimonium contrahatur, imò quamvis adsit solus timor futuri scandali, ut notat Abbas *in c. cum in tua de spons.* ita ad impedienda scan-

scandala, quæ timarentur futura, potast Pontifex dispensare super impedimantis matrimonij.

154 An verò, ut oratrix dicatur diffamata sufficiat suspicio, quòd rem habuerit cum Oratore? Respondetur, simplicem, ac nudam suspicionem non sufficere, nisi corroboretur eliis adminiculis, quia ad diffemationem incurrendam plures requiruntur suspiciones probandæ iuxta Glossam in *l. 2. §. atas ff. de excus. tut.* ubi plures requiruntur suspiciones, ut Oratrix remanaat diffamata, nisi matrimonium contrahatur cum Oratora, ab quia visa fuerit à plerisque cum eodem sola, in loco abdito, & inter ipsos intervenisse oscula, amplexus, consebulationes, ex quibus conjicitur, quod rem etiam inter se hebuerint, ut notat Glosse in *l. quod ait. ff. ad leg. Jul. de adult.* ubi Glosse ait: ex præcedentibus indiciis inferri argumentum scelaris, ut etiam probant Coverruvias *4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. num. 3.* Mascardus *de probat. conclus. 57. n. 5.* Bursatus *cons. 218. n. 3.* Juvat observare, quòd tametsi ex tali incestu oriatur impedimentum, cujus dispensatio est reserveta Pontifici, non tamen absolutio ab incestu est Pontifici reserveta ac propterea nisi reservetur eb Episcopo potest quilibet inferior confessarius dummodo sit ex approbatis absolvere Oratores: quia verò hæc absolutio petitur causâ matrimonij contrahendi mediante dispansetione Apostolica, & non dispensetur cum ipsis, nisi priùs fuerint absoluti ab incestu, ideo stylus Curiæ est, ut in supplicatione petatur absolutio, & in litteris dispensetionis committatur, quapropter per signaturam supplicationis Papa totum negotium ad se avocat, ligátque propterea manus inferiorum *argum. text. in c. ut nostrum de appell.* hoc idem etiam contingit quando is, cui confertur beneficium à Pontifice indigat aliqua dispensetione, non potest tunc Episcopus cum eo quoad tale beneficium dispensare, ut notat Gonzeles in *regul. 8. Cancellar. Gloss. 52. num. 22. V. Imò stylus*, & Abbas in *c. postulâsti num. 10 de cler. Ordin.*

155 Quinimò etiam ipsa sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres pluries declaravit, expressionem hujusmodi incastus esse ita necessariam in narrationa, ut non expressâ dispensatio sit subreptitia: imò stylus Romanæ Curiæ est, ut in supplicationa pro dispensatione cum incestuosis, ubi agitur de matrimonio contrehando, si Oratoras rem simul habuerint non obstanta consenguinitate petatur absolutio à sententia excommunicationis, quam Oratores incurrerunt; quamvis in litteris dispensetionis expediendis super ipsa supplicationa non detur absolutio à dicta santantia excommunicationis, sad tantùm ab incestu, licèt absolutio dictæ axcommunicationis posset etiam dari in ipsis litteris: ratio ast, quia potast contingare, quòd Oratores ob hujusmodi incestum reperiantur excommunicati per aliquam constitutionem synodalem ab Ordinario promulgatam, sive per illius casus in Diœcesana synodo reservatos: siquidem potast Ordinarius eos in pœnam peccati excommunicare, quia de jure incastuosi sunt excommunicandi, quapropter sola supplicationis signatura videtur sufficere pro absolutiona ab hujusmodi axcommunicatione contracta propter talem incestum.

Est tamen necessariò danda hæc absolutio à sententia excommunicationis in litteris ubi Oratores patunt, secum dispenseri super impedimantis primi, & secundi gradus cum copula secute, aut illius suspicione, & tunc litteræ expediuntur par Breve sub ennulo piscatoris: siquidam per constitutionem Gregorij XIV. emanatem anno 1590. contra incestuosos adjectæ fuerunt pluras pœnæ, & præsertim pœne excommunicationis; & Pontifex statuit, ut deinceps super primi, aut secundi tantùm consenguinitatis, aut affinitatis graduum etiem mixtorũ impedimentis cum quibusvis personis, neq; impostetum contrahendis, ubi carnalis copula cum spe, vel absq; spe obtinendæ dispansationis, etiam prole suscepta, vel diffematio copulæ intervenerit, neque pro tampore contractis etiam scandalorum, & inimicitiarum, aut quovis alio prætextu, neque etiam cessantibus circumstantiis supra dictis, nisi cum megnis Principibus, & ex causis urgentibus, & publicis à Concilio Tridantino *sess. 24. de refor. matrim. c. 5. admissis* in contrahandis hujusmodi matrimoniis nullo modo nac ipse, nac successores dispensent: quod tamen intalligitur, nisi contrarium expressè in dictis dispensationibus exprimetur: quinimò Gregorius XIV. in aadem constitutione districtè præcipit, & interdicit etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suæ indignationis, ne aliquis cujuscunque status, gradus, Ordinis, & dignitatis etiam regiæ, vel imperialis summo Pontifici, vel ejus Ministris pro hujusmodi dispensationibus obtinendis, quomodolibet intercedat, eò quia absolutè erit repulsam passurus. 156

Rursus præcipit etiam Ordinarijs locorum in virtute sanctæ obedientiæ, ut contra hujusmodi incestuosos tam viros, quàm mulieres, cujuscunque sint statûs, gradûs, dignitatis, ordinis, ac conditionis procedant juxta decreta sacrorum canonum, & ipsos declarent excommunicatos, ac ijsdem prohibeant ingressum ecclesiæ, graviter puniant; & si matrimonia contraxerint, dirimant, ac irrita declarent, & conjuges ab invicem separent: & hæc omnia juxta stylum Curiæ inseruntur litteris dispensetionum, quæ per Breve expediuntur, in quibus committuntur Ordinario, seu Vicario, ut ipsos Oratores non solùm à reatu incestus, & hujusmodi axcessibus, verùm etiam à vinculis axcommunicationis, & aliarum censurarum, pœnísque ecclesiasticis; ac temporalibus tam à jure, quàm ab homine contra incestuosos promulgatis absolvat ipsos Oratores, cùm ipsi ob incestum hujusmodi pœnas incurrarint. Verùm id hodie non servatur in dispensetionibus super gradibus remotioribus, ut si Oratores, qui se ipsos carnaliter cognoverunt cùm spe obtinendæ dispansationis pro matrimonio contrahendo distent in quarto, & tertio gradu con- 157

consanguinitatis, quia cum istis non proceditur tam rigidè, sicut cum alijs in primo, & secundo gradu.

158 Quæritur quadragesimo sextò, an Pontifex possit dispensare in primo gradu affinitatis in linea recta ex copula illicita? Respondetur, hanc quæstionem dependere ab illa alia, an ex primo gradu affinitatis in linea recta oriatur impedimentum, quod jure naturæ matrimonium dirimat, vel tantùm jure ecclesiastico. Quamvis non desint, qui censeant, primum gradum affinitatis in linea recta dirimere matrimonium de jure naturæ, inter quos Estius in *4. dist. 41.* Sylvius in *supplement. ad 3. p. q. 55. art. 1. conclus. 3.* Zanardus *1. p. director. c. 25. de matrim. §. 6.* Zechius *de sacrament. c. 8. de matrim. propos. 2.* & alij quos citat Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 66. n. 6.* communior tamen, & verior sententia est, primum gradum affinitatis in linea recta nonnisi de jure ecclesiastico dirimere matrimonium, proinde Pontificem posse dispensare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ ex copula illicita. Quòd tantùm de jure ecclesiastico dirimat matrimonium, docent D. Thomas *2. 2. q. 154. art. 9. ad 3.* & ibi Cajetanus, Petrus Ledesma *de matrim. q. 55. art. 6. circa prim. stat. affin. difficult. 2. conclus. 1.* Pasqual. *quæstionum moral q. 255. n. 2.* Alensis *p. 2. sum. q. 169. memb. 2.* & *p. 3. q. 27. memb. 8. art. 3. §. 2.* Gabriel in *4. dist. 41. q. unic. art. 3. dub. 3.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 66. n. 9.* Bonacina *de sacrament. q. 3. de matrim. punct. 12. n. 7.* Mæratius *tom. 3. sum. disp. 9. de matrim. sect. 13. n. 4.* & communiter Theologi, & Canonistæ, & desumitur ex Concilio Aurelianensi III. *c. 7.* ubi declaratur, matrimonia infidelium venientium ad fidem catholicam contracta in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, non esse dissolvenda, ergo quia jure naturæ sunt valida, alioquin si nulla essent, Concilium non præcepisset, ut non dissolverentur. Hinc Caramuel *lib. 2. theolog. moral. n. 592.* adfert exempla, quibus summi Pontifices in hoc primo gradu affinitatis lineæ rectæ dispensârunt, & cùm simus in materia pertinente ad mores, non potest dici, summos Pontifices erràsse, & eorum dispensationem fuisse nullius valoris.

159 Quòd si affinitas in primo gradu lineæ rectæ tantùm de jure ecclesiastico dirimit matrimonium, cùm Pontifex possit in jure ecclesiastico dispensare, ut quilibet Legislator in sua lege, sequitur, quòd validè possit dispensare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, & à fortiori, si hoc impedimentum oriatur ex copula illicita, & fornicaria; quia vel ex hac copula non oritur affinitas de jure naturali, ut censent Henriquez *lib. 12. summa. cap. 1. n. 2.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 65. num. 9.* Navarrus *consil. 7. de sponsal. lib. 4.* præsertim quia à jure civili non agnoscitur alia affinitas, nisi quæ supponit nuptias *l. non facile §. sciendum est, & §. affines ff. de gradibus & affin.* Vel si ex copula illicita oritur affinitas, est faciliùs dispensabilis, & à sacra Pœnitentiaria faciliùs dispensatur, ut observat Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 66. num. 3.* eo quia non sit affinitas legalis; neque in foro externo exhibeat speciem affinitatis. Idque etiam procedit inter eos, qui matrimonium contraxerunt, dummodo copula illicita matrimonium præcesserit, & post matrimonium non sit sequuta alia copula, quia affinitas non oritur ex matrimonio sine copula, sed ex copula, ut declaravit Pius V. in sua constitutione, cui initium est *ad Romanum:* & sacra Congregatio *ad cap. 3. de reform. matrim. sess. 24. Concilij Tridentini.* cujus declaratio est: *Ex matrimonio per verba de præsenti non sequuta copula non oritur affinitas, sed publica honestas usque ad quartum gradum per Pium V.* Hinc copula illicita, quæ præcessit matrimonium quoad affinitatem manet in illo statu, ut etiam affinitas, in quo fuisset, si matrimonium non fuisset contractum.

Ex suppositione igitur, quòd affinitas in 160
primo gradu lineæ rectæ proveniens ex copula illicita non sit de jure divino; sed tantùm ecclesiastico nulli potest esse dubium, quin possit summus Pontifex super hoc impedimento affinitatis dispensare; cum quilibet legislator possit dispensare in sua lege, si justa subsit causa. Hinc summus Pontifex potest licitè, ac honestè dispensare, si urgens adsit causa; qualis esset, si copula præcessisset cum susceptione liberorum: ut docent Molfesius *part. 1. summa tract. 4. c. 12. n. 30.* Reginaldus *lib. 31. praxis fori pœniten. c. 26. n. 196.* Pasqualigus *qq. moral. Juris. quæst. 256.* Covarr. *decret. part. 2. c. 6. §. 10. n. 13.* Ratio itidem ex eo desumitur, quia tunc lex est capax dispensationis, quando in aliquo casu particulari impedit, quod est melius, ut sit, quàm quòd non sit, vel inducit aliquod malum, ut docet D. Thomas *1. 2. quæst. 97. art. 4. in corpore:* atqui ex suppositione, quòd præcesserit copula cum susceptione liberorum, servare legem ecclesiasticam de impedimento orto ex affinitate in primo gradu lineæ rectæ, impedit, quod melius est, seu recuperationem honoris fœminæ, prolis legitimationem, familiæ propagationem, & conservationem: rursus induceret malum, seu periculum incontinentiæ, jacturam proprij honoris, notam infamiæ in prole suscepta: unde ex utroque capite lex ecclesiastica admittit dispensationem super impedimento affinitatis etiam in primo gradu lineæ rectæ orto ex copula illicita præcedente cum prolis susceptione. Imò non solùm tunc dispensatio cohonestatur, eo quia promoveat plura bona, & impediat plura mala; verùm etiam videtur quodammodo debita; eò quia casus sit extra scopum, ac finem legis, quæ nisi dispensaretur, non posset suum assequi finem, seu promovere bonum, ac impedire malum.

Quæritur quadragesimo septimò, an abdu- 161
ctio puellæ ad finem eam collocandi in matrimonium invehat impedimentum indigens dispensatione, si talis finis non fuit manifestatus puellæ, antequam abduceretur, tametsi postea liberè consentiat matrimonio; nec ejus parentibus

tibus species facti esset, si Lucretia cogitans, quòd multum adferret commodi, ac utilitatis propriæ domui, si Catharina filia Barbaræ consanguineæ Lucretiæ in tertio gradu nuberet filio ejusdem Lucretiæ, suadet Barbaræ, quatenus velit permittere, ut mutandi aëris salubrioris causâ, & laxationis animi gratiâ possit secum Catharinam ejus filiam ducere in suburbanam villa: annuit Barbara mater Catharinæ petitioni Lucretiæ ejus consanguineæ. Verùm dum ibi Catharina moratur, blanditijs à Lucretia pellicitur, eique significat amorem proprij filij, cui puella abducta impetratâ priùs dispensatione super impedimento consanguinitatis liberè nupsit; sed quia nulla facta fuit in dispensatione mentio abductionis, videtur hæc subreptitia, ac propterea matrimonium irritum.

162 Sed respondetur, hujusmodi abductionem nullum inducere impedimentum exigens dispensationem; proinde dispensationem super impedimento consanguinitatis validam esse, quamvis nulla facta fuerit in ipsa mentio abductionis. Ratio est, quia si abductio hæc descripta in specie facti inveheret aliquod impedimentum, maximè quia esset species raptûs, neque enim potest reduci ad aliud impedimentum: atqui talis abductio non est raptus; nec propterea potest inducere impedimentum raptûs. Quod talis abductio non fuerit raptus, ex eo liquet; quia ad raptum quatuor requiruntur conditiones, ut docent communiter Doctores; prima est, ut adsit violentia, quâ puella vi rapiatur: Secunda, & raptus fiat causa libidinis: tertia, ut puella sit traducta de loco ad locum: quarta, ut puella fuerit honestæ vitæ: atqui in abductione puellæ prima, & secunda conditio desunt: proinde hæc abductio non est raptus, nec ullum inducit impedimentum exigens dispensationem: hinc errant, qui putant esse raptum, quando puella, sub nullius potestate constituta volens abducitur, ut censent Abbas *c. penul, n. 4. de raptor.* & ibi: *Anania n. 4. vers. in Glos. 2.* Bossius *pract. tit. de raptu mulierum num 16.* Bonifacius de Vitalinis *tract. de maleficijs tit. de raptoribus n. 2.* & & alij ea innitentes ratione, quia fœmina semel quòd libidinis causâ ducitur de uno in alterum locum, sive hæc consentiat, sive non, semper raptus committitur, eò quia decipitur. Quod tamen aberrat à vero, quia rapere ex vi propriæ significationis importat cum vi, & impetu aliquid auferre, ut liquet *ex l. 3. vers. Non solum ff. de incendio ruina.* ibi: *aliud autem est rapi, aliud amoveri palam, siquidem amoveri aliquid etiam sine vi potest. Rapi autem sine vi non potest.* Præterea falsum est, quòd puella consentiens dicatur rapi, quia volenti, & consentienti non fit injuria, neque dolus *l. nemo videtur ff. de regul. juris*: hinc D. Thomas *2. 2. quæst. 154. art. 7.* expressè docet, ad raptum requiri necessariò violentiam: & quoties adest voluntas spontanea, & consensus puellæ, nulla fit violentia, quia hæc supponit renitentiam in eo, qui vim patitur: & in hac abductione nulla apparet violentia; cum puella, & ejus mater, sub cujus est cura, supponantur assentiri; proinde nulla adest ratio raptus.

Si dicas, puellam fuisse abductam, & qui- 163 dem inscium ad hunc finem, ut nuberet filio Lucretiæ abducentis, proinde fuisse deceptam, & in hac abductione intervenire dolum, qui æquiparatur raptui *l. unic. §. oportet C. de rap. Virg.* ibi: *nisi odiosis artibus circumvenerit.* Contra est, quia hoc non inducit violentiam, nec raptum propriè, quod sit impedimentum dirimens, ut notant Zipæus *in Analit. jur. lib. 4. tit. de sponsal. num 24.* Molfesius *part. 1. sum. tract. 4. c. 11. num. 21.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 13. num. 12.* Neque obstat textus *in l. unic. §. oportet*: quia ibi fit specialis extensio pœnarum ad alium casum, quæ extensio non habet locum pro impedimento dirimente, quia hæc extensio non fit à Concilio Tridentino: & dispositio legis pœnalis, qualis est, quæ irritat matrimonium, non debet extendi ultra raptum propriè dictum: lex enim pœnalis est strictæ interpretationis; proinde in hac materia dolus non debet æqoiparari raptui propriè sompto, quoad pœnam impedimenti dirimentis matrimonium: cum abductio non sit propriè raptus, eo quia excludat violentiam; non debet secum trahere pœnam annexam raptui.

Neque dolus in hac specie facti, & abdu- 164 ctione potest æquiparari raptui; quia cum raptus includat essentialiter violentiam, deberet dolus, qui intervenit in hac abductione æquivalere violentiæ, ut notat Gutierez *de matrim. cap. 56. n. 15. in fin.* hæc autem æquivalentia nequit in hac specie facti locum habere; cum nihil falsum actum sit; quia puella libens, & consentiens fuit in suburbanam villam suæ consanguineæ profecta; & ejus mater etiam liberè consensit, ut beneficio liberioris, ac salubrioris aëris pristinæ restitueretur sanitati; unde hæc abductio non vitiosus fuit raptus, sed laudabile charitatis exercitium. Neque abducens habuit in animo lædere libertatem puellæ quoad matrimonium ineundum, sed tantum ei proponere amorem, quo à suo filio prosequebatur, & exhibere matrimonium, si ipsi placuisset: ex quo nulla apparet læsio libertatis, quam faciliùs ex præsentia matris renitentis fuisset passa.

Præterea textus *in l. unic.* extendit tantùm 165 pœnas raptoris ad abducentem dolo malo, ac inducentem ad discessum contrarium honestati mulieris, quique contineat turpitudinem, idque claret ex verbis textûs ibi: *nisi enim illam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantû dedecus se se prodere.* Hæc postrema verba in tantum dedecus se se prodere nequeunt adaptari præsenti speciei facti, quia puella abducta nullum fuit ex illa abductione, & matrimonio dedecus passa, nec ullam subiit ignominiæ notam. Demum præfata lex *unica C. de raptu. Virginis* tantùm ponit dolosam abductionem ijsdem pœnis, quibus punitur raptus, non quia dolosa abductio propriè sit raptus; sed quia licèt sit alia species delicti, lex tamen vult ijsdem pœnis puniri, ex quo

quo non sequitur, esse idem delictum; cum plura specificè diversa delicta puniantur eadem pœna capitis. Plerisque in locis furtum iteratum in re gravi punitur pœnâ capitis, perinde ac homicidium; & tamen quis dicat, furtum esse speciem homicidij, ac poni sub ejus dispositione? ita quamvis dolosa abductio puniatur ijsdem pœnis, quibus punitur raptus; non tamen inde sequitur *ex d. l. unica* poni sub dispositione de raptu quoad impedimentum dirimens matrimonium. Tum quia lex civilis *in d. l. unica C. de rapt. Virginu* non potest disponere circa impedimenta dirimentia matrimonium, cum hoc sit sacramentum: consequenter neque potest hoc statuere quoad dolosam abductionem.

166 Dices, ex eo quòd lex civilis æquiparet dolosam abductionem raptui, dispositionem postea Concilij Tridentini extendere impedimentum raptûs ad ipsam abductionem ratione æquiparationis juxta regulam, quod dispositum in uno ex æquiparatis sit etiam dispositum in alio *l. 1. ff. de leg. 1.* & notat Glossa in *l. si quis servo C. de furt.* & docent Berojus *cons. 27 n. 3. lib. 1.* Parisius *consil. 32. num. 42. lib. 2.* sed contra, quia lex civilis non æquiparat dolosam abductionem raptui; sed tantùm pœnas raptûs extendit ad hanc dolosam abductionem; ut ad aliam speciem delicti; perinde ac pœnam mortis annexam homicidio jus civile extendit ad furtum pluries iteratum, & ad alia delicta; ex hoc autem, quòd pœnæ inflictæ propter raptum, etiam infligantur propter dolosam abductionem; inde non sequitur, dolosam abductionem æquiparari raptui; alioquin delicta omnia, quibus est imposita eadem pœna mortis, vel exilij, aut confiscationis bonorum essent æquiparata, quod nemo dixerit. Tunc abductio æquiparatur raptui, quando fit cum animo deliberato rapiendi; & raptor utitur abductione ut medio ad raptûs executionem; in hac autem specie facti, abductio non fuit assumpta ut medium ad executionem raptûs; proinde nequit abductio æquiparari raptui.

167 Addendum est, quòd regula illa *ex æquiparatis, quod disponitur de uno censetur etiam dispositum de alio*, tunc procedit quando æquiparatio, & dispositio reperitur in eodem jure sive illud sit canonicum, sive civile: non ita si una dispositio reperiatur in jure civili, & altera in jure canonico: in casu autem nostro raptus, & dolosa abductio æquiparantur in jure civili: quòd verò raptus sit impedimentum dirimens matrimonium disponitur in jure, non civili, sed ecclesiastico: cum igitur dispositio, quâ raptus, & dolosa abductio æquiparantur, sit tantùm in jure civili; & dispositio, quâ raptus sit impedimentum dirimens matrimonium, sit in jure canonico, non potest dispositum in uno ex æquiparatis censeri dispositum in altero. Ratio est quia eatenus dispositum de uno comprehendit etiam aliud ex æquiparatis quatenus ambo se habent per modum unius in ordine ad unam eandémque dispositionem; quæ non habetur, quando æquiparata sunt in diversis juribus; cum sit jus, quod æquiparat, & dat unitatem, æquiparata tantùm se possunt habere per modum unius in ordine ad dispositionem canonicam, ad quam pertinent matrimonij impedimenta; quæ autem æquiparantur in jure civili non se habent per modum unius in ordine ad dispositionem canonicam; quia æquiparata in jure civili non accipiunt unitatem à jure canonico.

Præterea dato etiam, & non concesso quòd raptus, & dolosa abductio æquiparentur; adhuc nil posset inferri contra nostram assertionem: quia tunc solùm dispositum de uno est etiam dispositum de alio ex æquiparatis, quando æquiparatio est facta à lege, & est æquiparatio universalis per modum regulæ dirigentis: non ita quando æquiparatio est solùm de aliquo particulari, ut docent Farinacius *part. 1. fragmen. verbo extensio num. 205.* Lanfranch. *in Repet. l. si verò §. de viro ff. solut. matrim.* Alexand. *in l. Gallus §. est quid si tantum super* Glossa *verb. mancipatus ff. liber & posth.* Craveta *de antiquo tempore part. 4. §. 1. num. 135.* Rota coram Seraphino *decis. 288. num. 1.* Ratio ex eo petitur, quia quando in aliquo tantùm particulari fit æquiparatio, æquiparata non se habent per modum unius, siquidem in eo, in quo non æquiparantur sunt diversa, & se habent per modum plurium: & in citata *l. unic. C. de Virg.* raptus, & dolosa abductio non æquiparantur universaliter, & absolutè in omnibus, sed tantùm in casu particulari, seu in dispositione illius legis, & etiam ex suppositione, quòd dolosa abductio fit ex animo rapiendi; proinde quod disponitur de raptu in ordine ad dirimendum matrimonium, non censetur dispositum de dolosa abductione. Superest etiam addendum, quod raptus tantùm inter raptorem, & raptam impedit, ac dirimit matrimonium ex Synodo Tridentina *sess. 24. c. 6. de matrim.* & filius Lucretiæ non abduxit filiam Barbaræ, ut liquet ex specie facti; proinde impetrata dispensatione super solo impedimento consanguinitatis matrimonium est validum: quia simplex adductio, cui puella assentitur non est raptus, de cujus ratione est violentia, non conniventia, qua puella connivet abductioni. 168

Quæritur quadragesimo octavò, an valida sit dispensatio in qua circa causam plus exprimitur, quàm fuerit narratum in supplicatione? Tametsi Pontifex soleat in dispensatione apponere eandem causam, seu impedimentum, quod fuit expressum in supplicatione, & etiam adjicere clausulam conditionalem: *Si preces veritate nitantur:* attamen potest contingere, quod eadem causa in dispensatione exprimatur gravior quoad circumstantias, quàm fuerit narrata in supplicatione; ut si suspicio copulæ major exprimatur in dispensatione, quàm fuerit narrata in supplicatione. Respondetur, talem dispensationem adhuc suum sortiri valorem; ratio ex eo petitur, quia dispensatio dependet ex voluntate dispensantis, qui non movetur ad dispensandum ex eo, quod exprimitur in ipsis litteris dispensationis: siquidem Pontifex eas 169

non

non legit, & supponit in Cancelleria ita scribi, ut eedem ceuse, quæ proponitur in supplicatione, exprimetur in litteris dispensationis: movetur igitur Pontifex ed dispensendum, ex ipsa eense, quæ exprimitur in supplicatione, & cujus haber notitiam: ex eadem ceuse ibi nerreta format Pontifex gretiosam voluntetem dispensendi super tali impedimento in nerrete causa.

170 Quòd verò dispensetio dependeat à voluntate Pontificis hebite sole notitia ceusæ expressæ in supplicetione ex eo liquet, quie gratie dispensetionie, quoed substantiem perficitur ante expeditionem litterarum; ideo enim litteræ expediuntur, quie grerie est concessa, adeò ut eedem gratia, quæ voce, vel nutu, vel alio signo est concessa, postee scriberetur, ur suem obtineat firmitarem, ec fidem: hinc gratie, seu dispensetio dicitur perfici voluntete, & rescripto, ut habetur *in clement. dudum §. nos etenim de sepultur.* ibi: *Universa privilegia, gratias, indulgentias verbo, seu scripto sub quacunque forma*: ex quo textu liquet, dispensationem perfici voluntete, verbo, vel quovie alio signo sensibili, expressivo animi dispensantis, ut etiam notat Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. Gloss. 12. num. 4.*

171 Verùm quia voluntas, quemdiu intus mente latet, nil exteriùs operatur *l. si repetendi C. de condit. ob caus.* ideo non censetur expressa, nisi exteriùs per signe sensibilia exprimatur: & quia hæc signe sunt litteræ dispensetionis, ideò dicitur dispensatio perfici voluntate, & rescripto, quetenus rescriptum exhibet sensui voluntatem concedentis, ed quem se hebet consecutivè, ut asseruit Rote *decis. 518 num 3. p. r.* cùm igitur voluntas dispensandi præcedat ipsem expeditionem litterarum nullum Pontifex ex iisdem litteris desumit motivum ed concedendam dispensationem, sed tote ceuse, cur dispenset, ell, quæ exprimitur in supplicatione, quem Pontifex legit, & stante tali cause format gretiosem voluntatem concedendi quod petitur, proinde dispensetio sortitur suum velorem, tametsi in litteris dispensationis ceuse exprimatur grevior, quèm fueret expresse in supplicatione. Tum quie moris est in Romana curia, ut refert Hieronymus Paulus *in pract. Cancellar. tit. declaratio super propon. ver. ubi Papa concedit gratiam* ut omnes supplicationes reducantur ad certas formulas, eum quibus litteræ postee expediuntur, idque ne tot multiplicentur formulæ, quot sunt supplicationes; quod contingeret, si cuilibet supplicationi deberet de verbo ad verbum formule correspondere. Ad hoc incommodum declinendum habentur in Dataria formulæ proportionatæ juxta singulas causas substantialiter diversas; & hæ formulæ explicantes in communi causas illas, comprehendunt sub se causas omnes particulares, quæ sub teli ceusa continentur, tametsi inter se differant accidentaliter secundùm megis, & minus: dummodo species non varietur, quie causæ, quæ differunt specificè semper exprimuntur in sua specie; non ita quando in eedem specie causa plus minùsve advehit gravitatis. Hinc in omnibus illis ca-

sibus, in quibus substantia causæ procedit, habetur eadem dispensatio ex eodem motivo, & illæ circumstantiæ megis, vel minùs aggrevantes comprehenduntur sub eedem ceuse explicata in formula per inclusionem, ut notent Tirequel. in *l. si unquam V. libertis n. 45. C. de revoc. donat.* Alexander *conf. 65. n. 3. lib. 5.* Surdus *decis. 276. n. 8.*

Quemobrem eedem causæ, quæ movet voluntatem Pontificis ed dispensendum, movet etiam eandem ed dispensendú in tali ceusa, licèt ob circumstantias sit minùe grevis, quàm exprimetur in litteris dispensationis juxta communem formulem. Quòd si dicas ex *regula 27. Cancellar.* judicium non esse formendum juxta formem supplicetionis, sed juxta litteres expedites. Respondetur, id verum esse, si ceuse in litteris expeditia sit substentieliter diverse eb ea, quæ exprimitur in forme supplicationis: non ite quendo cense non est substentialiter diverse, ut in præsenti specie facti: quia tunc judicatur juxta formem litterarum, in quibus continetur eedem cause substantialis dispensetionis, & tantùm ratione consuetæ formulæ accidentaliter alterata: hæc enim alteretio non præjudicet, quie formulæ litterarum innotescunt Pontifici concedenti dispensetionem juxte censem expressam in supplicatione, quamvie sciat in litterie dispensetionis juxte consuetem formulam non exprimi de verbo ed verbum causam narretem in supplicetione. 172

Cùm igitur Pontifex legerit supplicationem sibi exhibitem eb Oratoribus, causem examinaverit, gratiam concesserit, & supplicationem subscripserit, ec Officieles Dateriæ eam revideriat, ideo quoed has dispensationes megia attendenda est supplicatio à Pontifice subscripte, quàm ipsæ litteræ expeditionis, cùm istæ extrahantur ab ipse supplicetione à Pontifice subscripta, ut censet Rota *decis. 75. num. 6. p. 1. coram Veral. & decis. 255. num. 8. coram Cavalero*, & docet etiam Rebuffus *in prax. tit. de refor. & correct. Bull. num 2.* antequam enim litteræ sint expeditæ supplicetio à Pontifice subscripta est regula, juxta quam litteræ expediantur in tali formula, adeò ut sit supplicatio ita à Pontifice subscripte veluti matrix, ex qua extrahuntur litteræ expeditionis, ut observet Rote coram Seraphino *in Aretina commenda 10. Januarij 1697.* hinc si formulæ litterarum in aliquo accidentali videantur discrepare à ceula expresse in supplicatione subscripte per Pepam, & revisa, ac examinete per Officiales Dateriæ, sunt interpretendæ juxta expressa in supplicatione, & ite in Romane Curia ed praxin deducitur. 173

Quæritur quadragesimo nonò, en in dispensatione matrimonij inter consenguineos, & effines sit faciende mentio copulæ, si hæc inter ipsos Oretores præcesserit? Juvat observare hanc copulem posse diversis contingere temporibus. Primò antequam Pontifex dispensetionem concedet. Secundò post impetratam concessionem à Pepe, sed antequem litteræ concessionis sint ab Ordinario loci executioni demendatæ. 174

Tertiò si habita sit post ordinarij expeditionem. Respondetur non esse necessariam mentionem hujus copulæ, si hæc contigit post concessam dispensationem, & jam expeditam, imò & executioni mandatam; tunc enim præcedens dispensatio non vitiatur per copulam subsequentem, quia preces veritate nituntur, nihil enim in dispensatione tacitum est, quod explicandum necessariò esset, quia copula, cùm contigerit tantùm post dispensationem impetratam, non debuerat de ipsa in supplicatione mentio fieri, ut notat Gutierez *in quæst. canon. lib. 1, c. 15. num. 24.*

174 Neque obstat, quod ait Manuel *tom. 1. sum. c. 238. num. 7.* in hoc eventu esse petendam ab Episcopo dispensationem incestus commissi, ut licitè ineatur matrimonium: siquidem falsum est post impetratam dispensationem super impedimento consanguinitatis, copulam, quæ postea contingit inter dispensatos esse incestuosam, ut enim notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 5. num. 15.* sublata matrimonij prohibitione per dispensationem super impedimento consanguinitatis cessat malitia copulæ; & copula habita post dispensationem est tantùm simplex fornicatio. Malitia enim copulæ incestuosæ consurgit ex prohibitione matrimonij, quâ sublatâ per dispensationem specialem, vel legem generalem restringentem gradus prohibitos consanguinitatis, cessat talis malitia incestuosa, quia ut notat Cajetanus *in sum. V. incestus initio*, propriè incestus est commistio venerea inter consanguineos, vel affines absque dispensatione matrimoniali, adeo ut tota specialis malitia incestuosæ copulæ oriatur ex prohibitione matrimonij, quâ sublatâ copula est simplex fornicatio, quæ ratio militat in omnibus impedimentis dirimentibus: hinc si Papa dispenset super impedimenta consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis, & legalis, publicæ honestatis, disparitatis cultus, cessat specifica malitia copulæ, & tantùm remanet illa simplicis fornicationis: ex quo manifestè convincitur, talem specificam malitiam oriri ex speciali prohibitione matrimonij, quæ plerumque in copula illicita diversam constituit fornicationis speciem.

175 Quid verò dicendum sit, si copula contingat inter consanguineos, vel affines ante dispensationem à Papa impetratam, vel etiam post, sed priùs tamen, quàm Ordinarius loci eam executioni demandaverit, vel Confessarius, quando dispensatio est in foro conscientiæ, & ipsi commissa? Navarrus *lib. 4. cons. de consang.* Ovandus *in 4. dist.* 41. Diaz *c. 126. col. 17.* Emanoel Sà *in sum. v. matrim.* & alij docent, dispensationem suum sortiri valorem, tametsi in supplicatione non fuerit incestus expressus sive contigerit ante, sive post dispensationem. Et nituntur, quia hæc copula incestuosa, neque ex natura rei, neque ex jure ecclesiastico reddit dispensationem difficiliorem; non ex natura rei, quia deberet potiùs spectata rei natura dispensatio tunc reddi facilior, ac expeditior, ut fœminæ consolatur honori, & ne detrimentum gravissimum patiatur in fama, fiatque inepta ad aliud matrimonium, & impediantur scandala, quæ inde solent oriri. Neque ex jure ecclesiastico, quia ex incestu cum consanguineis nullum in matrimonio impedimentum oritur. Incestus autem cum affinibus, tametsi impedimentum præstet, ex præscripta tamen contraria consuetudine est ablatum: hinc concludunt, talem dispensationem tacitâ in supplicatione incestuosâ copulâ minimè esse subreptitiam. Tum quia licèt impedimentum præstaret, adhuc Episcopus potest super ipso dispensare, si copula occulta sit, alioquin, si tunc esset exprimenda in supplicatione, & in litteris dispensationis in foro externo, [illegible]atores non bene consolerent propriæ famæ, & honori; imò plurimum paterentur detrimenti in fame, & honore detectâ copula illa incestuosa.

Alij procedentes cum distinctione asserunt, 177 quòd si copula contigerit ante concessam à Pontifice dispensationem esse in supplicatione exprimendam, & si reticeatur, dispensationem esse irritam. Secus si contigerit post impetratam à Papa dispensationem, & antequam ab Ordinario loci fuerit hæc executioni mandata, quia tunc sufficit, si Ordinarius deprehendat preces veritate niti, ut dispensatio sit valida; & cum copula non contigerit ante supplicationem exhibitam Papæ, non erat in eadem exprimenda, & ita docet præ cæteris Cordoba *in sum. q. 45. opin. 2. punct. 5.* ubi ait, valere dispensationem, quando copula contingit post impetratam à Pontifice dispensationem, non ita si antea fuerit habita.

Verior tamen sententia est, hanc incestuo- 178 sam copulam inter consanguineos, vel affines volentes matrimonium contrahere esse exprimendam sive contigerit ante Pontificis dispensationem, sive post, dummodo Ordinarius nondum executioni demandaverit dispensationem concessam à Papa; adeò ut si incestus sit occultus sit dispensatio petenda à sacra Pœnitentiaria pro foro conscientiæ, sin verò incestus sit publicus, sit nova supplicatio exhibenda Pontifici.

Fundamentum hujus sententiæ non est, quia 179 hujusmodi copula præbeat impedimentum aliquod matrimonio, sed quia talis est stylus Curiæ, juxta quem debet incestus declarari; exigit autem stylus curiæ hanc expressionem copulæ, ut saltem timore hujus manifestationis facienda arceantur consanguinei, & affines ab hac incestuosa copula: quæ autem sunt de stylo curiæ, servanda sunt, quia taciturnitas veri, quo expresso Pontifex non solet concedere dispensationem saltem eo modo, quo concessit, sed cum aliquibus moderationibus, reddit dispensationem impetratam subreptitiam, & quando in supplicatione exprimitur incestus, non solet Pontifex eodem modo dispensare super impedimento consanguinitatis, sed præcipit pœnitentiam imponi contrahentibus, & compositio pecuniaria est tunc major: imò solet etiam eo arctari dispensatio, ut altero conjuge mortuo superstes non transeat ad alias nuptias. Neque obstat,

obstet, si dicas, incestuosos hodie non exprimere incastum in supplicationa pro obtinanda dispensationa supar gradu consanguinitatis. Quia id tantùm varum ast da illis incestuosis, qui cognovarunt aliam fœminam ab ea, cum que petunt matrimonium contrahare: alioquin si incestuosus rem habuit cum aadem fœmina consanguinea, quam vult in uxoram ducare, ex stylo curiæ tenatur necessariò mentionam facere de incestu. Hinc Episcopus in hoa incestu non potast dispansara, quenda qui sa cognoverunt, volunt matrimonium contrahera, quie tunc obstat stylus curiæ axigens, ut in dispensationa consanguinitatis, vel affinitatis axplicetur incestus, ne dispansatio sit subreptitia. Idqua vel maximè si incestus contigit ante dispensationem impatretam à Pontifice.

180 Quòd varò sit etiam exprimanda, quamvie contigarit post impatratam dispansationam, sed nondum ab Ordinsrio loci demandatam executioni habetur etiam ex stylo curiæ, adeò ut ex aodem stylo clausula illa, *si preces veritate nitantur*, taferatur ad tampue dispensationis Pontificis, & axecutionis Ordinsrij, val Confassarij simul, ut notant Gambara *de authorit. Legati lib. 7. tit. de dispensat. legator. circa matrimonium num. 409.* Sarmiento *lib. 1. select. c. 9.* Gutleres *quæst. can. lib. 2. c. 15. num. 133.* & *lib. 2. c. 15. num. 16. & sequent.* ubi etiam rafart declaretionem sacræ Congregationis Concilij Tridantini interpratis, quæ declarevit, asse incastuosam copulam axprimendam, siva contigerit ente impatratam dispansationam, sive post ajus impetrationem, dummodo Ordinarius nondum eam demandaverit axecutioni: & Callago *de cognat. spirit. c. 24.* asserit, id essa certum ob declarationam Cardinalium, quamvie spactato jura communi opposita sententia videretur probabilior. Varùm id intelligendum ast de copula incestuosa cùm consanguinee, val affini planè consummata; quia cùm simus in odiosis, dabet prohibitio restringi, non ampliari, proinda dabet intalligi cum suo effectu, alioquin non est necassariò axprimanda: ut nac etiam, si fuerit tantùm ex parta alterius incastuosa, & si alter ignoraverit consanguinitatem, vel affinitatem alterius, cum quo rem habuit, quia tunc non est totalis, nec plenus incestus ex utraque parte.

181 Rursus nequa est exprimendus incestus, si sit occultus, quia tunc in dispensatione pro foro axterno, ut atiam in supplicationa porriganda Pontifici sufficit, si petatur dispensatio super impadimento consanguinitatis pro foro externo: dispensatio verò pro incestu occulto petenda tunc est à sacra Pœnitentiaria, axplicate itidem consanguinitata, val effinitate publica, supar qua Pontifax dispensavit, val erit dispansaturus. Idqua servatur, quoties contingunt duo impedimanta, quorum unum ast publicum, & alterum occultum, edeo ut non ab Episcopo loci, sed à sacra Pœnitentiaria sit dispensatio patenda super incestu occulto, quia tunc non impatratur vera dispansatio incestûs, quia ut diximus, propriè non ast impedimentum; sed suppletur vitium dispensationis Pontificiæ, in qua exprimendus erat talis incestus, ne irrita foret. Pari pacto si incastus contingat post impatratam à Pontifice dispensationam super impadimanto consanguinitatis, vel affinitatis, antaquam tamen ab Ordinario loci dispensatio mandatur executioni, si incastus sit publicus ast itarum explitandus Pontifici unà cum consenguinitata, & affinitata, ut dispanset pro foto extarno super utroque impadimento ax stylo curiæ: sin verò incastus sit occultus dispensatio petenda ast à sacra Pœnitantiaria axplicate etiam eedem consanguinitate, vel affinitata.

Quæritur quinquegesimò, quid dicendum 182 sit, quando Pontifax dispensat super impedimantis consanguinitatis, vel affinitatis adjecta clausule ille conditionali, *dummodo copula non intervenerit?* Respondent Corduba in *sum. q. 45. opin. 2. punct. 5.* Vaga *tom. 2. sum. c. 34. cas. 97.* Patrus da Ledesma *de matrim. q. 56. art. ult. dub. 2. difficult. 3. conclus. 3.* & alij dispansetionem tunc fore subreptitiam, sive copula intervenerit ante Pontificis dispensationam sivo post, dummodo Ordinarius loci eam nondum executioni damandaverit, & nititur hæc sententie, quia precas debent veræ esse non solùm tempore impetrstionis, seu quo Pontifax dispensat, sed etiam tempore, quo Ordinarius loci mandat axacutioni dispansationem concessam à Pontifice. Alij tamen censent, illam clausulam conditionslem, *dummodo copula non intervenerit*, asse intelligandam juxta naturam dispensationis concassæ; si enim concadatur in foro externo intelligenda est de copula constante in foro axterno: sin verò concedatur in foro consciantiæ atiam intelligitur da occulta, eò quia clausulæ adjectæ dispensationi intelliguntur juxta naturam dispensetionis. Verùm hodia nunquam summus Pontifex dispensat super impedimento consanguinitatis, val affinitatis cum clausula ille conditionali, *dummodo copula non intervenerit*, ut super hoa Oratorea interrogentur, ut notat Corradus *lib. 8. dispens. Apostol. c. 2. num. 20.* ubi addit, præfatam clausulam tentùm apponi, quando dispensatio impetrata est cum mentione copulæ, quia tunc accipitur juramantum, quòd sub spa faciliùs habendæ dispensationis non se cognoverint.

Quòd si contingat, oratores ab executore in 183 tarrogari, num præfata copula intervanerit: tunc si contigarit, sed sit occulta, nec super ee obtenta sit dispansatio in foro conscientiæ ab officio sacræ Pœnitantiariæ; tenantur tunc oratores eam fateri ed judicis intarrogstionem; quòd si datrectent eam fatari, non debent uti dispensatione, quia aa interrogetio non ao tendit, ut Oratores puniantur, sad ut impediatur usus subraptitiæ dispensationis, ac irritatio matrimonij. Quòd si pro incestu occulto fuissat jam impetrata dispensatio pro foro conscientiæ ab officio sacræ Pœnitantiariæ, tunc non tenarentur contrahentes incestum illum occultum manifestare interroganti, quie cum jam obtinuerint dispansationem in foro conscientiæ, & in eodem

eodem foro fuerint absoluti à perpetrato crimine, hoc perinde tunc se haberet, ac si non fuisset commissum, proinde cum tunc nullum superesset impedimentum circa incestum, non tenerentur contrahentes illud fateri: imò id etiam procedit, tametsi non impetrata dispensatione pro foro conscientiæ nolint contrahentes uti dispensatione impetrata pro foro exteriori, donec aliam impetrent pro foro conscientiæ; ratio est, quia tunc cessat finis, ob quem Judici integrum est de illo incestu interrogare, an contigerit, nec ne.

184 Quæritur quinquagesimo primò, an Oratores supplicantes Pontifici pro obtinenda dispensatione super impedimento consanguinitatis debeant exprimere, quòd non se cognoverint sub spe facilioris dispensationis? Respondetur affirmativè, adeò ut non sufficiat, si inserant supplicationi, quòd se cognoverint, sed rursus addere debent, id tamen non præstitisse sub spe faciliùs obtinendæ dispensationis. Quinimò Pontifex vult, hanc clausulam etiam apponi in litteris dispensationis, ut sit geminata in narrativa Oratorum, & dispositiva litterarum, ut clariùs constet, mentem Pontificis esse, ut omnino fiat mentio de tali incestu eum spe facilioris dispensationis: & hæc ratio est, cur geminatio fiat, ut notat Baldus in *l. fructus. C. de act. empt.* & docet Jason in *l. nominatim num. 8. ff. de lib. & posth.*

185 Imò debet etiam eum juramento ab Oratoribus deponi, quòd se non cognoverint sub spe faciliùs obtinendæ dispensationis, quia Ponifex in litteris dispensationis solet hujus modi juramentum exigere per clausulam illam adjectam ijsdem: *Recepto priùs ab eis juramento, quòd sub spe faciliùs habendæ dispensationis hujusmodi incestum non commiserint:* debet autem hoc juramentum ab Oratoribus præstari ipsi delegato, quia tametsi possit iste quoad receptionem testium alium subdelegare, non tamen quoad hoc juramentum recipiendum, ut notat Genuensis *in prax. Curiæ Archiepisc. Neapol. c. 69. n. 9.* quia quoad hoc eligitur industria personæ, quæ propterea per se ipsam, & non per aliam debet hoc juramentum exigere: quia quoties electa est industria personæ, non potest hæc alteri subdelegare, quod sibi est commissum, ut notant Menochius *de arbit. lib. 1. q. 68. n. 11.* Thesaurus *de for. eccles. p. 1. c. 5. n. 49. & p. 2. c. 2. n. 16.* quoad reliqua verò, in quibus non videtur electa industria personæ, non impeditur subdelegatio, quia cum plures Diœceses sint adeò amplæ, & extensæ, ut plerúmque Oratores per duos, vel etiam tres dies itineris distent à civitate, ubi est Episcopus, & ejus Vicarius præsertim hic in Germania, & plerúmque non sit facilis ad Ordinarium accessus; ideo consuetudine introductum est, ut hoc juramentum committatur Parocho Oratorum, seu Vicario Foraneo illius loci, cui mandatur à delegato, ut ab ipsis Oratoribus exigatur, eósque absolvat ab incestu, & injungit eidem Parocho, ut pro modo culpæ imponat Oratoribus Pœnitentiam salutarem, recepto tamen priùs ab ijsdem juramento, quòd sub spe faciliùs habendæ dispensationis hujusmodi incestum non commiserint.

Quæritur quinquagesimo secundò, quomodo succurratur Oratoribus petentibus dispensationem super impedimento consanguinitatis, si sub spe faciliùs impetrandæ dispensationis, se carnaliter cognoverint, si spem hanc ab eis conceptam negaverint, & litteras dispensationis mediante juramento impetraverint? Respondetur, quòd si incestus, tunc sit occultus, ut per officium sacræ Pœnitentiariæ possit Oratoribus succurri, tunc totum negotium aperiendum est sacræ Pœnitentiariæ, cui propterea narrare debent, quomodo Oratores aliàs cupientes invicem matrimonialiter copulari, dispensationem quidem petierint, & obtinuerint à Sede Apostolica super impedimento quarti gradus consanguinitatis, quo sunt conjuncti, & licèt in narratione expresserint præcessisse carnalem copulam, non tamen narrâsse, quòd sub spe faciliùs obtinendæ dispensationis se carnaliter cognoverint, quinimò etiam id negaverint mediante juramento ipsi Ordinario loci, à quo fuerant interrogati, num copula contigerit sub tali spe obtinendæ faciliùs dispensationis. In hoc enim casu, cùm ex una parte occultum sit, Oratores spem illam reticuisse; & ex altera sit publicum, quòd impetraverint præfatam dispensationem, quam nisi ad effectum ducant, scandala oriuntur: ad hæc incommoda declinanda, solet ab officio sacræ Pœnitentiariæ, ad quod fit recursus, Confessario absolutio à præmissis, seu ab incestu cum tali spe patrato, & à juramento cum falsitate præstito, dummodo talis spes obtinendæ faciliùs dispensationis omnino occulta sit committi, servatâ formâ litterarum, & cum ijsdem dispensatur. 186

Eodem pacto succurritur Oratoribus, qui cupientes matrimonium inire ad faciliùs impetrandam dispensationem super impedimento consanguinitatis, se carnaliter cognoverunt, si intra tempus separationis sibi à Judice delegato impositæ, se iterum carnaliter cognoverint, si quamvis contenta in eisdem litteris adimpleverint, nondum tamen ad actum præstationis juramenti, quod sub tali spe faciliùs obtinendæ dispensationis non se cognoverint, devenerunt: quia verò ob tacitam hanc spem dispensationis faciliùs obtinendæ, & novam copulam subsecutam Oratores dubitant de validitate dispensationis, tunc etiam, quia publicum est, eos præfatas litteras dispensationis impetrâsse, ac in his contenta adimplevisse; & impedimenta provenientia ex præmissis sint occulta, & nisi matrimonium contrahatur, scandala orirentur, tunc etiam ab officio sacræ Pœnitentiariæ committitur Confessario, ut Oratores absolvat in foro conscientiæ injuncta ijsdem gravi pœnitentia salutari, & præsertim eleemosynam distribuendam pauperibus, dummodo impedimentum ex incestuosa copula, ac spe faciliùs obtinendæ dispensationis proveniens sit occultum, & dummodo verum sit, 187

quòd

quòd scandala oriientur, si matrimonium non contraheretur; sub hisce limitationibus, & conditionibus succedri solet ab officio sacræ Pœnitentiariæ oratoribus, qui tamen antequam obtineant dispensationem, debent judicato parêre, adeò ut non priùs possint Oratores vigore dispensationis obtentæ ad matrimonium admitti, quàm judicato paruerint, quia jurisdictio commissa Ordinario est conditionalis, quæ suspenditur, donec Oratores pareant judicato, & nisi paruerint, processus dispensationis nullius est valoris, quia juriadictio concessa Ordinario suspenditur, donec Oratores judicato paruerint, ut censuit Rota Romana apud Farinacium *decis. 68. n. 1. tom. 1. p.* 1. quo fit, ut nec ipse Vicarius executor, nec Ordinarius possit procedere, imò nec Oratores possint audiri, nisi priùs verum sit, quòd judicato paruerint, ut notat Puteus *decis. 16. nt lite pendente, & decis. 429. lib.* 1.

188 Imò debent priùs Oratores parête integraliter, ut notat Ludovisius *decis. 56. n. 2.* eò quia hæc clausula de parendo judicato sit conditionalis, quæ nisi purificetur, seu adimpleatur, irritum est, quod agitur l. *à testatore ff. de condit.* & *demonst.* ut docet Jason in *l. 2. n.* 12. *C. de jure emphyt.* adeò ut non sufficiat, si Oratores velint præstare cautionem de parendo judicato, ut valeat interim delegatus exequi litteras dispensationis: quia cùm id sit positum sub conditione, debet adimpleri in forma specifica, & non per æquipollens juxta textum in *l. qui haredi §. Mevius ff. de condit. & demonst.* & docet Surdus *cons.* 186. *n.* 19.

189 Quæritur quinquagesimo tertiò, an clausula à Pontifice adjecta dispensationi, & directa Ordinario: *ut in utroque foro authoritate nostra dispenses*, duplex includat mandatum dispensandi, scilicet super impedimento, & legitimandi prolem, & an hoc secundum mandatum valeat, si matrimonium non contrahatur. Quamvis quamdiu incestus est occultus, non sit necesse, ut in dispensatione pro foro externo mentio illius fiat, sed sufficiat petere ejus dispensationem in officio sacræ Pœnitentiariæ explicatâ ibi consanguinitate, & affinitate publica, super qua vel Pontifex jam dispensavit, vel erit dispensaturus: nihilominus quia aliquando contingit, quòd ex tali copula incestuosa oratrix remanserit ab Oratore gravida, ideo indigent absolutione, & dispensatione pro utroque foro, & in hoc casu stylus sacræ Pœnitentiariæ est, ut non solùm petatur absolutio ab ipso incestu, verùm etiam dispensatio super impedimento, quamvis super eodem jam obtenta fuerit, quia dispensatio debet obtineri pro utroque foro. Respondetur illam clausulam, *ut in utroque foro authoritate nostra dispenses*, duo comprehendere mandata, quorum primum est, ut delegatus dispenset super impedimento, seu exequatur dispensationem jam concessam à Pontifice; & secundum, ut prolem susceptam, vel suscipiendam legitimet, adeò ut sint duo mandata distincta.

190 Difficultas est, an si dispensatio super impedimento dirimente non possit executioni demandari à delegato ob supervenientem mortem alterius ex Oratoribus, adhuc possit Judex delegatus alterum mandatum legitimandi prolem exequi: & verior, ac communior sententia est affirmativa, adeò ut delegatus possit tunc etiam in præjudicium venientium ab intestato dispensare, ut censuit Rota Romana *decis.* 207. *n. 2. & 3. p.* 1. coram Seraphin. & docent Gonzales ad *reg. 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 9. n.* 27. Ancharanus *cons.* 409. Idque sic let etiam à pari ostendi: quia sicut, nulla existente resignatione ob non factam publicationem à resignatario cum reservatione pensionis, resignans non amittit pensionem sibi reservatam, vel aliud jus ad tale beneficium, ut notat Parisius *de resig. benefic. lib. 11. q. 7. n.* 57. adeò ut si tale beneficium impetretur ab alio, teneatur iste ad pensionem jam impositam in favorem resignantis: ità in casu nostro possunt litteræ dispensationis demandari executioni quoad illam partem, quæ continent facultatem legitimandi prolem, quamvis non possint, quo ad aliam, quæ continent facultatem dispensandi super impedimento dirimente, ut censet Rota *decis.* 207 *p. 1. diverf.* quamobrem licèt dispensatio in tali casu non possit mandari executioni quoad matrimonium contrahendum, eò quia alter ex Oratoribus decesserit, adhuc tamen potest executioni demandari quoad facultatem legitimandi prolem susceptam, vel suscipiendam, & ita docent Butrius in *c. constitutus n. 22. de rescript.* Felinus in *c. si des col. 1. n. 2. eod. tit.* Et ratio est, quia mandatum legitimandi prolem susceptam, vel suscipiendam, est distinctum, ac potest existere independenter ab alio mandato dispensandi super impedimento matrimonij, proinde cùm hæc duo mandata non contineantur in dispensatione, ut connexa, & ad invicem dependentia; sed tanquam duo distincta, & æquè principalia, ideo ex eo, quòd delegatus non possit unum exequi, non sequitur, quòd debeat abstinere ab executione alterius.

Neque ex hoc ullum oritur inconveniens, cùm sint duo mandata distincta, ac inter se independentia quoad executionem, & æquè principalia: nil enim impedit, quòd dispensatio continens duo executioni mandanda, valida sit pro una parte duntaxat, licèt pro altera non possit executioni mandari, & tunc licèt cesset quoad hanc partem, sustinetur tamen quoad aliam, quam delegatus potest exequi: idque desumitur ex *c. si eo tempore de rescript. in 6.* ubi rescriptum pro una parte validum, & pro altera invalidum, quamvis cesset quoad invalidam, adhuc sustinetur pro altera parte valida, quo pacto neque defectus intentionis in una parte gratiæ vitiat gratiam in altera parte distincta, & separata, in qua cessat defectus, ut notat Gonzalez ad *regulam 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 9. n.* 59.

Idque etiam à pari firmari potest in permutatione duorum beneficiorum, quæ non deperdit suum valorem, quamvis alter commutentium ob præmaturam mortem non asse- 191

goetur suum beneficium: idque ee ratione, quie une permutatio beneficij est distincte, & seperabilis ab alia, unde quamvis hæc non habeat effectum, adhuc temen sustinetur permutatio quoad aliud beneficium, quia tunc utile per inutile oon vitiatur: sicut etiam quando Oratores obtinent dispensationem matrimonielem super duobus impedimentis, quamvis tempore executionis litterarum dispensationis non ampliùs duo fuerini impedimenta, sed unum tantùm, adhuc valet dispensatio quoad illud impedimentum, quod existit: valet enim in hisce cesibus regula, quòd utile per inutile non vitietur.

492 Quòd si impetratê dispensatione super impedimento dirimente, & legitimatione prolis Oretores vellent potiùs retrocedere, & non amplius matrimonium contrehere, tunc cessaret etiam facultas legitimendi prolem susceptam, vel suscipiendem: & ratio est, quia tametsi sit facultas distincta à facultete dispensandi super impedimento dirimente, conceditur tamen intuitu metrimonij contrahendi, & in ejus favorem: aliud enim est, quòd matrimonium non contrahatur, eò quia alter ex Oratoribus decedat; & eliud, quòd oon cootrahatur, eò quia nolint Oratores illud amplius cootrahere, & eos pœniteat impetratæ dispensationis, in primo enim casu dicitur moreliter perseverere voluntas contrahendi etiam in eo, qui decessit, proinde secultas legitimandi prolem susceptam, vel suscipiendam fundatem in voluntate contrahendi subsistit: secus quendo Orstores resiliunt à matrimooio contrahendo, cessat in utroque foro voluntas contrehendi matrimonium, proinde cessat finis, ob quem fuit à Pontifice hæc facultas legitimandi prolem concessa, & cessante causa, seu matrimonio contrehendo, quod fuit causa dispensandi super facultete legitimandi prolem, cessat etiam hæc facultas. Quamobrem est dispar ratio, quando elter ex Oretoribus decedit, & quando embo resiliunt à metrimonio contrehendo, in primo enim casu impedimentum est necessarium, & in secundo voluntarium.

493 Quæritur quinquegesimo quartò, en Pontifex dispensando in radice matrimonij irriti possit legitimare prolem ex eodem susceptam ante dispensationem matrimonij etiam in locis, quæ non subjiciuntur jurisdictioni temporali Pontificie: adeò ut possit Pontifex ita dispeosere in radice matrimonij irriti, ut extra statum ecclesiasticum filij ex eo oati ante dispensationem legitimentur, & fiant capaces beneficiorum sæcularium, ac successionis io bonis temporelibus, adeò ut dispensatio in radice matrimonij irriti retrotrahatur ad tempus, quo tala matrimonium fuit invalidè contrectum? Respoodetur, circe præsentem quæstionem duas esse sententies, querum prime docet, Pontificem non posse ita dispensere in radice metrimonij irriti, ut dispensetio retrotrehetur ad tempus, quo metrimonium fuit irritè contrectum, quia cùm matrimonium tunc fuerit irritum, & produxerit suum effectum in prole illegitima, nequit Pontifex efficere, ut talis effectus non sit productus, quie ed præteritum nulla est potentia, quapropter si proles manet illegitima, incurrit demna, quæ inde ex jure sequuntur, quæ proinde repetari non possunt, nisi Pontifex dispenset in eodem jure, quo incurruntur: & quia Pontifex extre loca sibi temporaliter subjecta non potest dispensere in jure civili, quo hæc damna quoad successiones in bonis temporelibus imponuntur, sequitur, quòd Pontificie dispensetio quoed inducendum hunc effectum non possit retrotrahi ad tempus, quo fuit matrimonium irritè initum, idque ex eo firmant, quia dispensare in radice matrimonij periode est ac efficere, ot matrimonium, quod ab initio fuerat invalidè initum, fiat eb initio validum, hoc eutem non videtur Pontifex efficere, quia quod fuit femel taliter factum, nequit fieri, qoin fuerit ita factum, cùm ed præteritum non detur potentia. Imò esserunt, nec posse efficere, ut tale matrimonium convalescat tempore dispensetionis concessæ, oisi novus accesserit contrahentium consensus. Secundò quia fictio, qua jura fingunt, eliquid retrotrahi exigit terminum *à quo*, & *ad quem*, ut duo extrema habilia juxta doctrinam Bartoli communiter receptam, in *l. si is, qui pro emptore n. 4. & 18. ff. de usucap.* etqui metrimonium eb initio contrectum, quod est terminus ad quem hujus jurisfictionis, seu retrotractionis non est hebile, cùm sit irritum, & nullius valoris, proinde non potest Pontificia dispensatio per jurisfictionem retrotrahi ad tempus initi metrimonij, & ita docent Molina *tom. 5. de just. tract. 2. disp. 624. n. 3.* Milis in *repert. litt. D. n. 23. v. dispensatio*, Navarrus *cons. 2. tit. qui filij sint legitimi*, & alij, qui etiam referunt Gregorium XIII. anno 1584. negâsse, dispensationem hanc à se petitam, ac respondisse, se non posse sic dispensare.

Nihilominus secunda sententia, quæ ve- 494
rior, ac communior est, asserit, posse Pontificem in radice metrimonij irriti dispensere, ac filios ex eo natos legitimare etiam in locis sibi temporaliter non subditis, adeò ut dispensatio per jurisfictionem retrotrahatur ad tempus, quo metrimonium fuit irritè contractum, & ita docent Joannes Andreas in *c. per venerabilem n. 30. qui filij sint legitimi*, & ibi Abbas *n. 22.* Alexander de Nevo *n. 18.* Ancharan. *n. 21.* Felinus *v. qua in ecclesiarum n. 21. v. secundo amplia de constit.* Jacobus de Puteo, Nicoleus de Ubeldis *de success. ab intestat. p. 1. n. 106.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 13.* Moina Jurista *lib. 3. de primogen. c. 2. n. 12.* & citetur etiam Rota Romana *decis. 483. n. 2. & 3.* Gozadinus *cons. 6. n. 63.* Rosella *v. illegitimus n. 15.* & alij plures, quos citet, & sequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 7. n. 4.*

Fundamentum, quo nititur, hæc sententia 495
ex eo petitur, quia ipse radix, ex qua oritur hæc illegitimites prolis susceptæ ex matrimonio irrito, est impedimentum dirimens, cum quo fuit matrimonium illud initum: atqui hujusmodi impedimentum fuit positum ex lege ec-

clesia-

clesiastica, quæ plura posuit impedimenta dirimantia matrimonium, si cum ijsdem contrahatur, adeò ut nisi tale impedimentum fuisset per legem ecclesiasticam positum, matrimonium illud suum fuisset valorem sortitum, & proles legitimè concepta, & nata, quæ propterea ea damna non incurrisset, quæ jura imponunt illegitimè natis: atqui summus Pontifex ex justa causa potest in suis legibus dispensare, imò eas irritare quoad affectus jura humano ex ijsdem secutos, & non solùm quoad incurrendos impostarū, efficiendo ne incurrantur, verùm etiam quoad incursos, eos abolendo, perinde ac si lex ecclesiastica, quæ posuit tale impedimentum, illud non posuisset: idque liquet ex textu in *clement. unic. de immunit. eccles.* ubi Clemens V. revocat quasdam constitutiones suorum prædecessorum, non solùm quoad effectus imposterum ponendos, sed etiam quoad illos, qui antea jam positi fuerant, ibi: *quidquid ex eis secutum est, vel ob eas penitùs revocamus, & eas haberi volumus pro infectis*, ubi Glossa illud pro infactis explicat, esse effectus illos perinde habendos, ac si nunquam positi fuissent, quod est abolere totaliter effectus præteritos: licèt Pontifex nequeat facere, ut præteritum non sit præteritum, potest tamen facere, ut quod fuit præteritum, nullius sit valoris in ordine ad aliquid ponendum, vel prohibendum, quapropter Pontifex dispensando in radice matrimonij invalidè initi revocat impedimentum, quod ipsum irritaverat, ac si nunquam ipsum irritâsset, & in hoc sensu dispensatio per jurisfictionem dicitur retrotrahi ad tempus, quo matrimonium fuit initum: hinc per jurisfictionem perinde se habet matrimonium, ac si ab initio fuisset validè initum, & hac ratione proles ex matrimonio irrito suscepta dicitur legitimari.

197 Non tamen potest Pontifex sine justa, & gravi aliqua causa ita dispensare super matrimonio irrito, & prolis illegitimitate: quia tametsi sine justa causa si dispensaret, suum dispensatio sortiretur valorem, peccaret tamen Pontifex, quia hæc legitimatio prolis illegitimæ cederet in grave damnum succedentium in eandem hæreditatem, si proles non ita fuisset legitimata, ut notat Navarrus *lib. 4. cons. tit. de sponsal. & tit. qui filij sint legitimi cons. 2. n. penult.* Neque potest Pontifex dispensare super matrimonio irrito ex defectu consensus in utroqua, vel altero contrahente: ratio est perspicua, quia matrimonium initum absque consensu contrahentium est jure naturæ irritum; imò etiam jure divino, & Pontifex in neutro jure potest dispensare; nec potest tollere radicem talis matrimonij irriti, quia non potest supplere consensum. Id autem procedit, quando de impedimento juris naturæ, & de defectu consensûs certò constat, quia si dubitaretur, censent plures, inter quos Molina Jurista *lib. 3. de primogen. c. 2. n. 12.* posse Pontificem dispensare in radice matrimonij, de quo dubitatur, an ob impedimentum juris naturalis, vel ex defectu consensus in utroque, vel altero contrahente fuerit irritè initum. Cæterum quando impedimentum oritur ex solo jure Pontificio, nulli est dubium, quin possit Pontifex dispensare in radice matrimonij irriti, quia potest tollere tale impedimentum, ratione cujus fuit matrimonium invalidè initum.

Non tamen Princeps sæcularis potest legitimare prolem habitam ex matrimonio irrito, quia potest tantùm dispensare in propria sua lege sæculari, non verò in lege ecclesiastica, cùm non habeat jurisdictionem in Clericos, nec capax sit Ordinum, ac ecclesiasticæ jurisdictionis: quo fit, ut directè defectu jurisdictionis spiritualis non possit legitimare prolem susceptam ex matrimonio irrito, neque indirectè; cùm hodie ecclesia sola statuat impedimenta dirimantia matrimonium: quia cùm matrimonij contractus hodie excedat limites naturæ, sitque elevatus ad esse supernaturale Sacramenti, dedecet hanc Sacramenti dispositionem convenire Principi sæculari. 198

Hinc leges omnes sæculares quoad hoc adhærent ecclesiæ, & censent illud matrimonium esse illegitimum, quod ecclesia ut tale habet, unde soli Principes infideles possunt hodie suis subditis leges indicere, quibus quædam matrimonia ex justa causa prohibeant, ac dirimant, ut si ad pacem reipublicæ judicent expedire, ne infideles diversæ sectæ, vel nationis matrimonio inter se conjungantur; imò possunt etiam quandam adjicere solemnitatem, sine qua, quæ ineuntur matrimonia, sint irrita; ratio ex eo petitur, quia matrimonijs infidelium, qui non fuerunt baptizati, non est adnexum sacramentum, & cùm Principes infideles sint veri Principes, ideo ex natura suæ potestatis possunt humanis contractibus ineundis à suis subditis apponere ob bonum publicum conditiones quasdam, sine quibus nullum sortiantur valorem. Non tamen possunt Hebræi hujusmodi impedimenta adjicere matrimonio, cùm hodie non sint liberi, & Principe careant; & statuta à lege Mosaica *Levit. 18.* expiraverint simul cum eadem lege per Christi passionem. 199

Verùm quæ Judæi ante passionem Christi statuerunt impedimenta dirimentia matrimonium, hodie adhuc durant, quia leges sæcularis Reipublicæ non fuerunt abolitæ per necem Christi, ut notant Sotus in *4. dist. 39 q. unic.* Ledesma *p. 4 q. 61. art. 2.* Cæterum Princeps sæcularis fidelis, seu baptizatus, non potest super impedimentis matrimonij dispensare, neque radicem tollere matrimonij irriti, ut docent communiter Canonistæ præsertim Joannes Andreas in *c. per venerabilem n. 20. tit. qui filij sint legitimi.* 200

Neque fundamenta, quibus nititur opposita sententia, ullius sunt momenti, ad primum in quo dicebatur, quòd cùm matrimonium irritum, jam produxerit talem effectum, non possit Pontifex efficere, quin sit productus, eò quia ad præteritum nulla sit potentia, respondetur nos non dicere, posse nunc Pontificem efficere, ut matrimonium, quod ab initio fuerat irritè initum, fuerit validè contractum, vel 201

nunc

nunc incipiat valere sine novo consensu contrahentium: nec dicimus, quòd ex eo, quod fuit irritè initum non fuerint secuti effectus jure civili statuti, quia id perinde esset, ut rectè objicitur, ac efficere ut factum, non fuerit factum, & præteritum non fuerit præteritum, quod clarum est, non subesse pontificiæ potestati; sed dicimus, eam esse Pontificis potestatem, ut possit dispensando, prout ex tunc in ipsa matrimonij irriti radice, abolere, revocare, delere omnia damna, quæ ex quocunque jure humano ex tali matrimonio irrito ob impedimentum ecclesiasticum dirimens potuit proles inde suscepta incurrere; & hanc in eum ponere statum, in quo fuisset, si matrimonium fuisset initum sine tali impedimento dirimente, & statuto ab ecclesia: destructo siquidem legis ecclesiasticæ valore, cui tanquam radici illegitimitas, ac cætera damna innituntur, hæc omnia corruunt. Hinc liquet ex eo, quòd Pontifex dispenset super matrimonio invalidè inito, & illegitimitate prolis non efficere, ut præteritum non sit præteritum.

203 Ad secundum, in quo dicebatur, non posse Pontificem dispensare in jure civili extra statum ecclesiasticum, seu loca, sibi temporaliter subjecta, proinde non posse efficere, ut sua dispensatio retrotrahatur ad hunc effectum inducendum, respondetur, quòd tametsi nequeat Pontifex directè dispensare extra terras sibi temporali jurisdictione subjectas in lege civili, ejúsque affectibus, bene tamen potest id præstare indirectè, & per quandam consequentiam: quatenus ideo lege civili proles suscepta ex tali matrimonio irrito habetur illegitima, & incurrit damna à lege civili statuta; quia per legem ecclesiasticam fuit tale matrimonium irritum; non enim lex civilis, sed ecclesiastica ponit impedimente dirimentia matrimonium: ex eo autem, quòd Pontifex directè dispenset in lege sue ecclesiastica, deleat, ac revocet impedimentum, ob quod fuerat matrimonium irritè contractum; indirectè cessant damne illa statuta à lege civili, & quæ proles illegitimè suscepta incurrit. Radix, ex qua oritur, ut proles sit legitima, vel illegitima, ac incurrat illegitimitatis damna statuta à lege, sive ecclesiastica, sive sæculari est sole lex ecclesiastica, quæ posuit tale impedimentum, cum quo matrimonium initum sit irritum, quod tamen non stanta tali lege fuisset validum, ac proles legitima, nec obnoxia damnis legis civilis: Pontifex autem potest directè suam legem irritare, & revocare quoad effectus etiam jure humano incursos indirectè, quatenus directè irritat, ac revocat suam legem ecclesiasticam, ac abolet illud impedimentum, cum quo matrimonium fuit irritè initum: ex quo liquet, quòd quamvis Pontifex non possit directè in tali jure civili dispensare, id tamen potest indirectè, & per quandam consequentiam abolendo legem suam ecclesiasticam, ex qua ut ex fundamento illegitimitas, & damna ad ipsam sequentia dependebant. Plura enim possunt indirectè fieri, quæ directè, & principaliter fieri nequeunt, etenim jus patronatus non potest per se, & directè vendi, quin labes contrahetur simoniæ; & tamen indirectè, & per quandam consequentiam dicitur vendi, quatenus directè, & principaliter divenditur fundus, cui adnectitur: accessorium enim sequitur suum principale *c. ex litteris de jure patron.* ita à pari quamvis Pontifex directè non possit dispensare in jure civili extra statum ecclesiasticum, neque in ejus effectibus, adhuc indirectè potest id præstare.

Ad aliud, quod addebatur, jura tunc fingere 203 aliquid retrotrahi, quando termini *à quo*, & *ad quem* sunt habiles, respondetur, hinc habilitatem utriusque termini ad id requiri à jure, non ut prius matrimonium sit omnino validum, sed tantùm ut defacto sit initum, ac proinde figuram habeat matrimonij, unde cùm matrimonium fuerit initum, dispensatio rectè potest ad ipsum retrotrahi. Sufficit enim, quòd fuerit irritum ob impedimentum positum ab ecclesia, quia tunc Potifex abolendo, ac revocando tale impedimentum pro tali casu particulari dispensatio retrotrahitur, & præstat validitatem matrimonio, ac si istud fuisset ab initio validè contractum: unde cum dicitur matrimonium irritum, perinde se habere, ac si non fuisset initum, Id verum est, quando nulla est radix matrimonij irriti, & quæ subjiciatur potestati Pontificis; secus si telis radix adsit, in qua Pontifex directè dispenset: tunc enim indirectè legitimat prolem ex tali matrimonio susceptam. Neque ullam facessit negotium, quod refertur ex Gregorio XIII. nimirum hunc Pontificem negâsse hujusmodi dispensationem à se petitam, & addidisse, se non posse sic dispensare, quia tunc respondit, ut doctor privatus, eò quie ut talia priùs adhæserit contreriæ sententiæ.

Quæritur quinquagesimo quintò, quomodo 204 succurratur proli illegitimæ, si executor dispenset super impedimento matrimonij, & omittet legitimare prolem? Respondetur posse tunc executorem durante ejus officio, quandocunque ei placuerit prolem illam decernere, ac declarare legitimam: ratio ex eo petitur, quia in tali dispensatione duo comprehenduntur mandata, quorum unum ab altero non dependet, scilicet mandatum dispensandi super impedimento mattimonij; & mandatum legitimandi prolem ex tali metrimonio illegitimè susceptam: & licèt jam obierit executor suum munus quoad primum mandatum, eò quia dispensaverit super impedimento matrimonij, quia tamen non legitimavit prolem, adhuc potest secundum mandatum sibi indultum obire durante suo officio, ac declarare prolem illam susceptam ex tali matrimonio asse legitimam.

Quamobrem si Ordinarius, vel Confessarius, qui dispensavit super impedimento ma- 205 trimonij, omisit decernere prolem ex illo susceptam legitimam, adhuc poterit durante suo officio eam decernere legitimam, eò quia nondum plenè functus sit suo officio, sed unam tantùm partem ejusdem fuerit executus, & alteram sibi commissam omiserit, quam propterea, quamdiu durat ejus officium, potest exequi.

Quod

Quòd si Executor jam dispofuerit officium, val objerit, ejus successor in tali officio potest litteras Apostolicas quoad legitimationem prolis exequi, si directæ sint ad officium Ordinarij, vel Vicarij, & non ad industriam personæ, perinde ac si id contigisset inceptâ jam causæ cognitione, supponitur enim hæc commissio demandata non personæ, sed tribunali Vicarij Episcopi. Idque etiam procedit in alijs dispensationibus super impedimento occulto impetratis in foro conscientiæ tantùm, & quæ diriguntur juxta stylum sacræ Pœnitentiariæ discreto viro Confessario Magistro in Theologia, vel Doctori in jure canonico, dummodo sit unus ex approbatis ab Ordinario: nam si Confessarius in foro conscientiæ dispensavit super impedimento occulto, & omisit declarare prolem legitimam juxta facultatem sibi commissam, potest Orator alium similem eligere Confessarium, qui declaret hujusmodi prolem legitimam. Verùm licèt id possit speculativè procedere, in praxi tamen servari saltem hodie non potest, ob adjectam clausulam ab officio sacræ Pœnitentiariæ calci earundem litterarum, quâ injungitur Confessario, ut teneatur, postquam illarum vigore dispensaverit, statim dilacerare dictas litteras, & quidem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

206 Quòd si à primo Confessario electo ab Oratore litteræ dimanatæ ab officio sacræ Pœnitentiariæ sint laceratæ, non possunt ampliùs ab eodem Oratore præsentari alteri Confessario, qui propterea non potest in virtute earundem ampliùs declarare legitimam prolem susceptam ex tali matrimonio irritè contracto: quia declaratio prolis legitimæ est actus jurisdictionis, qui supponit jurisdictionem in declarante, & Confessarius hanc non recipit, nisi per litteras ab Oratore sibi exhibitas, quæ cùm supponantur laceratæ, & ampliùs non extare, non possunt ab Oratore alteri Confessario exhiberi, nec iste accipere jurisdictionem declarandi prolem illam legitimam: rescriptum siquidem est, quod tribuit jurisdictionem Executori, ut notat Cassadorus *decis. 33. n. 3.* & *decis. 8. n. 10. de restit. spoliat.*

207 An verò proles suscepta ex incestu patrato spe faciliùs impetrandi pontificiam dispensationem super impedimento consanguinitatis fiat legitima, per matrimonium subsequens post impetratam dispensationem, respondet Garcias *de benefic. p. 7. c. 2. n. 39.* hujusmodi prolem per subsequens matrimonium fieri legitimam quoad omnia, etiam quoad successiones, fideicommissa, & Majoratus: & addit rationem, quia hæc legitimatio non fit per Papam sine matrimonio; sed ratione matrimonij, & respectu illius, ac dependenter ab illo: adeò ut si Oratores dispensati nollent postea matrimonium inter se contrahere, proles ante susceptа nõ fieret legitima, nec posset virtute concessæ jam dispensationis Oratoribus legitimari. Juvat observare, quòd quando proles vigore litterarum sacræ Pœnitentiariæ legitimatur per Confessarium in foro conscientiæ tantùm; tunc si impedimentum, quod priùs erat occultum, fiat publicum, quia ob tale impedimentum in foro externo matrimonium est irritum, etiam ipsa proles in eodem foro exteriori habetur illegitima; donec Oratores, qui fuerunt dispensati ab officio sacræ Pœnitentiariæ pro foro conscientiæ tantùm, impetrent à Pontifice alias litteras dispensationis in utroque foro cum clausula consueta legitimationis prolis susceptæ, quia vigore prioris dispensationis proles fuit tantùm legitimata in foro conscientiæ, tam quoad spiritualia, quàm temporalia, sub conditione tamen, dummodo impedimentum, quod est occultum, non fiat publicum, quia tunc necessaria est alia dispensatio pro utroque foro interno, & externo, & cum clausula legitimationis prolis susceptæ: & quamvis dispensatio antea facta pro foro conscientiæ valida fuerit, adhoc fit mentio in nova dispensatione, utriúsque fori ad majorem abundantiam, omnémque scrupulum amovandum. Tum quia, si post dispensationem hanc in foro conscientiæ à Confessario expeditam gigneretur nova proles, antequam matrimonium siniretur, dispensatio pro utroque foro suum sortiretur effectum.

Cæterum proles legitimata in foro conscientiæ non est irregularis, sed capax Ordinum, & cujuscunque beneficij, ac si concepta, & nata fuisset ex valido matrimonio; Non tamen per subsequens matrimonium fit legitima etiam in foro externo, quia dispensatio in foro interno non suffragatur in hoc foro externo: proinde reputatur proles in hoc foro spuria, eò quia nata ex parentibus, inter quos non poterat matrimonium consistere ob impedimentum dirimens. 208

Quæritur quinquagesimò sextò, an decratum Concilij Tridentini, quo statuuntur pœnæ contra contrahentes cum impedimentis consanguinitatis, & affinitatis se extendat etiam ad alia impedimenta? Interdom contingit, ut qui prohibentur matrimonium contrahere ob impedimentum in gradu consanguinitatis, vel affinitatis ante dispensationem impetratam super tali impedimento de facto matrimonium contrahant, imò & consumment, ut faciliùs obtineant dispensationem, & quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 5. de refor.* injungit pœnas contra hujusmodi contrahentes cum impedimentis dirimentibus consanguinitatis, & affinitatis, oritur difficultas, an hæ pœnæ eos etiam afficiant, qui cum aliis impedimentis matrimonium contrahunt. Pœnæ autem inflictæ à Concilio Tridentino sunt, ut scienter contrahentes cum hujusmodi impedimentis debeant separari, & carere spe dispensationis verba Concilij *in d. c. 5. sess. 24.* sunt: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat: idque in eo multò magis locum habet, qui non tantùm matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit: non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit.* Imò in *element. 1. eos qui de consang. & affin.* contrahen- 209

traheotea scienter matrimonium cum hoc impedimento dirimente etiam plectuntur excommunicatione ibi: *Eos qui divino timore postposito in suarum periculum animarum scienter in gradibus consanguinitatis, & affinitatis constitutione canonica interdictis matrimonia contrahere praesumpserint, ipsos excommunicationis sententia ipso facto decernimus subjacere; praecipientes ecclesiarum Praelatis, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse excommunicatos publicè tamdiu nuncient, seu à suis subditis faciant denuntiari, donec suum humiliter recognoscentes errorem separentur ab invicem, & absolutionis obtinuere beneficium mereantur.*

210 Cum igitur tam Tridentina synodus, quàm Clementina constitutio expresse loquantur de iis, qui scienter audeot matrimonium contrahere io gradibus consanguinitatis, & affinitatis canonica constitutione interdictis, non videtur decretum Concilij Tridentini extendi ad alia impedimenta dirimentia, cùm haec non distinguantur per gradus sicut distinguuntur impedimenta consanguinitatis, & affinitatis, ergo cùm lex poenalis non loquatur de reliquis impedimentis non habentibus gradus, non debet fieri extensio ad illa, quia ubi poena non exprimitur à lege non est imponenda, neque poena est extendeoda ultra ea, quae exprimuntur in lege poenali textus in *c. eum vos de offic. Ordin. l. at si quis § idem labeo.* ibi: *Cùm poena statuta non sit ff de relig. & sumpt funer.* & textus in *authent. de non eligendis secundis nupt. V. non est lex tale quid dicens*, & docent communiter Jurisperiti praesertim Glossa in *c. cupientes §. quòd si per viginti de elect. in 6.* & Abbas in *fin. de rescript.* ubi ait, poenam à lege ipso iure impositam non debere extendi per identitatem rationis, quod etiam docet Joannes Andreas in *regula odia dereg. jur. in 6.* unde quando Papa aliud noo explicat, ejus constitutio, si poenalis sit non extenditur ad ea, quae in ipsa non exprimuntur *argum. c. non est nobis de spons.* Tum quia quando lex est limitata etiam limitatum habet effectum *l. cum servo ff. de contrah. empt. c. 1. de sepult.* ut notat Cassadorus *decis. 36. n. 5. super regul. Cancell.*

211 Respondendum nihilominus est ad quaesitum, poenas expressas in decreto Concilij Tridentini, & in constitutione Clementis ex stylo Curiae, ac praxi Romanae Cancellariae extendi etiam ad alia impedimenta dirimentia, adeo ut eas incurrant, qui non solùm scienter matrimonium contrahunt io gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, sed etiam cum aliis impedimentis dirimentibus, unde licèt constitutio sit poenalis, & non suscipiat extensionem: nihilominus decretum Concilij Tridentini, & constitutio Clementina intelliguntur de quocunque impedimento dirimente, eò quia eadem prorsus ratio textûs militet de omnibus impedimentis dirimentibus, ut communiter docent Doctores Romanae Curiae, & in ea diuturna praxis in hujusmodi dispensationibus impetrandis, ut notat Corradus *lib. 8. dispens. Apost. c. 8.* & quia stylus Romanae Curiae, & praxis Cancellariae indicant, qualis sit voluntas legislatoris, seu summi Pontificis, non est dubium, quin decretum Tridentinae Synodi intelligendum sit ob identitatem rationis de scienter contrahentibus matrimonium non solùm in gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, sed etiam cum quolibet alio impedimento dirimente; hinc Corradus, qui in Romana Curia per plures annos fuit Officialis, refert suo tempore quendam Advocatum Hispanum contendisse coram Dominis Abbreviatoribus majoris praesidentiae in Cancellaria Apostolica decretum Concilij Tridentini, & constitutionem Clementis tantùm comprehendere, ac poenis afficere scienter contrahentes eum gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, & tandem fuisse ipsi silentium impositum, eò quia ex stylo Curiae, & praxi Cancellariae, proinde ex mente Pontificia haec constitutio poenalis ob identitatem rationis comprehendat omnes, qui scienter matrimonium contrahunt cum aliquo impedimento dirimente, quodcunque illud sit. Non enim virtus legis consistit in proprietate verborum, & cortice; sed in sensu, & mente legislatoris *l. scire oportet, §. alind. ff. de excus. Tutor. l. cum pater § dulcissimis ff. de leg. 1 nominis, & rei §. verbum. ff. verb. sig. c. intelligentiâ & c. propterea eod. tit.* quamobrem non solùm causa verborum, & significatio, sed etiam mens agentium, vel maximè attendi debet *l. si in venditione in fin. ff. com. praed.*

Hinc patet solutio ad rationem dubitandi, 212 quia licèt verum sit, legem poenalem non esse extendendam ultra expressa in eadem, id tamen tantùm procedit, quando excluditur identitas rationis, & nisi ratione materiae, de qua est sermo, aliter sit lex poenalis intelligenda, & nisi ex stylo Curiae, & praxi Cancellariae ob eandem identitatem rationis extendatur ad non expressa. Neque obstat, quòd Tridentina Synodus tantùm loquatur de contrahentibus scienter matrimonium in gradibus prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, quia Concilium haec duo impedimenta expressit tantùm gratia exempli, & quia sunt frequentioris usus: in jure autem expressum frequentiae causam non restringit ad solum expressum, sed ob identitatem rationis extenditur etiam ad non expressa *l. 1. juxta Glossa in v. Illiricanas C. de quibus. mun.* quia enim potior pars dispensationum super impedimentis matrimonij petitor super impedimentis consanguinitatis, & affinitatis, ideo Concilium Tridentinum, & Constitutio Clementina haec duo utpote frequentiora exprimunt, non verò quòd excludant alia.

Quòd si dicas, constitutionem hanc non esse 213 extendendam ad non expressa in eadem. Contra est, quia tametsi sit simul correctoria, & poenalia adhuc ob identitatem rationis in ea expressae extenditur etiam ad alia impedimenta, Tum quia licèt videatur esse poenalis, fuit tamen edita in favorem animarum, & ut homines à perpetrandis incestibus coërcerentur, proinde est dilatanda, Bartolus io *l. si extensio n. 45.*

v. expediciis ff. solut. matrim. Felin. in *c. translato a. tt. de constit.*

214 Præterea ubi ratio expressa in textu omnino militet; lex quantumvis pœnalis extendenda est ad illum casum, de quo militat eadem ratio, secus tamen est, quando ratio non est expressa in lege, quia tunc cùm variæ possint rationes assignari, lex non debet extendi ultra expressa in ipsa; sed quando ratio exprimitur in lege, & stylus Curiæ, & praxis Cancellariæ est, ut ob identitatem rationis decretum Tridentinæ Synodi extendatur ad omnia impedimenta, tunc ex mente Legislatoris, ac summi Pontificis extenditur ad omnia impedimenta, cùm quibus scienter contrahitur matrimonium, est enim communior sententia, legem pœnalem extendi ad eum casum, in quo eadem ratio invenitur, ut docent Covarruvias in *c. Alma mater 2. p. §. 4. n. 7. v. 2.* Gutierez *qq. can. lib. 1. c. 10. n. 5.* Molina Jurista *lib. 1. de primogen. c. 5. n. 12.* Sylvester *v. lex q. 11. & v. pœna q. 4.* Antonius Gomez *t. variar. c. 11. n. 12.* Quamobrem quamvis in decreto Concilij Tridentini, & Constitutione Clementis exprimantur tantùm impedimenta consanguinitatis, & affinitatis, ob identitatem tamen rationis ibi expressæ decretum comprehendit omnes, qui scienter præsumunt matrimonium contrahere cum aliquo impedimento dirimente, quodcunque illud sit; præsertim cùm lex illa emanaverit in favorem animarum ad impediendos incestus, non est restringenda, sed potiùs dilatanda, cùm per hanc dilatationem consulatur animarum saluti, & impediantur peccata, retrahantúrque homines à matrimonijs indebitè ineundis. Hinc eum jura, dicunt leges pœnales esse restringendas, intelliguntur de legibus pœnalibus, quæ versantur circa delicti punitionem.

215 Quæritur quinquagesimò septimò, quomodo debeant se gerere, qui de facto cum impedimento dirimente scienter matrimonium contraxerunt, ut possint à Pontifice liberari à pœnis inflictis à Concilio Tridentino, & absolvi ab excommunicatione Clementinæ Constitutionis, ac validè contrahere? Respondetur, difficultet summos Pontifices induci ad dispensandum cum hisce contrahentibus, præsertim in gradibus proximioribus. Imò Paulus IV. in sua Constitutione, cui initium est, *Ab ea ipsa die:* prohibet in gradibus proximioribus dispensari hujusmodi contrahentes inquiens: *Ab ea ipsa die; qua divina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regenda universali ejus ecclesiæ præficere dignata est, nunquam cessavimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostrâ diligentiâ collerentur, diversas superinde constitutiones juxta casuum exigentiam quotidie promulgando, & publicando. Hinc est, quod cùm (sicut nobis nuper innotuit) à nonnullis anate citra incrudactum sit, ut qui matrimonium in secundo consanguinitatis, vel affinitatis gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem à Sede Apostolica super hujusmodi matrimonio contrahendo obtinere non posse, sub fiducia, illam saper eodem matrimonio postquam contractum fuerit, reportandi, matrimonium ipsum de facto contrahant, & carnali copula consummant excommunicationis sententiam in Concilio Viennensi contra matrimonia in gradibus prohibitis scienter contrahentes promulgatam damnabiliter incurrendo, & deinde sub prætextu, quòd si divortium fieret inter eos, gravia exinde inter eos, & eorum consanguineos, & affines scandala possent verisimiliter exoriri, & mulier perpetuò diffamata remaneret, absolutionem necessariam, & dispensationem opportunam quasi sibi debitas concedi expostulent, sicque absolutionem, & dispensationem (quas aliàs non obtinerent) eo prætextu ut plurimum reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes præmissa causam tribuere delinquendi, & incestum committendi, ac ex delicto, loco pœna, commodum, & appetitus satisfactionem reportari, malitys hominum occurrere volentes per has nostras omnibus innotescere volumus, quòd nos lapso tempore, infra quod notitia præsentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti contingat, verisimiliter haberi potuerit, absolutiones, & dispensationes hujusmodi ex prætextu prædicto, etiam si proles ex matrimonio sic contracto subsecuta fuerit, anllatenus, sed solùm ex causa urgentissima pro bono publico, & à jure considerata, per nos tantùm, & non alium approbanda, concedemus, & quòd dispensationes ex alia causa nostris temporibus perpetuò exulabunt: quod nobis licere non patimur nostris successoribus indicantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.*

Hinc difficulter Pontifices contra Constitutiones suorum Prædecessorum inducuntur 216 ad dispensandum cum scienter contrahentibus cum impedimentis dirimentibus matrimonium, & quando conceduntur dispensationes, non solent expediri, nisi cum aliquibus modificationibus, ac limitationibus: alioquin, si Pontifices faciles essent in hisce dispensationibus concedentis via sterneretur delictis, & Prænobiles frequentiùs has peterent dispensationes. Verùm quia manus Pontificis non dicuntur ligari per Constitutiones suorum prædecessorum, nec per decreta Concilij Tridentini, cum authoritas Pontificis ut capitis totius ecclesiæ sit supra Concilium, adhuc ex justa, & urgente causa potest Pontifex dispensare, quia tametsi, frequentes si essent hujusmodi dispensationes, perniciosæ essent ecclesiæ: quando tamen nonnisi tarò, & ex justa causa conceduntur, non sunt ecclesiæ damno, & saluti consulitur animarum. Oratores verò supplicantes Pontifici pro hujusmodi dispensatione debent in narratione exprimere gradum consanguinitatis, & quòd non obstante tali impedimento utrin-

que contrahenti noto matrimonium contraxerint, ac consummaverint, ac prolem susceperint; imò si Parochus in aliquo delinquit circa tale matrimonium, est etiam de hoc mentio facienda in supplicatione; & tunc Parochus punitur arbitrio Ordinarij, qui punire illum potest non solùm pœnâ arbitrariâ, sed etiam triennali suspensione, quia licèt Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 1.* statuat, Parochum sic delinquentem esse puniendum graviter arbitrio Ordinarij, non tamen Concilium derogat juri antiquo in *c. fin. de cland. despons.*

217 An verò si Oratores nescierint, gradum illum consanguinitatis esse prohibitum, excusentur à pœnis incurrendis, respondetur negativè, quia ignorare in tali gradu consanguinitatis matrimonium contrahere esse prohibitum, non est ignorantia facti, sed juris, quæ non excusat à pœnis incurrendis, quia error juris non prodest, ut notant Jason in *l. si ante num. 7. ff. solut. matrm.* Imola in *l. Justo n. 5. ff. de usucap.* sola enim ignorantia facti excusat non juris *c. ignorantia de Reg. Jur. in 6.* & docet Decius in *l. si is num. 32. ff. de jur. omnium. Judic.* & ratio ex eo petitur, quia ignorare jus est culpa lata, quæ nemini suffragatur *l. nec supina ff. de jur. & fact. ignor.* & hæc culpa æquiparatur dolo *l. Magna negligentia ff. de V. S.* quia statuta, & constitutiones Principis præsumuntur pervenisse ad notitiam eorum, ad quos spectabat, ut notat Baldus in *l. Lege sacratissima num. 2. C. de legib.* & Bartolus in *l. omnes populi. num. 61. ff. de justit. & jur.* Tum quia de iis, quæ quis tenetur investigare non præsumitur ignorantia, ut docent Canonistæ in *c. Ad falsariorum de crimine falsi.*

218 Hinc neque excusantur Oratores, si rustici, si idiotæ sint, quia juris ignorantia neminem excusat, ut docet Bartolus in *l. 1. num. 6. C. unde vi.* & notat Menochius *de recuper. possess. remed. 9. num. 21. & sequent.* Excipitur tamen à pœnis hisce incurrendis is, qui scienter in gradu prohibito invitus, & coactus, & ex timore cadente in virum constantem contraharet cum aliqua puella, aò quia ejus parentes vellent tale matrimonium iniri, quia tunc ex defectu liberi consensus matrimonium est etiam irritum, & quia nonnisi invitus illud contrahit adactus timore cadente in virum constantem, non est in culpa, sine qua non incurritur pœna.

219 Neque præfatas pœnas incurrit, qui credens contrahere cum consanguinea, & affine in gradu prohibito, ut in quarto gradu, contrahit cum consanguinea in gradu hodie non prohibito, ut in quinto, vel sexto gradu: ratio est, quia hujusmodi pœnis non punitur affectus, sed effectus. Imò nec eas incurrit, qui tantùm sponsalia de futuro contrahit cùm consanguinea, vel affina in gradu prohibito, quia sumus in pœnalibus, in quibus strictè facienda est interpretatio. Minores tamen, qui scienter contrahunt matrimonium cum consanguinea incurrunt pœnas statutas in Concilio Tridentino, & in Clementina constitutione; quia lex imponens pœnam contrahentibus scienter matrimonium cum impedimento dirimente est universalis, & loquitur absolutè, & locum habet quando scientia adest tempore, quo contrahitur matrimonium; unde à sensu contrario non sufficit ad incurrendas pœnas si talis scientia superveniat ex postfacto, ut notat Francus in *c. decrevit de haret. in 6.* Quamobrem, qui bona fide contraxerunt matrimonium ignorantes quartum gradum consanguinitatis nullam incurrunt pœnam, quia ignorantia facti eos excusat, cùm enim tam decretum Concilij Tridentini, quàm clementina constitutio loquantur de contrahentibus matrimonium scienter cum gradu prohibito non sunt hæ pœnæ extendendæ ad eos, qui non contrahunt scienter tale matrimonium, sed ignorant gradum consanguinitatis.

Quæritur quinquagesimo octavò, an Pontifex in dispensationibus possit uti plenitudine potestatis, ac dispensare absque justa, & legitima causa? Respondetur, quòd tametsi Pontifex possit de plenitudine potestatis revocare legem ecclesiasticam de non contrahendo matrimonio in gradu affinitatis, & consanguinitatis ab ecclesia prohibito; si tamen id faceret sine justa, ac gravi causa, licèt revocatio esset valida, adhuc tamen non excusaretur à peccato, quia non debet uti plenitudine potestatis sine causa: alioquin si absque justa, & gravi causa Pontifex dispensaret super impedimentis matrimonij, plures essent, qui diebus fermè singulis ex Hispania, Gallia, Germania, & Italia Romam confluerent pro impetrandis hujusmodi dispensationibus, cum non esset necesse, ut in supplicatione causam illam justam, & urgentem producerent, sicque plura sequerentur incommoda, ad quæ cavenda conveniens erat, ut Pontifex nonnisi ex justa, & urgente causa dispensaret super hujusmodi impedimentis: verùm tamen est, quod pro justa, & legitima causa sufficiat, si allegetur periculum scandalorum, & in narratione ponatur clausula, si divortium fieret, gravia exinde scandala possent verisimiliter exoriri, ut etiam infamia mulieris, quæ difficulter posset alteri nubere: hæc enim duo scandala, & infamia incurrenda ex denegata dispensatione justam, & legitimam præbent causam ad dispensandum in omni casu prohibito, ut notat Parisius *de resign. benefic. lib. 5. q. 3. n. 167.* 220

Tum quia Pontifex cùm sit Administrator fidelis, debet in regimine ecclesiæ prudenter se gerare consequenter rationabiliter, & cum justa causa tantùm debet dispensare super impedimentis dirimentibus, ut etiam super matrimonio jam inito præsertim scienter cum iisdem impedimentis. In hoc sensu Navarrus *cons. 2. tit. qui filij sint legitimi* explicat Gregorium XIII. qui anno 1584. mense Novembri dicitur negâsse hanc dispensationem à se ab Oratoribus petitam, qui cum impedimento dirimente scienter contraxerant, & addidisse, se non posse dispensare, hoc est sine justa, & gravi causa: quia Oratores nulla in supplicatione expositâ causâ sufficiente ad movendam voluntatem Pontificis, petierant dispensari. 221

Quòd

222 Quòd si impedimenta sint de jure divino potest tunc quidem Pontifex declarare, seu interpretari in aliquo casu particulari deficere obligationam legis divinæ, quando scilicet adsunt circumstantiæ, quas recenset Barbosa *de jure eccles. lib. 1. c. 2. num. 121. & sequent.* non verò supat eisdem dispansare, sicut super impedimentia de jure canonico statutis, quia Inferior non habet potestatem in legem superioris, nisi prout ab eodem superiore ei facultas conceditur, & Deus tantùm concadit Pontifici pro recto regimine ecclesiæ, ut possit declarare, ac interpretari in aliquo casu particulari deficere obligationem legis divinæ, non verò ut absolute dispenset: quia non potest tollere vinculum legis divinæ, nec fideles absolvere ab ejus obligatione *c. sunt quidam 25. q. 1. c. litteras de restit. spoliat. c. cum ad Monasterium de stat. Monachor.* Imò ex *d. c. sunt quidam* tenetur Pontifex toto nisu, & inconcussa animi firmitate legem divinam defendera, ac tueri: & ratio est, quia hæc est immutabilis §. *sed naturalia instit. de jure natur. gent.* adeò ut solus Deus possit legem, quam condidit abrogara, vel super illa dispensare, non verò id licitum est summo Pontifici ejus Vicario, quia inferior non potest mutare, nec destruere legem superioris *c. cum inferior de major, & obed. clement. ne Romani §. 1. de elect.* Tum quia judicium summi Pontificis in regimina ecclesiæ debet esse conforme statuto divino, non verò eidem dissonum *c. ut nostrum de eccles.*

223 Quæritur quinquagesimo nonò, quid dicendum, si unus ex Oratoribus matrimonium ineat scienter cum impedimento dirimente, & alter ignoranter, an tunc dispensatio scienti prosit? Respondetur nagativè cum Navarro *cons. 16. de consang. & affin.* ubi proponit quæstionem, an dispensatio de matrimonio contrahendo non obstante quarto gradu consanguinitatis cum narratione in supplicatione, quod ignorantes impedimentum tale matrimonium contraxerint, & quærit, an valeat dispensatio, si vir sciebat, vel tenebatur scire impedimentum, quod fæmina ignoravit: & respondet hujus quæstionis decisionem dependere ab illa alia, an ignorantia impedimenti fæminæ præstet, ut tam ipsa, quàm vir dicantur ignorâsse impedimentum, quod tamen innotuit viro: & censet, ignorantiam fæminæ non prodesse viro, qui proinde in tali casu indiget revalidatione dispensationis: & ex eo, quòd ob ignorantiam mulieris præfata dispensatio non prosit viro, neque potest uxori prodesse ob indivisibilitatem matrimonij, quod si claudicat ex parte viri, deficit ex parte mulieris, ut si unus contrahentium consentiat, & alter non. Quòd si ambo contrahantes ignoraverint tale impedimentum, tunc, cùm matrimonium contraxerint, procedendum est cum distinctiona: quia licèt ignorantia juris excuset ignorantiam facti, nõ tamen semper excusat, sed tantùm quando ignorantia est invincibilis, seu talis, ut postquam homo debitam adhibuerit diligentiam, adhuc maneat, & quâ etiam alij ejusdem conditionis, & status communiter post adhibitam diligentiam solent laborare; hæc enim ignorantia facti excusat à pœnis incurrendis, quia non supponit culpam, sine qua pœna non incurritur.

224 Secus si ignorantia fuerit crassa, supina, vel affectata non videtur excusare, dicitur enim ignorantia affectata, quâ quis eatenus aliquid ignorat, quia negligit, imò & non vult illud scire, ne contrahat obligationam ad aliquid agendum, vel omittendum; & hæc ignorantia sicut non excusat à culpa, ita nec etiam à pœna incurrenda; ignorantia crassa, & supina, ea dicitur, qua quis ignorat id, quod communiter alij ejusdem conditionis, & status sciunt, & tenentur scire, & hæc etiam ignorantia, sicut non excusat à culpa, ita nec etiam à pœna incurrenda.

225 Quæritur sexagesimò, an matrimonium initum extra propriam habitationem in loco, ubi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, suum sortiatur valorem, si ibi celebratum fuit sine Parocho, & alijs solemnitatibus? Concedunt ferè omnes, in aliquibus Christianorum Provincijs, imò & Catholicorum non fuisse Concilium Tridentinum promulgatum, nec consequenter receptum, ut in aliquibus Galliæ partibus, & in Polonia, in quibus locis, si ab eorum incolis matrimonium contrahatur absque Parocho, & testibus, validum habetur, eò quia idem Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1. in fin.* declaret, decretum de matrimonio contrahendo coram Parocho, & testibus non habere robur in unaquaque Parochia, nisi post triginta dies numarandos à facta publicatione in eadem: unde quamdiu non fuit publicatum nec receptum non obligat, tametsi ita contrahentes etiam in locis illis non excusentur à peccato.

226 Difficultas igitur est, an si incolæ alicujus loci, in quo publicatum, ac receptum fuit Concilium Tridentinum, divertant ad alium locum, ubi nunquam fuit publicatum, nec receptum, & ibi absque præsentia Parochi, & sine alijs solemnitatibus requisitis à Tridentina Synodo matrimonium contrahant, hoc suum sortiatur valorem. Respondetur cum distinctiona: vel enim confluunt ad locum, ubi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, & receptum, animo ibi constituendi domicilium, & tunc certum est, posse ibi absque Parocho, & testibus validè, quamvis non licitè matrimonium contrahere, quia cum matrimonium ibi contrahant animo constituendi in eodem loco fixum domicilium, fiunt incolæ loci illius, proinde non ampliùs obligantur legibus prioris domicilij. Vel matrimonium ibi contrahunt sine animo ibi constituendi domicilium, & tunc censent aliqui, tale matrimonium esse irritum: eò quia cùm fuerit decretum Concilij Tridentinj publicatum in illa Parochia, à qua discedunt contrahentes, afficit Parochianos, quocunque se transferant, & solùm ij possunt excusari, qui in tali loco contrahunt cùm animo ibi constituendi domicilium: alioquin discedentes è locis, ubi Tridentinum ob-

ligar, jam contraxarunt obligationem ſarvandi tale decretum, proinda quocunque abeant per modum tranſitus, tenentur illud ſarvare.

227 Idque firmant, quia Tridentinum irritat clandeſtina matrimonia, & reddit perſonas inhabiles ad ita contrahendum, inhabilitas autem, cùm ſit, quid perſonale afficit parſonam, quam comitatur, quocunqua ſe conferat, ex quo inferunt ob legitimam Concilij Tridentini publicationem Parochianos ſe conferentes ad locū, ubi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, & quidem per modum tranſitus, non poſſe ibi validè matrimonium contrahere. Secundò qoia ambo contrahentes vigore domicilij, à quo diſcedunt, & in quo fuit decretum Tridentini publicatum, contraxarunt obligationem contrahendi matrimonium juxta formam præſcriptam à Tridentina Synodo: ergò hujusmodi obligatio non ceſſat, ex eo quòd mutent locum. Tum quia contrahentes ſunt mambra eccleſiæ, cui ſubjiciuntur, conſequenter poſt legitimam promulgationem obligantur legibus eccleſiæ, quocunqua ſe transferant.

228 Verior taman, & communior ſententia aſt, tale matrimonium initum ſine Parocho, & teſtibus in loco, ubi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, nec receptum ſuum ſortiri valoram, ſi contrahentes non animo contrahendi ſine Parocho, & taſtibus, ſed tantùm ad evitanda impedimanta, ut inimicitias, & obſtacula, parentum diſceſſerint à proprio domicilio, in quo fuerat Concilium Tridentinum publicatum, & receptum, & ita fuiſſe declaratum à ſacris Congregatinne Concilij Tridentini interprate refert Corradus *lib. 8. diſpenſ. Apoſt. c. 4. n. 26.* ubi rafert duas declarationes ejusdem Congregationis, quarum prima emanata die 7. Februarij anno 1602. ita ſe habet: *Sacra Congregatio cenſuit, matrimonium celebratum extra locum propria habitationis, & in loco, ubi non erat publicatum Concilium Tridentinum abſque illius ſolemnitatibus eſſe validum, ſi receſſus a loco habitationis fuit factus ad evitanda impedimenta ſcilicet inimicitias, & obſtacula parentum.* Secunda, quæ habatur in una Colonianſ. 5. Septembris anno 1626. & in una Antuerpienſ. 16. Decembris annò 1628. declarat, quòd ſi contrahentes è loco, ubi Concilium Tridentinum fuit publicatum, & ubi habent domicilium, ſe transfarunt ad locum alium, in quo non fuit promulgatum, & quidem animo ut ibi ſine Parocho, & teſtibus matrimonium contrahant, irritum ſit tale matrimonium: ratio etiam ex eo peti poraſt, quia tunc contrahentes in fraudem Concilij Tridentini ſe transferunt in alium locum, ut ibi ſine Parocho, & teſtibus matrimonium contrahant: atqui fraus nemini debet patrocinari *c. ſedes. c. ex timore de reſcript.* patrocinaretur autem, ſi tale matrimonium validum eſſet, quia contrahentes ex tali fraude commodum reportarent, quatenus juxta proprium votum matrimonium contraherent ſine Parocho, & taſtibus.

229 Naqua dici poteſt, quòd tunc utantur jure ſuo, quia cum habaant domiailium in Parochia, ubi fuit Concilium Tridentinum promulgatum, habent jus contrahendi matrimonium juxta morem, & praxin propriæ Parochiæ; non verò habent jus illud contrahendi eo modo, quo in alio loco, ubi non habent domiailium, nec ubi non fuit promulgatum Concilium Tridentinum, contrahitur matrimonium ſine Parocho, & teſtibus. Si dicas, malam intentionem tantùm conferre ad patrandum paccatum, non verò ad annullandum actum, cùm intentio maneat in menta, & non influat affectum in actum externum. Contra eſt, quia hæc mala intentio contrahendi ſine Parocho, & teſtibus in loco, ubi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, ſa prodit exteriùs, quatenus po- nit diſceſſum à loco proprij domicilij, & eſt cauſa, aut contrahatur matrimonium in alio loco ſine Parocho, & teſtibus, ſi enim non ineſſet contrahantibus hæc intentio non diſceſſiſſent à proprio domicilio, nac contraxiſſent ſine Parocho, & teſtibus.

Cœterum, ſi ad evitanda impedimenta, ſeu inimicitias, & obſtacula parentum, contrahentes ſe transferant ad locum, ubi Tridentinum non fuit raceptum, validè contrahunt ſine Parocho, & teſtibus, quamvis non licitè juxta declarationem ſacræ Congregationis, & tunc non poteſt Epiſcopus per ſus decreta Synodalia invalidare matrimonia, quæ clandeſtinè ſine Parocho, & taſtibus contrahuntur in locis, ubi Concilium Tridentinum non eſt publicatum, & contrahentes tanquam veri conjuges debent ſimul cohabitare. 230

Quòd ſi Epiſcopus par ſua decreta Synodalia declararet irrita hujusmodi matrimonia, & qui contraxerant ad alias nuptias tranſirent, compallendi tunc eſſent redire ad priora matrimonia validè inita, adeò ut ſecunda, tametſi conſummata fuarint, nullius ſint valoris, ut declaravit ſacra Congregatio in cauſa Ruſſiæ 18. Novembris, & 2. Decembris 1628. ut rerfert Barboſa in *collect. Bull. v. matrimonium fol. 446.* Hinc patet ſolutio ad fundamenta oppoſitæ ſantentiæ, ad primum reſpondetur, Parochianos contrahere obligationem contrahendi matrimonium juxta formam Tridentini, quando illud contrahunt in loco, ubi Concilium fuit publicatum, & receptum, non ita ſi illud contrahant in loco, ubi non fuit publicatum, ſi ad avitanda impedimenta, & obſtacula parentum, & non animo contrahendi ſine Parocho, & teſtibus ſe transferunt in alium locum, lex anim non obligat, niſi ubi viget, & eſt recapta. Ad aliud quod addebatur, Tridentinum irritare matrimonia clandeſtina, & reddere perſonas inhabiles, reſpondetur, quòd tametſi inhabilitas abſolutè, & ſimpliciter conſtituta ſequatur perſonam, quocunque ſit itura, non ita quando inhabilitas eſt conſtituta per modum legis, quia tunc non latiùs extenditur, quàm obligatio ejusdem legis, quæ non obligat, niſi ubi viget, & eſt recepta. Ad aliud, quod ob loci mutationem non eeſſec obligatio, reſpondetur id non eſſe verum, quando obligatio 231

ligatio oritur ex lege, à qua dependet in fieri, & conservari: tunc enim si lex non obliget in omnibus locis, neque personæ in locis, ad quæ lex non extenditur, obligantur tali lege. Ad ultimum respondetur, esse quidem contrahentes membra ecclesiæ, sed non obligari in loco, ubi ex voluntate, ac dispositione ejusdem ecclesiæ, lex non habet robur, ut contingit, in locis, ubi non est publicata, nec recepta.

232 Quæritur sexagesimo primò, an Ordinarius urgente gravi necessitate possit dispansare super impedimento occulto dirimente matrimonium? Certum est, de potestate ordinaria solum summum Pontificem posse dispensara super impedimentis dirimentibus matrimonium, id enim decreto Pontificio, & Concilij Generalis statutum est pro indubitato, adeò ut Episcopus non possit potestate ordinatia super ijsdem dispensare, quia inferior non habet potestatem in legem superioris, consequanter nec potest in ea dispensare, ut docent Abbas in *c. Dilecti n. 10. de elect.* Archidiaconus *c. licèt can. de elect. in 6.* Rebuffus *pract. nominat. q. 5. n. 32.* Covarravias in *4. decret. 2. p. c. 6. in princ. n. 15. &* §. *10. n. 11.* Gutierez *l. 1. qq. canon. c. 5. n. 10.* unde difficultas tantùm est, an urgente gravissima necessitate possit Episcopus dispensare super hisce impedimentia, & duæ extant sententiæ, quarum prima est negativa, & nititur ex fundamento, quia Episcopua utpote inferior nun potest dispensare in lege Pontificia, vel Concilij, & ita præ cæteris docent Sotus *lib. 1. de just. q. 7. art. 3. v. at verò sciscitaris.* Corduba *lib. 1. q. 11. v. hac igitur.* Secunda sententia verior, & communior docet, urgente gravissima necessitate posse Episcopum dispensare super impedimento matrimonium dirimente, & ita docant Garcias *lib. 9. c. 5. n. 347.* Gutierez *qq. canon. lib. 1. c. 23.* Gratianus *regul. 433. n. 8.* Rebuffus *prax. benefic. de dispens. ad plura beneficia n. 30.* Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 3.* Et alij plures, quos ipse citat.

233 Verùm ut Episcopus possit super hisce impedimentis dispensare, aliquot debent circumstantiæ concurrere, quarum prima est, ut matrimonium non sit ineundum, quia tunc deberent expectare, donec dispensationem impetrarent à Pontifice, vel ab officio sacræ Pœnitentiariæ, sed debet esse matrimonium jam initum. Secunda ut sit contractum ignoranter quoad impedimentum. Tertia ut matrimonium jem fuerit consummatum. Quarta ut impedimentum sit occultum: Quinta ut contrahentas sint adeò pauperes, ut non possint mittere ad summum Pontificem, nec ad ejus Legatum, vel Nuntium habentem facultatem dispansandi super tali Impedimento. Sexta quòd ex separatione verisimiliter possent oriri scandala, ut notat Zerolla in *prax. Episcop. v. dispensatio* §. *ad quintum p. 1.* Si prærecensitæ omnes concurrant circumstantiæ, habetur necessitas urgentissima, quâ Episcopus possit interpretari voluntatem Pontificis esse, ut stanta ea necessitate possit dispensare, ne scilicet, qui matrimonium contraxerunt, & non possunt summum Pontificem adire, nec ejus Legatum, destituantur opportuno remedio: Siquidem abaque scandalo separari non possunt, & si non separentur, imminet periculum incontinentiæ, quod Pontifex intendit semper removere: ac proinde præsumitur in tali casu concedere facultatem Episcopo dispensandi super tali impedimento, cùm id sit æquitati valdè consonum: æquitas enim suadet mantem Legislatoris non esse, ut concurrentibus præfatis circumstantijs Episcopus cum publico scandalo separet conjugatos, neque est mens Pontificis, ut Episcopus permittat, eos non separati cum periculo incontinentiæ; ad hæc duo avertenda incommoda, ex mente Pontificia præsumitur hic concedere tunc facultatem Episcopo dispensandi super tali impedimento, præsertim si matrimonium fuerit à contrahentibua bona fide initum, alioquin mens Pontificis non est favere iniquitati, ac perversæ audaciæ contrahentium, ne iniquitas sit occasio facilioris dispensationis, alioquin frequenter contraherentur matrimonia contemptis impedimentis dirimentibus.

Cæterum si contrahentes bona fide processerint, tametsi pauperes non sint, habeántque sumptus necessarios pro impetranda Apostolica dispensatione, adhuc Episcopus potest dispensare: quia etiam in iis, qui divitiia affluunt, potest gravis necessitaa urgere, ut si longè distent ab urbe, vel loco, in quo Pontificis Legatus, vel Nuntius degit, & periculum adesset incontinentiæ, si tamdiu expectarent. Neq; id videtur ab æquitate dissentiri, neque à recta juris regula, quia tametsi Episcopus nequeat contra canones, & Concilia dispensare, nisi in casibus in jure expressis, si loquamur de potestate Ordinaria: nihilominus in multis casibus de potestate extraordinaria potest etiam dispensare in casibus sedi Apostolicæ reservatis, si inde gravissima urgeat necessitas, & periculum immineat scandali, si dispensatio differatur ex taxtu in *c. ut constitueretur 50. dist. c. ipsa pietas 23. q. 4. c. quadam lex 35. q. 3.* & docet Barbosa *de jure eccles. lib. 1. c. 11. num. 190.* Verùm id procedit de dispensatione in jure ecclesiastico, non verò divino, quia sicut Pontifex non dispensat in jure divino, sed tantùm declarat in aliquibua specialibus casibus concurrentibus talibus circumstantiis non obligare, ita neque Episcopua potest in jure divino dispensare. 234

Quinimò ut notat Barbosa *loc. cit.* quando Episcopua urgente gravi necessitate dispensat in jure ecclesiastico, hæc dispensatio est potiùs interpretatio voluntatis Pontificis, quatenus Episcopus tunc interpretatur, quòd si Pontifici innotesceret casua iste cum omnibus suis circumstantiis vellet, ut Episcopus tanquam delegatus Pontificis dispensaret; etenim si contractus matrimonij fuit initus bona fide, & qui ita contraxerunt, jam liberos susceperunt, nullum ipsis remedium suppeteret, si spe destituantur recurrendi ad proprium Episcopum, eò quia hoc negotium non patiatur dilationem: si enim 235

Episco-

Episcopus jubeat eos separari, tunc oriuntur scandala, & mulier incurrit infamiam, ut etiam filij ex tali matrimonio suscepti, cùm non habeentur legitimi.

236 Sin verò sinat, eos scienter perseverare in matrimonio irrito, jam imminet periculum incontinentiæ cum detrimento animæ, ac æternæ salutis, & cùm horum utrumque permittere absurdum sit, sequitur, quòd in tali casu Episcopus interpretetur mentem Pontificis esse, ut possit urgente tali necessitate ipse dispensare nomine Pontificis: quia ex gravi, & urgenti causa potest Episcopus dispensare in casibus Papæ reservatis: siquidem qui habet verisimilitudinem pro se, habet etiam pro se decisionem legis, ut notat Tiraquel in *l. si nunquam num. 37. de revoc. donat.* atqui verisimile est summum Pontificem in hoc casu nolle homines manere remedio destitutos, & cum aliud ita uxoratis non suppetat remedium, quàm ut Episcopus cum iisdem dispenset nomine ipsius Pontificis, ideo in hoc casu præsumitur summus Pontifex ob charitatem in proximum, ac bonum reipublicæ regimen, & præsertim ut saluti consulat animarum, concedere facultatem Episcopo, ut ipse dispenset, ut notat Navarrus in *manual. c. 22. num. 85.* & id etiam solet ad praxin reduci, refert enim Corradus *lib. 8. dispens. Apostol c. 4. num. 41.* Episcopum Astensem dispensâsse in supra dicto casu super matrimonio irritè contracto ob impedimentum dirimens, & postea rem totam à se actam scripsisse Romam ad Cardinalem Cussentinum tunc Prodatarium Sixti V. & cum Cardinalis id notificâsset Pontifici jussit Pontifex rescribi Episcopo prudenter egisse, & stante asserta necessitate sibi licuisse in tali casu dispensare, & ita etiam docent Zerola in *prax. Episc. V. dispensatio §. ad 5.* Sotus *in sent. dist. 37. q. unic. art. 2.* Sylvester *V. dispensatio §. 9.*

237 Imò Zerola fatetur, fuisse sibi à Romana Curia responsum, hanc sententiam pluries ab Episcopis fuisse ad praxin deductam, dummodo necessitas sit gravis, & urgeat, immineátque periculum incontinentiæ, si uxorati non separentur; & scandali si separentur: quia mens Pontificis non est, ut in hisce angustiis destituantur remedio, cum ipse intendat consulere saluti animarum, & non laqueum iisdem injicere. Non tamen potest Episcopus urgente illa necessitate delegare hanc facultatem dispensandi suo in spiritualibus Vicario Generali: & ratio ex eo petitur, quia hæc facultas nunquam venit in Generali mandato, proinde non potest eam permittere suo Vicario per textum in *c. quòd translationem de offic. leg.* & docent Felinus in *c. at si Clerici §. de adulter.* Reboffus in *prax. benefic. in forma Vicariatus n. 44.* non enim Vicarius ex Generali commissione habet potestatem dispensandi, nisi sibi specialiter committatur, ut docet Glossa in *c. qua de causa V. quidquid 2. q. 5.* Calderinus *de offic. Vicar. cons. 3.* Rebuffus in *prax. benefic. in form. Vicariatus num. 44.* Tum quia dispensatio se habet instar restitutionis in integrum, quæ non continetur in generali mandato *l. Illud ff. de minor.* ex quo fit, quòd Vicarius Episcopi non possit dispensare super impedimentis dirimentibus sine speciali commissione.

Quòd verò nec Episcopus possit dispensare 238 posset objici: quia nullibi in jure id reperiatur expressum, & Episcopus non habet plus facultatis, quàm à jure sibi concedatur. Sed contra, quia quòd in jure hæc facultas non reperiatur concessa Episcopo, id non oritur ex eo, quia summus Pontifex noluerit in præfatis casibus hanc facultatem attribuere Episcopis, sed quia necessitas superveniens non fuit ab ipso Pontifice considerata, cùm non possint omnes casus cum suis circumstantiis prævideri, nec proinde iisdem provideri expressè, sed tunc, ut docet Glossa in *l. tale pactum §. fin. ff. pact.* valet regula, quòd ubi disponens verisimiliter disponeret, si de eo cogitâsset, debeat pro disposito haberi, cùm impossibile sit, omnes futuros casus contingentes posse prævideri: hæcque procedunt de dispositione circa jus positivum, non verò circa legem divinam à Deo conditam, quia circa hanc nulla potest justa causa dari ad dispensandum, quia legislator Deus omnes, & singulos prævidit casus cùm suis circumstantiis, & divina voluntas, à qua dimanat lex divina, non est mutationi obnoxia, proinde si in aliquo casu voluisset, quod dispensatum esset in lege, id declarâsset.

Quæritur sexagesimo secundò, quomodo, 239 qui ignorantes impedimentum occultum contraxerunt matrimonium, debeant suam ignorantiam probare in ordine ad obtinendam dispensationem? Certum est, hanc ignorantiam non debere esse juris, sed facti, nec esse ignorantiam crassam, supinam, & affectatam, sed probabilem, quia Pontifex suæ concessioni, seu dispensationi addit clausulam, *dummodo ignorantia hujusmodi probabilis fuerit*: & quia Ordinarius executor dispensationis tenetur de hac ignorantia inquirere, debent Oratores eam probare, ut fundamentum suæ intentionis: quia regula, quòd ignorantia præsumitur *c. præsumitur de reg. jur. in 6.* non procedit, quando ignorantia est fundamentum intentionis agentis, quia tunc non sufficit eam allegare, sed est plenè probanda, ut docet Felinus in *c. Vigilanti num. 1. de præscript.* Est autem spectato jure communi hæc ignorantia probabilis, si Oratores probent, se audivisse à viris probis, & honestis nullum inter ipsos esse consanguinitatis, & affinitatis impedimentum, ut notat Glossa in *l. Titio fundus ff. de condit. & demonst.* ubi expressè ait, excusandum esse eum, qui bono, & honesto viro credidit.

Hinc probabilis ignorantia, quæ & etiam 240 invincibilis dici solet, est, quæ manet postquam homo debitam adhibuit diligentiam, & quâ alij homines sui statûs, & conditionis communiter post adhibitam diligentiam laborant. Respondetur ad quæsitum, Oratores tunc probare suam ignorantiam probabilem, si evincant per testes, se interrogâsse viros probos, & honestos, sibique etiam consanguineos, num esset aliquod

impe-

impedimentum consanguinitatis, & affinitatis inter ipsos, & responderint, nullum adesse. Vel etiam si probent in eo loco, ubi matrimonium contraxerunt fuisse constantem famam, & opinionem, quòd nullum inter ipsos adfuerit consanguinitatis, vel affinitatis vinculum, quo minùs possent inter se matrimoniū contrahere, quia sicut hæc publica fama excuset à thoro, ita etiam è delicto *l. similes §. mulier ff. de adult.* & docet Menochius *de arbit. Jud. lib. 7. consf. 6. in addit. n. 89.*

241 Hodie tamen post Concilium Tridentinum sufficit, si matrimonium fuerit initum præmissa trinâ denuntiatione, & servatâ forma Concilij Tridentini; si enim nullus adfuit, qui in neutra parochia merie, & fœminæ opposuerit impedimentum, excusantur Oratores à pœnie incurrendis in utroque foro, si verè cum ignorantia juste, & probabili de tali impedimento matrimonium contraxerint: non ita si eum ignorantie affectate, vel supina, quia hæc æquipatur scientiæ, quâ pœnæ incurrantur ex *clement. Eos de consang. & affin.* & ex Trident. *sess. 25. c. 5.* Neque obstat, quòd constitutio pœnalia liget tantùm scientes: quia ignorantes ignorantie affectata, & supina accensentur scientibus, quia hæc ignorantia includit in se latam culpam. Hæc igitur ignorantia probabilis debet coram Vicario, seu Executore dispensationis pontificiæ probari, quia illa dictio *dummodo* est conditionalis per textum in *c. ut præterita de elect.* & probatur per juramentum ipsorum Oratorum non solùm quando est verisimilis; sed etiam, quando contra ipsam præsumitur, quia quæ sunt in animo non possunt aliter probari, quàm per juramentum Glossa in *c. significasti de homicid.* ignorantia autem consistit in animo, hinc Mascardus *de probat conclus. 45. n. 48.* ait: tam ignorantiam, quàm scientiam probari juramento.

242 Neque ad verificandam hanc ignorantiam ex assertione, standum est simplici Oratorum dicto; neque sunt isti alio probationis onere gravandi, sed standum est eorum juramento, si aliunde ignorantia probari non potest, & id servatur in praxi. Verùm id procedit, dummodo non adsit aliqua juris præsumptio contra ipsos Oratores, quod Delegatus tenetur diligenter observare, ut notat Bertolus in *l. inter omnes §. rectè num. 3. in fin. ff. de furt.* quia si adessent conjecturæ, & indicia scientiæ, tunc ignorantia non haberetur ampliùs probabilis, nec verisimilis, ut notat Bartolus in *l. sicut §. 1. n. 3. v. hoc probo ff. de accus.* quo pacto quando adest præsumpta scientia alleganti ignorantiam, non datur restitutio *l. si tutor C. de pericul. tut.* & docet Glosse in *clement. 1. v. publicè de sepult.*

243 Quæritur sexagesimo tertiò, an Oratores supplicantes Pontifici pro dispensatione super impedimentis matrimonij in forma pauperum, teneantur de eorum paupertate docere, & quomodo? Plerumque volentes matrimonium contrahere cum aliquo impedimento dirimente, ut eximantur à consueto sumptu, narrant in supplicatione se esse pauperes, & quidem ad effectum obtinendi litteras dispensationis sub forma pauperum; & oritur difficultas, an tunc teneantur docere de tali paupertate: & videtur, ad id non teneri, sed satie esse, si id tantùm narretur, eò quia hæc qualitas habet præsumptionem, quæ naturaliter inest, siquidem quilibet homo pauper nascitur, quia nudus: hinc Job *Nudus egressus sum de utero matris mea, & nudus revertar illuc:* qualitas autem semel posita, quæ non tollitur ex cursu temporis, præsumitur existere, nisi præsumatur sublata, ut docet Grotius in *l. constante v. quid tenendum. ff. solut. matrim.*

Respondendum nihilominus est ad obtinendam dispensationem super impedimento matrimonij in forma pauperum ed effectum, ut Oratores eximantur è solutione compositionis, aliorúmque sumptuum, teneri docere de propria paupertate, eámque probare, cum in ea fundetur Oratorum remissio, ut communiter docent Doctores in *l. si verò §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog.* & præsertim Covarruvias *var. resol. c. 26. resol. 1. & 2.* Alciatus *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27.* & alij, adeò ut ad impetrandas dispensationes super impedimentis matrimonij in forma pauperum requiratur paupertas, & miserabilitas utriusque contrahentis, nec sufficiat, si alter eorum laboret paupertate, & alter sit sufficienter dives, possitque commodè solvere pro componende: id enim servatur in praxi, ut si alter ex contrahentibus sit dives, teneatur ipse solvere compositionem, quepropter in dispensatione, quæ datur in forma pauperum, semper exprimuntur in plurali ambo contrahentes pauperes; dicitur enim in dispensatione: *Ipsis aliàs scientibus se quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradu invicem esse conjunctos, vel se attinere, Orator non quidem peccandi datâ operâ &c. oratricem carnaliter cognovit, & quia cupiunt præfati Oratores, qui pauperes, & miserabiles existunt invicem matrimonialiter copulari, nos discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, ut præfatos Oratores, qui pauperes & miserabiles existunt, & ex labore, & industria sua tantùm vivunt, in primis ab invicem separes: deinde si veniam à te petierint, humiliter eam illis pænitentiam publicam imponas, qua alios deterreat à similibus committendis; & pænitentia publica peracta, ac recepto ab eis juramento, quòd sub spe faciliùs habenda dispensationis hujusmodi, incestum hunc non commiserint ipsos ab incestûs reatu, & excessibus hujusmodi; impositâ priùs eis propter incestum hujusmodi arbitrio tuo pænitentiâ salutari, hac vice duntaxat in forma ecclesiæ consueta in utroque foro authoritate nostra absolvas, &c.* 244

Ut igitur dispensatio in forma pauperum obtineatur, non solùm Oratores debent esse pauperes, sed etiam miserabiles, ut liquet ex forma dispensationis; licèt antiquitùs in ipsa tantùm dicerentur pauperes: sed impediendas tamē fraudes Urbanus VIII. statuit, ut non solùm essent pauperes, verùm etiam miserabiles, quia intardum contingebat, quòd tametsi Oratores possent 245

possent solvere compositiones, & jura officialium, sa nihilomninus pauparas fingabant emandicato atiam pauperratis rastimonio ad eum finam, ut sa à solutiona aximarent compositionis: & alij tamatsi nobiles assent, ac bona possidarent, quia taman divitijs, ut cæteri ejusdem conditionis non affluabant, se pauparas asserabant, ea nitentes ratione, quia juxta proprium statum ea non haberant commoda, quæ ab alijs paris conditionis possidentur, & idao se paupares asserantas dispensationam à Pontifice extorquebant in forma pauperum, cui fraudi, ut occurrat Urbanus VIII. voluit, ut in dispansatione in forma pauperum Oratores non solùm pauperes, sed etiam misersbiles essant.

246 Hinc licèt ab ipsis Oratoribus nulla fiat in narratione mentio da aorum miserabilitata, nihilominus quia Papa, & ejus Officiales intandunt, pauperibus, & miserabilibus personis concadare has dispansationas in forma pauparum, idao ax hodiarno stylo in præfatis littaris additur, *& miserabiles*, adcò ut debaat utrumqua verificari, & non sufficiat, si sola vazificetur paupertas, nisi etiam probatur miserabilitas, quia dum dicitur in littaris, *& miserabilis*, illa dictio, *&*, ast copulstiva, & conjunctiva *l. si quis ita stipulatus ff. V. O.* & notat Cæsar da Graffis *decis. 1. n. 5. da reb. eccles. non alien.* & quando adest dictio conjunctiva debant conjuncta simul verificari ex taxt. *in l. fin. §. fructu junct. Glossa in v. nihilo magis ff. quæ in fraud. credit*, idque val magis, quia illud varbum *miserabiles* additum fuit à Pontifica ad impadiendas traudas, consaquantar debet aliquid operari, cùm non adjiciatur ad ornarum, sed cum effectu *argum l. si quando ff. de leg. c. si à Papa de privileg. in 6.* & docat Gratianus *conf. 9. n. 241. vol. 1.* quinimò nec ipsæ syllabæ in dictis littaris frustra ponuntur, adeo ut nihil in ipsis superfluat *c. si enim 28. q. 1.* & docet Glossa in *c. solita de majorit. & obed.* idqua esusa est, cur Domini Abbraviatores majoris præsidentiæ samper datrahant ax litteris, quod superfluum est, ne in dispositiona Pontificis varbum ullum adsit, quin aliquid oparatur, ut notat Mandosios *regul. 9. q. 2. num. 3.* Cùm igitur hæc dictio *miserabiles* fuarit recens ab Urbano VIII, adjacta littaris dispansationis in forma pauparum, dabet aliqnid operari ax sa, cùm per ipsam obvietur fraudibus, proinde dabet atiam per se verificari.

247 Quòd si quæratur, qui dicantur pauperas, & miserabilas in ordina ad impetrandam dispensationam in forma pauparum, raspondat Glossa in *anthent. de hared. & fall.* eum dici pauperam, qui in bonis non habat quinquaginta aureos: & aum dici misarabilem, ad cujus miserationam nos natura inclinat: quapropter axecutor pontificiæ dispansationis datæ in forma pauperom tanetur, sa axtrajudicialitar informare, an precas veritata nitantur, sau an Oratores verè panperas sint, & misarsbilas, quia illius arbitrio, & conscientiæ committitur probatio paupertatis, & miserabilitatis, ut notat Corradua in *prax. dispens. Apostol. lib. 8. c. 5.* cum Manochio *de arbit. judic. cas. 65. n. 7.* Imò non intandit Pontifex hujusmodi dispensationes in forma pauparum concadara, nisi Oratoras sint adeo paupcras, & miserabiles, ut ax labora, & industria manuum suarum vivant, alioquin officialas Romanæ Curiæ fraudarantur amolumentis sibi debitis, & quibus non intendit Pontifex præjudicare, ut notar Parisiua *in resign. benef. lib. 10. q. 15.* ac propterea in testimonio panpartatis, & misarabilitatis axprimandum est, quòd Oratores ax labora, & industria manuum suarum tantùm vivanr, adaò ut alio modo non possint vivare, quia illud adverbium *tantùm* limitat, rastringit, & excludit *l. & non tantùm ff. de petit. hered. l. adversus C. si adversus rem judic.* & docet Francus *decis. 123. num. 4.* hæc autem fidas paupartatis, & miserabilitatis Oratorum à proprio aorundam Parocho exiganda est, dabat anim ipsemat attastari, Oratores essa adao pauparas, & miserabilas, ut ax suo tantùm labora, & industria vivant, & hæc attestatio mittitur Romam signata duobus testibus, qui idam deponant. Hodie taman, quia littaræ dispensationis expadiuntur cum clausula: *dummodo Oratores pauperes, & miserabiles existant*, dabent hæc duo itarum probari coram delagato antequam hic litteras dispansationis axaquatur: naqua admittitur testimonium panpartatis in ordine ad obtinendam hanc dispansationam in forma pauparum, nisi axprassè dicatur, quòd Oratores ax labora, & industria sua tantùm vivunt, quia sicut sufficientar is dicitur dives, qui pana non indiget, ita illa vocatur paupar, qui dabat sibi necassariò victum quærera proprio labora, & industria, ut notat Glossa in *l. pauperras ff. de accusat. tutor.* ragularirar tamen quis sit dicandus paupar, vel dives, arbitrio ralinquitur prudentia Judicis, ut notat Covarruvias *lib. 5. var. resol. c. 6. num. 8.* & Manochius *de arbit. cas. 66.* non taman sufficit si Judex arbitratur considerata qualitate personarum: siquidam da stylo Curiæ non conceduntur hujusmodi dispensationes in forma pauparum nisi illa dictiona *tantùm*, quæ est taxativa, imò hodia ad impadiandas fraudas additur etiam, *& miserabiles*.

Illud obsarvandum ast, quòd Orator cum præfato testimonio propriæ pauparratis, & miserabilitatis facto à proprio Parocho tam Oratoris, quàm Oratricis, & signata duobus tastibus, tenatur Romam proficisci pro impetranda dispansationa, si ab Urbe non distat supra cantum milliaria, verùm hic accessus non ast ita nacassarius, quando Oratores sunt conjuncti in gradibus ramotioribus, ut in quarto, & tertio, & quarto, sad tantùm qoando sunt conjuncti gradibus propinquioribus, ut etiam cognationa spirituali, quia pro hisca gradibus non admittitur axcusatio paupertatis, nae alterius impedimenti, ubi carnalis copula facuta ast, imò & ajus suspicio tantùm orta: quia in pœnam tanti scalaris præcipit Pontifex, ut Orator omnino accadat ad urbem, tametsi dabeat mendicare, vel sit cæcus, claudus, vel alio defectu corporis vitiatus, 248

tiatus, dummodo possit proficisci, quia tunc operam suam in fabricam S. Petri, vel alterius loci pij debet consetre.

249 Rursus testimonium, quod Orator secum fert Romam non solùm debet esse de paupertate, & miserabilitate Oratorie, & Oretricis, sed etiam dabet in eodem exprimi, quod nisi dispensentur, & matrimonium contrahent, gravia sint oritura scandela, & tam Oretori, quàm Oratrici periculum immineret vitæ; aliter non admittitur Romæ testimonium: imò solent etiam in urba examineri duo testes coram Præfecto Dateriæ, qui deponant, se cognoscere ipsum Oratorem: idque ad impediendas fraudes, ut notat Mascardus *de probat. conclus. 825.* Quòd si testes non reperiantur, eò quia Oretor sit prorsus ignotus, tunc ex aspectu personæ solet judicari, an talis sit, ut notat Gonzales *ad reg. 8. Cancellar. Gloss. 2. n. 44.*

250 Quæritur sexagesimo quartò, quid dicendum, si qui tempore impetrationis dispensationis revera erat pauper, & miserabilis, postea tempora executionis sit dives, an tunc Ordinarius debeat exequi dispensationem in forma pauperum? affirmat Naldus in *sum. v. pauper. n. 8. V. & tandem.* Idqua in favorem paupertatis, eò quia tunc Orator revera fuerit paupar, & miserabilis quando supplicavit Pontifici pro dispensatione, precas enim tunc in narrativa nitebantur veritate, proinde Pontificium rescriptum non vitiatur, quamvìs postea Orator ditescat, quia sufficit, si paupertes, & miserabilitas varè extiterint tempora impetrationis, ut docent Covarruvias *lib. 1. variar. resol. c. 20. n. 5.* Henriquez *de irregul. c. 17. in fin.* Respondetur nihilominus, ex hodierno stylo curiæ requiri, quòd preces atiam veritate nitantur tempore executionis, quia in dispensationibus matrimonialibus in forma pauperum, id specialiter requiritur, quapropter licèt Oratores obtinuerint dispensationem sub forma paupertatis, adhuc tamen quando delegato præsententur litteræ dispensationis, debet iterum Oretorum paupertes, & miserabilitas probari ab ipso delegato, antequam litteres dispensationis exequatur, idque ob clausulam insertam præfatis litteris, *& dummodo pauperes, & miserabiles existant*, utitur enim Pontifex tempore præsenti *existant*, quia mens Pontificis est, ut verè sint pauperes, & miserabiles, tunc quando cum ipsis Delegatus exequitur dispensationem, illa enim particula *dummodo* est conditionalis, quæ nihil ponit in esse, donec iterum verificetur paupertas, & miserabilitas Oratorum.

251 Ex eo igitur, quòd litterie dispensationis inseratur clausula, *& dummodo pauperes, & miserabiles existant*, liquet non satisfiari Datariæ Officialibus cum solo prædicto testimonio ordinario, quo tempore impetrandæ dispensationis essent pauperes, & misarabiles; si postea tempore executionis facti sint divites, quia præfata clausula non solùm debet verificari tempore, quo impetratur dispensatio, verùm etiam tempore, quo mandatur axecutioni, adeo ut narrata in supplicatione debeant verificari etiam coram axecutore, qui propterea tenetur inquirere, & examinera, an preces veritate nitentur, sicut ejus conscientiæ injungitur per clausulam illam etiam insertam litteris dispensationis, *si preces veritatè niti reperers; super quo tuam conscientiam oneramus*: hæc enim clausula non solùm refertur ad causam expressam pro ipso principali, rescripto dispensationis impetrato, verùm etiam ad ipsam allegatam paupertatem, & miserabilitatem: siquidem ex stylo Curiæ, & praxi Datariæ satis vulgatum est, clausulam in fine positam referri ad omnia præcedentia, ut etiam habetur in textu *c. Inquisitionis de appell.* Felin. in *c. causam n. 4. de rescript.* Quamobrem tunc putârim tantum sufficere, si preces veritate nitentur tempore, quo impetratur dispensatio, quando hæc per ipsam impetrationem totaliter complatur, ac perficitur, adeò ut non sit necesse, ut scribatur Ordinario loci, & Oretorum quoad executionem: quia quando rescriptum non indiget ministerio Executoris per solam dispensationem factam à Pontifice, gratia est totaliter perfecta, ac completa, & proinde sufficit, si pro tunc precee veritate nitentur: secus quando litteræ dirigontur executori, debent preces atiam tunc verificari, quando executor debat mendatum suum axequi, cùm Pontifex oneret ejus conscientiam, nisi diligenter viderit, ac examinaverit, an preces veritate nitantur.

Quòd si dicas, ex Tridentina Synodo *sess. 22.* 252
c. 5. dispensationem super impedimentis matrimonij esse concedendam omnino gratis, si causa justa subsit supar ijsdem dispensandi. Respondetur, id procedere in compositionibus, non verò in alijs juribus, ut fuit declaratum à sacra Congregationa Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ut refert Corradus *lib. 7. c 5. n. 34.* ubi refart ejusdem Congregationis declarationem, quæ ita se habet: *Decretum Concilij Tridentini, quod ajt, dispensationes gratis concedantur, habet locum in compositionibus, non in mercede, qua propter Bullarum expeditionem solvitur ex Congregationis sententia.* Quinimò notat Gartia de *Benefic. p 8 c. 2. n. 107.* etiam respectu compositionum non concedi dispensationes omnino gratis ob necessitates, & onera Sedis Apostolicæ (cujus authoritas salva est in decretis ejusdem Concilij, ut expressè habetur *sess. 25. c. ult.*) innumeræ enim sunt expensæ, quæ fiunt à Sede Apostolica, præsertim in mittendis ad partes infidelium, ibique alendis viris Apostolicis Missionarijs pro fide catholica in ijsdem partibus tuenda, conservanda, propaganda: unde non mirum, si pro hisce dispensationibus aliquid exigat impendendum in beneficium ecclesiæ.

Quæritur sexegesimo quintò, quomodo, 253
& quando in dispensationibus super impedimentis matrimonij injungatur publica pœnitentia? Respondetur tunc publicam Oratoribus imponi pœnitentiam, quando aorum delictum est publicum, quia cum Oretores peccaverint, & commiserint incestum, & post delictum

ctum petant dispensationem super impedimento consanguinitatis, ut possint matrimonium contrahere, debent ipsos pœnitere commissi incestûs, ac humiliter veniam petere per textum in *c. Venia de reg. jur. in 6.* & docet Innocentius in *c. Romana* cum Glossa *de sent. excom. in 6.* siquidem absolutio non impertitur, nisi eam petenti, adeò ut etiam de jure divino constet, eos tantùm absolutionem obtinuisse, qui delictum suum confessi humili, & contrito corde veniam petierunt: & quia delicto debet pœna respondere, ideò si delictum sit publicum, debet etiam pœnitentia, ut ei respondeat, esse publica: quapropter si publicum sit, Oratores fuisse incestuosos, æquitas exigit, ut eis publica injungatur pœnitentia, ut hæc respondeat delicto per textum in *c. quæsitum de pœnit. & remiss.* siquidem qui aliis fuerunt publico scandalo, debent, & publicè per resipiscentiam, & executionem pœnitentiæ sibi injunctæ esse ædificationi, ut etiam habetur in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 8.* ubi præcipitur, publicam imponi pœnitentiam, non verò solemnem, quæ fit cum certa forma ignominiosa *c. ult. 26. q. 9.* Pœnitentia publica ea dicitur, quæ hominibus patet, nulla tamen solemnitate interveniente, & injungitur Oratoribus vigore prædictarum litterarum: alioquin Vicarius delegatus propria authoritate non posset eam imponere, ut notat Sprozius *de offic. Vicar. lib. 2. q. 7. n. 2. & sequent.* solet etiam in injungenda hac pœnitentia publica haberi ratio, an Oratores sint affines, an verò consanguinei, vel aliter inter se impediti, quia juxta qualitatem impedimenti solet gravitas injungi pœnitentiæ: & quia hæc pœnitentia publica, à Papa speciatim quoad gravitatem, ac diuturnitatem non præscribitur in supra dictis litteris, injungenda est Oratoribus arbitrio Delegati, qui tamen debet pœnitentiam modificare secundùm circumstantias personarum, rerum, ac temporum, ut habetur in *c. tempora 26. q. 7.* & in *c. 1. de pœnit. 5. dist.* ubi dicitur, quòd pœnitentia debeat injungi consideratis criminis qualitate, persona, dignitate, conditione, sexu, officio, paupertate, infirmitate, debilitate, consuetudine, & alijs: debet tamen hæc pœnitentia Oratoribus injuncta esse publica, adeò ut omnibus degentibus in tali loco, oppido, vel civitate innotescat, qua ratione solet Oratoribus injungi, ut talem pœnitentiam peragant tempore, quo frequens populus ad missarum solemnia convenit diebus festivis, & solemnibus, dum divina celebrantur officia: imò magis publica videtur, si peragatur in missarum solemnijs in diebus festivis, & solemnioribus; quia tunc verè pœnitentia dicitur publica, ut ait Glossa in *clement. 1. v. publicè de sepultur.*

254 Hinc consuetudine introductum est plerisque in locis, ut publica pœnitentia vigore Apostolicarum litterarum ita injungatur, ut dùm missa solemnis decantatur in parochiali ecclesia Oratorum isti genibus flexis candelam accensam servatâ formâ decreti Vicarij delegati in manibus teneant à principio usque ad finem magnæ missæ: quia verò Pontifex executionem dispensationum dirigit Vicario in spiritualibus generali, hæc publica pœnitentia ab ipso tantùm imponi potest, non verò ab Episcopo ob differentiam, quæ intercedit inter Episcopum, & ejus Vicarium, seu Officialem, ut liquet ex *c. Venerabilibus de sent. excomun. in 6.* cùm enim hæc commissio fiat tantùm Vicario, non potest ad Episcopum pertinere, quia commissiones speciatim factæ officiali, seu Vicario non possunt expediri per Episcopum, etiam Officiali remoto: neque obstat, quòd sit unum, ac idem tribunal Episcopi, & ejus Vicarij, quia exinde tantùm sequitur, quòd in causis, quæ jure ordinario competunt Vicario, possint etiam ab Episcopo expediri, ut docent Rebuffus in *prax. benefic. tit. de forma Vicariatus num. 661.* Francus *in c. dilecti 2. q. 5 de appell.* Decius in *c. quoniam. n 62 de offic. deleg* at non est unum, ac idem tribunal quoad rescripta delegatoria: quia hæc coarctantur ad personam expressam *c. significanti de rescript.* ut notat Ludovisius *decis. 34. num. 2.* quapropter si hæc publica pœnitentia injungeretur Oratoribus ab Episcopo non delegato, esset perperam imposita: & quia Oratores sunt pauperes, & miserabiles etiam ipsis injungitur, ut operam suam fabricæ, vel servitio alicujus ecclesiæ, vel loci pij conferant, quod contingit, quando lites expediuntur in forma pauperum, quia cùm tunc Oratores non possint solvere consuetam compositionem, iisdem imponitur, ut operam suam locò solutionis conferant in beneficium alicujus ecclesiæ, qui enim nequit in ære solvere, æquum est, solvat in pelle, ut notat Glossa in *c. 1. caus. 15. q. 6.*

255 Neque Oratores possunt per alios hanc pœnitentiam adimplere, sed tenentur ipsi eam exequi, quia tametsi regula sit, ut qui per alium facit, per se ipsum facere videatur, *reg. qui per alium de reg. jur. in 6. l. 2. ff. rem pupilli salvam fore.* nihilominus quia hic agitur de pœnitentia injuncta adimplenda, nequit hæc per alium adimpleri, quia cùm injungatur per modum gravaminis, & pœnæ, debent hanc ij experiri, & sustinere, quibus injungitur, & qui deliquerunt, non verò alij, qui sunt innocentes: sicut enim non potest quis per alium vovere, ita nec pœnitentiam adimplere Gloss. *in c. sciendum 37. q. 1.* qui scelus perpetrârunt, debent ipsi pœnitentiis salutaribus, ac afflictivis puniri, quæ propterea non debent in aliud gravamen commutari, cum non sint res, quæ deliquerunt, sed personæ, ut notat Hostiensis *in sum. de offic. Ordin. §. qui pertinet. n. 4.*

256 Tum quia in litteris Apostolicis dicitur expressè, quòd debeant Oratores operam suam conferre: illa autem dictio *suam* importat personalitatem, quæ non potest ad alium extendi, ut notat Barbosa *de diction. dict. 344.* quia opera unius, non est opera alterius *l. si non fortem. §. libertus. ff. de condit. indeb.* sicut etiam dicimus, quòd actus, in quo est electa industria personæ non potest per alium exerceri *c. fin. de offic. deleg. c. 15. eod. tit. in 6.* Neque potest Vicarius delegatus in aliud opus, præter quam

in

in litteris expressum pœnitentiam commutare, adeò ut, cùm pœnitentia injungatur, quæ sic salutaris, non possit Vicarius eam commutare in non salutarem, & multò minùs Episcopus, qui tametsi possit ex causa pœnitentiam à Papa injunctam commutare, ut notat Glossa in *c. tempora 26. q. 6.* & docent Canonistæ in *c. At si clerici de judic.* sicut etiam Parochus pœnitentiam injunctam ab Episcopo, ut notat Sylvester in *v. Confessio 1. §. 26.* obi etiam addit, posse pœnitentiam impositam à primo Confessario mutari à secundo, hoc tamen procedit in foro interiori; non verò exteriori, ut notat Decius in *c. At si clerici. num. 31.* tum quia delegatus tenetur omnino servare formam suæ commissionis, alioquin totus processus corrueret, ut notat Genuensis in *sua praxi c. 20. num. 3.* forma enim commissionis directa ad delegatum, debet præcisè servari; adeò ut non possit, neque per æquipollene adimpleri; ut notat Ludovisius *decis. 218. num. 3.* ex doctrina Bartoli *in l. non sunt. ff. de statu hominum.* Quinimò etiamsi Orator ad collationem suæ operæ esset minus habilis, ut si esset mancus, decurtatus, vel corpore impeditus: adhuc non potest delegatus in aliam pœnitentiam commutare præterquam in litteris expressam: quia hæc commutatio est reservata summo Pontifici; vel ejus Datario, cui si innotuisset inhabilitas Oratoris, forsan non concessisset dispensationem.

257 Cæterum quia in litteris Apostolicis habetur, ut Oratores operam suam conferant in servitium fabricæ alicujus ecclesiæ, vel loci pij, potest delegatus etiam servando formam rescripti, commutare, ut conferant operam servitio alterius loci pij, & non fabricæ ecclesiæ, quia suprà dictæ litteræ non se adstringunt, nec coarctant ad solam fabricam, sed etiam se extendunt ad aliud servitium, ut notat Genuensis *in praxi c. 20. num. 1. & 2.* obi addit anno 1601. fuisse responsum ab Officialibus Romanæ Curiæ posse fieri hanc commutationem: & ratio etiam ex eo petitur, quia in litteris Apostolicis apponitur clausula *Operam suam conferat fabricæ, vel in aliud servitium alicujus ecclesiæ, vel loci pij*, illa autem particula *vel* est una ex alternativis, ut docet Bartolus in *l. si quis ita legaverit, ff. de aur. & argent.* & ex alternativis sufficit, si unum adimpleatur ex expressis. Quamobrem collatio hujusmodi operæ non restringitur ad solum ecclesiæ servitium, sed etiam alterius loci pij, Hospitalis, Zenodochij, monasterij, Conservatorij, Nosocomij, Leprosariæ, quæ omnia sunt loca pia.

258 An verò debeant hæc opera impendi in beneficium loci pij intra limites diœcesis Oratorum, adeò ut non possit Orator pœnitentiam sibi injunctam adimplere, si operam suam conferat loco pio extra suam diœcesin. Respondetur, debere Oratores ad arbitrium delegati operam suam conferre servitio alicujus ecclesiæ, vel loci pij, in quo ipsi reperiuntur, adeò ut non sit necesse, ut operam suam conferant ecclesiæ loci, vel oppidi, in quo manent, sed sufficiat, si illam conferant alicui loco pio intra limites ejusdem diœcesis, & quidem per tres menses si impedimentum sit tertij, & quarti graduum etiam mixtorum, & provenientium ex pluribus stipitibus, vel etiam quinque mensium, si impedimentum fuerit in secundo, & tertio gradu à communi stipite: juxta qualitatem enim graduum sive consanguinitatis, sive affinitatis, est gravior, vel levior injungenda pœnitentia ex stylo Datariæ Apostolicæ.

Quæritur sexagesimo sextò, an executio dispensationis in forma pauperum possit à delegato denegari? Respondetur affirmativè: & 259
ratio petitur ex eo, quia Papa non mandat simpliciter, & absolutè ut delegatus dispenset, sed addit clausulam, *si tibi expediens videbitur*, & ut ait Apostolus: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, ut habetur in *c. alind quidem 11. q. 1.* ubi Glossa ait, quòd tunc non expediat, quod licitum est; quando usus ipsius potest aliis inferre detrimentum *c. sic enim 28 q. 1.* hæcque ratio, cur Pontifex non mandet simpliciter, & absolutè dispensari cùm dictis Oratoribus, sed tantùm conditionatè si expediens videbitur delegato, quæ conditio importat arbitrium boni viri; non verò liberam voluntatem, ut notat Menochius de *arbit. judic. lib. 1. q. 8. n. 1. & seq.* hinc tenetur delegatus diligenter perpendere, an dictam dispensationem debeat Oratoribus concedere, vel denegare: siquidem in hoc tenetur se regulare, prout de jure *l. fideicommissa §. quamquam ff. de leg. 3.* Bartolus in *l. si sic. in princ. num. 2. ff. de leg. c. 2.* Tum quia clausula, *si tibi expediens videbitur* ex sui natura est taxativa, & restrictiva, ut notat Tuschus *tom. 2. litt. D. conclus. 264.* Quia sicut ad evitanda scandala, quæ orirentur nisi matrimonium contraheretur, conceditur dispensatio, eò quia impedimentum scandali sit justa causa dispensandi in quovis casu prohibito, ut notat Acharanus *cons. 339.* ita è converso si ex concessione dispensationis orirentur scandala, non deberet à delegato dispensatio mandari executioni *c. nihil cum scandalo de præscript.* & ibi ibi suse Felinus: quinimò ipse Episcopus tenetur ex officio matrimonium contrahendum impedire, quando est timor futuri scandali, quamvis nullum adsit impedimentum in ordine ad matrimonium contrahendum *c. super eo de cognat. spirit.* & docet Abbas in *c. cum in tua num. 4. de spons.* ubi asserit, quòd propter scandalum imminens inter aliquas familias debeat Episcopus omnino præcipere, ne volentes matrimonium contrahere, illud contrahant *argum. cap. nihil cum scandalo de præscript.* ubi Glossa notat, quòd propter scandalum desistendum sit à jure suo *c. cavendum 10. q. 3. c. ad aures de temp. Ordin.*

Neque delegatus debet priùs exequi dispen- 260
sationem concessam in forma pauperum, quàm Oratores injunctam sibi pœnitentiam adimpleverint, quia Pontifex mandat, quòd tunc delegatus eum ipsis dispenset, & particula *tunc* denotat extremitatem temporis designati, adeò ut nequeat delegatus dispensationem exequi, nisi omnia, quæ injunguntur Oratoribus, fuerint priùs adimpleta, ut notat Tuschus *tom. 2.*

conclus. 364. n. 1. Decius *cons. 89. n. 3. & cons. 90. n. 2.* Anchar. *cons. 356. col. 3. v. tertio.*

261 Quæritur sexagesimo septimò, quomodo dispensatio super impedimento publicæ honestatis justitiæ impetretur? dispensatio super hoc impedimento frequens est in curiis, siva copula fuarit secuta, sive non, & oritur hoc impedimentum non ex consanguinitate, nec affinitate, sed ex qoadam honestate, quæ in matrimonijs consideratur, & inductum est ex sponsalibus validis; & quamvis olim hoc impedimentum extenderetur usque ad quartum gradum; hodie tamen ex decreto Synodi Tridentinæ non excedit primum gradum, & oritur ex sponsalibus de futuro tantùm, adeò ut consanguinei sponsi, vel sponsæ in primo tantùm gradu axistentes prohibeantur matrimonium contrahere sine Apostolica dispensatione: unde hæc publica honestas, & propinquitas orta ex sponsalibus trahit suam originem, & vim ab ecclesiæ institutione, eò quia non sit honestum, ut quis eam ducat, quam suus consanguineus in primo gradu desponsaverat per textum in *c. ad audientiam*, *& c. sponsam de spons.* Cum enim dissidia, & inimicitiæ orirentur inter consanguineos, eò quia puellam uni desponsatam alius consanguineorum quæreret in uxoram ducere, ideò ab ecclesia prohibitum id fuit ad impediendas inimicitias, & avertenda gravia incommoda, & ecclesia hoc impedimentum vocavit publicam honestatem: quia non fuit aliud nomen aptius, quo ab alijs impedimentis distingueretur, cùm non sit impedimentum legale, nec spirituale, nec carnale, quia non oritur hæc prohibitio ex consanguinitate, nec affinitate contracta ex nuptijs consummatis, sed tantùm ex sponsalibus validis: sicut enim per matrimonium contrahitur affinitas dirimens subsequens matrimonium: ita etiam ex sponsalibus oritur impedimentum licèt affinitate minùs perfectum, quod matrimonium dirimit.

262 Duobus modis hoc impedimentum contrahitur; primò ex sponsalibus per verba de futuro, & tunc non excedit primum gradum, quando sponsalia sunt valida, & solet cum hoc impedimento facilè dispensari. Secundò ex matrimonio rato tantùm, & nondum consummato, & tunc extenditur usque ad quartum gradum, perinde ac si esset impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, & super hoc impedimento nonnisi ex gravissimis, & arduis causis dispensatur. Quòd verò priori modo, quando oritur ex sponsalibus per verba de futuro, non excedat primum gradum, habetur ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. c. 4. de refor.* ibi: *Justitia publicæ honestatis impedimentum ubi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari*, unde hoc impedimentum per Tridentinam Synodum ad duo restringitur, nimirum ad sponsalia valida, & ad primum tantùm gradum tam in linea transversa, quàm recta. Ex sponsalibus invalidis non oritur hoc impedimentum, & multipliciter possunt sponsalia invalidè contrahi. Primò si quis ea contrahat ante ætatem in ijsdem requisitam. Secundo si post emissum solemne votum castitatis. Tertiò quando contrahuntur sub conditione, antequam hæc purificetur, dummodo conditio non sit impossibilis, aut turpis. Quartò si contrahantur cum persona incerta. Quintò si deficiat consensus alterius. Sextò si matrimonium contrahatur sub conditione. Septimò quando contrahuntur à parentibus nomine filiorum, sive legitimæ ætatis sint, sive non; nisi expresè, vel tacitè consentiant, vel nisi sint præsentes, & non contradicant.

Neque hoc impedimentum publicæ hone- 264
statis justitiæ tollitur per dissolutionem sponsaliorum ex mutuo consensu eorum, qui sponsalia contraxerunt, ut declaravit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres, ut refert Leo in *thes. for. eccles. p. 2. c. 9. n. 92.* & id est in usu in Curia Romana. Quòd hoc impedimentum oriatur etiam ex matrimonio contracto per verba de præsenti rato tantùm, & nondum consummato, declaravit sacra Congregatio referente Corrado *lib. 8. c. 7.* ubi exhibet, hanc declarationem, quæ est: *Ex matrimonio contracto per verba de præsenti non tamen consummato, non provenire impedimentum affinitatis, sed tantùm publicæ honestatis justitiæ, ac propterea non comprehendi decreto Concilij, ubi impedimentum ex hujusmodi sponsalibus de futuro proveniens, non excedit primum gradum, censuit sacra Congregatio.*

Licèt hoc impedimentum justitiæ, & pub- 265
licæ honestatis, si oriatur ex sponsalibus de futuro, non extendatur ultra primum gradum utriúsque lineæ rectæ, & transversæ, si tamen oriatur ex sponsalibus de præsenti, seu ex matrimonio rato, & nondum consummato extenditur, sicut de jure antiquo usque ad quartum gradum inclusivè, perinde ac impedimentum consanguinitatis, ut expresè declaravit Pius V. in suo motu proprio, cui initium est: *Ad Romanum spectat.* edito anno 1568. ubi Pontifex præmittens plures Doctores dubitâsse, an decretum Concilij Tridentini *sess. 24. c. 3.* quo cavetur, impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia valida non fuerint prorsus tolli; & ubi valida fuerint non excedere primum gradum, intelligetur tantùm de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsenti rato, & nondum consummato; Pontifex, inquam ad omnem dubitationem extinguendam declarat, hoc impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio de præsenti rato, & nondum consummato extendi ad omnes illos casus, & gradus, ad quos de jure veteri se extendebat ante decretum Tridentinæ Synodi: ait Pius V. *Authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus decretum Concilij hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat; non autem in matrimonio sic* (ut præfertur) *contracto, sed in*

se

eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Ex hac declaratione Pij V. liquet, errare putantes impedimentum publicæ honestatis, prout oritur ex matrimonio rato, esse restrictum, per Concilium Tridentinum ad solum primum gradum, perinde ac si oriretur ex sponsalibus de futuro. Et quamvis ad corroborandam propriam sententiam adferant quandam sacræ Congregationis declarationem, hæc tamen falsa est, & Franciscus Fagnanus, qui fuit præfatæ Congregationis Secretarius, interrogatus à Pyrrho Corrado de validitate hujus declarationis, respondit eidem, nunquam talem declarationem emanâsse ab ipsa sacra Congregatione: & addit Corradus, quòd cùm tempore fuisset hæc declaratio producta in Archiepiscopali Neapolitana Curia per virum, & mulierem cupientes matrimonium contrahere, inter quos aderat hoc impedimentum publicæ honestatis, in tertio gradu ex matrimonio rato, non consummato; Vicarius Generalis ejusdem Curiæ eam rejecerit, eò quia non fuerit in forma authentica.

265 Quamobrem licèt ex matrimonio rato, & nondum consummato nulla contrahatur affinitas, remanet tamen impedimentum publicæ honestatis in omnibus ijs gradibus, sicut de jure veteri ante decretum Concilij Tridentini. Notat Sanchez *disp. 64. n. 1.* ex matrimonio rato, & nondum consummato tantùm impropriè, & laxo modo posse dici oriri impedimentum affinitatis, quod tamen propriè est publicæ honestatis, & non affinitatis, quia affinitas tunc tantùm oritur, quando vir, & fœmina fiunt una caro, ut contingit per consummationem matrimonij: hoc autem non potest dici de matrimonio tantùm rato, & nondum consummato, & id fuisse declaratum à sacra Congregatione Concilij Tridentini interprete, refert Corradus *lib. 8. c. 7. n. 20.* ubi ait ita, censuisse sacram Congregationem: ex matrimonio per verba de præsenti copulâ non secutâ non oriri affinitatem *die 27. April 1568.*

266 Neque obstat, hoc impedimentum ortum ex matrimonio tantùm rato, & nondum consummato vocari ab Apostolica Dataria affinitatem: quia nonnisi impropriè Apostolica Dataria vocat hoc impedimentum affinitatem in casu petendæ dispensationis super eo, & ea fortassis ratione, quis per matrimonium de præsenti contrahentes acquirunt proximam, ac expeditam facultatem ad copulam, quâ vir, & mulier uniuntur in ratione unius principij quoad generandam prolem, proinde quia præsumuntur ita uniti, præsumitur etiam ex illa unione oriri impedimentum affinitatis. Quamobrem licèt Dataria Apostolica vocet hoc impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio rato, & nondum consummato impedimentum affinitatis, non tamen quia propriè tale sit, sed tantùm præsumptivè, seu potiùs ad retrahendos Oratores, omnésque alios à petitione similium dispensationum, cùm perinde sit, ac si esset impedimentum primi, & secundi, vel alterius gradus affinitatis quoad dispensationes super eo impetrandas.

Hæ autem dispensationes tunc tantùm conceduntur, quando allegantur causæ, quæ solent allegari in dispensationibus super quocunque impedimento consanguinitatis, & affinitatis, hoc est in proximioribus gradibus, ut in secundo; vel primo, & secundo consanguinitatis, vel affinitatis, si intervenerit copula, & oriretur infamia, vel oriréntur dissidia inter plures familias, & inimicitiæ capitales: hæ siquidem censentur causæ sufficientes, quibus Pontifex moveatur ad dispensandum, & Covarruvias *4. decret. p. 2. c. 6. §. 10. num. 7.* ait: sic fuisse ita dispensatum cum Catharina Austriaca, & Henrico VIII. post mortem Arturi fratris Henrici Angliæ Regis, cùm enim Catharina priùs nupsisset Arturo Regi Angliæ, & hic ex morbo, quo laboravit, matrimonium non consummaverit, dispensatum fuit cum Catharina, ut posset nubere Henrico VIII. Arturi Germano fratri. 267

Quando igitur hoc impedimentum publicæ honestatis oritur ex matrimonio rato, & nondum consummato, debet in narratione inserta supplicationi exprimi, oriri hoc impedimentum ex matrimonio tantùm rato, & nondum consummato; & in litteris etiam explicatur, quòd Orator aliàs matrimonium per verba de præsenti, cum Oratricis sorore mox defuncta publicè coram facie ecclesiæ, & servata forma Concilij Tridentini contraxerit, non tamen carnali copula consummaverit, adeò ut soror Oratricis ab eodem Oratore intacta fuerit semper relicta, & nondum corrupta è vivis decesserit. Rursus explicandi etiam sunt gradus, & in quoto gradu Oratores distent. Quia verò ex sponsalibus de futuro de communi consensu dissolutis adhuc remanet impedimentum publicæ honestatis, ideo Oratores, cùm petunt dispensationem debent mentionem facere de hac dissolutione. 268

Quæritur sexagesimo octavò, an Pontifex possit dispensare super matrimonio rato, & nondum consummato, adeò ut qui matrimonium de præsenti contraxêre possint per pontificiam dispensationem resilire à tali matrimonio? Respondetur, super hac quæstione duas esse sententias, & earum primam, quam docet præ cæteris Petrus de Ledesma *de sacram. matrim. q. 67. V. secunda conclusio.* asserere, non posse summum Pontificem dispensare super matrimonio rato, & nondum consummato, adeò ut matrimonium ratum non possit ampliùs dissolvi, nec per Pontificiam dispensationem, & Ledesma refert usque ad tempora Martini V. nunquam fuisse auditam talem dispensationem, cùm tamen ante Martinum plura extiterint matrimonia rata, & maximè odiosa: quinimò post Martinum V. plures Pontifices non fuerunt ausi dispensare super matrimonio rato, & Panormitanus in *c. Ex publico de convers. conjug.* refert, Innocentium VIII. respondisse cuidam Principi non posse dispensare super matrimonio rato: & 269

& alij referunt Adrianum VI. Præceptorem Caroli V. virum doctissimum noluisse hujusmodi dispensationem concedere, eò quia senserit, non posse summum Pontificem dispensare super matrimonio rato, quamvis nondum consummato. Et ajunt hoc idem sensisse Pium V.

270 Nihilominus secunda, & verior sententia asserit, posse Pontificem ex justa, & urgentissima causa dispensare in matrimonio rato nondum consummato, adeò ut dissoluto vinculo per Pontificiam dispensationem possint, qui contraxerant aliud matrimonium contrahere. Idque desumitur ex *c. Ex publico §. sanè.* ibi: *Sanè quòd Dominus in Evangelio dicit, nō licet viro nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloquij, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum*, ut notat Glossa *V. consummatum*, ubi addit, matrimonium non consummatum sortiri naturam ex constitutione ecclesiæ; ideo circa illud posse Pontificem dispensare, non verò in matrimonio consummato, eò quia hoc suam ab ipso Domino naturam sortiatur, ideóque circa matrimonium consummatum non posse Pontificem dispensare, sed tantùm illud interpretari, ut notat Navarrus *cons. 3. num. 2. de sponsal.* Tum quia in dubiis standum est sententiæ superiorum *c. Ad aures de temper. ordin.* & *c. quid culpatur 23. q. 1.*

271 Ratio etiam ex eo petitur, quia summus Pontifex quoad regimen totius ecclesiæ ob assistentiam Spiritus sancti non permittitur errare, atqui varij recensentur Pontifices, qui dispensârunt super matrimonio rato, & nondum consummato, etenim D. Antoninus *3. p. tom. 1. c. 21. §. 3.* asserit, se vidisse Bullas Martini V. & Eugenij IV. qui dispensârunt super matrimonio rato, & nondum consummato, Navarrus etiam in *summa c. 22. num. 21.* testatur ter, vel quater ad petitionem suam Paulum III. & Pium IV. dispensâsse. Cajetanus itidem in *opusc. tom. 1. tract. 28. de matrim. q. unic.* refert, suo tempore sæpe Pontificem dispensâsse in matrimonio rato, imò Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. num 11. in comment. litt. F.* refert Gregorium XIII. unica die cum undecim dispensâsse. Præterea etiam si præscindamus ab hisce dispensationibus factis à pluribus Pontificibus; id saltem certum est, hanc quæstionem esse dubiam, cùm plures negent, posse Pontificem dispensare in matrimonio rato, & plures id affirment, & quidem ex gravioribus Theologis, & Canonistis: atqui in dubio standum est sententiæ Pontificum, quorum potestas quantum licet, extendi debet ad illos casus, qui ecclesiæ sunt utiles.

272 Præterea quia plures Pontifices de facto dispensârunt, acquiescendum potiùs est sententiæ Pontificum, quàm aliorum Doctorum: siquidem credendum est, Christum, qui in necessarijs non deficit, contulisse suo Vicario plenam potestatem ad ea, quæ bono ecclesiæ regimini necessaria sunt: & potestas dispensandi in matrimonio rato est valdè necessaria in ecclesia: persæpe enim contingit, ut per dissolutionem matrimonij rati plura cessent scandala, extinguantur dissidia, & impediantur mala, quæ frequentiùs contingebant ante Concilium Tridentinum: eò quia plures clam cum una, & ante consummationem publicè cum alia contraherent; & ecclesia, quæ de occultis non judicat, in foro externo compellebat ad posterius matrimonium, quod erat invalidum: & manebant, qui invalidè contraxerant publicè absque remedio: quapropter ad hæc, & alia incommoda, ac mala impedienda, credendum est, Christum contulisse Pontifici hanc potestatem dispensandi in matrimonio rato, & nondum consummato ex gravi, & urgentissima causa ad impedienda scandala, extinguendas inimicitias, & alia mala præcavenda.

Tum quia in sententia perquam probabili potest Pontifex dispensare in voto solemni religionis, proinde à fortiori etiam in matrimonio rato, quia votum solemne est fortius vinculum, cùm dissolvat matrimonium ratum, potest enim, qui matrimoniū contraxit de præsenti, antequam illud consummet, ingredi religionem aliquam ex approbatis à Sede Apostolica, & in ea solemniter profiteri tria vota, per quæ dissolvitur matrimonium ratum, cujus vinculum est propterea debilius. Præterea traditio est minor in matrimonio, quàm in voto, quia in illo fit soli homini, & in hoc Deo, & homini, unde si Pontifex potest solvere vinculum majus, quod dissolvit matrimonium ratum; à fortiori poterit ipsum matrimonium ratum, & nondum consummatum, quod est vinculum debilius dissolvere *argum. l. de accessionibus. ff. de divers. & temp. præscript.* 273

Quòd si dicas, esse discrimen inter matrimonium ratum, & votum solemne, quia illud sit, Sacramentum non istud. Contra est, quia matrimonium non dicitur indissolubile ex eo præcisè, quia sit Sacramentum, sed quia conjuges fiunt una caro, & id non contingit per matrimonium ratum, sed per consummatum: matrimonium enim ratum non habet omnimodam indissolubilitatem, cum de facto solvatur, si aliquis ex contrahentibus antequam consummatur, ingrediatur aliquam ex religionibus approbatis, & in ea emittat vota solemnia. Præterea omnimoda indissolubilitas matrimonij non oritur à ratione Sacramenti, quia matrimonium, ut est Sacramentum, non habet effectum indelebilem, seu characterem, nec significationem vinculi indissolubilis: quinimò matrimonium ratum, quamvis sit Sacramentum, adhuc repræsentat vinculum solubile, quia ante copulam non significat unionem Christi per carnem, neque unionem indissolubilem Christi cum ecclesia, alioquin non posset dissolvi per professionem emissam in religione approbata: unde stat, matrimonium ratum, & nondum consummatum non esse indissolubile ratione Sacramenti, consequenter Sacramentum non obstare, quin ex justa, & urgente causa possit à Pontifice dissolvi, ut docent ex Theologis D. Antoninus *3. p. tom. 1. c. 2. n. 21. §. 3.* Cajetanus *opusc. tom. 1. tract. 28. de matrim. q. unic.* 274

unic. Bellarminus *lib. 2. de Monach. c. 28. §. altera solutio est:* & ex Canonistis Barbosa *ff. sol. matrim. 2. p. rubric. 103.* Menochius *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. n. 37. & de arbitrar. lib. 2. centur. 5. cas. 455. n. 4.* Brunelus *de spons. conclus. 1, n. 11.* Felinus in *c. qua in ecclesiarum n. 28.* Baldus *l. Deo nobis in princ. n. 7. C. de Episcop. & Cler.*

275 Quæritur sexagesimo nono, ex quibus causis possit Pontifex dispensare in matrimonio rato, & nondum consummato? Certum est, requiri justam causam, & quidem urgentem, ut possit Pontifex dispensare in matrimonio rato, quia debet in hisce dispensationibus agere prudentem, & fidelem ministrum: non ageret autem prudenter, si absque justa causa dissolveret matrimonium ratum: sunt autem justæ causæ plures, quarum prima est notabilis in qualitate disparitas, ut si contrahentes sint notabiliter impares conditione, & ex cæco effectu matrimonium contraxerint: siquidem cùm matrimonium ordinetur ad mutuam amicitiam, & concordiam, quæ refertur inter beatitudines, & nihil magis adversetur mutuæ amicitiæ, quàm conjugum disparitas, ideo est hæc sufficiens causa ad solvendum matrimonium ratum, & nondum consummatum: siquidem experientiâ constat, connubia imparia infelices habere exitus; proinde valde reipublicæ expedit, ut matrimonia nonnisi inter pares contrahantur, hinc Cleobolus ajebat, par pari jungatur conjox, quod impar est, dissidet. Secunda est imminens magni scandali periculum, quia id cedit in magnum damnum commune, & inde rixæ, dissidia, capitales inimicitiæ, ac cruentæ cædes oriri solent, ut notant Felinus *cons. 26. num. 19.* & Menochius *de præsumpt. 10. num. 24. & cons. 385. num. 7.* ubi eum Portio *cons. 145. num. 24.* addit: Hoc futurum scandalum esse ob timorem fornicationis, eò quia conjuges sibi perquam displiceant, nolintque convenire simul, vel ob inimicitias, quæ timentur inter conjugatorum consanguineos, quia sicut duorum in unum consensus amicitiam, ita dissensus discordias, & inimicitias perpetuas parit, hinc Borgasius *de irregul. p. 6. tit. de sponsal. num. 74.* refert Eugenium V. dispensâsse in matrimonio rato ob odium, quod inter conjuges emerserat. Tertia causa est lepra superveniens alteri ex sponsis, quia hæc impedit mutuum corporis usum, ad quem ordinatur matrimonium ratione sobolis procreandæ. Quarta est impotentia superveniens ante consummationem matrimonij, eò quia tunc cùm cesset finis matrimonij, quod consummari nequit, consurgit justa causa, quâ potest Pontifex dispensare in matrimonio rato. Quinta si alter ex conjugatis fateatur, se non habuisse animum contrahendi, & ex tali matrimonio coactè inito graves timeantur inimicitiæ. Sexta est, si vir promoveatur ad Episcopatum, & conduceret bono ecclesiæ, ut talis vir promoveretur in Episcopum, quia tunc causa consulendi bono communi esset sufficiens.

276 Ex hisce præsertim causis interdum dispensat Pontifex in matrimonio rato, & nondum consummato ex Romanæ curiæ praxi, & ita etiam censuit Rota in *una Burgen. dissolutionis matrimonij 17. Junij, 1594.* quæ refertur à Farinacio *consil. 86. n. 1.* ubi refert, quod cùm gravia dissidia orta essent inter conjuges ante matrimonij consummationem Oratores supplicationem porrexerunt Gregorio XIII. ut dignaretur de mutuo eorundem consensu hujusmodi matrimonium Apostolica authoritate dissolvere: & Pontifex pro narratorum verificatione commisit causam Ordinario Burgensi: cùmque acta, & processus fuissent ad urbem transmissa, dubitatum fuit in sacro Rotæ auditorio, an stantibus causis allegatis posset tale matrimonium à Pontifice dissolvi, super quo dubio respondit Rota: *Et Domini quoad potestatem dissolvendi matrimonij rati, non consummati dixerunt, non esse dubitandum; quia hæc est communis opinio Canonistarum præsertim de consensu conjugum, & ex justa aliqua causa, c. Ex publico, ubi Glossa v. consummatum de convers. conjug.* Pro justa autem causa dissolvendi matrimonium ratum fuerunt allegatæ gravia dissidia orta inter conjuges ante consummationem matrimonij, & odium, quo sibi vicissim adversabantur, & ex quo gravia scandala inter ipsos, & eorum consanguineos timebantur.

Quæritur septuagesimò, quomodo dispensatio super impedimento criminis petenda sit, & impetranda? Impedimentum criminis nectitur carnali copulæ, & matrimonium dirimit, propterea indiget dispensatione pontificia, & dupliciter consideratur crimen. Primò ubi adulterium cum machinatione in mortem alterius conjugis intervenit; secundò si adulterium quidem contigerit, non tamen cum machinatione in mortem alterius conjugis, sed cum sola fide data de contrahendo post obitum alterius conjugis, ut cùm vir liber data fide de matrimonio contrahendo eum aliqua fœmina uxorata post obitum ejus mariti adulterium committit, vel etiam de facto cum adultera matrimonium contrahit adhuc ejus priore conjuge superstite; in utroque enim casu impeditur matrimonium contrahendum, & dirimitur contractum *c. Relatum* 31. q. 1. ibi: *Relatum est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem stupro violâsse, & insuper mœcha vivente viro suo juramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset duceret uxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus.* Hinc liquet ad hoc impedimentum incurrendum duo copulativè requiri, scilicet adulterium *c. fin. §. cæterum de eo qui duxit in matrimonium,* & promissionem de futuro matrimonio contrahendo, ut notat Glossa in *c. si quis uxore vivente V. cognovit, eod. tit.* & hæc duo debent simul concurrere, quia sola fides data non impedit matrimonium uxore defuncta, nisi adulterium fuerit commissum: ut nec etiam matrimonium impedit solum adulterium, si fides de matrimonio contrahendo data non sit, quia si vir sit uxoratus non debet vivente propria conjuge dare fidem alteri mu- 277

lieri de matrimonio contrahendo cum ipsa post mortem uxoris, quia hoc pacto præstat votum mortis captandæ, quod votum omnino sacri canones prohibent, damnántque: Tum quia sicut non valet promissio beneficij vacaturi *c. 2. de concess. preben.* ità nec promissio futuri matrimonij carnalis; debet tamen hæc promissio aliquo signo exteriori exprimi, quia per solum actum internum eum adulterio non inducit impedimentum dirimens, quia ecclesia de actu merè interno, utpote occulto non judicat.

278 Rursus debet esse promissio reciproca, adeò ut non sufficiat, si alter solus promittat. Si igitur hoc impedimentum criminis sit publicum, tunc in utroque foro petenda, & impetranda est dispensatio: sin verò sit occultum, & Oratores jam publicè tractârunt de matrimonio inter se contrahendo, tunc ad evitanda scandala, quæ orirentur, nisi tale matrimonium contrahatur, recurritur ad officium sacræ Pœnitentiariæ, quæ committit discreto viro Confessario ex approbatis, & per Oratores eligendo, ut eos ab omnibus sententiis, censuris, pœnísque ecclesiasticis, quas propter patratum flagitium incurrerunt ab adulterio, aliisque excessibus hujusmodi absolvat, iisque injungat pro modo culpæ salutarem pœnitentiam, postea dummodo impedimentum criminis occultum sit, & nisi matrimonium contrahatur, periculum immineat scandali, & aliud non obstet canonicum impedimentum dispenset, ut inter se possint publicè matrimonium contrahere, servata forma Concilij Tridentini, & deinde prolem suscipiendam (non tamen ex adulterio conceptam) legitimam nuntiet in foro conscientiæ, & quidem in solo actu sacramentalis confessionis, & non aliter.

279 Quòd si cum præfato impedimento Oratores contraxerunt, antequam cum ipsis fuerit dispensatum, tunc dummodo impedimentum sit omnino occultum, & separatio inter ipsos fieri non possit absque scandalo, & ex cohabitatione timeatur de incontinentia; committitur similiter Confessario, ut Oratores absolvat, ac dispenset, ut matrimonium iterum inter se secretò contrahant. Sin verò alter Oratorum, vel etiam uterque machinatus sit in mortem conjugis post patratum adulterium, ut possit adulteram ducere, vel etiam mulier machinata est in mortem proprij mariti, ut nuberet adultero, tunc ambo destituuntur omni spe dispensationis obtinendæ. Et Corradus *lib. 8. c. 9.* asserit, per Datariam nunquam visum fuisse ita dispensatum, & refert, quòd cùm sub pontificatu Clementis VIII. Quidam potentissimi Oratores supplicâssent Pontifici pro hujusmodi dispensatione in utroque foro super hoc impedimento criminis, cùm alter ex Oratoribus fuisset tantùm machinatus in mortem conjugis, & cùm Pontifex negâsset dispensationem, fuisse per Oratorem tunc præsentem in Romana Curia allegatum exemplum Davidis, qui postquam adulterium commisit cum Bethsabea machinatus fuit in mortem Uriæ maritum mulieris, respondit Pontifex cum Glossa in *c. si qua mulier 31. q. 1.* multa fuisse permissa in veteri testamento causâ infirmitatis, quæ in lege evangelica non permittuntur: olim enim permittebatur libellus repudij, qui hodie prohibetur.

Meritò igitur denegant Pontifices dispensationem super tali impedimento criminis, quia nil funestius, nilque atrocius reperitur in conjugio, quàm insidias parari, vel dari occasionem parandi vitæ alterius conjugis: si enim vir, & mulier, se mutuo prosequuntur affectu, & adulterium committunt, & ut matrimonium postea contrahant, machinantur in mortem proprij conjugis, tunc nonnisi funestissima scelera expectari possunt. Quòd si vir sit liber, & sola mulier adultera machinata sit in mortem proprij viri, ut possit adultero nubere, tunc si scelus sit omnino occultum, tenetur mulier ab officio sacræ pœnitentiariæ petere absolutionem pro foro conscientiæ, & tunc sacra Pœnitentiaria mandat Confessario eligendo à muliere, ut eam ab adulterio, homicidio, aliisque excessibus absolvat, injunctâ eidem pro modo culpæ, gravi, ac diuturna saltem per annum salutari pœnitentiâ, & ut orationibus, & juxta proprias facultates etiam eleemosynis juvet occisum maritum, & præsertim per frequentem missarum celebrationem, & ut ad minimum semel singulis mensibus sacra exhomologesi conscientiam purget, ac lavacro pœnitentiæ mundet. Quòd si hoc impedimentum criminis sit ita occultum, ut nullum adsit periculum, quod possit publicari, & Oratores ita simul cohabitent, ut sine gravi scandalo non possint separari, & si non separentur, periculum subsit incontinentiæ, injungitur etiam Confessario, ut si ipsi videbitur, possit cum Oratrice dispensare, ut valeat matrimonium contrahere, ita tamen cautè, ut non cogatur prodere suum delictum. 280

TITU-

TITULUS II.

De Desponsatione Impuberum.

HActenus de sponsalibus, & matrimonio in genere diseruimus, superest nunc de ijsdem agere in specie: & quia tam de jure civili, quàm canonico ad matrimonium ineundum certa requiritur ætas, ideò in præsenti titulo Pontifex agit de dispensatione Impuberum. Impubes dicitur, mas minor annis 14. & fœmina minor 12. *l. ult. C. quando tut. esse desinit.* §. *1. quib. mod. tut. finiat.* Hinc Macrob. *lib. Satur. cap.* 16. eleganter ajt: *Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit*: tunc enim incipit in masculis vis generativa, & in fœminis purgatio: quamobrem fæminæ minores annis 12. censentur impuberes, & non possunt matrimonium contrahere. *institut. de nupt. in princ.* Neque testamentum rectè condere §. *Præterea instit. quibus non est permissum fac. testam.* Mares itidem minores annis 14. habentur impuberes.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *TUA FRATERNITAS 1. h. t. declarat Hormista Papa, patrem pro filio non adulto posse contrahere sponsalia, quæ cum filius adoleverit, tenetur omnino adimplere, non ita posse sponsalia contrahere pro filio adulto, nisi hic consentiat. Ubi notat Glossa, filium nondum adultum posse quidem cogi à patre ad sponsalia, non tamen ad matrimonium, sic nec adultum, immo matrimonium initum à filijs sine consensu parentum est validum, & non potest annullari, ut statuitur in Concilio Tridentino* sess. 24. *in decreto de matrim. ubi habetur synodus anathemate damnat eos, qui falso affirmant, matrimonia à filijs familias sine consensu parentum contracta esse irrita, & parentes posse ea rata, vel irrita facere: hoc idem etiam statuitur in* c. cum virum de Regul. *Hinc non sufficit solus consensus parentum, nisi ipsi filij etiam consentiant, ut desumitur ex hoc textu de filijs adultis. Immo desumitur etiam ex* Genes. 24. *ubi cùm parentes Rebeccæ tractarent de matrimonio contrahendo cum servo Abrahæ, dixerunt*, vocemus puellam, & inquiramus ejus voluntatem, *ratio etiam id suadet, quia matrimonium est contractus, qui initur à sponso, & sponsa, qui sunt verè contrahentes, & utrinque suscipiunt obligationem vitæ conjugalis, unde consensus contrahentium requiritur necessariò, hinc filius regulariter non tenetur implere sponsalia promissa à patre sine suo consensu, quia quoad matrimonium ineundum est liber, & sui juris. Verùm quia plurimi interest ad componendas graves inimicitias, sedandas lites, & alia præcavenda incommoda, ut filius obediat in hoc patri, ideo debet stare sponsalibus, quæ pater pro ipso contraxit, adeò ut filius in tali casu non solùm ex honestate, verùm etiam ex necessitate præcepti, & ex pietate debita parentibus teneatur adimplere adultus, quæ pater pro ipso adhuc impubere contraxit sponsalia: hoc pacto intelliguntur canones imponentes necessitatem filijs adimplendi sponsalia, quæ parentes pro ipsis contraxerunt.*

C. *UBI NON EST 2 h. t. Nicolaus Papa prohibet, ne pueri, vel puellæ, si unus vel ambo non sint in ætate, sponsalia contrahant, nisi adsit urgentissima causa, & pro bono pacis: ætas autem definita à legibus canonicis est in sponsalibus de futuro septennium completum, quia tunc incipit usus rationis: hinc leges civiles concedunt, ut pupillus in illa ætate possit acquirere hereditatem* l. si infanti §. ult. *Ad matrimonium verò de præsenti ineundum ætas requisita est pubertas, scilicet in fæmina annus duodecimus ætatis, & in viro quartusdecimus, licet in ordine ad alios effectus in fæmina ætas pubertatis sit annus quartusdecimus, & in viris 15. non enim in minore ætate potest quis filium adoptare* l. si pater in fin.

C. *PUBERES 3. h. t. declaratur, puberes seu aptos ad matrimonium, eos dici, qui ex habitu corporis ostendunt pubertatem, & posse generare: & puerperas dici, quæ in annis puerilibus pariunt, ex quo concluditur, pubertatem pro matrimonio non considerari ex numero annorum.*

C. *LITTERAS 4. h. t. Alexander III. declarat, quòd si quis adultus contrahat sponsalia cum puella minore septennio, non oriatur impedimentum publicæ honestatis, & sponsus possit accipere matrem puellæ in uxorem. Sin*

autem postquam puella complevit septennium, sponsus eam duxit in matrimonium, hoc non tenet, & sunt separandi, quia cum ex tunc sponsalia consueverunt placere, jam sunt valida; & si cognovit matrem, non potest filiam cognoscere. Ex hoc textu colligitur sponsalia, quæ ante septennium contracta erant nulla, post septennium per solam ratihabitionem acquirere valorem: immo si simul cohabitent, & non contradicant, vel etiam si dent aliquod signum consensus, saltem facto, ut si sponsus visitet sponsam, & det ei munuscula argum. c. accessit eod.

C. *ACCESSIT 5. h. t. declarat Idem Pontif. quòd si sponsalia contrahantur cum aliqua puella, quæ non complevit septem annos, si postea completo septennio nolit puella consentire: potest sponsus matrem ejusdem puellæ ducere in uxorem, præsertim si fuerit à tali desponsatione absolutus ab Episcopo. Secus tamen esset, si sponsalia contraxisset cum puella jam septenni, & quæ jam septem annos compleverat, quia tunc licèt puella nolit consentire, & sit sponsus ipso jure absolutus, non tamen ob impedimentum publicæ honestatis potest nubere ejus matri. Casus in hoc textu est similis præcedenti: unde colligitur etiam, validum esse matrimonium cum matre initum ab eo, qui desponsaverat ejus filiam nondum septenni: secus non valere matrimonium cum matre, si sponsalia contraxit cum filia, quæ septennium jam excesserat, immo etiam si contraxerit sponsalia cum filia trimula, si postea matrimonium de præsenti contraxit cum ejus matre, postquam filia septennium complevit: quia tunc post septennium potuit rata habere sponsalia, quæ suo nomine fuerunt contracta etiam in cunabilis: hinc ex sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis, ob quod non potest, qui cum filia sponsalia contraxit nubere ejus matri. Cæterum desponsationes ante septennium nullam vim habent, nisi completo septennio per sequentem consensum ratihabeantur.*

C. *CONTINEBATUR 6. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si puella intra nubiles annos sit tradita in uxorem alicui, & traducta ab ipso, & postea in ætate dicat, se nunquam consensisse, & velle alterum: si vir juret se eam cognovisse, debeat credi viro non puellæ. Sin verò sit proxima ætati, ut in undecimo anno ætatis, vel circa duodecimum, & cum suo consensu desponsata, & cognita à viro non debeat ab ipsa separari, præsertim si ejus parentes fateantur, eam fuisse in ætate legitima. Quòd si infra nubiles annos puella sit desponsata, non liceat tunc sponsæ accipere consanguineam sponsæ, nec hunc consanguineum sponsi. Ubi notat Glossa, in anno ætatis undecimo dici puellam proximam nuptijs, si malitia ætatem suppleat. Quamvis ad sponsalia jura exigant septennium completum; ad pubertatem tamen matrimonij idoneam requiritur annus 12. completus in puella, & in mare 14. hoc tamen discrimine, quòd jura etiam admittant ætatem pubertati proximam pro matrimonio contrahendo de præsenti, adeò ut si desit unus, vel alter mensis ad complendam pubertatem, adhuc matrimonium censeatur validum secus in sponsalibus de futuro requiritur septennium omnino completum.*

C. *DE ILLIS 7. h. t. Idem Pont. rescribit, contrahentes sponsalia de futuro, & postulantes postea separari ante annos aptos ad matrimonium, non esse audiendos: quòd si alter ipsorum perveniat ad legitimos annos matrimonij, & alter non: si qui pervenit ad annos, petat separari, non sit audiendus: sin verò alter etiam perveniens ad eandem ætatem petat etiam separari, tunc sint separandi. Quòd si quando contraxerunt sponsalia, unus erat in ætate matrimonij, & alter non,* & *qui erat in ætate, petat separari, non sit audiendus; nisi minor, cum pervenerit ad eandem ætatem, petat etiam separari. Ubi notandum est, hunc textum intelligi de sponsalibus impuberum, quia si sponsalia fuissent contracta in infantia ante septennium, semper possent resilire, quia essent irrita, ut notat Hostiensis. Quamobrem si duo impuberes sponsalia contrahant, neuter potest ante pubertatem reclamare, pubes autem factus, potest uterque resilire, ut liquet ex hoc textu. Pubes autem cum impubere contrahens nunquam potest resilire, quamvis possit impubes, quando est pubes factus; quia etiam alij contractus possunt claudicare in favorem minoris, ut si absque authoritate Tutoris minor contrahat cum majore, licitum est illi reclamare* l. non eo minus C. de procurat. *An verò impuberes possint resilire à sponsalibus juratis, communior, & verior sententia est negativa: quia licèt alij contractus impuberum fortassis juramento non firmentur, id oritur, quia hujusmodi contractus secluso juramento sunt invalidi: secus sponsalia impuberum per se valida sunt, proinde accedente juramento firmantur. Quòd si dicas, juramentum adjectum contractui sortiri eandem naturam* l. fin. C. de non numer. pecun. & *impuberes posse resilire à sponsalibus, proinde etiam à juramento ijsdem adjecto. Contra est, quia hæc regula tantùm locum habet, quando jus in aliquo casu aliter non disponit, in præsenti casu jura disposuerunt, ut sponsalia juramento firmata, non possint dissolvi, ut desumitur ex* c. ex litteris 10. de sponsal. ubi expressè habetur, impuberes unà cum suis parentibus ad sponsalia juramento firmata debere compelli, servanda ex ea ratione, quia eis periculosum sit contra suum juramentum venire.

C. *A NOBIS 8. h. t. Idem Pont. statuit, ut qui infra annos nubiles contrahunt sponsalia, non debeant separari, antequam devenerint ad pubertatem: tunc enim si simul nolint esse, separandi sunt, nisi intercesserit copula, quia tunc malitia supplet ætatem. Hinc notat Glossa, quòd si duo impuberes, seu ante legitimam ætatem contrahant matrimonium, per verba de præsenti non contrahatur inter illos*

matri-

matrimonium, sed sola sponsalia argum. c. ad te eod. Quòd verò in textu dicatur, nisi carnalis commixtio antea intervenerit, difficilis est hujus commixtionis probatio, licèt hao præsumi possit accedente cohabitatione; immo præsumatur ex attestatione viri, vel utrinsque. Cæterum hæc pensanda sunt prudenter ex potentia generandi, ex varijs signis, & circumstantijs arbitrio Judicis.

C. DE ILLIS QUI 9. h. t. Idem Pont. rescribit Archiepiscopo Genuensi, eos, qui sunt minores, sed proximi ætati, quam malitia suppleat, si desponsentur, & traducantur, non esse separandos: secùs si intercessit violentia, nisi post violentiam etiam accesserit consensus. Ubi notandum est, nomine malitiæ supplentis ætatem, non solùm intelligi potentiam generandi, sed etiam discretionem sufficientem ad intelligendam naturam status conjugalis argum. c. fin. h. t. & est sententia D. Thomæ in 4. dist. 36. q. unc. art. 5. unde nec sola discretio sine potentia generandi; nec sola potentia generandi sine discretione supplet ætatem, sed utrumque simul.

C. ATTESTATIONES 10. h. t. Urbanus III. declarat, quòd si juvenis ante ætatem pubertatis, seu in anno 12. ætatis contrahat, & nitatur mulierem corrumpere, si eam non corrumpat, & mulier non probet, juvenem consensisse circa annum ætatis suæ 14. accepto juramento ab ipso, quòd in ætate legitima non consenserit: si modò non vult, sit liberandus ab impetratione mulieris, & possit alteri nubere. Ubi Pontifex jubet non solùm à muliere probationem exigi, sed etiam à juvene juramentum, idque ob majorem cautelam, & certitudinem.

C. EX LITTERIS 11. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si puella in ætate, à parentibus jurata, & desponsata cum viro non habente ætatem, & postea invita traducta in domum sponsi, à quo post lapsum anni recedit ad domum propriam non cognita, nolit expectare; donec vir habeat ætatem, possit alteri nubere. Ratio est, quia ante annum quartum decimum matrimonium non valet, & sponsalia, si carnalis commixtio non intervenerit, possunt post pubertatem dissolvi, immo si ex metu fuerint contracta, ut in casu hujus textûs sunt omnino irrita.

C. DUO PUERI 12. h. t. Clemens III. declarat publicam honestatem impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum. Item solvi sponsalia de futuro, quando quis contrahit cum alia de præsenti. Item propter scandalum esse injungendam illi pœnitentiam. Item incæstum impedire matrimonium contrahendum. Tandem eum esse puniendum, qui sine judicio ecclesiæ matrimonium dirimit.

C. AD DISSOLVENDUM 13. h. t. Innoc. III. rescribit, sponsalia infra septeññ inita, non posse accusari; posse tamen denunciari consanguinitatem, ad interdicendum matrimonium contrahendum; & tunc esse assignandum terminum ad probandas denunciationes, salvis exceptionibus: & declarari irritum quidquid interim fuerit attentatum in præjudicium puellæ.

C. TUÆ NOBIS 14. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si contrahatur matrimonium de præsenti; & puella non sit in ætate, nec malitia ætatem suppleat, licèt vir dederit ei arrham, non sit matrimonium, sed sponsalia defectu ætatis.

IN SEXTO.

C. SI INFANTES UNIC. h. t. Bonifacius VIII. declarat, quòd si duo, & ambo infantes, vel unus septennio major, & alter nondum septennis contrahant, sponsalia sint nulla; quòd si deinde veniant ad ætatem, non convalescunt, nec induevnt impedimentum publicæ honestatis, nisi ipso septennio exacto cognoscatur de novo consensisse, vel expressè, vel tacitè, seu verbo, vel facto, vel cohabitatione. Rursus si pubes cum impubere, vel ambo impuberes non proximi pubertati, & in quibus malitia non supplet ætatem, invicem contrahunt per verba de præsenti, declarat idem Pontifex non esse matrimonium; sed ex interpretatione juris sponsalia de futuro; quæ adveniente pubertate non transeunt in matrimonium, nisi sequuta sit commixtio carnalis; vel alia via constet, quòd sponsi eadem voluntate perseverante pervenerint ad pubertatem. Rursus declarat, sponsalia, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt, non obligare filios: neque ex illis nasci impedimentum publicæ honestatis; nisi ipsi filij expressè consenserint; vel tacitè: vel sint præsentes, & non contradicant: vel si absentes, nisi illa postea ratificent. Nota in matrimonio tacentem haberi pro consentiente.

COMMENTATARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De ætate requisita ad sponsalia, & matrimonium.

1 Certum est, aliam esse ætatem in sponsalibus, & aliam in matrimonio requisitam: siquidem ad contrahenda sponsalia de futuro sufficiunt, si contrahentes sint septeñes, seu quòd expleverit septimum ætatis annum, tam in maribus, quàm in fæminis, quia cum sponsalia sint quædam promissiones, exigunt necessariò fieri ab utentibus ratione, & aliqua prudentia, consequenter requirunt ætatem saltem septennem in utroque sexu completam, ut desumitur ex c. litteras 4. h. t. & c. accessit 5.

eod. tit. ubi Alexander III. rescribit, quòd si sponsalia contrahantur cum aliqua puella, quæ non complevit septem annos, si postea adveniente septennio puella non vult consentire, sponsus potest accipere matrem puellæ in uxorem: secus si sponsalia contrahat cum puella, quæ septem annos jam complevit; tunc si puella nolit postea consentire, & sponsus sit ipso jure absolutus, tamen ob honestatem non potest ducere matri ejusdem puellæ ob impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus tum ejus filiæ septenni, quia nimirum sponsalia, si contrahantur post expletum septimum ætatis annum suum sortiuntur valorem.

2 Ratio igitur, cur ad sponsalia contrahenda requiratur septennium completum, est, quia tunc incipit communiter usus rationis, & libertas; quapropter juxta leges civiles pupillus post septimum ætatis annum expletum potest acquirere hæreditatem *l. si infanti. 18. §. ult. C. de jure deliber.* & desumitur *ex l. in sponsalibus 14. in fin.* ubi dicitur, si modò id fieri ab utraque parte intelligatur, seu si non sint minores, quàm septem annorum.

3 Jus canonicum eandem etiam ad sponsalia de futuro requirit ætatem, licèt diversam postea requiret ad matrimonium ineundum. Ratio discriminis est, quia ad sponsalia sufficit usus rationis, qui tam in maribus, quàm fœminis post septimum ætatis annum completum solet haberi, & leges præsumunt mares, & fœminas septennes uti ratione, ac libertate, proinde posse validè sponsalia de futuro contrahere: secus ad matrimonium ineundum non sufficit sola usus rationis, sed ulteriùs requiritur potentia generandi, quæ tardiùs in viris, quàm fœminis reperitur; proinde non nisi puberes possunt mares, & fœminæ matrimonium contrahere.

4 Dicuntur fœminæ puberes à duodecimo ætatis anno expleto, & mares à quartodecimo itidem expleto *l. ult. C. quando tut. esse desinit.* Pubertas est ipsa emissio pubis, à qua anni pubertatis dicuntur. Immo quamvis mares anno decimo quarto expleto adhuc non possint generare, habentur nihilominus puberes, quia casus particularis non infringit rationem communem.

5 Quòd si mas, & fœmina licèt septennes nondum utantur ratione, & sponsalia de futuro contrahant, hæc nullum sortiuntur valorem, imò quamvis alter tantùm non utatur ratione *l. in sponsalibus 14. ff. de sponsal.* ubi dicitur, quòd in sponsalibus contrahendis ætas contrahentium non sit definita, ut in matrimonijs, quia in matrimonio semper sufficit ætas jure præscripta, non ita in sponsalibus, eò quia interdum etiam post completum septimum ætatis annum, adhuc non habetur usus rationis. Quamobrem sponsalia de futuro inita ab impuberibus non solùm possunt esse irrita ex defectu ætatis, si nimirum ineantur ante septimum ætatis annum expletum, sed etiam ex defectu usus rationis, etiam post expletum septennium.

6 Sponsalia igitur ante septennium expletum inita sunt nulla ob defectum ætatis, & ut suum sortiantur valorem, debent post expletum septennium, & cum usu rationis ratificari, vel potiùs iterum contrahi per mutuum expressum consensum: ex eo autem, quòd sponsalia de futuro ante septennium inita nulla sint valoris; ex iisdem non oritur impedimentum publicæ honestatis, quia quod est invalidum perinde se habet, ac si non esset, & quod non est, non potest impedimentum ponere: sin autem sponsalia contrahantur ab utroque contrahente impubere post expletum septennium, quamvis postea ex mutuo consensu dissolvantur, adhuc ex ipsis oritur impedimentum publicæ honestatis: adeò ut sponsus quemvis ipso jure absolutus, non possit ducere matrem puellæ, ut desumitur ex *c. accessit. 5. h. t.*

7 Sin autem impuberes sponsalia contrahant neutri permittitur resilire ante pubertatem: bene tamen post pubertatem, & desumitur *ex c. de illis 7. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd contrahentes post septennium, si postea petant separari ante annos aptos ad matrimonium non sint audiendi: si alter ipsorum perveniat ad legitimos annos matrimonij, & alter non; & si qui pervenit ad annos postulet separari, adhuc non sit audiendus: sin verò alter deinde perveniens ad ætatem petat itidem separari, tunc sunt separandi: quòd si quando contraxerunt sponsalia unus erat in ætate matrimonij, & alter non, & qui erat in tali ætate postulat separari, non est audiendus, nisi cùm pervenerit ad ætatem, petierit etiam ipse separari; major enim debet expectare minorem, & tunc sponsalia debent dissolvi judicio ecclesiæ tantùm. Ratio cur impuberes ante pubertatem non permittentur resilire ab initio sponsalibus desumitur ex inconstantia illius ætatis: quia si id illis permitteretur sæpius contraherent, & iterum rescinderent sponsalia. Post pubertatem autem possunt resilire, ne adigantur approbare, ac firmiter servare, quod in tenella adhuc ætate, & sine maturo judicio egerunt: & hæc est ratio, cur à jure concedatur, ut post pubertatem possint, si velint, resilire.

8 Impubes tamen si velit ab initio sponsalibus resilire tenetur id præstare, cùm primùm pubertatem attigerit, seu compleverit annum ætatis 14. si fuerit mas, vel 12. si fœmina: alioquin si postea vellent resilire illis non permittitur, quia ex quo statim non contradixerunt, cùm potuerint, censentur tacitè consensisse, ut notat Covarruvias *lib. 4. p. 1. c. 5. §. 1. num. 2.* Non tamen id est ita intelligendum, ut in eadem hora, quâ impuberes perveniunt ad pubertatem teneantur resilire, aut protestari, se non consentire in sponsalia sine maturo judicio inita; sed sufficit, si post biduum, vel in triduo statim post declaret, se velle resilire, quia in jure id dicitur fieri incontinenti, quòd fit intra triduum *l. 3. §. de errore advocat.*

9 Hinc non est necesse, ut impubes postquam attigerit pubertatem, ratificet sponsalia, quæ impubes contraxit: siquidem eo ipso, quòd non

non reclamet, in jure præsumitur remanere in eadem voluntate. Hæc autem potestas resiliendi à sponsalibus initis ab impuberibus post adeptã pubertatẽ non solùm procedit in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ, adeo ut in utroq; foro per dissensum post adeptam libertatẽ licitè possint sponsalia dissolvi, quia jura voluerunt consulere immaturo, ac variabili puerorum judicio, ne statim irrevocabiliter se illaquearent, ac vinculo indissolubili obligarent: & hac ratione omnis obligatio censetur sublata etiam in foro conscientiæ, si impubes post adeptam pubertatem dissentiat sponsalibus à se initis.

10 An verò sponsalia impuberum juramento ita firmentur, ut neutri liceat etiam post adeptam pubertatem resilire. Communior sententia est affirmativa, idque desumitur ex *c. ex litteris 10. de sponſ.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si quis juret accipere aliquam uxorem, & postea velit aliam ducere, priùs debeat ab Episcopo moneri, ut servet juramentum, seu nubat primæ, quòd si monitis non acquiescat, sit compellendus censuris, ut eam accipiat, & maritali affectione tractet: & additur etiam ratio, eò quia illis periculosum sit contra suum juramentum venire, & id procedit sive reclamaverit, sive non: quia sponsalia impuberum inite post completum septennium secluso juramento suum sortiuntur valorem, quamvis dissolvi possint, post quam impuberes pervenerint ad pubertatem, ideo per juramentum adjectum confirmantur, fiuntque indissolubilia, ut etiam post adeptam pubertatem, non possint ampliùs resilire. Id tamen procedit, dummodo sponsalia fuerint juramento firmata ab impuberibus doli capacibus, ec proximis pubertati, adeo ut sufficientem discretionem habuerint.

11 Nihilominus contraria sententia videtur etiam probabilis, de qua in sequenti §. Imò sicut ante pubertatem non est licitum impuberibus resilire à sponsalibus veris; ita neque etiam à præsumptis, si impuberes contraxerint per verba de præsenti, & desumitur *ex c. à nobis 8. h.t.* quia si contrahentes sponsalia de futuro non debent separari ante adeptam pubertatem, ita neque si contraxerint per verba de præsenti, non debent resilire ante annos nubiles, quia tale matrimonium initum ab impuberibus interpretatione juris habet vim sponsaliorum de futuro, à quibus cùm non permittatur resilire ante annos nubiles, ita nec etiam à matrimonio illo, quia licèt in ratione matrimonij habeatur irritum à lege; non tamen in ratione sponsaliorum: mutuus enim consensus de præsenti perinde se habet ex præsumptione juris, ac si esset de futuro post adeptam pubertatem.

12 Quòd verò sponsalia impuberum contracta completo septennio dicantur valida, id est intelligendum dummodo septennes usum habeant rationis, quia si uterque, vel alter tantùm usum non habeat rationis, invalida sunt sponsalia: hinc Modestinus jurisconsultus in *l. in sponſalibus 14. de sponſal.* ait in sponsalibus contrahendis non esse definitam certam ætatem, ut in matrimonio; quia in hoc semper sufficit ætas à jure definita: in sponsalibus autem non semper ætas à jure definita sufficit, eò quia sæpe etiam completo septennio desit usus rationis necessariò requisitus ad valorem sponsaliorum: hinc si impuberes, quorum unus sit major septennio, & alter minor sponsalia per se ipsos immediatè contrahant, vel etiam parentes pro ipsis, nullum sortiuntur valorem, & prorsus irrita habentur, nec per lapsum dicti temporis convalescunt, nisi post septennium postea expressè, vel tacitè sive verbo, sive per mutuam cohabitationem fuerint ratificata; verbo, ut si post expletum septennium vocent se sponsos; vel facto, ut si vicissim ut sponsi se diligant, & & amorem mutuum ostendant signa externa, quibus liquidò appareat, eos in eadem voluntate post expletum septennium permanere: quia tunc per talia signa, vel verba, vel cohabitationem mutuam expressè, vel tacitè censentur sponsalia ratificare.

Quòd verò infantes minores septennio invalidè contrahant sponsalia ex eo evincitur, quia tunc non supponuntur scire, quid agant, nec uti ratione, ac libertate, quæ omnia requiruntur ut sponsalia validè contrahantur: hinc quia ab initio sponsalia fuerunt invalidè inita, non possunt postea solo tractu, seu cursu temporis convalescere juxta *regulam juris 18. in 6.* sed requiritur novus subsequens consensus expressus, vel tacitus. Neque ex talibus sponsalibus ante septennium initis oritur impedimentum publicæ honestatis, quia cùm sint invalida, perinde se habent, ac si non essent, & quod non est, nequit impedimentum injicere: qua ratione quì cum puella minore septennio contraheret, non prohiberetur ejus matri nubere, nisi puella post expletum septennium in sponsalia consensisset, idque desumitur *ex c. litteras 4. h. t.* ubi Alexander III. rescribit quòd quando quis adultus contrahit sponsalia cum minore, non nascitur impedimentum publicæ honestatis, & potest accipere matrem puellæ in uxorem: sed si postquam puella complevit septennium illam duxit in matrimonium, non tenet matrimonium, & sunt separandi: & Pontifex etiam dat rationem; quia cùm ex tunc sponsalia consueverint placere, jam sunt valida, & si cognovit matrem, non potest cognoscere filiam. 13

14 Quia verò impuberes non omnino censentur intelligere, quid agant; ideo ipsis permittitur, ubi ad annos pubertatis pervenerint, resilire à sponsalibus ante pubertatem contractis, si voluerint, ut habetur *in c. de illis. 9. h. t.* excipitur tamen nisi carnalis commixtio antea intervenerit spectato jure antiquo, quia per talem commixtionem præsumantur consensisse in matrimonium, quamvis nondum fuerint puberes, complente scilicet malitia tempus pubertatis *c. de illis 9. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, qui sunt minores, sed proximi ætati, & malitia supplet, scilicet quòd possint copula carnali conjungi; si desponsantur, & traducuntur, non sunt separandi: secus si intercesserit violentia, nisi post violentiam accedat consensus, sive expressus, ut notat

nntat Glossa ibid. sive præsumptus, scilicet vel per mutuam cnhabitationem, vel per carnalem copnlam subsecutam *c. significavit de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit.* Secua de jure novo: quia ex decreco Concilij Tridentini sponsalia de futuro non ampliùa per copulam subsecutam transeunt in matrimnnium.

15 Quòd si dicas, adesse plura jura, in quibus expreisè dicitur, impuberem spnnsalia à patre suo nomine contracta, postquam pervenerit ad perfectam ætatem, debere omnino adimplere? Respondent cnmmuniter, præsata jura loqui de debitn honestatia, nnn verò necessitatia.

16 An verò sicut in matrimonio, ita & in sponsalibus malitia suppleat ætatem, adeò ut valeant sponsalia ante septennium inita, si eo tempnre contrahentea utantur ratinne, síntque discretione præditi, sciántque, quid agant; non conveniunt Dnctnres: probabilior tamen sententia asserit, malitiam ætatem supplere, & spnnsalia tunc validè conttahi, ut nntat Covarruvias *in lib. 4. decret. p. 1. c. 2. n. 1.* Sanchez *lib. 1. de sponsal. disp. 16. n. 9.* ratio est, quia jura ad eum finem requirunt septennium, ut cnntracturi sponsalia sciant, quid agant, ut liquet ex *l. in sponsalibus 14. §. de sponsal.* ubi expresè dicitur, satia esse, si sponsi intelligant, quid agant: unde si ante septennium intelligant, quid in cnntractu spnnsaliorum agatur, hæc qnamvis contracta ante septennium etunt valida: ptoinde sicut in matrimnnin malitia supplet ætatem, ita censendum est, id jure dispositum esse de spnnsalibua *argum. l. oratio 16. ff de sponsal.* Tum quia sponsalia sunt via, & dispnsitio ad matrimonium, & jus æquè dispnnit de via ac termino propter mutuam cnnnexionem. Neque obstat, quòd jua expresaè præcipiat septennium, quia generatim in puero septenni prælumitur usus ratinnia, non antea, nisi contrarium manifestè appareat: unde usua rationis, quia præsumitur pnst septennium, debet manifestè appatere ante septennium, ut spnnsalia tunc inita suum snrtiantur valorem.

17 Ut antem inter impubetem, & pubetem, vel inter duoa impuberea sponsalia conttahantur per verba de præsenti, seu ineatut matrimonium cum sua validitate, duo requiruntur copulativè, scilicet ut sint proximi pubertati, & ut malitia suppleat ætatem; alioquin spnnsalia, quæ inter impuberes contrahuntur per verba de præsenti, non habent vim matrimonij, sed tantùm sponsaliorum de futuro; immo nec transeunt in matrimonium ex eo, quòd superveniat legitima ætas, seu pubertaa, nisi aliter approbentur, ac ratificentur: quia cùm contrahentes intendant, tunc contrahere matrimonium per verba de præsenti, & quia ob defectum ætatis legitimæ prohibentur matrimonium inire, ideo contractua non potest habere vim matrimonij: secus quia capacea erant contrahendi sponsalia, quæ disponunt ad matrimonium, súntque via ad illud, iden ex juris interpretatione contractus ille habet vim spnnsaliorum de futuro, quia contrahentea præsumuntur, se voluisse obligate eo modo, quo meliùs poterant juxta *reg. jur. si quod ago, non valet; ita ago, ut valeat, quantum valere potest.* Id desumitnr ex *c. infantes unic. h. t. in 6.* ubi Bnnifacius VIII. ait, quando unua pubes cum impubere, vel ambo impuberes nnn proximi pubertati, in quibus malitia non supplet ætatem invicem contrahunt per verba de præsenti talia cnntractua non est matrimnnium, sed ex interpretatinne juris sunt spnnsalia de futuro, qnæ adveniente pubertate non transeunt in matrimnnium: aden ut à contrario sensu valeat argumentum, si igitur impuberes sint prnximi pubertati, & malitia ætatem suppleat, ac invicem cnntrahant per verba de præsenti cnntractus est verum matrimonium.

18 Est tamen difficultas, quinam dicendi sint pubertati proximi. Hunnius *de pactis c. 3. q. 4.* censet, infantes dici impuberea usque ad annum septimum cnmpletum *l. 18. princ. C. de jure delib. l. 1. §. 2. ff. de administ. tut.* ubi qui fari possunt dicuntur minores septem annis. Reliquns impubertatis annos in duaa æquales partes dividit, quarum primam vocat impubertatem infantiæ, nimitum ab initin anni octavi uaque ad annum decimum cum dimidio completum; ab hnc verò usque ad annum 14. cnmpletum, ait, impuberem esse prnximum pubertati. In fœmina verò impubertatem proximam infantiæ ducit à septimo anno completo ad nonum cum dimidio completo: & ab hnc tempore dicit fœminam prnximam esse pnbertati: hinc pnst infantiam usque ad pubertatem sunt in mare septem anni, in fœmina quinque, & ex en, quòd quis excessit dimidiam hujus temporis partem magis pubettati, quàm infantiæ prnximus dici debeat.

19 Idque firmat, quia experientia testatur, quòd masculus pnstquam annum decimum cum dimidin expleverit, & fœmina novem cum semestri, regulariter incipiunt mas, & fœmina habere ea ætate aliquem intellectum eorum, quæ agunt, prninde ab illa ætate metitò proximi pubertati dicendi sunt. Tum quia in jure illi dicuntur prnximi pubertati, qui qund agnnt, intelligunt. *§. 18. de oblig. qua ex delict. nasc.* Alij verò asserunt, non posse certam regulam tradi, ut certò cognosci possit, quando impuberea sint proximi pubertati, sed id relinquendom esse judicio prudentis viti, quia in jure nullibi reperitur definitum, quinam sit pubertati proximua, quique proximua infantiæ, proinde dicunt, id relinquendum esse arbitrio prudentis judicia.

20 Communior tamen sententia est, eoa intelligi pubertati proximoa, qui ad plenam pubertatem attingendam, per sex adhuc mensea distant, adcò ut mas expleto tertiodecimo ætatis anno cum dimidio sit pubertati proximus, quia tunc tantùm sex menses distat ad complendum tntaliter quartum decimum, quo expleto fit pubes: & fœmina expleto undecimo ætatis anno cum semestri est pubertati proxima; eò quia nonnisi sex menses distet à complemento duodecimi anni, quo cnmpleto fœmina attingit pubettatem, idque probatur, quia *in l. non tantum 17. ff. de accus. tutor.* illa ætas dicitur proxi-

proxima pubertati, cui ad pubertatem attingendem solùm semestre deest, & consentit *l. excipiuntur. ff. ad Sylanian.* ubi proponitur, Trebetium Germanum Legatum sopplicium sumi jussisse de illo impubere, qui à pubertate oon multum abfuerit: etqui de proximo tantùm pubertati supplicium sumi potest. §. *in summa. ff. de oblig. quæ ex delict. nasc.* & ille dicitur noo multum à pubertate abesse, cui ad pubertetem adhuc semestre deest: unde ex jute apertè colligitur, eum dicendum esse pubertati proximum, cui ad pubertatem attingeodam centùm semestre superest.

21 Demom quia *in c. continebatur 6. extra de despons. impub.* expressè puelle dicitur pubertati proxima, quæ circe ennum duodecimum est constitute, seu quæ illi tantùm desunt sex menses ed complendum annum duodecimum. Quia verò Hunnius hisce textibus videbat se convinci, asseruit postea, in matrimooialibus illam dici ætatem proximam pubertati, quæ sit circa duodecimum aooom, seu ad ejus complementum semestre desit, quie tunc ut plurimum solet malitia ætatem supplere.

22 Quemobrem comunior sententia est, eom dici puberteti proximum si mas sit, cui tantùm superest semestre ad complendum totum quartũ decimum anoum;& fæminam,si ei desint sex menses ad complendum duodecimum, ut notet Merante in *suis respons. p. 5. respons. 14. n. 7.* ubi citat decisiooes Rotæ. Cæterum noo desunt etiem plures, qui censeant poeros, & puellas tunc esse pubertati proximos quoed metrimonium, si masculus compleverit, vel excessetit anoum decimum cum dimidio; fæminæ autem nonum cum semestri, ut videre est apud Covarruviam *in epit. lib. 4. p. 2. c. 5. n. 5.*

23 Ætas verò legitime ad matrimonium contrahendum est pubertas, seu annus quartus decimus io mare, & duodecimos in fæmina completus, idque desumitur *ex c. ubi non est 2. b. t.* ubi Nicolaus Papa ait, quòd, quando uoua vel ambo noo sunt in ætete, prohibitum est, oe contrahant sponsalia, nisi edsit aliqua urgentissima ceusa, ut pro bono pacis: legitima autem ætas tam secundùm leges civiles, quàm secundùm canones est annus duodecimus expletus in fæmina *c. continebatur 6. b. t.* & in mare aonus qoartusdecimus expletus *c. attestationes 10. eod. tit.* ubi Urbanus III. rescribit: si juvenis ante ætatem dicatur mulierem corrupisse, si non corrupit, & mulier oon probat, juvenem consensisse circa annum qoartum decimom suæ ætatis; accepto juramento ab ipso, quòd in ætate legitima noo consenserit; si modò non vult, est liberandus ab impetitione mulieris, & potest oterque ad secunda vota transire. Unde prohibetur conjunctio matrimonialis, seo ne cootractus matrimooialis celebretur, si embo cootrahentes, vel alter eorundem nondum attigerit ætatem à legibus, & sacris canonibus præfinitam; scilicet si fæmine nondum compleverit duodecimum ætatis annom, & mas quartumdecimum; quia cùm minores apti ad matrimooium obligentur ax cõntracto matrimooij, ut hebetur in *c. de illis 9. b. t.* ubi Alexander III. rescribit, qui sunt minores, sed proximi ætati, & malitia supplet, seu quòd possint copule carnali coojungi, si desponsantur, & traducuotur, non sunt separandi: secus si intercessit violentia; nisi post violentiam accedat coosensus: & qoia plerúmque incertum est, ea ad matrimonium sint apti, nec ne; & an malitia ætatem suppleet; ideo id relinqnitur cognoscendum ex habitu corporis, & alijs signis, qoia verò noo semel contigit, ut alter conjugum pœniteotia ductus prætexto invaliditatis resilierit à matrimonio, & cum alia contraxerit,ideo Pontifex prohibet sub culpa gravi mattimooium contrahere ante legitimam ætatem, seu pubertatem completam sine causa urgentissima.

Juvet tameo observare, quod Episcopus potest dispensare, ut impuberes matrimonio copuleotur, & ed illum pertinet cognoscere, an subsit causa justa,ut matrimooium ineant, si tamen impuberes sint proximi pubertati, & dubitetut, an malitia ætatem suppleat, tonc enim valet talis dispensatio pro utroque foro, ut notet Barbosa *in collect. c. 2. num. 5. de offic. Episc. alleg. 35. num. 20.* ubi ait, quòd cùm summus Pontifex hanc dispensetiooem sibi non reservaverit, censetor tacitè eam coocessisse Episcopis. 24

Cæterum io matrimonio cootreheodo, & in ordine ad assecutionem finis illius non debet spectari tempus annorum; sed an contrahens sit talis, qui generare, vel concipere possit, tam in masculo, quàm in fœmina, idque desumitur ex *c. puberes 3. b. t.* ubi Nicolaos Papa rescribit, quòd puberes, seu apti ad matrimonium dicontur, & sunt, qui ex habitu corporis osleodunt pubertatem, & possunt generare; & puperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt: unde pubertas pro metrimonio non considerетor ex annorum numero: oihilominus expressè prohibetur, oe matrimonium contrahatur ante pubertatem, seu ente quartumdecimum ætatis annum expletum io mare, & duodecimum in fœmioa, oe postea dubitetur de velore matrimonij, propter malitiam, quæ fortè aderat, & supplere ætetem poteret, ut notar Abbas in *c. ubi non est. 2. b. t. in fin.* si tamen matrimonium ante pubertatem fuerit initum est validum, si adsit poteotia generendi, & discretionis ad se obligaodum, ut ootat Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 5. num. 2.* In dubiis autem ente completam pubertetis ætatem, oec mas, nec fœmina præsumuntur apti ed generandum, proinde asserenti hanc aptitudinem incumbit onua probandi, quie præsumptio stet contre ipsum: secus postquam conttaheotes attigerint pubertatem præsumuntur cum potentia geoerandi, & qui eam oegat, teoetur probare: quia verò hæc præsumptio est tantum juris; ideo contra ipsam admittitur probatio in coottarium. 25

(†)

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 Quæritur primò, an matrimonium initum a pubere, qui jam complevit annum quartum decimum ætatis, validum sit, si tunc nondum possit matrimonium consummare? Respondetur, tale matrimonium suum sortiri valorem, ut docent ferè communiter cum Covarruvia *in epit. lib. 4. decret. p.2. c.5. n.2.* Ratio est: quia si de nullo perpetuo impedimento constet, cùm legitima ætas adsit, non est, cur matrimonium suum non debeat sortiri valorem: alioquin si ob temporaneam impotentiam matrimonium irritaretur, sequeretur, quòd quoties alter conjux aliquam contraheret corporis infirmitatem, quâ viribus deficeret, & ad tempus constitueretur impotens ad usum matrimonij, hoc si jam contractum esset, dissolveretur: & tunc nec posset matrimonium contrahere, quod tamen est falsum; quia rametsi matrimonium in mortis articulo contrahatur, suum sortitur valorem, ut docet communior sententia, & constat ex praxi ecclesiæ, quæ habet, ut in articulo mortis constitutus valdè affectus erga concubinam, cui diu adhæserat, possit illam ducere, ne scilicet spiritualis ejus salus ob concubinæ affectum desperetur; vel ob defectum propositi recedendi ab illa: tum quia potentia generandi adhuc perseverat, quamvis ob morbum ejus usus impediatur, vel fortassis futurus ampliùs non sit ob mortem, quia id per accidens se habet. Tum quia in mortis articulo potest contrahi matrimonium spirituale emittendo professionem in aliqua religione approbata, ut habetur *in c. sicut tenor de regul.* proinde etiam poterit contrahi matrimonium carnale.

2 Quòd si dicas, actum non posse ibi incipere, ubi finiri debet, qua ratione ususfructus inutiliter legatur in tempus mortis usufructuarij, in quo est terminandus ususfructus *l. Titio cùm moritur. ff. de usufruct.* ibi: *Titio cùm moritur, inutiliter ususfructus legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à persona discedere incipit.* Ratio itidem id suadet; quia idem momentum non potest esse causa libertatis, & obligationis ob contrarios effectus, quos produceret: & in mortis articulo matrimonium deberet naturaliter dissolvi, & simul contrahi. Præterea quia tunc copula non est possibilis, nec matrimonium contrahitur ad vitandam fornicationem, quia quando quis animam agit, hoc periculo caret.

3 Sed contra, quia aliud est matrimonium differre in mortis articulum, ut tantùm incipiat valere tempore mortis, & aliud matrimonium inire tempore mortis. Priùs naturaliter non potest contingere, quia in eodem instanti haberetur obligatio, & solutio, quia per mortem solvitur matrimonium, & cessat ejus obligatio: & quia supponeretur in eodem instanti contrahi matrimonium, & etiam obligare; ideo repugnat, & hoc est, quod dicitur in *l. Titio cùm moritur.* Benè tamen potest tempore mortis iniri matrimonium, quia tunc non contrahitur in illo ultimo instanti, cum anima separatur à corpore, sed tempore habili; unde priùs consensus contrahentium efficit matrimonium, quod suum sortitur valorem; & quod posteà mors subsequens dirimit. Ad aliud, quod addebatur, quòd contrahentes non possint uti matrimonio, respondetur, matrimonium non posse contrahi ab eo, qui ex naturali, & propria virtute generare non potest, benè tamen ab eo, qui potest si non actu, saltem habitu, quamvis ejus exercitium sit ad tempus suspensum propter contractam infirmitatem.

Quæritur secundò, an si pubes, seu major 4
quatuordecim annis non possit cum ejus conjuge cojre, talis impotentia censenda sit perpetua in ordine ad dirimendum matrimonium? Respondetur negativè, quia potest hæc impotentia provenire vel ex de defectu virium, vel ex aliquo morbo, vel quia nondum sit plenè constitutus in ordine ad usum matrimonij: unde cùm impotentia dirimens matrimonium debeat esse perpetua, tenetur eam probare, quapropter debet expectare usque ad plenam pubertatem, quæ est octodecim annorum, quâ adveniente si generare non possit, & mulier instet, ut matrimonium dissolvatur, potest tunc illud dissolvi, quia impedimentum præsumitur perpetuum.

Verùm probabilius, ac tutius censerem, ex- 5
pectandum esse etiam ultra vigesimum annum, quia subinde impotentia oritur ex aliquo accidente, ratione cujus impeditur tantùm ejus usus quoad actum, non verò quoad habitum: quapropter tutius semper est expectare; tanto tempore, ex quo colligi possit, talem esse inhabilem ad consummandum matrimonium, si non ex debilitate ætatis, saltem ex fragilitate, vel alio naturali impedimento perpetuo.

Quæritur tertiò, quomodo malitia intel- 6
ligatur ætatem supplere in ordine ad contrahendum matrimonium, cùm enim Alexander III. in *c. de illis 9. h. t.* rescripserit, eos, qui sunt minores, sed proximi ætati, quam malitia supplet, adeò ut possint copula carnali conjungi, si desponsentur, & traducantur, non esse separandos: ideo oritur dubium, quid nomine malitiæ intelligatur in ordine ad supplendam ætatem? Respondetur communiter per malitiam hic intelligi aptitudinem, ac potentiam generandi, ut dicitur *in d. c. de illis.* & etiam judicium rationis sufficiens ad cognoscendum statum conjugalem, ejusque perpetuum, ac indissolubile vinculum; ratio est, quia in *c. continebatur 6. h. t.* non solùm consideratur potentia ad generandum, sed etiam ætas pubertati proxima, adeò ut malitia, quæ hic dicitur supplere ætatem, constet ex duobus copulativè, scilicet ex potentia generandi, & ex ætate proxima pubertati, adeò ut hæc duo debeant copulativè concurrere, ut matrimonium ante pubertatem initum sit validum, eò quia malitia suppleverit ætatem.

Non

7 Non tamen ut malitia dicatur suppleviſſe ætatem in matrimonio inito ante ætatem jure præscriptam requiritur, or præcesserit consummatio matrimonij, sed sufficit apitudo ad illam, sen potentia generandi, quæ ex alijs signis cognisci potest, & sufficiens discretio ad se obligandum, quia in *d. c. de illis. 9. h. t.* Alexander III. expressè ajt, si ita fuerint ætati proximi, ut carnali copula conjungi potuerint, separari non debent: quia eatenus jus illam ætatem præscribit, quia præsumit, tunc pueros, & non antea esse præditos sufficiente judicio in ordine ad matrimonium contrahendum, & etiam habera potentiam generandi: unde si hæc duo habeantur eriam ante ætatem à jure constitutam, si matrimonium tunc contrahatur, est validum, quia tunc cessat præsumptio, quæ cedit veritati.

8 Quæritur quartò, an si oterque conjux scilicet mas post annum quartum decimum, & fæmina post duodecimum ad consummandum matrimonium sint inhabiles, matrimonium inter ipsos contractum sit nullum? Respondetur, negativè, dummodo spes affulgeat aliquando habilitatem adventuram: quia potest contingere, quòd adsit habilitas, sed sit ad tempus impedita etiam in utroque conjuge quoad actum, & exercitium, & quia hoc impedimentum est temporaneum, non dirimit matrimonium, quia impotentia non causat nullitatem matrimonij nisi perpetua, & incurabilis fuerit.

9 Quæritur quintò, an Magni Principes ob publicum bonum ut ad ineundam pacem possint matrimonium contrahere ante annos pubertatis? Respondetur, ex dispensatione Pontificis posse ante pubertatem nubere, quia cùm determinatio ætatis ad contrahendum matrimonium non sit juris naturalis, vel divini, sed tantùm positivi, & humani; nec impotentia contrahendi jure naturali dirimat matrimonium, nisi perpetua fuerit, ideo potest Pontifex concedere ex causa aliqua gravi, ut conjuges ante annos pubertatis possint matrimonium contrahere, idque desumitur *ex c. ubi non est 2.* ubi Nicolaus Papa rescribit, quòd quando unus, vel ambo non sunt in ætate, prohibitum est, ne contrahant sponsalia de præsenti, nisi adsit aliqua urgentissima causa, ot pro bono pacis.

10 Quæritur sextò, an parantes pro liberis possint sponsalia contrahere? Respondetur, cum distinctione: si filius sit adultus, non posse patrem, nec matrimonium, nec sponsalia contrahere pro ipso, nisi filius consenserit expressè, vel tacitè verbo, vel facto; qoia cùm filius pubes, & adultus sit in ætate, in qua potest consensum præstare ad matrimonium, & debeat ipsemet onus matrimonij subire, indagari debet ejus voluntas, an ipsemet liberè consentiat: siquidem per consensum filij matrimonium contrahitur, & non per sponsionem patris, nec hic potest filium compellere ad contrahendum, quia matrimonia sunt liberè ineunda.

11 Sin verò filius adhuc sit infans, & minor septennio, tunc ejus pater potest pro ipso sponsalia contrahere, quia tunc filius minor septennio, nondum præsumitur habere ætatem discretam, seu judicium discretionis, ideóque permittitur, ut pro eo possit pater contrahere saltem sponsalia sub spe ratificationis post completum septennium. Id tamen procedit de facto, & ex quadam honestate, quia revera ex hujusmodi sponsalibus nullam filius contrahit obligationem: onde tantùm honestum, ac decens est, ut cùm filius pervenerit ad legitimam ætatem, adimpleat sponsionem patris, idque desumitur ex *c. tua fraternitas 1. h. t.* ubi Papa Hormista rescribit, quòd pater pro filio non adulto potest contrahere sponsalia, quæ filius cum adoleverit, tenetur omnino adimplere, scilicet ex honestate, non necessitate: sed pro filio adulto non potest, nisi filius consentiat.

12 Unde id interest discriminis inter sponsalia de præsenti contracta à patre pro filio pubere; & sponsalia de futuro contracta à patre pro infante minore septennio, quia licèt utraque sponsalia irrita sint, nihilominus priora pro adulto nunquam valent, nisi accesserit consensus puberis, cùm possit dissentira, vel consentire, prout ipsi magis libuerit: posteriora verò contracta pro infante non valent usque ad septennium, quia ante complatum septennium non potest infans consensum præstare, nec scire, quid agat: post septennium verò sponsalia convalescunt, si ab impubere tunc approbentur, & tunc accedente ejus consensu obligatur stare sponsalibus, adeò ot non possit ab ijsdem ampliùs resilire, nisi cùm primùm devenerit ad ætatem pubertatis, seu compleverit annum ætatis quartum decimum: unde si infans, pro quo pater contraxit sponsalia ante septennium, jam expleto septennio approbet factum patris verbo, vel facto, habitando cum sponsa; contractus ab initio nullus per ejus approbationem convalescit, magis tamen ex consensu, & approbatione filij, quàm ex sponsione patris. Neque obstat, quòd in fine *d. c. tua fraternitas h. t.* dicatur, quòd filius, cùm adoleverit, teneatur omnino adimplare sponsionem patris, quia id intelligitur, nisi filius cùm primùm compleverit septennium reclamet, & dissentiat; si enim dissentiat, obligatio sponsaliorum omninò extinguitur; sin verò taceat, tenetur omninò stare sponsioni patris usque ad ætatem pubertatis, ut explicat Barbosa *in collect. in d. c.* ubi addit; id dupliciter posse intelligi, vel post perfectam ætatem requisitam ad sponsalia, sed ante annum quattum decimum, & tunc potest resilire, si reclamet; vel post perfectam ætatem requisitam ad matrimonium, seu post quartum decimum ætatis annum completum, & tunc si filius non reclamet, non potest postea resilire.

13 Quæritur septimò, an validum sit matrimonium, si puella pubes taceat, & nullus pro ea respondeat? Respondetur tale matrimonium esse irritum, quia ut contractus matrimonialis validè celebretur, requiritur utriusque contrahentis consensus, & per solam taciturnitatem con-

consensus puellæ non exprimitur sufficienter, nisi parentes pro ipsa respondeant, & ipsa assentiatur, & annuat responsis parentum : non tamen sufficeret, si alij extranei pro puella repromittereat, sed repromittentes saltem debent esse pater, vel mater, aut tutor, eò quia isti censeantur agere in favorem puellæ, cujus gerunt curam. Neque hic valet illa regula, *quòd tacens dicitur consentire*, quia cùm agatur de re gravi, & de vinculo perpetuo sibi injiciendo, debet contrahens dissentire, vel consentire liberè, & tollere indifferentiam ad utrumlibet: per solam autem taciturnitatem non tollitur talis indifferentia, quia manente taciturnitate potest semper se determinare ad consensum, vel dissensum.

14 Hinc Parochus assistens matrimonio, quamvis præsentes sint parentes, & testes, debet pro majori cautela ipsam puellam interrogare, & scribere ejus consensum, non verò illum parentum, juxta dispositionem Concilij Tridentini *loc. cit. de reform. matrim.* ubi habentur hæc verba: *Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto:* unde ex Concilio requiritur interrogatio directa ad ipsos contrahentes. Quòd si hæc dispositio non servaretur; sed Parochus interrogaret parentes coram testibus, & filij præsentes id intelligentes tacerent, & tantùm annuerunt per aliquod signum, vel per capitis inclinationem, matrimonium esset validum, quia per tale signum tollitur indifferentia, quam secum trahit pura taciturnitas; & consensus expressus à parentibus censetur præsumptione juris consensus filiorum, ut desumitur *ex c. si infantes unic. de despons. impub. in 6.* & quia textus non corrigitur per Tridentinum, remanet sub dispositione juris communis *l. commodissimè eum simili. ff. de liber. posth.*

15 Quæritur octavò, an si sponsalia contracta ab impuberibus juramento firmata fuerint, liceat postea resilire? Communior sententia asserit, quòd si talia sponsalia contracta fuerint ab impuberibus proximis pubertati, & juramento fuerint firmata, neutri post adeptam pubertatem, seu post completum annum ætatis quartum decimum licet ampliùs resilire; ut ostendimus in præcedenti §. Nihilominus videtur etiam probabile, quòd non obstante juramento adjecto contractui possint, cùm primùm pervenerint ad pubertatem, resilire, ut docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 9. num. 7.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 9.* Ratio esse potest, quia tametsi contractui adjiciatur juramentum, adhuc sponsalia impuberum remanent ejusdem rationis; siquidem juramentum non immutat naturam contractûs, cui adjicitur, sed tantùm sequitur naturam obligationis, cui adjungitur; sed sponsalia impuberum jure communi dissolvuntur altero eorum reclamante, cùm primùm ad pubertatem pervenerit: unde idem videtur dicendum, quamvis contractui sponsaliorum fuerit juramentum adjectum. Ut juramentum dicatur immutare naturam contractûs, vel alium effectum habere, deberet id probari ex dispositione alicujus specialis juris, & quia hæc dispositio non potest assignari, ideo juramentum adjectum sponsalibus relinquit sponsalia in sua natura: & quia ex se possunt solvi, cùm primum impuberes perveniunt ad annos pubertatis; ideo quamvis fuerint juramento firmata, possunt impuberes ab iisdem resilire, cùm primum pubertatem attingunt.

Quæritur nonò, an impubes factus pubes possit statim resilire à sponsalibus non expectatâ alterius sponsi pubertate? Communior sententia est negativa, & desumitur *ex c. de illis 7. h. t.* ubi Alexander III. rescribit: qui post septennium contrahunt, & postulant separari ante annos aptos ad matrimonium non sunt audiendi: si alter ipsorum perveniat ad legitimos annos matrimonij, seu ad pubertatem, & alter non; & si qui pervenit ad annos pubertatis postulet separari non est audiendus; si verò alter deinde perveniens ad pubertatem petat etiam separari, sunt separandi: ex quo Pontifex satis clarè significat, quòd major, seu qui priùs pervenit ad pubertatem, debeat expectare minorem: & tunc sponsalia debent dissolvi judicio ecclesiæ tantùm, nisi majus vinculum supervenerit, ut matrimonium, aut votum solemne. 16

Nihilominus contrariam sententiam docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 9. num. 3.* Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 3. tit. 2. c. 7. num. 6.* Guttierez *de matrim. c. 29. num. 2.* Coninck *de sacrament. disp. 23. dub. 2. num. 6.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 11.* & plures alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 51. num. 9.* & hæc sententia non mihi videtur improbabilis, quia si priùs factus pubes potest reclamare, cùm primùm alter fuerit etiam pubertatem adeptus, poterit etiam statim: siquidem frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus *c. cùm contingit de offic. delegat.* Ad textum desumptum ex *c. de illis 7. h. t.* respondent præcitati Doctores, textum loqui de illo qui tempore sponsaliorum erat impubes, & factus pubes reclamat: at *in cap. mulier* textus loquitur, quando tempore sponsaliorum pubes erat, & reclamat altero impubere existente, tunc enim verum est, quòd teneatur expectare, donec alter sponsus perveniat ad pubertatem. 17

Quæritur decimò, an parentes possint pro filiis puberibus validè matrimonium contrahere? Respondetur, cum distinctione, si liberi absentes fuerint tempore, quo parentes contrahunt matrimonium, hoc nullum sortitur valorem, nisi accesserit filiorum ratihabitio, & approbatio: quia liberi, qui matrimonium contrahunt, debent ipsi assentiri in matrimonium. Sin verò filij sint impuberes, & parentes sponsalia de futuro pro ipsis contrahant, sponsalia sunt valida; quia certi, & indubitati juris est, posse parentes liberos suos despondere, & pro ipsis sponsalia contrahere *c. honorantur. 71. p. 2. c. tua 1. de despons. impub.* requiritur tamen, quòd liberi præsentes fuerint, & non contradixerint, quamvis expresse consensum non declarent 18

claraverint, & sufficit, si postea verbo, vel facto ratificent contractum initum à parentibus.

19 Quòd si parentes non solùm sponsalia pro liberis impuberibus, sed etiam matrimonium pro puberibus contrahant, an sit matrimonium validum, dummodo filij puberes præsentes fuerint, & tacuerint, ac matrimonium initum fuerit coram Parocho, & testibus: communis sententia asserit, tale matrimonium contractum esse validum, & nititur authoritate Bonifacij VIII. in *c. si infantes unic. h. t. in 6.* Nihilominus contraria sententia mihi non displicet, quam docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 2 c. 12. n. 3.* Gabriel *in 4. dist. 27. p. 1. art. 2. conclus. 4.* Angelus *V. matrimonium 2. n. 5.* Henriquez *lib. 11. c. 2. n. 6.* Ledesma *de matrim. q. 45. art. 2. dub. 3.* Ratio est, quia ut puberes matrimonium contrahant, debent assentiri: & sola taciturnitas, ac præsentia non videtur sufficere in re tanti momenti, sed debet adesse consensus, quem sola taciturnitas non ponit, quia hac permanente potest pubes semper se determinare ad consensum, vel dissensum, prout ipsi magis placuerit: unde cum taciturnitate potiùs habetur indifferentia ad consensum, vel dissensum, quàm ipsa consensus.

20 Tum quia potest contingere, quòd pubes ex reverentia in parentem non dissentiat tali contractui, & propterea taceat, cui tamen in animo non assentitur. Quod verò ad dispositionem Bonifacij VIII. attinet: quamvis communior sententia sit, talem dispositionem locum habere etiam in matrimonijs contractis à parentibus pro liberis etiam puberibus præsentibus tamen, & tacentibus: nihilominus adhuc posset fortassis responderi, talem dispositionem tantùm habere locum in sponsalibus de futuro.

21 Tum quia *in d. c. si infantes unic. 6. h. t.* Bonifacius VIII. expressè loquitur de sponsalibus de futuro, proinde constitutio non videtur extendenda ad matrimoniū, cùm videatur odiosa filijs, quorum libertati magis consuleretur, si ipsimet per se ipsos deberent consensum dare per verba expressa: odiosa autem non sunt ampliandа. Quòd verò Pontifex in præfato *c. si infantes* loquatur de sponsalibus de futuro, probat Pontius *loc. cit.* ex ijs, quæ in *d. c.* continentur: siquidem *ex §. 1.* constat: cùm per Innocentij III. constitutionem *c. fin. de despon. impub.* inter septennes non matrimonia, sed sponsalia esse possint. In secundo autem §. speciatim agit de matrimonijs eorum impuberum, quæ tantùm fictione juris sunt sponsalia. In 3. agit de sponsalibus contractis in absentia filiorum, & illis inscijs; & certum est, matrimonium initum in absentia filiorum, & ijs inscijs nullum sortiri valorem. Tum quia Pontifex in hoc §. 3. agit, vel de sponsalibus, & matrimonijs; vel tantùm de sponsalibus. Primum non potest dici, quia de matrimonijs ibi non agit: neque secundum, quia quæ de sponsalibus dicuntur in odiosis, non debent extendi ad matrimonia, præsertim cum arctior sit obligatio ad matrimonium, quàm ad sponsalia, proinde ad matrimonium plura exactiùs requiruntur, quàm ad sponsalia, quæ ex multis causis dissolvi possunt, cum matrimonium sit indissolubile.

Hinc licèt sponsalia à parentibus inita pro 22
filio, eo præsente, & tacente, sustineri possint juxta constitutionem Bonifacij VIII. *in d. c. si infantes:* non tamen id videtur procedere de matrimonio, cùm ad hoc requiratur plena libertas, quæ in filijs facilè metu revarentiali impediri potest: hæc omnia observantur à Pontio *loc. cit.* quæ mihi non videntur improbabilia, quamvis non putem, recedendum esse à communi sententia.

Quæritur undecimò, an impuberes obli- 23
gentur sponsione parentum? Respondetur ex sponsalibus initis per parentes, non obligari filios impuberes, nec puberes, nisi consentiant tacitè, vel expressè, qui tamen consensus non potest præstari ab impuberibus, nisi postquam attigerint annos pubertatis, hoc est fœmina 12. & mas 14. ratio desumitur ex eo, quia voluntas filij impuberis adhuc discerni non potest, proinde permittitur, ut pro impubere possit ejus pater sponsalia contrahere, ponendo tamen spem in ratificatione filij, quando pervenerit ad pubertatem, quia ut ajt Glossa in *c. tua fraternitas 1. h. t.* quamvis filios non adultus possit cogi à patre ad sponsalia, non tamen potest ad matrimonium; adeo ut quoad jura vinculum nulla ex his sponsalibus oriatur in filio impubere, cùm venerit ad pubertatem obligatio, quamvis honestum sit, ut filius, cùm pervenerit ad debitam ætatem, adimpleat sponsalia patris. Pro filio autem pubere non potest pater sponsalia contrahere, nisi filius pubes consentiat, quia ex quo filius est in ætate, in qua possit assentiri, vel dissentiri matrimonio, ejus voluntas indagari deber, non illa patris, quia sponsalia contrahuntur per consensum filij, non per sponsionem patris: siquidem consensus patris requiritur tantùm de honestate, non de necessitate ad matrimonium filij, vel filiæ ex Concilio Tridentino *sess. 24. de refor. matrim. c. 1.* & ex D. Thoma *3. p. q. 47. art 6. in addit.*

Quæritur duodecimò, an pubes cum impu- 24
bere possit matrimonium contrahere, adeò ut, si fœmina sit in majori ætate pubertatis, & mas infra talem ætatem, si ambo contrahant matrimonium de præsenti, hoc validum sit? Respondetur, tale matrimonium esse invalidum, & desumitur in *c. continebatur 6. c. attestationes 10. c. ex litteris 11. h. t.* ubi expressè in casu nostro statuitur, quòd si puella in ætate à parentibus jurata, & desponsata viro non habenti ætatem, deinde invita traducta in domum sponsi, à quo post annum recedit ad domum propriam non cognita; si non vult expectare, donec vir habeat ætatem, potest alteri nubere. Hoc idem etiam habetur in Concilio Forojuliensi *can. 9.* ibi: *Illud præterea per omnia præcaventes prohibere decrevimus, ut nullus præsumat*

ante annos pubertatis, id est infra ætatem puerum, vel puellam in matrimonium sociare; nec in dissimili ætate, sed coætaneos, sibique consentientes.

25 Ratio autem, ob quam pubertas in contrahendis nuptijs requiratur, ex eo petitur, quia cùm ad matrimonium contrahendum duo desiderentur, discretio scilicet ad consensum explicandum, & facultas generandi: fit, quòd donec pubertas, non advenerit, censeantur impuberes ex defectu ætatis inutiles ad utrumque, scilicet ad consensum præstandum, & ad generandum: consequenter etiam ad matrimonium contrahendum, quia deficit consensus, & facultas generandi, sine quibus corruit substantia matrimonij, cùm ejus effectus obtineri non possit *argum. l. 1. ff. de concubin.* ut notat Arniseus *de jure connub. c. 2. sect. 3.* unde ubi non est consensus utriusque, ibi esse non potest conjugium, & quia ante pubertatem pueri non sunt capaces ad consentiendum matrimonio, sicut nec ad matrimoniale debitum reddendum *c. quod sedem de frigid. & malef.* ideo eis matrimonialis conjunctio prohibetur.

26 Cæterum ad frænandam concupiscentiam leges tum ecclesiasticæ, tum civiles ætatem ad nuptias celebrandas definitam esse voluerunt *l. In sponsalibus 14. ff. de sponf. l. falsum 11. §. 3. ff. quod falso tut. c. Attestationes 10. h. t.* & ita expedire ex eo videtur, quia cùm primùm fœminæ fiunt viri potentes, & mares puberes; haberi potest effectus matrimonii, quod propterea permittendum est ad coërcendam concupiscentiam, quia si natura fecit fœminam anno 12. viri potentem, & marem anno 14. puberem, concedendum erat matrimonium in ea ætate, ne natura frustra daret in eadem ætate aptitudinem ad matrimonium: esset enim frustranea potentia, quæ non posset ob prohibitionem legis reduci ad actum: hinc jure canonico, si ante pubertatem detur hæc aptitudo, & malitia ætatem suppleat, potest matrimonium ante pubertatem contrahi *c. puberes 3. h. t.* ubi habetur, quòd puberes, seu apti ad matrimonium ij dicuntur, & sunt, qui ex habitu corporis ostendunt pubertatem, & possunt generare; & puerperæ, quæ in annis puerilibus pariunt: sicque pubertas pro matrimonio non consideratur ex numero annorum, sed ex aptitudine, & potentia generandi, quâ adveniente frustra expectatur pubertas, ut notant Ranucius *de lucro dotis, Gloss. 2. num. 6.* Tiraquel in *l. 6. connub. num. 37.* Debet tamen conjux esse discretus, & habilis ad copulam, quia ut malitia dicatur supplere ætatem, utrumque requiritur copulativè, hoc est non solùm, quòd possit discernere, & cognoscere, quid sit matrimonium, ejúsque obligatio, & in illud assentiri, vel dissentiri: sed etiam valeat matrimonium consummare. Quia verò hæc præfinitio ætatis ad contrahendas nuptias est duntaxat juris positivi, infideles, qui ipsis legibus non ligantur, dummodo sint judicio compotes, possunt matrimonium contrahere infra pubertatem.

27 Posset tamen in contrarium objici, quia minores 25. añis nullum possunt contractum celebrare, ut aliquid alienetur *lib. 3. C. de in integ. restit.* ubi docent communiter juris Interpretes, præsertim Duarenus *ad tit. C. si Tutor, vel Curator*, Oswaldus *litt. Q.* apud Donellum *lib. 12. comment. c. 22.* minores 25. annis non posse validè contrahere in ordine ad alienandum, hinc pulchrè Cassiodorus *lib. 4. variar. c. 35.* ait *Minores contractos liberos non habere, ut & insidiantium laqueos frustrarentur, & lapsis ætas lubrica subveniret: obrueretur quippe innocentia, si relaxaretur audacia, esset cunctis fallendi studium, si fraus subreptitium lucraretur effectum.* Matrimonium est contractus, & quidem maximi ponderis, & momenti: ergo à Minoribus 25. annis validè, & efficaciter contrahi non potest: idque agnoscentes Philosophi ad matrimonium contrahendum præscripserunt ætatem pubertate longè majorem, Aristoteles enim *lib. 7. polit. c. 16.* ex sententia Poëtarum, qui ætates hominum numero septenario distinxerunt, viris ætatis 37. annum definit, idque causæ, cur solum quintum septennarium conjugio aptum esse decreverit. Plato autem annum 30. definivit *lib. 5. de republic.* quòd etiam observatum fuit ab Ægyptiis. Germani etiam pro re turpi habebant ante 20. ætatis annum matrimonia inire referente Tacito *de morib. Germanor.* hinc Horatius *lib. 2. od. 5.* & Terentius *act. 2. scen. 3.* calamos acuunt in nuptias immaturas. Lex item Julia, & Papia ætatem 25. annorum in masculo, & viginti in fœmina ad liberos procreandos præscripserunt.

28 Sed contra, quia licèt Minores 25. annis prohibeantur contrahere in ordine ad alienanda bona, non ita prohibentur matrimonium contrahere, quia minor 25. annis non permittitur alios inire contractus, & ex eis obligari, si Curatorem habeat, quia quamdiu à Curatore regitur, tametsi habeat dominium rerum suarum, caret tamen administratione; proinde non potest contractus celebrare, in ordine ad alienanda propria bona: quòd si eorundem nactus fuerit administrationem, nil obstat, quin possit contractus celebrare, quoad eorundem alienationem, ut etiam contingit in bonis castrensibus, quæ potest ritè alienare: at quando minor 25. annis matrimonium contrahit non alienat quicquam, in quo non habeat administrationem: & hoc est discrimen, cur Minor 25. annis possit matrimonium contrahere, non ita alios contractus celebrare, & ex eis obligari. Hodie tamen per *legem fin. tit. 1. lib. 5. Recopil.* conceditur Minoribus uxores ducentibus, ut postquam attigerint 18. annum possint res suas, & uxoris administrare, déque iisdem liberè disponere, & ita efficaciter obligantur in alienandis bonis, ut nec beneficio restitutionis juvari possint. Imò non solùm Minor 25. annis potest matrimonium contrahere, & bona sua, & uxoris administrare; sed etiam in judicio comparere sine Curatore, ut probat Guzman *de verit. jur. verit. 11. per tot.*

29 Ad id autem, quod addebatur ex sententijs Philosophorum, legibúsque diversarum Gentium, respondetur, Gentes omnes suas habere leges proprias, etiam circa matrimonia ineunda, quia sicut mores hominum sunt diversi, ita & leges variæ: ex hoc tamen non sequitur, quòd mas, & fœmina cùm primùm attigerint annos pubertatis, non possint matrimonio copulari, imò Romani Legislatores agnoscentes secundùm naturam marem, & fœminam adveniente pubertate perfici, & habiles reddi ad prolis generationem illis concesserunt liberam matrimonij ineundi facultatem, non quia semper in illa ætate liberi suscipiantur, sed quia frequentiùs accidit, ut liberi generentur: unde nuptijs contrahendis rectè pubertas præfinitur legibus tùm canonicis, tum civilibus. Imò pro bono pacis nonnunquam dispensatur, ut pubes cum impubere, imò ambo impuberes possint matrimonium contrahere, quia pro bono pacis multa admittuntur, quæ aliàs prohiberentur *c. hac quippe 3. q. 6.* hinc vulgò dicitur, *Pax ut servetur, moderamen juris habetur:* siquidem illius bonum est opus pietatis, Glossa *2. c. 1. de ferijs*, & dicitur fieri pro urgente necessitate, quod fit gratiâ pacis ineundæ. Tum quia necessitas leges non cognoscit, quibus obsequatur *c. consf. §. fin. de obser jejun.* proinde sponsalia tunc subjacent juris rigori, quò minùs possint tolerari, & admitti.

30 Quòd verò impuberes pro bono pacis dicantur posse matrimonium contrahere, putârim id intelligendum esse, quando contrahentes sunt pubertati proximi, possúntque verum consensum præstare. An verò hæc dispensatio legitimæ ætatis pertineat ad Episcopum? plures censent ex justissima causa, ut pro bono pacis, hanc facultatem dispensandi competere Episcopo, eò quia hæc facultas non sit expressè reservata Pontifici, proinde censetur demandata Episcopo, *c. quibusdam in fin. de pœn. c. postulâsti 7. de cleric. excommun.* & docent Covarruvias in *c. Alma Mater 1. p. § 7. n 8.* Suarez *de legib. lib. 6. c. 14. n 8.* Consultiùs tamen est, ut facultas petatur à summo Pontifice: quia moris est, ut si pro bono pacis impubes matrimonium contrahat cum pubere, licentia petatur à summo Pontifice, qui est Legislator legum ecclesiasticarum, cùm enim hæc ætatis præfinitio ad nuptias sit juris ecclesiastici, debet à Legislatore ecclesiastico licentia tunc peti.

31 Quæritur tertio decimò, an ex sponsalibus contractis cum Minore septennio oriatur impedimentum publicæ honestatis? Respondetur negativè, ratio petitur ex eo, quia impedimentum publicæ honestatis causatur ex mutuo consensu præstito inter sponsos, ut desumitur ex *c. Juvenis 3. de sponf.* ubi dicitur, quòd Juvenis, qui duxit puellam, quæ non erat septem annorum, si dubium sit, quòd tecta verit id, quod explere non potuit, contraxit impedimentum publicæ honestatis, & non potest contrahere cum consobrina, & si contrahat, est separandus, quia in dubiis debemus tenere, quod certius existimemus: hinc à contrario sensu, si juvenis, qui ducit puellam nondum septennem, si non tentet, quod explere non potest, non contrahit impedimentum publicæ honestatis, & potest contrahere cum consobrina. Ratio est, quia Minor septennio nequit præstare consensum in sponsalia, proinde si de facto cum tali fuerint sponsalia contracta, cum de jure non teneant, non contrahitur impedimentum publicæ honestatis.

Secus est, si sponsalia contrahantur cum majore septennio, quia hic potest præstare consensum ad sponsalia de futuro, & quia ex hoc consensu oritur impedimentum, sequitur, ut ex sponsalibus contractis cum majore septennio, contrahetur hoc impedimentum. Ut etiam si sponsalia fuerint contracta cum minore septennio, & post septennium fuerint ratificata, quia in sponsalibus invalidis potest præstari postea consensus, ut valeant, ex nunc à tempore illius consensus, licèt non valuerint ut ex tunc, quo fuerunt à principio inita, tunc enim consensus retrotrahitur, ut desumitur ex *c. ad id quod 21. de sponf.* 32

Tum quia Major septennio potest in sponsalibus consentire, proinde licèt ante septennium fuerint invalida, validantur ut ex nunc per consensum præstitum post septennium; imò talia consensus censetur præstitus, si qui ante septennium contraxit, non contradicat ætate legitima adveniente, dummodo se gerat, ut sponsus: alioquin requireretur consensus expressus verbis, quia consensus semper est necessarius, & debet manifestari facto, vel verbis. 33

An verò affinitas sequens dissolvat sponsalia præcedentia de futuro? Respondetur affirmativè, quia causæ, quæ in futurum expectant suos effectus impediuntur à suis effectibus non solùm ex eo, quod est, sed etiam ex eo, quod futurum est, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 43. art. 3. in addit.* quapropter sicut affinitas, si fuisset tempore contractus sponsaliorũ impedivisset talem contractum *c. non debet de consanguin. & affin.* ita si interveniat ante matrimonium, quod est effectus sponsaliorum, prior contractus à suo effectu impeditur *c super eo de consanguin. & affin.* 34

Quæritur quarto decimò, an sponsalia nulla ex defectu consensûs producant impedimentum publicæ honestatis? Respondetur negativè, & desumitur ex *c. accessit 5. h. t.* ubi dicitur, quòd si sponsalia contrahantur cum aliqua puella nondum septenni si postea adveniente septennio puella nolit consentire, possit sponsus accipere matrem puellæ in uxorem, præsertim si fuerit à tali desponsatione ab Episcopo absolutus: secus tamen si sponsalia contrahat cum puella, quæ septem annos jam complevit: tunc licèt puella nolit consentire, & sit sponsus ipso jure absolutus, tamen ob publicæ honestatis justitiam non potest ducere in uxorem matrem puellæ: ex quo textu liquet, ex sponsalibus contractis cum puella nondum septenni non oriri impedimentum, seu justitiam publicæ honestatis. Ratio desumitur ex eo, quia tam 35

tam ad ſponſalia; quàm ad nuptias requiritur conſenſus in contrahentibus *l. 4. l. penult. ff. de ſponſ. l. nuptias. ff. de reg. jur. c. cùm locum c. tua 25. de ſponſ.* unde à ſponſalibus celebrandis arcentur perſonæ, quarum conſenſus eſt nullus *c. dilectus 14. de ſpouſ. c. nec furioſus 32. q. 7.* atqui inter illos, quorum conſenſus eſt nullus, comprehenduntur infantes: quia iſti, quod agunt, ignorant *l. In ſponſalibus 14.* ſunt expertes judicij, & uſus rationis *l. quamvis 32. §. infans. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis 26. C. de donat.* ideóque infantes nondum ſeptennes parum dicuntur diſtare à furioſis *l. Fulcinius 7. §. plene. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. §. pupillus inſtit. de inutil.* Hinc defectu conſenſus infantes nondum ſeptennes non poſſunt ſponſalia contrahere, & ſi illa contrahant, ſunt invalida, neque ex ipſis oritur juſtitia publicæ honeſtatis, quæ impedit, ne matrimonium contrahatur cum conſanguinea.

36 Interdum tamen malitia etiam quoad ſponſalia ſupplet ætatem, tametſi contrahentes non ſint perfecti judicij, dummodo intelligant, quid agant, & tunc licèt nondum ſeptennes poſſunt ſponſalia contrahere *argum. l. 3. c. ſi Minor ſe major*, & docet Covarruvias *1. p. de matrim. c. 2. n. 1.* Cujacius in *c. 3. de ſponſ.*

37 Neque obſtat Modeſtinus in *l. In ſponſalibus.* ibi: *Id eſt, ſi non ſint Minores*, quibus verbis ſignificatur, contrahentes ante ſeptennium non poſſe ſcire, nec intelligere, conſequenter neque ſponſalia contrahere, quo textu motus Fachineus *lib. 3. controverſ. c. 26* aſſerit, Minorem ſeptennio nullo modo poſſe ſponſalia contrahere.

38 Nam communis reſponſio eſt, textum illum referri ad ea, quæ frequentiùs contingunt, ſiquidem ordinariè infantes ante ſeptennium carent uſu rationis, proinde non poſſunt aſſentiri matrimonio *l. Fulcinius 7. §. planè ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ.* Sin verò prudentia ætatem ſuppleat, tunc defectus legitimæ ætatis non officit ſponſalibus contrahendis, quia ut hæc validè contrahantur, ſatis eſt, ſi ambo contrahentes utantur ratione, intelligant obligationem, quam contrahunt, & conſentiant in illam. Hinc ad contrahenda ſponſalia non ſufficit, infantes proximos eſſe ſeptennio; ſed ſi malitia ætatem non ſuppleat, requiritur totum ſeptennij tempus completum, ut ſponſalia conſiſtant, ut notat Cujacius *lib. 6. obſer. c. 16.* quia voluntas ſita in naturali conſenſu non datur niſi in eo, qui totum ſeptennium complevit *l. ſi infanti 18. c. de jur. delib.*

39 Hinc non ſufficit, ſi annus ſit inceptus, niſi prudentia ætatem ſuppleat: nam quoties verba legis referuntur ad annos conſummatos, tunc tempus completum eſſe oportet, & non ſufficit inchoatum *c. Subdiaconum 77. diſt. c. cum in cunctis in princ. de elect.* niſi ex æquitate, vel favore rei, de qua agitur ſimilia verba improprientur, ut in *l. qui filium 74. §. 2. ff. ad Trebell.* ubi verbum *pervenerit*, pro *exceſſerit*, accipiendum eſſe docet Cognanus *lib. 3. comment. c. 12. n. 7.* Sin verò verba legis tantùm ad ingreſſum, vel ad ſolam exiſtentiam anni dirigantur, ut ſi dicatur, *cùm fuerit in tali anno*, & lex prohibeat, ne quid ante certum tempus fiat, tunc ſufficit, ſi annus ſit inchoatus, & in hoc ſenſu intelliguntur textus in *clement. generali de ætate & qualit. c. cùm in cunctis §. inferiora de elect. c. Presbyter 78. diſt.* & Tridentinum *ſeſſ. 23. de refor. c. 12.*

Videtur tamen contra ætatem ſeptennij ſuf- 40
ficientem ad contrahenda ſponſalia textus obſtare in *l. ſæpe 17. ff. de ſponſal.* ubi dicitur, ſæpe contingere, ut juſtæ, ac neceſſariæ cauſæ trahant ſponſalia non ſolùm per annum, ſed etiam ea producant per biennium, & triennium; ex quo textu deducitur, ſponſalia eſſe in ea ætate ineunda, ut ſaltem intra biennium, vel triennium poſſit matrimonium contrahi, & quia matrimonium non contrahitur niſi inter puberes, non videtur ſeptennium ſufficere ad contrahenda ſponſalia. Sed contra, quia dictus textus legis Juliæ, & Papiæ poſitus fuit ab Auguſto ad præcludendam fraudibus viam, ut notat Suetonius in Auguſto *c. 34.* cùm enim lege Julia, & Papia ab Auguſto natis, fuiſſent præmia maritis conſtituta, ut homines inde ad frequentanda matrimonia allicerentur; & cùm aliqui puellas immaturas deſponderent, ex quibus liberos ſuſcipere non poterant, contingebat, ut interim præmijs gauderent, quæ maritis erant conſtituta, contra finem legis intendentis, talia præmia dari ad procreandos liberos: hinc Auguſtus, ut hanc fraudem impediret, coarctavit tempus habendi ſponſos ad decimum, vel undecimum ætatis annum, ut notat Gothofredus in *quatuor fontibus pag. 174.* ubi citat legem Juliam. ibi: *Quicunque ſponſam habebit ultra biennium ſponſam eam ne habeto; qui ultra biennium habuerit, maritorum præmijs, ne fruitor: decenij minorem ſponſam ne habeto. Feminis item a morte viri biennij; à repudio anni, & ſex menſium vacatio eſto.*

Extra tamen caſum legis Juliæ, & Papiæ 41
utiliter contrahuntur ſponſalia cùm puella nondum decenni, dummodo ſeptennium ætatis expleverit. Major igitur ſeptennio poteſt conſenſum præſtare ad ſponſalia de futuro, quia tunc incipit habere cognitionem præcipuè in his, ad quæ ratio naturalis magis inclinat, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 43. art. 2. in addit.* proinde ei permittitur, ut poſſit ſponſalia contrahere, cum natura ad ipſa propendeat: non tamen permittitur illi, ut poſſit ſe obligare perpetuo vinculo matrimonij, quia ad id adhuc non habet firmam voluntatem, quia tamen ex illo mutuo conſenſu præſtito in ſponſalibus oritur juſtitia publicæ honeſtatis, ſi ſponſi puberes facti recedant à ſponſalibus, non poſſunt cum conſanguineis ſponſæ matrimonium contrahere.

Quæritur quintodecimò, an ſi puella im- 42
pubes deſponſata, & traducta, veniens ad pubertatem, petat licentiam alteri nubendi, ſit audienda, ſi vir juret fuiſſe à ſe cognitam? Reſpondetur, non poſſe, cum ad pubertatem pervenerit ampliùs nubere alteri: ratio deſumitur ex eo, quia ſponſalia de futuro per carnalem

copu-

copulam subsecutam transeunt in matrimonium, ut habetur in *c. is qui 30. b. t.* quia ex copula subsecuta ecclesia præsumit potiùs consensum conjugalem, quàm fornicarium, benignâ scilicet interpretatione ad vitandam præsumptionem peccati *argum. l. merito ff. pro socio l. Quintus Mutius ff. de donat.* Tum quia sponsi de futuro consentientes in copulam præsentem videntur priùs consentire in matrimonium de præsenti, tanquam necessarium præambulum ad copulam licitam *argum. c. Vidua de regul.* habetur enim copula illa virtute præcedentis obligationis sponsaliorum, *Gloss. siml.* in *l. quædam mulier ff. de re vindic.* & tradit Mascardus *de probat. vol. 3. conclus. 1197. & 1215. n. 4.* non per amplexus oscula, & alia his similia sponsalia transeunt in matrimonium *c. 1. de matrim. contract.* imò nec per conatum ad copulam *c. fin. h. t.*

44 Ratio itidem, cur puella pubes facta non sit audienda, si velit alteri nubere, & vir juret, se illam cognovisse, desumitur ex præsumptionibus: siquidem ex eo, quòd præcesserint sponsalia creditur viro juranti se illam cognovisse, proinde cùm habeat jam suum maritum, prohibetur eidem alteri nubere juxta Apostolum *1 ad Corinth c. 7.* Creditur autem viro juranti se cognovisse suam sponsam, quia ex quo simul habitârunt, & sponsa non reperitur ampliùs virgo, est maxima præsumptio pro viro; quam præsumptionem per juramentum ita vir coadjuvat, ut mulier asserens contrarium non sit audienda, ut notat Glossa *in c. continebatur 6. h t.* & in *c. quod autem 27. q. 2.* coadjuvatur itidem hæc præsumptio in favorem viri ex triplici ratione, quia stat pro matrimonio, quod est favorabile *c. videtur qui matrim. accus. poss.* Secundò quia cùm vir sit caput mulieris, illi potiùs creditur, quàm mulieri *c. si quis 33. q. 1.* Tertiò quia fuit sola cum sola, proinde stantibus aliis conjecturis creditur cognita, & sponsalia de futuro per carnalem copulam subsecutam transiisse in matrimonium de præsenti.

45 Verùm hodie post Concilium Tridentinum *sess. 24. de refor. matrim.* hæc decisio desumpta ex pluribus juribus non ampliùs procedit, quia cùm Tridentina Synodus irritet matrimonia, si contrahantur sine præsentia Parochi, & Testium; à fortiori irritat etiam matrimonium præsumptum ex copula subsecuta, vel alia simili causâ; in Provinciis tamen ubi Tridentinum non observatur, hujusmodi matrimonia præsumpta adhuc procedunt. Imò non solùm non auditur sponsa pubes facta, si vir juret, se illam cognovisse, verùm etiam antequam sit pubes facta, dummodo pubertati proxima probatur cognita, quia tametsi ante annos pubertatis si juret mulier, non sint matrimonio conjungendi: nihilominus si malitia ætatem suppleat, junguntur, quâ ratione pubertas secundùm canones judicatur quoad matrimonium ex habitu corporis ad generandum: unde ex quo erat pubertati proxima, & probatur cognita, censetur ætas suppleta.

46 Quæritur sexto decimò, an ex sponsalibus validè initis, & postea ex mutuo sponsorum consensu dissolutis oriatur impedimentum publicæ honestatis? Respondetur affirmativè, quia ex quo validè contraxerunt sponsalia, contraxerunt mutuum vinculum, ex quo oritur justitia publicæ honestatis, eo autem ipso, quòd hæc justitia est orta ex tali causa, non potest ampliùs impediti, quin sit orta; tametsi sponsalia postea dissolvantur ex mutuo consensu, quia licèt dissensus tollat consensum, non tamen tollit effectum subsecutum ex tali consensu, quia hic licèt in fieri dependeat à consensu, non ita in facto esse, consequenter licèt recedatur à præcedentibus sponsalibus, quia adhuc perseverat impedimentum publicæ honestatis, non licet consanguineis sponsi sponsam illam ducere: nec è contra consanguineis sponsæ licitum est contrahere cum viro illo, qui resilivit à sponsalibus, est enim publicè honestum, ut ex quo consanguineus Titii consensit in aliquam sponsam, non possit Titius illam habere uxorem, ut notat Glossa in *c. unic. V. publica de sponſ. in 6.* siquidem quod est contra honestatem, & bonos mores non est faciendum *c. faciat hom 22. q. 2.* proinde ecclesia statuit, ut talis honestas impediat matrimonium contrahendũ, & dirimat contractum inter consanguineos sponsi, & sponsæ usque ad quartum gradum.

Hodie tamen, quod valdè notandum est 47 per Concilium Tridentinum hoc impedimentum publicæ honestatis restringitur: siquidem Tridentina Synodus *sess. 24. c. 3 de refor. matrim.* declarat, quòd ubi sponsalia quacunque ratione non fuerunt validè inita ex iisdem non oritur impedimentum publicæ honestatis: ubi autem sponsalia fuerunt valida statuit sacra Synodus, ne hoc impedimentum excedat primum gradum, eò quia in ulterioribus jam non possit hujusmodi prohibitio sine dispendio observari, ut notat Covarruvias in *epit. lib. 4. decret. p. 1. c. 2.*

Quæritur decimo septimò, an impuberes 48 contrahentes sponsalia possint separari ante pubertatam, & quid dicendum, cùm primùm ad pubertatem venerint? Respondetur, non posse sponsos ante pubertatem resilire à sponsalibus, quia tametsi impuberes non habeant facultatem consentiendi in matrimonium, ut habetur in *c. continebatur 6. h. t.* habent tamen potestatem contrahendi sponsalia: & quia sponsalia sunt promissio futurarum nuptiarum, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 43. art. 1.* fit, quòd sponsi licèt impuberes, non possint ab illa promissione recedere, donec tempus veniat, in quo possit promissio illa adimpleri: vel per tacitam conditionem in eo subintellectam ab illa se absolvere; post tamen pubertatem, possunt, si contradicant sponsalibus ab iisdem resilire, quia contrariorum eadem est disciplina *c. hospit. dist. 32.* & cum sponsalia impuberum non habeant vim matrimonii, quamvis ineantur per verba de præsenti, nisi fuerint ratificata tempore pubertatis, idæo sicut tempora illo possunt consentire, ita etiam dissentira *c. unic. de sponſ. in 6.* Id tamen procedit nisi carnalis copula intervenerit, quia

quia sponsalia de futuro ex jure antiquo transeunt in matrimonium *c. is qui 30. de spons.* & à vinculo matrimonij non potest recedi *Matth. c. 19.* proinde qui intelligitur contraxisse matrimonium debet manere cum illa, cum qua contraxit, idque procedit, sive ambo contrahentes fuerint impuberes, sive unus pubes, alter impubes.

48 Quamvis tamen sponsalia post septennium contracta obligent contrahentes, adeò ut ante pubertatem mutuo dissensu non possint ritè dissolvi; possunt tamen post pubertatem judicio ecclesiæ per unius, vel utriusque dissensum improbari, & desumitur ex *c. ex litteris 11. h. t.* ubi dicitur quòd si puella in ætate à parentibus jurete, & desponsata cum viro non habente ætatem, deinde invita traducta in domum sponsi, à quo post annum recedit ad domum propriam non cognita, si nolit expectare, donec vir habeat ætatem, potest alteri nubere. Hinc licèt jure cautum sit, impuberes validè ex sponsalibus obligari, eodem tamen jure statutum etiam est, ut ob judicij imbecillitatem post pubertatem possint resilire; imò hæc libertas resiliendi ita conceditur, ut qui priùs ad pubertatem pervenerit, non teneatur alium expectare, sed possit statim resilire, si nolit sponsalia probare, quòd si non resiliet, postea non auditur. Non ita est, quando pubes sponsalia contrahit cum impubere, quia licèt impubes possit post pubertatem statim resilire, non ita pubes, quia semel quòd pubes contrahit sponsalia, tenetur iisdem stare, unde hæc facultas resiliendi tantùm conceditur impuberi in favorem illius ætatis, quia quando impuberes contrahunt sponsalia, non ita maturè deliberant sicut puberes, proinde conceditur illis facultas, ut cùm primùm pervenerint ad pubertatem possint, si velint, resilire.

49 Quæritur decimo octavò, an impuberes apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligentur? Respondetur affirmativè, & ratio desumitur ex eo, quia ad validitatem matrimonij magis attenditur potentia coeundi, & capacitas doli ad cognoscendas vires matrimonij, quàm numerus annorum, & cum hæc potentia, & capacitas possint esse in pueris, in quibus malitia suppleat ætatem, etiam si nondum pervenerint ad communes annos pubertatis, adhuc obligantur ex contractu matrimonij: proinde ex quo sunt apti ad matrimonium, & intenderunt se obligare, ex contractu illius obligantur, ut notet Covarruvias *lib. 4. decret. p. 1. c. 4.* Id tamen procedit nisi violentia intercedat, siquidem in matrimonio contrahendo requiritur liber consensus, & quia violentia libertatem excludit, ideo cujuscunque ætatis aliquis sit, per illatam violentiam potest se è prætenso matrimonio excusare; nisi post passam violentiam consensus accesserit, quia in tali casu quemvis matrimonium illud non valuerit pro illo tempore, quo fuit violentia illata, incipit tamen valere ex illo nunc, quo liber consensus accedit.

50 Quæritur decimo nonò, an si impuberes ante pubertatem contrahant non solùm sponsalia de futuro, sed etiam matrimonium de præsenti, sit tale matrimonium validum? Respondetur negativè, si non sint apti ad generandum, quia ad contrahendum matrimonium non sufficit solus contractus de præsenti, sed ulteriùs requiritur in contrahentibus potentia coëundi, & capacitas intellectûs ad præstandum consensum in illo, & quia talis capacitas, & potentia regulariter non habentur ante pubertatem, ideo non potest inter impuberes esse matrimonium, imò id procedit etiam si interveniat nixus ad copulam, quia solus nixus non declaret potentiam coeundi, siquidem potest contingere, quod impubes tentet id, quod per ætatem complere non potest *c. Juvenis 3. de sponsal.* & quia hæc potentia est de necessitate matrimonij, & ante legitimos annos pubertatis non præsumitur adesse, ideo quamvis per copulam subsecutam jus statuerit, ut sponsalia transirent in matrimonium etiam in impuberibus, non tamen jura statuerunt, ut per solum nixum sponsalia transirent in matrimonium.

Observandum tamen est, quòd si impuberes nondum apti ad generandum matrimonium de præsenti contrahent, tametsi tale matrimonium sit irritum in ratione matrimonij de præsenti; eò quia annos pubertatis, vel antequam malitia suppleat ætatem, non possit matrimonium contrahi: nihilominus quia matrimonium est favorabile *c. cùm apud 23. de sponsal.* ideo in ejus favorem jus voluit sustinere illum promissionem meliori modo quo potest *c. Ex sponsalibus unic. de sponsal. in 6.* proinde considerans impuberes illos habuisse animum se obligandi ad matrimonium, & quia ob defectum ætatis non potuerunt se obligare ad matrimonium de præsenti, jus interpretatur se obligâsse ad sponsalia, quæ sunt via ad matrimonium, eò quia ad hujusmodi sponsalia potuerint se obligare, siquidem ex *regul. juris in 6. Si quod ago, non valet, ita ago, ut valeat quantum valere potest.* 51

Imò id procedit, tametsi subharratio interfuerit: ratio est, quia subharratio adaptetur ei, quod agitur, ut per eam evidentiùs probetur, quod actum est *l. quod sæpe ff. de contrah. empt. & vendit. §. 1.* Tum quia matrimonium initum inter impuberes antequam malitia suppleat ætatem, non habet vim matrimonij de præsente, sed tantùm de futuro, seu sponsaliorum; proinde subharratio, seu annuli immissio, non potest tunc denotare matrimonium, sed tantùm sponsalia, ut notet Goffredus in *c. Adolescens ult. de sponsal.* 52

Quæritur vigesimò, an sponsalia inita cum Minore septennio per mutuam cohebitationem post septennium convalescant? Respondetur affirmativè, quia licèt ante septennium pueri non sint capaces contrahendi sponsalia, seque obligandi ex defectu consensus; quia tamen post septennium ex communi Doctorum sententia cum D. Thoma *p. 3. q. 43. art. 2. in addit.* possunt sponsalia contrahere, ideo cohabitatio inter illos, qui nondum septennes contraxêre, inducit præsumptionem conjiciendi, eos post septennium habere ratam promissionem 53

inter

inter se factam ante septennium, & desumitur ex *c. ad id quod 21. de spons.* ubi dicitur, quòd si mulier etiam undecim annorum invita tradatur viro, cum quo postea sponraneè cohebitat per aliquod tempus, ut per anoum cum dimidio, censetur tacitè cousensisse, & sic coactio transir in consensum taliter, ut si mulier velit inducere testes ad probandam coectiouem, non sint admittendi, sed compellanrur conjuges affecto meritali se tractare, nisi velint religiooem approbetam ingredi: ex quo textu liquet, ex cohebitatiooe spoutanee, & libera præsumi coosensum, adeò ut sponsalia contracta cum Minore septennio pet muruam cohabitetiouem post septenuium convalescant, licèt tunc non valuerint, cùm primùm aute septenoium fuerunt inita. Quinimò ioducuur etiam post septennium per muruam cohebitatiouem justitiam publicæ honestetis, quia talis justitie inducirur ex muiuo consensu præstito iuter sponsos, & quia post septennium ex mutua cohebitetioue præsumitur consensus, quatenus à jure iorerpretatur talis consensus præstitus per cohebitatioucm post septenninm; ideò ex hisce sponsalibus oritur justitia publicæ honestetis.

54 Nihilominus hujusmodi sponsalie solvuntur per metrimonium de præsenti, quia tametsi illa spousalie fueriut coutrecta aute pubertatem, tameisi essent per verba de præsenti, uoo tamen habeni vim, uisi spouseliorum de fururo *c. Ex sponsalibus unic. §. 2. de spons. in 6.* hinc per spouselia non coutrahitur vinculum indissolubile metrimonij, sed tautùm fit promissio ad matrimonium, ut docet D. Thomas *3. p. q. 43. art. 2. in addit.* io matrimonialibus eutem fortius viuculum supervenieus præjudicat priori, ut habetur iu *c. duobus modis 1. de sponsa duor.* ubi dicitor, quòd qui det mulieri fidem pectionis, seu promittit sponsalia de fururo cum pacto, ut uunc eam coguoscar, non debet eliam ducere: sed si ducit, tenet mairimonium, & agit pœuiteutiam de fide mentita, ex quo textn liquei, vioculum metrimooij de præsenti esse fortius, & præjudicare priori sponsaliorum, qnatenus per matrimonium supervenieus sponsalia priora dissolvuntur, & desumitur etiam ex *c. sicut ex litteris 22. h. t.* ubi Innoceotius III. rescribit, eum, qui coutrahit spouselia de futuro cum uue, & jurat deiude contrehere cum alie de præseutl, debeat à Judice compelli ed servandum secundum metrimooium.

55 Quærirur vigesimo ptimò, en matrimonium cum Minore septennio coutrectum possit accusari? Respondetur negativè, & desumirur ex *c. ad dissolvendum 13. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, matrimonium, vel sponsalie, quæ noo suur, ut si infra septenuium contrehaniur, nou possunt eccusari: potest tamen denuutiari cousanguioites, ut iuterdicatur matrimonium contrehendum, ubi Inuoceutius ponit discrimeu inter denuutiatiouem, & accusarionem: & docet, matrimonium noo posse accuseri per causem proximitetis, quæ noo est; posse tameo denuutiari utiliter, ne facti puberes metrimonium couttahant, vel ne post infantiam sponsalie coufirment, uude accusatur matrimonium quod sectum est, ut rescindatur, denuutiatur autem coosanguiuitas, vel simile impedimentum, antequam metrimonium celebretur, ne fiat: sicut denuntiamus uovum opus, ne quod molitur viciuus, & uondum fecit, feciat: & agimus interdicto, quod vi, eut clam, ut id quod jam factum est, tolletur *l. 1. §. 1. de novi oper. nunt.* sicut enim denuutiatio novi operis inhibet novum opus; ita denuotiatio consanguinitatis inhibei matrimonium, douec denuutiatio probate, aut remisse fuerit causa coguite, si dicetor denuutiatiooem nou fieri legitimo modo, vel fieri incougruo tempore, vel ab iis, quorum fides est suspecta.

Cæterum ratio, cur metrimonium ioitum cum Minore septeunio non possir accusari, petitur ex eo, quie accusatio uoo habet locum uisi circa crimiue perpetreta, ut uotat Iuooceotius in *d. c. ad dissolvendum*, & quie in matrimonio, quod noudum est, non potest dici, crimeu aliquod esse perpetratom, ut notat Glossa in *d. c. ad dissolvendum 13. V. accus. h. t.* siquidem oou entis nullæ suut qualitates *l. ejus qui ff. si cert. petit.* proiode oec accusatio locum habet, quie uou est, quod possit legitimè accuseri: secus impedimentum potest denuntieri, ne coutraheiur imposterum metrimooium, quia denuutietio uoo solùm locum habet in criminibus perpetratis, ut de illis pœnitentia egatur, verùm etiam io perpetraudis, ut ab illis caveatur *c. loc. vi 22. q. 5.* & quia si coutraheretur metrimouium inter illos, qui à jure prohibentur, crimeu committeretur *c. 1. de consang. & affin.* ideo potest impedimenrum denuntiari, ut ab illo matrimonio, in quo est crimen, abstineatur, ut etiem jure novo habetur iu Concilio Tridentino *sess. 24. de refor. matrim. c. 1.* 56

Quæritur vigesimo secundò, an, si puella pubes iovita, & coecta coutraxit sponsalia, cum impubere possit eb ijsdem stetim resilire, & uubere puberi, vel teneatur expectare impuberem, donec ad pubertatem deveniat? Respondetur, uou teoeri expectare, donec impubes veniet ad adultam ætetem, & posse statim resilire, & uubere puberi, & desumitur ex *c. Ex litteris 11*, ubi cum puella proxima pubertati, seu egens annum ætatis 12. desponseta fuisset impuberi hebenti taotùm novem, vel decem annos, & traducta etiam esset in domum sponsi ex cousensu parentum, & post mejorem libertatem redjerit iu domum propriem, & quæreretur, an compellende esset expectare, ut sponsus ad nubilem ætatem perveuiret, rescripsit Poutifex, monendam esse ab Episcopo, ut expectet sponsi ætetem, quâ sponsus liquidò possit exprimere suam voluntatem, non tamen ad id esse præcisè cogendam, eò quie sponsalia cum impubere coutrecta nou fuerunt rata, & quia puella pubes asseruit, se nunquem iu puerum illum noveunem cousensisse; & couclusum fuit, sponsalie ex defectu cousensus in puelle nou fuisse velida, proinde non esse puellam puberem cogendam ed expectendum puerum impuberem, donec pubertatem attingat. 57

58 Ratio, cur hæc ſponſalia fuerunt irrita, ex eo petitur, quia ſicut ad validitatem matrimonij requiritur in contrahentibus liber conſenſua *c. Cùm apud Sedem 23. de ſponſ.* ita requiritur liber conſenſus ad validitatem ſponſaliorũ de futuro *c. Gemma 29. de ſponſ.* quo pacto tam matrimonia, quàm ſponſalia per metum contracta ſunt invalida: & quia quòd de jure non ſortitur effectum, non præſtat impedimentum *c. non præſtat de regul. jur. in 6.* & fruſtra expectatur eventus, cujus nullus eſt effectus, ideo ex quo puella non impeditur per hujuſmodi ſponſalia violenta, quin poſſit contrahere cum alio, poſtquam ſponſus impubes pubertatem attigerit, ita nec debet impediri, quamvis adhuc ſit in ætate minore.

59 Neque obſtat textus in *c. de illis h. t.* ubi dicitur, quòd, qui poſt ſeptennium contrahunt, & poſtulant ſeparari ante annos aptos ad matrimonium non ſint audiendi, ſi alter ipſorum perveniat ad legitimos annos matrimonij, & alter non, & qui pervenit ad annos, petat ſeparari, non ſit audiendus: quia textus procedit de majore, qui non coactè, ſed omnino liberè contraxit ſponſalia cum Minore, tenetur enim tunc alterius pubertatem expectare, eò quia obligatio, quam contraxit per ſponſalia, tenet: ſecus quando ſponſalia coactè contrahuntur, nullam inducunt obligationem. Conſenſus voluntatis, tametſi ſimpliciter non poſſit eſſe coactus, poteſt tamen eſſe talis ſecundùm quid, ut docet D. Thomas *1. 2. q. 6. art. 4. diſt. 29. q. 1. art. 1.*

60 Duplex enim eſt actus voluntatis, quidam imperatus ab eadem, & hic per alias potentias exercetur, ut movere manum, ambulare, & quoad hos, & ſimiles actus, poteſt voluntas omnino, & ſimpliciter cogi: ſiquidem poſſunt externa corporis membra vi attripi, ut, ſi Chriſtianus ab infidelibus vi traheretur ad idola, eſſet enim talis motus ſimpliciter violentus, & coactus reſpectu Chriſtiani, ſiquidem violentum, ut definitur ab Ariſtotele *3. Ethic. c. 2.* eſt, *quod ſit ab extrinſeco, paſſo non conferente vim*, ſeu non concurrente. Alius eſt actus elicitus à voluntate, & proprius ipſius, tales ſunt actus volitionis, & nolitionis; & hi actus non poſſunt eſſe ſimpliciter coacti. Ratio eſt manifeſta, quia violentum ſimpliciter eſt, quod fit ab extrinſeco paſſo non conferente vim: quando autem voluntas vult, vel non vult, ſeu conſentit, vel diſſentit, confert vim, quia ſe ipſam exercet, & elicit actum illum conſenſus, & diſſenſus, quo fit, ut nullus actus elicitus à voluntate ſit ſimpliciter violentus reſpectu ipſius voluntatis, quia repugnat, actum elici à voluntate, & hanc non eſſe principium elicitivum ipſius: eſt enim volitio actus vitalis, qui nonniſi à principio vitali intrinſeco poteſt emanare. proinde repugnat, voluntatem non conferre vim in volitione, quæ propterea non poteſt eſſe ſimpliciter violenta, ſed ad ſummum ſecundùm quid ob metum injuſtè incuſſum, & cadentem in virum conſtantem.

61 Quæritur vigeſimo tertiò, an matrimonium ex metu initum inter puberes ſit validum. Certum eſt, ea, quæ metu quantumvis gravi fiunt, eſſe ſimpliciter, & abſolutè voluntaria, & tantùm involuntaria ſecundùm quid, ſeu conditionatè, adeò ut metus non inferat abſolutè, & ſimpliciter vim, ſed tantùm conditionalem, quatenus ſecluſo tali metu voluntas nollet: hinc juriſconſultus *l. ſi mulier 21. §. ſi metu coactus el. 2. ff. de eo quod metus cauſa* ait: *Quia quamvis ſi ſibi liberũ eſſet, noluiſſet, tamen coactè voluit.* Ratio eſt, quia metus non poteſt libertatem adimere niſi propter coactionem: atqui voluntas non habet hanc coactionem ſimpliciter, cum de facto abſolutè velit, & eliciat actum, ad quem concurrit, proinde non adimit libertatem ſimpliciter.

62 Tum quia ad libertatem ſimpliciter ſufficit, ut poſſit aliquis elicere, vel non elicere actum: atqui per metum coactus poteſt abſolutè nolle, proinde liberè vult: quo fit, ut metus quantumvis gravis non excuſet à culpa in omnibus his, quæ intrinſecè ſunt mala; vel veniali, ſi aliàs ſecluſo metu culpa eſſet venialis; vel mortali, ſi ſecluſo metu eſſet peccatum lethale: quia, quæ metu fiunt, ſunt ſimpliciter voluntaria, & tenemur potiùs mortem ſubire, quàm Deum per peccatum offendere.

63 Reſpondetur ad quæſtionem, metum cadentem in virum conſtantem irritare matrimonium: ratio eſt, quia ad matrimonium ut validè contrahatur, requiritur conſenſus, qui ſit omnino liber, & ſi conſenſus eliciatur ex metu cadente in virum conſtantem, non eſt omnino liber, quia tametſi ſimpliciter ſit voluntarius, & liber, non tamen eſt talis ſecundùm quid, & conditionatè, quia ſi non adeſſet timor, pubères non contraherent matrimonium, quod propterea ex defectu pleni conſensûs nullum ſortitur valorem. Solet metus dividi in incuſſivum, eſtque, qui per minas infertur: & in impreſſivum, qui dicitur metus facti, ut cum actu interveniunt verbera, vel carceres, & in metũ ſuſpicionis non temerariæ, ſed violentæ, ſeu compulſivum potentiæ, & dicitur metus compulſivus, quia qui illum incutit, eſt vir potens in Republica: & demum in metum tacitum, & reverentialem, ut eſt timor filij erga patrem, uxoris erga virum.

64 Strictiùs tamen dividitur metus in eum, qui cadit in virum conſtantem, & non conſtantem *c. conſultationi 28. de ſponſ.* Ut autem metus dicatur cadere in virum conſtantem, aliquot requiruntur conditiones, quarum prima eſt, ut malum, quod timetur, revera ſit in ſe grave, adeò ut malum ſit grave reſpectu ſui, & non verò reſpectu apprehenſionis timentis, ut notat Sotus in *4. diſt. 29. q. 1. art. 2. V. 2.* quia eatenus jura concedunt reſciſsionem contractûs ob timorem cadentem in virum conſtantem; quia is timor libertatem conſensûs impedit, ut habetur in *c. cùm locum 24. de ſponſ.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd ſi quæſtio ſit de matrimonio puellæ, & timeatur, ne metus, vel coactio inferatur puellæ ad conſenſum, Judex debeat puellam conſtituere in loco tuto, &

hone-

honesto, ubi nihil timeat, donec causa finiatur, & indagandus sit liber ab ea consensus, quia matrimonium fit solo consensu libero: quando verò malum, quod timetur, est in se ipso leve, tametsi anteponatur graviori malo, non impedit in viro forti libertatem consensus, proinde is timor non dicitur cadere in virum constantem.

65 Secunda conditio est, ut æstimatione mali, quod timetur, sit timor gravis, adeò ut timens, non vanè, & leviter credat, malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter: quia id interest discriminis inter virum constantem, & inconstantem, quia constans nonnisi ex forti, & probabili æstimatione movetur: inconstans autem tantùm ex levi, in quo sensu *prov. 28.* dicitur: *Fugit impius nemine persequente.*

66 Tertia conditio est, ut qui metum incutit, potens sit minas exequi, quia non est viri constantis, & fortis, quibuscunque terreri minis *l. famosi ff. ad leg. Jul. Majest.* ibi: *Nam & personæ spectanda est, an potuerit facere* Glossa *l. metum. V. jactationibus C. de his quæ vi*, quòd tamen non intelligitur, ut qui metum incutit, minas verè defacto possit implere, sed ut timens rationabiliter existimet, posse eum minas exequi, quamvis defacto ob aliquam rationem timenti incognitam eas non possit exequi, ut notat D. Bonaventura in *4. dist. 29. q. 1. n. 5.* unde perpendenda est qualitas, & potentia incutientis metum, ut etiam illius, qui metum patitur, si ille erat vir potens, & hic infirmus, ut notat Berojus *c. 1. n. 20. de offic. deleg.*

67 Quarta est, ut qui metum incutit, consueverit minas exequi: alioquin si homo facilis sit minari, & facilis ad iram deponendam, nil, aut parum mandans executioni, non dicitur incutere metum gravem cadentem in virum constantem *l. metum C. de his quæ vi.* ibi: *Metum non jactationibus tantùm, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenit*, ut docet Bartolus ibid. *n. 1.* & desumitur etiam ex *cap. cum dilectus n. 8. de his, quæ vi.* & ex *cap. ad audientiam n. 2. eod. tit. c. consultationi n. 12. de spons.* Quinimò non sufficit, ut qui metum incutit, consueverit minas exequi, sed ulteriùs necesse, ut consueverit eas exequi in eodem genere mali, quod comminatur, quia ut notat Calderinus in *l. fin. ad fin. ff. de hæred. instit.* ex dissimilibus non sumitur conjectura. Verùm si consueverit minas exequi in alio genere mali æquè atroci, & quod sufficiens sit ad incutiendũ metum cadentem in virum constantem, adhuc hujusmodi minæ ingerunt metum gravem: non tamen sufficit, si qui metum incutit minas, semel tantùm fuerit executus, sed requiritur, ut pluries id præstiterit, quia unicus hominis actus non probat consuetudinem, ut desumitur ex *l. nemo 3. C. de Episc. audient.* & ita docet Bartolus *l. de pupillo §. si quis ipsi n. 15. de oper. nov. nuntiat.* & procedit, quando pluries in alio fuerat minas executus, alioquin si semel tantùm malè tractâsset ipsummet contrahentem, sufficeret, si iterum eum minaretur, quia tunc rationabiliter metueret.

Quinta conditio est, ne possit timens facilè occurrere malis, quæ timet, quia si posset alia ratione facilè iisdem occurrere, vel implorando alicujus auxilium, vel consulendo Superiorem, non esset tunc timor cadens in virum constantem: quia inconstantis, & timidi est viri, ea metuere mala, quæ facili negotio potest declinare *argum. text. in c. fin. de elect.* 68
Quinque igitur conditiones requiruntur, ut metus dicatur cadere in virum constantem, nimirum ut malum, quod timetur, grave sit in se consideratum. Ut æstimatio mali, quod timetur sit fortis. Ut metum incutiens potens sit, minas executioni mandare. Ut metum incutiens minas exequi solitus sit in eodem genere mali, quod comminatur. Ut non possit facilè metuens occurrere malis, quæ timentur. Juvat tamen observare, quòd ut timor dicatur gravis, non requiritur realis, & vera pœnarum illatio, quia sic non timor, sed damnum diceretur inferri; unde sufficit timor probabilis proximæ illationis.

Quæritur vigesimo quartò, an metus viri constantis debeat esse talis absolutè sine respectu ad patientem metum? Respondetur, metum cadentem in virum constantem dici respectivè, adeò ut metus, qui respectu unius est cadens in virum constantem, non sit talis respectu alterius, quia fortior, & valentior est, adeò ut metus, qui respectu hominis fortis non est cadens in virum constantem, respectu fœminæ imbecillis sit cadens in virum constantem. adeò ut minor metus desideretur in fœmina, quàm in viro *argum. textus c. indignantur 32. q. 6.* ibi: *Cùm tanto gravius eos puniri oporteret, quantò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas*, & desumitur etiam ex *c. sicut t. de homicid. in princ.* ibi: *Nosti, quòd in excessibus, non solùm quantitas delicti, sed ætas sexus delinquentium sunt attendenda:* quamvis enim virtus constantiæ fœminæ insit, ob tamen constitutionem corporis illi sexui naturalem, minus potest resistere metui, quàm vir, proinde minore metu fœmina constans succombit, quàm vir eadem constantiâ præditus. Tum quia fœminæ suaptè natura sunt valdè imbecilles, ut notat Tiraquel *lib. 1. connub. n. 71. & sequent.* & cum ipso Joannes Garcia *de nobilit. Gloss. 17. n. 2. & sequent.* Flaminius *de resign. benef. lib. 13. q. 1. n. 61.* Bursatus *vol. 1. consil. 62. n. 21.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 4.* Neque obstat, si dicas, majorem in fœmina reperiri constantiam: majúsque robur ad cruciatus perferendos, quàm in pluribus viris, quapropter Tiraquel *lib. 9. connub. Gloss. 1. n. 134.* ait, quòd si contingat, ut vir, & fœmina debeant torqueri, à viro, ut à debiliori initium sumi debet. 69

Verùm, licèt id verum sit nonnunquam, non tamen semper, nec frequentiùs, quia ordinariè viri sunt constantiores in sustinendis tormentis, & quamvis subinde possit contingere, ut aliqua mulier appareat constantior, id tamen non venit in considerationem, quia leges considerant, non quæ rarò, sed quæ frequenter contingunt *l. nam ad eaff. de legib.* Tum quia fœmi- 70

fœminæ ſuaptè natura ſunt viris timidiores, & imbecilliores. Cæterum ad irritandum fœminæ matrimonium ſufficit metus, qui cadat in fœminam conſtantem, qnapropter ad irritandum tale matrimonium, ut etiam quemlibet alium contractum à fœmina initum,attendendum eſt, quid fœmina conſtans, tunc metueret, conſiderata naturali fœminarum conſtantia, quibus à natura vigor animi eſt minor, & corporis fortitudo deterior, ut notat Panormitanus in *c. conſultationi n. 4. de ſponſ.*

71 Quinimmò etiam inter viros ad dignoſcendum metum cadentem in virum conſtantem attendenda eſt ætas, ut ſi ſit puer, ſi ſenex, cui metus incutitur, ut etiam animi magnitudo, vel imbecillitas, non enim omnes homines ſunt æquè fortes: hinc in *l. 3. ff. ex quibus cauſ. majores* dicitur: *metus autem cauſa adeſſe videtur in eo, qui juſto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus; & hoc ex ejus affectu intelligitur*, ſcilicet ut notat Albericus ibid. *num. 1.* ex affectu, hoc eſt ex anima ejus, cui metus infertur, quia major metus requiritur in milite conſtante, quàm in viro puſillanimo.

72 Cæterum hæc procedunt, quando in gravitate mali, quod eſt objectum timoris inter virum, & fœminam non datur differentia,ſed hæc tantùm eſt in modo, quo quis timet, & in probabilitate timoris, adeò ut eadem gravitas mali debeat eſſe in utroque, ut ejus timor juſtus ſit. Verùm non ſemper id eſt verum, quia plerumque minus malum comminatum terret fœminam; non verò virum, quinimò generatim minor metus requiritur in fœmina, quàm in viro, ut probat Menochius *lib. 2. de arbit. cent. 2. caſ. 135. num. 5.* Imò non eſt neceſſe, ut hæc mala timeantur in propria perſona, ſed ſufficit, ſi timeantur in perſona filiorum *l. Iſti quidem 8. fin. de eo, quod metus cauſa.* ibi: *Hæc quæ diximus, ad edictum pertinere, nihil intereſt in ſe quis veritus ſit, an liberis ſuis cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur*: Idque etiam procedit, ſi mala timeantur in perſona parentum: verùm id dependet potiùs ex prudenti Judicis arbitrio conſideratis ſingularibus circumſtantiis, quia filij non ita diligunt parentes, ſicut iſti filios *l. ſcripto fil. ff. unde liberi.* ordinariè tamen pater, & filius cenſentur una perſona *l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & §. *ei qui inſtit. de inutil. ſtipul.* proinde ſi timor inferatur à parentibus, ut filij contrahant, ordinariè hic timor eſt viri conſtantis reſpectu filiorum, ut notant Hoſtienſis *c. cum locum de ſponſ.* Innocentius ibid. *num. 1.* Francus *c. ſcient cuncti de elect. in 6. n. 2.* & ita dicendum de aſcendentibus, quia timor ab ipſis illatus eſt juſtus reſpectu deſcendentium, quia iſti ſuos majores, vel maximè habent in veneratione, & amant ut parentes, ut notat Innocentius in *c. cum locum num. 1. de ſponſ.* Alexander de Nevo ibid. *num. 12.* imò plures id extendunt ad fratres, eò quia à natura inſitus ſit in fratres arctus amor, ut notat Antonius Cuccus *lib. 5. inſtit. Major. p. 1. tit. 12. num. 116.* imò ſolet etiam id extendi ad alios conſanguineos, quia natura ipſa amore conciliat conſanguineos, ut ex eodem ſanguine derivatos, hinc D. Auguſtinus citatus in *c. non exiſtimemus 13. q. 2.* ait: *Nemo unquam carnem ſuam odio habuit*: unde ob malum grave, quod quis comminatur conſanguineo vir prudens, & conſtans juſtè terretur. Imò ſunt, qui dicant, eſſe metum cadentem in virum conſtantem, quando is non incutitur non ſolùm conſanguineis, ſed etiam affinibus, eò quia iſti ſint veluti proprij conſanguinei, eò quòd ſint conſanguinei alterius ex conjugibus, ſunt enim conjuges una caro, & ita docent Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 2. caſ. 135. num. 18.* Flaminius *de reſign. benefic. lib. 23. q. 1. num. 69.* Id verò intelligendum eſt, quando affinitas provenit ex matrimonio, non ita quando ex fornicatione, quia ex hac nullus conciliatur amor.

Sin verò quæratur, ad quotum ſe extendat gradum hujusmodi conſanguinitas, aut affinitas, ut timor dicatur juſtè incuſſus alieni,quando infertur ejus conſanguineo vel affini? Reſpondet Baldus *in c. fin. num. 9. de appell.* extendi uſque ad ſeptimum conſanguinitatis gradum: qnia naturalis affectio id præſtat, ut qui unum de agnatione tangit, totam videatur agnationem tangere. Verùm hujusmodi extenſio ab aliis non approbatur, & meritò, quia naturalis affectio non tamdiu durat, ut extendatur ad ſeptimum conſanguinitatis gradum: unde meliùs alij cenſent, extendi conſanguinitatem, & affinitatem uſque ad quartum gradum, eò quia uſq; ad eundem gradum durat affectio ad impediendum matrimonium, & deſumitur etiam ex *c. non debet de conſanguin.* ubi dicitur, quod uſque ad quartum gradum durat naturalis affectio, & ultra illum jam non reputentur illi conſanguinei, ut graviter lædatur aliquis ex timore incuſſo conſanguineo ultra illum gradum; niſi fortaſſis eſſet affectio orta ex timore rei lædentis valdè honorem, unde toti proſapiæ ultra talem gradum infamia inferretur,quia tunc etiam in propria perſona damnum timeretur. 73

Quæritur vigeſimo quintò, quænam ſint hujusmodi gravia mala ſufficientia ad incutiendum metum cadentem in virum conſtantem? Reſpondetur, id potiùs Judicis arbitrio videri definiendum, quia cum metus cadens in virum conſtantem ſit timor alicujus mali, quod viro conſtanti eſt formidabile,& tale malum ſit multiplex, ac varium juxta diverſas circumſtantias, quæ ſolent occurrere, ideo definiendum eſt Judicis arbitrio *l. 3. ff. ex quibus cauſis Major.* ibi: *Sed non ſufficit quolibet terrore adductum timuiſſe, ſed hujus rei diſquiſitio Judicis eſt*, non enim in particulari poſſunt omnes, & ſinguli caſus recenſeri, ut notat Gloſſa in *c. cum dilectus V. metum de his quæ vi.* Alexander de Nevo *c. fin. de appell. num. 22.* Sunt tamen aliquot mala, de quibus jure conſtat, eſſe ſufficientia ad metum viri conſtantis, cujusmodi ſunt mala mortis, mutilationis, atrocis cruciatûs, diuturni carceris, & exilij, ſervitutis, ſtupri, in viro, vel in fœmina, amiſſionis honorifici ſtatus, vel etiam omnium bonorum, vel notabilis partis, ut etiam malum infamiæ juria, vel 74

etiam

etiã facti, quod difficulter posset abstergi. Quòd metus mortis cadat in virum constantem habetur in *c. cùm dilectus de his, qua vi*, & *l. nec timorem 7. ff. de eo, quod metus causa*; siquidem mors teste Aristotele *3. Ethic.* est finis omnium terribilium. Idque etiam procedit de metu mutilationis: est enim quædam mors partialis membri *c. si quis absciderit dist. 55.* imò id etiam procedit de timore gravis cruciatus corporis, ut habetur in *d. c. cum dilectus*.

75 Imò id etiam procedit de metu armorum, cadit enim in virum constantem, quamvis deferens arma eis non utatur *l. 3. in princ. quia armati. ff. de vi, & vi armata* ibi: *sufficit enim terror armorum, ut videantur armis dejecisse*. Extenditur etiam ad metum servitutis, ut si manumisso timor injiciatur, redigendi illum in pristinam servitutem *l. isti quidem ff. de eo, quod metus causa*. Imò extenditur etiam ad timorem amittendi instrumenta, quibus libertas probari debet. Quod intelligitur, tametsi non incontinenti amissis instrumentis redigendus sit in servitutem, quis sufficit periculum, quod possit contingere *l. Nec timorem 6. ff. de eo, quod metus causa*, imò procedit sive timens sit in possessione servitutis, sive libertatis. Hoc idem etiam dicitur de timore captivitatis, quia hæc est itidem quædam servitus, plúsque infert damni, quàm carcer, cujus timor cadit in virum constantem.

76 Quòd etiam procedat de timore amissionis status, liquet ex *d. l. Isti quidem ff. de eo, quod metus causa*. Imò etiam de metu honoris amittendi id procedit, quia viro honesto jactura honoris gravior est ipsâ morte, quòd etiam procedat de stupri comminatione sive in viro, sive in muliere desumitur ex *l. Isti 8. ad fin. ff. de eo, quod metus causa*, ibi: *Quòd si dederit, ne stuprum patiatur vir, seu mulier, hoc edictum locum habet; cum viris bonis iste metus major esse debeat, quàm mortis*; & id æquè procedit de virgine, ac de vidua, vel alia honesta muliere, quia textus loquitur indistinctè, & assignans rationem ait: *Cùm viris bonis iste metus major esse debeat, quàm mortis*, quæ ratio militat etiam de vidua, & alia muliere honesta.

77 Circa verò metum infamiæ dissentiunt Doctores, quidam enim putant non cadere in virum constantem per *l. Nec timorem 7. ff. de eo quod metus causa*. Communis tamen, sententia est, metum infamiæ juris cadere in virum constantem, ut, si quis deprehensum in delicto infami comminetur, fore; ut eum manifestet, & desumitur ex *l. Nec timorem 7. l. Isti quidem 8. §. fin. ff. de eo quod metus causa*. Imò etiam metus infamiæ facti, cui non facilè potest occurri cadit in virum constantem: secus tamen si facilè possit illi occurri, quâ distinctione adhibitâ possunt conciliari pugnantes sententiæ; qui enim docent, metum infamiæ non cadere in virum constantem, intelliguntur de metu infamiæ facti, cui possit facilè occurri, quia propugnantes hanc sententiam nituntur ea ratione, quia infamiæ potest facilè occurri. Qui verò docent, metum infamiæ cadere in virum constantem intelliguntur, quando facilè non potest occurri.

Idque etiam probari solet ex *c. 22 Proverb. Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ*: atqui metus amittendi pingue patrimonium dicitur cadere in virum constantem; proinde etiam timor infamiæ, cui non facilè occurri potest. Tum quia hujusmodi timor infamiæ æquiparatur metui mortis *l. justa. ff. de manumiss vind.* ibi: *Justa causa manumissionis est, si periculo vitæ, infamiave Dominus servum liberaverit*. Id tamen procedit, quando infamia est gravis, & alicujus momenti, non ita si levis sit. 78

An verò metus excommunicationis sit etiam cadens in virum constantem? Respondetur cum distinctione, vel enim excommunicatio est justa, & tunc ejus metus, non cadit in virum constantem, est enim tunc pœna medicinalis, ut excommunicatus desistat à pertinacia, & resipiscat, quòd si nolit, debet potiùs sibi imputare: vel excommunicatio est injusta, & tunc cadit in virum constantem, quia tametsi injusta sit, adhuc timenda est. Tum quia nulla major pœna excommunicatione potest jure canonico irrogari *c. sacra de sent. excommun.* ibi etiam vocatur magna pœna; & in Concilio Tridentino *sess. 24. de refor. c. 3.* vocatur gladius, & nervus ecclesiasticæ disciplinæ, quia nil magis formidandum, quàm quòd à communione fidelium separat, *c. Nihil 11. q. 10.* 79

Quæritur vigesimo sextò, an timor reverentialis, qui est causa in pubere contrahendi matrimonium illud irritet? Dicitur metus reverentialis, quo inferior ob reverentiam debitam superiori matrimonium contrahit, vel alium contractum init. Quæritur, an si filius pubes ob timorem reverentialem patris matrimonium contrahat, dicatur hujusmodi timor cadens in virum constantem, & sufficiens sit ad rescindendum matrimonium, illúdque annullandum? Respondetur, plures esse Doctorum sententias, sed communiorem, ac veriorem, cui adhærendum puto docere, solùm, & nudum metum reverentialem non cadere in virum constantem, nisi addantur minæ, aut verbera; consequenter non irritare matrimonium. Ratio ex eo petitur, quia metus reverentialis non videtur tantam vim habere ad cogendam voluntatem, ut pubes, seu vir constans terreri debeat. Idque probari solet ex pluribus textibus, præsertim ex *c. de pact. in 6.* ubi dicitur valere renuntiationem filiæ in favorem patris factam, si juramento firmata fuerit, nisi hoc vi, aut dolo sit præstitum: & nihilominus ibi concurrit paterna reverentia, proinde hæc sola non inducit vim, aut metum, nisi adjiciantur minæ, vel etiam verbera, ut colligitur ex *c. Ex litteris 11. b. t.* ibi: *Nolens, & invita minis parentum impulsa*, ubi puella non solùm ob timorem reverentialem, verùm etiam ob minas sibi à patre factas consensit in matrimonium invita, quod propterea fuit irritum: unde nisi accesserint minæ, vel verbera solus, & simplex timor reverentialis non dicitur cadere in virum constantem in ordine ad irritandum matrimonium, & clarè desumi- 80

sumitur ex *l. fidejussor impetravit 26. §. pater Sei ff. de pignorib.* ubi filius suasu Patris domum obligavit, & nihilominus non potuit, talem contractum, ut metu initum retrectare: & Jurisconsultus addit etiam retionem inquiens: *Nec metuere debeat ex hoc solo, quòd mandante Patre manus sua præscripsit instrumentum*, ex quo textu apertè colligitur, solam reverentiam, & Imperium paternum non incutere justum metum cadentem in virum constentem. Hinc si filie matrimonium contrehat non præcedentibus minis, & solum eo timore inducta, ne patris indignationem incurrat, est validum, quia is metus non censetur cadere in virum constentem.

81 Verùm id solet limitari, nisi indignatio petris non sit diu perseverature, sed spes affulgeet proximæ reconciliationis, quie si timerer, probabiliter diuturnam fore indignationem, & semper se habiturum petrem indignatum, tunc timor censeretur cadere in virum constantem, ut etiam si is, cui reverentia debetur, nimis crudelis esset, & sævitiam præseferret, solitúsque esset sævire, ubi suæ non obtemperetur voluntati: quia tunc licèt minæ actu non habeantur, adsunt tamen virtualiter, & est probabilis timor proximæ coactionis, ut notat Molina Jurista *lib. 2. de primogen. c. 3. n. 9.* quapropter dixit Baldus *c. 1. §. injuria. col. penult. de pace firman.* Vultum potentis terribilem absque minis incutere justum metum, quia virtute habentur ibi minæ.

82 Præterea solus metus reverentialis dicitur etiam irritare matrimonium, si in ipso enormis læsio contigerit, ut si filie ob reverentiam debitam patri nubat viro longè disparis conditionis, ut si puella nobilis sutori nubet, cui nunquam vellet nubere, quia tunc præter metum reverentialem habetur etiam enormis læsio, & tale matrimonium irritatur, ut docent Coverruvias *in 4. decret. p. 2. c. 3. §. 6. n. 4.* Ludovicus Lopez *2 p. instruct. nov. materia de matrim. c. 40. §. cujus quidem.* Ratio itidem est, quie magna læsio juncta metui reverentiali solet dolum erguere *l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credit.* atqui dolus hîc re ipse interveniens ite officit ectui, ec si ex proposito accederet *l. si quis cum aliter. ff. de V. O. l. si superstite ff. de dolo malo.*

83 Hinc omnes contractus initi ex metu reverentieli cum enormi læsione, ratione doli illi adjuncti rescinduntur. Verùm quoed matrimonium putârim, talem læsionem enormem esse cum errore personæ, ut si pater dicat filiæ, velle se illam dare in uxorem viro locupletissimo, qui tamen talis non esset, & pater filiam alliceret ed tale metrimonium, ut minorem dotem ei daret, tunc enim verè dolotè se gereret, quia pater filiam deciperet, & hæc credens nubere viro locupletissimo, nuberet pauperi, & longè dispari, quæ omnia, si illi innotuissent, nunquam in tale matrimonium consensisset, etiam ob metum reverentiæ debitæ patri: quia ut contractus annullentur, debet dolus eliquis ijsdem dare causam. In hoc sensu metus, per quem cæteri contractus rescinduntur, sufficit etiam ed metrimonium annullendum, ut docet Covarruvias *4. decret. p. 2. c. 3. §. 6. n. 4.*

Quæritur vigesimo septimò, an solus metus reverentialis sine minis irritet consensum tacitum, qui resultet ex præsentia cum taciturnitate. Duplex est consensus, expressus unus, ot cùm quis verbis, vel signis exprimit suum consensum; aliut tacitus, & a jure præsumptus, ut cùm peter præsente filio contrahit sponsalia, vel matrimonium pro filio, tunc enim, si filius tecet, & non contradicit, jure præsumitur consentire *c. unic. de sponf. impub. in 6.* Respondetur ad quæstionem cum distinctione, si contractus sit præjudicialis filio, tunc sufficit metus reverentialis, ut filius tacendo non censeetur consentire, quia ille consensus, cùm sit tantùm tacitus, & præsumptus, facilè eliditur *l. penult. ff. de furt.* ex que constat, videntem res suas capi, & ob reverentiem non contradicentem posse agere actione furti, proinde talis teciturnites non est consensus, ut docent Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 5.* Baldus *l. si fine n. 1. C. Ad S. C. Vellejan.* & *l. 1. n 12. C. de bonis matern.* Ancharanus in *c. Cùm virum n. 4. de reg.* 84

Sin verò actus sit fevorabilis, edeò ut matrimonium, quod pater pro filio contrahit, sit in favorem filij, tunc censetur per taciturnitetem filius consentire; nec telis consensus ennullatur ob solum metum reverentialem: & in hoc sensu dicitur, solum metum reverentislem non annullare tecitum consensum. Verùm id procedit quoad præsumptionem in foro externo, quia si revere esset consensus; esset etiam matrimonium, quantumvis consensus esset tantùm internus, & nullo signo positivo exteriùs proditus. Rursus quando metrimonium est præjudiciale filio tacenti ob reverentiam petris, non censetur tunc consentire quoad præsumptionem in foro externo, nisi fortâssis modicum esset præjudicium, quia parum pro nihilo reputatur. 85

Quæritur vigesimo octavò, en matrimonium initum ex grevi metu justè incusso validum sit? Respondetur affirmativè, quamvis metus incutieretur directè ed obtinendum matrimonium sive à lege, sive à judice præcipiente, ut si Judex ecclesiasticus sub excommunicetione incurrende præcipiat Titio, ut ducat Virginem à se vitiatam sub spe matrimonij, & desumitur ex *c. ex litteris 11.* ratio est, quia tunc talis metus non tam incutitur ab elio, quàm ab eo, qui metum petitur, quie is culpe sue sponté causam dedit, ob quam Judex Ecclesiasticus metum incurrendæ excommunicationis posset illi inferre *l. si mulier 21. ff. de eo quod metus causa* ibi: *Hunc sibi metum ipsa infert.* 86

Hinc si consenguineus puellæ stupratæ dicat stupratori, te accusebo, nisi eam duxeris in uxorem, non censetur inferre metum stupratori, sed potiùs delere in ipso timorem jam conceptum ob stupretam virginem offerendo matrimonium, ut opportunum, & sufficiens medium ad declinandam pœnam à legibus stu- 87

prate

pratoribus præscriptam, unde non obstantibus minis illis, si stuprator matrimonium contrahat, hoc suum fortitur valorem: quia cum quis justè metum patitur, non adest causa, cur sit eidem subveniendum, eò quia se sponte in eam voluerit necessitatem injicere.

88 Tum quia eatenus metus dicitur matrimonium irritare, quatenus injustè tollit plenam, ac perfectam libertatem: hinc si Judex justè compellat virum ad implenda sponsalia, matrimonium est validum, quia talis coactio est justa, & justè timor pœnæ incutitur. Tum quia cùm sponsus jam promiserit matrimonium, & contraxerit sponsalia, debet animus sponsi quiescere cum liberè voluerit talia sponsalia contrahere: unde non est, quòd ex tali matrimonio debeant timeri infelices exitus, præsertim cum tale matrimonium sit utrique contrahenti omnino voluntarium, & liberum saltem in causa, & consequenter aptum per se ad Conciliandum amorem conjugalem, si sponsalia fuerint contracta, ut medium ad declinandam gravissimam pœnam.

89 Quæritur vigesimo nonò, an si matrimonium contrahatur ex metu gravi injustè quidem incusso, non tamen eo fine, ut extorqueatur matrimonium, sed ad alium finem, suum sortiatur valorem? Respondetur affirmativè, idque sive metus injustè incussus oriatur à causa naturali, sive libera. Ratio ex eo petitur, quia tunc metum patiens non adigitur ad matrimonium contrahendum: siquidem qui gravem metum injustè eidem infert, non intendit extorquere matrimonium, nec illud petit, sed tantùm intendit, quid aliud, quod sine matrimonio haberi posset: quapropter metum patiens non ab inferente metum impellitur, sed à se ipso, dum sponte eligit matrimonium, ut medium ad declinandum grave aliquod imminens sibi malum, & quod intentatur ab eo, qui metum infert: hinc si quis injusto metu pressus, & timens mortem sibi inferendam ab adversario, ad hunc sibi conciliandum, & mortis periculum fugiendum, matrimonium contrahat cum ejus filia, licèt hoc contrahat ex metu injustè sibi incusso mortis ab adversario eidem inferendæ, validum est matrimonium cum filia adversarij: quia metus tunc injustè incussus non est per se, & directè causa matrimonij, sed tantùm per accidens, quatenus metum passus ad se liberandum à mortis periculo, & ad conciliandum sibi adversarium sponte, & liberè ducit in uxorem ejus filiam: neque jura debuerunt hujusmodi matrimonia irritare: alioquin præclusissent viam periclitantibus, evadendi mala, quæ imminent.

90 Quamobrem ut matrimonium per metum cadentem in virum constantem initum annulletur, tres sunt necessariæ conditiones, quarum prima est, ut metus sit incussus à causa extrinseca, libera, seu ab homine. Secunda ut sit injustè incussus; tertia ut ad eum unicè finem sit incussus, ut contrahatur matrimonium. Metus enim gravis in ordine ad contrahendum, incuti potest, vel à causis naturalibus intrinsecis, vel extrinsecis, ut ex timore mortis imminentis, ex præsente morbo, vel peste grassante, vel naufragio imminente: vel à causa libera ut ab homine, & quidem dupliciter, vel directè cum intentione, & animo extorquendi ab altero matrimonium: vel quando ob aliam causam metus incutitur, tametsi qui metum patitur, simul tali metu moveatur ad matrimonium contrahendum. Rursus potest utroque modo metus incuti, vel justè, ut si quis deprehendatur in delicto, & deprehendens minetur velle ipsum accusare, nisi ducat in uxorem puellam, quam stupravit: vel injustè, ut si quis privata authoritate minetur alteri mortem nisi matrimonium contrahat.

Quæritur trigesimò, an metus cadens in virum constantem irritet matrimonium jure naturæ, vel tantùm ecclesiastico? Respondetur, talem metum non irritare matrimonium jure positivo divino, nec jure naturali, sed tantùm jure ecclesiastico. Quòd non irritet jure divino, ex eo liquet, quia nullum potest jus divinum positivum assignari, quo tale matrimonium irritetur. Quòd nec etiam sit irritum jure naturæ, ex eo ostenditur: quia quod fit metu etiam gravi, est simpliciter voluntarium, & tantùm secundùm quid, seu conditionatè involuntarium: eo autem ipso, quòd matrimonium metu gravi initum est simpliciter voluntarium, quatenus qui metum patitur vult tale matrimonium simpliciter, quamvis si metus non extaret illud nollet jure naturæ est validum. 91

Tum quia spectato solo jure naturæ etiam metus levis irritaret matrimonium, & alios contractus, non secus ac metus gravis, quia inter utrumque metum levem, & gravem de jure naturæ non est aliud discrimen, nisi quòd gravis gravem inferat injuriam, & levis levem; proinde quòd metus levis non irritet matrimonium, non oritur ex jura naturæ, consequenter neque metus gravis jure naturæ matrimonium irritat, quia si illud irritaret, id proveniret ratione injuriæ, & hoc dici nequit, cùm in metu levi reperiatur etiam injuria obligans ad restitutionem, & tamen non irritat matrimonium: vel quia tollit libertatem, & id nec etiam dici potest, quia persæpe metus levis æquè, imò & fortiùs privat plenâ libertate, licèt matrimonium non irritet: etenim metus amittendæ pecuniæ in modica quantitate non cadit in virum constantem, & est metus ex natura sua levis: & nihilominus hominem avarum magis privat libertate, quàm metus flagellorum privet mancipium, licèt iste metus sit major, & cadat in virum constantem: ergo metus gravis non irritat matrimonium jure naturæ, sed tantùm jure ecclesiastico, quod sicut irritavit matrimonia clandestinè inita; ita etiam irritavit matrimonia ex metu gravi extorta, idque ut consuleret bono, & commudis matrimonij, quod si ex metu gravi contrahatur, infelices sortiuntur exitus. Præterea quia voluntas non minus est libera, quando compellitur per injuriam metus mortis injustè incussi, quàm coacta eodem metu per injuriam à causis 92

causis liberis, vel naturalibus ortam: quia in hoc casu oon omnino vult, sed tantùm eum addito, ut possit periculum declinare, ut eùm Mercator sæviente procellâ in mari, ne patiatur naufragium merces suas projicit: atqui defectus hujus libertatis non irritat matrimonium, sed tantùm quando metus incutitur injustè ad extorquendum matrimonium: ergo quòd tunc matrimonium irritet, non oritur a jure naturæ, sed tantum ex lege ecclesiastica, quia si à jure naturali oriretur defectus libertatis, in utroque casu matrimonium deberet esse irritum.

3 Præterea quia in adultis Baptismus ad suum valorem exigit voluntatem suscipientis, & nihilominus voluntas etiam metu gravi coacta sufficit ad valorem baptismi, ut habetur in *c. Majores de baptismo & c. de Judæis 45.* ex quo satis apertè liquet, metum etiam gravem non tollere libertatem sufficientem ad valorem contractûs jure naturæ, sed tantùm jure ecclesiastico; adeò ut nisi ecclesia irritaret mattimonia gravi metu extorta, jure naturæ essent valida, perinde ac est validus baptismus ex metu gravi susceptus, eò quia jure naturæ talis metus non tollat voluntarium, & ecclesia non irritet talem baptismum, sicut irritat matrimonium. Tum quia etiam juramentum exigit libertatem, & nihilominus adhuc obligat, quamvis extortum sit per metum gravem *c. si verò de jurejur.* unde quòd matrimonium gravi metu extortum sit irritum, debet id refundi in solam legem ecclesiasticam annullantem hujusmodi matrimonia, perinde, ac irritavit matrimonia clandestina.

94 Si dicas, matrimooium ab infidelibus gravi metu extortum esse irritum, consequenter id oriri ex lege naturæ, non ecclesiastica, cum infideles nou ligentur legibus ecclesiasticis. Respondetur, quicquid dicat Sotus in *4. dist. 29. q. 1. art. 3. ad 5.* tale matrimonium inter infideles initum ex metu gravi esse itidem jure naturæ validum: quòd si apud Ethnicos, & plures infideles habeatur invalidum, id oritur, quia apud tales infideles per leges proprias civiles irritantur matrimonia gravi metu extorta: cùm enim apud infideles matrimonium sit tantùm contractus civilis, possunt tales infideles huic contractui adijcere conditiones, quæ si non serventur, matrimonium est invalidum, idque ob bonum publicum, & ad plura præcavenda incommoda; sicut ecclesia ad valorem matrimonij, ut conttactus civilis, exigit, ut contrahatur coram facie ecclesiæ, quæ conditio, si non servetur matrimonium in ratione contractus civilis, est iovalidum, consequenter etiam in ratione Sacramenti, quia Christus Sacramentum matrimonij nonnisi contractui valido adnexuit: & quod ad valorem contractus civilis matrimonij exigantur hæ, vel illæ conditiones, id reliquit ecclesiæ, ut juxta commune bonum adjiceret eas conditiones, quæ magis viderentur congruere saluti animarum.

95 Posset tamen in contrarium objici, quia summi Pontifices non condiderunt novam constitutionem irritantem matrimonia coacta, sed tantùm declarârunt, ea fuisse irrita: etenim in jure canonico nullus assignatur textus, qui hujusmodi matrimooia irritet, siquidem *c. cum locum c. consultationi c. veniens 2. de spons. c. significavit de eo, qui duxit in matrimonium,* & alij textus, qui loquuntur de hac re, agunt de matrimonijs jam contractis, & ea declarant invalida, si metu inita sint, noo enim ecclesia potuit irritare matrimonia illa jam contracta, si ante illa decreta fuissent valida: ex quo infertur, hujusmodi matrimonia esse jure oaturæ irrita, & non lege ecclesiastica. Tum quia matrimonium est vinculum perpetuum, & nullum violentum est perpetuum, proinde coactio repugnat naturæ matrimonij, quod propterea jure naturæ illud irritat.

Sed contra quia tametsi irritatio matrimonij coactè initi non habeatur expressè per statuta ecclesiastica, habetur tamen per traditionem Doctorum. Tum quia Pontifices io præcitatis textibus apertè ostendunt, moris in ecclesia semper fuisse, ut matrimonium metu gravi extortum irritum haberetur. Non enim omne quod oritur ex lege ecclesiastica est expressè scriptum, cùm plura habeantur ex consuetudine; sicut quamvis non habeatur expressum decretum ecclesiæ, quo irritetur matrimonium initum inter fidelē, & infidelē, constat tamen ex antiquissima ecclesiæ traditione, tale mattimonium esse invalidum, non quidem jure natoræ, quia natura non distinguit inter fidelem, & infidelem, sed tantùm exigit, ut matrimonium conttahatur inter marem, & fœminam: sicut igitur matrimonium initum inter fidelem, & infidelem est irritum jure ecclesiastico, quamvis nullum de hoc habeatur expressum decretum: ita etiam matrimonium gravi metu extortum, est tantùm jure ecclesiastico invalidum, quamvis de hac invaliditate nullum habeator expressum statutum. 96

Ad aliud, quod addebatur de vinculo perpetuo, & de violento, quod non potest esse perpetuum, respondetur, violentum simpliciter, & quod fit passo nullo modo concurrente non posse esse perpetuum: secus si sit violentum secundum quid, quod reperitur in consensu per gravem metum extorto. 97

Quæritur trigesimo primò, an matrimonium gravi metu extortum ita sit iure ecclesiastico irritum, ut alteruter ex contrahentibus possit statim resilire etiam altero invito, tametsi hic liberè consenserit? Respondetur affirmativè, dummodo aliud damnum non sequatur. Ratio est, quia eo ipso, quòd mattimonium jure ecclesiastico est invalidum, nullam parit obligationem, & perinde se habet, ac si non fuisset initum, & quod non fuit, nec est, non potest ullam parere obligationem, quia non entis non datur qualitas: atqui matrimonium per metum gravem extortum jure ecclesiastico est invalidum, proinde nullam potest obligationem parere, adeò ut neuter sponsus contraxerit obligationem, & uterque possit resilire, imò etiam alteruter altero invito, quia ex parte neutrius contrahentis suum sortitur valorem, idque probat D. Thomas *in 4. dist. 26. q. unic.* 98

art.

art. 3. quæstiunc. 2. quia repugnat relatio sine duobus extremis, non enim potest dari causa sine effectu, alioquin non esset causa, nec vicissim effectus sine causa, pater sine filio: atqui matrimonium est relatio inter virũ, & uxorem; proinde non potest validum esse in uno, quin sit etiam validum in alio.

99 Præterea quia si non posset, qui liberè consensit resilire, sed teneretur congruo tempore arbitrio prudentis expectare, an alter vellet stare matrimonio, vel id oriretur ex ratione delicti coactionis, & in pœnam illius; & id exigeret condemnationem Judicis, quia ante sententiam Judicis nemo tenetur pœnam subire: vel oriretur ex ratione injuriæ illatæ per coactionem; & hoc dici nequit, quia quando damnum non sequitur, injuria coactionis non est tanta, ut aliter, quàm per matrimonium non possit resarciri. Vel oriretur ex eo, quia ex parte sua se obligavit; & tunc nec tenetur stare matrimonio, quia tametsi liberè se obligaverit, quia tamen matrimonium est invalidum, nullam prorsus obligationem parit, quia matrimonium invalidum perinde se habet, ac si non esset, & quod non est, non potest obligationem parere. Tum quia contractus onerosus, quia suaptè natura est ex utraque parte obligatorius, ut in eo servetur æqualitas, debet vel utraque pars, vel neutra obligari: & quia ex coacto nulla oritur obligatio, ita nec ulla consurgit in cogente obligatio. Vel si non servetur æqualitas ratione delicti, eò quia delinquens tenetur pœnam subire, à qua innocens est im̃unis: respondetur, hanc pœnam non teneri delinquentem subire ante condemnationem Judicis: nullus enim ante sententiam Judicis tenetur pœnam subire de proprio delicto.

100 Posset tamen objici, quia cogens ad matrimonium secum contrahendum maximam irrogat alteri injuriam circa matrimonium, proinde tenetur eam resarcire offerendo ejus ratificationem, si coactus id desideret. Tum quia qui coegit ad matrimonium secum contrahendum majorem intulit injuriam, quàm si decepisset fictè contrahendo: sed qui fictè contraxit tenetur restituere legitimè consentiendo, proinde à fortiori, qui coegit. Sed contra quia tametsi qui coegit ad matrimonium secum contrahendum injuriam intulerit alteri, non tamen debet hæc reparari in eodem genere, adeò ut sicut coëgit ad matrimonium, ita debeat ratificare matrimonium irritum, præsertim cùm illata injuria non sit tanta, ut mereatur tantam satisfactionem, quanta est ille matrimonij. Ad aliud, quod addebatur de fictè contrahendo, respondetur, quòd si non sequatur alia injuria, fictè contrahens infert graviorem injuriam, ut probabilius docent plures. Cæterum si qui coactè consensit in matrimonium, liberè postea continuatiat, nondum revocato consensu per alterum, qui non fuit coactus, tunc matrimonium convalescit absque novo ipsius consensu, idque etiam post Concilium Tridentinum, dummodo vitium metus sit occultum.

101 Quæritur trigesimo secundò, an nonnunquam metus levis sit sufficiens ad matrimonium irritandum. Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia quamvis in foro externo ecclesiæ matrimonium non irritetur ex metu non cadente in virum constantem, eò quia ecclesia, quando metus est levis non præsumat consensum coactum, sed spontaneum: nihilominus in foro conscientiæ interdum irritatur etiam ex metu levi, & tunc contingit, quando consensus non est spontaneus, sed tali metu extortus, ut nullo pacto contrahens vellet contrahere, si tali metu non esset perterritus. Etenim ideo metus gravis matrimonium irritat, quia plenam consensûs libertatem impedit in viro constante: atqui etiam metus levis, hanc plenam libertatem aufert in viro, qui natura sua non est adeò constans, tunc enim non habetur consensus *c. cùm locum de sponſ.* ibi: *Cùm locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit.*

Firmari itidem ex eo potest, quia ad matri- 102
monium requiritur plena potestas, & levi metu perculsus non gaudet plena libertate, quia metus quamtumvis levis aliquid libertati adimit. Secundò quia minor metus requiritur in fœmina, ut sit gravis, & irritet matrimonium, quàm in viro, idque ob subjecti imbecillitatem, adeò ut minor metus operetur eundem effectum in fæmina, quem major in viro: proinde si metus levis eundem effectum quoad ablationem plenitudinis libertatis operatur in fœmina, vel homine imbecilli, ac gravis in homine forti, & constanti irritabit matrimonium. Tertiò quia jus, quod constituit discrimen inter utrumque metum gravem, & levem innititur præsumptione, quatenus præsumit metum gravem efficere actum, quem levis non causat, & jus innitens præsumptione non procedit quoad forum conscientiæ, si veritas in contrarium habeatur *c. Tua fraternitatis 25. de sponſ.* & *c. is qui 30. eod. tit.* unde si metus levis ponit actum, & est causa matrimonij, perinde illud irritat, ac metus gravis. Quartò quia reliqui contractus initi metu levi sunt invalidi in foro conscientiæ adeò ut acquisita per eosdem, debeant restitui: & ratio desumitur ex eo, quia non sint plenè liberi: atqui matrimonium majorem exigit libertatem, proinde à fortiori irritatur ex metu levi. Tum quia metus, qui sufficit ad rescindendos cæteros contractus, sufficit etiam ad annullendum matrimonium: atqui cæteri contractus metu levi rescinduntur in foro conscientiæ, proinde etiam matrimonium. Huic sententiæ adhærent plures præsertim Decius *in c. fin. num. 3. de appellat.* Jason *l. Titia num. 4. ff. de V. O.* Navarrus *lib. 3. conſ. tit. de Regular. conſ. 84. n. 4.*

Respondendum nihilominus est, solum me- 103
tum cadentem in virum constantem irritare matrimonium, ut docent D. Thomas *in 4. dist. 29. q. unic. art 3. quæstiunc. 1. in corp.* D. Bonaventura *in 4. dist 29. q. 1. n. 4.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 7.* Sanchez *de matrim. lib. 4 dist. 17. n. 3.* Sotus *in 4. dist. 29. q. 1. art. 3.* Hostiensis *in sum. tit. de matrim. § penult. n. 26.* Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4.* Menochius *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. n 3* Cuccus *lib. 5. instit. Major. tit. 12. n. 109.* & desumitur ex

c. consultationi, ubi Honorius III. rescribit, quòd si sponsæ post benedictionem, & ante copulam fugientes dicunt se metu consensisse, & non veraciter, debet diligenter inquiri de metu illarum, & si est cadens in constantem virum sunt audiendæ; ex quo textu à sensu contrario infertur, non esse audiendas, & matrimonium esse validum, si metus non cadat in virum constantem, seu non sit gravis, sed levis: ex hoc igitur textu clarè infertur, metum levem non sufficere ad irritandum matrimonium.

104 Idque firmatur à pari de solemni professione emissa in religione approbata ex metu non cadente in virum constantem, etenim professio religiosa, si sit emissa ex metu tantùm levi, non irritatur *c. penult. de his quæ vi.* ibi: *Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cùm neque metum mortis, nec cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in virum constantem.* Ex quo textu etiam deciditur ex metu non cadente in virum constantem non irritari matrimonium. Tum quia metus levis propriè non est metus, nec de illo habetur ratio in jure *clement. 1. num. 3. de foro compet.* proinde non debet hujusmodi metus obstare firmitati aliorum contractuum, & à fortiori nec contractui matrimonij. Ratio itidem ex eo petitur, quia quòd metus gravis matrimonium irritet, oritur tantùm ex jure ecclesiastico: atqui jus ecclesiasticum nullibi declarat, metum levem irritare matrimonium, sed tantùm metum gravem cadentem in virum constantem, ut liquet ex *c. consultationi 28. h. t.* ubi deciditur, esse audiendum allegantem metum cadentem in virum constantem: unde à contrario sensu deducitur non esse audiendum allegantem metum levem, idque non ob aliam rationem, nisi quia metus cadens virum constantem irritat in matrimonium, non ita qui non cadit in virum constantem. Tum quia hæc matrimonij irritatio fit ab ecclesia, quatenus hæc punit actum externum, & subvenit patienti metum gravem, eò quia præstitit, quod debuit eligens ex duobus malis, quod sibi videbatur minus: non ita subvenit, ubi metus est levis: juri canonico etiam consonat civilis in *reg. vani timoris 145. ff. de reg. jur. l. 7. tit. 33. p. 7.* ubi favet patienti injustum metum gravem, & metum levem contemnit.

105 Ad primum fundamentum contrariæ sententiæ respondetur, negando assumptum, quia ratio, cur metus gravis matrimonium irritet, non est præcisè, quia tollit plenam libertatem; sed quia rationabiliter, & servata constantia id præstat: atqui metus levis, nonnisi irrationabiliter libertatem, & constantiam lædit, consequenter non irritat matrimonium, quia ecclesia, à qua provenit hujusmodi irritatio, id statuit de metu non utcunque, sed ut rationabiliter tollente plenam libertatem, & lædente hominis constantiam: unde licèt metus levis lædat libertatem, quia tamen eam non lædit rationabiliter; ideò ex præscripto ecclesiæ non irritat matrimonium. Hinc ad confirmationem liquet, in metu levi non lædi plenam libertatem, qualem jura exigunt ad valorem matrimonij.

Ad secundum respondetur cum distinctione, vel enim minor metus spectata imbecillitate subjecti rationabiliter tollit plenam libertatem, & tunc cadit in virum constantem, & operatur eundem effectum, ac metus gravis: quinimò respectu talis subjecti non est metus levis, sed gravis cadens in virum constantem, proinde irritat matrimonium: sin verò spectata imbecillitate, vel conditione subjecti rationabiliter non tollit plenam libertatem, nec constantiam lædit, tunc non irritat matrimonium, quia est metus levis, & irrationabilis: hoc est vel maximè observandum, quòd metus non dicitur gravis, vel levis, eò quia sit major, vel minor, quia minor in se respectu imbecillitatis subjecti est major; sed dicitur metus gravis, vel levis, eò quia rationabiliter, vel irrationabiliter tollat plenam libertatem: quando enim rationabiliter servatâ constantiâ eam tollit, dicitur gravis metus sive in fœmina, sive in viro forti: sin autem irrationabiliter eam tollit, est metus levis insufficiens ad irritandum matrimonium. 106

Ad tertium negatur, jus constituens discrimen inter metum gravem, & levem inniti præsumptione, quia jus innititur naturali æquitate exigente subveniri constanter, & viriliter agentibus, non autem inconstantibus, & levibus. 107

Ad quartum respondetur, illam constitutionem oriri ex admissa injustitia, quæ cùm reperiatur in utroque metu gravi, & levi, fit, utrumque obligare ad restitutionem: sed irritatio matrimonij non oritur ex illata injuria, sed tantùm ex jure ecclesiastico, quod irritat tantùm matrimonia inita ex metu gravi cadente in virum constantem. 108

Ad ultimum quod addebatur de metu sufficiente ad rescindendos cæteros contractus, qui etiam sufficit ad annullandum matrimonium, respondetur, id intelligi, quoties metus sufficit ad rescindendos contractus in foro externo, & tunc oritur ex eo, quia cadat in virum constantem; non ita procedit de metu sufficiente ad rescindendum contractum in foro conscientiæ. 109

Quæritur trigesimo tertiò, an matrimonium non solùm metu gravi cadente in virum constantem initum, sed etiam eodem metu consummatum, sit validum. Certum est, quòd si, qui metu gravi matrimonium contraxit, postea affectu maritali illud consummeret, validum esset, quia ratificaretur per illam consummationem habitam affectu maritali: quia quoties accedit copula sponte habita, & affectu conjugali, ratificatur prjus matrimonium, & tunc incipit suum sortiri valorem; quia uterque conjux liberè consentit: etenim alter, qui absque metu consenserat, perseverat in priori consensu; & qui per metum gravem, mox liberè consentit ex eo, quòd affectu maritali consummet matrimonium, quod ex gravi metu contraxerat: non enim oportet consensus esse simul: unde licèt quando primùm fuit matrimonium initum, non adfuerit consensus illius, qui ex metu gravi contraxit, sufficit tamen, si postea adsit, quia cùm consensus alterius conjugis perseve- 110

severet in ipsa consummatione matrimonij habita affectu maritali, uterque consentit liberè, & matrimonium ratificatur, ut docent D.Thomas in *4. dist. 29. q. unic. art. 3. quaestiunc. 2. ad 2.* D. Bonaventura in *4. dist. 29. q. 2. n. 13.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 7.* & desumitur ex *c. Is qui 30. de sponsal.* ubi Gregorius IX. rescribit, quòd sponsalia per carnalem copulam transeunt in matrimonium, & contra hanc praesumptionem non admittitur probatio. Sin verò copula haberetur affectu tantùm fornicario, matrimonium, non ratificaretur, quia non esset signum significativum consensus conjugalis.

111 His praemissis respondetur ad quaesitum, copulam metu gravi extortam non ratificare matrimonium initum ex metu cadente in virum constantem. Ratio ex eo petitur, quia sicut metus cadens in virum constantem irritat matrimonium, ita ejus consummatio extorta eodem metu non potest illud ratificare: quia ad ratificandum matrimonium invalidè initum requiritur liber, & spontaneus consensus, & ubi metus cadens in virum constantem est causa actûs, non potest is liberè fieri: quia metus gravis cadens in virum constantem tollit liberum consensum; ubi autem non est liber consensus, nec esse potest matrimonium, nec ejus ratificatio. Tum quia jus irritans matrimonia coacta intendit bonum publicum, proinde conveniens erat, ut etiam irritaret matrimonia coactè consummata: alioquin si haec sortirentur suum valorem, ecclesia non adhibuisset sufficiens medium ad coërcendas actiones: siquidem eidem, qui compulit ad matrimonium, facilè esset etiam compellere ad consummandum, consequenter non obstante lege irritante matrimonium coactum, adhuc posset coactè matrimonium contrahere, & validè, sic lex ecclesiastica aliderètur per coactam consummationem matrimonij: sicut igitur lex irritat matrimonia coactè inita, ita etiam coactam consummationem.

112 Tum quia eadem inconvenientia sequuntur ex matrimonio metu inito, & consummato, quae ex eodem non consummato: proinde debuit ecclesia utrumque annullare. Tum quia ideo ecclesia irritavit matrimonia coacta, quia tunc deficit spontaneus, & liber consensus in eo, qui metum patitur, requiritur enim ad essentiam matrimonij utriusque contrahentia consensus liber, & desumitur ex *c. cum locum 14. de spons.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si quaestio sic de matrimonio puellae, & timeatur, ne metus, vel coactio inferatur puellae ad consensum, Judex debeat puellam constituere in loco tuto, & honesto, ubi nihil timeat, donec causa finiatur, & indagandus est liber ab ea consensus; & Pontifex addit rationem, quia matrimonium fit solo libero consensu: atqui consensus hic non suppletur per copulam subsequentem coactam, quod enim fit coactè, non fit liberè. Tum quia ecclesia irritat haec matrimonia, & inhabilitat contrahentes pro toto tempore, quo metus durat: sed accedente consummatione coacta non tollitur metus, sed potiùs augetur, cum praeter metum illatum ad contrahendum, addator etiam novus metus ad consummandum, proinde matrimonium invalidè initum ob metum cadentem in virum constantem non potest ratificari per ejusdem consummationem iridem coactam, & procedentem ex timore cadente in virum constantem. Tum quia, si prior metus, quo matrimoniū fuit initum, erat gravis, & cadens in virum constantem, est etiam gravis timor, quo consummatur, quia oritur ex eadem causa.

Demum quia fictio juris non potest plus operari, quàm veritas facti *l. filio quem pater ff. de liber. posth.* & *§. minorem instit. de adopt.* atqui consensus expressus per verba de praesenti metu gravi extortus non constituit validum matrimonium: ergo à fortiori nec consensus fictus, ac praesumptus per copulam. Caeterum si matrimonio metu gravi inito, imò etiam consummato coactè postea superveniat aliqua copula spontanea deposito priori metu, & haec fiat animo ratificandi prius matrimonium invalidum, tunc incipit sortiri suum valorem, quia uterque liberè consentit in tale matrimonium, quòd si antea fuerat initum in facie ecclesiae cum omnibus requisitis, non est ampliùs innovandum, quia manet per se firmum. 113

Posset tamen in contrarium objici textus in *c. 2. de eo qui duxit in matrimonium* ibi: *Si constiterit, quòd tanta vis eidem illata fuerit, quòd non spontè in primam consenseris, nec post praestitum juramentum ipsam carnaliter cognoverit*, ubi Glossa *V. cognoverit*, explicat, quia tunc consensisse videtur, *c. Insuper qui matrim. accus. poss.* ibi: *copula carnali consensit* ubi Glossa *V. copula* ait: *Ex quo carnali copula consensit, omnis violentia sublata intelligitur*, ex quibus textibus videtur deduci, matrimonium coactè initum sufficienter ratificari per subsecutam copulam. 114

Sed contra est, quia praecitati textus, & alij tantùm loquuntur de copula, seu consummatione matrimonij spontanea, & voluntaria, ad quam cùm accedat consensus illius, qui fuerat metum passus, matrimonium ratificatur, quia uterque conjux in illud liberè tunc consentit. 115

Dices, legem ecclesiasticam irritantem matrimonia coacta esse in merum favorem illius, qui metum patitur: atqui illi potius obesset, quàm prodesset, si matrimonium non convalesceret ex consummatione coacta: siquidem coactus adigeretur, vel pati mortem corporis non consummando matrimonium, vel illud consummando peccare lethaliter, & utrumque obesset vim patienti: ergo per consummationem etiam coactam ratificatur matrimonium, quia quod in alicujus gratiam conceditur, non est retorquendum in ejus dispendium *regula quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6.* Tum quia potest quilibet juri suo cedere, proinde metum passus cedens jure suo potest matrimonium validare, ut mortem, & culpam lethalem declinet. 116

Sed contra, quia lex illa irritans matrimonia coacta non solùm respicit utilitatem perso- 117

næ particularis contrahentis, sed etiam totius reipublicæ, imò potiori jure: & reipublicæ, vel maximæ interest, ut matrimonia liberè contrahantur, ne ex matrimonio coacto dissidia oriantur: & quia bonum publicum est præferendum privato, non debet mirum censeri, si ob bonum publicum aliquis privatus damnum patiatur. Ad id, quod addebatur ex *regul. jur.* respondetur, eam regulam intelligi, quando ob bonum privatum aliquod conceditur, non verò in casu nostro, quo lex ecclesiastica ob bonum publicum irritat matrimonia coacta. Ad aliud, quod addebatur, posse quemlibet cedere jura suo, etiam respondetur, id procedere, quando agitur de bono suo tantùm privato: secus quando jus est in favorem boni communis, qua ratione clericus, non potest cedere jura canonis *si quis suadente Diabolo*, quia tale jus est in favorem totius status clericalis.

118 Quæritur trigesimo quartò, an matrimonium ob metum cadentem in virum constantem invalidè initum non solùm ratificetur per subsequentem spontaneam ejus consummationem, verùm etiam per diuturnam mutuam habitationem spontaneam data opportunitate recedendi. Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. ad id 21. de sponf.* ubi Clemens III. rescribit, quòd si mulier etiam undecim annorum invita traditur viro, cùm quo spontaneè postea cohabitat per aliquod tempus, ut per annum cum dimidio, censetur tacitè consensisse, & sic coactio transit in consensum: & si mulier velit inducere testes ad probandam coactionem, non sint admittendi, sed compellendi conjuges affectu maritali se tractare. Ratio ex eo petitur, quia mutua hæc spontanea cohabitatio est signum consensus spontanei denuò habiti, & qui solùm desiderabatur ad valorem matrimonij: siquidem metum passus potest metum deponere, & spontè postea assentiri matrimonio. Verùm ut hæc spontanea habitatio sit signum consensûs conjugalis, quatuor desiderantur conditiones. Prima est, ut simul interveniat copula conjugalis ex sententia nonnullorum præsertim Innocentij in *d. c. ad id, quod de sponf. n. unic. V. cohabitans.*

119 Verùm hæc conditio ab aliis communiter rejicitur, & meritò, quia si desideraretur copula conjugalis, hæc sola sufficeret absque alia diuturna cohabitatione, quia in sola copula habita affectu conjugali habetur sufficiens consensus requisitus ad valorem matrimonij. Tum quia textus in *c. ad id 21. de sponf.* vult, talem habitationem mutuam esse diuturnam: hæc autem diuturnitas superflueret, si copula affectu conjugali habita requireretur, quia in illa habetur sufficiens liber consensus, quo matrimonium convalescit, ut notat Hostiensis *in d. c. ad id. V. temporis.* & Sylvester *V. matrimonium 8. q. 11. dict. 6.* hinc ad salvandum hanc conditionem putârim esse sumendam disjunctivè, non copulativè, adeò ut sensus sit, ut requiratur habitatio diuturna, vel copula.

120 Secunda conditio est, ut qui ratificat matrimonium, sciat, matrimonium prius contractum nullius fuisse valoris, quia si ex errore, quo existimabat illud validum, cohabitet cum altero conjuge, prius matrimoniū non ratificatur, quia consensui nil magis adversatur quàm error.

Tertia ut cohabitatio sit diuturna. Sed quantum temporis ad hanc diuturnitatem requiratur videtur dubium, quia *in c. ad id quod 21. de sponf.* Clemens III. rescribit, quòd si mulier undecim annorum invita tradatur viro, cum quo spontaneè postea cohabitat per aliquot tempus, ut per annum cum dimidio censeatur tacitè consensisse, unde Pontifex ad hanc diuturnitatem videtur requirere annum, & dimidium. Sed id non admittitur à Canonistis, quia textus in *c. Ad id* tantùm narrat facti contingentiam, & ponderat habitationem tanti temporis: quapropter communiter censent, id definiendum esse arbitrio prudentis viri considerantis tum fugiendi occasiones tum cohabitationis moram: quando enim lex non præfinit tempus, relinquitur definiendum Judicis arbitrio *c. de causis de off. c. deleg. l. 1. ff. de jure deliber.* & ita docent Hostiensis in *d. c. Ad id post init. V. annum,* & ibi Abbas *num. 4.* Joannes Andreas *num. 2.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3 §. 6. num. 1.* & id procedit, quando adest dubium, an potuerit fugere: quia si constat de spontanea cohabitatione, quia data opportunitate fugiendi illicò non fugit, tunc præsumitur consentire, præsertim si opportunitas plurias data fuit. Quod tamen procedit quoad præsumptionem in foro externo, quia in foro conscientiæ nulla temporis habitatio ratificat matrimonium, nisi accedat animus illud ratificandi. 121

Quarta conditio est, ut hæc diuturna habitatio, sit omnino spontanea, & cesset causâ timoris, quia durante causa metûs præsumitur perseverare metus, tametsi in actu externo videatur potiùs libertas apparere, ut docent Menochius *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. n. 22.* Cuccus *lib. 5. instit. Major tit. 12. n. 171.* Mascardus *de probat. conclus. 153. n. 6.* Joannes Garcia *de nobilit. Glossa 17 num. 47.* & id procedit tamets multum temporis intercedat inter actum elicitum, & metum incussum: toto enim illo intervallo censetur timor manere, si timoris causa perseverat, ut notat Guttierez *conf. 16. n. 15.* & Dacius *reg. in omnibus causis 39. n. 14. ff. de reg. jur.* 122

Causa autem timoris tamdiu durat, quamdiu perseverat subjectio incutienti timorem, adeò ut si is sit tyrannus durat, quamdiu est tyrannus: si Judex quamdiu durat ejus officium, si maritus, quamdiu durat matrimonium, ut notat Glossa in *c. 1. de his, quæ vi V. postm.* & ibi Hostiensis *V. non timore mortis* Abbas *n. 12.* Rebuffus *tom. 2. constit. Galliæ tit. de rescind. contract. art. unic. Glossa 22. n. 2.* Menochius *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. n. 23.* Joannes Garcia *de nobilit. Glossa 17. n. 47.* Cuccus *lib. 5. instit. Major tit. 12. n. 17.* Verùm id procedit, quando nulla data fuit opportunitas fugiendi præ timore, ut notat Hostiensis *in d. c. Ad id de sponf.* Imò non sufficit, si cesset sola 123

causa

causa metus, nisi etiam cessent impedimenta, quibus metum passus prohibetur reclamare, quia is potest semper reclamare post cessationem metus, si hujusmodi impedimenta semper duraverint: secus si impedimenta etiam ipsa jam diu cessaverint, quia cùm potuerit reclamare, & tacuerit, censetur approbâsse facta.

125 Quæritur trigesimo quintò, an contractus initi ob metum cadentem in virum constantem, sint ipso jure irriti, vel tantùm irritandi. Ratio dubitandi desumitur ex textu in *l. 1. c. de rescind. vendit.* ubi dicitur, *irrita est*, quæ verba, cùm sint præsentis temporis, inducunt dispositionem ipso jure, ut docet Glossa in *l. jubemus V. habeas C. de jurisdic. om. Jud.* ut etiam ex textu in *l. qui aliena §. censui ff. de acquir. hared.* ibi: *Qui metu verborum, vel aliquo timore coactus fallens adierit hæreditatem, sive liber sit, hæredem non fieri placet, sive servus sit, Dominum hæredem non facere.* Ex quo textu etiam infertur metu gesta esse ipso jure nulla. Rursus ex *l. qui in carcerem 22. de eo quod metus causa* ibi: *qui in carcerem aliquem detrusit, ut ei aliquid extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti:* & cum textus utetur verbo de præsenti, sequitur contractum metu initum esse ipso jure nullum, quia illa postrema verba nullius momenti satis indicant invaliditatem contractus, & verbum *est*, cùm sit præsens, significet contractum esse irritum ipso jure.

126 Respondendum nihilominus est cum communiori sententia, contractum metu viri constantis initum non esse eo ipso jure irritum, sed tantùm irritandum, seu rescindendum per actionem, quod metus causâ, & desumitur ex *l. si mulier 21. §. si metu coactus ff. de eo, quod metus causa*, ibi: *Si metu coactus adivi hæreditatem, puto, me hæredem effici, quia quamvis, si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui: sed per Prætorem restituendus sum*, ex quo textu clarè constat, contractus metu initos non esse ipso jure irritos, sed rescindendos. Ratio ex eo itidem petitur: quia substantia contractus consistit in consensu, & voluntate *l. obligationum substantia ff. de act. & oblig.* atqui in consensu metu extorto habetur verus consensus, & vera voluntas *l. si mulier §. si metu coactus ff. de eo quod metus causa*: siquidem non obstante metu cadente in virum constantem, adhuc metu perculsus consentit, & vult contrahere absolutè, quamvis conditionatè, si non adesset talis timor non consentiret: unde talis contractus non est ipso jure irritus, sed irritandus actione quod metus causâ; idque clarè desumitur ex *l. 1. ff. de eo, quod metus causa.* ibi: *Ait prætor, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo:* verbum futuri temporis *non habebo* non significat contractum esse ipso jure irritum, sed esse irritandum, actione, quod metus causâ, ut rectè notat Tiraquel *in l. si unquam V. revertatur n. 39. C. de revoc. donat.*

127 Tum quia Prætor ibi promiserat actionem, seu exceptionem quod metus causa, ut gesta metu rescinderet *l. metum 9. §. sed quod prætor,* & *§. volenti ff. eod. tit.* unde Prætor supponit metu gestum non esse ipso jure irritū, sed tantùm irritandum, quia exceptio non solet competere, nisi ut elidatur actio, quæ mero jure competit *l. 2. ff. de except.* ut notat Covarruvias *reg. possessor. 1. p. in princ. n. 4. & sequent.* Demum hoc idem etiam clarè evincitur ex *l. fin. C. de his, quæ vi.* ibi: *Venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt præcipimus infirmari*, quòd si lex præcipit infirmari, perspicuum est mero jure valere, & tantùm juris remedio esse infirmandos contractus metu initos, adeò ut quamdiu non revocantur sint rati.

Hinc per contractus metu gravi initos revera transfertur dominium, quia validi sunt, ut docet Glossa *in c. unic. de his quæ vi in 6.* & ibi Imola *num. 4.* quia per traditionem in venditione metu factâ definit tradens esse Dominos: & ratio est, quia per traditionem transfertur dominium, si concurret titulus, qui jure non est invalidus *l. traditionibus c. de pactis §. per traditionem instit. de rer. divis.* atqui in nostro casu non solùm concurrit traditio, verùm etiam titulus, qui ex contractu per metum inito acquiritur, quia contractus non est ipso jure invalidus, sed tantùm est rescindendus. 128

Id tamen limitatur nisi metum passus sua culpa inciderit in talem metum, & desumitur ex *l. continet 3. §. sed vim ff. de eo, quod metus causa.* ibi: *Sed vim accepimus atrocem, & eam, qua adversus bonos mores fiat.* Ratio itidem ex eo desumitur, quia contractus gravi metu initi tantùm rescinduntur ob injuriam illatam ei, qui metum est passus: hoc autem cessat, quando metus justè infertur, ut docent Bertolus in *l. qui in carcerem num. 1. ff. de eo quod metus causa*, & ibi Baldus *in princ.* Flaminius *de resign. benef. lib. 13. q. 1. num. 125.* Guttierez *de juramento. 1. p. c. 57. num 5.* Burfatus *consl. 72. n. 58. vol. 1.* verùm id est intelligendum, dummodo metus non incutiatur injustè, quia quoties non juridicè incutitur, subvenitur metum patienti sine culpa *l. nec timorem. ff. de eo, quod metus causâ.* 129

Ad textus pro rationibus dubitandi adductos respondetur ad primum, illud verbum *irrita* communiter intelligi, & sumi pro irritanda per actionem quod metus causâ: in jure enim irritum dicitur, quod ex causa superveniente infirmatur *§. alio quoque modo instit. quib. mod. testam infir.* eò quia quoad effectum non habebit vires, cum sit rescindendum, adeò ut perinde se habeat, sicut irritum de præsenti. Ad secundum textum desumptum ex *l. qui in aliena*, respondent communiter, talem aditionem hæreditatis non valuisse defectu animi eam adeundi, idque colligitur ex textu, qui utitur verbo illo *fallens:* siquidem præmiserat occultè protestationem, se nolle adire hæreditatem; aditio autem dependet ex animo adeuntis *l. gerit ff. pro hæred. §. de acquir. hæred.* & tametsi actus, qui dependet ex voluntate duorum non impediatur protestatione occulta præcedente *l. cum plures §. locator. ff. locati*, Bartolus tamen in *l. qui in aliena* 130

aliena §. *celsus. ff. de acquir. hered.* refert aditionem hæreditatis inter actus, qui dependent ex voluntate tantùm onius, & hæc interpretatio est communis. Ad tertium desumptum ex *l. qui in carcerem* respondet Guttierez *de jurament. p. 1. c. 57. n. 21.* non solùm ibi adesse metum, sed etiam dolū illius, qui injustè detrusit in carcerem, propterea gravius is delictum committit, quàm alius, qui metum tantùm incutit. Posset tamen contra nostram sententiam obiici textus in *l metum autem præsentem 9* §. *volenti.* ibi: *Volenti autem detur, & in rem alio, & in personam.* Ex quo textu claret, eum, qui metum est passus, habere actionem ad rem ipsam, & in bonis ejus permanere, proinde non transferri dominium in accipientem: unde per contractum metu initum non videtur transferri dominium. Tum quia res illa, cum sit restituenda metum passo, signum est, passum metum non amisisse dominium. Tum quia non solùm debet res ipsa restitui, sed etiam ejus fructus, quia ut accessorij sequuntur naturam sui principalis. Tum quia per solam traditionem absque justo titulo non transfertur dominium *l. nunquam* §. *de acquir. rer domin.* & in præsenti casu titulus est omnino injustus. Sed contra respondetur actionem, quod metûs causâ esse mixtam, eò quia non solùm detur contra inferentem metum, sed etiam contra rem ipsam apud quem cunque possessorem illa existat, *l. si eum exceptione* §. *in hac actione ff de eo, quod metus causa:* quia verò habens actionem ad rem videtur, rem ipsam habere *reg. qui actionem 15. ff. de reg. jur.* ideo res illa quamvis existat apud alium, adhuc dicitur perseverare in bonis illius, qui metum est passus. Ad id quod addebatur de fructibus ejusdem rei restituendis, respondetur, hanc restitutionem non obstare, quin dominium transierit in accipientem; sed oriri ex eo, quia conceditur à jure restitutio in integrum *c. 2. in fin. de his quavi.* ibi: *Quia quæ metu, & vi fiunt de jure debent in irritum revocari, mandamus cum integritate restitui universa.* Ad tertium ex *l. nunquam ff de acquir. rer. domin.* respondetur, ad acquirendum requiri unà cum consensu, & traditione justum titulum, seu talem, cui non resistat jus, à quo annulletur: & talis est titulus acquisitus per contractum metu initum, tametsi contineat in se injustitiam metus injustè incussi.

130 Quæritur trigesimò sextò, an metus irritet sponsalia de futuro ipso jure? Respondetur, metum levem non irritare hujusmodi sponsalia: ratio petitur ex eo, quia irritatio hæc est de jure humano: atqui in *c. Ex litteris* 11. *h. t.* ubi irritantur sponsalia, sermo est, de metu cadente in virum constantem, non verò de metu levi. Unde difficultas est de metu cadente in virum constantem. Certum est, talem metum irritare matrimonium ipso jure, si metus sit injustè incussus ad extorquendum matrimonium, ut desumitur ex *c. cum locum de spons.* obi rogatus Pontifex super matrimonio puellæ, quæ ex metu consenserat, declarat, tale matrimonium esse nullum; & etiam assignat rationem, quia matrimonium solo consensu perficitur, qui non invenitur, ubi reperitur timor cadens in virum constantem: siquidem matrimonium significat conjunctionem Christi cum ecclesia, quæ per liberum amorem fit.

Tum quia metus est omnino contrarius debitæ generationi sobolis, quæ est finis matrimonij, exigit enim proles matrimonij indissolubilitatem, & mutuam conjugum cohabitationem, cui metus repugnat. Tum quia metus cadens in virum constantem tollit libertatem consensûs *c. cum locum de sponf.* consequenter irritat matrimonium. An verò irritet etiam sponsalia de futuro, non est ita certum, quia jura in *c. consultationi c. cum locum de sponf.* irritant expressè matrimonium, de quo tantùm loquuntur, & quamvis sponsalia sint præparatoria ad matrimonium; ac propterea dispositum in matrimonium, censeatur etiam dispositum in sponsalibus *l. Oratio. ff. de sponf.* nihilominus non videtur esse eadem ratio, quia ecclesia eatenus irritavit matrimonium metu gravi initum, quia si semel esset validum, non posset ampliùs rescindi, quos enim Deus conjunxit, homo non separat: atqui sponsalia, tametsi validè contrahantur, possunt adhuc dissolvi, & defacto ex pluribus causis dissolvuntur; proinde quoad hoc non sequuntur naturam matrimonij: nec dispositum in matrimonio censendum est dispositum in sponsalibus. Præterea quamvis Synodus Tridentina irritaverit matrimonia clandestina, non tamen censetur irritâsse sponsalia, quia est discrimen inter sponsalia, & matrimonium, illa enim quamvis validè inita adhuc possunt dissolvi, non hoc. 131

Respondetur nihilominus eum communiori sententia, sponsalia de futuro gravi metu inita esse ipso jure irrita, idque desumitur ex *c. Ex litteris* 11. *h. t.* ubi puella à parentibus jurata, & desponsata viro non habenti ætatem, & deinde invita traducta in domum sponsi, à quo post annum recesserat ad domum propriam non cognita, rescribit Urbanus III. quòd si nolit expectare, donec vir attingat pubertatem, possit alteri nubere: ex quo textu infertur, sponsalia de futuro gravi metu inita esse ipso jure irrita. Pro quo juvat observare, quòd quando ante pubertatem, & priusquam malitia suppleat ætatem contrahitur matrimonium de præsenti hoc habet tantùm vim sponsaliorum, quia cùm non possit tunc matrimonium valere in totum, valet quantum potest, seu in ratione sponsaliorum: & rursus certum est, alterum ex contrahentibus sive pubes sit, sive impubes non posse resilire, donec alter ad pubertatem veniat, si sponsalia libero utrinque consensu fuerint inita: atqui in dicto textu *c. ex litteris* puella jam erat duodennis, & pubes, quæ ob minas parentis nupsit impuberi illi, in cujus domum fuit invita traducta, unde ex parte puellæ matrimonium illud, quod tantùm habuit rationem sponsaliorū ex defectu ætatis in impubere, fuit initum ex metu gravi incusso puellæ per minas parentis: atqui Pontifex rescribit, quòd si puella nolit expectare, donec vir habeat ætatem 132

ætatem possit alteri nubere, quia nimirum sponsalia illa ob gravem metum incussum puellæ fuerunt irrita, quia si fuissent valida debuisset expectare, donec vir haberet ætatem: ergo sponsalia metu gravi inita sunt ipso jure irrita, perinde ac matrimonium. Hinc ad rationem dubitandi respondetur, sponsalia gravi metu inita, non ideo esse irrita, eò quia irritetur matrimonium, sed quia jura ex defectu consensus ea irritant.

133 Quæritur trigesimo septimò, quomodo metus, qui est causa contractus, probari debeat? Respondetur, talem metum esse probandum per testes, qui ex signis externis, & sensibilibus potuerint conjicere hunc timorem, ut fusè probant Menochius *lib. 3. præsumpt. præsumpt. 4.* Mascardus de *probat. conclus. 155.* hinc habetur vulgatum illud effatum, quo dicitur; magis credi duobus testibus de metu deponentibus, quàm mille testantibus de spontanea voluntate: Ratio est, quia testificantes pro metu id asserunt, quod sensu corporeo potuerunt percipere: secus qui testantur de spontanea voluntate, cùm hæc sit interna, non possunt eam sensu percipere, ut notant Boërius *decis.* 100. *n.* 11. Sigismundus inter consilia feudalia *cons.* 17. *n.* 14. Guttierez *cons.* 14. *n.* 9.

134 Id tamen limitatur, nisi pro testificantibus de spontanea voluntate adessent præsumptiones, & conjecturæ, ut notat Decius in *c. fin. de appell. n.* 15. & in *reg. in omnibus 39. & n. 8. ff. de reg. jur.* si enim actus fieret coram Judice, tunc non præsumeretur metus, ut notat Bartolus in *l. transactionem C. de transact.* unde positâ tali præsumptione de libera voluntate, Judex debet arbitrari, quibus testibus major fides sit adhibenda, ut notat Mascardus de *probat. conclus.* 1507 *n. 8.* Flaminius de *resign. benef. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 84. Verùm id procedit, quando testificatio asserentium spontaneam voluntatem, seu metum non intervenisse, est simpliciter negativa; quia si sit negativa non simpliciter, sed coarctata loco, & tempore, tunc non præfertur probatio spontaneæ voluntatis probationi metus, sed æquè creditur affirmantibus, & negantibus, ut notat Sigismundus *inter consilia feudalia consil. 48. n.* 18. Quapropter in paritate terminorum æquè fides adhibetur deponentibus de metu, ac testificantibus de libera voluntate; quia in utroque casu testes testificantur de re interna: sicut enim metus probatur per media externa, ut per minas; ita etiam libertas, ut si sit præsens Judex: hinc Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 10.* docet, debere tunc Judicem arbitrari consideratis omnibus circumstantijs, quibúsnam sit magis credendum, remittitur enim ejus id ad prudentiam.

135 Quæritur trigesimo octavò, an matrimonium gravi metu initum accedente juramento firmetur. Certum est, juramentum contra bonos mores adjectum alicui actui nullam inducere obligationem: posse autem dupliciter esse contra bonos mores, civiles, aut naturales; tunc dicitur contra bonos mores civiles, quia tametsi res promissa in se non sit peccatum; nihilominus inde potest facilè præjudicium inferri bonis moribus servandis in bene instituta republica: contra bonos mores naturales esse dicitur, quando res promissa non potest impleri sine culpa lethali, vel veniali: quando dicitur juramentum præstitum contra bonos mores non obligare, intelligitur, quando adversatur bonis moribus naturalibus; secus enim quando solùm est contra bonos mores civiles, ut notant Guttierez *de jurament. 1. p. c. 40. n. 4.* Covarruvias *de pact. 3. p. in princ. n. 1.*

Quia verò contrahere matrimonium ex 136
se non vertitur culpæ contrahentibus; ideò quæritur, an, si matrimonium invalidè initum, eò quia ob aliquod impedimentum sit à jure reprobatum, juramento firmetur? Respondetur, per tale juramentum matrimonium invalidè initum non convalescere, idque desumitur *ex c. 2. de eo, qui duxit in matrimonium*, ubi Pontifex rescribit, eum, qui post matrimonium gravi metu initum, & juratum aliam duxit, teneri cum secunda manere, eò quia prius matrimonium fuerit invalidum ob metum cadentem in virum constantem non obstante juramento eidem addito: & ratio ex eo petitur, quia matrimonium gravi metu initum, est irritum defectu liberi consensûs *c. Cùm locum 14. de spons.* ubi Pontifex expressè asserit, matrimonium fieri solo consensu libero: atqui superveniens juramentum non supplet defectum consensûs, ut dicitur in *c. fin. de Procurat. in 6.* proinde cum juramentum non ponat id, quod essentialiter requiritur ad essentiam matrimonij, hoc per juramentum adjectum nunquam fit validum. Tum quia, vel juratur aliquid præteritum, & tunc juramentum non potest efficere validum matrimonium præteritum, quod ratione gravis metus fuit invalidè initum, quia juramentum non supplet defectum consensûs liberi, qui defuit, & desiderabatur ad valorem matrimonij: vel juratur aliquid futurum, & tunc juramentum non potest esse causa matrimonij, cùm hoc sit de præsenti: vel juratur aliquid præsens, ut quòd jurans consentiat in illud matrimonium, & tunc est sola testificatio præsentis consensus, qui est invalidus; siquidem jurans tunc jurat se consentire eo modo, quo consentit: & quia invalidè consentit, ideo jurat se invalidè consentire; consequenter nullo pacto potest juramentum adjectum matrimonio metu gravi extorto illud validare.

Tum quia personæ quamdiu durat metus, 137
sunt inhabiles ad contrahendum, perinde ac sunt inhabiles ad contrahendum clandestinè ex decreto ecclesiæ irritantia talia matrimonia: atqui per juramentum non fiunt habiles, quia juramentum tantùm versatur circa matrimonium, eo modo, quo fuit initum, & quia fuit invalidum ob gravem metum incussum contrahentibus, ideo juramentum adjectum tali matrimonio, ei non dat valorem, nec habilitatem contrahentibus cùm istis ratione metûs gravis injustè incussi, non sint habiles ad contrahendum matrimonium. Tum quia si juramentum validaret

lidaret matrimonium gravi metu initum, ecclesia non attulisset ullum ramedium coactionibus: quie qui aliquem adigit ad contrahendum, potest etiam eundem compellere ad jurendum, quòd stabit tali matrimonio; quia tunc juramentum adjicitur matrimonio per modum confirmationis; proinde si semel quis compellitur ad contrahendum, faciliùe etiem compellitur ad jurandum, sie ecclesia nullum attulisset remedium coactionibus.

138 Demum quia juramentum fortitur naturam primordialem actûs, cui apponitur, proinde sortitur etiam ejus conditiones *l. fin. C. de non num. pec.* atqui matrimonium, vel maximè axigit liberum consensum: proinde etiam juramentum adjunctum matrimonio, habet taeitem illam conditionem, *si consensus liber sit*; proinde ubi consensue est coactus, per adjectum juramentum matrimonio, hoc non convalescit, nec confirmatur, ut docet Glossa in *c. 2. V. tanta de eo, qui duxit in matrimonium*, & Sylvester *V. matrimonium 8. q. 11. dist. 8.*

139 Quæritur trigesimo nonò, an si juramentum adjicietur matrimonio metu gravi extorto proinde invalido, quamvis illud non confirmet, adhue tamen ita obliget, ut indigeat relaxatione? Respondetur, duplicem esse sententiam, quarum prima doeet, tale juramentum, obligare, ac propterea indigere relaxatione. Nititur hæc sententia, quia quando juramentum sine dispendio æternæ selutis potest observari, tunc vel observendum est, vel relaxandum, quod non esset, nisi obligationem induceret: atqui juramentum adjectum matrimonio metu gravi extorto non vergit in dispendium æternæ selutie, & servari potest abeque omni eulpa, proinde indueit obligationem, quia quoties jurementum non adversatur bonis moribue, servari debet, præsertim si abaque omni culpa id possit fieri juxta *reg. in c. cum contingat de jurejur.* Hinc qui ad redimendem vexationem juravit, se soluturum usuras, quia non peccat, si juramentum servet, tenetur illud servare juxta *cap. Debitores de jurejur.* rametsi tale juramentum non confirmet contractum: ergo etiam juramentum adjectum matrimonio gravi metu extorto, licèt illud non confirmet, obligat nihilominue, & indiget relaxatione.

140 Secunda sententia, quæ probabilior videtur, docet, tale juramentum non obligare, nec ulla indigere relaxatione. Idque desumitur ex *c. significavit 2. de eo, qui duxit in matrim.* ubi definitur, eum qui ob metum mortis contraxit matrimonium cum una, illúdque juravit, & postea aliam duxit, teneri cum secunda manere, eò quia cùm ipsa validè, & liberè contraxerit, non verò cùm prima non obstante juramento adjecto tali matrimonio extorto ob metum mortie: ex hoe enim textu colligitur juramentum adjectum matrimonio gravi metu extorto non obligare, nec indigere relaxatione: alioquin Pontifex ob fractionem juramenti injunxisset aliquam pœnitentiam, sicut eam imposuit in *c. sicut de spons.* ubi Innocentius III. rescribit, qui contrahit sponsalia de futuro cum una, & jurat: deinde cum alia contrahit sponsalia de præsenti; hoc cognito Judex compellat servare secundum matrimonium, & injungat pœnitentiam viro pro fractione fidei: ideò Pontifex injunxit pœnitentiam, quia juramentum fuit validum: ergo à contrario sensu ex eo, quòd nullam injungat pœnitentiam, sequitur, juramentum non obligare, nec indigere relaxatione. Tum quia Pontifex in *cap. Verùm de jurejur.* loquens expressè de juramentis metu extortis ait: Violatoribus imponendam esse aliquam pœnitentiam, licèt mitiorem: ergò cùm in *c. significavit 2. de eo, qui duxit in matrim.* nulla imponatur pœnitentia ei, qui priùs juramentum violavit, signum est, tale juramentum adjectum matrimonio metu mortis extorto non obligare, nec indigere relaxatione.

Retio itidem ex eo petitur, quia quando 141
contractue prohibetur ob publicam utilitatem, juramentum eidem adjectum non obliget, ut hebetur in *c. si diligenti de foro compet.* ubi postquam statutum esset, & declaratum, irritum esse pactum juratum, quo Clericus foro renunciat, subditur: *Cùm non sit beneficium hoc personale, sed potiùs toti Collegio ecclesiastico indultum, cui privatorum pacto derogari non potest, nec juramentum licitè servari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur*, unde manifestè sentit textus, juramentum contra publicam utilitatem non posse licitè observari, proinde non inducere obligationem, nec indigere relaxatione: sed matrimonium gravi metu extortum prohibetur ob publicam utilitatem, quia nil magis noxium reipublicæ, quàm si matrimonia coactè extorqueantur: quia tunc cum non ex affectu maritali simul conjugee cohabitent, non curant prolem generare cum summo reipublicæ detrimento, & unicè student, quomodo possint separari: unde cùm matrimonium metu gravi extortum sit prohibitum, & invalidum ob publicam utilitatem, juramentum eidem adjectum non obligat, nec indiget relaxatione.

Tum quia juramentum sequitur naturam, & 142
conditiones contractus, cui adjicitur: atqui matrimonium exigit consensum omnino liberum, proinde juramentum eidem adjectum hanc habet subintellectam conditionem, si consensue omnino liber sit, quòd si hæc conditio deficiat, juramentum etiam corruit, ut docet Glossa *c. 2. 15. q. 9. V. absolvimus*, & in *c. significavit 2. de his qua vi. V. coactus*, & ibi Hostiensis *ad fin.* Covarruviae *4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. num. 3.* Cuccua *lib. 5. instit. Major. tit. 12. num. 126.* Tum quie vel juramentum adjicitur matrimonio metu gravi extorto per verba de præsenti, ut si ie, cui metue incutitur, dicat, duco te, & juro me ducere te: & tunc sicut matrimonium est ob metum gravem invalidum, ita etiem juramentum, quod sequitur naturam, & conditiones contractûs, cui adjicitur: proinde non indiget relaxatione: siquidem quod est nullum, perinde se hebet, ac si non sit; & quod non est, non indiget relaxari. Tum quia tale juramentum est assertorium, ex quo nulla

oritur

oritur in futurum obligatio, sed statim est verum, vel falsum, proinde in illo non habet locum relaxatio, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 89. art. 5.* Tum quia ex tali matrimonio metu inito, & jurato per verba de præsenti non oritur obligatio etiam sponsaliorum, quia jus resistit tali contractui, & irritat juramentum. Hinc nec matrimonium clandestinum, & juramentum obligat ut matrimonium, nec ut sponsalia, eò quia jus resistat tali contractui, proinde nec juramentum obligat, cum sequatur naturam, & conditiones contractûs, cui adjicitur. Vel juramentum adjicitur contractui matrimonij coacti per verba de futuro, & tunc si sit juramentum de non contraveniendo illi matrimonio absque novo consensu, & ratificatione illius, non obligat, nec indiget relaxatione, eò quia sit contra bonos mores, sitque peccatum lethale uti matrimonio irrito, quod non potest convalescere sine novo consensu libero.

143 Hinc ad fundamentum contrariæ sententiæ, respondetur, illam regulam, quâ juramentum dicitur esse servandum, quoties non vergit in dispendium salutis æternæ, & potest servari sine omni culpa, esse intelligendam, quando juramentum non est contra bonos mores, nec contra publicam utilitatem: non verò si sit contra publicam utilitatem, quamvis non sit contra bonos mores, ut notat Barbosa in *collect. tom. 2. lib. 4. tit. 2. c. 11. num. 2.* In casu autem nostro quamvis juramentum adjectum matrimonio ob metum mortis extorto, non sit contra bonos mores, possitque sine culpa servari, eò quia qui ob timorem contraxit, possit à tali timore recedere, & liberè consentire: est tamen contra publicam utilitatem, ratione cujus jus irritavit matrimonium gravi metu extortum, proinde etiam juramentum eidem adjectum. Ad aliud, quod addebatur de juramento adjecto contractui solvendi usuras, respondetur esse discrimen, quia eatenus juramentum adjectum contractui usurario est servandum, eò quia contractus usurarius prohibetur principaliter ob bonum privatum, siquidem parum interest reipublicæ sive hic civis, sive alius pecuniam per usuram extortam sibi comparet. Secus matrimonia gravi metu extorta prohibentur ob publicam utilitatem, consequenter juramentum eis adjectum non obligat, nec indiget relaxatione.

Quæritur quadragesimò, an superior possit inferiorem adigere ad matrimonium contrahendum? Respondetur sine consensu inferioris non posse hunc adigi à superiore ad contrahendum matrimonium; idque desumitur ex fine matrimonij, quod cùm ordinetur ad sobolis educationem, mutuúmque amorem frustraretur hoc fine, si consensus conjugum in illo ineundo non desideraretur. Tum quia quod fit sine consensu proprio, fit coactè, & violenter, nullum autem violentum est perpetuum: vinculum autem matrimonij est perpetuum, cui propterea repugnat coactio. Tum quia omne vinculum inductum à superiore potest ab eodem dissolvi: atqui matrimonium semel validè initum, & consummatum non potest amplius ulla humana potestate dissolvi, quos enim Deus conjunxit, nequit homo separare: hinc Tridentina Synodus *sess. 24. de matrim. c. 9.* anathemate percutit omnes Principes compellentes ad matrimonium. Censent tamen aliqui pro bono communi posse à Principe aliquem compelli, ut alicui nubat, sed tunc si contrahens esset invitus, & non consentiret in matrimonium, hoc nullo pacto consisteret, cùm liber consensus sit de essentia matrimonij. 144

Hinc matrimonium initum à filiis sine consensu parentum est validum, & non potest annullari *c. cum virum de regul.* & in Trident. *sess. 24. c. 1. de matrim.* Neque sufficit solus consensus parentum, nisi accedat etiam filiorum *c. unic. de sponsf. impuber. in 6.* quinimò consensus parentum tantùm requiritur de honestate filiorum, non de necessitate matrimonij: quapropter non possunt parentes filios cogere ad tales nuptias, sed hi debent omnino liberè contrahere, quia in matrimonio est quasi servitus quædam perpetua, & cùm homo sit liberæ conditionis non potest à patre ad hanc servitutem compelli. Neque obstat, posse filium à parente in necessitate constituto vendi, ac suâ libertate privari *l. 2. C. de patrib. qui filios suos distr.* est enim dispar ratio, quia servitus orta ex venditione non exigit mutuum amorem, nec est perpetua, & potest redimi, matrimonium verò est perpetuum. Juvat observare id esse verum de metu cadente in virum constantem: alioquin potest pater increpatione paterna filium cogere ad certum matrimonium, si redundet in maximum familiæ commodum. 145

TITULUS III.

De Clandestina Desponsatione.

QUia inter præcipua, quæ in matrimonijs ineundis cavenda sunt, habetur vitium clandestinæ desponsationis, seu matrimonij clam contracti, ideo in hoc titulo agit Pontifex de clandestina desponsatione: Sumitur autem desponsatio in præsenti pro ipso matrimonio *c. conjux. 9. c. qui desponsatam* 12, *caus. 27. q. 2. c. tua nos.* 26. *sup. de sponsal.*

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Trium Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. SI QUIS 1. h. t. Ex Concilio Arelatensi statuitur, quòd si quis clam desponsaverit mulierem, & vir, vel mulier postea neget hujusmodi desponsationem, incumbat onus probandi ipsi viro. Ex quo textu colligitur, matrimonia olim non solùm validè potuisse publicè contrahi, sed etiam clam. Rursus probationem incumbere affirmanti *esse regulam, quæ in præsenti patitur exceptionem, quia sive vir, sive mulier neget sponsationem factam, viro semper incumbit probatio, nimirum desponsationem non esse factam, tametsi ei alioquin credatur super copula contra mulierem negantem. Glossa tamen hic dicit, servari, quòd si mulier neget matrimonium, incumbat viro onus probandi: sin verò sit vir, qui illud neget, probatio tunc incumbat mulieri.*

C. QUOD NOBIS 2. h. t. Alexander III. rescribit Episcopo Bellnacensi, quòd si matrimonia ita occultè contrahantur, ut legitima probatio non appareat, contrahentes non sint aliquatenus compellendi: sin verò contrahentes velint ea publicare, nisi rationabilis causa impediat, recipienda sint, & comprobanda tanquam in principio in facie ecclesiæ contracta. Ubi notandum est, quòd deficiente omni probatione matrimonij, non sit exigendum juramentum, quo probetur, & licèt in c.. continebatur, *& in* c. attestationes de despons. impub. *exigatur juramentum, id non obstat, quia tales textus procedunt, quando habetur aliqua suspicio, vel præsumptio pro matrimonio, ut rectè notat Panormitanus, secus ubi non adest suspicio, nec præsumptio credendum est simplici verbo contrahentium, nisi cedat in præjudicium alterjus. Hodie tamem jure novo ex Concilio Tridentino* sess. 24. de matrim. c. 1. *matrimonia clandestina sunt irrita, & nullius valoris.*

C. CUM INHIBITIO 3. h. t. Innocentius III. in Concilio Generali inhærens vestigijs suorum prædecessorum prohibet omnino matrimonia clandestina, & ne quis Sacerdos illis intersit, & præcipit, ut proponatur publicè in ecclesia & præfigatur terminus ad impedimenta revelanda, quæ teneantur etiam ipsi Presbyteri investigare. Quòd si reveletur probabilis conjectura contra copulam, debeat contractus interdici, donec manifestiùs appareat, quid agendum sit, quòd si quis præsumpserit, hujusmodi matrimonia clandestina inire in gradu prohibito etiam ignoranter, proles sit illegitima; ut etiam si ambo parentes scienter etiam in conspectu ecclesiæ contrahant in gradu prohibito, filij sunt itidem illegitimi. Circa verò hæc matrimonia clandestina hodie jure novo standum est Concilio Tridentino sess. 24. de matrim. *ubi rescribit modum, quo matrimonia debeant inter Christianos contrahi. Dicitur autem matrimonium clandestinum, eò quia clam ineatur sine testibus, vel maximè sine Parocho, vel quod fit tam clam, ut probari nullo modo possit: matrimonium autem, in quo denuntiationes omittuntur, non est simpliciter clandestinum, sed tantùm secundùm quid, quia licèt probari non possit per denunciationes, potest tamen probari per parochos, & testes, qui si deessent, matrimonium esset nullum ex Tridentino* sess. 24. c. 1. *quòd si ex cæteris solemnitatibus aliquid omittatur, tunc matrimonium dicitur minus solemne, sed non clandestinum. Sufficit autem ad valorem matrimonij præsentia Parochi alterjus, vel utriusque contrahentis, quamvis in neutrius Parochia, immo nec diœcesi matrimonium contrahatur, quia non est actus jurisdictionis, sed potiùs testimonij, quòd licitè præstatur extra diœcesin.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid sit matrimonium clandestinum, & quo jure prohibitum.

1 MAtrimonium clandestinum dicitur, quod clam contrahitur; & potest duobus modis matrimonium clandestinè contrahi. Primò si fiat sine Parocho, & testibus. Secundò si celebretur omissis præviis denuntiationibus: cæteræ solemnitates si omittantur, non constituunt, nec denominant matrimonium clandestinum, sed tantùm minus solemne, ut habetur in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1.* Matrimonium contractum sine Parocho, & testibus certum est, semper fuisse ab ecclesia graviter prohibitum, adeò ut etiam ante Concilium Tridentinum fuerit illicitum, & quidem sub culpa gravi, quamvis validum, ut communiter docent Doctores.

Quòd enim ante Tridentinum fuerit illicitum liquet ex pluribus canonibus præsertim *ex c. nullus 2. caus. 30. q. 5.* ubi Hormisda Papa decrevit, ut nullus fidelium cujuscunque conditionis audeat occultè nuptias inire, sed debeant fideles 2

fideles matrimonia publicè contrahere, ut in facie ecclesiæ probari possint: idque ad removenda gravissima damna, & scandala, quæ inde oriebantur: siquidem cùm matrimonia clandestinè inita non poterint ab ecclesia probari, conjux, qui clandestinè contraxerat, postquam mansisset cum sua uxore per biennium, vel triennium ab ea postea discedebat ducendo alterã, eò quia assereret, primum matrimonium clam initum non fuisse matrimonium: unde, quia gravia tam uxori, quàm liberis oriebantur damna, ecclesia semper prohibuit sub peccato lethali, ne matrimonia etiam ante Concilium Tridentinum clandestinè inirentur, quamvis inita valerent, ut desumitur ex *c. quod nobis 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd de clandestinis matrimoniis non judicat ecclesia, sed si contrahentes velint in ecclesia publicari debeant recipi, & comprobari, quòd si talia matrimonia recipiebantur, & comprobabantur, valida erant: hinc etiam Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* eos anathemate percutit, qui motrimonia clandestina vera, ac rata esse negant, quamdiu ecclesia ea irrita non facit. Ratio etiam id suadet, quia si spectetur solum jus naturæ, & divinum, matrimonium clandestinum per se non est illicitum, sed tantùm per accidens ob scandala, & occasiones peccandi, quæ inde oriebantur, quæ tamen vitari possunt.

3 Tumquia in matrimonio clandestino habetur tota essentia legitimi contractus de præsenti, quamdiu is non irritatur, & solùm deest extrinseca, & accidentalis solemnitas publicitatis: & cùm accidentia sint extra essentiam rei, cui dicuntur accidere; ideo potest res sine talibus accidentibus existere quoad suam essentiam. Hinc quamvis matrimonium clandestinum, seu initum sine Parocho, & testibus fuerit semper in ecclesia illicitum, adeò ut ecclesia sempet illud fuerit detestata, ac prohibuerit, ut desumitur ex *c. cum inhibitio 3. h. t.* adsò ut lethaliter peccarent, qui matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum contraherent, eò quia in re gravissimi momenti transgrederentur præceptum ecclesiæ: tamen validum erat: immo concurrentibus quibusdam legitimis causis poterat etiam licitè tunc matrimonium clandestinè iniri: immo etiam post Concilium Tridentinum in locis, ubi Tridentinum non est promulgatum, ut notat Covarruvias in *4. decretal. p. 2. c. 6. n. 7.* & Tannerus *tom. 4. disp. 8. de matrim. q. 3. dub. 6. n. 111.* tecenset quinque casus, in quibus potest matrimonium etiam licitè contrahi clandestinè. Primò si contrahentes possint imminens mortis periculum evadere per matrimonium clandestinum. Secundò si à matrimonio contrahendo iniquè impedirentur per testium adhibitionem. Tertiò si nollent homines in loco aliquo esse testes ob invidiam, vel alia iniqua causa, & si deberent vocari, & expectari alij testes contrahentes, essent amissuri opportunitatẽ contrahendi matrimonium. Quartò si sine gravi damno non possint contrahentes palam matrimonium inire, ut si puella constituta sub potestate tutoris meritò timeret, se tradendam viro pravo. Quintò si post matrimonium semel palam contractum, sed invalidè ob occultum impedimentum; post impetratam dispensationem, si clam contrahatur, validè contrahitur, quia matrimonium tunc fuit jam coram facie ecclesiæ initum, & ecclesia potest probare ejus validitatem, cùm ipsi non constet de occulto impedimento, quod tunc intercessit.

Quinimò si daretur casus, quô contrahentes ignorarent legem irritantem matrimonia clandestina, putant aliqui, quòd validè adhuc contraherent sine Parocho, & testibus, eo innixi fundamento, quia lex non obligat ignorantes invincibiliter, quamvis irritatio imponatur ut pœna, ut ipsi fatentur; perperam tamen, quia semel quòd ignorantia invincibilis excusat à culpa; excusat etiam à pœna, quæ tantùm infligitur ob culpam. 4

Communior tamen, & verior sententia est, tale matrimonium esse irritum, quia ignorantia licèt invincibilis non supplet solemnitatem requisitam à lege ad valorem actûs. Præterea quamvis lex non afficiat ignorantes quoad pœnam extrinsecam; benè tamen eos afficit quoad intrinsecam nullitatem actûs, ut docet Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 17. num. 9. & sequent.* 5

Quando igitur inhabilitas statuitur in odium contrahentium, & ad eos puniendos, tunc pœna non afficit invincibiliter ignorantes: quia pœna tunc irrogatur propter culpam, & invincibiliter ignorantes carent culpa. Quando verò actus annullatur ob defectum debitæ solemnitatis, eò quia in jure tradatur certa forma, & solemnitas in ordine ad validè ineundum contractum; tunc talis inhabilitas, & annullatio actûs non est pœna, cùm non inferatur ad puniendum delictum: quapropter licèt contrahentes ob ignorantiam invincibilem sint immunes à culpa, adhuc contractus ab ijsdem initus sine forma præscripta à jure est irritus, quia sine tali forma contractus non habetur in republica pro valido, idque ob bonum commune, proinde quoties contrahentes omittunt formam illam non contrahunt validè, quamvis immunes sint ab omni culpa. Hinc irritum est matrimonium etiam in articulo mortis, vel in quacunque alia necessitate initum sine præsentia Parochi, & testium, quia deest forma substantialis præscripta per legem ad valorem matrimonij; tali enim forma deficiente contractus non potest sortiri suum valorem, ut colligitur ex decreto Concilij Tridentini. 6

Hinc si quis in articulo mortis velit contrahere cum aliqua, vel ad legitimandam prolem ex ea susceptam, vel ad tollendam infamiam, ac dedecus fœminæ, vel aliud simile incommodum, possunt quidem licitè omitti præviæ denuntiationes ex licentia Parochi, si Ordinarius adiri commodè non possit, eò quia tunc sit evidens epikia intentionis Concilij pro necessitate illius articuli: non tamen licitum est in mortis articulo contrahere sine Parocho, & testibus, neque 7

neque ad hoc potest licentiam concedere Episcopus: quia hoc nunquam concessit Concilium Tridentinum Episcopis, imò tacitè negavit, dum concessit Episcopis remittere denuntiationes, & nihil concessit circa præsentiam Parochi, & testium. Unde si peste infectus in mortia articulo velit concubinæ suæ nubere, vel ad prolem legitimandam, vel ad majorem suæ conscientiæ tranquillitatem, possunt quidem denuntiationes omitti, non verò validè contrahi matrimonium sinè Parocho, & testibus, saltem juxta communiorem, ac veriorem sententiam; idque defectu formæ à jure necessariò requisitæ ad valorem matrimonij.

8 Jure novo igitur ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* matrimonium in quovis casu, quo contrahatur sine præsentia Parochi, & testium, nullius est valoris, quia ob bonum commune requirebatur, ut matrimonia inter fideles inita possent ab ecclesia probari: siquidem matrimonium clandestinum adversatur fidei matrimonij, quia eùm validitas matrimonij clandestini non possit facilè probari, poterat conjux postquam per aliquot annos mansisset cum uxore ab illa discedere com gravissimo præjudicio prolis, & damno conjugis, ac aliam ducere, eò quia negaret primum matrimonium validum esse. Secundò quia hæc separabilitas erat contra indissolubilitatem matrimonij. Tertiò quia nonnonquam contrahebantur hujusmodi matrimonia clandestina cum impedimentis dirimentibus, quæ ut detegerentur decrevit ecclesia, ut non nisi publicè, & præmissis denuntiationibus talia matrimonia contraherentur. Quartò quia ex matrimoniis clandestinis inextinguibiles inter consanguineos excitabantur inimicitiæ cum summo reipublicæ detrimento, & animarum periculo: ad hæc igitur omnia mala impedimenda, Ecclesia, quæ de occultis non judicat, decrevit, ut matrimonium quatenus est contractus civilis, & humanus non esset validus, nisi publicè celebraretur coram Parocho, & testibus.

9 Neque inde sequitur, ecclesiam immutâsse materiam Sacramenti, quia Christus non elevavit ad rationem Sacramenti quemcunque contractum matrimonialem initum inter fideles, sed tantùm approbatum ut validum ab ecclesia, id enim videbatur desiderari ad bonum regimen ecclesiæ: & quia contractus matrimonialis civilis, si clandestinè ineatur ab ecclesia, non approbatur ut validus, sequitur, quòd ex Christi institutione non sit materia hujus Sacramenti, licèt antea fuerit materia, eò quia habitus fuerit ut validus: unde ecclesia per se directè, & immediatè non irritavit Sacramentum, sed tantùm indirectè per accidens, & immediatè annullando humanum contractum, seu civilem, quatenus per subtractionem materiæ cessat ratio Sacramenti veluti forma, quæ inhærebat eidem materiæ, non enim potest ecclesia mutare materiam, & formam Secramenti à Christo institutam efficiendo, ut quod est legitima materia Sacramenti matrimonij, non sit talis materia: & quia Christus pro materia Sacramenti matrimonij instituit contractum civilem, & humanum matrimonialem initum inter fideles, non utcumque, sed ut validum, & approbatum ab ecclesia, ideo non potest hæc facere, ut talis contractus validus, & approbatus ab ecclesia non sit materia Sacramenti matrimonij; benè tamen potest facere ob bonum commune, & pro salute animarum, ut ad validitatem talis contractus matrimonialis requiratur certa forma, quâ non servatâ contractus sit nullus, & tunc ex Christi institutione talis contractus non est materia Sacramenti matrimonij, eò quia non sit ut validus ab ecclesia approbatus.

Quamobrem ecclesia licèt non potuerit statuere, ut supposito, quòd personæ habiles contraxerint matrimonium, & contractus sit validus, ipsum Sacramentum matrimonij sit invalidum; potuit tamen ob bonum commune, & salutem animarum imponere certam formam servandam ad validitatem humani contractus, quâ deficiente contractus non sortiatur suum valorem, proinde non sit materia Sacramenti matrimonij. Quævis enim Respublica civilis, & politica ob bonum publicum quasdam personas potest reddere inhabiles ad contrahendum ut minores, & prodigos, & etiam ad valorem contractuum exigere quasdam conditiones, & solemnitates, quibus omissis contractus non approbentur ut validi: quo pacto irritantur ultimæ voluntates carentes certa solemnitate: & ecclesia irritavit religiosam professionem emissam etiam in religione approbata ante annum 16. completum: unde potuit etiam irritare contractus matrimoniales, qui clam, & sine Parocho, ac testibus fiunt, & etiam inhabiles reddere personas clandestinè contrahentes, idque ob justam causam, & publicam animarum utilitatem; adeo ut non nisi servatâ certâ formâ contractus civilis matrimonialis habeatur ab ecclesia ut validus. Hinc nec est validum matrimonium quamvis publicè celebretur præsentibus ferè omnibus vicinis, si desit Parochus: ratio est, quia ex decreto Tridentini præsentia Parochi est de ratione formæ substantialis requisitæ ad valorem matrimonij, & non potest per æquipollens impleri, sed implenda est specificè, & propriè. 10

An verò si nunc matrimonium clandestinè contrahatur in iis locis sive catholicorum, sive hæreticorum, in quibus decretum Concilij Tridentini non est receptum, vel nunquam promulgatum, validum sit. Respondent communiter affirmativè, quia Concilium in *d. sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* statuit, ut tale decretum robur non habeat in unaquaque Parochia nisi post triginta dies à die primæ publicationis factæ in eadem ecclesia numerandos, unde ubi nondum fuit publicatum robur non habet. Quòd si fuit legitimè publicatum non tamen receptum saltem per decem annos, licèt decretum non obliget; peccant nihilominus clam contrahentes, perinde ac peccâssent, si ante Concilium Tridentinum contraxissent talia matrimonia. 11

An

12 An verò habitantes in uno loco ubi Concilium Tridentinum de matrimoniis clandestinis publicatum est,& servatur,si transeant in alium locum, in quo Concilium nondum fuerit publicatum, nec receptum, & quidem non animo ibi figendi domicilium, sed tantùm animo ibi contrahendi clandestinè, & mox ad locum consueti domicilij redeundi,sit tale matrimonium validum,non conveniunt doctores. Franciscus Sylvius *in suis resolut. var. V. matrimonium 8.* censet, tale matrimonium esse invalidum, quia vel tales contraxerunt coram Parocho loci ad quem venerunt, vel clandestinè; sed utrumvis dicatur,semper matrimonium est irritum, quia de ita contrahentibus semper verificatur, quòd aliter, quàm coram Parocho, vel alio sacerdote de ipsius licentia, & duobus, vel tribus testibus contraxerint: siquidem Parochus in decreto Concilij non intelligitur Parochus loci, in quo fit contractus, sed Parochus contrahentium, vel alterius eorumdem, ut ex contextu Concilij patet.

13 Quòd si dicas, decretum Concilij non habere vim, ubi non est publicatum; & matrimonium, de quo est sermo esse contractum in loco, ubi non est publicatum. Respondent,qui huic sententiæ adhærent, assumptum esse verum tantùm respectivè ad personas degentes in locis illis, ubi decretum Concilij non fuit publicatum, nec receptum: non verò respectivè ad personas habentes fixum domicilium in loco ubi decretum Concilij fuit promulgatum, & receptum. Tum quia clausula decreti spectans ejus publicationem designat tempus,& locum,quando, & ubi incipiat habere robur, nullâ tactâ expressâ mentione personarum: proinde decretum intelligitur robur habere etiam circa personas respectivè ad tempus, & loca, seu circa personas comprehensas intra id tempus, & intra illa loca, in quibus ratione publicationis factæ cœpit decretum Concilij obligare: & personæ, quæ ut clam matrimonium contrahant, transeant ad alium locum, in quo non fuit tale decretum Concilij publicatum, & receptum; revera comprehenduntur intrà tempus, & locum, in quo facta fuit publicatio, cum in illo habeant fixum, & stabile domicilium.

14 Nihilominus contraria sententia communior est, quam docent Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 3. disp. 18. num. 28. & sequent.* Basilius Pontius *de matrimonio lib. 5. c. 9.* Coninck *de sacrament. disp. 27. dub. 1. n. 14.* & plures alij, quos citat, & sequitur Diana *tract. 6. de sacrament. matrim. resol. 74. n. 5.* Ratio est, quia peregrini absentes à proprio domicilio non tenentur legib⁹ sui domicilij, si in loco ubi se recipiunt,vigeant leges contrariæ,præsertim quoad solemnitates adhibendas in contractibus ineundis; nemo enim tenetur legibus sui territorij, si in eo non versetur. Tum quia si in aliis contractibus potest quis proficisci ex loco domicilij ad alium locum cum intentione ineundi contractum venditionis, & quidem juxta formam ibidem requisitam, non videtur, cur non possit etiam quis se aliò conferre ex intentione contrahendi matrimonium juxta formam præscriptam in tali loco ad ejus valorem, si nulla alia lex particularis obstet. Tum quia quoties inhabilitas est constituta absolutè, & simpliciter in aliquam personam, tunc sequitur ipsam personam quocunque ierit, atqui si inhabilitas sit constituta per modum legis, tunc non afficit personam, sed locum, & degentes in tali loco: quia sicut lex illa non obligat in alijs locis, ita annullatio actûs ex vi talis legis non habetur in alijs locis: non enim lex incipit ligare immediatè, & principaliter ratione personarum, ut notat Henriquez *lib. 11. c. 3. n. 8.* sed ob locum, in quo lex promulgatur: ita etiam in casu nostro decretum Concilij tantùm obligat ob locum parochiæ, ubi authoritate Ordinarij decretum est legitimè promulgatum.

Neque obstat, quòd contrahentes in fraudem Concilij Tridentini aliò se transferant, nimirum ut matrimonium contrahant sine Parocho, sine Testibus. Nam contra est, quia fraudem propriè non dicitur committere, qui jure suo utitur *l. nullus 55. ff. de reg. jur.* unde licèt peccet ex eo, quod discedat ex intentione contrahendi clandestinè matrimonium, cùm id fuerit peccatum grave etiam ante Concilium Tridentinum: non tamen peccat in eo, quòd agit fraudulenter intendens contrahere contra formam Concilij in eo loco, in quo ad valorem contractûs matrimonialis non est necessaria: quia contractus non læditur ex bona, vel mala intentione. Hinc communiter docent,ex prava intentione non oriri obligationem restituendi, si revera non sit damnum illatum. Tum quia quando, quis utitur jure suo, non dicitur dolo malo agere, textus in *l. nullus videtur 55. de reg. jur.* & *l. 3. §. si tamen. ff. de liber. homin. exhib.* ubi dicitur, quòd nullus videatur dolo facere, si jure suo utatur: atqui aliò se transferentes, ubi decretum Concilij non est publicatum, ut clandestinè sine Parocho, sine testibus matrimonium contrahant, utuntur jure suo, neque fraus est illicita, eò quia non sit prohibitum aliò proficisci, ubi liceat sine testibus, & parocho contrahere. 15

Hæc sententia licèt posset sustineri, si contrahentes aliò se conferrent, ubi decretum Concilij non est publicatum, nec receptum, non tamen ex intentione primaria, & principali, ut matrimonium clandestinum ibi possint contrahere, sed ex primaria intentione figendi ibi stabile suum domicilium: non tamen si aliò se transferant sine intentione ibi figendi domicilium, sed tantùm clandestinè contrahendi, & post initum matrimonium iterum revertendi ad suum proprium domicilium, ubi decretum Concilij publicatum, & receptum est: ratio, quæ me movet, est, quia Christus non elevavit ad rationem Sacramenti quemtunque contractum matrimonialem initum inter fideles, sed tantùm contractum approbatum ab ecclesia, ut validum: & quia ecclesia non approbat ut validum matrimonium clandestinè contractum inter fideles, ideò talis contractus in facie ecclesiæ est nullus, nec habet rationem Sacramenti, 16

cùm

tiationes ordinantur, unde Parochus, qui sine justa causa talem denuntiationem omitteret, non excusaretur à culpa gravi, & puniendus esset ab Episcopo. Nihilominus opinio Sanchez est communior, quam etiam docent Barbosa *de potest. Episcop. c. 2. alleg. 32. n. 5.* Gutrierez *de matrim. c. 57. n. 1.* Quòd si sponsi ad diversas pertineant parochias, denuntiationes in utriusque contrahentis parochia faciendæ sunt, quia Concilium præcipit faciendas esse à proprio parocho contrahentium, vel ab alio de licentia ipsius: & ratio est, quia denuntiationes præmittuntur, ut contrahentium impedimenta detegantur, & in parochia sponsi non tam facilè possunt sciri impedimenta sponsæ, nec vice versa, præsertim si loco multum distent, & ita declarâsse sacram congregationem Cardinalium testatur Segura Davalos *p. 2. direct. c. 16. n. 19.* & si authenticè id constaret procul dubio esset eidem adhærendum. Cæterum contraria consuetudo, quâ in quibusdam locis denuntiationes tantùm fiunt in Parochia unius sponsi, in qua celebrandæ sunt nuptiæ, non est damnanda, cùm saltem toleretur ab ecclesia.

7 An verò quando contrahentes sunt ex diversis diœcesibus, & Ordinarius unius dispensat in denuntiationibus, id sufficiat, ne fiant in Parochia alterius, affirmat Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 7.* & nititur hac ratione: quia quando contrahentes diversis subjiciuntur Ordinariis utriusque Prælatus potest cum utroque dispensare, & unius dispensatio sufficit, quia in hac re conjuges censentur quasi una persona, & ratione connexionis causæ uterque subjicitur alterius Prælato, adhærent huic sententiæ Guttierez *de matrim. c. 46. num. 10.* Reginaldus *in prax. tom. 2. lib. 31. c. 32. num. 232.* Coninck *de sacrament. disp. 27. dub. 6. n. 54.*

8 Verùm id putârim tantùm procedere, quando Ordinario dispensanti in denuntiationibus clarè constat, nullum adesse impedimentum ex parte utriusque contrahentis, adeo ut non sufficiat, si tantùm illi constet, sponsum suum diœcesanum nullo detineri impedimento ad matrimonium contrahendum: siquidem potest contingere, ut impedimentum quod in una Diœcesi non est notum fortassis ob loci distantiam, notum sit in alia: proinde ex dispensatione denuntiationum in una diœcesi non sequitur per connexionem dispensatio in alia; est enim diversa ratio de matrimonio, & denuntiationibus, siquidem in matrimonio cùm necessariò habeatur vinculum duorum, necessariò sequitur, ut qui potest unum conjungere, possit etiam alium, cùm non possit dari conjunctio, nisi duo simul nectantur: secus in denuntiationibus hæc connexio non est ita necessaria.

9 Ex justa causa Ordinarius, seu Episcopus, vel etiam ejus Vicarius Generalis potest dispensare in denuntiationibus: & quamvis Concilium Tridentinum unam tantùm recenset dispensandi causam, nimirum quando probabilis suspicio posset matrimonium malitiosè impedire, si tot præcesserint denuntiationes, tunc enim potest unica tantùm præmitti denuntiatio,

Nihilominus solent etiam aliæ recenseri 10 causæ, quibus occurrentibus possunt Episcopi dispensare in denuntiationibus. Primò si denuntiationes non possint fieri, eò quia contrahentes pudore suffunderentur: eò quia sint dispares ætate, ut si senex septuagenarius nuberet puellæ, quæ duodecimum tantùm complevit ætatis annum: vel si vir equestris, & dives puellam duceret rusticanam, vel è contra.

Secundò, quando Magnates matrimonium 11 contrahunt, quia tunc eorum conjugia supponuntur toti loco innotescere.

Tertiò, si ex publicatione matrimonij pro- 12 babiliter timeretur publicum scandalum infamiæ, vel grave damnum corporis, vel animæ? ut si viventes in concubinatu habeantur publicè conjuges: vel qui in articulo mortis constitutus vellet ad legitimandam prolem concubinam ducere.

Quartò, si denuntiationes non possint fieri 13 absque gravi detrimento in bonis fortunæ.

Quintò, si matrimonium solemniter con- 14 tractum postea reperiatur nullum ob occultum impedimentum: si sponsus tunc alteri nubat potest Episcopus dispensare in denuntiationibus.

Sextò, si instet tempus adventus, vel qua- 15 dragesimæ, quo prohibentur nuptiæ benedici, simulque periculum esset, ne sponsalia dissolverentur; vel etiam fornicationis, si nuptiæ diutiùs differantur.

Septimò, si ex eo, quòd matrimonium sta- 16 tim contrahatur non expectatis denuntiationibus notabilis commoditas sponsis obveniat. Octavò si constitutus in articulo mortis vellet propter quietem conscientiæ concubinam ducere.

Quando autem Ordinarius in hisce casibus 17 dispensat in denuntiationibus debet priùs exactè informari, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes. Cæterum si in similibus casibus Ordinarius diœcesanus enixè rogatus injustè neget dispensationem, vel si procul absit, & ex mora periculum aliquod immineat, possunt tunc nuptiæ contrahi etiam omissis denuntiationibus, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 10. num. 27. & sequent.* tunc enim potest Parochus urgente illa necessitate per epickiam interpretare legem, & voluntatem Episcopi, qui procul dubio urgente illa necessitate dispensaret. Quando autem denuntiationes ob justam causam, vel per dispensationē Episcopi sunt prætermissæ ante nuptias; non tamen sunt omnino remissæ: tunc enim post nuptias ante consummationem matrimonij fieri debent, ut si fortè impedimentum aliquod dirimens subsit, faciliùs detegatur, quia contrahentes cum tenerentur præmittere denuntiationes ante contractum matrimonij, si omissæ fuerint ante contractum, præmitti debent ante consummationem, ne forte subsequens copula sit fornicaria.

Præterea ex præscripto Concilij Tridenti- 18 ni, & declaratione Cardinalium denuntiationes fieri debent in propria Parochia, & quando spon-

ſponſi pertinent ad diverſas parochiaa fieri debent in ntraque parnebia ; Quòd ſi habeant plura domicilia faciendæ ſunt in parochia, in qua diutius habitant, ac principaliorem habent larem : vel in ea ſponſorum parochia , in qua veri ſimilius eſt, poſſe ſciri impedimenta.

19 Debent itidem fieri à proprio contrahentium parocho, vel ab alio de ipſius Parochi licentia : quòd ſi Parochua absque legitima, & juſta cauſa denuntiationes omitteret, ſuſpendendus eſſet ab officio per triennium. Rurſus debent fieri denunriationes tribus diebns feſtia continuis, non iamen peccaret Parochus, ſi uno vel altero die feſto omitteret denuntiationem ratione parvitatis materiæ : ſecus tamen ſi plures dies feſtos inter unam, & alteram denuntiationem interponeret. Demum faciendæ ſunt in eccleſia inter miſſarum ſolemnia. Nihilominus plures aſſerunt, ſufficere ſi fiant in loco ad quem ſoleat magna populi frequentia confluere, quia tunc adimpletur intentio Concilij, ut nimirum notitia matrimonij ineundi ad plures deveniat, ut ſi adſit impedimentum aliquod dirimena detegatur.

20 An verò ieneatur quis ex vi denuntiationum occultum matrimonij impedimentum denuntiare, ſi illud probare non poſſit ? Reſpondet Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 13. num. 2. & ſequent.* eum ieneri occultum illud impedimentum aperire, quam ſententiam etiam docent Layman *in theolog. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 3. c. 4. num. 9.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 96. num. 51.* Henriquez *lib. 3. de pænit. c. 21. n. 3.* Ratio deſumitur ex *c. præterea 12. de ſponſal.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd quando unus tantùm dieit, adeſſe impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non juratum ; ut ſi conſanguineua volentia contrahere dicat, ſe carnaliter cognoviſſe fœminam illam, quam ejus conſanguineua vult ducere in nxorem ; tametſi id nolir publicè fateri propter metum, vel potentiam mulieris : hinc Barbola *in collect. tom. 2. lib. 4. diſt. 1. c. 12. num. 12.* Guttierez *de matrim. c. 36. num. 2.* aſſerunt id etiam procedere quamvis teſtis non fuerit citatua, ſed per partem oblatna, & quamvis eſſet denuntiator, ſeu accuſator, & allegaret propriam turpitudinem, & tunc Parochus informstua de impedimento debet matrimonium interdicere, non tamen de impedimento cognoſcere, cnm ejus cognitio pertineat ad Ordinarium, ut deſumitur *ex cap. cùm inhibitio 3. h. t.* unde in tali caſu debent conjnges priua ſecretò moneri, præſertim ſi impedimentum oriatur ex peccato occulto, ut nimirum deſiſtant à matrimonio illo contrahendo : quòd ſi nolint Parocho acquieſcere, impedimentum denuntiandum eſt Ordinario, ut de ipſo cognoſcat. Nihilominus ſi impedimentum ſit omnino occultum, & uni tantùm innoteſcat, ita ut probari nullo modo poſſit, & ex eo quòd reveletur, ſcist nihil ſe profuturum, vel bona fide contrahentibus obfuturum : vel etiam ſi ſcandalum inde timeatur, aliqui cenſent probabile, non ieneri eum, cui impedimentum innoteſcit illud revelare, ita docent Baſilius Pontiua *de matrim. lib. 5. l. 34. n. 5.* Joannes Major *in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3.*

Quia verò ad validitatem matrimonij ex Concilio Tridentino requiritur præſentia Parochi, & teſtium, orirur dubium, an urgente gravi neceſſitate poſſit matrimonium validè contrahi ſine aſſiſtentia Parochi, dummodo adſint plures alij teſtea : ut ſi in oppidis, vel pagis ubi Parochus haberi nequit, nec de proximo ſperatur, poſſit validè ſine ipſo matrimonium contrahi, ſi gravis urgeat neceſſitas. 21

Putârim, matrimonium non poſſe validè contrahi, quia ſicut ſine forma non habetur res conſtituta in ſuo eſſe ; ita neque ſine præſentia Parochi, quia ex Concilio Tridentino ejus aſſiſtentia pertinet ad formam valorantem matrimonialem contractum. 22

Nihilominus Coninck refert quandam declarationem Clemetis VIII. in qua Pontifex aſſerit, tale matrimonium fore validum : & ſi authenticè conſtaret de tali declaratione eſſet eidem adhærendum, quia tunc Pontiſex derogaret juri communi. Amicus *tom. 9. diſp. 7. ſect. 16. num* 135. cenſet, in tribus caſibna poſſe matrimonium validè contrahi ſine præſentia Parochi. Primus eſt quando Parochus ſimpliciter non poteſt haberi ; ſecundus ſi Parochus non poſſit aſſiſtere ſine imminente vitæ periculo, vel etiam ipſorum contrahentium. Tertius quando maxima urget contrshendi neceſſitas, quæ usque ad præſentiam Parochi differri non poſſit : quoad priores caſua habetur deciſio ſacræ Cardinalium Congregationia, quæ interrogata ab Epiſcopo Tricaricenſi Nuntio ad Rhenum inferiorem circa formam matrimoniorum, quæ in partibus Holandiæ, Zellandiæ, & Friſiæ contrahuntur examinatis, ac perpenſis ratinnibus ſibi à Nuntio Apoſtolico propoſitis ; poſtquam Congregatio declarâſſet irrita eſſe matrimonia hæreticorum inita coram miniſtro hæretico, vel magiſtratu ubi Tridentinum eſt publicatum, poſtea ſubdit. 23

Sin verò parochia, in qua fuit aliquando obſervatum decretum proprio parocho careat, & cathedralis itidem Epiſcopo, & capitulo habentibus à Concilio facultatem alium ſacerdotem ad id delegandum ; & nullus alius ibi adſit, nec facile haberi poſſit, qui vices Parochi, aut Epiſcopi ſuppleat, matrimonium valet etiam initum absque præſentia Parochi ſervatâ tamen in cœteria formâ Concilij, nempe adhibitis ſaltem duobua teſtibua. Sin autem extent quidem Parochus, & Epiſcopua, ſed nullo conſtituto Vicario ; & uterque metu hæreticorum lateat ; ita ut ignoretur ubi ſit ; vel eodem metu à diœceſi abſit, nec ad alterutrum ſit tutus acceſſua, validum eſt matrimonium contractum, ſine præſentia parochi adhibitis tamen duobus teſtibus. Ex hac declaratione ſacræ Congregationis infertur ab aliquibus, valere matrimonium initum ſine præſentia parochi, quando hic ſimpliciter haberi non poreſt, vel quando haberi poteſt, ſed non ſine ipſius, vel contrahentium periculo. Verùm quia alij aſſerunt de illis declarationibus non conſtare authenticè, & 24

Hut,

Hurtadus *de matrim. disp. 5. diffic. 3. num.* 10. afferat declarationem Clementis VIII. fuisse dispensationem, ideo non facilè putârim esse recedendum à sententia communi.

25 Si petatur, cuinam incumbat onus probandi matrimonium clandestinum. Respondetur, id decidi in *c. si quis 1. h. t.* desumpto ex Concilio Arelatensi, ubi dicitur, quòd quando quis desponsavit mulierem, & vir, vel mulier negat talem desponsationem, probatio tunc incumbit viro, ubi Glossa dicit id servari; quòd si mulier neget matrimonium, viro incumbit onus probandi; si verò neget vir, tale onus incumbit mulieri: ratio est, quia facta regulariter non præsumuntur, nisi probentur *c. quoniam 11. in fin. de probat.* Hinc dicenti, & asserenti incumbit onus probandi. *l. 2. ff. de probat.* & quemvis *in d. c. si quis* videatur dici, quòd sive vir neget desponsationem, sive mulier, semper viro incumbat probatio, eò quia vir sit caput mulieris: sensus tamen illius textus est iste; ut si mulier neget desponsationem esse factam, & vir affirmet, viro incumbet probatio: si autem vir neget, & mulier affirmet, onus probandi incumbit mulieri, ut ibidem notat Glossa.

26 Nunc verò post Concilium Tridentinum, cùm primùm matrimonia dicuntur clandestinè inita, habentur irrita; proinde asserens non est compellendus ad id probandum, ideo enim *in d. c. si quis* admittebatur probatio, quia tunc ante Tridentinum matrimonia clandestina, licèt non inirentur licitè, validè tamen contrahebantur. An verò matrimonium initum coram Parocho, & testibus non præmissis denuntiationibus censeri debeat clandestinum? Sanchez *lib. 3. disp. 1. n. 7.* asserit, esse clandestinum in ordine ad pœnas incurrendas, & ait, id conjici ex *c. cùm inhibitio ult. h. t.* ubi illud matrimonium dicitur clandestinum, cui denuntiationes non fuerunt præmissæ, & à jure veteri non debet recedi, nisi expressè correctum fuerit per novum: unde cùm ex jure antiquo matrimonium initum sine præviis denuntiationibus dicatur clandestinum, & non reperiatur jus novum, quod antiquum corrigat, tale matrimonium dicendum erit clandestinum: addit tamen, quòd si matrimonium temerè omissis denuntiationibus initum, ab ecclesia postea approbetur, & publicetur, proles ex illo suscepta legitima sit *argum. c. quod nobis 9. qui filij sint legitimi.* Verùm an tale matrimonium dicendum sit clandestinum, vel ne, parum videtur referre.

27 Quæstio potiùs fieri deberet de ejus validitate, in qua expedienda non videntur concordes Doctores; sed communior sententia est, tale matrimonium, si aliud non subsit impedimentum dirimens, esse validum, quia denuntiationes tantùm præmittuntur ad eum finem, ut si adsit impedimentum dirimens detegatur: unde si hoc non subsit, matrimonium, dummodo serventur cætera præscripta à Concilio Tridentino, suum sortitur valorem, & Villalobos apud Dianam *tract. 6. de matrim. resol.* 62. ajt, ita declarâsse sacram Congregationem Cardinalium his verbis: *Denuntiationes, si omittantur, per hoc matrimonium irritum non est, servatis tamen cæteris requisitis.*

Verùm sicut est peccatum grave contrahere matrimonium ante præmissas denuntiationes: ita est etiam peccatum lethale illud consummare illis non præmissis: Ratio est, quia contrahentes se exponunt periculo fornicationis, non adhibendo diligentiam ab ecclesia præscriptã, & id non tantùm prima vice, sed etiam toties quoties, quia eadem semper militat præcepti ratio, & idem iminet fornicationis periculum, cùm nondum adhibita sit diligentia ab ecclesia præscripta, ut faciliùs impedimenta detegantur, ita plures cum Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 11. n. 3.* Nihilominus Sotus, Ledesma, & alij, quos citat, & sequitur Texeda *in theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. n. 49.* putant contrahentes in tali casu non peccare mortaliter prima vice consummando matrimonium ritè initum in cæteris juxta decretum Concilij, si contrahentes certi sint, nullum inter ipsos subesse impedimentum, idque probant ex verbis Concilij *sess. 24. c. 1.* ubi ait, *ut si aliqua subsint impedimenta, faciliùs detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes omittantur*: cùm igitur certum sit, saltem moraliter, nullum subesse impedimentum; contrahentes non videntur agere contra decretum Concilij: quia Concilium petit, quòd postquam matrimonium est initum omissis denuntiationibus, si id visum fuerit Ordinario expediens, ante consummationem teneantur contrahentes matrimonium publicare, quando dubitari potest de impedimento; unde si certum sit, nullum subesse impedimentum, non agunt contrahentes contra decretum Concilij ante publicationem, si prima vice matrimonium consummant, quia tunc utuntur jure suo, & nemo utens jure suo peccat: & hæc opinio mihi videtur veldè probabilis. 28

Si petatur, quænam sint pœnæ inflictæ contrahentibus matrimonium clandestinum, & etiam testibus eidem assistentibus? Respondetur, primam pœnam esse, quia contrahentes sine Parocho, & testibus redduntur inhabiles non absolutè ad ineundum matrimonium, sed ad sic contrahendum nimirùm clandestinè, ut habetur in Concilio Tridentino *in sess. 24. de reform. matrim. c. 1.* Secunda pœna est arbitraria, adeò ut contrahentes puniendi sint arbitrio Episcopi, sicut præcipit idem Concilium *loc. cit.* Verùm hæc pœna arbitraria non injungitur contrahentibus ex eo præcisè, quòd omiserint denuntiationes, sed quia matrimonium contraxerint sine Parocho, & debito numero testium. Testes itidem assistentes matrimonio tempore ab ecclesia interdicto, cùm peccent, condigna itidem sunt pœna puniendi, etiam ad arbitrium Episcopi juxta qualitatem culpæ. Parochus verò, vel alter sacerdos assistens matrimonio clandestino, suspenditur ab officio per triennium, ut desumitur ex *c. cùm inhibitio 3. & ult. §. fin. h. t.* non tamen hæc tri- 29

ennalis suspensio est ipso jure lata; sed ferenda per judicem, quia in textu ponitur illud verbum *suspendatur*, quod intelligitur per judicis sententiam, ut communiter explicant Doctores.

30 Non tamen hæc triennalis suspensio sublata est per Tridentinum, quia hoc non deroget juri antiquo, imò expressè dicit se inhærere vestigijs Concilij Lateranensis, in quo ultra suspensionem triennalem statuitur, ut Perochus etism graviùs punietur, si qualites culpæ id postulaverit: nihilominus Senchez *lib. 3. de matrim. disp. 48. n. 4.* censet, hanc triennelem suspensionem hodie subletem esse per pœnam arbitrariam impositem à Tridentino, quia quando minor pœna imponitur pet novem legem ob idem delictum, pro quo grevior imponebetur ab antique, tunc cessat pœna legis entiquæ. Verùm alij respondent, pœnem arbitrariem tantùm superaddi è Concilio ipsi trienneli suspensioni, adeò ut Parochue ulere illem suspensionem debeat etiam puniri erbitrio Episcopi. Non temen suspensus ab officio, seu ab exercitio officij, eò quia interfuerit metrimonio clandestino, intelligitur suspensus è beneficio, seu à perceptione fructuum beneficij: quia *in d. c. cum inhibitio ult. h. t.* Solùm dicitur, quòd sit suspensus ab officio, & quia suspensio ab officio distinguitur à suspensione à beneficio, non debet pœna, quæ odiosa est, ampliari ad non expressa.

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

1 QUæritur primò, an imminente mortis periculo possit Parochus assistere, & benedicere metrimonium sine denuntiationibus? Respondetur affirmativè, si in erticulo mortis velit quis contrehere cum concubina ad legitimendem prolem ex illo susceptem, vel ed tollendem infamiam, & dedecus fæminæ, vel aliud simile incommodum, possunt enim tunc licitè omitti denuntiationes ex licentie Parochi, si commodè non possit Ordinarius adiri; quia tunc habetur epikia intentionis Concilij pro necessitete illius erticuli. Non tamen licitum unquem est etiam in mortis articulo metrimonium contrahere sine Perocho, & testibus, imò neque Episcopus potest licentiem dare: quia Concilium hanc facultatem nunquam dedit Episcopis, quinimmo potiùs tacitè eam ipsis negevit, cùm illis concesserit posse remittere denuntiationes, & nihil concesserit circe præsentiem Parochi, & testium, & hanc sententiem docent plures cum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 17.*

2 Quæritur secundò, en valeet matrimonium initum, si in ipso assistat simplex sacerdos ex licentie Parochi, dolosè temen obtentê, eò quia nolint contrahentes, ut eorum qualitates innotescant Parocho, timentes, ne cognitis personis non sit licentiam concessurus: quepropter simplex sacerdos studiò reticeat cognomina contrehentium, & solùm dicat Parocho, matrimonium esse contrehendum inter quamdam ipsius parochianam, & militem; & Perochus nil cogitens de dolo, impertiatur licentiam simplici sacerdoti, ut possit essistere nomine ecclesiæ, ita tamen, quòd si Parocho innotescerent qualitates contrahentium, non concederet simplicê secerdoti talem fecultatem. Respondetur, tale matrimonium suum sortiri velorem, ut docent Barbosa *de potest. Episcop. alleg. 32. n. 133. & Paroch. c. 21. n. 7.* Pesqueligus *in qq. moral. canon. centur 4. q. 346.* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. n. 14.* Conink *de Sacrament. disp. 27. n. 1.* Guttierez *de matrim. c. 69. n. 15.* Ochegavia *de Sacrament. tract. 3. de matrim. q. 13. n. 5.* Perez *de matrim. disp. 41. sect. 6. n. 5. & sequent.* Trullench *de jure Parochi c. 8. n. 5.*.

Suadetur hæc sententie, quie tunc volun- 3
tas, quâ Parochus simplici sacerdoti impertitur licentiam assistendi matrimonio, est absolute, & efficex: & voluntes, quê non concederet licentiam simplici secerdoti essistendi tali matrimonio, si ipsi innotescerent qualitetes contrehentium, est tantùm interpretativa, & conditionalis: siquidem de facto non est, sed tantùm esset, si illi innotescerent personæ: sed concurrente voluntate absoluta cum conditionali prævelet absoluta, quæ cùm sit efficax, sortitur suum effectum; proinde transfert facultatem assistendi: secus conditionalis non negat dictam facultetem, cùm conditio nihil ponat in esse *l. si quis sub conditione dandorum. ff. si quis omiss. cau. test.* ergo cùm Parochus absolutè, & de facto concesserit simplici secerdoti licentiam assistendi tali matrimonio, hoc suum sortitur valorem.

Quòd si dicas, voluntatem interpretati- 4
vem tunc tollere absolutam, quendo hæc oritur ex dolo, eò quia reticeatur, quod impediret voluntatem absolutam. Contra est, quia id non est absolutè verum, sed solùm quando voluntas, quâ eliquid conceditur, est tantùm conditionata, adeò ut innitatur conditione, ut fundamento, *ut si preces veritate nitantur*, hæc enim conditio semper censetur inesse rescriptie Pontificijs, & gratiis principis *l. fin. C. de divers. rescript:* quepropter concessiones Pontificiæ censentur subreptitiæ, & nullius valoris defectu voluntatis, si non exponatur veritas: sed non procedit in concessionibus privatis, quia jus hoc de ipsis non statuit. Ad summum sola taciturnitas posset vitiare concessionem, quando versatur circa causem finalem, non ita, quando est de qualitatibus extrinsecis dispensationi, ut docent Senchez *lib. 8. de matrim. disp. c 1. n. 17. & seq.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto. c. ult. num.* 11. quia cùm concedens versetur in errore circe causem finalem, censetur in ipso deficere consensus *l. si per errorem ff. de jurisdic. omn. judic.* ut fusè ostendit Tiraquel. *tract. cessante causa. limitat.* 1. atqui in casu proposito non tacetur eliquid concernens causam finalem, vel qualitates intrinsecas dispensationis, sed solùm

lùm aliquid concernens causam impulsivam, & qualitatem extrinsecam.

5 Neque obstat, si dicas, licentiam tali pacto obtentam à simplici sacerdote esse subreptitiam, eò quia non expresserit, quod si expressisset, Parochus non dedisset licentiam : unde licentia videtur nulla, consequenter matrimonium irritum. Tum quia dispensatio concessa cum dolo, & taciturnitate qualitatum, quæ si innotescerent superiori, hic non dispensaret, est nulla *c. quia circa de consanguinit.*

6 Nam contra est, quia ex natura rei tunc concessio redditur subreptitia, quando non exprimitur id, quo expresso non concederetur licentia, vel dispensatio, si concernat causam finalem, vel sit intrinsecum concessioni, vel ejus objectum: quia tunc concessio non se extendit ad objectum concessionis taliter qualificatum, vel prout stat sub tali fine, quapropter concessio redditur involuntaria ac nulla: non ita si taciturnitas sit circa alia, quia hæc non reddunt objectum concessionis ignoratum, neque finem, proinde neque involuntarium. Juvat observare, quòd de jure concessio ex taciturnitate tantùm redditur subreptitia, quando tacentur, quæ de jure, vel de stylo curiæ debent explicari.

7 Quæritur tertiò, an qui clandestinè matrimonium contraxit, & etiam consummavit, teneatur ex justitia fœminam illam in uxorem ducere? Respondet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 20. num. 5.* quòd si vir animo decipiendi puellam, cum illa clandestinè matrimonium contraxerit, eámque etiam defloraverit, non teneatur ex justitia eidem nubere, quia puella potuisset, ac debuisset intellexisse, se deceptam iri, proinde non tenetur deceptor ei nubere : ex eo enim, quòd forma contrahendi matrimonium non fuerit juxta consuetudinem, potuit facilè conjicere, sa à viro decipi. Imò addit, nec teneri ex justitia ei nubere, tametsi vero animo contraxerit tale matrimonium, eámque defloraverit : idque probat, quia non tenetur ratione contractûs, cùm hic prorsus irritus fuerit ; nec ratione injuriæ illatæ, quia puella scire debuit matrimonium clandestinum esse nullum, & pœnâ dignum. Tum quia majorem intulit injuriam, quando fictè contraxit, quia ultra deflorationem tunc interfuit etiam injuria doli : unde si quando fictè contraxit, non tenebatur ex justitia illi nubere; à fortiori, nec quando vero animo contrahendi cum ipsa clandestinè contraxit. Tum quia est sententia probabilis, quòd promittens consanguineæ matrimonium sub conditione, si Papa dispensaverit, tametsi eam defloraverit, non teneatur eam ducere, quamvis Papa postea dispensset, eò quia talia contractus conditionatus sit jure prohibitus: ergo à fortiori nec tenebitur ex justitia, qui clandestinè matrimonium contraxit, cum tale matrimonium sit jure prohibitum.

8 Hanc sententiam cu... Sanchez *loc. cit.* docent etiam alij, & mihi videtur etiam probabilis, quamvis contrariæ ut probabiliori putem adhærendum : adeò ut vir tunc ob injuriam illam gravissimam illatam puellæ, teneatur postea illam ducere juxta formam præscriptam in Concilio Tridentino, quia ex justitia, qui damnum intulit, tenetur illud resarcire, ut ponatur æqualitas, reddatúrque unicuíque suum, ut exigit justitia: consequenter ex justitia tenetur vir iterum matrimonium juxta formam ecclesiæ cum illa contrahere.

9 Neque obstat, quòd Concilium Tridentinum irritaverit matrimonium clandestinum, quia inde non sequitur abstulisse à contrahentibus obligationem compensandi alteri damnum ei illatum; cum titulo justitiæ hujusmodi compensatio sit debita. Si dicas, fœminam illam fuisse consciam nullitatis illius matrimonij clandestini, proinde debere sibi imputare damnum ex sua defloratione ortum. Contra est, quia puella eatenus permisit, se deflorari, quia speravit augmentum sui statûs, & quòd deflorator debuisset eam ducere, proinde tenetur violator per alium contractum legitimum eam ducere; vel saltem talem eidem suppeditare dotem, ut sit contenta, & beneficio ipsius possit cùm propria satisfactione alteri nubere.

Quæritur quartò, an fideles commorantes 10 in terris infideliû possint contrahere matrimonium, non servatâ formâ Concilij Tridentini? Respondetur cum Basilio Pontio *de matrim. lib. 5. c. 9. n. 7.* affirmativè, dummodo in reliquis servent, quæ præscribuntur à Concilio Tridentino: hinc commorantes inter infideles negotiorum causâ, vel etiam si detineantur captivi inter Turcas, quamvis sint oriundi ex locis, in quibus promulgatum, & receptum fuit decratû Tridentini : quia tamen apud infideles, præsertim Turcas non adsunt Parochi, nec Episcopi, qui nomine Ecclesiæ possint tali matrimonio assistere ; putârim non teneri contrahere juxta formam à Concilio præscriptam: quia tunc locum habet epikia. Tum quia vitiosa potiùs esset observatio legis, cùm vel compellendi essent vitam cœlibem servare, vel fidelibus aufferre, quod in remedium concupiscentiæ, & infirmitatis ipsis conceditur, scilicet matrimonium.

Quamobrem putârim, tunc suffecturum, si 11 antiquas ecclesiæ leges servent, quantum possunt adhibendo scilicet testes, quibus in foro externo possit constare de matrimonio inito inter fideles in terris infidelium, quinimò etiam instrumenta publica tenerentur conficere præmisso diligenti examine, quòd ipsis non obstet ullum canonicum impedimentum.

Quòd si in terris infidelium esset aliquis Episcopus catholicus, quem contrahentes possent 12 facilè adire, deberent coram ipso matrimonium illud contrahere, adhibitis etiam testibus licèt omissis denuntiationibus, non necessarijs in terris infidelium, quia tunc talis Episcopus, cum non adsit alius ecclesiasticus vicem gerit Parochi, imò & etiam quilibet alius Missionarius Apostolicus sive sæcularis, sive regularis, quia à sede Apostolica soler ipsis concedi pro terris infidelium jurisdictio parochialis. Licèt

hæc probabilia sint, pertinet nihilominus ad summum Pontificem declarare de validitate talis matrimonij initi sine Parocho, vel alio sacerdote vicem gerente ipsius Parochi.

13 Quæritur quintò, an matrimonium inter hæreticos initum in locis, ubi decretum Concilij Tridentini jam fuerat promulgatum, & receptum, & ubi etiam adest Parochus catholicus, qui possit matrimonio assistere, sine Parocho, & testibus, sed tantùm coram prædicante, seu ministro hæretico sit validum? Respondet Layman *lib. 4. tract. 10. p. 2. c. 4 num. 7.* hæreticos validè coram prædicante, vel etiam sine prædicante matrimonium contrahere, eò quia cùm in iis locis rerum status ita sit constitutus, ut decretum Tridentini servari non possit, non rationabiliter est credendum, libertatem matrimonij validè contrahendi impeditam esse. Et addit Layman, quòd licèt in civitatibus Germaniæ, in quibus Lutherani cum catholicis permixti vivunt, ut Augustæ Vindelicorum, revera cives Augustani in spiritualibus subsint Episcopo Augustano, ut etiam Parocho, non tamen existimandum est, summorum Pontificum voluntatem esse, ut decretum Tridentini se extendat ad eorum matrimonia inita sine legitimo Parocho: siquidem inde plura orirentur incommoda, si eorum filij legitimè nati non essent, nec capaces officiorum, dignitatum, ac sacrorum Ordinum.

14 Huic sententiæ videtur etiam adhærere Tannerus *tom. 4. disp. 8. q. 3. dub 9. num. 122.* ubi de matrimoniis hæreticorum sic habet: In locis per Germaniam ubi Concilium Tridentinum fuit promulgatum, & hæretici impunè inter catholicos tolerantur, nec dum quidem invalida censeri à Doctoribus, quamvis sine Parocho contrahantur propter tacitam dispensationem Pontificis, qui sciens ejusmodi matrimonia non contradicit, neque illa declarat irrita.

15 Plures alij hoc idem docent contra Busenbaum *in medul. theol. moral. lib. 6. tract. 6. c. 3. dub. 2.* ubi ait, sacram Cardinalium congregationem circa matrimonia in locis hæreticorum contracta, hæc declarâsse. Primò ubi hoc decretum Concilij nondum publicatum est, ut in Saxonia, & Anglia valere matrimonium contractum sine forma præscripta in decreto Concilij. Et quòd publicatio decreti facta præsumatur, si id aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilij fuit observatum.

16 Secundò, hæreticos, in quorum Parochia dictum decretum fuit publicatum, ut in Hollandia, Frisia, & aliis finitimis Provinciis, quæ nunc inhabitantur ab hæreticis, teneri formam præscriptam servare juxta decretum Concilij, adeò ut eorum matrimonia inita sine tali forma Concilij, quamvis coram ministro hæretico, vel Magistratu contracta fuerint, sint nullius valoris; quamvis Layman *lib. 5. tit. 10. p. 2. c 4.* putet eam non esse mentem summorum Pontificum ob gravissima incommoda, quæ inde orirentur.

17 Tertiò si Parochia, in qua aliquando decretum Concilij fuit publicatum, & observatum, nunc proprio Parocho, & Episcopo careat, & nullus adsit, qui vices Episcopi, vel Parochi gerat, matrimonium valet absque præsentia Parochi servatâ tamen in reliquis formâ decreti Concilij, adhibitis saltem duobus testibus.

Circa hæc censerem valida matrimonia inita in ijs locis, in quibus decretum Concilij nunquam fuit publicatum & receptum, non ita tamen facilè concederem de alijs locis, in quibus decretum Concilij fuit promulgatum, & defacto etiam hodie servatur à catholicis commorantibus in ijsdem locis promiscuè cum hæreticis, ut in pluribus Germaniæ civitatibus, in quibus Episcopus adest, & etiam plures Parochi catholici: quòd enim hæretici ibi nolint servare decretum Concilij, quod fuit in tali loco promulgatum, ac receptum, & defacto servatur à catholicis, debet ipsis verti culpæ, quâ merentur pœnam: non enim hæresia debet ipsis patrocinari, nec favere: cùm enim ipsi sint baptizati, & de gremio ecclesiæ, subjiciuntur jurisdictioni ejusdem ecclesiæ, quæ cùm irritaverit contractus matrimoniales clandestinè initos inter baptizatos; non video, cur debeant censeri validi clandestini contractus hæreticorum ab ecclesia, cùm hæc invalidet generatim contractus omnes matrimoniales clandestinè initos in locis, ubi decretum Concilij fuit promulgatum, & receptum, & defacto etiam nunc servatur à catholicis illic degentibus promiscuè, cum acatholicis; cùm possint commodè, si velint servare formam præscriptam ab ecclesia, ut eam defacto servant alij concives catholici: unde si nolint eam servare, vertendum est ipsis culpæ, sicut quod nolint resipiscere, & ad fidem catholicam reverti. 18

Nihilominus si talia matrimonia contrahantur coram magistratu, ut non sint clandestina, & possint probari, & Papa id sciens, non contradicat, supponitur tacitè illa approbare; quia tunc cessat finis, ob quem Concilium Tridentinum statuit, matrimonia esse contrahenda coram Parocho, & testibus. 19

Quæritur sextò, an subsistat licentia Parochi concessa simplici sacerdoti assistendi matrimonio contra prohibitionem Episcopi, aut statuti synodalis, præsertim si in ea petenda reticeretur qualitas, ratione cujus licentia non concederetur? Respondetur, talem licentiam subsistere, nec præjudicare validitati matrimonij, dummodo in prohibitione non adsit clausula irritans, ita docent Barbosa *de potest. Episcop. allegat. 32. n. 134. & de paroch. c. 21. num 70.* Rota *decis. 750. num. 3.* apud Farinacium, Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 32. num. 2.* Probari solet ex eo, quòd *in c. 2. de matrim. contra interdict. ecclesf.* dicatur: *licèt enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est inconveniens, ut ob id solum sacramentum conjugij dissolvatur.* Hic tamen textus non videtur efficax ad probandum intentum, quia ex illo tantùm habetur, quòd ex sola prohibitione legis matrimonium non redditur irritum: non verò quòd licentia assistendi non sit irritè concessa contra prohibitionem legis, aut Episcopi: aliud enim est matrimonium in se, & aliud licentia assistendi ma- 20

Kla

trimonio : potest enim Episcopus irritare licentiam alteri concessam, non ita irritare matrimonium.

21 Ratio igitur efficax petenda est ex eo, quia Parochus habet à jure facultatem assistendi matrimonio, & etiam delegandi talem facultatem alteri simplici sacerdoti, ut liquet ex Concilio Tridentino *seß. 24. c. 1. de matrim.* ubi dicitur: *Qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi licentia*, & quia Episcopus, & Synodus non habent facultatem infrà jus commune, non possunt Parochum privare jure ipsi à Concilio concesso, imò nec coarctare talem facultatem, nec eam modificare; proinde nec possunt facere, quòd actus prohibitus sit irritus, quia prohibitio non tollit, quin proveniat à debita, & sufficienti facultate.

22 Quia verò usus talis facultatis subordinatur Episcopo, potest hic irritare actum illius, seu licentiam alteri concessam, quamobrem quoties adest facultas ponendi actum; & supervenit prohibitio, sive per præceptum superioris, sive per legem, sine clausula irritante, actus tenet, ut docet Glossa *in clement. 1. V. inhibentes de jure patron.* Hinc sacra Congregatio declaravit, matrimonium esse validum, cui de licentia Parochi contra prohibitionem Episcopi simplex sacerdos interfuit; & validam etiam fuisse licentiam datam à Parocho contra prohibitionem Episcopi, ut habetur *in declarat. ex bibliotech. Bellarm. 1. sect. 24.* ibi: *Si Episcopus prohibet, suspendit, tollit jurisdictionem a Parocho, ne quos jungat in matrimonium, si quos jungit, matrimonium tenet.* Et rursus *si prohibitio fiat Rectori Parochiali amovibili, si contra prohibitionem conjungit, matrimonium tenet.*

23 Quid verò dicendum sit, si in petenda tali licentia à Parocho taceatur qualitas personarum, ratione cujus facta sit prohibitio Parocho, ne pro ipsis licentiam concedat: ut si quemadmodum Concilium Tridentinum prohibet Parochis, ne assistant, aut dent facultatem assistendi matrimonio vagorum sinè licentia Episcopi: ita etiam si Episcopus, aut Synodus inhibuisset Parocho assistere, aut dare licentiam assistendi matrimonio advenarum, tametsi unus tantùm contrahentium esset advena sine licentia ejusdem Episcopi, & simplex sacerdos petens licentiam à Parocho taceret qualitatem advenarum, tunc putàrim licentiam esse nullam. Ratio est quia excluditur consensus in omne id, quod ignoratur: hinc si voluntas feratur in aliquod objectum affectum aliqua certa qualitate, si hæc qualitas ignoretur, & objectum innotescat, tunc objectum est quidem voluntarium, sed qualitas ignota est involuntaria, præsertim si per accidens sit illi adnexa, ut docet D. Thomas 1.2. *q. 6. art. 8. in corp.* siquidem voluntas, cùm sit potentia cæca, non potest amplecti, aut respuere quod ipsi non repræsentatur ab intellectu sub ratione prosecutionis, vel fugæ; quapropter non solùm ignorantia antecedens, sed etiam concomitans reddit involuntarium negativè, scilicet non voluntarium; quia quod concomitanter ignoratur, cùm non præluceat in intellectu, non potest repræsentari voluntati, quæ propterea non potest circa ipsum voluntariè se habere exercendo consensum, vel dissensum.

24 Præterea quoties qualitas quæ afficit objectum voluntatis ipsum mutat in ratione objecti, ac in ordine ad movendam voluntatem, adeò ut idem objectum modò cum una qualitate possit allicere ad sui prosecutionem; & modò cùm alia possit voluntatem avertere, tunc voluntas etiam diversimodè afficitur, quo fit, quòd ex diversitate objecti oriatur etiam diversitas actûa, secundùm speciem. Hæc autem diversitas specifica in actibus causari potest ex objecto etiam ex sola diversitate qualitatis, quâ afficiatur, sive hæc qualitas sit intrinseca objecto, sive extrinseca, & se habeat per modum circumstantiæ: siquidem circumstantiæ etiam concurrunt ad specificandum actum, ut docet D. Thomas 1. 2. *q. 18. art.* 10. Hinc licentia assistendi matrimonio in casu proposito est longè diversa in ratione objecti, & in ordine ad voluntatem, & specificationem actuum ejusdem, quando consideratur nuda, & secundùm se; ac quando consideratur, ut connexa cum prohibitione, & in ordine ad personas, pro quibus prohibetur concedi: sive enim prohibitio consideretur in ratione qualitatis intrinsecæ, sive circumstantiæ extrinsecæ objecti, semper tamen ita illud variat, ut faciat de licito illicitum. Hinc si simplex sacerdos in petenda à Parocho licentia assistendi matrimonio reticeat qualitatem personæ contrahentis, ratione cujus prohibetur Parocho eam concedere, tunc licentia à Parocho concessa non se extenderet ad tales personas, pro quibus prohibetur Parocho illam concedere, consequenter licentia esset nulla, quia involuntaria ratione ignorantiæ antecedentis, & defectu consensus: cùm enim qualitas personarum sit omnino ignorata, est etiam ignorata licentia, quatenus stat sub ipsa qualitate, quia Parochus ratione prohibitionis sibi factæ nunquam intenderet consentire in similem licentiam: non enim potest consensus extendi ad personas affectas qualitate ignorata, præsertim si qualitas se habeat per modum objecti, & sit ratio, cur non debeat licentia concedi; non enim voluntas trahitur ad id, quod ignorat *l. si per errorem ff. de jurisdic. om. judic.* & *l. nec ignorans ff. de donation.* Idque etiam ex eo potest firmari, quia eatenus sacerdos reticet qualitatem personæ contrahentis, quia scit, esse Parocho prohibitum assistere matrimonio talis personæ, proinde scit, non posse simplici sacerdoti dare licentiam assistendi matrimonio ejusdem personæ: hinc petitio est dolosa; proinde nunquam potest operari, ut consensus Parochi ad ipsam trahatur.

25 Juvat observare, quòd si dolus, quo obtinetur talis licentia, versetur circa substantiam, vel causam finalem negandi similem licentiam, tunc obtenta licentia est nulla, consequenter matrimonium irritum: secus si dolus versetur tantùm circa causam impulsivam, ut rectè notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 39. n. 14.* ubi ait, quòd

quòd si quis falso nomine alicujus Magnetis, vel Principis petat à Parocho, ut concedat licentiam certo simplici sacerdoti assistendi tali matrimonio, quamvis verum non sit, quòd Princeps petat ipse talem licentiam à Parocho, adhuc licentia dolo, & mendacio extorta sit valida; quæ sententia mihi videtur rationi consona, quia regulariter non est præsumendum, Parochum velle suam licentiam esse nullam, si allegata sint falsa: non enim videtur rationi consonum, ut mens Parochi concedentis licentiam sit talis, ut velit eam esse irritam, & matrimonium nullum, si verum non fuerit, quòd Princeps petierit talem licentiam: siquidem plura inde sequerentur gravissima damna, quia passim matrimonia inita, & fortassis jam consummata irritarentur, eò quia postea innotescat Parocho, Principem non petiisse talem licentiam: non enim est rationi consonum, ut Parochus potiùs velit sequi gravissima illa damna etiam cum detrimento animarum, quàm ut licentia ab ipso data non sit valida, eò quia fuerit dolo extorta circa causam solam impulsivam. Secus autem esset dicendum, si dolus, & mendacium esset circa substantiam, & causam finalem.

26 Quæritur septimò, an sacerdos, qui communiter reputatur Parochus licèt sine titulo, eò quia à Principio fuit intrusus, validè assistat matrimonio? Respondetur, communiorem sententiam asserere, non assistere validè matrimonio, quia Parochus intrusus in beneficium sine titulo à legitimo superiore concesso revera non est Parochus, proinde non valet matrimonium, cui ipse assistit, quia decretum Concilii Tridentini ad valorem matrimonij exigit assistentiam proprij Parochi contrahentium: & Parochus ita intrusus, revera non est Parochus: & in ipso etiam deficit titulus coloratus, quem jus requirit, ut gesta ab inhabili valida reputentur. Nihilominus si communis error populi crederet, illum Parochum, & sufficientem, ut validè assistat matrimonio juxta decretum Concilij, tunc valdè probabile putârim, matrimonium cum tali assistentia Parochi initum, suum sortiri valorem, quia quando adest communis error, tametsi nullus præcesserit titulus à superiore collatus, viget tunc ratio adæquata, per quam jus commune disponit valida esse gesta ab inhabili carente prædicto titulo, circa quem versatur communis error: siquidem tota, & adæquata ratio, cur jure voluerint valida esse gesta ab inhabili, quando cum errore communi collatus est titulus à superiore, quamvis irritus, alia non est, quàm ipsum bonum commune exigens talem dispositionem ad vitanda plura gravissima damna, quæ inde sequerentur: hæc autem adæquata ratio viget, quando error est communis, tametsi collatus non sit titulus à superiore.

27 Huic sententiæ adhærent Pontius, Escobar, Leander *de sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 5. q. 81.* Jus enim ab vitanda scandala, & gravia inconvenientia, quæ ex nullitate actuum oriuntur, tribuit potestatem ijs, qui communiter censentur eam habere: quinimò id etiam procedit quamvis à contrahentibus inhabilitas cognosceretur; dummodo alij communiter censerent, talem sacerdotem habere illam jurisdictionem: ratio est, quia singularis scientia non impedit communem errorem, ratione cujus jura concedunt jurisdictionem etiam inhabili *argum. l. nam de ea. ff. de ll.* ut notat Guttierez *de matrim. c. 62. n. 26.*

Quæritur octavò, an Parochus, si fuerit excommunicatus, & non toleratus, validè assistat matrimonio? Respondent plures, talem assistentiam fore invalidam, eò quia actus, qui exercentur eb excommunicato non tolerato ratione publici officij, sunt nulli, ut docent speciatim Sylvester *V. excommunicatio. 3. n. 2. & sequent.* & Navarrus *c. 27. n. 36. ad 6.* & cùm Parochus ratione publici officij assistat matrimonio, talis assistentia est nulla, cùm supponatur excommunicatus non toleratus, consequenter matrimonium est irritum. Nihilominus putârim, contrariam sententiam valde probabilem, nimirum talem assistentiam esse validam, proinde matrimonium valere, quia assistentia Parochi non est actus Ordinis, quia Parochus non est minister matrimonij; neque talis assistentia est actus jurisdictionis, ut fusè probat Sanchez *lib. 3 de matrim. disp. 1.* sed tantùm est necessaria, ut matrimonium contrahatur coram facie ecclesiæ ad eum finem, ut probari possit ab ecclesia, nec possint contrahentes postea adducere, quòd non contraxerint: unde sufficit, si Parochus constitutus in dignitate Parochi assistat tali matrimonio cum duobus, vel tribus testibus, neque obest excommunicatio, quia hæc non aufert à Parocho characterem, & potestatem Ordinis, sed tantùm licitum usum talis facultatis: neque privet ipsum dignitate Parochi, ut supponitur, proinde excommunicatio non impedit, cur talis assistentia valida sit. 28

Quinimò posse Parochum excommunicatum non toleratum validè dare licentiam assistendi matrimonio docet Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 21. n. 7.* Non tamen talis Parochus assistens matrimonio excusaretur à culpa gravi, quia licèt validè, illicitè tamen assisteret; putat tamen Sanchez *de matrim. tom 1. lib. 3. disp. 21. num. 8.* tale peccatum non excedere culpam venialem, eò quia sit in nullius præjudicium, & res parvi momenti. Quin immo Suarez *de censur. disp. 11. sect. 1. num. 24.* ait nullum peccatum committere Parochum excommunicatum, si necessitas urgeret, ut si in articulo mortis vocaretur ad assistendum matrimonio. Verùm in hisce casibus consultius forsan foret, si Parochus præsertim excommunicatus non toleratus licentiam daret alteri sacerdoti, ut vice ipsius matrimonio assisteret: quia hanc licentiam potest Parochus dare, cùm ejus collatio non sit actus jurisdictionis: non enim est institutio judicis, sed tantùm quædam designatio spectatoris matrimonij, ut possit de eo testificari, facta ex ordinatione Tridentini, quia sacerdos supposita tali designatione accipit ab ipso Concilio pote- 29

potestatem ad id, non verò à Parocho, qoia supposita designatione sacerdos qualificatur à Tridentino in ordine ad assistendum matrimonio, sicut & ipse Parochus: quamobrem collatio talis facultatis, seu licentiæ non est actus potestatis Parochi, ut talis, sed authoritatis à Tridentino annexæ officio Parochi, ut si ipse aliquo detineatur impedimento, possit licentiam alteri sacerdoti concedere assistendi matrimonio, ut contrahatur in facie ecclesiæ.

30 Quæritur nonò, an Parochus non sacerdos validè assistat matrimonio, immo possit etiam alteri concedere facultatem assistendi? Respondetur, Parochum non sacerdotem validè assistere matrimonio. Ratio est, quia decretum Tridentini solùm exigit ad valorem Sacramenti assistentiam proprij Parochi: sed quamvis hic non sit sacerdos, adhuc potest esse verus, ac proprius Parochus contrahentium, & authoritatem Parochi habere, proinde ex decreto Tridentini contrahentes validè coram ipso matrimonium celebrant: & Basilius Pontius *lib. 5. de matrim. c. 17. num. 1.* adfert declarationem Cardinalium, quâ talis assistentia declaratur valida, eò quia Parochus licèt nondum sacerdos, adhuc sit proprius Parochus contrahentium. Hinc potest etiam Parochus non sacerdos concedere alteri sacerdoti facultatem assistendi tali matrimonio, quia habet authoritatem sibi à Concilio Tridentino datam concedendi similem licentiam nomine ejusdem Concilij, adeò ut sacerdos potiùs à Concilio tunc accipiat hanc facultatem assistendi mediante designatione de se facta à Parocho non sacerdote. Immo probabile est, hanc facultatem posse etiam dari à Parocho non proprietario, sed amovibili ad nutum Episcopi, ut docent Sancius *lib. 3. disp. 31.* Henriquez, & alij: quia pro toto illo tempore, quo non removetur ab officio Parochi, revera est Parochus, quamvis delegatus, proinde potest talem licentiam dare alteri sacerdoti, quia ex decreto Tridentini sufficit ad validitatem matrimonij licentia Parochi.

31 Neque obstat, si dicas, Delegatum non posse jurisdictionem subdelegare; siquidem concedere talem licentiam non est subdelegare jurisdictionem, non enim assistere matrimonio est actus jurisdictionis. Præterea ut notat Hurtadus *de matrim. disp. 5. diffic. 10. num. 34. & sequent.* quamvis delegatus non possit jurisdictionem ad omnem causam sibi delegatam subdelegare; potest nihilominus ad unam, vel alteram, consequenter ad assistendum matrimonio.

32 Quæritur decimò, an ad validitatem matrimonij sufficiat etiam licentia à Parocho per vim, & metum extorta? Respondetur affirmativè cum communiori sententia, quam docent Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 23.* Coninck *disp. 27. dub. 3. num. 29.* Hurtadus *disp. 5. diffic. 21. num. 39.* Perez *de matrim. disp. 41. sect. 5. num. 2.* siquidem contractus locativi, in quibus nil rependitur, cujusmodi sunt simplex promissio, vel donatio, tametsi fuerint metu extorti, nihilominus validi sunt jure naturæ, & jure positivo, quia sunt simpliciter voluntarij, & tantùm secundùm quid involuntarij, qui enim metu coactus consentit, dicitur absolutè voluntariè consentire, eò quia omnibus etiam maturè discussis adhuc vult. Tum quia in hisce contractibus adhuc reperitur titulus justus; etenim in contractu donationis titulus legitimus est ipse titulus donationis, qui solùm importat liberalem donationem nullo pretio recepto: & dicitur titulus justus, eò quia jus illi non resistat, nec eum annullet.

Hinc validum est matrimonium, quando testes, & Parochus dolo vocati, aut vi adducti, vel etiam contra eorum voluntatem violenter detenti assistunt matrimonio, & intelligunt consensum contrahentium: quinimò, quamvis Parochus tunc invitus assistens affectaret non intelligere, & propterea aures obduraret, & oculos clauderet, ne quidquam audiret, vel videret de iis, quæ à contrahentibus aguntur, adhuc matrimonium esset validum: quia eo ipso, quòd Parochus affectat non intelligere, supponitur priùs admonitus, ut matrimonio assistat, proinde non potest ignorare consensum contrahentium; proinde potest esse testis talis consensus apud ecclesiam. 33

Quæritur undecimò, an Parochus licitè assistat matrimonio, quod contrahitur extra limites propriæ Parochiæ? Respondent plures præsertim Pontius *de matrim. lib. 5. c. 16. n. 11.* Coninck *disp. 27. dub. 2. num. 19.* Henriquez *lib. 11. c. 13. num. 2.* Parochum extra propriam Parochiam non assistere licitè matrimonio, eò quia non possit sponsos benedicere, consequenter neque eorum matrimonio assistere. Nihilominus contraria sententia citra scandalo videtur probabilior, quam docent Segura Davalos *direct. judic. eccles. 2. p. c. 15. num. 49.* Guttierez *c. 62. num. 6.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 89.* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 19. num. 18. & sequent.* quia nullibi prohibetur Parocho assistere matrimonio etiam extra limites propriæ Parochiæ; proinde talis assistentia gratis asseritur illicita: neque obstat, quòd Parochus extra propriam parochiam non possit benedicere sponsos ex Concilio Tridentino *sess. 6. c. 5. & 24. & sess. 1. de refor.* quia ex inde non sequitur, quòd non possit assistere, sed tantùm, quòd non possit benedicere: atqui assistentia magis urget, quàm benedictio solemnis; proinde poterit Parochus extra propriam parochiam nonnunquam assistere matrimonio, quamvis non benedicat sponsos, quinimò Diana *loc. cit.* & Guttierez *c. 62. de matr. num. 10.* addunt etiam delegatum posse assistere matrimonio extra parochiam committentis, sicut potest ipse committens; quia ex nullo textu id evincitur prohibitum. Putarim tamen, id procedere, quando contrahentes sunt sub jurisdictione Parochi assistentis eorum matrimonio extra propriam Parochiam. 34

Quæritur duodecimò, quotnam testes ad valorem matrimonij præter Parochum requirantur? Respondetur sufficere duos, coram quibus contrahatur, & unum non esse sufficien- 35

tem, quia Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* expressè irritat matrimonium, si non fuerit contractum coram Parocho, vel sacerdote de ejus licentiâ, & duobus, vel tribus testibus præsentibus: & quando statutum exigit ad certum actum duo personarum genera, tunc persona unius generis non potest vicem utriusque gerere, quapropter cum Concilium statuerit, ut matrimonium ineatur coram Presbytero, & duobus, vel tribus testibus, alioquin sit invalidum, tunc Presbyter non potest esse unus ex testibus, sed numerandus est seorsim à testibus, adeò ut præter sacerdotem adhuc ad minimum requirantur duo testes. An verò debeant hujusmodi testes esse rogati, respondetur negativè, quia hujusmodi qualitas, non requiritur à Concilio, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 41. num. 7.* quinimò sufficiunt etiam inviti, seu vi detenti, ut matrimonium sit validum, quamvis testes repugnantes eidem interfint, dummodo percipiant mutuum contrahentium consensum: quinimo eò ipso, quòd ad eum finem ab utroque sponso violenter detinentur, ut assistant matrimonio; sufficienter supponuntur scire, sponsos tunc assentiri matrimonio.

36 An verò sic contrahentes coram Parocho, & testibus coactis peccent. Respondent, plures peccare ratione Parochi coacti, eò quia gravem injuriam ipsi inferant, ut ministro ecclesiæ ab ipsa deputato ad authorizandum matrimonium, quapropter contrahentes dicuntur peccare graviter contra religionem, & contra dullam sacramenti. Quòd si gravis necessitas urgeret contrahendi tale matrimonium, & absque justa causâ nollet Parochus assistere, tunc possent contrahentes excusari à peccato, si dolosâ æquivocatione vocarent Parochum, & coram ipso absque alia violentia statim contraherent.

37 Cæterum violentia, quæ infertur Parocho est etiam contra justitiam, proinde juxta mensuram violentiæ peccatur etiam contra justitiam. Quod vèrò ad testes attinet communis sententia est contrahentes coram testibus coactis, vel dolo adductis non peccare graviter contra religionem, sed tantùm venialiter, eò quia testes non gerant vices ecclesiæ, nec authoritatem nomine ipsius præstent matrimonio, sed duntaxat simplex obeunt ministerium testium, quod præstare possunt, tametsi violenter detineantur: non tamen contrahentes excusarentur à peccato veniali contra religionem ob non servatam debitam reverentiam sacramento. Contra justitiam etiam peccarent juxta mensuram violentiæ illatæ testibus.

38 Quæritur tertio decimò, an testes assistentes matrimonio debeant esse omni exceptione majores, ut matrimonium sit validum? Ratio dubitandi est, quia Concilium exigit eorum præsentiam, ut de matrimonio constet ex eorum testimonio: & testes qui non sunt omni exceptione majores, non plenè probant, eò quia sint minus idonei, & persæpe à testimonio dicendo etiam repelluntur, ut sunt infames, & notati alio vitio, quapropter, ut satisfiat fini Concilij, videtur dicendum debere testes esse omni exceptione majores, adeò ut ipsis nil possit opponi in ordine ad testificandum? Respondetur, communem sententiam docere, non esse necesse, tales testes esse omni exceptione majores, quia isti nonnunquam difficulter inveniuntur, etsi requirerentur, daretur occasio gravioribus damnis, & litibus, quæ ab ecclesia potiùs impediuntur. Tum quia Concilium Tridentinum non exigit hujusmodi testes omni exceptione majores, proinde nec nos debemus illos requirere: alioquin in quovis matrimonio possent semper oriri difficultates circa testes, an sint omni exceptione majores, nec ne, hinc orirentur dissidia, & lites cum animarū detrimento, quod ecclesia nunquam intendit: cùm igitur hoc jus exigendi testes sit odiosum, non debet ampliari ultra ea, quæ habentur in Tridentino, sed restringendum ad illa, quæ ibi tantùm exprimuntur.

Hinc etiam ad constituendum procuratorem pro matrimonio ineundo, non requiruntur aliæ qualitates in persona deligenda, quàm quæ requiruntur à jure naturali, ut possit explicare consensum nomine alterius, scilicet usus rationis; quia tametsi in Procuratore in ordine ad negotia agenda requiratur ætas viginti quinque annorum: non ita in Procuratore ad matrimonium; & ratio discriminis est, quia Procurator ad alia negotia debet in judicio ea agere, proinde debet eam habere ætatem, quam jura exigunt: secus in procuratore ad matrimonium judicium tantùm est inter contrahentes, & contractus inter consentientes; proinde quælibet ætas in procuratore videtur idonea, dummodo sit capax consensûs. 39

Tum quia in procuratore ad matrimonium non requiritur industria personæ; sed tantùm quòd explicet consensum absentis: secus in Procuratore ad judicia, cùm requiratur industria personæ, requiritur etiam certa ætas à jure constituta. Tum quia si puer quatuordecim annorum potest matrimonium contrahere, consequenter sufficienter exprimere suū consensum potest etiam alterius consensum exprimere; proinde agere ejus procuratorē in matrimonio. Demum quia contractus matrimonij est cæteris favorabilior, proinde non debet impediri ob ætatem Procuratoris, si per ipsum ineatur, nisi in jure exprimatur, quòd talis Procurator non sit idoneus: atqui nullibi in jure excluduntur puberes à matrimonio ineundo nomine alterius, consequenter, nec nos debemus eos excludere. 40

Quæritur quarto decimò, an excommunicatus vitandus possit esse testis in causis matrimonialibus? Respondent plures, excommunicatum vitandum non posse licitè ferre testimonium, eò quia prohibita sit cum ipso communicatio. In causis tamen fidei potest excommunicatus etiam licitè esse testis, quia cùm causa fidei sit gravissima, solet etiam excommunicatus admitti. Neque obstat, quòd assistentia Parochi excommunicati etiam non tolerati possit 41

possit adhiberi, quia est discrimen inter Parochum, & testes, quia Parochus matrimonio assistens non est testis deponens, sed tantùm inspiciens; inspicere autem matrimonium, & illi præsentem esse, ut postea testificari possit, non repugnat excommunicato etiam vitando.

42 Quæritur quintodecimò, an Parochus assistens matrimonio teneatur sub mortali interrogare sponsos de mutuo consensu, & eo audito eos benedicere ac conjungere, ac proferre illa verba: *Ego vos conjungo in nomine Patris*, &c. Respondetur ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. c. 1.* teneri Parochum assistentem matrimonio, utrúmque sponsum interrogare de mutuo consensu, antequam contrahant, an scilicet liberè consentiant. Quòd si Parochus esset certus de utriusque conjugis mutuo consensu, putant plures non peccaturum graviter, si omitteret illam interrogationem, eò quia jam esset assecutus finem, quem per ipsam intendit Concilium Tridentinum, est enim finis talis interrogationis, ut Parochus certus fiat de mutuo, ac libero utriusque contrahentis consensu: & hæc sententia mihi videtur valde probabilis, dummodo certitudo non solùm esset moralis, sed etiam physica, eò quia paulò ante audierat à sponsa se velle nubere tali sponso, & similiter à sponso se velle ducere talem sponsam, quia tunc Parochus est assecutus finem, quem intendit Concilium, & potest semper testificari, conjuges liberè consensisse in matrimonium: quia verò Tridentinum exigit talem ordinem, ut nimirum fideles ante contractum immediatè interrogentur à Parocho, ideo si hic non servet talem ordinem præscriptum ab Ecclesia, non excusatur à culpa saltem veniali, ut notat Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 38. n. 8.* & Conink *de Sacrament. disp. 27. dub. 8. conclus. 4. n. 74.*

43 Præterea post interrogationem debet Parochus audito utriusque contrahentis consensu, eos conjungere, ac proferre verba illa: *Ego vos conjungo in nomine Patris, &c.* vel etiam potest proferre similia verba habentia eundem sensum juxta Provinciæ consuetudinem: an verò si Parochus præfata verba omitteret, graviter peccaret, aliqui affirmant, quia talia verba sunt saltem de necessitate præcepti obligantis sub mortali, utpote de re gravi. Alij verò, inter quos Guttierez *de matrim. c. 69. n. 16.* Sanchez *tom. 3. lib. 8. disp. 38. n. 7.* Conink *de sacrament. disp. 27. dub. 4. n. 45.* censent, Parochum non peccaturum lethaliter, si post auditum utriusque contrahentis consensum non proferret præfata verba, eò quia non sint de necessitate Sacramenti, nec pertineant ad ejus materiam, & formam. Verùm quia Parochus tunc ageret contra præceptum, & consuetudinem ecclesiæ in re gravi, vix esset excusandus à culpa gravi.

44 Quæritur sextodecimò, an matrimonium initum coram Parocho, & testibus validum sit, si Parochus, & testes non intelligant idioma, quo loquuntur contrahentes, ut si Venetijs, vel Liburni in Italia ex Africa, vel alijs partibus vellent sponsi illuc appulsi matrimonium contrahere, & Parochus, ac testes nonnisi per interpretem intelligerent eorundem consensum. Ratio dubitandi est, quia eatenus ecclesia requirit præsentiam Parochi, & testium, ut hi possint ecclesiam certam reddere de matrimonio inito: sin autem Parochus, & testes non nisi per interpretem intelligant, quid contrahentes dixerint, non possunt illi esse certi, quòd revera consenserint, cùm non intellexerint, quid dixerint; neq; propterea possunt ecclesiam certam reddere de contrahentium consensu. Tum quia inde pateret aditus innumeris fermè litibus, si enim alter ex contrahentibus diceret interpretem fuisse mentitum, tunc interpreti etiam juranti non esset fides adhibenda: siquidem interpreti in dubijs non adhibetur fides, quamvis contrahens non producat alios testes; ut docent plures. Præterea quia interpres tunc est tantùm unus testis, cui non creditur *l. jusjur. C. de testib.* Tum quia interest interpretis, tunc existimari, se verum dixisse; proinde agitur etiam de sua causa propria, in quá non potest esse testis *l. nullus ff. de testib.* & *l. omnibus C. eod.*

Neque Parochus tunc potest esse testis, nec 45
affirmare se scire, nec se audivisse, sed tantùm in tali casu potest esse testis ex auditu alieno, cujus testimonium ex regula generali non admittitur *c. licet ex quadam.* Tum quia ex regula generali testis debet deponere de his, quæ novit, & quibus præsens fuit; proinde de ijs, quæ audivit per proprium sensum, non per sensum alterius *c. testes 3. q. 9.* Nihilominus communior sententia asserit, tale matrimonium esse validum, ut docet Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. n. 3.* Ratio est, quia contrahentes utpote exteri sufficienter suos explicant consensus per interpretem, tametsi unus non intelligat idioma alterius; proinde possunt etiam proprios consensus sufficienter per interpretem explicare Parocho, & testibus: siquidem quod est sufficiens signum, quo contrahentes possunt percipere mutuum consensum, est etiam sufficiens signum, quo Parochus, & testes possunt de illo testificari. Tum quia Concilium Tridentinum non exigit majorem notitiam consensus in Parocho assistente, vel in alijs testibus coram ipsis contrahentibus. Tum quia si in alijs contractibus civilibus, & humanis sufficit interpres ad eorundem probationem; non est, cur etiam non debeat sufficere in contractu matrimoniali; cùm Tridentinum, licèt in contractu matrimoniali correxerit jus commune, non expresè exigat, ut testes per se ipsos, & non per interpretem debeant intelligere consensus contrahentium: & quia decretum Tridentini, cùm corrigat jus commune, est odiosum, non debet ampliari ultra casus quæ in ipso expressè habentur.

Quamobrem hæc sententia mihi videtur 46
probabilior, ac eidem adhærendum, præsertim cùm faveat matrimonio. Neque fundamenta, quibus nititur contraria sententia, videntur magni momenti, quia interpres tunc non

non gerit vices testis, nec personæ distinctæ à contrahentibus, sed constituit unam personam cum ipso contrahente, & exprimit ipsius consensum ex ejus voluntate, ac mandato, adeò ut interpres loquatur in contrahente, seu nomine ipsius, & contrahens in interprete tanquam in instrumento, quo manifestat suum consensum: unde Parochus, & alij testes possunt absolutè testificari de consensu talium contrahentium, tametsi nonnisi per interpretem eorum consensus audiant. Neque obstat, quòd inde possit aditus patere ad lites, quia id nonnisi per accidens se habet. Neque verum est, quod in tali casu Parochus, & testes sint testes de auditu alieno, quia cùm interpres non fungatur munere testis, sed sit velnti vox ipsorum contrahentium, & tantùm sit medinm, *quo* contrahentes se explicant: ideo interpres tunc non tollit, quin Parochus, & testes possint testificari de auditu proprio, & immediato, quia medium *quo* non tollit immediationem; sicut potentia visiva licèt nonnisi media specie impressa videat objectum, non tamen per hoc tollitur, quòd illud non videat immediatè, quia talis species se habet ut madium *quo*, non verò ut *quod*.

47 Tum quia si contrahentes Parocho, & testibus exprimerent mutuum consensum tantùm per scripturam, & non propria voce, adhuc Parochus, & testes essent testes de proprio consensu; eò quia scriptura sit vicaria vocis contrahentium, quam repræsentat, & proinde tale matrimoniũ suũ sortiretur valorem: ergo etiam quando contrahentes exprimunt mutuum consensum media voce interpretis ad eum finem ab ipsis electi. Tum quia vox interpretis, perinde est vicaria vocis contrahentium, & illam repræsentat, sicut scriptura in ordine ad manifestandum alteri conceptum mentis; ideò tale matrimonium censendum est validum.

48 Quæritur decimo septimò, an matrimonium initum coram Parocho, & duobus testibus dicatur clandestinum quoad pœnas ejus incurrendas, si prævię omittantur denuntiationes. Sex modis, ut notat Hostiensis *in summa tit. de clandest. despons. n. 1.* potest matrimonium dici clandestinum. Primò, si contrahatur sine testibus. Secundò, si consummetur ante nuptiales benedictiones. Tertiò, si contra fidem priorum sponsaliorum alia ducatur uxor. Quartò, si ante legitimam ætatem matrimonium ineatur. Quintò, si contrahatur tempore, quo nuptiarum solemnitas prohibetur ab ecclesia. Sextò, quando omissis denuntiationibus matrimonium contrahitur. Alij verò tres tantùm assignant modos contrahendi clandestinè matrimoninm. Primò, si sine testibus contrahatur. Secundò, si sine denuntiationibus. Tertiò, si absque debitis solemnitatibus, seu sine consanguineorum notitia *c. aliter 30. q. 5.* & docet Glossa *c. fin. V. clandestina de clan. despons.* Lancellottus *instit. juris canonici lib. 2. tit. de clandest. despons. init.* Alij meliùs, & rationi conformius, duas tantùm assignant matrimonij clandestini species, eò quia clandestinum sit, quod clam fit, proinde matrimonium est clandestinum, in quo vel testes deficiunt, ac propterea clam initur: aut denuntiationes non præmittuntur: quæ ab ecclesia desiderantur ad perfectam illius publicationem: & hæc sententia est cæteris præferanda, adeo ut duæ tantùm sint species matrimonij clandestini, quarum una sit, in qua desunt testes; & alia, in qua non præmittuntur denuntiationes: si enim reliquæ solemnitates omittantur, non clandestinum, sed minus solemne dicitur matrimonium, ut notat Goffredus *sum. tit. de clandest. despons. n. 1.*

Ut autem satisfiat quæsito, certum est, quòd si denuntiationes justè omittantur ex Ordinarij licentia, ut permittit Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* non incurri pœnas matrimonij clandestini, quia tunc matrimonium sine culpa contrahitur, & ubi culpa abest, pœna non adest *regula sine culpa 23. de reg. jur. in 6.* Tum quia in *c. fin. de clandest. despons.* §. *si quis* hujusmodi pœnæ statuuntur contra præsumentes clam contrahere, ibi, *si quis verò hujusmodi matrimonia clandestina inire præsumpserit:* atqui is dicitur præsumere, qui ex certa sententia agit contra jus, ut docent communiter Canonistæ in *c. Illud de majorit. & obed.* & ubi justè denuntiationes omittuntur, nil contra jus fit. 49

Difficultas major est, an quando sine licentia Ordinarij, & illicitè omittuntur denuntiationes, sit dicendum matrimonium clandestinum quoad pœnas ejus incurrendas, si contrahatur coram Parocho, & duobus testibus. Ratio dubitandi est, quia eo ipso, quòd contrahitur coram Parocho, & testibus, celebratur in facie ecclesiæ, quia Parochus est persona publica, & testes assistunt nomine ecclesiæ. Tum quia eatenus matrimonia clandestina dicuntur talia, & prohibentur ab ecclesia, quia cùm huic non constiterit de ijsdem, nec poterat judicare de ijs, nec detegere impedimenta, si quæ erant: eo autem ipso, quòd matrimonium contrahitur coram Parocho &, duobus testibus, potest ecclesia de illo judicare, an aliquod impedimentum inter contrahentes subsit, & an revera fuerit initum. Tertiò, quia odia restringi debent *reg. odia de regul. jur. in 6.* adeò ut verba legis pœnalis sint proprijssimè usurpanda: atqui ex omissione denuntiationum nonnisi impropriè dicitur matrimonium clandestinum, non enim clam fit, quod potest testibus probari, proinde ex sola omissione denuntiationum non incurruntur pœnæ matrimonij clandestini, ut notat Barbosa *lib. 1. p. 4. n. 39. ff. solut. matrim.* 50

Respondetur, nihilominus probabilius esse, tale matrimonium, in quo illicitè omittuntur prævię denuntiationes juxta formam præscriptam à Concilio Tridentino esse clandestinum quoad pœnas incurrendas; ratio est, quia spectato Concilio Generali Lateranensi, quod habetur, in *c. fin. de clandest. despons.* hoc erat matrimonium clandestinum quoad pœnas incurrendas; etenim cum textus præmisisset denuntiationes anta matrimonium esse faciendas, eò quòd ecclesia detestetur matrimonia clandestina, 51

stina, postea subdit. *Si quis verò hujusmodi matrimonia clandestina, seu interdicta inire præsumpserit*, ubi textus vocat clandestina ea matrimonia, in quibus denuntiationes non præmittuntur, & subdit, ita contrahentes incurrere pœnas matrimonij clandestini: atqui à jure veteri non est recedendum, nisi expressè per jus novum corrigatur *l. præcipuus C. de appell.* quia quod non mutatur, non est, cur stare prohibeatur, *l. Sancimus C. de testam.* ergo cùm Tridentinum non corrigat jus antiquum in Concilio Generali Lateranensi, standum est tali juri, & dicendum, matrimonium initum non præmissis denuntiationibus esse clandestinum quoad pœnas incurrendas. Quinimò tantùm abest, quòd Concilium Tridentinum correxerit jus antiquum, ut potiùs matrimonia clandestina irritaverit, & dicat se inhærere vestigijs ejusdem Concilij Generalis Lateranensis; ait enim *sess. 24. c. 1. de matrim.* Sacri Concilij Lateranensis vestigijs inhærendo, præcipit Sancta Synodus, ut, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio Parocho denuntiationes fiant: unde Tridentinum eodem modo loquitur de prævijs denuntiationibus, ac Concilium Generale Lateranense, & quia Lateranense matrimonium initum sine prævijs denuntiationibus declarat clandestinum quoad pœnas incurrendas, ita etiam Tridentinum, quod propterea *eadem sess. 24. c. 5.* statuit, pœnam contrahentibus coram Parocho, & testibus absque denuntiationibus, hoc est, ut si in gradibus prohibitis ignoranter matrimonium contraxerint, spe careant dispensationis, ex quo clarè deducitur, Concilium Tridentinum noluisse corrigere pœnas huic matrimonio à Lateranensi injunctas; & eas potiùs confirmâsse.

52 Demum, quia non cessat ratio, ob quam ecclesia reputabat tale matrimonium clandestinū: erat enim ratio, quia cum non publicaretur, non detegebantur impedimenta, si fortè erant, quod enim tantùm tribus est cognitum, non dicitur publicè manifestum, & ita docent Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 1. n. 7.* Cuccus *lib. 5. Major. tit. 11. n. 69.* Guttierez *2. pract. q. 4. n. 9.* Menochius *cons. 69. n. 7. vol. 1.* Parisius *cons. 13. n. 13. vol. 2.*

53 Hinc ad primam rationem dubitandi respondetur, sine prævijs denuntiationibus matrimonium non manifestari publicè; proinde fieri potiùs clam, eò quia illicitè omittantur solemnitates requisitæ ab ecclesia.

54 Ad secundam negatur assumptum, quia non cessat ratio prohibitionis matrimonij clandestini, faciliùs enim deteguntur impedimenta, si quæ sunt, præmissis denuntiationibus requisitis ab ecclesia.

55 Ad tertiam verum esse, odia esse restringenda, dummodo tamen lex ipsa non se explicet, atqui lex in *c. fin. de clandest despons.* apertè declarat, nomine matrimonij clandestini quoad pœnas incurrendas illud intelligi, cui non præmittuntur denuntiationes.

56 Præterea regula illa, quæ odia dicuntur esse restringenda, intelligitur de lege pœnali intendente meram delicti punitionem: lex enim hujusmodi est restringenda, nec debet ampliari, sed ejus verba sunt proprijssimè usurpanda: secus si lex pœnalis sit in publicum favorem, & animarum; præsertim ad evitanda peccata debet talis lex ampliari, quia tunc favet animabus: lex enim pœnalis, si lata sit principaliter in favorem animarum est favorabilis, & extendenda ex identitate rationis, ut docent Hostiensis *c. penult. fin. qui filij sint legitimi*, & ibi Joannes Andreas *n. 5.* Ancharanus *num. 5.* Abbas *num. 5.* Henricus *num. 10.* Bartolus *authent. sacramenta puberum num. 19. c. si advers. vendit. Franeus c. 12. sciant cuncti de elect. in 6. n. 6.*

57 Quæritur decimo octavò, an pœnæ impositæ matrimonio clandestino incurrantur, si invalidè contrahatur. Diximus, & explicavimus in præcedente quæstione matrimonium initum coram Parocho, & duobus Testibus, sine tamen præviis denuntiationibus ab ecclesia requisitis esse clandestinum in ordine ad pœnas incurrendas tantùm, quia tale matrimonium est validum, si nullum occurrat impedimentum dirimens: siquidem probari potest ab ecclesia, adeò ut sit clandestinum in ordine ad pœnas incurrendas, non verò in ordine ad irritandum matrimonium. Nunc procedit quæstio, an pœnæ impositæ matrimonio clandestino etiam incurrantur, quando hoc contrahitur omnino invalidè? Observandum est, tria esse pœnarum genera: aliæ enim sunt pœnæ clandestini, quæ propriæ non sunt pœnæ, sed potiùs privilegia matrimonij juxta præscriptum ecclesiæ publicè initi, & negantur clandestino: ut, si matrimonium sit nullum, quando publicè contrahitur bona fide alterius, proles est legitima, & si non constet de impedimento conjux spoliatus, ante omnia est restituendus: hæc autem privilegia negantur matrimonio clandestino, quia sunt tantùm privilegia matrimonij putativi publicè contracti, & negantur clandestino putativo; proinde à fortiori etiam clandestino, quod est manifestè invalidum.

Aliæ sunt pœnæ, quæ respiciunt ipsos clandestinè contrahentes cujusmodi sunt excommunicatio synodalis, posse exhæredari, & puniri arbitrariè. Aliæ demum respiciunt Parochum assistentem matrimonio clandestino. Quæstio procedit de pœnis quæ respiciunt ipsos contrahentes: etenim ex Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* præcipitur ut invalidè contrahentes matrimonium sine Parocho, & testibus puniantur arbitrio Ordinarij, & procedit quæstio, an hujusmodi pœnæ præsertim excommunicatio synodalis, & exhæredatio incurrantur, quando id non exprimitur, sed absolutè imponuntur pœnæ contrahentibus clandestinè, quando tale matrimonium est invalidum. 58

Respondetur probabiliùs cum Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 2. num. 3.* hujusmodi pœnas non incurri quando, in jure non exprimuntur, sed tantùm absolutè imponuntur pœnæ, & matrimonium clandestinè initum est invalidum. Ratio est, quia semel, quòd matrimonium est invalidum, perinde se habet, ac si nun- 59

quam fuisset contractum, siquidem paria sunt, non esse, & esse nullum *l. Duo sunt Titij de test. Tut.* quod autem non est, nequit quidquam operari, quia hoc sequitur ad esse, & non entis non sunt qualitates, consequenter matrimonium quod est invalidum, nequit præstare impedimentum, unde in jure non sortitur effectum *reg. non præstat de reg. jur in 6.*

61 Tum quia verba cum effectu debent intelligi *c. Relatum de cler. non resid.* Tum quia nomine actûs regulariter solus comprehenditur actus validus, ut notat Tiraquel. *de retract. lign.* §. *1. Gloss.* 2. *num. 5.* Cùm igitur matrimonium clandestinè initum sit nullum, perinde reputatur, ac si non esset, consequenter non comprehenditur nomine matrimonij clandestini, quod subjicitur juri, vel pœnis Synodi. Rursus à paritate rationis probatur ex *l. 1. in fin. C. de sepulchro violato* ubi dicitur, quod Notarius, qui conficit instrumentum falsum, & invalidum, non sit plectendus pœnâ juris, sed puniendus pœnâ extraordinariâ: ergo à pari, qui clam contrahunt invalidè non incurrunt pœnas juris. Præterea probatur ex *l. ea quidem 5. C. si mancipium.* ibi: *Nec tamen pœna exactio, si qua addita est conditioni non servata justam exigendi tribuit causam*, ubi Glossa *V. causam* assignat rationem, quia manumissio effectu caruit, ut notat Tiraquel. *post l. connubia Gloss. 8. n. 212.* ubi infert, quòd cùm ex nihilo nihil fiat, per frustratorium factum pœnam efficacem non incurrit, etenim quod nullum est, perinde se habet, ac si non sit; & quod non est, nullum producit effectum *l. 4. §. condemnatum ff. de sent. & re judic. c. Illud de jure patron.* Tum quia cùm pœnæ impositæ matrimonio clandestino sint gravissimæ, debent intelligi de matrimonio simpliciter clandestino: & quod nullum est, non dicitur tale simpliciter, sicut contractus eo ipso, quòd est nullus, non dicitur contractus simpliciter: ergo contrahentes matrimonium clandestinè sed irritum, non incurrunt pœnas juris.

62 Limitat Barbosa *lib. 1. p. 4. num. 39. de sol. mat.* nisi matrimonium illud clandestinum irritum consummetur, eò quia tunc filia cùm peccaverit in corpus suum potest exhæredari. Verùm hæc limitatio communiter rejicitur, quia tunc non ratione matrimonij clandestini, & irriti exhæredaretur filia, sed quia peccavit in corpus suum. Præterea falsum est per unam, vel alteram copulam illicitam posse filiam exhæredari, quia in *authent. ut cum de appell. cognos.* § *aliud quoque in fin.* ut filia exhæredetur, requiritur, ut volentibus parentibus filiam honesto matrimonio collocare juxta propriam conditionem, ipsa præferat vitam luxuriosam honesto matrimonio sibi oblato, eligere autem vitam luxuriosam est meretricem agere, ut notat Molina *de justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 176.*

63 Posset in contrarium objici, quia Tridentina Synodus *sess. 24 de matrim. c. 1.* ubi irritat matrimonium clandestinũ & præcipit Ordinariis, ut graviter puniant ipsos contrahentes, adeò ut Concilium intendat punire matrimonium clandestinum, quod est sine juris effectu, & invalidum. Tum quia hodie matrimonium clandestinum est gravius delictum, siquidem olim licèt fuerit prohibitum, erat tamen validum; hodie verò est simul prohibitum, & irritum: sed graviori delicto gravior debet pœna correspondere; proinde pœnæ olim statutæ in clandestinum debent à fortiori hodie etiam vigere. Tum quia ut notat Bartolus *l. non dubium. num. 20. C. de legib.* facta contra legem habentur pro infectis, quantum ad utilitatem facientis, non verò quoad damnum, ut docet Tiraquel *de retract. lign.* §. *26. Gloss. 2. n. 8.*

Sed contra quia ex Tridentino tantùm infertur contrahentes matrimonium clandestinum esse puniendos pœna arbitraria ab Ordinario, non verò incurrere pænas præscriptas ab aliis juribus contra contrahentes matrimonia clandestina; tunc enim ante Tridentinum incurrebantur pœnæ, quando matrimonia clandestina erant valida, non verò quando contrahebantur invalidè ob impedimentum aliquod dirimens: post Tridentinum, quia omnia matrimonia clandestinè inita sunt irrita, non incurruntur à contrahentibus pœnæ jure antiquo præscriptæ, sed tantùm contrahentes puniuntur pœnâ arbitrariâ ab Ordinario, quia id exprimitur in Tridentino: & quia cætera jura id non exprimunt accipi debent in sensu favorabiliori, non enim pœnæ sunt extendendæ ultra expressionem factam in jure. 64

Ad aliud, quod addebatur, hodie matrimonium clandestinum esse gravius delictum, respondetur, id esse verum tantùm in ordine ad se, non verò in ordine ad ecclesiam, quæ cùm non intenderit punire gravitatem delicti, sed ab eo retrahere, & avertere fideles ob plura, & maxima damna, præsertim adulteria, quæ in perniciem animarum inde oriebantur, ideò gravius fuit ante Tridentinum delictum, quàm modò: quia cùm sit invalidum, non possunt, qui clandestinè contraxerunt simul cohabitare, proinde via præcluditur adulterijs, aliisque gravissimis damnis, quæ sequebantur. 65

Ad ultimum ex Bartolo respondetur, id tantùm esse verum, quando actus est nullus ob solam constitutionem eum irritantem in pœnam, & odium contrahentium: quia cum tunc contrahentes violent legem prohibentem talem actum, ideò in pœnam talis violationis contractus habetur pro infecto: secus quando contractus est nullus ob defectum solemnitatis requisitæ, adeò ut contractus præcipiatur quidem, sed ut fiat cum hac, vel illa solemnitate, ut contingit in matrimonio, quod præcipitur fieri in facie ecclesiæ. Discrimen igitur in eo consistit, quòd quando annullatio actus est pœna in odium frangentis legem inducta, tunc valet quoad damnum inferendum in odium ipsius transgressoris, ne ex suo delicto commodum reportet: quando verò actus est nullus ob defectum solemnitatis requisitæ, tunc non est pœna, sed tantùm ob bonum reipublicæ, cui expedit talem actum sine debita solemnitate fa- 66

ctum non subsistere, irritatur, sive inde commodum, sive damnum contrahentis oriatur.

67 Quæritur decimo nonò, quâ ratione potuerit Tridentina Synodus irritare matrimonia clandestina? Respondetur, dupliciter potuisse irritare, & defacto irritâsse matrimonia clandestina. Primò indirectè inhabilitando personas clandestinè contrahentes ad validum matrimonium contrahendum. Secundò directè annullando immediatè ipsum contractum humanum, quem Christus elevavit ad rationem Sacramenti, non quòd Concilium immutaverit essentiam Sacramenti, nec directè irritaverit Sacramentum: sed quia directè, & immediatè ad valorem talis contractûs humani ob bonum animarum, & ad præcavenda plura peccata, exigit, ut conditionem necessariam, ut contrahatur coram facie ecclesiæ, quæ conditio, si non servetur, contractus directè, & immediatè fit invalidus, proindè indirectè, & mediatè cesset in ipso ratio Sacramenti, eò quia Christus solùm contractum validum elevaverit ad rationem Sacramenti. Cùm enim contractus humanus sit actus hominis ordinati ad altiorem finem, necesse est, subordinetur alicui communitati, cujus homo est pars, & à qua propterea dependet quoad politicas operationes: atqui matrimonium fidelium est contractus humanus, quo unus fidelis ordinatur ad alterum in bonum spirituale totius ecclesiæ, cujus omnes fideles sunt partes, proindè talis contractus subordinatur potestati ejusdem ecclesiæ, quæ potest de illo disponere, prout consultiùs visum fuerit bono communi ejusdem ecclesiæ expedire, adeò ut possit ecclesia eidem tales conditiones adjicere ob bonum commune, ut illis non servatis contractus ille nullum sortiatur valorem: & hoc pacto ecclesia in Tridentina Synodo ad præcludendam viam adulterijs, & pluribus alijs incommodis, damnisque animarum adjecit contractui matrimonij tanquam conditionem necessariam ad ejus valorem, ut fiat coram facie ecclesiæ, à qua probari possit, quæ conditio, si non servetur, contractus est nullus, proinde cessat indirectè in eodem ratio Sacramenti.

68 Hinc ecclesia ob bonum commune ejusdem irritavit etiam plures alios contractus, ut solemnem professionem emissam in religione approbata ante 16. ætatis annum completum, ut liquet ex Tridentino *sess. 25. de Regul, c. 16.* ut etiam simoniacam beneficiorum commutationem *c. quæsitum de rer. permut.* Immo irritavit etiam matrimonia coacta, & inita inter liberum, & servam ignorata conditione servili *c. 2. de conjug. servor, c. cum locum de spons.* quamvis personæ maneant habiles ad contrahendum. Tum quia Respublica civilis ob bonum commune potest irritare contractus civiles, & defacto irritavit contractus Minorum sine authoritate Curatorum; alienationes Majoratuum, & persæpe dominij translationem, tametsi hæc solo naturæ jure spectato à solo Domini consensu dependeant: ergo etiam ecclesia ob bonum commune animarũ, & ad præcavenda adulteria potuit contractum matrimonij clandestinè initum irritare: sicut enim lex civilis irritat donationem pupilli, & impedit, ne illius voluntas sufficiat ad transferendum dominium, ita ecclesia irritans directè contractum matrimonij clandestinè initum impedit, ne mutuus contrahentium consensus sit sufficiens ad transferendum dominium corporum inter conjuges, si clandestinè præstetur: & hoc pacto etiam indirectè irritat contractũ matrimonij clandestinè initi inhabilitando personas contrahentium, & impediendo, ne eorum consensus clandestinè præstitus sufficiat ad transferendum dominium corporum inter conjuges.

Tum quia sicut in corpore naturali omnia membra influxum recipiunt à capite, ut sua possint munia obire: ita in corpore mystico ecclesiæ debent membra recipere influxũ moralem à capite in ordine ad contractus spectantes ad bonũ ecclesiæ spirituale, cujusmodi est matrimonium: hinc sicut membra naturalia sine influxu capitis naturalis sunt incapacia naturalium operationum, ita sine influxu capitis moralis fideles sunt inhabiles ad matrimonium contrahendum. 69
Tum quia sicut respublica civilis potest aliquos inhabiles efficere ad contrahendum sine certis solemnitatibus, ut defacto inhabiles efficit Prodigos, & Minores sine authoritate Tutorum: ita ecclesia inhabiles redigit ad contrahendum matrimonium eos, qui illud non contrahunt in facie ecclesiæ, seu cum præscriptis solemnitatibus: & hoc est irritare matrimonium etiam indirectè inhabilitando personas non servantes præscriptas solemnitates: sicut enim quilibet civis ordinatur ad bonum reipublicæ, cujus est membrum, & illi subordinatur quoad contractus civiles; ita omnes fideles subordinantur ecclesiæ, cujus sunt membra mystica quoad contractus pertinentes ad bonum spirituale: & sicut respublica civilis potest inhabilitare ob bonum commune ad aliquos contractus ineundos aliquos cives, ut defacto inhabilitavit pupillos contrahentes sine consensu Tutorum, & mulieres conjugatas sine licentia viri, ut etiam prodigos absque authoritate Curatorum: ita ecclesia inhabilitavit ad validè contrahendum matrimonium eos, qui clandestinè contrahunt. Quòd verò de facto Tridentinum inhabilitaverit sic contrahentes, ac proinde indirectè annullaverit contractum matrimonij clandestini, liquet ex *sess. 24. c. 1. de matrim.* ubi habentur hæc verba: *Eos ad sic contrahendum inhabiles reddit*, quòd etiam directè, & immediatè annullaverit ipsum contractum, desumitur ex his alijs verbis, ibi: *Ejusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, prout ex præsenti decreto irritos facit.*

Quòd verò nonnisi secundariò, & consecutivè cesset tunc ratio sacramenti, non verò directè ex eo liquet, quia cum sacramentorum institutio fuerit à Christo, non subjacet potestati ecclesiæ proximè, & directè, consequenter neque destructio eorundem, sed tantùm remotè, 70

& indirectè, quatenus sublato fundamento, seu contractu politico, & humano cessat ratio sacramenti: contractus enim humanus subjacens potestati ecclesiæ est fundamentum, & materia, in quo recipitur, & subjectatur ratio sacramenti matrimonij: ex eo autem, quòd ecclesia directè, & immediatè irritet contractum, si non serventur præscriptæ solemnitates, ita indirectè, & remotè irritat sacramentum: perinde ac ecclesia licèt directè non possit annullare sacramentum pœnitentiæ, potest tamen indirectè auferendo jurisdictionem Ministri, à quo dependet.

71 Posset tamen in contrarium objici, quia matrimonium est de jure naturæ etiam, ut est contractus naturalis solo consensu etiam clam præstito, & eodem jure est validum: sed ecclesia non potest immutare jus naturæ, proinde videtur nec potuisse irritare matrimonia clandestina. Tum quia causa naturalis sufficienter applicata necessariò producit suum effectum: atqui mutuus consensus contrahentium etiam clam præstitus est causa naturalis matrimonij ineundi: ergo hoc non potest ab ecclesia irritari. Sed contra respondetur cum distinctione, matrimonium clandestinum de jure est validum, si consensus à contrahentibus præstitus sit legitimus, & non irritatus ab habente potestatem, concedo, qua ratione, quia talis consensus ante Tridentinum nondum erat irritus, matrimonium clandestinè initum sortiebatur suum valorem: sin verò consensus non sit legitimus, & irritetur ab habente potestatem, tunc negatur tale matrimonium esse jure naturæ validum: ecclesia autem in Concilio Tridentino irritavit illum consensum, quem effecit insufficientem ad corporum traditionem, proinde tale matrimonium jure naturæ est invalidum; quia jus naturæ non dictat, ut quilibet consensus sufficiat ad valorem matrimonij, sed is tantùm, qui est legitimus, quique ex causa justa à superiore non irritatur.

72 Si dicas, jus naturæ esse invariabile, & illum consensum clam præstitum ante Tridentinum fuisse jure naturæ legitimum. Respondetur, jus naturæ esse quidem formaliter invariabile: sed materialiter esse mutationi obnoxium, ut contingit in præsenti, etenim jus naturæ manet formaliter invariabile, quatenus semper est verum ad consensum legitimum sequi matrimonium validum: sed quòd hic, & nunc hujusmodi consensus sit legitimus, vel non, pertinet ad materialem mutationem, & potiùs est mutatio circumstantiarum, quibus ritè positis ab habente potestatem, consensus, qui antea erat legitimus, nunc non est amplius ob talem legem sufficiens ad valorem matrimonij. Hinc ad aliud quod addebatur, causam naturalem sufficienter applicatam producere necessariò suum effectũ, respondetur, id esse verum, quando causa naturalis non est impedita, & applicatur passo habili: in casu autem nostro consensus clam præstitus impeditur ab ecclesia, ne suum sortiatur valorem, eò quia proveniat à personis, quæ sunt inhabiles ad consentiendum validè.

Quæritur vigesimò, an ad valorem matrimonij præter præsentiam Parochi, & duorum testium sint etiam necessariæ denuntiationes, adeò ut hæ sint de essentia matrimonij, vel tantùm injungantur ex solo præcepto ecclesiæ? Respondetur, prævias denuntiationes non esse de essentia matrimonij, adeò ut ipsis etiam injustè omissis matrimonium initum coram Parocho, & duobus testibus suum sortiatur valorem. Ratio ex eo desumitur, quia cum matrimonium etiam sine præviis denuntiationibus initum semper omni jure fuerit validum, non est à jure hoc antiquo recedendum, nisi superveniat novum decretum manifestè irritans: atqui Synodus Tridentina non irritat manifestè matrimonium initum coram Parocho, & duobus testibus, quamvis injustè omissæ fuerint præviæ denuntiationes: quinimò ex Tridentino potius infertur ejus validitas, quia agens de denuntiationibus præmittendis, & de præsentia Parochi, & testium solius præsentiæ Parochi, & testium meminit: & ait, hanc præsentiam sufficere ad valorem ejusdem, & desumitur à sensu contrario, eò quia dicat sine præsentia Parochi, & testium completivè esse irritum. Tum quia Tridentinum circa denuntiationes præmittendas ad matrimonium nihil innovat, sed tantùm confirmat, quod statutum erat in Concilio Lateranensi, eò quia id quasi in disuetudinem abierit, proinde Tridentinum pristino tantùm restituit statui, ut liquet ex verbis illis: *Sacri Concilij Lateranensis vestigiis inhærendo*; declarat enim Tridentinum se inhærere iisdem vestigiis Concilij Lateranensis nil innovando, sed tantùm corroborando, & confirmando, quæ in Lateranensi fuerunt statuta circa denũtiationes: atqui ex vi Concilij Lateranensis, & ante Tridentinum validum erat matrimonium etiam injustè omissis denuntiationibus, dummodo initum fuerit coram Parocho, & duobus Testibus, nec ullum intercesserit impedimentum dirimens, ut habetur in eodem Tridentino *loc. cit. c. 1.* proinde etiam post Tridentinum præviæ denuntiationes non sunt de essentia matrimonij.

Tum quia id est in matrimonio particulare, ut ex simplici prohibitione sine clausula expressè irritante non annulletur, ut notat Rota Romana in *novissimis decis. 750. num. 3.* atqui Tridentinum præcipiens prævias denuntiationes nullam ponit decretum irritans, consequenter non debet matrimonium initum coram Parocho, & duobus Testibus censeri irritum, tametsi etiam injustè omissæ fuerint denuntiationes. Tum quia Tridentinum *loc. cit. c. 1.* concedit Episcopis dispensare, ut denuntiationes possint præcedere, vel subsequi matrimonium: atquì quod potest ad actum subsequi, nequit dici de essentia, & forma ejusdem, quia cùm actus præcedat, jam præcederet sine sua essentia, & forma, quod est absurdum, unde ex Tridentino clarè sequitur, prævias denuntiationes esse solùm de solemnitate, & non de essentia, aut forma matrimonij.

Tum

75 Tum quia quoties dispositio præfigens tempus concedit Judici arbitrium in prorogationem temporis, non dicitur illud de forma, ut rectè notat Felinus in *c. cum dilecta.22. n. 6. V. octavum signum limit. 1. de rescript.* atqui Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* concedit Ordinario arbitrium pro omittendis, vel prorogandis denuntiationibus, quæ proinde non pertinent ad formam, & essentiam matrimonij, ut docent communiter Canonistæ apud Cuccum *lib. 5. instit. Major. tit. 11. num. 86.* & Salzedo *in pract. c. 73. §. 1.* ait, ita declarâsse Cardinales Congregationis super Concil. Potest tamen in contrarium objici, quia in Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* præcipitur Parocho, ut assistat matrimonio, non tamen præcise, & simpliciter, sed præmissis denuntiationibus, adeò ut potestas data Parocho assistendi matrimonio, sit coarctata, dummodo præmissæ sint denuntiationes; sed causa coarctata etiam coarctatum producit effectum *l. in agro §. de acquir. rer. domin.* proinde si Parochus assistat matrimonio non præmissis denuntiationibus, jam non assistit ut Parochus, quia talis assistentia dicit relationem ad prævias denuntiationes; sed potiùs assistit ut homo privatus: quoties enim Judex agit ultra limites potestatis sibi concessæ, non agit ampliùs ut Judex, sed ut privatus, ut rectè notat Menochius *de recup. possess. remed. 8. num. 23.*

76 Quòd verò Tridentinum concesserit Parocho hanc potestatem assistendi dependenter à præviis denuntiationibus desumitur ex eodem Tridentino ibi: *Quibus denuntiationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij procedatur:* utitur enim Concilium ablativo absoluto, quod importat conditionem *l. A Testatore ff. de condit. & demonst.* conditio autem importat formam *l. qui hæredi. l. Mævius ff. eod. tit.* & docent Baldus *auth. mat. & avia num. 3. C. quando mulier tutela off. fun. pot.* & Felin. *c. cum dilecta V. secundum. de rescript.* proinde si denuntiationes omittantur, matrimonium est nullum.

77 Sed contra respondetur cum distinctione, potestas assistendi matrimonio datur Parocho limitatè, seu cum dependentia, & relatione ad prævias denuntiationes ad ritè agendum, & assistendum conceditur: ad validè assistendum, & agendum negatur, quia ut validè assistat sufficit, si adsint duo testes, & contrahentes sint habiles, careántque impedimento dirimente, ut in præcedentibus ostensum est: quamobrem potestas assistendi præmissis denuntiationibus copulativè, datur tantùm ad ritè, non ad validè assistendum: perinde ac in *c. cum medicinalis de sent. excom. in 6.* præcipitur Judici ecclesiastico, ne excommunicet nisi in scriptis, & præmissâ trinâ monitione; & tamen ut valeat excommunicatio non est necessaria hæc prævia trina monitio, unde sicut in *d. c. cum medicinalis* requiritur prævia trina monitio ad ritè excommunicandum, non verò, quòd sit necessaria ad validè excommunicandum: ita cùm Tridentina Synodus *sess. 24. c. 1. de matrim.* concedit Parocho facultatem assistendi præmissis denuntiationibus; requiruntur quidem præviæ denuntiationes ut ritè, & rectè assistat, non verò ut validè, adeo ut sine illis, adhuc sit validum.

78 Hinc ad secundum, in quo urgebatur ex illo ablativo absoluto importante conditionem, & formam, respondetur, importare formam, tantum ut ritè contrahantur matrimonia, non ut validè. Idque ex eo etiam evincitur, quia talis conditio etiam ante Tridentinum tacitè inerat, & nihilominus matrimonium sine præviis denuntiationibus initum erat validum; proinde etiam post Tridentinum, quia quoad hoc nihil innovavit, sed tantùm corroboravit, confirmavítque statuta in Concilio Lateranensi, cùm dicat: *Vestigiis sacri Concilij Lateranensis inhærendo.*

79 Præterea quia Tridentinum in clausula irritante matrimonium tantùm dicit hoc irritari, si desit præsentia Parochi, & testium, & non dicit, si omittantur etiam injustè præviæ denuntiationes. Hinc quamvis Tridentina Synodus enixè optet, ne matrimonia sine præviis denuntiationibus contrahantur, noluit tamen ab hisce validitatem matrimonij dependere, neque earum omissionem esse impedimentum dirimens: & ita declarâsse sacram Congregationem Concilij Tridentini interpretem, asserit novissimè Gerbesius Doctor Sorbonicus *in suo tractatu Gall. idiomat. composito* de potestate ecclesiæ, & Principum circa impedimenta matrimonij, & ostendit in Gallia matrimonia sine præviis denuntiationibus inita, ut etiam sine legitima dispensatione earundem esse valida.

80 Quæritur vigesimo primò, quomodo denuntiationes sint præmittendæ matrimonio? Respondetur, in Concilio Lateranensi in *c. fin. de cland. despons. in princ.* statutum fuisse, ut denuntiationes præmitterentur in ecclesiis matrimonio contrahendo per Presbyteros competente termino præfixo: Tridentinum verò *sess. 24. c. de matrim.* postea declarâsse, ut ter fierent, antequam contrahatur matrimonium de præsenti, & post sponsalia de futuro, & quidem à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia. Synodus enim Tridentina cupiens occurrere pluribus incommodis, quæ ex matrimoniis clandestinis oriebantur inhærens vestigiis Concilij Lateranensis præcipit, ut denuntiationes fiant antequam matrimonium de præsenti contrahatur, seu postquam sponsalia de futuro jam publicè, & coram Parocho contracta sunt, vel si clandestinè inita sint, saltem ut Parocho de consensu in matrimonium sufficienter constet. Rursus quia scopus harum proclamationum est, ut detegantur impedimenta, si quæ sint matrimonij contrahendi, meritò Tridentina Synodus exigit, ut non tantùm illæ fiant ab alterius contrahentis Parocho, sed à contrahentium, seu utriusque proprio Parocho, si sponsi diversæ sint Parochiæ, idque expressè etiam notavit Rituale Romanum: & ita etiam declarâsse sacram Congregationem Concilij interpretem notat Synodus Diœcesana Mecheli-

nienfis *tit. 9. c. 8. in marg.* quinimò menti Concilij Tridentini etiam conforme est, ut si quis plura habeat domicilia in diversis Parochiis denuntiationes fiant in ea, in qua diutiùs habitat ac principaliorem habet larem, vel in qua veri similius est, posse esse impedimenta, ut asserit Barbosa *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 22. n. 11.*

81 Rursus Synodus Tridentina vult fieri denuntiationes diebus festivis, idque in ecclesia inter missarum solemnia, quando scilicet solet frequentior esse populi affluxus, idque ut matrimonium contrahendum magis innotescat, & impedimenta, si quæ sunt, faciliùs detegantur: spectato tamen fine Concilij putârim, posse itidem fieri extra ecclesiam in locis compatentibus, ut in prædicationibus, in quibus major populi frequentia solet adesse, & ita docent Hostiensis super verba in ecclesijs *in c. fin. de sponsal. super verba in ecclesijs*, & ibi Abbas *n. 6.*

82 Neque obstat, si dicas, esse indecens tractara de Sacramento extra ecclesiam: quia si matrimonium licitè extra ecclesiam contrahitur à fortiori, etiam licitè possunt ejus denuntiationes præmitti, dummodo, tunc major adsit populorum frequentia: finis enim Tridentini exigentis, ut denuntiationes fiant in ecclesiis, & diebus festivis inter missarum solemnia est, ut vitetur clandestinitas, & ut matrimonium contrahendum ad multorum notitiam perveniat, quò faciliùs impedimenta, si quæ sunt, detegantur: huic autem fini sufficientissimè satisfit, si in locis publicis, ubi populorum copia est frequentior, fiant.

83 Immò non putârim omnino necessarium, ut hujusmodi denuntiationes fiant à proprio contrahentium Parocho, quia sicut Tridentinum *loc. cit.* concedit, ut de licentia Parochi possit alius sacerdos assistere matrimonio, à fortiori poterit simplex sacerdos de licentia Parochi has denuntiationes præmittere, cùm sint quid minus *regul. cui licet de reg. jur. in 6.* Rursus debent hæ denuntiationes fieri tribus diebus festivis, ut non excludatur mediatio dierum ferialium inter unum diem festum, & alium; sed tantùm mediatio aliorum festorum, adeò ut inter unam, & alteram denuntiationem factam diebus festivis, per diarum tamen intervallum, non mediant alia festa: ratio, cur non excludatur mediatio dierum ferialium est, quia si dies, in quibus fiunt denuntiationes, sibi immediatè succederent, non suppeteret tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta, sufficit tamen, si inter unam & alteram denuntiationem mediant tres, vel quatuor dies feriales, maliùs tamen id relinquitur arbitrio prudentis viri spectatâ notitiâ, quæ communiter habetur contrahentium; cum certa regula non possit pro omnibus præscribi.

84 Quæritur vigesimo secundò, à quónam sit petenda dispensatio, ut denuntiationes præmittendæ matrimonio interdum omittantur? Respondetur, ex jure antiquo non potuisse Episcopum dispensare, ne denuntiationes præmitterentur matrimonio, quis cùm præciperentur in Concilio Generali Lateranensi, & Episcopus non possit dispensare in lege sui superioris, ita neque regulariter, ut omitterentur præviæ denuntiationes nisi in casu urgentis necessitatis, quando ad Pontificem non patet accessus, ut docent Gutierez *quæst. canon. lib. 1. c. 23.* Cuccus *lib. 2. instit. Major. tit. 6. n. 334.* Rebuffus in *prax. benef. tit. de dispens. ad plura benefic. n. 3. & 31.* siquidem reservatio ad superiorem fit ob charitatem, bonámve reipublicæ gubernationem: esset autem contra charitatem, & suavem ecclesiæ gubernationem in casu tantæ necessitatis, quando aliter scandala, & peccata vitari non possunt, si homines essent omni remedio destituti.

Ex consuetudine tamen scita, & tolerata à Pontifice poterant postea Episcopi dispensare, ut notat Sylvester *V. matrim. 6. q. 7. dict. 2.* Vega *lib. 6 sum. cas. 24.* Sotus *4. dist. 28. q. 1. art. 2. V. de bannis.* Jure tandem novo, & hodie ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* potest Episcopus dispensare, ut omittantur præviæ tres denuntiationes, vel saltem earum aliqua ante ipsam consummationem matrimonij: ait enim Tridentina Synodus *loc. cit. Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantùm fiat; vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus Testibus præsentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, faciliùs detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & judicio Sancta Synodus relinquit.* Hoc igitur decreto permittit Synodus dispensationes super denuntiationibus ipsi Ordinario, seu Episcopo Diœcesano, quem hoc loco per Ordinarium intelligi, non verò alios inferiores Prælatos habentes jurisdictionem, quasi Episcopalem, ostendit Fagnanus *ad c. 3. de clandest. despons.* ubi etiam testatur, ita fuisse responsum à sacra Congregatione Concilij interprete, approbante Gregorio XIII. Decretum autem Tridentini unam tantùm causam expressit dispensationis, estque, quando probabilis adest suspicio, ut matrimonium malitiosè possit impediri, si tanto tempore differatur, donec tres præcesserint denuntiationes, & duplicem addit limitationem, quarum prima est, ut tunc saltem una præcedat denuntiatio; secunda, ut si periculum tale sit, ut nec tantillo tempore differri possit, permittatur sine ulla prævia denuntiatione matrimonium contrahi, sed jubet tunc ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fieri. 85

Varùm plærisque in locis, si semel matrimonium fuerit solemniter initum non est moris, ut ante ejus consummationem fiant denuntiationes in ecclesia, & Zypæus *tit. de sponsal. n. 10.* asserit in Belgio, non esse moris, quòd post initum matrimonium fiant denuntiationes, nec unquam audivisse, fuisse factas. Cæterum præter causam expressam censuit Tridentina Synodus, posse alias causas occurrere, quæ dispensationem in una, aut pluribus, aut etiam omni- 86

omnibus proclamationibus requirant, quia id relinquit judicio ipsius Ordinarij. Verùm debet Ordinarius perquam moderatus esse in relaxandis hisce proclamationibus ob plura incommoda, & pericula, quæ frequenter oriuntur ex matrimonijs clandestinis. Hinc Sanctus Carolus in Concilio V. Mediolenensi *p. 3. c. 17.* solam causam expressam in Tridentina Synodo agnoscit pro legitima in ordine ad remittendas denuntiationes, ubi subdit: *At verò si hac causa subest, denuntiationes remittat, alia verò causa, quòd instat sacri adventus, quadragesimæve tempus, neque necessaria est, nec vera cùm ratione consentiens.* Cùm præsertim eo sacro tempore, qui jam matrimonio juncti sunt, ab illius usu abstinere potiùs conveniens sit, ne tum sponsos unà conjungi. Cæterum ex justa causa potest etiam Episcopus dispensare, ut denuntiationes fiant diebus ferialibus: quia si potest dispensare, ut omnino omittantur ex justa causa, poterit etiam dispensare, ut fiant diebus ferialibus, cum id sit minus, quàm omnino remittere.

87 Quæritur vigesimo tertiò, an Vicarius Generalis Episcopi sine speciali delegatione possit dispensare in denuntiationibus matrimonij? Ratio dubitandi ex eo desumitur, quia in generali commissione vicariatûs non comprehenditur potestas dispensandi, nisi sibi specialiter committatur, ut notat Glossa in *c. qua de causa V. quiquid. 2. q. 5.* & docet Rebuffus in *prax. benefic. in forma vicariatûs n. 24.* Gutrierez *lib. 3. quæst. can. 19. n. 15.* ratio est, quia dispensatio habetur instar restitutionis in integrum, quæ in generali mandato non continetur *l. Illud ff. de minor.* proinde non potest Vicarius Generalis Episcopi sine speciali commissione dispensare in denuntiationibus præmittendis matrimonio, & Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 5. n. 5.* essetque etiam declarâsse Cardinales Concilij interpretes. Verùm licèt hæc sententia sit perquam probabilis, putârim tamen esse probabilorem, contrariã, eò quia Tridentinũ *sess. 24. de matrim. c. 1.* hanc dispensandi potestatem concedit Ordinario, ibi: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes omittantur.* Atqui Vicarius Generalis Episcopi est etiem Ordinarius, & habet idem cum Episcopo tribunal, & vices gerit ipsius Episcopi, proinde comprehenditur nomine Ordinarij.

88 Tum quia jurisdictio concessa à canone, vel lege est Ordinaria non delegata, sed licèt Episcopus eligat sibi, & constituat Vicarium Generalem, non tamen hic semel constitutus, accipit jurisdictionem ab Episcopo, à quo fuit constitutus, sed à canone, ec lege, ut liquet ex *c. 2. de offic. Vicarij in 6.* proinde illius jurisdictio non est delegata, quia illi non delegatur ab Episcopo: sed est Ordinaria, quia illi tribuitur à canone. Tum quia à delegato appellatio fit ad delegantem *c. super quæstionem 27. §. porro de offic. deleg.* atqui à Vicario Generali Episcopi non datur appellatio ad Episcopum *c. Romana de appell. in 6. c. 2. de consuet. in 6.* proinde non est delegatus, sed Ordinarius, cui Concilium committit facultatem dispensandi super præmittendis denuntiationibus.

Tum quia in *c. Romana de appell. in 6.* ubi dicitur, quòd sit eadem jurisdictio Episcopi, & Vicarij, postea subditur ratio, cur non appelletur à Vicario ad Episcopum; ne scilicet ab eodem ad se ipsum appelletur: ex hiace textibus clarè liquet, Vicarium Generalem Episcopi esse Ordinarium. Tum quia Vicarius interponit decretum in alienationibus rerum minorum, & emancipationibus, ut habetur in *l. fin C. de offic. ejus, qui vicem* licèt delegari non possint *l. 2. ff. de offic. ejus. l. nec quidquam §. ubi decretum ff. de offic. procons.* ergo nulli dubium, quin Vicarius Generalis Episcopi veniat nomine Ordinarij, cui Tridentinum tribuit facultatem remittendi prævias denuntiationes matrimoniales, ut docent Glossa in *c. 2. de offic. Vicar. in 6. V. Officialem*, Petrus Gregorius *Syntag. jur. p. 2. lib. 15. c. 41. n. 3.* Flaminius *de resign. benef. lib. 3. q. 11. n. 23.* Mascardus *de probat. conclus. 1412. n. 9.* Zelba *de benef. 2. p. q. 14. n. 14.* & communiter Canonistæ. 89

Stat igitur, Vicarium Generalem Episcopi comprehendi nomine Ordinarij, & sine speciali delegatione posse dispensare in denuntiationibus matrimonij: idque ex eo etiam firmatur, quia Tridentinum *loc. cit.* statuit, ut matrimonio debeat interesse Parochus, vel Ordinarius: atqui nomine hujus Ordinarij intelligitur etiam Vicarius, ut ostendimus: ergò eidem committitur, etiam dispensare in denuntiationibus. Præterea quia ante Tridentinum poterat ex generali saltem consuetudine dispensare, ut notat Paludanus *dist. 28. q. 2. n. 21.* Sed Tridentinum nullibi hoc denegat Vicario Generali Episcopi, sed potiùs videtur eidem concedere, præsertim, quia Tridentinum, quoties voluit Vicarium excludere, id expressit, ut in *sess. 24. c. 6. de reform.* ubi Concilium excludens Vicarios Episcoporum ajt: *Et non eorum Vicarijs.* Hinc Flaminius de *resign. benef. lib. 3. q. 11. n. 20.* ajt; quoties in Tridentino aliquid conceditur Ordinario, id concessum est etiam ejus Vicario Generali, nisi expressè excludatur, quia ut ajt Flaminius nomine Ordinarij, comprehenditur etiam Vicarius Generalis Episcopi. Hinc ad rationem dubitandi, respondetur, quod tametsi Vicarius Generalis ex generali commissione vicariatûs non possit dispensare in omnibus, in quibus potest Episcopus; potest nihilominus dispensare in casibus, quorum dispensatio à lege committitur Ordinario, quia nomine Ordinarij comprehenditur etiam Vicarius generalis Episcopi. 90

Quæritur vigesimo quartò, quænam causæ requirantur, ut Ordinarius possit remittere denuntiationes præmittendas matrimonio? Respondetur, requiri causam aliquam justam, idque desumi ex Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 1.* quia Concilium ibi remittit hoc prudentiæ Episcopi, non verò liberæ ejus voluntati: arbitrium verò prudentiale regulatur rectâ ratione dictante nonnisi ex justa causa esse dispensandum in jure, ut notat Menochius *de arbit.* 91

lib. 1. q. 8. n. 26. Non tamen putârim requiri cognitionem judicialem hujus causæ, sed sufficere, si extrajudicialiter Ordinarius informetur, fiátque certior de causa, ut licitè dispenset in denuntiationibus, idque desumitur ex Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* ubi agens de hac dispensatione, & ejus causis concludit: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur; quod illius prudentiæ, & judicio sancta Synodus relinquit*: hæc autem clausula refertur ad causam suspicionis malitiosi impedimenti, & ad omnes alias; ex quo deducitur, quòd ad dispensandum debeat Ordinarius maturè perpendere, an adsit legitima causa; quia Concilium id relinquit ejus judicio, seu conscientiæ, & judicium est mentis dictamen, ut etiam conscientia: proinde si committitur judicio, & conscientiæ Episcopi, sufficit, si extrajudicialiter certior fiat de causa justa, ut licitè dispensét, quia quoties aliquid committitur prudentiæ, judicio, & conscientiæ alicujus, non est necessaria probatio judicialis, ut liquet ex textu *c. statutum §. Assessorem de rescript. in 6.* ibi: *Assessorem nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nunquam adjungat*, ubi Glossa ait: *Cum conscientiæ relinquatur ejusdem: ergo solus Deus, & nullus alius, Judex est, vel cognitor.*

92 Idque etiam probari potest ex *l. certum n. 5. C. unde legitimi*, ubi dicitur Pontifice mandante dignitatem alicujus examinari, neminem esse citandum, sed sufficere, si commissio sit potiùs conscientialis, quàm judicialis. Hinc hæc dispensatio potest fieri ab Ordinario sine ordine, & figura judicij, quia non est cognitio judicialis, sed tantum ad informationem conscientiæ Ordinarij, in cujus cognitione non desiderantur testes jurantes, nec ordo judicij, ut rectè notat Mascardus *de probat. conclus.* 1369. *n.* 14. *& sequent.* Ex eo autem, quòd hæc dispensatio non exigat ordinem judiciarium potest fieri extra Diœcesin, quia est actus jurisdictionis voluntariæ, ad quem non requiritur cognitio causæ judicialis. Posset tamen objici, quia quando lex præscribit aliquid faciendum ex causa, hæc debet probari, ut docet Bartol⁹ *l. Item si susceptus fin. ff. de procur*, atqui Ordinario conceditur hæc facultas dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio ex legitima causa, ergo debet hæc probari. Sed contra quia id tantùm procedit, quando causa non committitur arbitrio, & conscientiæ Judicis, quia tunc debet de ipsa juridicè cognoscere: secus quando committitur arbitrio, & conscientiæ Judicis, non est necesse, ut causa probetur juridicè, sed tantùm, ut innotescat Judici, qui non tenetur eam probere, sed tantùm certior fieri de illius veritate, quia ut docet Baldus *l. 2. n. 2. C. de fideicommiss.* commissum ad conscientiam est commissum ad veritatem, & tunc sufficit, si superior sit munitus jure gentium.

93 Causæ autem legitimæ, & justæ in ordine ad dispensandas denuntiationes præmittendas matrimonio plures solent assignari, quia rametsi Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* assignaverit solam causam suspicionis malitiosi impedimenti, quia tamen statim totum hoc negotium remittit prudentiæ Ordinarij, ideò plures solent causæ assignari, quæ possunt prudentiæ Ordinarij videri justæ, quarum prima dicitur esse pudor contrahentium, si nimio pudore suffunderentur, si tales denuntiationes præmitterentur, ob scilicet nimiam disparitatem, ut etiam si Senex septuagenarius duceret in uxorem puellam duodennem, ut notans Sotus *in 4. dist. 28. q. 1. art. 2.* D. Antoninus *3. p. t. 1. c. fin. sum. conf. tit. de matrim. q. 59.* Cuccus *lib. 5. instit. Major. tit. 21. num. 65.* Hinc si ambo contrahentes sint extremo quasi senio confecti, pudeátque eos publicari matrimonium, adest justa causa dispensandi ratione pudoris, & verecundiæ, ut docet Sylvester *V. matrimonium 2. q. 17. dict. 3.*

Secunda causa dicitur esse si concubinarij existimentur jam diu conjugati, idque ad tuendam famam, & ob verecundiam, ut notat D. Antoninus *4. p. tit. 1. c. 16.* 94

Tertia, si contrahentes sint Magnates: sed hæc causa tantùm procedit, ubi antiqua jam inolevit consuetudo, ut Magnates sine prævija denuntiationibus matrimonium contrahant. Sin verò sermo sit de Principibus, putârim, hanc causam esse generaliter veram; quia cùm Principes sint omnibus noti, si aliquod impedimentum inter ipsos esset, statim sciretur. 95

Quarta petitur ex angustia temporis, ut si sponsalia contrahantur ultimis diebus bacchanaliorum, vel statim ante adventum; & non supersit tempus, ut ante adventum, vel quadragesimam post denuntiationes benedicantur nuptiæ, & adsit causa urgens contrahendi tale matrimonium, quia tunc melius est, ut consummationi matrimonij præmittantur benedictiones. Verùm id procedit, quando ex dilatione matrimonij periculum immineret dissolutionis, vel fornicationis, si nondum sit contractum, vel ut consummetur ante benedictiones, ut rectè notat Salzedo *pract. c. 73. ad fin. decis. dispens.* 96

Quinta quando matrimonium fuit priùs initum publicè, & postea deprehensum nullum ob impedimentum occultum, tunc enim ad vitandum scandalum non est necesse, ut denuntiationes fiant. Sexta, si adsit timor, ut consanguinei matrimonium impediant, ut notat D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 16. in fin.* Verùm hæc causa procedit limitatè, quando timetur fore, ut consanguinei injustè impediant, & reducitur ad causam expressam in Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 1.* seu ad suspicionem malitiosi impedimenti. 97

Septima, si parentes velint, ut puella nubat indigno, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 8.* 98

Octava, si aliquibus, vel maximè expediat conjugium, & timeant impedimentum, ut docet Sotus *4. dist. 28. art. 2. conclus. 3.* & alij docentes in omnibus casibus, in quibus ante Tridentinum erant licita matrimonia clandestina haberi justam causam dispensandi. 99

Nona

100 Nona, si ex repentino aliquo casu deberet statim contrehi matrimonium.

101 Decima, si immineat periculum animæ, ut si duo sint concubinarij, velintque matrimonium inire ad evitandum peccatum.

102 Undecima, si ex denuntiationibus præmittendis scandale orirentur, quæ possent impediri, si matrimonium statim contrahatur.

103 Duodecima est, si constitutus in mortis articulo velit concubinam ducere, ut propriæ consulat saluti, vel ed legitimandam prolem ex illa susceptem. Cæterum in omnibus casibus, in quibus Episcopus dispensat, in denuntiationibus præmittendis matrimonio debet Ordinarius informari, num alique impedimenta subsint inter contrahentes, & maturè debet id perpendere, & certiorem fieri per personas, quibus contrahentes sint notissimi, alioquin periculo exponeretur conjungendi impeditos.

104 Quæritur vigesimo quintò, an si justa causa suppetet, dispensatio in denuntiationibus præmittendis matrimonio sit debita petenti, adeò ut Ordinarius sit culpæ reus, si eam neget? Respondetur, nonnunquam esse debitam, & interdum gratiam. Est enim debita, quando suspicio malitiosi impedimenti probabiliter oritur. Idque desumitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* ibi, quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, denuntiationes remittantur: quando enim causa exprimitur in jure, tum dispensatio ex eadem causa est debita. Neque obstat, quòd Tridentinum videatur id remittere arbitrio Ordinarij, ibi: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit.* Nam licèt Concilium utetur illis verbis, adhuc tenetur dispensationem concedere, si adsit causa talis suspicionis, et enim etiam in *c. cum ex eo de elect. in 6.* dicitur, quòd Episcopi possint liberè cum clerico dispensare, ne septennio resideat ratione studij: & nihilominus licèt verba illa *possint liberè* indicent merum libertatem, adhuc Archidiaconus ibi *n. 1. V. liberè.* Joannes Andreas *init.* Franeus *n. 2. noc. 2.* Decius in *c. at si Clerici §. de adulter. n. 163. de judic.* & Canonistæ communiter docent, teneri Episcopum dispensare ratione studij, eò quis causa studij in illo textu *c. Cum ex eo* exprimatur: atqui etiam Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* exprimit causam dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio esse suspicionem malitiosi impedimenti: ergo à pari licèt Tridentinum utatur verbis, quibus videatur id relinquere arbitrio Ordinarij, adhuc talis dispensatio est debita petenti, eò quia causa sit expressa in jure.

105 Tum quia Ordinarius tenetur agere juxta ea, quæ exprimuntur in jure: siquidem arbitrium Ordinarij debet esse regulatum per rationem dictantem esse agendum juxta præscripta in jure, proinde concurrente suspicione malitiosi impedimenti, tenetur Ordinarius dispensare. Imò non solùm quando adest ille suspicio, verùm etiam quoties scandalum sequeretur ex denegata dispensatione: quia expedit bono publico, non solùm ne matrimonia malitiosè, vel aut fraude impediantur, verùm etiam ne oriantur scandale. Tum quia id cedit tunc in salutem animarum, tenetur enim Prælatus ex officio consulere saluti spiritusli subditorum, ac proinde impedire, ne sequantur scandala: & quia quando orirentur scandala ex negata dispensatione, hæc expedit saluti eam petentis, tenetur Prælatus eam concedere. Quòd verò interdum non sit debita, quando subsunt causæ non expressæ in jure, desumitur ex *c. Licet canon. de elect. in 6 fin.* ibi: *Possit Ordinarius gratiam dispensationis facere e penult. de cleric. excommun. minist.* ibi: *Propter quod dispensationis gratia*, in quibus, & aliis textibus dispensatio vocatur gratia: sin autem est gratia jam non est debita, idque firmatur ex *c. postulastis. de cleric. excommun. minist.* ibi: *Nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum*, & sermo est in textu de dispensatione ex justa causa, alioquin si justa non suppeteret causa, non esset dispensatio, sed potiùs dissipatio: ex his igitur textibus dispensatio ex justa causa non semper est debita, sed aliquando est gratia, & misericordia, ut docet Glossa in *c. Exigunt in princ. 1. q. 7.*

Neque obstat hujusmodi dispensationem 106 concedi Ordinario: quia non quidquid potestati Ordinarij permittitur, id juris necessitati subjicitur, quia plura tantùm permittuntur Ordinario, ut hic ex occurrentibus circumstantiis conjiciat, an congruum sit, aliquid concedere vel non, vel ex misericordia cum aliquo dispensare *l. quidquid 40. ff. de judic.* & docet Glossa in *c. consuluit V. gratiam de offic. deleg.* Regula verò dignoscendi, quando dispensatio est debita, & quando ex gratia, est, quòd dispensatio tunc sit debita, quando ex illa sequitur utilitas publica, vel impediuntur scandala, vel dispensatio plurimum adfert ecclesiæ utilitatis, quia in his casibus dispensatio fit pro bono publico, & pro salute animarum; & utrique tenetur Prælatus ex officio consulere, consequenter dispensatio est debita. Tunc verò censetur gratia, quando conceditur ob privatam petentis utilitatem. Hinc si Clericus parùm utilis ecclesiæ dispensationem petat, eò quis contritus sit, & pœnitentiam egerit de patrata culpa, tunc licèt Prælatus possit dispensare, non tamen tenetur, *c. ut constitueretur dist. 50.* Quamobrem quando nullum publicum bonum sequitur, sed privata tantùm utilitas, ut quando senex septuagenarius uxorem ducit puellam duodennem, vel quando mas, & fœmina ultimo senio confecti petunt simul contrahere, quasmvis ob verecundiam cessatur tunc adesse justa causa dispensandi, non tamen tenetur Ordinarius dispensare. Sin verò immineret periculum ruinæ spiritualis, & peccandi, tunc dispensatio esset debita, quia Ordinarius ex Officio tenetur consulere saluti spirituali subditorum.

Quæritur vigesimo sextò, an Ordinarius di- 107 spensans ex justa causa in denuntiationibus præmittendis matrimonio possit imponere ijs, cum quibus dispensatur, mulcta pecuniaria impen-

denda pijs operibus, vel fabricæ ecclesiæ? Respondetur negativè, idque desumi ex Tridentino *sess. 24. de refor. c. 18.* ubi præcipitur, ut dispensatio gratis fiat: quòd si ex præscripto Concilij est gratis facienda; non potest imponi aliqua eleemosyna: alioquin non concederetur gratis, tametsi concedenti nihil detur: quia is, cui conceditur, obligatur ad solvendam pecuniam, quod contingit eidem grave, proinde non omnino gratis accipit dispensationem contra mentem Concilij. Idque à pari etiam firmari potest, quia Episcopus eatenus concedens subdito dimissorias, ut possit promoveri ad Ordines ecclesiasticos, non potest ipsum obligare, ut ob eam causam eleemosynam alicui elargiatur, quia Concilium Tridentinum *sess. 23. de refor. c. 1.* jubet, ut dimissoriæ omninò gratis dentur: atqui eadem Tridentina Synodus *sess. 25. de refor. c. 18.* præcipit dispensationem esse gratis faciendam: ergo non potest imponi aliqua eleemosyna impendenda pijs operibus, vel fabricæ ecclesiæ instaurandæ, vel recèns erigendæ: quoties enim pro concessione imponitur aliquid dandum, vel faciendum ex obligatione, jam concessio non est pura gratia, cùm nectatur cum aliquo ex debito dando, vel faciendo. Id etiam procedit de quacunque alia dispensatione jejunij, observationis festorum, quia est eadem ratio.

108 Id tamen limitatur, nisi delictum daret justam causam dispensandi, ut ob concubinatum, vel stuprum, quia tunc non pro dispensatione, sed ob delictum posset Ordinarius injungere petenti dispensationem pœnitentiam consistentem in mulcta pecuniaria, quia tunc mulcta pecuniæ non injungitur pro dispensatione obtinenda, sed ad satisfaciendum pro culpa commissa, & locò pœnitentiæ.

109 Posset tamen in contrarium objici, quia Ordinarius imponens mulctam pecuniæ ei, cum quo dispensatur, commutat unam obligationem cum alia, quod est minus, quàm absolutè dispensare: siquidem plus est dispensare, quàm commutare unam obligationem cum alia: sic habens facultatem dispensandi in votis, potest ea commutare, eo quia plus sit dispensare in voto, quàm votum commutare: quia per dispensationem tollitur omnino vinculum voti; & per commutationem non tollitur vinculum voti, sed manet idem vinculum, licèt non circa eandem materiam, sed circa novam commutatam; ut si Petrus voverit jejunare singulis diebus sabbatinis, & fuerit tale votum ei commutatum in recitationem rosarij B. Virginis; quamvis non sit amplius obligatus ad jejunium, tenetur tamen recitare rosarium, quia eodem voto, quo obligabatur ad jejunium, obligatur modò ad recitationem rosarij, quam si omittat, violat votum: ita à pari, quia Ordinarius potest absolutè dispensare in denuntiationibus matrimonij, potest etiam via commutationis imponere aliquam mulctam pecuniariam. Idque videtur etiam desumi ex *reg. cui licet de reg. jur. in 6.* ibi: *Cui licet, quod est plus: licet, quod est minus.* Sed contra negatur assumptum, quia Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 1.* tantùm concedit Episcopo facultatem remittendi denuntiationes, & dispensandi in canone præcipiente eas fieri, non verò concedit facultatem injungendi aliquam obligationem pro eadem dispensatione: neque concedit facultatem commutandi obligationem legis in aliam materiam.

Neque est par ratio de voto, quia in dispen- 110
satione à lege, minus est dispensare, quàm commutare obligationē legis in aliam materiam, & è contra in dispensatione voti plus est dispensare, quàm commutare: ratio discriminis in hoc consistit, quia quando Ordinarius dispensat in legē tantùm, tollit omnino obligationem legis: quando verò commutat obligationem legis in aliam materiam, tollit omnino vinculum legis, & insuper imponit novum vinculum circa materiam, in quam commutat legis obligationem: ex quo clarè constat, minus esse in lege dispensare, quàm legem commutare, cùm per dispensationem tantùm tollatur vinculum, & nullum imponatur novum vinculum; & è contra per commutationem tollatur vinculum legis, & rursus imponatur novum vinculum.

Non ita contingit in commutatione voti 111
plus enim est dispensare in voto, quàm commutare votum, quia per dispensationem tollitur omnino vinculum voti: per commutationem autem non tollitur votum, sed tantùm transfertur de una materia ad aliam; ut si votum jejunii commutetur, ut vovens loco jejunii recitet rosarium Beatæ Virginis, per hanc commutationem manens idem votum transit de materia jejunij, ad materiam recitationis rosarij, quo fit, ut per commutationem voti, non solvatur vinculum voti, sed tantùm eidem substituatur nova materia locò præcedentis, & quam tenetur vovens adimplere.

Quòd si dicas, posse etiam manente eadem 112
lege transferri ejus obligationem de una materia ad aliam, perinde ac transfertur obligatio voti. Contra est, quia discrimen in hoc præcisè consistit, quia Prælatus commutans legem, si non sit supremus Princeps, non potest obligationem legis imponere, quia id perinde esset, ac novam legem condere, quod pertinet ad supremum Principem ob bonum commune: hinc nec ipse, cui commutatur potest sibi hanc obligationem novæ legis imponere, quia obligare ex vi legis pertinet tantùm ad supremum Principem: secus is, cui votum commutatur, sicut potest se vinculo voti obligare, ita potest etiam, se obligare ad illam novam materiam, in quam transfertur votum priùs annexum alteri materiæ: & hæc est ratio, cur potens dispensare in voto, possit illud commutare, non verò potens dispensare in lege, possit legem commutare: hinc patet responsio ad illud petitum *ex reg. cui licet, de reg. jur. in 6.* quia plus est commutare in lege, quam dispensare in eadem.

Quæritur vigesimo septimò, an, si Ordina- 113
rius existente causa justa nolit dispensare in denuntiationibus præmittendis matrimonio, detur locus appellandi ad superiorem. Ratio dubi-

dubitandi desumitur ex Tridantina Synodo *sess. 24. de matrim. c. 1.* ibi enim hæc dispensatio committitur copulativè *prudentia,& judicio Episcopi:* ex eo autem,quòd committatur prudentiæ,committitur libero arbitrio regulato per rectam rationem:& ex eo,quòd committitur judicio, committitur conscientiæ: hinc ex que parte committitur dispensatio arbitrio,pluces docent non posse appellari, & præsertim Joennes Andraas *c. 2. de juram. calum. in 6.* E contra alii docant posse eppellari, ut Glossa *c. 1. de confess. in 6. fin. l. si qua pœna 223. V. pœna fin. de V.S.* & ibi Bartolus *num. 8.* Id tamen limitetur in cebus magni præjudicii. Alii adhibita distinctiona nituntur conciliara hes pugnantes sententias, & dicunt, quòd si dispensetio committatur Ordinatio, ut Judici, qui debeat cognoscare super causem justem dispensandi, licèt committetur ejus arbitrio, poteft appelleri, ut docet secunda sententia: sin verò dispensatio committatur Ordinerio, non ut Judici, sed ut viro bono, tunc dicunt non esse locum appellationi, ut docet prima sententie. Ex qua verò parte dispensatio committitur conscientiæ ordinarij, sunt etiam duæ Glossæ inter se contreriæ, prior est in *c. statutum* §. *Assessorem V. relinquatur de rescript. in 6.* ubi dicitur, quòd quoties aliquid relinquitur conscientiæ, non possit quæstio moveri,quòd malè agetit. Alia hebetur in *clement. c. de jure. patron. V. oneramus*, ubi textus ramittit conscientiæ Episcopi modetetionem portionis debitæ patronis; & nihilominus Glossa ejt, quòd si appelletur è modereriona Episcopi, ipsum non delaturum appalletionem ad superiorem, ad quem appellatum est ex officio emendaturum, quod malè gestum est, & hanc Glossam sequitur Tiraqual *de retract. lign.* §. *4. Glos. 1. n. 11.*

114 Plures ed concilicndas has Glossas dicunt, primam esse intelligendam par viam justitiæ, eò quia de rigore juris, non debet appellatio admitti: posteriorem verò dicunt asse intelligendam per viam supplicationis, & misericordiæ, eò quia possit ex misaricordia superior emendare, quod minus benè ab inferiore gestum est, & ita docent Archidiaconus in *c. licet canon. de elect. in 6. ad fin. n. 6. V. possit.* Rebuffus *repet. c. postulâstis nct. 3. n. 12. de Cler. excommun. minist.* Dominicus in *c. statutum* §. *Assessorem n. 5. de rescript. in 6.*

115 Alii verò censant, primam Glossam essa intelligendam, ut per viem justitiæ non admittitur eppelletio quoad effectum suspensivum, eò quia non suspenditur jurisdictio Judicis inferioris per telem appellationem, qui propterea aa non obstante potest exequi suam sententiam: sacundam verò Glossam dicunt esse intelligendam quoad effectum devolutivum, quia tunc potest eppallari, aò quia causa davolvatur ed superiorem, qui potest inferiorem inhibera, & ita docent Felin. in *c. Significâsti 1. de homicid. n. 4. V. tertiò fallit* Imola in *c. 1. de constit. n. 15.* Baldus verò *l. 1. n. 3. C. de reb. cred. Roman. rub. ff. de arbit. col. 2.* vult, primem Glossam negantam appallationam assa intelligendam de cabns modici præjudicij: & postarioram procedara, quendo agitur de rebus magai momenti. Sed respondetur ed quæsitum, tunc dari locum eppellationi quoed utrúmqua effectum devolutivum, & suspensivum, quando jus ex aliqua causa, quam exprimit, præcipit dispensetionem, quam judex inferior recusat: & retio desumitur ex eo, quia tunc patens dispensationem ex causa exprassa in jure hebet actionem ex præcepto lagis, ut secum dispanseiur; proinde si inferior, ei racuset dispensetionem, potast uti sua actiona, & appallate ed superiocem quoed effectum devolutivum, & suspensivum, ut docet Felinus in *c. exceptionem n. 6. de except.*

Sin verò jus non præcipiat dispansationem, 116 sad tentùm remittat illam conscientiæ Ordinarij, tunc si edsit ceuse sufficiens per viam justitiæ, edmittitur eppellatio, non tamen quoad effectum suspensivum, quie Judex inferior non obstante tali appelletione potest exequi suam sententiam; sed potest eppelleri quoad effectum devolutivum, quatenus causa tunc devolvitur ad superiorem, qui potest inhibere inferioram: ratio, cur non detur locus eppallationi quoed effectum suspensivum, est, quia cùm nullo jure præcipietur dispensatio; qui aem petit, nullem hebet actionem; proinde Judex inferior non tenetur eidem deserre: hebet tamen appellatio tunc effectum davolutivum, quia ceusa devolvitur ad superiorem potentem ex officio adigere inferiorem ad dispensandum, & ite docent Cardinalis in *c. Atsi Clerici* §. *de adulter. n. 12. fin. de judic.* Alexender de Nevo ibi *n. 29.* Ancheranus *num. 9. q. 2. V. nunquid ergo possit.* Abbas in *c. Pastoralis in princ. n. 17. de appellat.* & elij docentas, quòd tamatsi tunc non possit peti jure actionis talis dispensetio, potest tamen implorari officium superioris, ut adigatur inferior ad dispensendum præsertim in casu, quo infarior tanebatur dispansare, quia supecior tenetur inferioris errores corrigere. Sacus si dispensatio non sit debita, sed omnino gratuita, tunc si Ordinarius nolit dispensare, non detuc locus appallationi, quia non committit ullam injustitiam, nac grevat petentem dispansari, ut notat Felinus *c. super his de accus. n. 13. V. Sexto limita*, potest nihilominus tunc officium Superioris implorari, ut ax officio, & misericordia dispenset, vel persuedeat infariori ad dispensandum, quo pacto concilientur Glossæ inter se pugnantes, ut docet Bartolus *l. 1 n. 11. ff. de jurisdic. Om. Jud.* quie tunc, quod patitur, non ast debitum; & Judax ax officio potest efficere, ut concadetur.

Quemobrem quotias subest causa suspicio- 117 nis melitiosi impedimenti, vel concurrit aliqua alia causa, in qua jura ramittunt arbitrio, & conscientiæ Ordinerij dispensationem in denuntiationibus præmittandis matrimonio, si tunc Ordinatius dattactat dispensere, cum ex tali justa causa teneretur, datur locus eppelletioni quoad solum effactum davolutivum, non ite quoad suspansivum. Sin varò subsit causa ob quam possit quidem Ordinarius dispensare, sed non tanca-

teneatur, tunc non datur locus appellationi quoad effectum devolutivum, nec suspensivum, sed tantùm potest misericorditer officium Superioris implorari ut velit ex misericordia dispensare.

118 Quæritur vigesimo octavò, an Parochus in aliquo eventu possit remittere denuntiationes. Quæstio non procedit in eventu, quo esset periculum in mora, vel immineret mortis articulus, quia tunc potest omissis denuntiationibus matrimonium contrahi, præsertim si in articulo mortis id expediat ad legitimandam prolem: quia necessitas caret lege *c. 2. de observ. jejun.* & ex *c. Relatum num. 6. de cleric. non resid.* ubi ut notat Abbas, quamvis Clericus non possit abesse sine licentia Episcopi à beneficio; si tamen tempus, vel locus non patiantur petere licentiam, possit sine illa abesse *l. 1. ff. de exercit act. in fin princ.* ubi dicitur: *Interdum locus vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium.* Procedit igitur quæstio, quando nullum adest periculum in mora, & dubitatur, quando subest causa timoris malitiosi impedimenti, quæ exprimitur in Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* an propter hanc suspicionem malitiosi impedimenti possit Parochus remittere, seu dispensare, ut contrahatur matrimonium non præmissis denuntiationibus hac conditione, ut postea fiant ante consummationem ejusdem, idque ex vi Tridentinæ Synodi.

119 Respondetur, non posse Parochum dispensare, ut matrimonium contrahatur non præmissis denuntiationibus: & ratio petitur ex eo, quia ante Tridentinum vigebat præceptum de præmittendis denuntiationibus, ut habetur in *c. fin. de clandest. despons.* cujus textus est desumptus ex Concilio Lateranensi: atqui certum est, ante Tridentinum non potuisse Parochum dispensare in denuntiationibus præmittendis matrimonio: ergo nec post Tridentinum, & modò, quia Tridentinum tantùm abest, quòd corrigat, quæ circa denuntiationes fuerunt statuta in Concilio Lateranensi, ut potiùs ea confirmet, & desumitur ex verbis, quibus utitur Tridentinum: *Sacri Concilij Lateranensis vestigiis inhærendo:* ergo sicut ante Tridentinum, non potuit Parochus ob decretum Concilij Lateranensis dispensare in denuntiationibus præmittendis matrimonio, ita nec post Concilium Tridentinum, & modò. Tum quia cum Concilium Tridentinum nullam faciat mentionem hujus potestatis in Parocho, saltem hic casus, ut omissus relinquendus est dispositioni juris communis *l. commodissimæ ff. de lib. & posth.* Tum quia dispositio Tridentini in *d. sess 24. c. 1.* est ista. *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impedire posse, si tot præcesserint denuntiationes; tunc vel una tantum fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, faciliùs detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & judicio sancta Synodus relinquit.* ubi illa verba, *nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit*, utrumque casum præcedentem complectuntur, scilicet quòd tunc una tantùm fiat denuntiatio, & contrahatur matrimonium coram Parocho, & duobus, vel tribus Testibus: & etiam secundum casum, nimirum quòd inito matrimonio sine præviis denuntiationibus, hæ fiant postea in ecclesia ante consummationem matrimonij, adeò ut solus Ordinarius, non verò Parochus ex Tridentino judicet in utroque casu: dictio enim illa *deinde*, quæ significat Ordinem, est continuativa præcedentium: & perficit integram causam cum præcedentibus verbis, *quod si aliquando* usque ad alia verba *nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit*, clausula enim posita in fine refertur ad omnia præcedentia *l. talis scriptura § fin. ff. de leg.* ibi: *Hanc autem scripturam non solùm ad præcedentia legata, sed ad universa, quæ testamento adscripta sunt, extendi verum est.* Ex his liquet; Parochum non posse propria authoritate dispensare in denuntiationibus præmittendis matrimonio etiam in casu suspicionis malitiosi impedimenti.

Quæritur vigesimo nonò, an Parocho possit ab Episcopo delegari potestas dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio. 120 Plures negant, posse Episcopum hanc facultatem aliis inferioribus delegare, & eo nituntur fundamento, quia quoties ad aliquod munus obeundum eligitur industria personæ, non potest hæc tale munus alteri delegare *c. fin. in §. his autem de offic. deleg.* atqui in hac facultate dispensandi eligitur industria Episcopi, cui conceditur, idque desumitur ex Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* ubi hæc dispensatio remittitur judicio, & prudentiæ Ordinarij: per hæc autem verba videtur Concilium considere de persona Episcopi, ot proprij Pastoris: alioquin si remisisset hanc dispensationem non personæ, sed dignitati nullam fecisset mentionem de judicio, & prudentia, sed de sola dignitate. Tum quia quoties negotium quod committitur est arduum, tunc censetur committi industriæ ipsius personæ, ut notat Ancharanus in *c. fin. de offic. deleg. num. 15.* & Menochius *de arbit. lib. 1. q. 54. num. 11. & sequent.* & desumitur etiam ex *c. is cui de offic. deleg. in 6.* ubi tametsi non exprimatur industria personæ; hanc tamen eligi infert Pontifex ex gravitate rei commissæ.

Cùm igitur dispensare in denuntiationibus 121 sit res valdè ardua, censetur electa industria personæ, proinde Episcopus, cui est hæc dispensandi facultas concessa, non potest eam Parocho delegare, ut notat Menochius *cons. 69. num. 55. vol. 1.* Nihilominus contraria sententia videtur probabilior: & ratio desumitur ex eo, quia cùm hæc facultas dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio concedatur Episcopis à Tridentino, sequitur quòd jure Ordinario iisdem competat, præsertim cùm Tridentinum *sess. 24 c. 1.* concedat hanc facultatem dispensandi omnibus Ordinariis in perpetuum nulla posita distinctione: atqui quoties facultas sic à jure conceditur Episcopis, iisdem conceditur

ceditur ut ordinaria, non verò ut delegata; & cum Episcopi possint delegare aliis facultatem ordinariam, ita possunt etiam Parochis delegare facultatem dispensandi in his denuntiationibus.

122 Hinc patet solutio ad primum fundamentum oppositæ sententiæ, quia in hac dispensatione non eligitur industria personæ, quando à Tridentino conceditur, ut ordinaria. Ad secundum petitum ex negotio arduo, in quo censetur electa personæ industria, respondetur, id non esse universaliter verum: nonnunquam enim fit delegatio negotij ardui personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut quando fit Prælatis præsentibus, & futuris, tunc enim non potest eligi industria personæ, cum hæc non innotescat, ut notat Sylvester *V. delegatus q.8. dict.1.* & Menochius *de arbit. lib. 1. q 64 n.17.* quoties commissio fit personæ incognitæ non eligitur industria personæ, quia quod non cognoscitur, non potest eligi: & an personæ insit hæc industria, non innotescit.

123 Hinc licèt regulariter commissio facta nomine proprio, & dignitatis expresso non transeat ad successorem in dignitate, eò quia tunc videatur electa persona, id tamen intelligitur, quando persona erat cognita; non ita, quando incognita: & quia per Tridentinum facultas dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio, non conceditur Episcopis determinatis, & cognitis; sed indefinitè omnibus Episcopis præsentibus, & futuris, non potest eligi industria personæ, sed sola dignitas: atqui facultas, quæ in perpetuum à jure conceditur dignitati Episcopali est perpetua, non delegata, proinde potest ab Episcopis delegari Parocho, ut docent Covarruvias *decret. 2. p. c. 8. §. 10. num. 1. ad fin.* Rebuffus in *benefic. in forma Vicariatus n. 155* Hostiensis *c. litteras de restit. spoliat. paulò post. init.*

124 Quæritur trigesimò, an Vicarius Generalis Episcopi sit etiam ipse Ordinarius, & possit hanc potestatē dispensandi in denuntiationibus præmittendis matrimonio delegare Parocho? Respondetur, Vicarium Generalem Episcopi esse, & ipsum Ordinarium, proinde habere jurisdictionem Ordinariam, quia jurisdictio concessa à lege, vel canone est ordinaria, ut desumitur ex *l. quia ff. de jur. om. Judic.* & *l. 21. tit. 4. § 3.* & ex *c. A Judicibus 2. q 6.* ibi: *Ordinarij verò sunt, qui ab Apostolico ut ecclesiastici, vel ab Imperatore, ut seculares, legitimam potestatem accipiunt.* Vicarij autem Generales Episcoporum suam accipiunt jurisdictionem ab Apostolico, seu jure canonico, proinde eorum jurisdictio est Ordinaria, & ipsi sunt Ordinarij, adeò ut licèt Episcopi constituant Vicarios Generales, non tamen illis conferunt jurisdictionem, quam habent, sed à jure eam accipiunt, quatenus à jure canonico iisdem tribuitur, ut liquet ex *c.2. de offic. Vicarij in 6.* proinde jurisdictio Vicarij Episcopi, cùm sit Ordinaria, est itidem Vicarius Ordinarius desumpta denominatione, quæ illi competit.

125 Præterea Vicarium Generalem Episcopi non esse Judicem delegatum, ex eo etiam liquet, quia à delegato ad delegantem datur appellatio *c. super quæstionem. §. de offic. deleg.* atqui à Vicario Generali Episcopi ad Episcopum non datur appellatio *c. Romana de appell. in 6. c. 2. de consuet. in 6.* proinde Vicarius Generalis Episcopi non est Judex delegatus, sed Ordinarius, alioquin ab ipso appellaretur ad Episcopum delegantem. Tum quia Episcopi, & ejus Vicarij Generalis est eadem jurisdictio, unum, ac idem tribunal *d. c. Romana de appell. in 6.* & *c. 2. de consuet. in 6.* ubi etiam additur ratio, cur à Vicario Generali ad Episcopum non detur appellatio, ne scilicet ab eodem ad se ipsum appelletur: ex quibus apertè constat, Vicarium Generalem esse Ordinarium Judicem non delegatum. Hinc ad secundam partem quæsiti respondetur, Vicarium Generalem Episcopi posse hanc facultatem dispensandi in denuntiationibus delegare Parocho: quia eatenus Episcopus potest hanc facultatem dispensandi delegare Parocho, quia Episcopus est Judex Ordinarius, & hæc facultas in ipso est ordinaria: atqui etiam Vicarius Generalis Episcopi est Judex Ordinarius, & facultas hæc est etiam in ipso Ordinaria, cùm sit eadem jurisdictio in Episcopo, & ejus Vicario Generali, qui propterea licèt non possit alium Vicarium instituere *c. Clerico de offic. Vicar.* potest tamen hanc facultatem dispensandi delegare Parocho, ut notat Glossa in *c. 1. de offic Vicar. in 6.* Foller. *4 p. dist. 5. n. 27.* Cæterùm is tantùm dicitur Vicarius Generalis, qui vices gerit Ordinarij, & est constitutus in eodem loco, & tribunali, in quo consuevit ipse Ordinarius jus dicere, ut notat Rebuffus in *prax. benefic. tit. de Vicar Episcop. n. 6.* Covarruvias *pract. c. 4. n. 8.* Felin. *v. super quæstionem §. si verò n. 17. de offic. deleg.* unde qui locum tenet Ordinarij, habétque commissam jurisdictionem, est Vicarius Generalis, unde si Vicarius constituatur in aliqua tantùm parte Diœcesis, non est ampliùs Generalis, sed foraneus, & delegatus, ut notat Jacobus Sborzius *lib. 1. de Vic Episc. q. 23 n. 4.*

An verò Vicarius Generalis sit tantùm Ordinarius quoad ea, quæ ipso jure ex officio Vicarij sibi competunt; vel etiam quoad alia, quæ sibi ab Episcopo committuntur, & quæ aliàs ex officio Vicarij non competerent, in hi videtur procedendum cum distinctione: vel enim Episcopus unica commissióne, dum constituit Vicarium, committit eidem aliquos casus, & tunc circa hos est Ordinarius. & desumitur ex *c. translato de constit.* ibi: *Quia simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione utraq; data sunt, quod de uno dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur* ex quo textu inferunt Canonistæ, quod dicitur de uno connexorum extendi ad alterū: quapropter, quia hæc jurisdictio potest simul ab eodem conferri, ideò sicut principalis est Ordinaria, erit etiam ordinaria commissa Vicario Generali propter connexionem, quia dignius trahit ad se minus dignum *c. quod in dubijs de consec. eccles.* quo fit, ut jurisdictio ordinaria, quæ est dignior, trahat ad se delegatam. 126

127 Hinc quamvis Episcopus non possit absolutè conferre jurisdictionem Ordinariam; quando tamen simul, & semel cum ordinariâ facit commissionem, quæ deberet esse delagata, tunc ordinaria, ut dignior trahit ad sa alteram. Sin verò divisim dum constituit Vicarium, committat aliquos casus, qui aliàs non competerent Vicario, tunc est jurisdictio delegata, nisi fiat expressa mentio Vicariatùs, quia tunc tota jurisdictio est ordinaria, quia dator ut connexa, & accessoria ordinariæ, ut docent Sbrozius *de Vicar. Episc. lib. 2. q. 55. n. 39.* Berojus *cons. 22. n. 14. vol. 1.*

128 Posset tamen contra jurisdictionam ordinariam Vicarij Generalis objici, quia per hoc jurisdictio ordinaria differt à delegata, quia illa mortuo concedente adhuc permanet: hæc autem re adhuc integra extinguitur. c. *gratum c. Relatum. c. licèt undique de offic. deleg.* atqui jurisdictio Vicarij morte Eposcopi cessat, proinde non potest esse ordinaria, sed delegata. Tum quia Ordinarius utitur propria jurisdictione, & delegatus tantùm vicem gerit delegantis *l. 1. §. qui mandatum. ff. d. offic. ejus*, ubi dicitur, *qui mandatam jurisdictionem susceperit, proprium nihil habet, sed ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur:* atqui Vicarius Episcopi gerit ejus vices *c. Romana init. de appell. in 6.* proinde non est Ordinarius, sed delegatus.

129 Sed contra, quia allatum discrimen inter utrámque jurisdictionem, tantùm est verum, quando jurisdictio ordinaria non est accessoria alteri ordinariæ; etenim, quia accessorium sequitur suum principale, hoc cessante deficit etiam accessorium: jurisdictio autem Vicarij Generalis est quidem ordinaria, sed adhæret etiam ut accessoria alteri ordinariæ, quæ inest Episcopo, quo fit, quòd mortuo Episcopo cesset in suo Vicario Generali jurisdictio quamvis ordinaria: sin verò jurisdictio ordinaria talis sit, ut non adhæreat tanquam accessoria alteri ordinariæ, tunc hac cessante non cessat illa, & in hoc sensu jurisdictio ordinaria dicitur differre à delegata, quia ordinaria etiam mortuo concedente perseverat: non ita delegata, ut dicitur in *c. Licet undique de offic. deleg.* at ex eo, quòd per mortem Episcopi extinguatur jurisdictio sui Vicarij Generalis, inde non sequitur, ejus jurisdictionem fuisse delegatam, sed fuisse ordinariam non simpliciter, sed cum addito, hoc est, ut accessoriam, & cohærentem alteri ordinariæ. Ad aliud, quod addebatur de Vicario gerente vices Episcopi, respondetur, id non officere ejus juriadictioni ordinariæ, quia vices gerit in eodem prorsus tribunali, & cum eadem jurisdictione, quæ propterea est ordinaria: is enim tantùm dicitur delegatus, qui vicem alterius gerit in diverso tribunali.

130 Quæritur trigesimo primò, quinam possint nomine Ecclesiæ assistere matrimonio? Respondetur, certum esse, Archiepiscopum in sua Diœcesi, ut etiam Episcopum in sua propria posse matrimonijs assistere: ratio est perspicua, quia ipsi in suis Diœcesibus sunt veri, & proprij Ordinarij. Non tamen putârim Archiepiscopum posse assistere matrimonijs subditorum alicujus Episcopi sui suffraganei intra propriam Provinciam, quia Archiepiscopus non est Ordinarius ipsorum, nec habet jurisdictionem nisi in causis per appellationem devolutis ad ipsum, & in aliis casibus singularibus, ut notat Glossa in *c. Pastoralis in princ. V. exceptis de offic. Ordinar.* Quamobrem Archiepiscopus non habet jurisdictionem in subditoa suorum suffraganeorum nisi in causa appellationis: quapropter si Episcopus nolit aliquos matrimonio conjungere, & causa per appellationem deferatur ad Archiepiscopum, potest tunc hic causâ cognitâ dare licentiam cuicunqua sacerdoti assistendi tali matrimonio, vel etiam potest ipsemet interessa, quia tunc ad superiorem pertinet supplere negligentiam inferioris; & Episcopo negligente jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum, ut docet Glossa *c. 1. V. culpis de supplend. neglig. Prælater. in 6.* Tum quia Archiepiscopus habet jurisdictionem ad ipsum devolutam. Id verò intelligitur, quando licentia Archiepiscopi transivit in rem judicatam; vel quia pars adversa consentit, vel est transactum decendium, in quo spectato jure canonico poterat appellare *c. non solùm de appell. in 6.* quia si licentia Archiepiscopi non transivit in rem judicatam, non potest validè interessa, nec dare licentiam assistendi matrimonio, quando secundum jus erat locus appellationi. Aliter verò est dicendum de Archiepiscopo in sua propria Diœcesi, quia est Pastor Ordinarius.

131 Quinimò sede vacante potest etiam capitulum assistere matrimonio, vel alicui sacerdoti concedere licentiam assistendi, quia tunc habet jurisdictionem ordinariam, quasi Episcopalem, ut docet Henriquez *lib. 11. de matrim c. 3. num. 4.* Potest etiam Archipresbyter ecclesiæ cathedralis interessa matrimonio in tota Diœcesi, dummodo Archipresbyteratus sit quædam præbenda, cui ex officio sit annexum audire confessiones omnium per totam Diœcesin, qoia tunc est proprius eorum sacerdos, & ordinarius, & desumitur ex *c. Officium de offic. Archipresbyt.* ubi inter ejus officia recensetur audire confessiones eorum, qui foris adveniunt. Tum qoia Archipresbyter hoc pacto est Parochus totius Diœcesis, & Episcopi Vicarius quoad hoc, ut possit excipere confessiones omnium degentium in eadem Diœcesi. Legatus itidem in Provincia suæ legationis, quia est Ordinarius, potest matrimonio assistere: potest enim in Provincia sibi commissa, omnia quæ Episcopus in sua Diœcesi, est enim perinde Ordinarios respectu suæ Provinciæ, ac sit Ordinarius Episcopus in sua Diœcesi *c. de offic. legat. in 6.* unde ex eo, quod Episcopus possit in sua Diœcesi assistere matrimonio, & alteri sacerdoti licentiam concedere, hoc idem poterit etiam Lagatus in Provincia sibi commissa.

132 Quæritur trigesimo secundò, quinam possint assistere matrimonio vagorum. Vagi hi dicuntur qui nullibi certum, & constans habent domicilium, sed hinc inde vagantur *l. ejus qui manumisit 27. §. fin. ff. ad muni.* Rursus nomine

vago-

vagorum comprehenduntur etiam qui pristinum domicilium deserentes in exteram Provinciam iter instituunt, quærentes, ubi possint domicilium figere, hi enim cùm careant domicilio, dicuntur vagi *l. ejus qui manumisit 27. §. Celsus ff. ad municip.* Ex eo autem quòd vagi careant proprio domicilio, possunt apud quemcunque Parochum confiteri, quia cùm nulli subdantur, non est major ratio de uno, quàm de altero; & cùm ubique locorum sortiantur forum, possunt pro delictis alibi commissis puniri, ut docet Glossa *l. hæres absen. V. debebit. ff. de judic.* Julius Clarus *lib. 5. receptarum in pract. crimin. §. fin. q. 39. V. cæterum.* Bossius *pract. de for. compet. n. 60.*

133 Respondetur ad quæsitum, Parochum non posse assistere matrimonio vagorum nisi præmisso diligenti examine, & inquisitione, & obtenta licentia Ordinarij juxta decretum Tridentinæ Synodi *sess. 24. de matrim. c. 7.* & licèt ibi decretum tantùm mentionem faciat de vagis: nihilominus ob identitatem rationis comprehendit etiam alienigenas habentes alibi fixum domicilium; siquidem ut Parochus assistat eorundem matrimonio in loco ubi non habent fixam sedem, necessaria est eadem prævia inquisitio diligens, ut etiam licentia Ordinarij, quia cùm Alienigenæ sint etiam ignoti, militat de iisdem eadem prorsus ratio ac de vagis, & est ratio inserta eidem decreto Tridentini: ratio igitur, cur Parochus debeat præmittere hanc diligentem inquisitionem, & obtinere licentiam ab Ordinario loci, est, quia vagi, & Alienigenæ utpote ignoti possunt esse alibi matrimonio juncti; proinde debet constare, eos non esse conjugatos, ne invalidè contrahant matrimonium: imò hæc diligens inquisitio etiam requiritur, quando tantùm unus ex contrahentibus est vagus, vel Alienigena; quia cùm non sit notus, potest esse conjugatus, & militat eadem ratio. Ordinarius verò, à quo petenda est licentia assistendi matrimonio vagorum est Episcopus loci, vel ejus Vicarius Generalis.

134 Cæterum quilibet Parochus potest assistere matrimonio vagorum; ratio est, quia Parochus ad audiendas confessiones, est etiam Parochus ad assistendum matrimonio, & sicut quicunque Parochus potest confessiones vagorum audire, ita & eorundem matrimonio assistere: quia cum vagi nullibi habeant fixum, & certum domicilium, non est major ratio de uno Parocho, quàm de alio. Id tamen ab aliquibus limitatur, nisi alicubi pro vagis esset ab Ordinario deputatus specialis Confessarius; quia tunc ad ipsum pertineret vagorum matrimonio assistere, quia tune ille solus in tali loco esset proprius vagorum Sacerdos. Verùm censerem, id tantùm procedere, quando talis Confessarius esset ad id deputatus ex speciali privilegio Pontificis: quia sola deputatio Episcopi non videtur posse privare vagos libertate, quâ gaudent eligendi quemcunque Parochum: unde tantùm indirectè posset Ordinarius hanc libertatem tollere, si Episcopus ex justa causa reservaret Parochis confessiones vagorum, sicut potest reservare alios casus, quia tunc Parochi non haberent jurisdictionem in ordine ad audiendas confessiones vagorum: sed tunc vagi adhuc possent eligere alium Parochum non subditum tali Episcopo.

An verò si unus ex contrahentibus tantùm sit vaga, & alter incola, possit tunc quilibet Parochus eos matrimonio conjungere, vel id pertineat ad Parochum incolæ. Respondetur, posse quemlibet Parochum tali matrimonio assistere saltem validè; quia ad valorem matrimonij sufficit quilibet Parochus contrahentium, & cum quilibet sit Parochus vagi, sequitur, posse quemlibet Parochum assistere tali matrimonio. Consultiùs tamen semper est, ut assistat Parochus incolæ. Cæterum si Parochus assistens matrimonio vagorum non præmitteret præviam diligentem inquisitionem, reus fieret gravis culpæ, ut etiam si licentiam ab Ordinario non peteret, quia transgrederetur præceptum Tridentini in re gravissima, & in qua imminet periculum irritandi sacramentum. Valeret tamen matrimonium vagorum, si contraheretur coram Parocho, & duobus testibus non præmissa diligenti inquisitione, nec petita ab Ordinario licentia, quia ad essentiam matrimonij tantùm requiritur præsentia Parochi, & duorum Testium, & mutuus, ac liber contrahentium consensus. 135

Quæritur trigesimo tertiò, an Parochus solius originis censeatur proprius ad conjugendos aliquos matrimonio? Juvat observare discrimen inter Parochum originis, & habitationis: quia ille dicitur, in cujus Parochia, qui matrimonium contrahit, natus est; hic verò in cujus Parochia contrahens de facto habitat: hinc domicilium aliud est originis, & aliud habitationis, illud est immutabile *l. assumptio ff. ad munic.* ibi: *Neque recusando, qui patriam ex qua oriundus est, mutare potest:* siquidem domicilium originis est naturale, & naturalia sunt immutabilia, non enim qui natus est hîc Monachij, potest efficere, ut natus sit alibi, cùm id non dependeat à propria voluntate. Secus domicilium habitationis, quia constituitur propriâ voluntate, & propriò factô, ita mutari voluntate, & facto potest, & amitti, *l. Domicilium ff. ad munic.* ut fusè probat Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 42. num. 4.* Verùm ut quis sibi compararet domicilium habitationis non sufficit qualiscunque habitatio, sed ulteriùs unà cum habitatione desideratur animus perpetuò ibi habitandi, adeò ut leges exigentes habitationem decennij *l. 2 C. de Incolis lib. 10. l. 22. tit. 2.* procedant ad præsumendum animum perpetuò ibi habitandi, ut docent Mascard. *de probat. conclus. 535. num. 13.* Menochius *lib. 2. de arbit. centur. 1. casu 86. num. 5.* Rebuffus *de repetit. super §. q. qui verò e Extirpanda de præbend.* cum Bartolo *l. quæsitum 76. init. num. 2. ff. de legat.* Hinc ad acquirendum domicilium habitationis non est necesse, ut quis integro decennio habitet in aliquo loco: sed cùm quis incipit habitare animo perpetuò ibi manendi, acquiritur domicilium habitationis *l. domicilium ff. ad municip.* 136

cip. ibi: *Domicilium re, & facto transfertur* hoc est, ut notat Glossa facto, & animo, seu voluntate perpetuò ibi manendi, quia hæc duo sunt necessaria : ergo eo ipso, quòd quia incipit habitare in aliquo loco cum animo ibi perpetuò manendi acquirit in tali loco domicilium habitationis, ut notat Hostiensis in *sum. tit. de Parochiis* §. *penult. n. 7.*

137 Hinc sicut domicilium habitationis acquiritur animo, & facto simul, ita deperditur animo, & facto; nempe per desertionem habitationis cum animo ibi ampliùs non manendi, nec sufficit solus animus ibi perpetuò non manendi, sed ulterius requiritur, ut simul deseratur tale domicilium, quia res quælibet per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur *c. 1. de reg. jur.* Rursus ad domicilium originis non sufficit, aliquem natum esse in loco, in quo parentes non habebant tunc domicilium, sed tantùm ibi aderant ad tempus ob aliquod negotium expediendum, tunc enim natus in tali loco fingitur natus in civitate, in qua parentes tunc habuerunt domicilium habitationis *l. filios. C. munic. l. cives fin. C. de Incolis. lib 10.* ibi: *Unde cùm profectus est peregrinare videtur*, quinimò mater, quæ habebat animum revertendi, fingitur semper mansisse in civitate, & ibi peperisse, quamvis extra illam pepererit *l. retro ff. de captivit.* ut docet Bartolus in *d. l. filios C. de munic. n. 4.*

138 Respondetur ad quæsitum, Parochum solius originis non esse proprium in ordine ad conjungendos aliquos matrimonio, idque desumitur ex Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* ubi: ad valorem matrimonij requiritur assistentia proprij Parochi; & sicut illa dicitur propria Parochia, in qua quis habet domicilium habitationis, ideo proprius Parochus est solus Parochus domicilij habitationis, non originis. Tum quia nomine domicilij in dubio non intelligitur domicilium originis, sed habitationis, ut notat Glossa *c. statutum §. cum vero V. unam dictam fin. de rescript.* ut docet Tiraquel *de retract. lign. §. 9. Gloss. 2. num. 21.* Felin. *c. fin. num. 33. V. bene facie de for. compet.* & ratio ex eo desumitur, quia in dubio non est recedendum à proprietate verborum *l. non aliter. ff. de legat.* ex quibus liquet, Parochum assistentem matrimonio debere esse Parochum habitationis, & domicilij, non originis. Tum quia sola habitatio, & non origo constituit Parochianum; qua ratione canonica portio, quæ est jus Parochiale non datur Parochiæ originis, sed habitationis *c. 2. de sepult. in 6.* Neque urges, si dicas, hanc canonicam portionem dari in præmium laboris in ministrandis sacramentis, quem cùm solus Parochus habitationis subeat, illi soli debetur. Nam contra est, quia hæc canonica portio non solùm datur ob laborem jam præstitum, sed etiam ob debitum : unde licèt quia toto anno habitaverit hic Monachij in Parochia sancti Petri, in quâ audierit divina, & perceperit sacramenta : si cùm primum se transfert ad parochiam sanctæ Mariæ, decedat, quarta debetur huic posteriori parochiæ, ut constat ex praxi, quamvis defunctus in ea nullum receperit sacramentum; idque non ob aliam rationem, nisi quia in parochia sanctæ Mariæ, in qua cœpit habitare cum animo perpetuò ibi manendi, debita illi erat sacramentorum administratio: cùm igitur canonica portio debeatur proprio Parocho, sequitur manifestè, hunc non esse Parochũ originis, sed habitationis: proinde Parochum originis non censeri proprium ad conjungendos aliquos matrimonio. Tum quia vagi, qui sunt domicilio destituti, possunt à quovis Parocho sacramenta recipere nulla habita ratione ad domicilium originis, idque argumento est, ad receptionem sacramentorum non attendi domicilium originis, sed illud habitationis.

Posset tamen in contrarium obiici, quia domicilium originis sufficit ad sacramentum ordinis conferendum, tametsi promovendus non habeat alibi domicilium habitationis : ergo videtur etiam sufficere pro matrimonio. Tum quia magis attendi debet causa naturalis, quàm accidentalis, cùm naturalia prævaleant *l. qui habet in princ.* & ibi Bartolus *ff. de tutel.* Tum quia domicilium originis est immutabile, & potentius quolibet alio : ergo si ad matrimonium sufficit Parochus habitationis, à fortiori sufficiet Parochus originis. 139

Sed contra, quia est discrimen de sacramento Ordinis, & matrimonij, quia pro recipiendo sacramento Ordinis habetur decretum in *c. cum nullus de tempore Ordin. in 6.* ubi declaratur, proprium Episcopum esse illum, de cujus Diœcesi promovendus ad Ordines est oriundus, vel in qua beneficium obtinet, vel domicilium habitationis : secus Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* pro sacramento matrimonij exigit proprium Parochum contrahentium, & proprius Parochus, ut hactenus ostendimus, est solus Parochus domicilij, & habitationis, non originis. Ad aliud, quod addebatur, magis attendi causam naturalem, quàm accidentalem, respondetur, id esse verum, quando utraque est vera causa, & confert aliquid, tunc enim prævalet naturalis, non ita quando causa naturalis non est vera causa, & nihil confert, ut in casu nostro: siquidem ad parochiam acquirendam habetur sola ratio ad habitationem, quâ cessante origo non attenditur. Cæterum domicilium originis dicitur potentius in hoc sensu, quia non est mutationi obnoxium. 140

Quæritur trigesimo quartò, an studiosi, famuli, & Mercenarij, in loco studij, in domo Heri, & in locis, ubi Mercenarij locantes suas operas morantur ad breve tempus, acquirant Parochiam, & possint à Parocho talis loci matrimonio conjungi? Respondetur, quòd si famuli, mercenarij, & studiosi per majorem anni partem ibi habitent, possint matrimonio conjungi à Parocho illius loci. Ratio desumi potest ex eo, quia is dicitur proprius Parochus ad conjungendos aliquos matrimonio, qui in *c. omnis de pœnit. & remiss.* dicitur proprius sacerdos in ordine ad audiendas confessiones, & dandam alteri Sacerdoti facultatem eas audiendi, quia sicut in Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* requiritur, ut matrimonio assistat pro- 141

prius

prius Parochus, vel alius Sacerdos ex ejus commissione, ita in *c. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss.* statuitur, ut proprius Sacerdos excipiat confessiones, vel alius de ejus licentia, proinde idem est proprius Parochus, de quo Tridentinum loquitur, ac proprius sacerdos, cujus meminit textus in *c. omnis utriusque sexus.* Tum quia in *c. omnis* sumitur proprius Sacerdos pro eo, qui habet jurisdictionem ordinariam ratione officij; cui est annexa cura animarum, ut docet Rebuffus in *repet. d. c. omnis* §. *proprio Sacerdoti V. item:* ergò cùm Parochus excipiat confessiones studiosorum in loco studij, famulorum, & mercenariorum, non ad breve tempus locantium suas operas, est proprius eorum Parochus, qui propterea potest eos matrimonio conjungere: hinc Innocentius *in d. c. omnis n. 6.* Cardinalis ibid. *n. 9.* Ancharanus *n. 9.* Joannes Andreas *n. 13.* & alij afferunt, eum, dici proprium esse Sacerdotem studiosorum, & mercenariorum, in cujus parochia per majorem anni partem habitant, proinde is erit proprius Parochus etiam pro matrimonio, cùm ad id non requiratur animus perpetuò ibi habitandi, sed sufficiat habitatio per majorem anni partem, & desumitur ex *c. final. de parochijs*, ibi: *Cùm ad inhabitandum in ea, se quamplurimi contulissent:* ubi qui ob bellum ad alienam parochiam confugerunt, dicuntur parochiani. Tum quia in eo loco habitare quis dicitur, ubi majori anni parte habitat, ut fusè probat Tiraquel *de retract. lign.* §. *9. Gloss. 2. n. 26.* ergò ratione talis habitationis acquirit quis forum in rebus spiritualibus.

142 Tum quia ex sola habitatione alicubi, non per modum viatoris, sed quia conduxerit ibi domum, & officinam, contrahitur quasi domicilium, ita ut possit ibi conveniri *l. hæres absens* §. *proinde:* ergo acquirit etiam domicilium in rebus spiritualibus, adeò ut ratione illius Parochus habeat jurisdictionem in habitantes in tali loco, & ita expressè docent Federicus de Senis *consil. 225.* Ancharanus *c. de uxore n. 7. & 8. de sepult.* & alij docentes non esse arguendum de jure parochiæ ad jus domicilij; eò quia ad jus parochiæ consideratur præsens status, seu præsens habitatio, & concludunt, eum dici parochianum, qui habitet in parochia, saltem majorem anni partem, ut notat Petrus de Ubaldis *de canon. Episc. c. 7. n. 2.* ubi ait, Parochianum dici, quando per annum, vel majorem anni partem, quis habitat in tali parochia. Tum quia durum videretur, si scholastici, & alij, qui majori anni parte commorantur in aliqua parochia, non possent ibi matrimonio conjungi, & sepeliri, quando non eligunt sepulturam, ut etiam quòd non debeatur parochiæ, in que decedunt, canonica portio. Quamobrem uno dempto sacramento Ordinis probabilius videtur, ad cætera sacramenta aliquem fieri parochianum, & subditum alicujus Diœcesis, quando per majorem anni partem ibi habitet: quinimò cùm primum incipiunt ibi habitare cum animo ibidem manendi majore anni parte, fiunt Parochiani, & acquirunt omnia jura concessa Parochianis.

Posset tamen in contrarium objici textus *in c. si qui de sepulturis in 6.* ubi expressè habetur, transferentem se ad villam causâ recreationis, vel ad ruralia exercenda non effici villæ parochianum, sed proprij domicilij: nec videri discrimen, an quis se transferat ad ruralia, vel alium locum ad professionem scholasticam, vel ut alicui famuletur, quia in utroque casu habetur habitatio in parochia aliena retento proprio domicilio. Sed contra quia textus *in d. c. si qui* communiter intelligitur, quando tantùm ad modicum tempus est habitatio, non verò per majorem anni partem, & ideo in textu dicitur causa recreationis, vel ad ruralia exercenda; quæ nonnisi ad paucos dies, vel septimanas solent extendi, non verò durare majore anni parte. 143

144 Quæritur trigesimo quintò, an, si Parochus fictè concedat licentiam sacerdoti; ut assistat matrimonio sine vera intentione eam concedendi, sit matrimonium validum? Respondent aliqui cum Petro de Ledesma *de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 4.* matrimonium initum coram tali sacerdote, cui Parochus fictè, & sine intentione concedendi, solis externis verbis concessit licentiam assistendi, nullum sortiri valorem, idque probant à simili, quia confessio sacramentalis facta sacerdoti, cui Episcopus fictè tantùm dedit facultatem audiendi confessiones, est nullius valoris: quia eo ipso, quòd licentia est invalida, titulus est nullus. Verùm hæc ratio est potiùs petitio principij, probatur enim idem per idem, quia est utrinque eadem difficultas. Putàrim igitur, talem confessionem sacramentalem esse validam, dummodo sacerdos, qui eam audivit, veram habuerit intentionem absolvendi, quia eo ipso, quòd sacerdos externis verbis obtinuit facultatem audiendi talem confessionem, obtinuit etiam jurisdictionem, quia cùm hæc non possit conferri, nec probari, nisi per signa extrinseca, quando hæc concurrunt, jurisdictio confertur, proinde sacerdos validè absolvit. Præterea esto etiam ex defectu intentionis concedendi talem licentiam, confessio esset nulla; quia tamen hæc nullitas esset occulta, & error communis cum titulo præsumpto, & licentiâ collatâ à legitimo superiore, tam ad assistendum matrimonio, quàm ad audiendas confessiones, adhuc matrimonium esset validum, ut etiam absolutio impertita à tali sacerdote: etenim etiam licentia concessa excommunicato alibi denuntiato audiendi confessiones invalida est: & nihilominus, si audiat confessiones in loco, ubi excommunicatio est occulta, validè absolvit virtute talis licentiæ sibi concessæ, ratione communis erroris.

Hinc gesta per Parochum communi errore talem existimatum, & habentem titulum putativum à legitimo Superiore suum sortiuntur valorem, tametsi pertineant ad forum conscientiæ, adeò ut confessiones non sint iterandæ detecto impedimento, quia quod in jure statuitur in uno casu, eo ipso habetur statutum in simili: atqui [illegible] potestate Ordinis, uterque so- 145

sub

rus quoad potestatem jurisdictionis est ejusdem rationis; proinde quod statuitur in foro externo quoad valorem actûs, censetur etiam statutum in interno, ut docent Innocentius in *c. dudum 2. n. 3. de elect.* & ibi Hostiensis *V. damnabiliter.* Tum quia à sensu contrario id colligitur *ex d. c. dudum*, quia ibi eatenus Parochus dicitur, non verè absolvisse, quia sententia erat ex causa notoria: ergò à contrario sensu, si causa non sit notoria, vel impedimentum sit occultum, gesta tenent, ut notant Sylvester *V. Confessio. 1. q. 19.* Armilla *V. absolutio n. 30.*

146 Cùm igitur Parochus dat alteri sacerdoti ficlè licentiam assistendi matrimonio, adeò ut externis verbis exprimat, se dare talem licentiam, quamvìs in animo non habeat intentionem eam concedendi, adhuc validè assistit, quia tunc concurrit titulus præsumptus, & communis error. Tum quis illa facultas assistendi data, & expressa per verba sensibilia, & externa reputatur in jure vera licentia, & apud peritos habetur ut talis; proinde matrimonium suum sortitur valorem, & non est clandestinum, quia sacerdos cum titulo præsumpto nomine Parochi contrahentes matrimonio conjungit.

147 Quòd si dubitaretur de legitimo ministro matrimonij, tunc non esset hic admittendus, quia matrimonium non debet contrahi coram Ministro dubio, ne exponatur periculo nullitatis. Sin verò Parochus beneficium amiserit, eò quia intra annum non fuerit promotus ad sacerdotem, vel quia aliud beneficium incompatibile cum parochia adeptus fuerit, si matrimonio assistat, adhuc suum sortitur valorem; quia tametsi parochus sit tunc ipso facto privatus titulo; nondum tamen est spoliatus possessione, & quamdiu hac non spoliatur, præsumitur habere justam causam retinendi parochiam *c. licet Episcopus in fin. de prabend. in 6.* quinimò valeret etiam matrimonium, si eidem de licentia Parochi assistarat alius sacerdos, quia sicut potest Parochus nondum spoliatus possessione validè per se assistere, ita potest hanc facultatem concedere alteri simplici sacerdoti, qui suo nomine assistat. Hinc si matrimonium contrahatur coram Parocho habente possessionem parochiæ sine vero titulo, stante communi errore suum sortitur valorem.

148 Quinimò si quis ob delictum ipso jure amittat officium, dummodo hæc amissio sit occulta, valent gesta per illum, quia adhuc retinet possessionem, quâ non potast privari, nisi post causam cognitam, & sententiam Judicis *c. licèt Episcopus de prabend. in 6.* Immo Navarrus in *c. placuit n. 179. de pœnit.* censet, hoc idem procedere, quando ipso facto ob crimen est privatus non solùm beneficio, sed etiam possessione. Dummodo privatio possessionis non sit notoria, quia tunc adhuc retinet possessionem facti, quæ sufficit, ut gesta valeant, & hoc idem à contrario sensu docent Joannes Andreas in *c. Nihil n. 28. de elect.* & ibi Armilla *V. absolutio n. 30.* ubi expressè docent, non valere gesta, quando privatio est notoria, unde contrarium videntur sentire, quando est occulta. Quinimò valere etiam gesta, quando privatio est per hominis sententiam, dummodo sit occulta, & concurrat communis error, docet Baldus *l. 1. n. 12. de testam.* Tum quia error communis ortus à justo initio tituli sufficit, ut gesta sint valida, ut docet Mascardus *de Probat. conclus. 649. n. 67.*

149 Juvat tamen observare, quòd ut gesta valeant per eum, qui est in possessione ex communi existimatione alicujus officij, non sufficit solus communis error; sed ulterius requiritur titulus collatus à superiore, tametsi invalidus sit ob aliquod latens vitium: adeò ut, si aliquis sine titulo, & authoritate Superioris se intrudat in aliquod officium, quamvis communis error facti accedat, non tamen gesta per talem intrusum pertinentia ad utrúmque forum sunt valida, & desumitur *ex c. infamis V. Verumtamen 3. q. 7.* ibi: *Servus putaretur liber si ex delegatione sententiam dedit*, ubi jus non solùm ponderat communem errorem, ut gesta valeant, verùm etiam, quòd intercesserit authoritas superioris delegantis potestatem, & ita docent communiter Juristæ, præsertim Innocentius in *c. qualiter fin. de elect.* & ibi Abbas *n. 11.* ubi hanc sententiam vocat indubitatam, & Tiraquel *post leges connubial. Gloss. 8. n. 145.* eam vocat communem. Non sufficit, titulum conferri à quocunque Superiore, sed conferendus est à legitimo superiore, aliàs gesta non valent, tametsi communis error adsit; hinc si conferatur titulus ab Archiepiscopo subditis suffraganei, si non sit superior respectu eorum, gesta non valent, quia non concurrit authoritas superioris, & titulus provenit à non habente facultatem eum dandi, proinde consideratur, ac si non esset, ut notat Baldus *l. Barbarius n. 1. lectura n. 26 ff. de offic. Prætor.*

150 Quæritur trigesimo sextò, an quæ fiunt ab habente titulum putativum obtentum tempore, quo occultè erat excommunicatus, valida sint, si impedimentum communiter lateat? Respondetur cum distinctione, si impedimentum sit juris divini, vel naturalis, tunc gesta per habentem tale impedimentum, tametsi concurrat titulus putativus, & communis error, sunt invalida; adeò ut si non sacerdos sacramentaliter absolvat, quamvis communiter existimetur sacerdos, & verus Parochus, absolutio sit irrita. Ratio ex eo petitur, quia eatenus gesta per habentem titulum putativum valida sunt, quia jus Pontificium, & civile ob publicam utilitatem supplet talem defectum, & concedit jurisdictionem eũ habenti: atqui jus humanum, sive Pontificium, sive civile, non potest supplere defectum juris naturalis, & divini, quia inferior, cùm non habeat potestatem in superiorem, non potest ejus legi derogare. Tum quia ecclesia circa substantialia sacramentorum non potest quidquam immutare, ut declarat Tridentina Synodus *sess. 21. c. 2. de Euchar.* Idque etiam potest firmari ex *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* ubi assignatur ratio, cur valida sint, quæ fiunt à servo existimato vero Judice, cum talis non esset ob impedimentum servitu-

tis

tis; & dicitur in textu: *verum puto nihil eorum reprobari: cùm populus Romanus etiam ſervo potuiſſet hanc poteſtatem decernere:* atqui eccleſia nequit ſupplere defectum poteſtatis Ordinis, nec alia impedimenta juris naturalis, & divini: conſequenter, quæ fiunt ab habente impedimentum juris divini, & naturalis, tametſi concurrat titulus putativus, & ſimul communis error, nullius ſunt valoris, ut notat Maſcardus *de Probat. concluſ. 149. n. 98.*

151 Sin verò impedimentum ſit ſolius juris humani eccleſiaſtici, vel civilis, tunc quæ fiunt per habentem tale impedimentum, dummodo concurrat titulus putativus, & communis error, ſuum ſortiuntur valorem, quia quando intervenit communis error, & titulus præſumptus, & impedimentum eſt ſolius juris humani, tunc jus Pontificium, & civile ob publicam utilitatem ſupplet talem defectum, & concedit juriſdictionem, ac ſi tale impedimentum, tunc non exiſteret. Jura enim quoad hoc non excipiunt, & ſolùm probant, excommunicatum incapacem eſſe electionis, & geſta per ipſum eſſe ex ſe invalida, eò quia careat legitimo titulo: non tamen probant, geſta per habentem titulum putativum obtentum tempore, quo occultè erat excommunicatus, eſſe invalida, ſi adſit communis error.

152 Hinc quæ fiunt per excommunicatum occultum exiſtente communi errore, valida ſunt, & ſolet etiam evinci à ſenſu contrario *ex cap. ad probandum de ſent. & re judic.* ibi: *Ita ut, ſi pro eo quòd unus ex Judicibus excommunicationis vinculo eſſet publicè innodatus*, unde ſi non eſſet publicè, ſed tantùm occultè, valerent geſta à tali Judice. Tum quia eccleſia non cenſetur privare uſu juriſdictionis excommunicatos, quamdiu excommunicatio occulta eſt, idque ob bonum commune, ne plurima inde oriantur ſcandala. Tum quia plures poſtea detecta excommunicatione dubitarent de proprio ſtatu: ad hæc igitur præcavenda incommoda, eccleſia noluit excommunicatos privare uſu juriſdictionis, & voluit, geſta per excommunicatum occultum eſſe valida, ut notat Gloſſa *fin. c. decernimus de ſent. excommun. in 6.* & docent Maſcardus *de Probat. concluſ. 649. n. 35.* Covarruvias in *c. Alma Mater 1. §. 9. n. 9.* Bartolus *l. Barbarius ff. de offic. Procur. in 1. lectur. n. 7.* Baldus *l. 1. n.* 10. *C. de jure & facti ignor.* Immo poſt Concilium Conſtantienſe, quô non tenemur vitare niſi ſolos denuntiatos excommunicatos, vel notorios Clerici percuſſores; geſta per quemcunque publicè excommunicatum, & abſolutionem ab ipſo præſtitam, dummodo denuntiatus non ſit, nec notorius Clerici percuſſor, certum eſt, ſuum ſortiri valorem: alioquin ſi hujuſmodi geſta invalida eſſent, teneremur, tales excommunicatos evitare, ne quæ ab ipſis fiunt, irrita eſſent, neque timoratis conſcientijs ſufficienter conſuleretur, imò daretur potiùs occaſio ſcandali. Neque inde ſequitur, Concilium Conſtantienſe faviſſe excommunicatis, quia Concilium directè reſpexit ad utilitatem fidelium, quibus quoad hoc voluit favere: undè tantùm indirectè ſequitur favor ipſi excommunicato, ut docent Covarruvias in *c. Alma Mater 1. p. § 6. n. 8. V. ex his colligitur.* Guttierez *quaſt. canon. l. 1. n. 76.* Felinus *c. Ad probandum n. 6. de ſent. & re judic.*

Hinc Judex occultè excommunicatus poteſt validè excommunicare, quia excommunicare eſt actus juriſdictionis, cujus uſu non privatur occultè excommunicatus; neque obſtet, quòd in *c. Audivimus 24. q. 1. init.* excommunicatus dicatur, non poſſe excommunicare, quia id procedit de publica excommunicatione Judicis, non verò de occulta. Et ratio eſt, quam aſſignat D. Thomas *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 2. quaſtiu. 3.* quia privatur uſu juriſdictionis: unde id intereſt diſcriminis inter publicè, & occultè excommunicatum, quia ille, cùm privetur uſu juriſdictionis, non poteſt validè excommunicare: bene iſte, cùm non privetur tali uſu, ut docet Innocentius *c. ſi verò de ſent excommun. ad fin.* Abbas *c. veritatis n. 43. de dolo, & contumel.* Henricus *c. Ad probandum. num. 3. de ſent. & re judic.* & ibi Felinus *num. 7.* Covarruvias *c. Alma Mater 1. p. §. 2. num. 4.* Maſcardus *de Probat. concluſ. 649. n. 42.* 153

Hoc idem etiam procedit de abſolutione ab excommunicatione, adeò ut ſicut occultè excommunicatus poteſt validè excommunicare, ita etiam validè abſolvere ab excommunicatione, quia pro utroque actu exercendo habet juriſdictionem. Imò hodie poſt Concilium Conſtantienſe id etiam procedit de publico excommunicato, dummodo non ſit denuntiatus, nec notorius Clerici percuſſor, quia retinet juriſdictionem, ut docent Henriquez *lib. 13. de excommun. c. 7. num. 6.* Guttierez *qq. canon. lib. 1. c. 1. num. 82.* Idque etiam procedit circa ſpiritualia, adeò ut Epiſcopus occultè excommunicatus conferat Ordinis executionem, quia cùm adſit communis error facti cum titulo; æquitas exigit, ut omnino valeat, quidquid gerit, quia tunc dignitas potiùs, quàm perſona confert Ordinis executionem. 154

Quòd ſi dicas, excommunicatum etiam occultum non habere executionem Ordinis, conſequenter non poſſe eam alteri dare, eò quia nemo dat, quod non habet *c. Daibertum q. 7.* Contra eſt, quia hic textus intelligitur de publicè excommunicato, & quando ignorantia non eſt probabilis, & illud axioma: nemo dat, quod non habet, etiam intelligitur de cauſa principali, non autem de inſtrumento, ut eſt ſacerdos conferens ſacramenta: licèt enim iniquus ſit, adhuc tamen confert gratiam, quâ caret: ſi enim Confeſſarius exiſtens in peccato mortali audiat confeſſionem, & abſolvat pœnitentem verè attritum, confert illi gratiam, tametſi eâ careat, eò quia non concurrat ut cauſa principalis ad collationem gratiæ, ſed tantùm ut inſtrumentalis, ut docent Felinus in *c. Ad probandum n. 7. de ſent. & re judic.* Maſcardus *de Probat. concluſ. 649. n. 45.* Guttierez *qq. canon. lib. 1. c. 1. num. 80.* 155

Idque à fortiori procedit hodie poſt Concilium Conſtantienſe cùm per ejus decretum non 156

tenea-

teneamur vitare excommunicatos, & aliis cenſuris innodatos, niſi denuntiati ſint, vel notorij Clericorum Percuſſores: hinc recipiens ſacerdotium, vel alios Ordines ab Epiſcopo excommunicato, dummodo non ſit denuntiatus, vel notorius Clerici percuſſor nullam incurrit ſuſpenſionem, & accipit veram Ordinis executionem, alioquin teneremur, Epiſcopos ita excommunicatos vitare contra decretum Concilij Conſtantienſis. Quæ fiunt ab occulto hæretico, dum adeſt communis error facti cum titulo vero, aut putativo, ſunt valida, ut notat Archidiaconus *c. 1 1. num. 1 1. de ſent. excommun. in 6.* & Abbas in *c. Nihil num.* 12. *de elect.* imò poſt Concilium Conſtantienſe, quamvis notorius ſit hæreticus, dummodo non ſit denuntiatus, quia non amittit juriſdictionem, ut notat Henriquez *lib. 6. de pœnit. c. 13 num.* 12. quia Concilium Conſtantienſe ſtatuens ſolos excommunicatos denuntiatos, & notorios Clerici percuſſores vitandos eſſe, id non reſtrinxit ad Epiſcopos, vel Parochos, ſed univerſaliter extendit ad omnes.

157 Quæritur trigeſimo ſeptimò, an etiam, quæ fiunt per Judicem delegatum putativum ad unam, vel alteram tantùm cauſam valida ſint, dummodo concurrat communis error, & utilitas. Ratio dubitandi deſumitur ex eo, quia jura ſtatuerunt, valere geſta per Judicem Ordinarium putativum, idque ob communem utilitatem, cùm omnes apud eundem Judicem ſuas agitent lites: & quia hæc communis utilitas ceſſat in delegato ad unam tantùm, vel alteram cauſam; ideo juris diſpoſitio non videtur ſe extendere ad Judicem delegatum; & ita docent Innocentius in *c. Dilecta num. 1. de reſcript. V. ſed dices.* Angel. *l. Barbarius n. 2 ff. de offic. Prætor.* Imola *c. ſciſcitatus de reſcript. num. 17. ad fin.* ubi tamen id limitat, quando pars contraria opponit vitium, & impedimentum de egati. Nihilominus communior ſententia, & verior eſt, etiam geſta per Judicem delegatum putativum ad unam, vel alteram cauſam valere, dummodo concurrant communis error, & utilitas, idque deſumitur ex *c. Infamis. V. veruntamen 3. q. 7.* ibi: *Si ſervus dum putaretur liber ex delegatione ſententiam daret, ſententia ab eo dicta rei judicatæ firmitatem tenet.* Textus enim apertè loquitur de Judice delegato, cujus ſententiam dicit ſuſtineri; idque propter communem errorem, quo putabatur verus Judex, cùm tamen talis non eſſet. Id etiam deſumitur ex *l. 2. C. de ſent. & interlocut.* ibi: *Si arbiter datus à Magiſtratibus cùm ſententiam dixit, in libertate morabatur* ubi illius ſententia ob communem errorem definitur valida, tametſi fuerit Judex delegatus, ſeu arbiter datus à Magiſtratibus.

158 Tum quia licèt ſervus nequeat teſtis eſſe, ſi tamen communi errore putetur liber, validè adhibetur in teſtamento *l. 1. C. de teſtam.* Idque verum eſt licèt vertatur cauſa unius tantùm: proinde valet etiam ſententia Judicis delegati, quamvis agatur de utilitate privata unius, vel alterius, idque ob communem errorem, vel utilitatem, ut docent Abbas in *c. cum Dilecta num. 10. de reſcript.* ubi dicit eſſe ſententiam communem, ut etiam Felinus ibid. *num. 3.* Abbas *c. gratum. num. 10. de offic. Deleg.* Decius *c. ſciſcitatus de reſcript. num. 38.* Maſcardus *de Probat. concluſ. 64. num. 58.* Quinimò licèt vitium irrepat circa commiſſionem factam à legitimo Superiore, dummodo tale vitium ignoretur, adhuc geſta per Judicem delegatum valent; niſi fortaſſis jus in pœnam illa invalidet, ut deſumitur ex *c. 1. de reſcript. in 6.* quia tunc concurrunt omnia requiſita ad valorem eorum, quæ fiunt à Judice delegato: concurrit enim Authoritas ſuperioris conferentis titulum, & communis error: nec eſt major ratio de errore in vitio perſonæ, vel in vitio commiſſionis, quia utrumque vitium poteſt eſſe publicum, & occultum, & poteſt etiam utrumque probabiliter craſsè ignorari.

Hinc ad rationem dubitandi reſpondet Abbas in *c. cum Dilecta num. 19. de reſcript.* ſufficere, ſi adſit publica utilitas in officij qualitate, tametſi in exercitio ipſo poſtea agatur de utilitate privata: ut contingit in delegatione: quando enim ſuperior delegat cauſam in ipſa delegatione, habetur jus publicum, & utilitas publica, quia ſuperior tunc committit delegationem jure publico *l. 3. ff. de juriſdic. om. Judic.* & agitur etiam de utilitate publica, quamvis unius tantùm privati tunc interſit: ſiquidem intereſt Reipublicæ, cuilibet juſtitiam miniſtrari, ut notat Felinus *d. c. cum dilecta num. 3. de reſcript.* 159

Quæritur trigeſimo octavò, an ſi Clericus, qui communiter cenſetur Parochus, & de facto talis non ſit, aſſiſtat matrimonio, hoc ſuum ſortiatur valorem. Tripliciter poteſt Clericus intelligi deſtitutus titulo officij, vel beneficij. Primò quia nunquam habuit verum titulum, ſed tantùm coloratum, vel præſumptum; ut ſi Epiſcopus conferat beneficium Parochiale Clerico occultè excommunicato, vel per ſimoniam completam, utroque enim caſu collatio eſt nullius valoris. Secundò, ſi priùs Clericus habuit verum titulum, quo tamen poſtea fuerit occultè privatus. Tertiò, ſi nunquam habuit talem titulum etiam coloratum, & præſumptum, ut quando Clericus ſe intrudit in aliquod beneficium, & non accipit titulum à legitimo ſuperiore. Quæſtio procedit de Clerico carente legitimo titulo, & habente tantùm titulum putativum, quatenus putatur eſſe Parochus, cùm revera talis non ſit; an ſi tunc aſſiſtat matrimonio, hoc ſit validum, ſi adſint cætera requiſita, ſeu duo ſaltem teſtes, & nullum concurrat impedimentum. Ratio dubitandi deſumitur ex eo, quia ad valorem actûs emanantis à juriſdictione requiritur juriſdictio: atqui Clericus, qui non eſt Parochus, & tantùm putatur talis, non habet juriſdictionem, quia per communem exiſtimationem, quâ creditur Parochus, habetur tantùm titulus putativus, & præſumptus, qui nullam confert juriſdictionem, eò quia non ſit verus titulus, à quo tantùm haberi poteſt juriſdictio, neque 160

com-

communis arror potest eam cooferre *l. privatorum C. de jurisdic. om. Judic.* ibi: *Privatorum consensus Judicem non facit eum, qui nulli praest judicio:* ex quo textu liquet, communem existimationem non dare Clerico jurisdictionem Perochi. Tum quia non potest intelligi, qualem hic habaat jurisdictionem, certè non ordinariam, cùm revere noo sit Parochus: neque delegatam, quia noo assignatur superior ordinarius, à quo fuerit delegata; exigit enim jurisdictio delegari ab Ordinario.

161 Nihilominus diceodum est, matrimoniom ioitum coram Clerico communiter existimato Parocho, licèt telis revera oon sit, suum sortiri valorem, dummodo adsint reliqua requisita. Ratio petitur ax eo, qnia quæ fiunt à Judice Ordioario, & pertinent ad forum externum, sunt valida, si Judex titulum habeat, qui ex commoni errore existimetur legitimus, & à legitimo superiore collatus, alioquin sequerentur gravissima incommoda, & scandala, si detecto postea communi errore omnia, quæ facta fueroot, per eundem Judicem putativum, essent resciodeoda: ut igitur hisce iocommodis jura occurrareot, meritò decreverunt, ut quæ facta fuerunt per talem Judicem toto tempore, quo communis error extaret, valida habereotur, ac si facta fuissent per verum, & legitimum Judicem. *l. Barbarius ff de offic. Prætor.* ibi: *Si servus quamdiu latuit, dignitate Prætoria functus sit, quid dicemus? an quæ dixit, quæ decrevit, nullius fore momenti, an fortè propter utilitatem eorum, qui apud eum degerunt, & verum puto nihil eorum reprobari: hoc enim humanum est, cùm populus Romanus etiam servo potuisset hanc potestatem decernere.* Hoc idem etiam habetur in c. *Infamis 3. q. 7. V. verumtamen* & desumitur ex Romana Synodo ibi: *Si servus dum putaretur liber ex delegatione sententiam daret, quamvis postea in servitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei judicatæ firmitatem tenet:* ex hisce juribus satis apertè liquet, communem errorem, dummodo concurrat titulus putativus authoritate superioris collatus cooferre jurisdictionem: siquidem servus ille, de quo loquuntur jure, erat iocapax jurisdictionis Prætoris ob impedimeotum servitutis, & nihilominus, quia putabatur liber, & verus Judex, & obtinuisse jurisdictionem authoritate superioris, ejus gesta valida fuerunt habita.

162 Verùm debet tuoc interesse commonis error, quo ille existimetor verus Judex, nec sufficeret error unjus, val alterius litigantis coram illo, & desumitur ex *c. Infamis 3. V. verumtamen q. 7.* ibi: *verumtamen si servus, dum putaretur liber,* qui textus non potest intelligi de ignorantia unjus, vel elterius, quia leges non considerant, quæ raro, & in singulari contingunt; sed quæ frequenter accidunt *l. Nam ad ea. ff. de legib.* Tum quia, si error sit tantùm unjus, vel alterius, non sequuntur in Republica illa incommoda, & scandala, ex rescissione sententiarum, quibus jus voluit occurrere, si error sit communis. Imò nec sufficit error communis, si non sit probabilis, adeò ut error crassus, & supinus, quamvis communis non sufficiet ad valorem eorum, quæ fiunt à Judice habente titulum tantùm putativum, qoia debet esse talis error, qoi equiparari possit scieotiæ *c. 2. de constit. in 6.* ut si io aliquo oppido aliqois publicè esset damnatus, vel denuntiatus de eliquo impedimento, ob quod esset ineapax talis officij, & ita docet Abbas *c. suscitatus de rescript. n. 12.* & ibi Felin. *n. 5.* Ancharanus *c. decernimus de sent. excommun. in 7 n. 12.* Mascardos *de Probat. conclus. 649. n. 60.*

Sufficit tamen, si error communis habea- 163
tur in loco illo, ubi gesta fiunt, quia io tali loco impedimentum est verè occultum, quamvis alibi sit notorium, ídque desumitur ex *d. l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Siqoidem est perquam verisimile, quòd servitus illa, ob quem Barbarius Judex esse noo poterat, fuerit note in suo domicilio. Hinc Glossa in *c. Ad nostram 3. de jurejur. V. observandus*, notat, quod cùm textus dicit: in notorijs non esse servandum ordinem judiciarium, esse intelligendum in loco, ubi delictum est notorium, non verò in alio, ubi est occultum, ut notat Mascardus *de Probat. conclus. 649 n. 63.* verùm id debet intelligi, quando impedimentum est notorium in loco taliter distante, ut verisimiliter ejus noritia non potuerit devenire ad oppidum, vel locum, in quo ignoratur.

Hæc etiam proceduot in foro conscientiæ, 164
dummodo impedimentum occultum non sit de jure divioo, & naturæ, sed tantùm de jure ecclesiastico, quia tunc ob communem utilitatem jura supplent defectum, tolluntque tale impedimentum. Tum quia quod jure statoitur in uno casu, eo ipso censetur statutum io simili: sed supposita potestate Ordinis, uterque forus quoad potestatem jurisdictionis est ejusdem rationis; proinde quod statuitur in foro externo quoad valorem actûs, reputatur etiam statutom in foro interno: unde matrimonium initum coram Clerico communiter existimato Parocho, licèt talis noo sit, suum sortitur valorem, dummodo concurrant cætera reqoisita.

Hinc ad ratiooem dubitaodi respondetur, 165
ad valorem actûs requiri quidem jurisdictionem, sed hanc habere Clericum, qoi putatur esse Perochus, eo enim ipso, quòd adest communis error, jura tribuuot ipsi jurisdictionem, ídque ob commune bonum, & utilitatem, proinde talis titulus præsumptus, qoamvis in se revera invalidus sit, & inefficax, jurisdictionem tamen confert, quandiu ipsa inefficacia communiter ignoratur. Ad aliud, quod addebatur, respondetur, hunc titulum putativom, si sit Judicis Ordinarij conferre jurisdictionem ordinariam: sin verò Judicis delegati delegatam, eo enim modo, quo creditur Judex, jura cooferuot ipsi jurisdictionem.

Quæritur trigesimo nonò an matrimonium 166
initum coram Parocho, cui prohibitum est administrare sacramenta sit validum? Ratio dubitandi petitur ex eo, quia talis assistentia est actus Parochi, at Perochus est: atqui non est actus Ordinis, ut per se liquet: ergo est actus

jurisdictionis, sed eo ipso, quòd Parocho est interdicta sacramentorum administratio, est etiam interdictum exercitium jurisdictionis, consequenter non potest tale matrimonium suum sortiri valorem cum talis assistentia Parochi non sit exercitium jurisdictionis.

167 Nihilominus respondetur quæsito, tale matrimonium suum sortiri valorem. Ratio est, quia eatenus esset nullius valoris, quia interdicta esset Parocho sacramentorum administratio, & omne exercitium jurisdictionis: atqui id non obstat, quin tale matrimonium suum sortiatur valorem; quia præsentia Parochi revera non est actus jurisdictionis, sed tantùm requiritur in matrimonio, quasi authoritatem præstans eidem par potestatem, quam habet in subditos, ut notat Navarrus *de clandestina desponf. conf.* 14. *n.* 6. *ad.* 1. atqui authoritatem præstare actui per suam præsentiam non est actus jurisdictionis: etenim quilibet actus sive Ordinis, sive jurisdictionis exigit essentialiter liberè fieri, & cum intentione faciendi; adeò ut nullus actus sive Ordinis, vel jurisdictionis possit validè fieri ab omnino invito, & habente contrariam intentionem: siquidem actus agentium non operantur ultra eorum intentionem *l. non omnis init. ff. de reb. credit.* atqui præsentia Parochi omnino inviti, & habentis contrariam intentionem sufficit ad valorem matrimonij, valet enim matrimonium, quamvis Parochus, & Testes vi detenti intersint dummodo consensus contrahentium intelligant, & desumitur ex *l. Coram Titia* 209. *ff. de V. O.* ibi: *Scire autem, non etiam velle is debet, nam etiam eo invito rectè fit.* ubi deciditur, dici aliquid, coram aliquo fieri quamvis invitus adsit, si advertat, cùm igitur Tridentinum solùm exigat matrimonium celebrari coram Parocho, & Testibus sufficit, si ipsis præsentibus, quamvis invitis contrahatur.

168 Tum quia salvatur finis decreti Tridentini, & desumitur ax ejus præfatione: siquidem finis Concilij exigentis præsentiam Parochi, & testium elt, ut possit constare ecclesiæ, tale matrimonium fuisse initum: atqui eo ipso, quòd Parochus, & Testes licèt inviti assistunt, adhuc tale matrimonium constat ecclesiæ: quia Parochus, & testes possunt sufficienter probare, fuisse tale matrimonium initum; & sic etiam declarâsse sacram Cardinalium Congregationem referunt Salzedo *qq. pract. c.* 73. *v.* 3. Henriquez *lib.* 11. *de matrim. c.* 3. *num.* 5. A fortiori valet etiam matrimonium quando Parochus, vel testes dolo ad illud vocati intersunt matrimonio, ut etiam si contrahatur matrimonium coram Parocho, & testibus casu transeuntibus, si tamen advertant matrimonium iniri, quia tunc dicuntur præsentes, quia præsentia requisita ad valorem matrimonij consistit in advertentia intellectûs, & præsentia corporali: si enim hæc duo adsint, possunt Parochus, & testes testificari de tali matrimonio, quod propterea dicitur initum coram facie ecclesiæ, ut notat Sugnra 2 *p direct. judic. c.* 15. *num* 54. peccarent tamen graviter contrahentes coram Parocho vi detento, tam ratione injuriæ, quàm contemptûs ecclesiæ, quia tunc non videntur contrahere authoritate ecclesiæ. Hinc ad rationem dubitandi respondetur, talem assistentiam non esse actum Parochi formaliter, ut est Parochus, seu in quantum habet jurisdictionem; sed esse actum Parochi, quatenus est testis legitimus matrimonij, simúlque habet facultatem substituendi: unde cùm talis præsentia non sit actus jurisdictionis, ut diximus, validum est matrimonium, quamvis initum coram Parocho, cui interdicta est sacramentorum administratio, seu jurisdictio Parochi.

Quæritur quadragesimò, an Parochus, cui est interdicta sacramentorum administratio, possit validè concedere alteri licentiam assistendi matrimonio? Ratio dubitandi desumitur ex eo, quia Tridentinum concessit hanc facultatem assistendi matrimonio soli Parocho, & non alteri sacerdoti, eò quia Parochus habeat jurisdictionem, non verò alius sacerdos: quòd si Concilium non requisivisset jurisdictionem, utique dedisset hanc facultatem assistendi, & substituendi cuilibet sacerdoti. Tum quia dare licentiam alieno sacerdoti audiendi confessiones subditorum Parochi est actus jurisdictionis, & invalidè conceditur ab excommunicato non tolerato, seu ab eo, cui est interdictum exercitium jurisdictionis, ut notat Guttierez *lib.* 1. *qq. canon, c.* 1. *n.* 89. Sotus 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 3. *V. circa confessiani.* Victoria in *sum. de confess. num* 152. argo neque valebit licentia collata à tali Parocho alteri sacerdoti, ut assistat matrimonio. Tum quia Tridentinum quamvis non dixisset, *qui aliter, quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote de licentia Parochi*, sed tantùm dixisset qui aliter quàm præsente Parocho, adhuc Parochus posset substituere, & dare licentiam alteri sacerdoti, ut assisteret matrimonio, cùm sit Ordinarius, & possit delegare: quòd si id non pertineret ad jurisdictionem non posset delegare, quo pacto Procurator datus ad contrahendum matrimonium non potest alium substituere, nisi specialiter id ei concedatur *c. fin. de procurat. in* 6. ergo dare talem licentiam pertinat ad jurisdictionem, proinde Parochus, cui interdictum est exercitium jurisdictionis, non potest alteri dare licentiam assistendi matrimonio. 169

Nihilominus licèt hæc sententia videatur probabilis: communior tamen censet assistere matrimonio, & dare alteri licentiam assistendi non esse actum jurisdictionis. Ratio igitur, cur possit talis Parochus dare alteri licentiam assistendi matrimonio est, quia talis facultatis concessio, non est actus Parochi formaliter, quatenus habet jurisdictionem, ut ostendimus in præcedente quæstione, sed est actus Parochi, quatenus est legitimus testis matrimonij, simúlque habet facultatem substituendi ad eum actum testificandum: proinde quamvis Parocho sit interdictum exercitium jurisdictionis, adhuc validè conceditur alteri sacerdoti facultas assistendi tali matrimonio. Tum quia semel quòd assistere matrimonio non est actus jurisdictionis, sequitur, quòd per concessionem prædictæ 170

dictæ licentiæ non delegetur aliquid pertinens ad jurisdictionem, sed tantùm concedatur alteri licentia, ut assistat matrimonio, tanquam legitimus testis,& ita docent D. Antoninus *3. p. tit. 14. c. 15. §. 5.* Navarrus *c. placuit de pœnit. dist. 6. num. 51.* Henriquez *lib. 3. de confirm. c. 13. n. 3.*

171 Præterea juvat observare hodie post Concilium Constantiense, omnis gesta ab habentibus interdictum exercitium jurisdictionis, seu ab excommunicatis, suspensis, & irregularibus, dummodo denuntiati non sint, vel notorij Clericorum percussores valida esse. Rursus hos excommunicatos, suspensos, vel irregulares, non denuntiatos, nec excommunicatos ob notoriam Clericorum percussionem dici toleratos, quatenus eos non tenemur vitare: secus dici non toleratos, quando sunt denuntiati, vel notorij Clericorum percussores: propterea sicut tolerati possunt validè assistere matrimonio; ita etiam possunt aliis concedere facultatem eidem assistendi.

172 Ad rationem dubitandi respondetur, Concilium Tridentinum adnexuisse authoritatem legitimi testis Parocho, non ratione jurisdictionis, sed ratione dignitatis Parochialis, eò quia ad ipsum pertineat, sacramenta subditis administrare, & hac ratione concessit etiam Parocho facultatem substituendi alium, non quia sit actus jurisdictionis, sed ratione dignitatis Parochialis. Ad aliud, quod addebatur, de licentia concessa alteri sacerdoti audiendi confessiones subditorum, respondetur esse discrimen, quia ad ritè, & licitè administranda alia sacramenta, præsertim confessionis, requiritur duplex potestas cumulativè scilicet Ordinis, & jurisdictionis, hinc Parochus eo ipso, quòd concedit alteri, ut possit audire confessiones suorum subditorum simul ei confert jurisdictionem exercendam in eos, quorum confessiones excipit: absolvere siquidem à peccatis propriè est actus jurisdictionis: secus sacramentum matrimonij non exigit exercitium jurisdictionis, sed tantùm habitualem jurisdictionem in ipso assistente, & licentiam concessam alteri assistendi. Hinc sicut Parochus excommunicatus, & non toleratus est privatus activa sacramentorum administratione; ita etiam potestate concedendi alteri licentiam eas administrandi: & sicut non est privatus potestate assistendi; ita nec potestate dandi prædictam licentiam.

173 Quæritur quadragesimo primò, an Parochus possit concedere licentiam Clerico non sacerdoti, ut Diacono, vel Subdiacono, assistendi matrimonio: ratio dubitandi ex eo petitur, quia licèt in decreto Tridentini *sess. 24. c. 1. de matrim.* solùm fiat mentio de sacerdote, dicaturque vel alio sacerdote de licentia Parochi, attamen quia in materia favorabili nomine sacerdotis, veniunt etiam Diaconus, & Subdiaconus, ut notat Abbas *c. si quisquam num. 2. de cohabit. Cleric. & mul.* & ibi Imola *init. num. 2.* & matrimonium sit causa favorabilis *c. final. de sent. & re judic.* sequitur, posse Parochum concedere Diacono, vel subdiacono facultatem assistendi matrimonio. Tum quia plura in matrimonio conceduntur pro illius valore, quæ in aliis contractibus negantur, ut notat Felinus *rubric. de sponsal. num. 4. V. postremò.* ubi 24. specialia concessa in favorem matrimonij congerit. Tum quia id cedit in favorem filiorum, ut legitimi habeantur. Respondendum nihilominus est, hanc facultatem assistendi matrimonio non posse concedi Clerico non sacerdoti, & matrimonium esse nullum, si eidem assistat de licentia Episcopi, vel Parochi Diaconus, vel Subdiaconus. Ratio desumitur ex eo, quia verba debent accipi juxta communem intelligentiam *c. Ex litteris 1. de sponsal.* atqui secundùm communem intelligentiam, communémque usum loquendi nomine sacerdotis intelligitur non Subdiaconus, vel Diaconus, sed verus Presbyter; proinde quando Tridentina Synodus expressè ait: *Vel alio sacerdote de licentia ipsius Parochi, vel Ordinarij:* loquitur de vero Presbytero & sacerdote, non verò de Subdiacono, vel Diacono.

Tum quia ex modo loquendi Tridentini semper sacerdotes distinguuntur à Diaconis, & Subdiaconis, aliisque Ministris altaris, adeò ut nullibi nomine sacerdotis intellexerit Subdiaconum, vel Diaconum: proinde in ordine ad matrimonium Concilium nomine sacerdotis intelligit verum Presbyterum, non verò Subdiaconum, & Diaconum. Tum quia decretum Tridentini omnes semper intellexerunt de vero Presbytero in ordine ad assistendum matrimonio. Tum quia in sacramentis non debet quidquam apponi, per quod possit quis se inijcere in periculum illud frustrandi. Cæterum ex eo, quòd possit Parochus dare facultatem assistendi matrimonio alteri sacerdoti potest illam concedere simplici sacerdoti etiam non approbato ab Ordinario, dummodo sit verus Presbyter, quia Tridentina Synodus *sess. 23. c. 15.* tantùm petit hanc approbationem pro confessionibus audiendis, eò quia requiratur in tali munere obeundo singularis prudentia, scientia, & vitæ probitas, cùm enim Confessarius sit Judex animarũ, requiruntur in ipso hæ qualitates. 174

Ad rationem dubitandi respondetur, non solùm in odiosis, & pœnalibus esse restrictionem faciendam, sed etiam quando agitur de necessariis ad sacramentum, tunc enim ad vitandum periculum irritandi sacramentum, sunt verba intelligenda secundùm propriam, & usitatam significationem; proinde nomine sacerdotis, cujus fit mentio in Tridentino intelligitur verus Presbyter, non verò Diaconus, vel Subdiaconus. Hinc ad aliud, quod addebatur, plura concedi pro valore matrimonij, respondetur, id esse verum, quando nullum subest periculum irritandi matrimonium: alioquin in favorem prolis plura conceduntur, quando matrimonium validè contrahitur: sed quando adest periculum illud irritandi, tunc verba sunt sumenda in sensu proprio, ne si matrimonium irritè contrahatur, sequantur fornicationes, & peccata. 175

Quæritur quadragesimo secundò, an Parochus, qui nondum est sacerdos, possit validè assi- 176

assistere matrimonio? Ratio dubitandi desumitur ex Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 1.* ibi: *Qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote*, illa enim dictio *alio* est relativa, & repetit præcedentem qualitatem, cujus est persona expressa; proinde significat in relato similem qualitatem, & desumitur ex *l. si fugitivi*, ibi; *Alia pœna C. de servis fugitiv.* ubi Glossa ait: Alia pœna scilicet simili, & ita docent Menochius *l. 1. de arbit. q. 80. n. 122.* & alij. Idque firmatur etiam ex doctrina Imolæ *clement. 1. de rescrip. n. 7.* ubi concludit, dictionem *alius* non implicare similem qualitatem, ubi præcedit materia extranea, vel prorsus diversa; implicare tamen, ubi præcedit similis in substantia, vel qualitate, adeò ut possit simili coaptari: atqui in textu Tridentinæ Synodi pars antecedens, seu Parochus non est materia extranea, nec protsus diversa, & potest eidem convenire qualitas adjuncta relativo *alius*, nimirum sacerdotium: proinde illa dictio in textu citato *alius* significat in Parocho eandem qualitatem, ac in posteriore, seu sacerdote: unde sicut persona correlativa est sacerdos, ita & Parochus debet esse sacerdos; consequenter ex Tridentino Parochus nondum sacerdos non potest validè assistere matrimonio.

177 Respondetur nihilominus, perquam probabile esse, posse Parochum nondum sacerdotem, ut si non sit elapsus annus à collatione parochialis beneficij, & nondum initiatus sacerdos, validè assistere matrimonio *c. Licet can. de elect. in 6.* ut etiam si ratione studij Episcopus dispenset, ne intra septennium Parochus promoveatur ad sacerdotium *c. cùm ex eo de elect. in 6.* utroque modo Parochus nondum sacerdos validè potest assistere matrimonio: & ratio desumitur ex eo, quia Tridentinum non restrinxerit, ut Parochus sit sacerdos, ut fecit in alio de licentia Parochi assistendi matrimonio, quia cùm exigat testimonium, quòd sit fide dignum; sola dignitas parochialis beneficij efficit, ut sit Parochus dignus fide in ordine ad testificandum de matrimonio inito à contrahentibus: unde licèt Parochus nondum sit sacerdos, adhuc potest validè assistere ob solam dignitatem Parochialis beneficij: quæ dignitas, cùm non habeatur in alio simplici sacerdote, ideo Concilium noluit, ut simplex sacerdos propriâ authoritate assisteret, sed tantùm de licentia Ordinarij, vel Parochi, cujus vices tunc gerit.

178 Tum quia cùm res sit gravissima, & necessaria ad valorem matrimonij, si Concilium exegisset sacerdotium in Parocho, utique illud expressisset, cùm optimè innotuisset Patribus Concilij, posse institui Parochum Clericum nondum sacerdotem, & posse contingere, ut post ejus institutionem antequam initiatur sacerdos, plures illius Diœcesani vellent matrimonium contrahere: & nihilominus quia Concilium tantùm exigit præsentiam Parochi nullâ factâ expressâ mentione de sacerdotio præsertim in re tam gravi, & necessaria ad valorem matrimonij, verisimile est, Concilium tantùm exigere dignitatem parochialis beneficij *argum. l. Item apud Labeonem §. ait Prætor. ff. de injurijs.* Tum quia sicut Concilium expressit sacerdotium in assistente ex licentia Parochi, ita etiam expressisset sacerdotium in Parocho assistente, cùm agatur de re tam gravi, & necessaria ad valorem matrimonij. Præterea quia Parochus nondum sacerdos potest exercere omnia, quæ non dependent à potestate Ordinis *c. transmissam de elect.* ubi deciditur, Episcopum nondum consecratum posse omnia Episcopi munera obire, ijs exceptis, quæ ab Ordine dependent: interesse autem matrimonio, non est actus Ordinis sacerdotij, sed tantùm Clerici taliter qualificati per dignitatem parochialis beneficij.

Idque ex eo etiam firmari potest, quia Tridentinum in *d. sess. 24. de matrim. c. 1.* meminit Parochi pluries, & tamen nec semel mentionem facit de sacerdotio, nisi quando assistere matrimonio alteri permittitur, qui non est proprius Parochus. Tum quia decretum Tridentini, cùm corrigat jus antiquum, debet potiùs restringi, ut minus corrigat, quod ex verbis corrigi possit: atqui de jure antiquo non erat necesse, ut Parochus sacerdos assisteret matrimonio, ergo cum Concilium corrigat jus antiquum, & expressè non dicat, debere Parochum esse sacerdotem, non est dicendum, quoad hoc Tridentinum corrigere jus antiquum. 179

Neque obstat ratio dubitandi desumpta ex eo, quòd Concilium dicat, *qui aliter, quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote*, quia Concilium ibi exigit disjunctivè præsentiam Parochi, vel alterius, qui sit sacerdos: atqui ad veritatem disjunctivè sufficit, si altera pars verificetur, non verò est necesse, ut utraque se habeat eodem modo, ut habetur *in regula in alternativis de reg. jur. in 6.* sensus igitur Tridentini est, ad matrimonium requiri assistentiam Parochi, sive hic sacerdos sit, sive non; vel alterius, qui tamen sit sacerdos, & de licentia Parochi, vel Ordinarij. Non enim illa dictio *alius* semper refert qualitatem similem præcedenti, ut docet Glossa *c. deinde V. cum ceteris 26.* & *c. Sedes V. Majores ad fin. de rescript.* & docent Imola *c. Sedes n. 11 de rescript.* & ibi Felinus *n. 6.* Probari etiam id solet ex illo *Matth. 28.* & *Marci 15.* ubi de Christo Redemptore cruci affixo dicunt: *Et cum eo crucifixi sunt alij duo Latrones*, tunc enim, ut notat Felinus, illa dictio *alij* involvit dissimilitudinem, quando ratio subjectæ materiæ id suadet, ut in præsenti quæstione, cùm possit Parochus non sacerdos exercere omnia munera Parochi, quæ non indigent potestate Ordinis. 180

Præterea etiam in *c. omnis de pœnit. & remiss.* expressè statuitur, neminem posse confiteri alieno sacerdoti sine licentia proprij, & nihilominus Sotus in *4 dist. 18. q. 4 art. 3. V. circa concessiones* asserit; Parochum non sacerdotem posse eam licentiam dare. Tum quia etiam in *clement. 1. de privileg.* expressè dicitur, non licere Religioso ministrare Eucharistiam sine licentia Presbyteri parochialis; & nihilominus 181

Glossa

Glossa *V. Presbyteri*, & ibi Ancharanus *q. 2.* D. Antoninus *3. p. tit. 24. c. 54. V.* quis intelligatur, Suarez *3. p. q. 82. art. 3. disput. 72. sect. 3.* Cajetanus *V. excommunicatio c. 64.* asserunt, Parochum non sacerdotem posse talem licentiam concedere.

182 Tum quia in *c. nuper de sent. excommun. V. in secundo verò casu* expressè dicitur, absolutionem excommunicationis non reservatæ posse impendi à proprio secerdote; & nihilominus Ugolinus *de censuris tabul. 3. c. 4. §. 2. n. 2.* ostendit, & docet, posse impendi à proprio Parocho nondum sacerdote, & respondet, textum esse intelligendum prout frequenriùs, imò & communiter conringit, ut Parochi sint secerdotes, vel quia si non sunt lacerdotes, debeant brevi tales initieri; ubi eutem lex ratione frequentioris usus aliquid decernit, non ideo excludit casum minùs frequentem, sed illum atiam comprehendit, ut docenr Doctores *l. unic. C. de raptu virg.* unde ex eo, quòd Parochus ordinariè sit sacerdos, inde non sequitur, quòd si conringat nondum esse sacerdotem, non possit validè matrimonio essistere. Hinc liquet solutio ad alie, quæ solent objici.

183 Quæritur quadragesimo tertiò, an si Parochus Lucretiæ assistat in Parochie Josnnis, cui Lucretie nubit, validum sit matrimonium? Observendum est, jurisdictionem aliam dici volunrariam, & aliem necessarism; illa est, quæ in solos subditos volentes exercetur, cujusmodi sunt adoptio, emancipatio, manumissio, & alij similes actus, qui expediuntur coram Judicibus, & dicuntur voluntariæ jurisdictionis, eò quia non fiant invitis subditis, sed ijsdem consentientibus, nec petunt Judicem sedentem pro tribunali, ut explicat Maranta *de ordine judic. 4. p. t. an simplex, vel duplex dist. 28. n. 1. & sequent.* Jurisdictio necessaria, quæ & contentiose dicitur, est, quæ habet contradictionem, & exercetur inter contendentes, proinde redditur in inviros, à quibus denominetur necessaria *l. Inter stipulantem §. 1. ff. de V. O.* dicitur etiam contentiosa, quia actor contendit contra reum.

184 Id verò interest discriminis inter utramque jurisdictionem, quie contentiosa non potest exerceri à Judice extra proprium territorium, ne Judici illius territorij inferetur injoria: secus jurisdictio voluntaria, cùm non exiget cognitionem causæ, nec Judicem sedentem pro tribunali potest ubique exerceri, quia tunc non infertur injuria Judici alterius territorij, nec usurpatur ejus jurisdictio, ut rectè notet Coverruvies *lib. 3. variar. c. 20. n. 8.* ubi ejt, esse communem sententiam. Verùm tunc requiritur licentia Judicis elieni territorij, quando aliqua jurisdictio contentiosa est exercenda, & rursus tequiritor consensus utriusque litigantis, quie isti non possunt inviti trahi extra territorium *argum. c. 2. v. nisi vocatus.* Censetur tamen Judex assentiri, si sciens, & potens prohibere, taceat *argum. l. sæpe ff. de re judic.* & docet Ugolinus *de censur. tabul. 1. c. 27. §. 1. n. 5.* ubi etiam docet, sufficere tacitum consensum partium, qui habetur, quando utraque pars sciens esse territorium elienum, & porens prohibere non contradicit. Quamobrem quoties requiritur cognitio judicielis ceusæ, tunc Judex unius territorij non potest extra illud, & in territorio elterius exercere talem jurisdictionem sine licentia Judicis ejusdem territorij, & consensu partium, quia tunc jurisdictio, vel est contentiosa, vel induit ejus naturam, ut notat Glossa in *c. novit. V. termines de offic. leg.* His præmissis.

Respondetur ad quæsitum, validum esset 185
matrimonium, cui proprius Parochus unius contrahentis essistit in parochia alterius sibi non subditi: ratio petitur ex eo, quia Tridentinum solùm exigir præsentiem proprij Parochi, qui non deperdit jurisdictionem voluntariam, si illam exerceat extra fines propriæ perochiæ, quòd si potest exercere in alieno territorio jurisdictionem voluntariam, à fortiori poterit etiam assistere matrimonio, cùm hæc assistentia tantùm requiratur, ut Parochus possit testificari de tali metrimonio inito. Præterea quia legitimus Parochus in ordine ad assistendum metrimoniois dicitur, qui est legirimus ad audiendas confessiones: atqui Parochus extra propriam parochiam adhuc est legitimus ad audiendas confessiones, proinde etiam ad conjungendum matrimonio. Quòd proprius Parochus ad audiendes confessiones sit etiam ad assistendum metrimonio, desumitur ex *c. Omnis utriusque de pœnit. & remiss.* ubi proprius secerdos ad audiendas confessiones dicirur etiam sacerdos ad conjungendum eliqoos matrimonio. Tum quia Tridentinum *d. sess. 24. c. 1. de matrim.* postulst, ut assistat proprius Parochus, vel elius sacerdos ex ejus commissione: atqui proprius Parochus Lucretiæ contrahentis in aliena Diæcesi est proprius illius secerdos, & potest ibi excipere ejus confessiones, consequenter potest etiem essistere ejus matrimonio, quie ex Tridentino sufficit, si essistat proprius sacerdos, seu Perochus.

Hinc ad velorem metrimonij sufficit præ- 186
sentia Parochi unius tantùm, vel etiam utriusque contrehentis, quia talis assistentia Parochi, ut diximus, propriè non est actus jurisdictionis, sed tentùm euthoritatis, quâ præstatur matrimonij euthoritas, & hanc potest Parochus extra propriam Parochism præstare, proinde potest etism assistere matrimonio. Tum quia licèt talis essistenrie esser actus jurisdictionis, adhuc tamen esset jurisdictio voluntaria, quæ ex consensu contrahentium potest ubique exerceri. Moris tamen est, ut assistat Parochus ille, in cujus Parochia matrimonium contrahitur.

Quæritur quadragesimo quartò, an dari 187
possint casus, in quibus metrimonium initum sine Perocho, & Testibus sit validum? Sex possunt casus excogitari, de quibus potest dubitari, an tale matrimonium sit velidum. Primus est, si prius matrimonium fuerit initum coram Parocho, & testibus, & postea fuit deprehensum nullius valoris, an tunc debeat ite-

rum contrahi coram Parocho, & teſtibus, & an ſi contrahatur ſine illis, ſit validum: & in hoc caſu communior ſententia docet, non eſſe neceſſarium, ut iterum coram Parocho, & teſtibua contrahatur, ſed ſufficere, ſi contrahentes inter ſe ipſoa renovent conſenſus: quia ratio finalis decreti Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. de matrim c. 1.* ubi ſtatuitur, ut matrimonium coram Parocho, & teſtibua contrahatur, fuit, ſicut liquet ex ejua proœmio, ad vitanda ſcandala, & gravia peccata, quæ ex matrimonijs clandeſlinia oriebantur, plures enim contrahentes cum una, poſtea illâ relictâ poſt aliquot annoa, tametſi ex illa ſuſceperit etiam prolem, aliud publicè contrahebat matrimonium, & quia eccleſiæ non conſtaret de primo matrimonio clam inito, non poterat remedium adhibere hiſce ſcandalis, & peccatia: proinde in Concilio Tridentino irritavit hujusmodi contractus matrimoniales, & ad eorũ valorem exigit præſentiam Parochi, & duorum ſaltem teſtium, ut nimirum poſſit matrimonium ab eccleſia probari: atqui hæc ratio finalis Concilij non ſe extendit ad hunc primum caſum, quia prius matrimonium, licèt in foro conſcientiæ fuerit invaldum, io ſoro tamen externo, & eccleſiæ ſuit validum, quia initum coram Parocho, & teſtibua: ejus enim nullitaa, & impedimentum fuerunt occulta, quapropter ſi vellent aliud inire matrimonium, impedirentur ab eccleſia, quæ præſupponit primum illud matrimonium publicè initum coram Parocho, & teſtibua fuiſſe validum.

188 Tum quia ex proœmio ſemper colligitur intentio Legislatoris, & quomodo lex intelligenda ſit, ut notant Tiraquel *tract. ceſſante cauſa limit. 1. n. 65.* Guttierez *qq. pract. q. 17. n. 90.* atqui in proœmio talis decreti eſt tantùm ſermo de matrimonija clandeſtinia, quæ ſemper eccleſia prohibuit, ſuitque deteſtata: matrimonium autem ſemel publicè contractum, licèt invalidè ob occultum impedimentum, & hoc ſublato iterum initum ſine Parocho, & Teſtibua nunquam ſuit clandeſtinum prohibitum ab eccleſia, eò quia præceſſerit publicitas, quam eccleſia expoſcit, ut poſſit probari, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 8.* proinde Tridentinum non irritat hoc matrimonium. Tum quia ſi conſenſus contrahentium proferantur coram Parocho, & Teſtibus, quamvis unua ex contrahentibus fictè conſenſerit, non eſt neceſſè, ut iterum contrahatur matrimonium coram Parocho, & Teſtibus; ſed ſufficit, ſi poſtea occultè verum conſenſum præſtet: ergo pari pacto in hoc primo caſu.

189 Secundus caſus, de quo poteſt dubitari eſt, an ex Epiſcopi diſpenſatione in caſu urgentis neceſſitatis, quando non poteſt conſuli Pontifex, poſſit matrimonium iniri ſine Parocho, & Teſtibus. Et reſpondetur negativè, & tale matrimonium initum tunc ſine Parocho, & Teſtibus eſſe nullum, quia Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 1. de matrim.* conſtituit formam ſubſtantialem, & ponit decretum irritans, unde non ſervatâ formâ ibi poſitâ matrimonium eſt irritum. Tum quia Concilium reddit contrshentes omnino inhabilea ad ſic contrahendum, & illa dictio *omnino* excludit omnem diſpenſationem.

Tertiua eſt, ſi matrimonium publicè con- 190
trahatur ſine Parocho, id tamen ſciente majore viciniæ parte, & in hoc caſu etiam reſpondetur, matrimonium non valere ex defectu formæ ſubſtantialia, quam Concilium Tridentinum ſtatuit pro matrimonio contrahendo: forma autem ſpecificè, & propriè impleri debet, & non per æquipolleas *c. Rodulphus de reſcript.* ubi dicitur, quòd forma ſpecifica non ſolùm in ſenſu proprio, ſed etiam in magis proprio implerà debeat, quia forma debet impleri ſpecificè, & non per æquipollens *l. 1. §. opus novum ff. de nov. oper. nuntiat.* & multia citatis docet Tiraquel. *de retract. convent. §. 4. Gloſſ. 6. num. 31.* unde cùm Tridentinum exigat pro forma ſpecifica præſentiam Parochi, eſt hæc omnino neceſſaria, ut matrimonium validè ineatur. Præterea quia non poſſet obtineri finis intentus à Concilio, cùm enim matrimonium ſit ſacramentum, intentio Concilij fuit, ut matrimonium ritè celebretur coram Miniſtro eccleſiæ, ſeu proprio Paſtore, ut ab eccleſia probari poſſit, ut notat Henriquez *lib. 14. de matrimon. c. 3. num. 5.*

Quartus caſus eſt, an infidelea inhabitantea 191
loca Chriſtianorum, in quibua viget Concilium Tridentinum, teneantur contrahere coram Parocho, & teſtibua, & reſpondetur, ad id non teneri, adeo ut matrimonia inita inter Judæos in Provinciia Chriſtianorum, & in locia, ubi viget Concilium Tridentinum ſint valida, tametſi inita ſine Parocho: Ratio eſt perſpicua, quia lex Concilij Tridentini eſt merè eccleſiaſtica, & ut talis eſt recepta à Principibua Chriſtianis, alioquin non obligaret in toto orbe, ſed tantùm in ſtatu eccleſiæ: ſed Infidelea cùm ſint omnino extra eccleſiam, non ſubjiciuntur legibua eccleſiaſticia, ut ex D. Paulo *1. ad Corinth. 5.* conſtat: *Quid mihi eſt de his, qui foris ſunt, judicare?* Tenentur tamen Infideles contrahere juxta conditiones appoſitas contractui civili à Principe, in cujus Provinciis contrahunt, quia ſubjiciuntur temporaliter ejua juriſdictioni.

Quintua eſt, an fidelea commorantes in lo- 192
cis, ubi decretum Tridentini obligat, ſi illud invincibiliter ignorent, & contrahant ſine Parocho, & teſtibus, ſit tale matrimonium validum, & reſpondetur negativè: quia licèt lex non afficiat ignorantea quoad pœnam extrinſecam, bene tamen quoad intrinſecam, & quoad annullationem actûs *c. 1. de conceſſ. Prabend. in 6. V. adijciebatur.* ibi: *Sive ignoraverit, ſive non, non valebat*, & docent Deciua *c. 2. de conſtit. in 2. lectur. num. 31.* Imola *element. 1. de elect. num. 54.*

Tum quia quoties conſtitutio exprimit, à 193
quo tempore debeat obligare afficit ignorantes quoad nullitatem actûa, licèt non quoad alias pœnsa, ut docent Menochiua *de arbit. lib. 2. centur. 2. caſ. 185. num. 2.* Cuceua *lib. 1. inſtit. Major. tom. 3. num. 30.* Felinua *c. 2. de conſtit. num. 7. V. quintò limita.* atqui decretum Tridentini

dantini irritana matrimonin clandastina assignat tampus, à quo incipit obligara, hoc ast transnctis duobus mansibua à publicationa in qualibet Parochia: ergo nb illo tempore incipit obligatio quoad annullationem matrimonij atiam in ordine ad ignorantas, ut docet Hanriquez *lib.* 11. *de matrim. c. 3. n. 8.*

194 Quòd si dicas, inhnbilam raddera ad actnm esse pœnam, & hanc supponare culpam, ut doceat Deciua *c. 2. de constit. n.* 17. & ignorantea invincibiliter carere culpn, raspondetur, tunc tantùm inhabilitatem statni, ut pœnam præsupponentem culpam, quando ponitur in odium contrahentium, & ad ipsoa puniendoa; non verò qnando statuitur ex defectu solemnitatia: sicut enim annullatio actûs, aò quia deficiat debita solemnitas non est pœna, ita neque inhabilitas ad tontrahandum sine tali solemnitate censenda ast pœna, sed tantùm declaratio, quòd nctus sina tali conditione sit illegitimua.

195 Major difficultas ast in sexto casu, quando in mortia articulo est valdè necessarinm matrimonium contrahere, & non adsit copia Parochi, dnbitari tunc potast, an tala matrimonium validè contrahatur sina Parocho, rationaa dubitnndi sunt. Primò quia leges divinæ racipiunt interpretationam ex bono, & æquo, & ax epikeia, ut quæ pro charitata tuenda inducta sunt, ipsi non adversentur: hinc licèt *Joan.* 1. habeatur: neminem nbsque baptismo posse salvari, nihilominua si non adsit Ministar, & deficiat nqun, sufficit baptiamus in voto ad assecntionem æternæ salutis: argo à fortiori leges humanæ dabent recipera eandem epikeiam: atqui si imminante mortis periculo matrimonium tunc initum sine Parocho, eò quia hit non possit habari, nullius foret valoris, utique advarsaratur charitati, quia proles par tale matrimonium legitimanda manerat dastituta tali beneficio.

196 Tum quia concubinariua morti proximus parsæpe ita afficitur arga concubinam, nt nisi matrimonium contrahat cum ipsa non possit alind remadium adhibera ad hanc pravam affectionem, quam non potest alio modo cohonastare, nisi matrimonium contrahat cum concubina, unda tunc si desit copia Parochi, vidatuc possa validè matrimonium iniri, idqua ex æquitata, & apikeia, quia sicut interpretantur ax bono, & æquo leges divinæ; à fortiori etiam intarpretari dabant lages humanæ.

197 Præterea quin quando casua contingit talibus affectua circumstantiia, quibus spactatia non ita axprasè daprahenditur in lega dacisus. Attendendum tunc ast, quid in ao casu Legislator consultns raspondaret, & id servandum, ut docet D.Thomas *1. 2. q. 66. art. 6.* atqui cùm Pontifex nnicè intendnt consulere salnti animarum, utique urgenta hac axtremn necassitata dispensarat in sua lege, & responderet, possa stante illa extrama nacessitata matrimonium contrahi sina Parocho, si is absit, nac possit haberi. Tum quia præcaptum acclasiasticum non obligat, ita rigorosè, ut urgenta extrama necassitata non liceat contravenire, ut liquat in præcepto missæ audicndæ, jejunij servandi: si enim aliquod occurrat grave incommodum hnjusmodi præcapta non obligant, non enim infirmua die festo tenatur surgere, acclesiam adire, & sacro interasse, nec tenatur abstinere nb esu carnium: atqui quod matrimonium dabaat iniri coram Parocho, & testibus, est tantùm præceptum ecclesiasticum, statutum à Concilio Tridentino, argo urgante extrema necassitate, & nt consulatur saluti animarum, non vidatur obligare. Tum quia Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* etiam præcipit præmitti danuntiationea: atqui urgente gravi nacessitate possunt denuntiationas omitti etiam inconsulto Episcopo, si periculum sit in mora, ex quo conjicitnr, præceptum Tridentini de præsentia Parochi, non obligara urgente extrema necessitate.

Respondendum nihilominus est, matrimo- 198
nium etiam in mortis atticulo initum sine Parocho, & Testibus essa irritum. Ratio est, quia ubi in dispositione dicitur, non posse aliter fiari, inducitur forma, ut notat Felin. *c. cùm dilecta de rescript. in 6. signo* 7. sed hoc etiam procedit, quando ponitur decratum irritana, nt notat idem Felinus *n. 9. sign. 5.* atqui Tridentinum *sess. 24. de matrim. c.* 1. exprelsè dicit, matrimonium aliter fieri non possa, quàm præsanta Parocho, & duobua testibus, & aliter contractum asse irritum: argo Contilium pec hæc varba inducit formam essentialem servandam quoad valorem matrimonij, & sicut repugnat res sine sua forma, cùm sit forma, quæ dnt esse specificum rei; ita repugnat matrimonium validè iniri sina præscutia Parochi, & dnorum saltem testium, quia hujusmodi præsentia est forma, quæ essentialiter requiritur ad valorem matrimonij, dat anim hæc prælentia Parochi, & testium valoram matrimonio, sicut forma dat esse spacifitum rei: unda sicut repugnat ras specifica sine forma, ita matrimonium validum sina præsentia Parochi, & duorum saltem testium.

Tum quia Concilium raddit omnino inha- 199
biles contrahantes, si velint contrahere sine præsantia Parochi, & quando dispositio utitur illa dictiona *omnino* hæc extenditur ad quemcunque casum, & sine nulla axcaptione, dispansatione, & remedio: dictio enim *omnino* importat absqua ulla dispensatione, quia est dictio præcisa, ut docat Jason *lib. 1. n. 3. ff. de jurisdic. om. Judic.* proinde importnt præcisam axacutionem, ut notat Glossa *clement. 1. V. omnino de vita & hon. cler.* quapcopter Tiraqual. *l. si unquam C. de revoc. don. V. revertatur n. 78. & sequent.* ait, hanc dictionem *omnino* significare sina ulla exceptione absque ullo ramedio, & ad unguam, & *n.* 81. ait axcludere omnem gratiam, & dispansationem. Tum quia Tridentinum ax eo, quòd reddat inhabiles contrahentes sina Parocho, sequitur ex nullo eventu possa matrimonium asse validum sine præsentia Parochi, & duorum saltam testium: quia inhabilitatam materiæ sacramenti nullus casua cujuavis nacessitatia potast supplere, quâ ratio-

ne in nulla necessitate possunt consanguinei matrimonio copulari, eò quia materia sit inhabilis: eo ipso quòd materia subtrahitur, non potest induci forma, quia hæc non stat sine materia: & quoties materia inhabilitatur ad aliquem actum, subtrahitur ab illo, consequenter necesse est, corruat actus.

200 Ratio autem non oritur ex lege ecclesiastica, cùm hæc non obliget urgente extrema necessitate, sed provenit à lege naturali, & divina ibi inclusa, & dictanta, nunquam licitum esse accedere ad non suam: eò autem ipso, quòd ecclesia reddit inhabilem materiam ad matrimonium, nequit hoc consistere, quia de ratione actûa, & contractûs est afficere subjectum, seu materiam, quæ si subtrahatur per inhabilitatem, necesse est, corruat actus, & contractus, proinde cum non esset matrimonium, adesset accessus ad non suam, quod prohibetur lege naturali, & divina.

201 Tum quia lex divina est, ut matrimonium constet ex materia apta: determinare autem in matrimonio materiam aptam, vel inaptam pertinet ad ecclesiam, quæ si constituit inaptos contrahentes sine præsentia Parochi; lex divina est, ut tale matrimonium initum sine præsentia Parochi, & duorum saltem testium sit irritum: lex autem divina pro nullo eventu suppleri potest, sed semper servanda est, & ita docent Sermientue *lib. 1. select. c. 6. n. 7.* Perez *lib. 5. ordin. tom. 1.* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 17. n. 4.*

202 Ad rationem dubitandi respondetur, leges divinas excipere interpretationem ex bono, & æquo, & epikia, si sint merè præceptivæ, & inducant contractui solemnitatem tantùm extrinsecam: non verò si non sint merè præceptivæ, & inducant solemnitatem substantialem, ac inhabilitatem materiæ: quia tunc non recipiunt interpretationem ex bono, & æquo, & epikea, quia deficiente forma pro nullo eventu potest actus existere, neque subtracta materia, potest forma in illa induci: neque id adversatur charitati, quia bono communi expediebat, ut lex matrimonij tali rigore sanciretur: idque ad præcavenda ea plura incommoda, scandala, & gravissima peccata, quæ ex matrimoniis clandestinis, seu initis sine præsentia Parochi, & duorum saltem testium oriebantur: bonum enim commune præferendum est particulari, proinde nil refert, quod in aliquo speciali casu matrimonium initum sine præsentia Parochi, & duorum testium aliquod adferret emolumentum contrahentibus, quòd enim bonum privatum debeat cedere communi, non obest, sed prodest charitati. Hinc ad aliud, quod addebatur de Legislatore, qui consultus in talibus circumstantiis responderet, tale matrimonium sine Parocho initum esse validum, id absolutè negatur, quia Pontifex, ut consuleret bono communi responderet, matrimonium illud utpote clandestinum nullius esse valoris.

203 Ad aliud, in quo dicebatur præceptum ecclesiasticum de missa audienda, jejunio servando non obligare cum gravi incommodo, & magna necessitate, respondetur, id verum esse, quando præceptum est tantùm ecclesiasticum, & cum illo non concurrit præceptum divinum: in casu autem nostro cùm sit præceptum divinum, ut matrimonium contrahatur inter personas habiles: & ecclesia reddat inhabiles ad contrahendum sine præsentia Parochi, & duorum saltem Testium; ita contrahentes accedunt ad non suam ob nullitatem matrimonij, quod est prohibitum lege divinâ, & sicut accedere ad non suam semper est peccatum, nec pro ullo eventu potest honestari, nisi ex sola speciali dispensatione Dei, ut docent plures: ita pro nullo eventu fieri potest, quòd matrimonium initum sine præsentia Perochi, & duorum Testium possit esse validum.

Præterea sicut Christus elevavit solum contractum civilem validum matrimonij ad rationem sacramenti, & reliquit dispositioni ecclesiæ apponere huic contractui, ut validus sit, has, vel illas conditiones juxta exigentiam boni communis: & ecclesia, id postulante bono communi ad validitatem hujus contractûs exiget, ut fiet coram Parocho, & duobus saltem Testibus, adeò ut hæc solemnitas sit forma essentialis contractus validi, ideo si desit hæc forma, contractus non est validus, quia sicut forma dat esse rei; ita solemnitas, seu præsentia Parochi, & testium dat valorem ipsi contractui: hinc deficiente valore deficit etiam ratio sacramenti, proinde talis contractus non est matrimonium, & ita contrahentes accedunt ad non suam, quod lege divina est prohibitum. Observendum est, ecclesiem directè rentùm posse inhabilitare ita contrehentes, & invalidare contractum initum sine præsentia Perochi, & Testium, ex quo sequitur indirectè, talem contractum utpote invalidum non esse sacramentum, eò quia Christus nonnisi contractum validum elevaverit ed esse sacramenti. 204

Ad aliud, quod addebatur de denuntiationibus præmittendis ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de matrim.* & quæ possunt omitti etiam inconsulto Episcopo, si periculum adsit in mora, respondetur, id verum esse, sed discrimen edesse, quia Tridentinum tantùm præcipit denuntiationes præmittendas matrimonio, ut solemnitatem extrinsecam, & accidentalem: secus præsentiam Parochi, & duorum seltem Testium præcipit ut solemnitatem intrinsecam substantialem, & essentialem, sine qua matrimonium non sortitur suum valorem. 205

Quòd si dicas, Concilium Tridentinum quoad matrimonium inhæsisse vestigiis Concilij Lateranensis, & irritâsse propterea matrimonia clandestina, quæ olim in ecclesia detestabantur; & ecclesiam nunquam fuisse detestatam matrimonium clam initum in urgente necessitate, proinde nec hodie tale matrimonium esse irritum. 206

Contrà est, quia Tridentinum inhæsit quidem vestigiis Concilij Lateranensis, sed irritavit simul omnia clandestina: quæ quantum ad modum contrahendi ecclesiæ fuit semper detestata, quamvis aliquando essent licita, ratione urgen- 207

urgentis necessitatis: ratio disparitatis est, quia tunc prohibitio matrimonij clandestini erat cantùm per modum simplicis præcepti, & proinde gravis necessitas excusabat: hodie verò, quia ex Tridentino hoc præceptum continet formam substantialem, & decretum irritans matrimonium, & inhabilitans contrahentes, sequitur, matrimonium clandestinum pro nullo eventu posse sortiri suum valorem.

208 Si dicas, ad valorem matrimonij sufficere præsentiam cujusvis sacerdotis assistentis ex licentia proprij Parochi, & secundùm rectam rationem præsumendum esse, quòd quilibet Parochus in prædicto casu concederet licentiam cuiq; sacerdoti: proinde saltem simplicem sacerdotem cum ea præsumptâ licentiâ posse assistere.

209 Contra est, quia non sufficit licentia præsumpta, nec ratihabitio de futuro, sed requiritur omnino expressa licentia, quia Tridentinum *sess. 24. c. 1. de matrim.* dicit, posse assistere alienum sacerdotem de licentia Parochi, sed quoties ad aliquem actum requiritur licentia, debet hæc esse expressa, adeò ut non sufficiat tacita, vel præsumpta, ut notat Glossa *clement. unic. de test. V. absentia*, & ibi Imola *n. 7.* Menochius *cons. 8. n. 7. vol. 2.* Baldus *l. observare §. post hæc in fine. ff. de offic. Procons.* Tiraquel post *l. connub. Gloss. 7. n. 8.* ergo ad matrimonium non sufficit licentia præsumpta per ratihabitionem, sed requiritur expressa, ut docet Sugura *2 p. direct. c. 15. n. 48.* Præterea quia quod fit sub ratihabitione de futuro, quamvis voce tunc fiat, debet tamen prudenter fieri, ita ut possit postea ratificari: atqui valor sacramenti non potest dependere à conditione de futuro, sed statim debet esse validum, vel irritum, proinde non est validum, quando est tantùm ratihabitio de futuro.

210 Quæritur quadragesimo quintò, an si Parochus novarit in sacramento confessionis aliquod impedimentū dirimens, possit ob hoc denegare tali pœnitenti volenti contrahere cum eodem impedimento suam præsentiam, & benedictionem. Dependet hæc quæstio ab illa alia, an possit superior ecclesiasticus, vel alius uti scientia confessionis ad externum regimen in ordine ad faciendum, vel omittendum aliquid, quod si non extaret talis scientia, non esset facturus, vel omissurus? Non defuerunt, qui putaverint id esse licitum, dummodo fieri possit absque ullo periculo detegendi confessionem: & quia in gratuitis, ubi sacerdos liberam habet facultatem nulla requiritur denegandi causa, sed mera voluntas sufficit, dicunt posse tunc sacerdotem, uti scientia confessionis, & facere, vel omittere, quæ aliter facturus, vel omissurus non esset: hinc volunt, in gratuita electione posse non eligere, quem ex confessione sacramentali novit esse indignum: & ob eandem notitiam amovere ab officio eum, qui ad nutum erat amovibilis. Secus si res non fit gratuita, sed alteri fuerit jus aliquod acquisitum, tunc dicunt, non posse amoveri, vel privari tali jure ex sola notitia habita in confessione; nisi superior possit alias causas producere, ob quas mereatur removeri: rationem discriminis dicunt esse, quia in priori casu, cùm non requiratur causa, nulla potest esse rationabilis suspicio detegendi peccatum, quod pœnitens aperuit in confessione: secus in posteriori, quia requiritur causa justa, & cum nulla alia possit allegari, oritur rationabilis suspicio alicujus indignitatis, quæ ex sola confessione cognita fuit, ita docent Rebuffus *c. omnis utriusque sexus de pæn. & remiss. super §. suspiciens reverenter v. 8.* Sylvester *V. confessio q. 14.* Navarrus in *c. humanæ aures 22. q. 5. n. 6.* Durandus *4. dist. 9. q. 5.* Sotus in *4. dist. 18. q. 4. art. 5.*

Vera tamen sententia, & cui omnino adhærendum est, docet, non esse licitum extra confessionem uti scientiâ habitâ per confessionem, sed Confessarium teneri se gerere omnino præcisivè ab illa scientia, quam acquisivit in confessiona, adeò ut Confessarius teneatur ita se habere, & gerere circa externa negotia, ac si nihil prorsus unquam audivisset in confessione, idque desumitur ex motu proprio Clementis VIII. de casuum reservatione pro Regul. concesso anno 1594. die 26. Maij, ibi: *Tam superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui postea ad superioritates fuerunt promoti, caveant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorem gubernationem utantur*: ex quo liquet, nunquam licitum esse, uti notitia acquisita in confessione sacramentali de aliorum peccatis in ordine ad exteriorem gubernationem: & ratio etiam patitur ex eo; quia Confessarius, quæ scit ex sacramentali confessione, non scit ut homo, sed ut Deus, *c. si sacerdos de offic. Ordin.* ibi: *Quia non ut Judex scit, sed ut Deus*, ex quo sequitur, non posse uti ea scientia pro exteriori, & humano foro, sed tantùm pro foro interno confessionis. Præterea quia sigillum confessionis est adeò arctum, ut obligat non solùm respectu aliorum, verùm etiam ipsius pœnitentis, adeo ut ipsius confessarius teneatur non solùm alijs non detegere peccatum auditum in confessione; verùm etiam nullo modo loqui de ipso cum ipso pœnitente extra confessionem, nec possit illi exprobrare, nec objicere tale peccatum ab eodem auditum in confessione, nec in memoriam ei revocare, eò quia id esset quædam species revelationis, quâ etiam violaretur sigillum, ut docet Sotus *dist. 18. q. 4. art. 6. V. quod si sciscitaris de sigillo membro 3. q. 4. post quinque conclus. dub. 4.* Firmari etiam ex eo solet, quia sicut non licet Confessario aliquid agere, unde possint alij rationabiliter suspicari de peccato audito in confessione: ita neque est licitum aliquid agere, unde pœnitens rationabiliter possit conjicere, id fieri ob peccatum, quod ipse aperuit in confessione: quia sigillum obligat, ut peccatum semel auditum in confessione nunquam reveletur alijs, imò nec ipsi pœnitenti extra confessionem: quamobrem sicut non est licitum negare Eucharistiam, vel privare officio, quando alij possent inde intelligere, causam talis privationis esse peccatum auditum in confessione; ita neque id licitum 211

licitum erit, quando ipse pœnitens hoc idem intelligit.

212 Hinc neque licitum est extra confessionem loqui cum pœnitente de peccatis, quæ confessus fuit in confessione; quia tunc pudore suffunderetur, & confessio redderetur odiosa: ergo à fortiori, nec licitum erit privare aliquem officio; vel suffragio ob peccatum auditum in confessione, quia tunc magis odiosa redderetur confessio. Ratio enim potissima, ob quam præceptum sigilli tam inviolabiliter obligat, ut pro nullo eventu etiam si mors ipsa immineret, licitum sit, illud frangere, nec quidquam aperire, quod in confessione fuit auditum, petitur ex eo, ne confessio inde reddatur onerosa, & odiosa; voluit enim Christus hoc sacramentum confessionis ita institui, ut ad ipsum potius fideles allicerentur, quàm ab eo retraherentur, & ideo voluit omnino inviolabile servari ejus sigillum. Hinc vitandum itidem est quidquid eam confessionem odiosam, & onerosam reddere potest: & nihil ita à confessione retraheret, nec confessionem difficilem, onerosam, & odiosam redderet, quàm si pœnitentes intelligerent, posse Confessarium ob notitiam habitam in confessione, ipsos privare aliquo officio, vel suffragio.

213 Hinc rejicienda est prima sententia, quia ex illa cessant utilitates sigilli, quas refert D. Thomas *4. dist. 21. q. 3. art. 2. q. 1.* nimirum ut homines ad sacramentalem confessionem faciliùs alliciantur, & ut simpliciùs sua peccata detegant. Tum quis licèt privatus officio, non posset suspicari, talem privationem oriri ex peccato, quod aperuit in confessione: nihilominus ad retrahendum à tali confessione sufficeret, si fideles scirent sola peccata audita in confessionē dare jus ad talem privationem, & posse Confessarium juxta talem notitiam agere in externa negotiorum administratione. Demum quia remedium non potest adhiberi peccatis nisi eo modo, quo deferuntur, & proinde iis delatis in foro conscientiæ esset remedium in eodem foro adhibendum, non verò in externo. Cùm igitur non usus talis notitiæ habitæ in confessione sit favorabilis sacramento, & contraria sententia odiosa, procul dubio secunda præferenda est primæ, tametsi plures essent, qui eidem adhæserint; quia major fides adhibenda est paucis sentientibus in favorem sacramenti, quàm pluribus contrarium opinantibus.

214 Hinc ad quæstionem patet non posse Parochum denegare matrimonium pœnitentibus, si ex eorundem confessionibus devenit in notitiam alicujus impedimenti dirimentis. Quomodo verò debeat tunc Parochus se gerere in hoc casu non conveniunt Doctores D. Bonaventura *in 4. dist. 21. 2. p. art. 2. q. 1. num. 61.* Alensis *4. p. memb. 2. art. 1. ad 5.* Henricus *v. omnis n. 49. de pœnit. & remiss.* & alij censent, teneri Parochum tunc occultè monere contrahentes, & nolentes desistere teneri eos matrimonio conjungere, si non possit suum ministerium illis negare sine periculo sigilli. Alij, ut Sotus *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. post. 1. conclus.* Hadrianus *4. q. 5. de confess. post dub. 9.* & alij dicunt, quòd si pœnitentes petant publicè contrahere, teneri Parochum eos conjungere, quia ob peccatum cognitum in confessione non potest volentes contrahere privare jure, quod habent ad petendum matrimonium in foro ecclesiæ, dum in eo latet impedimentum. Aliqui tamen id limitant, si Parochus aliàs non possit subterfugere. Alij volunt, Parochum teneri absolutè petentes matrimonium contrahere sive publicè, sive privatim eos conjungere, quia notitia confessionis nullum tribuit jus extra forum conscientiæ. Henriquez verò *6. de pœnit. c. 23. num. 3.* id limitat, si denuntiationes præmissæ jam fuerint, quia tunc contrahentes habent jus jam acquisitum.

Cæterum tenendum omnino est, Parochum, 215 & alium sacerdotem habentem licentiam assistendi matrimonio, non posse pœnitentem excludere ob solum peccatum in confessione auditum, quia non potest uti scientiâ acquisitâ in confessione in ordine ad actus externos, ne confessio fiat odiosa, & fideles ab eadem retrahantur, quod procul dubio contingeret, si scirent ob peccata, quæ aperuerunt in confessione posse ipsis denegari matrimonium, vel officium, aut beneficium. Quòd si pœnitentes tantùm occultè peterent conjungi matrimonio probabile est, posse tunc Parochum eos interrogare, an velint ipsi licentiam dare aperiendi iisdem aliquam difficultatem in sacramentali confessione, si velint confiteri, eò quia tunc si Parochus eos moneat tantùm in confessione, & illis aperiat impedimentum, propriè non frangit sigillum, cùm non deducat rem in forum externum, neque extra sacramentum confessionis, & ita docent Ledesma *2. p. 4. q. 10. art. 5. dub. 4. § præterea.* D. Antoninus *3. p. tit. 17. c. 22. §. 1. V. Item*, ubi ait, posse semper pœnitentem occultè, & in confessione moneri, quia id non est confessionem detegere.

Verùm putârim, id non esse faciendum, nisi 216 obtenta priùs licentia ab ipso pœnitente, & intra sacramentalem confessionem, quia licèt non sit propriè fractio sigilli, læditur tamen aliquo modo, quoties extra confessionem sermo habetur de auditis in alis cum ipso pœnitente. Quia verò pœnitentes possunt ægrè ferre eam licentiam peti, & peccati aliàs confessi memoriam refricari, & vellent potiùs peccata omnino memoriâ excidisse, ideò consultius est, nec tunc licentiam petere, sed tantùm in sacramentali confessione eos monere, ut docet D. Thomas *4. dist. 21. q. 3. art. 1. quæstiunc. 1. ad 3.*

Quæritur quadragesimo sextò, quomodo 217 Parochus teneatur se gerere, si extra confessionem illi constet, adesse impedimentum, & volens contrahere matrimonium illud neget, ut si Parochus sciat, volentem contrahere emisisse votum castitatis; & volens contrahere dicat se illo non teneri, eò quia tantùm fictè voverit: aliqui cum Vega *lib. 3. sum. cas. 364.* respondent cum distinctione: vel sacerdos non est proprius Parochus, sed tantùm licentiam habet à Paracho assistendi matrimonio, & tunc dicunt teneri

teneri repellere cootrahentes : vel saterdos est proprius Perochus, & volens conttahere negat impedimenrum, & tunc censent teneri assiste-re matrimonio, quia votum emissum à contrahente, cùm sit occultum, proberi non potest, & quamvis Parochus certus esset de voto emisso, adhuc afsetunt teneri fidem adhibere diceoti, se votominimè teneri, eò quie poruit fictè vovisse. Rursos dicunt, quòd si volens contrahere noo neget impedimentum, & petet occultè matrimooium, fit tunc omnino repellendus: secus st illud petat poblicè, eò quia rsle impedimentum sit occultum.

218 Alij docenr, esse standum confessioni dicentis non habuisse enimum obligsndi se voto, vel juramento, ut docent Cnverruvies *2. variar. c.* 10. *num.* 1. Guttierez *de jurament. 1. p. c. 57. num* 20. Mascsrdus *de probat conclus. 45. n. 48.* & retio petitur ex eo, quia hic tantùm agitur de booo conscientiæ illius, qui perit metrimonium, qui st contrehst cum impedimento vori simplitis, cùm hoc non dirimat metrimonium valet, licèt peccet, unde relinquendum est conscientiæ negantis votum, & volentis matrimonium contrehere.

219 Nihilominus putârim probabilios cum aliis, noo esse credendum esserenti vorum à se emissum, & neganti se eo teneri, eò quia fictè voverit. Retio mihi videtur esse, quia licèt teneator confessarius in foro conscientiæ fidem adhibere pœnitenti eliquid asserenti, vel negsnti: non tamen in foro externo debet Perochus ei credere, præsertim si egstur de aliquo impedimento dirimente; ne periculum inde oriatur invelidè contrahendi, ut docent Hostiensis *in c. veniens qui Clersci, vel vov. super verbis suis*, & ibi Ancharsnus *num. 2.* imò nec etiam in juramento metu cosctoesse eredendom, nisi in foro pœnitentiæ, dicenti se ceruisse animo se obligandi docent Alexander de Nevo *c. si verò de jurejur. num. 38.* & Abbas ibid. *num. 10.* & probari solet ex *c. per tuas de probat.* ibi: *Cùm nimis indignum sit, ut quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.* Ex quo textu liquet, fatenie se vovisse, ut ei objicitot, non posse solo suo testimonio votum infirmere.

220 Tum quia nemo præsumitur dicere, quæ in corde oon habet *l. labeo V. idem Tubero ff. de suppel. legat.* ibi: *Non arbitror quemquam dicere, quod non sentit*, & notet Tirequel. *l. si unquam V. libertis n. 17. C. de renov. donat.* & Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 35. num. 2.* & *lib. 3. præsumpt. 1. n. 36. & sequent*, ubi addit, esse violentam præsumptionem, quam facit lex præsumens, id non esse in corde, quod os fetetur, & lingua loquitur: quemobrem eo ipso, quòd qnis fatetur, se emisisse votum, tametsi postee dicet, noo teneri voto: eò quia fictè voverit in foro exteroo, ad quem pertinet matrimonium non est illi credeodum, qoia est violente juris præsumptio contra proferentem ore vorum si dicat, se non corde, & ex animo, sed tentùm fictè illud emisisse: neque eliditur hæc præsumptio per solem volentia contrahere

confessionem, quia in foro exteroo judiciali licèt credstur homini contra se, non tsmen ei creditur pro se *l. omnibus 9. C. de testibus.* ibi: *Omnibus in re propriâ dicendi testimonij facultatem jura submoverunt.* Idque ex eo etiam firmari potest, quia aliàs præsumeretur delictum meodecij, cujus præsumptio omnino fugienda est *c. 2. de regul. jur. in 6.* Hinc qui fatetur se votum cstitetis emisisse, & volens matrimonium contrahere, dicat se illud emisisse sine animo se obligandi, tenetur id probare; onus enim probandi hunc enimum incumbir neganti.

Tum quia st quis fateatur delictum cum cir- 221
cumstsntie excusante, vslet ejus confessio quoad delictum, eò quie hoc est contre ipsum; non verò quoad circumstantiam, quia hæc est in ejus favorem, & præsertim si jus contra illam præsumet: unde cum quis fatetur se emisisse votum sine animo tamen se obligsndi credendum est ei quoed votum, non verò quosd animi defectum, quia præsumptio juris est contre talem defectum, præsumit enim jus linguam loqui, quæ in corde hebeotur.

Quinimò si Parocho constet de impedimen- 222
to occolto, quòd volens contrahere votum emiserit castitatis, non potest publicè eidem petenti matrimonium ministrere; ratio desumitur ex eo, qnia quando opponitur impedimentum non pertinet ad Parochum cognoscere de teli impedimento, sed tenetur rem ad Ordinsrium deferre: & quamvis nemo opponet, adhuc tenetur ipse impedimentum aperire Ordinerio, perinde ac tenetur quilibet alius; ad hunc enim finem statuit Tridentinum esse præmittendes deountiationes, ot qui sciunt eliquod impedimentum, illud menifestenc: quapropter à fortiori tenetur Perochus, cum ipsi incumbat ex officio impedimenta iovestigsre, & consulere salnti spirituali suarum ovium; quotics enim Parochus extre confessionem cogooscit impedimentum occultum edesse, prælertim dirimeos, renetur impedire, ne contrehetur.

Quòd si impedimentum innotesceret soli 223
Ordinerio, à quo nullo pecto posset probari, docent probebiliter plures. teneri publicè petenti matrimonium illod non denegate: & ratio petitur ex eo, quie cùm Ordinarius sit Judex non potest esse testis: & cùm oulla ratione posit probare causem deoegandi metrimonium, renetur secundùm allegata, & probata illud non denegare.

Verùm putârim in hoc casu teneri Ordina- 214
rium Romam scribere pro dispensstione supec impedimeoto, qoia tnoc mediante dispensstione matrimonium validè contrehitur. Ad primum argomentum contrariæ sententiæ respondetur, ea quæ depeodeot ex enimo probari sola partis confessione, si noo sit contra ipsum confitentem aliqua juris præsumptio, ut docet Mascardus *de Probat. conclus. 94. num. 20.* in præsenti eutem quæstiooe joris præsumptio est, ut, qui votum emisit, hebuerit snimum se obligandi, proinde cùm matrimooium pertineer ed forum externum, onus probandi, votum oon obligare, incumbit id asserenti; & id etiam procedit

de juramento, & hac solutione facilè solvuntur alia, quæ possunt objici.

225 Quæritur quadragesimo septimò, an volentes matrimonium contrahere, si interrogentur à Parocho, num detineantur aliquo impedimento occulto, teneantur illud manifestare, si adsit? Respondetur, vel debere à matrimonio desistere, vel illud manifestare, si adsit, quamvis occultum sit, & infamatorium, quia ut docet Abbas in *c. continebatur num. 8. de desponſ. impub.* quoties agitur de animæ periculo, potest juramentum exigi à Reo, tametsi Actor nil probaverit: atqui quando Parochus interrogat volentes matrimonium contrahere, an ligati sint aliquo impedimento occulto, agitur de periculo animæ, ne scilicet impediti invalidè contrahant, & matrimonium consummantes peccatum committant, proinde Parochus ad præcavenda hæc mala potest sine præcedente informatione inquirere à contrahentibus, num aliquo ligati sint occulto impedimento, & isti tenentur, si adsit illud manifestare. Firmatur, quia etiam ordinandus interrogatus ab ordinante tenetur respondere, ac manifestare vitium occultum, si adsit, & à quo reddatur ipse incapax Ordinis, adeò ut teneatur aperire, si sit irregularis, vel defectum patiatur ætatis: vel tenetur ab Ordinibus desistere *c. nisi cùm pridem V. pergravi c. innotuit de elect. V. multa.* ibi: *Qui suum maluit confiteri reatum, quàm læsa conscientia tronum conscendere pastoralem*, ubi notat Glossa, verbum *reatum* idem significa e, ac impedimentum, seu defectum: & in Concilio Carthaginensi IV. in *c. Ex pœnitentibus 50.* jubetur deponi, qui se ordinationis tempore non prodidit: hinc etiam volentes matrimonium contrahere, tenentur manifestare Parocho interroganti impedimentum occultum, quod impedir, ne possint contrahere.

226 Hinc ne matrimonia contrahantur cum impedimento occulto dirimente, moris est, ut contrahentes interrogentur priùs à Parocho, an carnaliter se cognoverint, tametsi de hoc non fuerint infamati. Imò id etiam quando dispensationem obtinuerunt: & ratio est, quia interrogatio facta à Parocho, non eo tendit, ut contrahentes puniantur, si se carnaliter cognoverint, sed ne contrahant cum impedimento dirimente, & peccent, si matrimonium invalidè initum consumment.

227 Verùm putârim, id procedere, quando interrogatio Parochi conducit ad valorem dispensationis, quia tunc dispensatio esset subreptitia, si non fuisset copula expressa. Hostiensis tamen *c. penult. ad fin. de corpore vitiat.* Sylvester *V. Ordo 2. q. 2.* D. Antoninus *3. p. tit. 14. c. 16. §. 3* Id limitant, nisi cum ipsis dispensatum sit pro foro conscientiæ: quia Judex nullà est probatio solùm habet jus interrogandi ad præcludendam viam peccatis: & beneficio impetratæ dispensationis pro foro conscientiæ non peccant contrahentes. Posset tamen objici contra resolutionem hujus quæstionis textus in *c. qualiter, & quando de accuſ.* ubi dicitur, quòd Judex non possit inquirere nisi præcesserit infamia: ergo cùm Parochus interrogans volentes matrimoniũ contrahere de occulto impedimento, non interroget juridicè; si nulla præcesserit infamia, non tenentur contrahentes respondere. Sed contra quia textus in *c. qualiter* tantùm loquitur de Judice inquirente in ordine ad puniendum delictum, ut etiam notat Innocentius in *c. 1. de postul. Prælat. num. 5.* ubi ait, quòd si inquisitio fiat contra promotum, ut puniatur, tunc non licèt absque infamia procedere: sin verò interrogatio fiat ad eum tantùm finem, ne matrimonium invalidè contrahatur, & ad vitanda peccata futura, tunc potest Judex vel Parochus interrogare, tametsi nulla infamia præcesserit: etenim etiam in *c. cum nobis de elect.* dicitur quòd, ne promoveatur indignus, debeat superior ex officio inquirere, quamvis non adsit infamia: cùm igitur in præsenti quæstione Parochus non interroget de impedimentis in ordine ad puniendum contrahentes, sed ne incapeces contrahant, justè sine prævia infamia, & alia informatione procedit, interrogando volentes contrahere de occulto impedimento, & hi tenentur illud manifestare, si adsit, vel à matrimonio contrahendo desistere, ut docet Henriquez *lib. 10. de sacrament. c. 2. n. 2.*

Hinc alij textus, in quibus dicitur, neminem teneri se prodere, nec manifestare quod est occultum, sunt intelligendi, quòd nemo tenetur se prodere Judici intendenti punitionem, quia tunc ad obtinendam veniam peccati occulti, sufficit, si illud aperiat sacerdoti in foro sacramentali, non verò quando Parochus ad eum tantù n finem interrogat de impedimento occulto, ne matrimonium invalidè contrahatur, & peccata committantur in ejus consummatione, quoties enim Judex non intendit vindictam, sed tantùm vitare peccatum, tunc tenetur interrogatus Judici, vel Parocho respondere, quia superior, cui incumbit cura animarum, habet jus adhibendi ea media, quæ necessaria sunt ad vitanda peccata. 228

Quæritur quadragesimo octavò, an Parochus delegatus possit alteri sacerdoti licentiam concedere assistendi matrimonio? Parochus alius dicitur proprietarius, & alius delegatus, ille est, qui propriè simpliciter, & absolutè habet beneficium Parochiale, quo non potest privari sine legitima, & justa causa; adeò ut sit etiam Parochus perpetuus: delegatus verò est temporaneus, & ad nutum instituentis, vel Episcopi potest amoveri. Rursus Proprietarius est etiam Ordinarius habens jure proprio, & in se jurisdictionem radicatam, proinde potest delegare: secus delegatus, cùm nihil habeat proprium; sed tantùm alienæ jurisdictionis usum non potest delegare, nisi sit delegatus supremi Principis, quia hic potest subdelegare *c. fin. de offic. deleg. init. c. cum causam de appellat.* Imò delegatus etiam ad universitatem causarum subinde potest subdelegare, eò quia reputetur quasi Ordinarius *l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo.* ibi: *Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem non ipse provocabitur, nam & generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provoca-* 229

vocaretur ab eo, qui mandavit jurisdictionem. Ex quo textu liquet, quòd quando delegatus subdelegavit appellatio fieri debeat ad primum dalegantem, proinde supponit textus posse delegatum subdelegare. Glossa tamen ibid. *V. non ipse* id explicat de delegato ad universitatem causarum, & ita docent Hostiensis *c. fin de offic. Ord. paulò post init.* Joannes Andreas *c. Omnis de pœnit. & remiss. num. 31. V. in Glossa executionem.* Covarruvias *3. variar. c. 20. num. 11.* ubi plures alios citat.

230 Verùm quòd delegatus ad universitatem causarum dicatur posse subdelegare, id intelligendum est cum diminutione ad unam tantùm vel alteram causam, non verò ad totam suam delegationem: quia cum Ordinarius id non possit inconsulto Principe, neque delegatus, ut notat Glossa in *c. cum causam V. Delegatus de appellat.* & Covarruvias *loc. cit.* Is verò dicitur delegatus ad universitatem causarum, cui committitur genus aliquod causarum sub uno nomine collectivo, quamvis non sit genus generalissimum complectens omnes causas, sed tantùm subalternum, dummodo intra tale genus complectatur omnes causas, quæ sub illo possunt occurrere; idque procedit quamvis delegatio limitata sit ad tempus, ut si committantur causæ tantùm occurrentes intra biennium, vel quinquennium: imò quamvis etiam committantur causæ speciales quoad quantitatem, ut infra viginti libras, vel etiam coarctatæ quoad locum, ut si committantur omnes causæ talis territorij, dummodo causæ talis territorij sint delegatæ indefinitè.

231 Quòd si Ordinarius delegans concedat delegato potestatem subdelegandi, tunc subdelegatio facta à delegato suum sortitur valorem, quia tunc non est ipse delegatus, qui subdelegat, sed est Ordinarius delegans *l. unum ex familia §. si de Falcidia. ff. de leg.* ubi dicitur, quòd eligens jussu Testatoris nullum conferat beneficium, quia non ipse, sed Testator jubens censetur beneficium conferre, & desumitur etiam ex *l. non distinguemus §. fin ff de recept. arbit.* ibi. *Idque delegari non posse, nisi ad hoc compromissum sit*, ubi statuitur, arbitrum non posse delegare, nisi id ipsi commissum sit, & ita docent Bartol. *l. More num. 12. ff. de jurisdic Om. Judic.* & ibi Alexander *num. 27.* Baldus *l. solet num. 1. eod. tit.* Imò plures censent, ad id sufficere licentiam etiam tacitam Ordinarij præsertim Alexander *conf. 157. vol. 2.* Jason *l. a Judice num. 9. C. de judic.* Felin. *in c. super quæstionum §. si verò num. 18. de offic. deleg.* & hanc tacitam licentiam explicant tunc haberi, quando delegatus Ordinario sciente, & patiente delegat, eò quia tunc habetur ratihabitio de præsenti, quæ jurisdictionem confert. Dicunt etiam tunc haberi tacitam licentiam quando ex usu, aut conjecturis sufficientibus apparet, id velle Ordinarium.

232 Notat tamen Felin. in *c. super quæstionum §. si verò num. 18. V. limita de offic. deleg.* non posse Ordinarium concedere potestatem subdelegandi delegato nomine ipsius delegati, adeò ut non possit ei facultatem concedere, ut subdeleget nomine proprio ipsius delegati: & ratio petitur ex eo, quia potestas subdelegandi non potest fundari in persona delegati. Rursus delegatus inferior à Principe ad unam causam, non potest totam illam subdelegare, imò nec articulum continentem jurisdictionem: sed tantùm articulum, qui sit nudi ministerij, *c. super quæstionum in princ de offic. deleg. V. non autem.* ibi: *Si tamen delegatus a nobis, vel Judex quicunque non tam cognitorem, quam Executorem ad aliquem certum articulum quempiam deputaverit*, ubi quando fit mentio de articulo non jurisdictionali dicitur *delegatus à nobis vel alius quicunque Judex*, quia quilibet Judex Ordinarius potest delegare: secus quando fit mentio de articulo jurisdictionali, non reperiuntur illa verba, *vel alius quicunque*, ut notat Covarruvias *3. variar. c. 20. fin.* & in hoc sensu intelliguntur aliqui docentes, delegatum inferiorem à Principe ad unam causam, subdelegare articulum illius, ut docet Bartolus in *l. More. num. 11. ff. de jurisd. om. Judic.* Sylvester *V. delegatus q. 8. dict. 3.* intelliguntur enim de articulo non continente jurisdictionem.

233 Respondetur igitur ad quæsitum, sacerdotem delegatum ad assistendum alicui matrimonio non posse subdelegare hanc potestatem alteri sacerdoti, sive sit delegatus Parochi, sive Episcopi: quia cùm sit delegatus ad unam tantùm causam, non potest totam illam causam alteri subdelegare, nisi sit delegatus supremi Principis. Quòd si sacerdoe esset delegatus à Parocho proprietario, vel Episcopo ad assistendum omnibus matrimoniis Parochiæ, quamvis tempore limitato, esset tunc delegatus ad universitatem causarum matrimonialium, proinde posset subdelegare potestatem alteri sacerdoti assistendi uni matrimonio, quia tunc non subdelegat totam potestatem, quam ipse habet. Non tamen si Ordinarius committat sacerdoti, ut recipiat informetionem, ac testes de aliquorum habilitate, ut inter se matrimonium contrahant, & suscepta informatione etiam assistat eorum matrimonio, non inquam hic sacerdoa delegatus potest alteri talem informationem committere, licèt eâ receptâ possit alteri delegare, ut assistat matrimonio eorum. Ratio est, quia delegatus ad unam causam non potest subdelegare articulum jurisdictionis, ut est examinare testes, bene tamen potest subdelegare articulum nudi ministerij, ut est assistere matrimonio, quod non est actus jurisdictionis, sed tantùm nudi ministerij. Sin verò Parochus præsens assumat Vicarium locantem operas, ut illum adjuvet, hic Vicarius non potest delegare, quia non præsumitur illi committere duas plenas vices, ut notat Navarrus *c. placuit. n. 66. de pœn.* & Henriquez *lib. 6. pœn. c. 7. num. 3. in comment. litt. N.*

234 Rursus Parochus delegatus ad universitatem causarum, quamvis possit delegare facultatem assistendi matrimonio, non tamen dare facultatem subdelegato iterum delegandi, seu licentiam, ut possit concedere alteri sacerdoti

rio, & tribus testibus, eò quia Synodus non addiderit clausulam irritantem. Tum quia, ut notet Adrianus 4. q. 5. *de confess. dub. 1. ad fin.* prohibitio superioris, ne Religiosus audiat confessiones, quamvis erguat Religiosum peccare, si contra prohibitionem sibi factam confessiones audiat; non tamen absolutio est irrita, dummodo de licentia Episcopi confessiones excipiat: ergo nec simplex prohibitio Prælati tollit jurisdictionem Parochi, quò minus validè intersit matrimonio, vel concedat alteri licentiam assistendi.

239 Posset tamen in contrarium objici, quia contra superioris prohibitionem licentia inferioris non debet prævalere, proinde invalida est licentia assistendi matrimonio data à Parocho contra Episcopi præceptum: consequenter matrimonium, cui interfuit sacerdos cum tali licentia est irritum. Firmatur, quia si Parochus daret licentiam hujusmodi sacerdoti, ut interesset matrimonio, & Episcopus eam revocaret; si non obstante revocatione, adhuc assisteret, matrimonium esset irritum, perinde ac si Parochus eam revocaret; fortior autem est revocatio Episcopi tanquam superioris Parocho: ergo quando contra Episcopi prohibitionem Parochus dat licentiam alteri, vel ipse assistit matrimonio, hoc est irritum.

Sed contra distinguitur antecedens contra superioris prohibitionem licentia inferioris non debet prævalere, si superior per suum præceptum intendat annullare, quæ agit inferior, conceditur: sin verò id non intendet, negatur: quia tunc prævalet licentia inferioris ad hunc effectum, ut actus valeat; quamvis peccet inferior agendo contra præceptum superioris, cui tenetur parêre. Ad aliud, quod addebatur de Parocho dante licentiam simplici sacerdoti assistendi matrimonio, & Episcopo eam revocante, negatur consequentia: ratio discriminis est, quia à sacerdote privato habente licentiam assistendi alicui matrimonio eo ipso, quòd Episcopus aufert talem licentiam, manifestè intendit, ut quæ ab ipso aguntur, sint irrita, quia simplex sacerdos manet persona privata, cui ex officio non competit assistere matrimonio: secus per simplex præceptum non aufertur facultas assistendi à Parocho, quia ex officio est persona publica, & illi competit assistere matrimonio, & concedere facultatem alteri sacerdoti eidem assistendi. 240

TITULUS IV.

De Sponsa Duorum.

Quia ante Concilium Tridentinum sponsalia de præsenti clandestina habebantur valida, quamvis forent illicita, & nonnunquam, qui unam duxerat, postea alteram duceret: vel etiam è contra eadem sponsa, quæ cum uno contraxerat, postea alteri nuberet, effétque sponsa duorum, ideo Pontifex post tractationem de desponsatione clandestina subjicit præsentem titulum de sponsa duorum; proinde oritur dubium, quænam sponsalia tunc prævalere debeant, ut etiam post Concilium Tridentinum si sponsa de futuro contraheret cum uno, & postea cum alio.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Quinque Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *DUOBUS MODIS 1. h. t. statuitur, ut qui dat mulieri fidem pactionis, seu promittit sponsalia de futuro cum pacto, ut nunc eam cognoscat, non debet illam ducere: sed si duxit, tenet matrimonium, sed debet pœnitentiam agere de fide mentita. Sin verò dat fidem consensus, seu ducit de præsenti, tenet matrimonium, & si ducit aliam, secundum matrimonium est irritum. Ubi notandum est, per fidem pactionis in hoc textu intelligi sponsalia sive conditionata, ut cum aliquis promittit matrimonium, si sponsa permittat, ut rem cum illa habeat, quia cùm hac conditio sit turpis, habetur pro non adjecta. Per fidem verò consensûs intelliguntur sponsalia de præsenti, seu ipse contractus matrimonialis. Cæterum sponsalia de futuro sive pura, sive conditionata per subsequens matrimonium cum altera solvuntur.*

C. *ACCEPISTI 2. h. t.* Ex Brocardo lib. 30. *statuitur, ut qui alterius conjugem ducit in uxorem, nunquam possit esse ejus legitima uxor, & injungitur illi pœnitentia, qua jejunet 40. dies in pane, & aqua, quæ pœnitentia carena vocabatur, & septem sequentibus annis eum pœniteat. Ubi notandum est, desponsationem, de qua loquitur textus, significare matrimonium, adeò ut desponsatio fiat per verba de præsenti, idque liquet ex textu, quia si mulier fuisset sponsa de futuro tantùm matrimo-*

trimonium cum secunda contractum fuisset validum.

C. LICET 3. *h. t. Alexander III. rescribit Episcopo Salernitano, matrimonium de præsenti non solvi per alterum matrimonium subsequens etiam cum copula, & virum teneri redire ad primam. Hinc licèt matrimonium ratum, & nondum consummatum sit dissolubile per solemnem professionem religionis* c. ex publico de conversi. conjug. *& ex Concilio Tridentino* sess. 24. can. 6. *non tamen solvitur per secundum matrimonium nisi authoritate Pontificis, & quidem ex justissima, gravissima, & urgentissima causa, ut docent plures Canonistæ, quia Pontificis potestas extendi debet, quantum potest pro bono publico ecclesiæ, & animarum. Tum quia interdum per dissolutionem matrimonij rati tantùm, & nondum consummati, possunt impediri plura scandala, & promoveri plurima bona. Tum quia ob easdem causas potest Pontifex dispensare in voto solemni religionis, quod est fortius vinculum matrimonio tantùm rato, quod dissolvitur per solemnem professionem juxta regulam: si vinco vincentem te, à fortiori vincam te* l. de eccess. de divers. & tempor. præscript.

C. TUA FRATERNITAS 4. *h. t. Idem Pont. rescribit, eum, qui in causa matrimonij de præsenti appellat ad Sedem Apostolicam ante sententiam, & conditionem causæ esse publicè interdicendum, ne ante decisionem causæ alteram ducat, quòd si præsumpserit ducere, declarat Pontifex, tale matrimonium esse irritandum. Ex quo liquet, quocunque modo lite pendente super matrimonio sive fuerit appellatum, sive non, nunquam licere ad aliud matrimonium transire.*

C. TUAS 5. ET ULT. *h. t. Innocentius III. declarat, quòd si quis contrahat de præsenti cum una; & ante consummationem matrimonij ducat alteram, teneat primum matrimonium, eò quia solus consensus de præsenti fine copula sufficiat, ut matrimonium ratum sit indissolubile, adeò ut non valeat consuetudo contraria, quia in re tam gravi concernente valorem sacramenti non potest contraria consuetudo introduci.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

An, & quomodo prima sponsalia dissolvantur per secunda.

1 Certum est, non licere ei, qui sponsalia contraxit cum una, postea contrahere cum alia: quia fides semel promissa uni est illi omnino servanda, ut desumitur ex *c. duobus modis 2. h. t.* ubi dicitur, quòd dans mulieri fidem pactionis, seu qui promisit sponsalia de futuro, cum pacto, ut nunc eam cognoscat, non debet aliam ducere, sed si ducit, matrimonium est validum, & tenetur, qui fidem non servavit pœnitentiam egere. Quòd si det fidem consensûs, seu ducat de præsenti, matrimonium tenet, & si aliam ducit non tenet cum secunda. Quòd si quis post contracta sponsalia de futuro cum una, cum alia postea contrahat sponsalia de præsenti, seu matrimonium, quamvis matrimonium contrahendo graviter peccet; debet nihilominus adhærere posteriori, cum quæ contraxit de præsenti, quia vinculum præsenti est fortius vinculo de futuro, ec propterea prævalet: hinc sponsalia de futuro, dummodo non fuerit secuta copula spectato jure antiquo solvuntur per sponsalia de præsenti, tanquam per vinculum fortius: quòd si sponsus cum utraque contraxit per verba de præsenti, ei tenetur adhærere, cum qua priùs contraxit de præsenti, licèt cum secunda, & non cum priori consummaverit matrimonium ut desumitur *ex c. licet. 3. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, matrimonium de præsenti non solvi per alterum matrimonium secutum etiam cum copula, & cogi debere virum redire ad primam.

2 Ratio itidem est, quia matrimonium initum cum prima eo ipso, quòd est validum, est indissolubile, proinde eo durante non potest conjux alteri nubere, quia vinculum prioris matrimonij est indissolubile, & secundum invalidum, quia non repræsentat unionem Christi cum ecclesia, quæ sicut est una tantùm, ita fideles nonnisi unam possunt conjugem ducere, adeò ut Polygamia inter fideles sit omnino damnata, nec licitum sit uni viro simul, & semel plures habere uxores, nec uni fœminæ plures viros, ut definivit Tridentinum *sess. 24. de reform. matrim. can. 2.* & liquet etiam ex ipso Evangelio *Matth. 19.* ubi Christus expressè ait, eum adulterium committere, qui una uxore dimissa aliam ducit, simúlque revocet matrimonium ed primam institutionem, quâ Deus in mundi exordio unum virum, & unam fœminam tantùm creavit. Tum quia Polygamia, ut in præcedentibus diximus adversetur fini saltem secundario matrimonij: siquidem impeditur cohabitatio matrimonialis pacifica: tum quia si maritus magis affectus esset erga unam uxorem, quàm erga alteram, utique periclitaretur castitas alterius; proinde matrimonium respectu ipsius non esset remedium contra concupiscentiam, sed potius aditum aperiret peccatis.

3 Neque obstat, Patriarchas veteris testamenti plures duxisse uxores, & licitè tunc fuisse uni vir-

viro plures uxores junctas: siquidem Deus otpote metrimonij, & naturæ Author in lege, quam ipse posoit ad geotis suæ electæ multiplicationem, dispensavit, quæ dispensatio postea à Christo revocata fuit io lege Evangelica *argu. c. gaudemus de divort.* Juvat etiam observere, quòd licèt licitum fuerit uni viro pluree uxoree ducere, non ita è contra onqnam licitum fuit uni fœminæ plures habere viros, quia talie cohebitatio impediret finem etiam primarium matrimonij, quia ex sententie medicorum eo ipso, quod fœmina pluriboe conjungitur vitis, sterilescit, ut depreheoditur io meretricibus. Tum qoia omnia jura pro patre, & filio lata confunderentur, quie incertue semper esset pater, nec filine sciret, quem propriè deberet vocare patrem ex pluribue meritis suæ metris.

4 Quamobrem in lege Evangelica multinubium prohibetur, adeò ut non possit nnua vir pluree simul habere uxoree; & desumitur hoc præceptum ex verbis Christi *Matth. 19.* & confirmetur etiam à D. Paulo *1. ad Corinth. 7.* ubi ait: *His autem qui matrimonio conjuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconcilari.* Sin autem licita esset multitudo uxorum, posset vir dimissâ uxore, & non reconciliata aliam ducere, sed quie Apostolus imponit manere inouptam, inde sequitur, quòd non possit aliam accipere.

5 Quòd si dicas, Apostolum tantùm loqoi de muliere, non de viro, inter quos interest magoom discrimen: eò quia unam mulierem habere plures viros sit contra jus natoræ, non itaonum virū habere plures uxores. Cootra, licèt sit aliquod discrimen, eò quia matrimonium oolus fœminæ eum pluribue viris adversetur fini primario metrimonij, seo generatiooi prolie, eò quia fœmine sterilescat, si se conjunget cum plùribus viris: quoad tamen finem secundarium matrimonij est utrinque par ratio.

6 Hinc si duo matrimonia ioita sint eum duabus mulieribus, vel duoboa viris prius tantùm est validum, & posterius invalidom, ot desumitur ex *c. si inter virum 31. de sponsal.* obi Gregoriue IX. rescribit, qoòd sponsalie de præsenti non solvuntur per secundum matrimonium etiam copulâ consummatum, & juratum, sed primum matrimonium permanet in suo robore: unde Glossa ait, sponsalia de futuro etiam jorata solvi per secunda sponsalia de præsenti, seo per metrimooiom subsequens, quamvis prima sponsalia de futuro sint jureta; sed frengenti fidem est injungenda pœnitentia; adeò ut qui secundum contraxit metrimonium, teneatur pœoitentiam subire ob violatam fidem cum priore, cum qua sponsalia de futuro priùs contrexerat, ut etiam habetur *in c. duobus 1. h. t.* Quòd si quis in sponsalibus de futuro promittat aliqoam accipere in uxorem adjectâ conditione, si permiserit rem secum habere; tunc conditio si intelligatur de fornicaria copula est omnino turpis, & illicita, ideóque haberi debet pro noo adjecta, ut docet Glossa hic *V. si permiserit.*

7 Matrimoniom priùs contractum cum una, tametsi non consummetur, non dissolvitur per subsequene matrimonium cum alia etiam consummatum, ut Alexander III. rescribit *in c. licèt 3. h. t.* quia primum, cùm fuerit validè initum, prævalet, & irritat secundum, quod propterea oon est metrimonium, quia non repræsentat unionem Christi cum ecclesia; onde consummatio secundi est adulterium respectu viri, qui duxeret jam elterem. Tum quia cum ex vi prioris metrimonij vir dominium sui corporis in ordine ad debitum conjugale jam totum transtulerit in oxorem, cum qua primum ioivit matrimonium, ideo non potest ampliùs tele dominium trensferre in eliem fœminam, quia noo est empliùs sub ejus jure, & quod non est sub jure elicujus, oon potest hic de illo disponere. Hinc qui com duabus fœminie simul viventiboe matrimoninm cootraxit, tenetur adhærere illi uxori, cum qua priùs cootraxit; tametsi eam oondum carnaliter cogneverit, & cum secooda matrimonium consummaverit; quie vinculum matrimonij est indissolubile etiam sine carnali copula; non enim concubitus, sed consensus matrimoniom facit *l. 30 ff. de regul. jur.* proinde prima vivente non potuit velidè com secunda contrahere, ot hebetur *in c. 1. de sponsal.* temetsi cum secunda consummeverit matrimonium; qoie cerhelie copula non facit legitimum matrimonium. Hinc non obstente quacunque consuetodine in contrarium, oon potest primum matrimonium quamvis non consummatum reddi invalidum, quia matrimonium introductum fuit, & firmatum lege naturali, & divine cùm dixerit Christus, *quos Deus conjunxit, homo non separet*, & juri naturali, & divino nulla lex, aut inolita consuetudo potest derogare, ut habetur *in c. fin. de consuet.* quo fit, ut primum matrimonium per nullam consuetudinam in contrarium possit reddi invalidum ax eo, quòd accedat secundum matrimonium, & consummetur.

8 Hinc si quia accipiat in oxorem fœminam, quam alter sibi desponseverat per verba de præsenti, tenetut illam dimittere, quia fœmine semel, quòd nupsit legitimè uni viro, non potest eo vivente nubere elteri, proinde matrimonium cum secundo initum nullum sortitur velorem, idqoe desumitur *ex c. accepisti 2. h. t.* obi dicitur, quòd qoi alterius conjugem docit in uxorem nunqoam potest esse ejus legitima oxor, & per quadraginta dies in pane, & aqua (quod carenam vocant) & septem aonis sequentibus debeat pœnitere; quapropter contraheoe matrimonium cum fœmina, quæ jam oupserat alteri viro, non potest cum illa, ot cum uxore cohabitare: secus tamen si mulier tantùm cum alio contraxisset sponsalia de futuro, quia tunc sponsalie de præsenti contracta com secundo prævelerent, quia matrimonium est vinculum fortius, & dissolvit sponselia præcedentie de futuro tantùm; qoinimò qui contrahit matrimonium cum uxore alterius nunquam potest illā ducere, nec etiam post mortem primi mariti, idqua prohibetur in jura, ne datur occasio se-

cundo contrahenti machinandi mortem priori marito. Tum quia in pœnam proprij delicti incurrit inhabilitatem ducendi in uxorem talem fœminam.

9 Ad id autem duo requiruntur. Primò ut sciverit fœminam illam jam alteri adhuc viventi nupsisse : alioquin si existimaret fœminam illam esse omnino liberam non peccaret, si illi nuberet, & posset post mortem primi viri eam ducere, ut desumitur ex *c. 1. de eo qui duxit in matrimonium.* Secundò requiritur ut ipsam cognoverit etiam vivente primo viro, ut desumitur *ex c. ult. eod. tit.*

10 Quamobrem uxor non certificata de morte viri, qui fuit profectus in dissitas regiones non obstante juvenili ætate, & fragilitate carnis, non potest alteri nubere, tametsi ignoret post inquisitionem, quid sit de ejus marito, qui à longo tempore abest, idque desumitur ex *c. in præsentia. 19. de sponsal.* quod etiam procedit de viris absentibus uxoribus, ut habetur in *c. 2. de secundis nuptiis.* Hinc si uxor ob diuturnam mariti absentiam alteri nubat, eò quia credat primum maritum mortuum, si redux in patriam veniat, aut superstitem esse constiterit; tenetur fœmina abstinere à cohabitatione cum secundo viro, quia matrimonium cum illo initum fuit nullum non obstante bona fide alterius, & debet ad priorem conjugem reverti. Neque obstat textus *in c. perlatum 8. inf. qui filij sint legitimi:* ubi statuitur, legitimos fuisse filios secundi conjugij vivente priori marito. Nam id fuit ita definitum, quia divortium à priori marito, & transitus ad secundas nuptias contigerint per judicium ecclesiæ.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 QUæritur primò, an si quis credens uxorem suam vivere cùm revera sit mortua, matrimonium contrahat cum alia, validum sit hoc matrimonium, si adjiciatur hæc conditio *contraho tecum si possim*, vel etiam si dicat : *contraho tecum quantum possum?* Respondetur, tale matrimonium validum esse, eò quia talis consensus est conditionatus, nimirum *si possum* contraho, & conditio purificatur, quia cùm revera ejus uxor jam mortua sit, revera potest nubere alteri, unde nullum intercadit impedimentum, quo minus possit matrimonium contrahere, si enim adesset aliquod impedimentum, maximè esset prius matrimonium, quod impediret secundum : atqui prius matrimonium per mortem primæ uxoris est dissolutum; proinde secundum suum sortitur valorem. Neque obstat, quòd vir contrahens credat, se non posse contrahere, eò quia putet, suam uxorem vivere : quia hic error tantùm est in intellectu, & non tollit consensum, qui proinde sufficit, ut à parte rei possit contrahere.

2 Quæritur secundò, an summus Pontifex possit legem sancire, quâ matrimonium ratum, & non consummatum dirimatur per subsequens matrimonium consummatum? Respondetur secundum veriorem sententiam, non posse, quia eo ipso quòd primum matrimonium fuit validè contractum, quamvis nondum consummatum ex lege naturali, & divina præfertur secundo etiam consummato, adeò ut existente primo tantùm rato, secundum fuerit invalidè initum, proinde ejus consummatio cùm ex parte conjugis fuerit adulterium non potest habere vim dissolvendi primum matrimonium, ut docet Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 14. n. 4.* videtur tamen difficultas oriri, quia in *c. tuas dudum 3. & ult. h. t.* videtur viguisse ante constitutionem illius capitis consuetudo, vi cujus matrimonia secunda carnali copulâ consummata præferrentur primis non consummatis. Verùm respondet Covarruvias *in d. c. tuas ult. h. t.* talem consuetudinem ob probabilem, & invincibilem ignorantiam potuisse excusare à peccato coram Deo in foro conscientiæ : imò etiam addit, potuisse excusare à pœna in foro externo eos, qui eandem fuissent servati.

Quæritur tertiò, an si alter conjux dicatur mortuus in partibus remotis possit ejus uxor statim alteri nubere, vel teneatur maturius procedere, & alias probationes inquirere? Respondetur, quòd quamvis de jure civili uxoribus dubitantibus de morte mariti concedatur licentia nubendi aliis viris, si maritus ultra quinquennium abfuerit, ut habetur *in l. uxores 9. ff. de divort.* Nihilominus in jure canonico constitutum est, ut non obstante diuturna absentia conjugis etiam supra decennium non permittatur alteri ad secundas nuptias transire, nisi priùs certum Nuntium de morte absentis mariti acceperit, ut habetur *in c. in præsentia 19. de sponsal.* ubi Clemens III. rescribit, quòd mulier licèt juvenis, & incontinens, cujus vir est absens septennio, vel quocunque numero annorum, nec potest certificari de morte, vel vita, sive sit captivus, sive peregrinus, non potest secundò nubere, nec canonicè potest hoc concedi, donec recipiat certum nuntium de morte viri : siquidem ut notat Glossa contra matrimonium non currit præscriptio, quamvis currat contra alia jura. Hinc jus civile præscribens quinquennium corrigitur, & tollitur per jus canonicum. 3

Præterea nomine certi nuntij intelligendus non est unus testis, nec ipsa fama de morte conjugis, ut quidam autumant apud Barbosam *in d. c. 19. n. 3.* sed verbum *nuntium* accipiendum est in neutro genere; adeò ut significet talem probationem, & denuntiationem, cui in judicio fides possit adhiberi : siquidem cùm per transitum ad secundas nuptias possit conjugi absenti, & fortassis adhuc viventi grave inferri præjudicium; non est æquitati consonum, ut hic transitus concedatur, nisi plena probatio de morte conjugis proferri, & approbari possit in judicio, agitur enim de gravi damno alterius; proinde æquitas exigit, ut non nisi cautè procedatur. 4

Quia tamen ex parte præsentis potest peri- 5
culum

culum subesse incontinentiæ, & aliæ etiam adesse justæ causæ, ex quibus urgeatur ad secundas nuptias, & ex alio tepite ob difficultatem in producenda perfecta probatione juta admittant etiam imperfectas, ut docent Doctores *in l. non omnes* §. *à barbaris ff. de re militar.* hinc est, quòd plures in ea sint sententia, ut putent, sufficere certitudinem etiam moralem de morte conjugis absentis; debet tamen hæc moralis certitudo talis esse, cui arbitrio prudentis viri possit rationabiliter credi, tametsi absolutè non sit infallibilis: hinc si conjux jam fuerit senio confectus, morbis absumptus, & abfuerit supra decennium in Provincijs perquàm dissitis; & alter conjux omnem diligentiam adhibuerit, & tandem audierit, ipsum fuisse mortuum in tali loco, tali tempore, & cum alijs circumstantijs, tunc videtur id sufficere ad moralem certitudinem, quòd revera sit mortuus.

6 Usus tamen invaluit ad majorem cautelam, ut quando rationabile dubium subest de morte prioris conjugis licentia transeundi ad secundas nuptias petatur à judice ecclesiastico, qui pro majori certitudine potest scribere ad locum, in quo dicitur mortuus: vel si probationes minus perfectæ sint, solet etiam deferri juramentum alteri conjugi, ut juret, se credere ejus conjugem ampliùs non vivere, eò quia id audivit ab alijs. Juvat observare, quòd non sufficit moralis probabilitas, sed requiritur moralis certitudo de morte conjugis, ut notat Covarruvias *in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 3. n. 3.* quia in omni genere humanarum rerum, & actionum sufficit moralis certitudo, cum major vix haberi possit: & quia in secundo contrahendo matrimonio adest periculum nullitatis, & adulterij, si consummetur; & si conjux abstineat à secundis nuptijs, nullum incurrit tale periculum; ideò quamdiu certitudo saltem moralis de morte conjugis non habetur ad declinandum periculum peccati, tenetur conjux abstinere à transitu ad secundas nuptias.

7 Accedit etiam ratio, quia mors conjugis absentis, cùm sit quid facti, non debet præsumi, sed probari ab allegante. Neque diuturna absentia supra decennium alterius conjugis est sufficiens ratio credendi illum mortuum, & dissolvendi matrimonium, quia per diuturnam absentiam tantùm redditur dubia ejus vita, non verò certa illius mors. Neque conjux cupiens transire ad secundas nuptias excusatur, eò quia sit juvenis, & incontinens: siquidem dantur etiam alij plures casus, in quibus conjuges licèt juvenes debeant se continere, ac privare usu conjugij, ut si alter conjux in diuturnam incidat infirmitatem, vel ex aliquo accidente fiat impotens; non enim tunc dissolvitur matrimonium ob periculum incontinentiæ.

8 Quæritur quartò, quanta debeat esse moralis certitudo de morte prioris conjugis, ut alter possit ad secundas nuptias transire? Certum est, ut diximus, non sufficere solam moralem probabilitatem, ut desumitur *ex d. c. in præsentia in fin.* quia cum agatur de gravi præjudicio conjugis absentis, & de periculo multiplicis adulterij requiritur major certitudo, quàm verisimilis præsumptio. Quanta verò debeat esse hæc moralis certitudo de morte prioris conjugis conveniunt omnes, ad eam non sufficere veras tantùm conjecturas, vel indicia: ratio est, quia quoties de certa obligatione ad aliquid agendum liquet; & non constat de ejus solutione, tunc non licet recedere ab obligatione, quia hæc adhuc est in possessione, siquidem est certa; & tantùm dubitatur de ejus cessatione: dubium autem cedit certitudini: at quòd fœmina sit conjugata est certum; & quòd sit libera est tantùm dubium, quatenus dubitatur de morte alterius conjugis, eò quia supra decennium jam abfuerit: & nihil de ipso habetur certi an vivat, & tantùm habentur leves conjecturæ de ejus morte, eò quia nunquam scripserit; & fuerit in Provincijs, in qua diu fuit pestis grassata: cùm igitur constet certò de matrimonio, & tantùm dubitetur de morte alterius conjugis in hoc dubio tutior pars debet eligi; præsertim cùm immineat periculum multiplicis peccati; proinde judicandum est matrimonium non esse dissolutum. Imò neque sufficit, si unus tantùm testis afferat, alterum conjugem absentem mortuum esse, ut liceat alteri transire ad secundas nuptias, quia ut loquantur jure, vox unius est vox nullius *l. jurejur. 9. §. simili modo. C. de testib.* tum quia unius testimonium non admittitur *c. veniens 10 in fin. ext. eod.* Tum quia per unum testem non habetur nisi semiplena probatio, quæ non sufficit ad probandam mortem alterius conjugis, sed requiritur plena.

An verò sufficiat sola fama, quâ mulier intelligat, ejus conjugem mortuum fuisse? Respondetur, neque solam famam sufficere, nisi hæc adjuvetur alijs adminiculis, ut suot vehementes conjecturæ, & graves præsumptiones de morte alterius conjugis, ut quia fuit jam senio confectus, pluribus obnoxius infirmitatibus, & quòd abfuerit supra decennium: ut etiam si publicæ famæ addatur oculatus testis, qui dicat se vidisse, eum mortuum tali tempore, in tali loco: unde debet fama legitimè esse probata, ut moralem certitudinem faciat, & excludat moralem dubitationem. Verùm potissimum, famam non probari legitimè nisi per duos, vel tres testes idoneos, edeò ut unus non sufficiat: quia potest contingere, quòd dolosè spargatur fama de morte conjugis, ut alter transeat ad secundas nuptias, & quòd pecuniâ corrumpatur testis, ut afferat, se eum vidisse mortuum tali loco. Hinc habetur praxis, quòd Ordinarij non permittunt mulieres transire ad secundas nuptias, nisi habeatur certitudo de morte alterius conjugis: & ubi per duos, vel tres testes idoneos, & fide dignos, non potest probari mors alterius conjugis: neque per indicia indubitata potest haberi moraliter indubitata certitudo; tunc consultius est scribere ad locum illum, in quo dicitur mortuus, & supersedere à secundis nuptiis, donec major certitudo acquiratur. 9

Quæritur quintò, an si sponsus de futuro matrimonium contrahat cum sorore suæ sponsæ, adeò ut sponsalia contraxerit cum utraque sorore, cum prima de futuro, & cum secunda de præsenti, valeant secunda de præsenti? Respondetur, quòd quamvis, si nullum adsit impedimentum dirimens vinculum matrimonij dissolvat sponsalia præcedentia de futuro, eò quia sponsalia de præsenti sint vinculum fortius: nihilominus in hoc casu sponsalia de præsenti sunt nulla, & tenetur sponsus stare fidei datæ primæ sorori: ratio est, quia per sponsalia de futuro contracta cum prima sorore oritur impedimentum publicæ honestatis, quo validè non potest contrahere matrimonium cum secunda sorore; proinde cùm sponsalia de præsenti non sint valida, tenetur sponsus servare prima sponsalia de futuro, & nubere primæ sorori: quòd si sponsus cum secunda sorore non solum matrimonium contraxisset, sed etiam illud perfectè consummâsset; tunc neutra n posset accipere in uxorem, non primam ob impedimentum affinitatis ortum ex perfecta consummatione matrimonij cum secunda sorore: neque posset secundam ducere ob impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus de futuro contractis cum prima sorore.

11 Quæritur sextò, an ex sponsalibus irritis defectu alicujus impedimenti occulti orietur impedimentum publicæ honestatis? Respondent Layman *lib. 5. tract. 10. c. 9. n. 4.* Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 14.* & alij, ex talibus sponsalibus irritis ob occultum impedimentum oriri impedimentum publicæ honestatis, & nituntur ea ratione, quia hoc impedimentum statutum sit ob indecentiam, quam secum trahit matrimonium cum consanguinea in primo grado, cum qua sponsalia contraxerat: unde quamvis sponsus ob impedimentum occultum invalidè concontrahat matrimonium cum prima sorore, dicunt ex talibus sponsalibus etiam de futuro oriri impedimentum publicæ honestatis; proinde non posse sponsum contrahere sponsalia de præsenti cum secunda sorore, quia hæc indecentia semper oritur, quoties publicè constat, sponsalia de futuro inita cum prima sorore esse valida: & quoties impedimentum supponitur occultum constat publicè de valore sponsaliorum cùm publicè non constet de impedimento.

12 Nihilominus contraria sententia mihi videtur probabilior, quam docent Coninck *disp. 32. dub. 3. n. 69.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 24. num 2.* Hurtadus *de matrim. disp. 24. diffic. 7. num. 4.* Rebellius *lib. 3. q. 14.* Ratio est, quia Concilium generatim nullâ adhibitâ restrictione ait, ex sponsalibus quacunque ratione invalidis nullum contrahi impedimentum, & rectè; quia quod est invalidum, & nullum, perinde se habet, ac si non esset; & quod non est, nequit impedimentum ponere, neque habere effectum ullum positivum: neque obstat, quòd publicè talia sponsalia credantur valida, quia hujusmodi existimatio est tantùm extrinseca, & non potest valorem dare contractui ex se, & ab intrinseco invalido: unde sine ullo sufficiente fundamento sponsalia restringuntur ad ea, quæ non nisi publicè sunt invalida. Tum quia à contrario sensu sequeretur, quòd neque ex sponsalibus validis omnino occultis impedimentum orire tur, quia nulla indecentia esset in tali contractu cum consanguineis sponsæ.

13 Quæritur septimò, an prima sponsalia de futuro dissolvant secunda pariter de futuro, si ipsis adnexa sit carnalis copula? Respondent plures cum Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 49. n. 5.* prima sponsalia non dissolvi per secunda, quamvis hisce addita sit carnalis copula, nisi fortassis secunda fœmina, quæ sub spe conjugij cognita fuit, notabile damnum pateretur: ait enim, quòd tunc ratione damni posset judex sponsum compellere ad contrahendum cum secunda. Cæterum præscindendo à tali damno asserit prima sponsalia non dissolvi per secunda, quamvis hisce addita fuerit carnalis copula, eò quia injuria illata posteriori sponsæ non aufert jus primæ, quod ratione contractûs initi habet, ut sponsus eam ducat in uxorem.

14 Quamvis hæc sententia valdè probabilis sit, adhuc contraria mihi videtur probabilior, quia si duo simul contendant unus de lucro acquirendo, & alter de damno vitando, huic potius favendum est, quàm primo, ut rectè notat Basilius Pontius *de matrim. lib. 12. c. 14. n. 4.* atqui secunda fœmina damnum patitur, & ideo contendit, ut sponsus eam ducat ad declinandum damnum, quod indè ei orirerur, si illam non duceret: secus prior fœmina tantùm agit ut lucrum acquirat: unde putârim favendum tunc esse fœminæ, quæ damnum est passa.

15 Hinc ad fundamentum Sanchez posset responderi, posteriorem injuriam prævalere priori promissioni, eò quia sponsalia, quibus est adnexa carnalis copula sit fortius vinculum, & strictiorem inducat obligationem resarciendi illatam injuriam.

16 Quæritur octavò, an ex matrimonio nullo oriatur impedimentum publicæ honestatis, adeò ut si Cajus contraxerit matrimonium invalidum cum Lucretia; possit sponsalia de futuro, vel etiam de præsenti postea contrahere cum Francisca ejus sorore? Respondetur, non posse ducere ejus sororem, eò quia impedimentum publicæ honestatis oriatur ex matrimonio etiam invalidè inito cum prima sorore. Ratio est, quia quamvis antiquitùs probabilis esset sententia asserens ex matrimonio nullo non oriri impedimentum publicæ honestatis, & rationes pro hac sententia plures essent; hodie tamen non est ampliùs probabilis ob declarationem Sedis Apostolicæ in contrarium: quòd enim ex matrimonio rato, ac irrito quacunque ex causa præterquam ex defectu consensûs oriatur impedimentum publicæ honestatis, declaravit Pius V. in suo motu proprio, cui initium est *Ad Romanum spectat* anno 1568. cùm enim multi dubitarent, an decretum Concilij Tridentini *sess. 24. de matrim. c. 3.* intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsenti non consummato, ait Pontifex: *Authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus,*

ramus, & definimus, decretum Concilij hujusmodi omnino intelligendum esse, procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio (sic ut praefertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus ac gradibus, quibus de jure veteri ante praedictum decretum Concilij introductum erat. Cùm impedimenta dirimentia matrimonium sint de jure ecclesiastico, standum est legibus ecclesiae.

17 Quaeritur nonò, an si post Concilium Tridentinum in loco, ubi fuit publicatum, & receptum, Cajus ducat in uxorem Lucretiam clandestinè; possit postea ducere ejus sororem palam, eò quia intellexerit matrimonium clandestinè initum esse nullum? Respondetur, non posse postea palam ducere ejus sororem: ratio est, quia ex matrimonio clandestino oritur impedimentum publicae honestatis, quo impeditur Cajus, ne possit cum sorore primae sponsae matrimonium contrahere: quòd oriatur tale impedimentum publicae honestatis, declaravit sacra Congregatio Cardinalium Concilij interpretum apud Rebellium *3. p. de obligat. lib. 4. sess. 5. n. 102.* ubi recitat verba declarationis, quae sunt: *Praesupposita declaratione per constitutionem S. D. N. Pij V. super hoc decreto censuit Congregatio, oriri hoc impedimentum publicae honestatis ex sponsalibus per verba de praesenti, & nulliter contractis omissa forma decreti Concilij Tridentini.*

18 Verùm quia plures dubitant de tali declaratione, an reverà existat, eò quia non repetiatur apud alios collectores, ideo praescindendo à tali declaratione dicunt ex matrimonio clandestino non oriri impedimentum publicae honestatis, adeò ut Cajus, qui clandestinè nupsit primae sorori, possit palam ducere secundam, quia jure antiquo ex matrimonio invalido non oriebatur impedimentum publicae honestatis, cùm id ex nullo canone probari possit, neque ex consuetudine. Neque hoc impedimentum oritur jure Concilij Tridentini: siquidem nullibi in Tridentino reperitur talis constitutio, quae declaret ex matrimonio irrito oriri impedimentum publicae honestatis. Quòd si dicas, Pium V. declaràsse contrarium in sua constitutione, quae incipit *ad Romanum* edita anno 1568. quae refertur etiam *titulo 1. lib. 4. septimi decret. c. 2.* Respondent, Pium V. solùm in genere statuisse, & declaràsse, dispositionem *c. 3.* Concilij Tridentini non esse de matrimonio nondum consummato, sed solùm de sponsalibus de futuro.

19 Quaeritur decimò, an appellans in causa matrimoniali lite pendente possit aliud matrimonium contrahere? Respondetur, pendente lite super matrimonio, si appellatum fuerit, non posse aliud matrimonium contrahi cum alia, idque desumitur *ex c. tua fraternitas 4. h. t.* ubi habetur, quòd qui in causa matrimonij de praesenti appellat ad sedem Apostolicam ante sententiam, & cognitionem causae sit publicè interdicendus, ne ante decisionem causae aliam ducat: & si ducere praesumpserit, tale matrimonium sit irritandum, quod tamen intelligendum est, si impedimentum fuerit perpetuum, non ita si tantùm ad tempus, ut ob reverentiam dierum, quia tunc non est irritandum matrimonium, sed solùm injungenda poenitentia propter contemptum ecclesiae.

Quòd verò pendente lite in causa matrimoniali sit conjux publicè interdicendus, ne ante decisionem causae transeat ad alias nuptias, est aequitati omninò consonum: quia si primum matrimonium postea pronuntiaretur validum, secundum foret adulterium, & invalidum, proinde pendente lite super primo matrimonio non potest vir cum alia contrahere, sive lis pendeat post appellationem, ut in casu *c. cum in Apostolica 18. de sponsal.* Est enim notissimi juris, quòd si appelletur, appellatio suspendat sententiam, & rem judicatam ab alio judice, *c. venientes de jurejur.* ubi doctores *c. pastoralis §. praterea de offic. deleg.* & docent Felin. *in rubric. de appellat. num. 4.* Lancellotus *de attent. p. 2. c. 12. in praefat. n. 118.* Quapropter si iniretur matrimonium lite pendente cum secunda, tale matrimonium foret attentatum, & nullius valoris. 20

Quaeritur undecimò, an prima sponsalia de praesenti dissolvant secunda pariter de praesenti? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. duobus 1. h. t.* ubi dicitur, quòd si vir det fidem mulieri, seu cum ea contrahat matrimonium, seu sponsalia de praesenti tenet matrimonium, & si aliam ducit non tenet matrimonium cum secunda, & tenetur vir adhaerere primae. Ratio est, quia per verba de praesenti exprimentia consensum in matrimonium illarum personarum, quae non prohibentur illud contrahere, sufficienter contrahitur matrimonium, ut habetur in *d. c. duobus 1. h. t.* & quia mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit, & similiter vir est alligatus uxori, adeò ut mulier potestatem sui corporis non habeat, sed vir, & è converso, ut scribit Apostolus *ad Corinth. 1. 7.* ideo vivente prima uxore non potest vir contrahere cum alia, quòd si de facto contrahat, est separandus, ne persistat in adulterio, & debet adhaerere primae uxori, ut habetur in *d. c. duobus 1. h. t.* idque fuit etiam statutum in Concilio Niceno *can. 24.* ibi: *Nemo debet duas uxores ducere; & qui hoc fecerit, si fuerit sacerdos prohibeatur ministerio sacrificandi, & communione fidelium quousque ejiciat domo secundam, & debeat retinere primam.* 21

Rursus hoc idem sancitum fuit in Romana Synodo sub Eugenio II. & Leone IV. *can. 37.* ibi: *Nulli liceat ullo tempore duas habere uxores,* & Joannes VIII. *epist. 198.* scribit: *Jubemus ut nullus propriam relinquat uxorem, & illa vivente alteram sibi sociare praesumat: neque liceat ei ullo tempore duas habere uxores.* Nicolaus itidem I. ad consulta Bulgarorum *c. 51.* ait: *Duas tempore uno habere uxores nec ipsa origo humanae conditionis admittit, nec lex Christianorum illas permittit,* ratio verò, cur prohibita sit Polygamia, desumitur ex eo, quia pluralitas uxorum repugnat fini matrimonij, si enim vagus esset concubitus, vaga itidem, & incerta esset proles; imò neque domestica societas posset susti- 22

neri,

neri, cùm plura eſſent capita unius corporis myſtici: quamvis enim unus Dominus poſſit commodè habere plures ſervos, non tamen unus ſervus poteſt commodè pluribus ſimul inſervire Dominis, ut probat D. Auguſtinus *lib. 3. de doctrin. Chriſt. c. 12.* & *de bono conjug. c. 17.*

23 Hinc ſi licita eſſet uxorum pluralitas non bene conſultum foret paci domeſticæ, & Reipublicæ, & tranquillitas domeſtica præſertim turbaretur, etenim uxor ſocia eſt, non famula, & in domeſtico regimine principatum obtinet, ut notat Chryſoſtomus in *epiſt. ad Epheſ. homil. 30.* atqui omnia Principatus ut pax ſervetur, & tranquillitati conſulatur, ex ſua natura ſingularitatẽ amat. Tum quia, ut oſtendit Auguſtinus de bono conjugali *contra Jovinianum c. 17.* facilè inter ipſas uxores invidia rixas excitaret, ut legimus de uxoribus Abraham, Sara, & Agar *Geneſ. 16.* de Lia, & Rachele *Geneſ. 30.* de Anna & Phenena *1. Reg. 1.* hinc refert Gelius *lib. 1. noctium attic. c. 17.* reſpondiſſe Socratem Alcibiadi interroganti, cur duas ferret in domo uxores: *hæ me domi docent tolerantiam, quâ in publico utendum eſt:* hoc idem etiam refert Gelius de Euripide in Andromache. Tum quia contrahens ſecundum matrimonium vivente primo conjuge, non poteſt validè contrahere, quia nequit tradere poteſtatem ſui corporis, quam non habet juxta Apoſtol. *1. ad Corinth. 7. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.*

24 Hinc etiam jure civili, & apud gentes Polygamia, & polyviria prohibetur, etenim apud Athenienſes Erecopis lege ſancitum fuit, ut una tantùm eſſet unius uxor Teſte Athæneo *lib. 13. Dypnoſeph.* Romanos itidem Judæis, & aliis exteris nationibus Polygamiam prohibuiſſe conſtat *l. Nemo C. de Judæis novel. 79.* Juſtin. *§. Affinitatis inſtit. de nupt. l. 2 C. de inceſt. nupt l. 18. C. de adulter.* quinimò qui binas habebant nuptas eodem tempore infamia notabantur ex Prætoris edicto *l. 1. ff. de his qui not. infam.* & notat Grotius *lib. 2. de jure belli c. 5. num. 9.* quinimò ducentes ſecundam uxorem vivente prima ex Athalarici Regis edicto apud Caſſiodorum *lib. 9. epiſt.* 18. plectebantur amiſſione bonorum. Imò contrahentes cum ſecunda, vivente prima uxore adulterij pœnis teneri notat Menochius *de arbit. lib. 2. caſ. 420.* imò pœnam mortis ſancivit in Germania Carolus V. *conſtit. crimin. art.* 121. ut refert Colterus *deciſ.* 176. *n.* 78.

25 Hodie verò quia hoc delictum punitur ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, Rei hujus criminis compelluntur abjurare, & fuſtibus etiam cæduntur, & ad triremes per quinquennium damnantur: compelluntur inquam abjurare, quia gravis oritur ſuſpicio, quòd malè ſenſerint de ſacramento matrimonij. Fusè de hac re agit Transmiers *in tract. de polygam.* & *polyviria* ubi etiam notat cognoſcere de hoc delicto pertinere privativè ad Inquiſitores: quia ipſi ſunt Judices privativi non ſolùm contra hæreticos, ſed etiam contra ſuſpectos etiam leviter in fide. *c. Accuſatus in princ. c. ut officium de hæret. in 6.* & notat Covarruvias *de ſponſal. 2. p. c. 7. §. 3. n. 6.*

26 Poſſet tamen in contrarium objici, quia conſtat ex ſacris ſcripturis, Patriarchas, & alios viros morum probitate inſignes, plures habuiſſe uxores uno, & eodem tempore, Abraham enim habuit Saram, Agar, Zethuram *Geneſ. c. 16. & 25.* Jacob habuit Liam, Rachaelem, Balam, & Zelpham *Geneſ. c. 29. & 30.* Helcana Annam, & Phenenam *lib. 1. Reg. c. 1.* Moyſes Ethiopiſſam, & Sephoram *Exod. c. 2. numer. c. 12.* David itidem ſex habuit uxores *lib. 2. Reg. c. 3.* Salamon 700. *lib. 3. Reg. c. 11.* Abias 14. *lib. 2. Paralip. c. 13.* Gedeon itidem, & alij, plures habuerunt uxores *c. 8. Judic.*

27 Sed contra quia inde non ſequitur, polygamiam eſſe permittendam licèt Ermogenes, contra quem ſcripſit Tertullianus polygamiam ex præcitatis exemplis ſcripturarum probaverit, & Turcæ etiam hodie ſuſtineant tot licere uxores ducere, quot unuſquiſque facultatibus ſuis ſuſtentare poteſt. Certum eſt enim, à mundi exordio usque ad diluvium neque Adamum, nec ullum alium præter Lamechum plures habuiſſe uxores *Geneſ. c. 4. v. 29.* & proinde reprehenditur à Nicolao Papa, & vocatur adulter in *c. An non 24. q. 3* Poſt diluvium verò cùm pauci eſſent homines, & vita humana perquam abbreviata, fuit tunc polygamia ob neceſſariam multiplicationem humani generis conceſſa, ut populus fidelis propagaretur, & cultus divinus incrementum ſubiret, ut notat Joſephus Hebræus *lib. 17 antiq. c. 2.* & declarat D. Auguſtinus in *c. objiciuntur 32. q. 4.* & *lib. 3. de doctrina Chriſtian.* ubi loquens de polygamia ait: *Quando mos erat crimen non erat, & nunc propterea crimen eſt, quia mos non eſt,* verùm hanc polygamię permiſſionẽ humano genere, & populo fideli jam propagato Chriſtus Dominus omnino abolevit, & primam monogamiæ legem primis parentibus inſpiratam innovavit *Matth. c. 19.* ut notat Arniſeus *de jur. connub. c. 4. ſect. 2.*

28 Cæterum ad propagationem populi fidelis potuit Deus cum Hæbreis diſpenſare: ſiquidem non eſt hæc prohibitio de primis principijs legis naturalis, nec de concluſionibus, quæ proximè, & immediatè ex ijſdem inferuntur; ſed tantùm de remotioribus. Tum quia ſi propriè velimus loqui, hæc non eſt diſpenſatio, quia fit per mutationem materiæ jure ſupremi dominij, potuit enim Deus ſuâ providentiâ prævenire, & tollere incommoda, quæ naturaliter oriuntur ex pluralitate uxorum.

29 Quæritur duodecimò, quænam pœna ſit injuncta ducenti in uxorem alterius conjugem? Reſpondetur hanc ſtatui in *c. deceptiſti 2. h. t.* ubi dicitur, qui alterius conjugem ducit in uxorem, nunquam hæc poterit eſſe ejus legitima uxor, & 40. dies in pane & aqua (quod carenam vocant) cum ſeptem ſequentibus annis eum pœniteat: ſiquidem regulare olim erat, ut pro quolibet peccato mortali pœnitentia injungeretur ſeptem annorum *c. hoc ipſum 33. q. 2.* quod tamen intelligitur, niſi ſacerdos ex cauſa tempus

abbre-

abbreviaverit *c. Deus de pænit. & remiſſ. c. quem de pænit. diſt. 1.*

30 Verùm hodie antiqui canones pœnitentiales ſunt perquam remiſſi, & moderari poſſunt ad arbitrium ſacerdotum *c. ſi de pænit. c. tempora 26. q. 7.* hæc autem moderatia relicta arbitrio ſacerdotis eſt, ut cui pro lethali culpa injungebatur pœnitenria ſeptem annorum, modò imponitur, ut jejunet qualibet ſeptimana unam, vel alteram diem, vel recitet per tot vices orationem dominicam, & ſalutationem Angelicam, & ad hoc arbitrium etiam remittuntur omnia jura, quæ imponunt pœnitentiam per numerum annorum, vel dierum non ſpecificando modum pœnitentiæ, ut notat Abbas in *d. c. accepiſti in fin.* Carena verò quæ propter gravitatem peccati adjungitur pœnitentiæ ſeptem annorum, vocetur à carentia ciborum, & hominum, quibus illis diebus pœnitentes carebant; ſiquidem per 40. illos dies moris erat, ut pœnitentes includerentur in aliquo ſecreto loco propè eccleſiam, & deſtituerentur hominum conſortio, neque alerentur quàm pane, & frigida: hæc autem abſtinentia à carnibus, & lacticinijs à numero dierum, quibus durat, vocatur quadrageſima à numero quadragenario, ſeu quadraginta dierum, quibus præfata pœnitentia agebatur.

31 Hinc quia contrahens matrimonium de præſenti cum uxore alterius committit ſacrilegium contra ſacramentum matrimonij; & adulterium *l. quamvis c. de adulter.* ideo pro tam gravi peccato, ſi agatur in foro conſcientiæ hæc ſalutaris pœnitentia eſſet injungenda *ex d. c. accepiſti 2. h. t.*

32 Sed hodie poteſt moderari ad arbitrium Confeſſarij. Fit tamen, qui alienam uxorem duxit, incapax eam ducendi impoſterum etiam poſt obitum ejus mariti, & mortem propriæ uxoris, adeò ut licèt mulier illa ſit poſtea vidua, ut etiam vir, non poſſit hic eam ducere, ne detur illi occaſio machinandi in mortem illius mariti, vel propriæ uxoris *c. ſuper hoc de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* tum quia fraudibus eſt obviandum *c. ſuper de reſcript.* ad præcludendam igitur viam huic iniquitati, ut etiam in pœnam proprij delicti prohibetur, ne talis poſſit unquam ducere illam de jure in uxorem, quam ſi temerè auſus eſt de facto ducere, matrimonium eſt irritum.

33 Quæritur tertiodecimò, an matrimonium de præſenti ratum ſolvatur per ſecundum matrimonium conſummatum? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Tuas dudum ult. h. t.* ubi dicitur, quòd ſi quis contrahat de præſenti cum una, & ante copulam contrahet cum alia, teneat primum matrimonium, & ſecundum ſit nullum. Ratio eſt, quia per verba de præſenti contrahitur indiſſolubile vinculum matrimonij *c. 1. de ſponſ.* proinde ſi Titius ſemel contraxit de præſenti cum Lucretia, vivente hac prima uxore, non poteſt alteram ducere, quia tenetur ob vinculum indiſſolubile adhærere primæ uxori, quamdiu vixerit.

34 Neque obſtat, primum matrimonium fuiſſe tantùm ratum, & non conſummatum, & ſecundum fuiſſe conſummatum, quia ſolus conſenſus ſine copula ſufficit ad inducendum vinculum indiſſolubile matrimonij, & quia hic conſenſus fuit præſtitus in primo matrimonio, ideo eſt hoc indiſſolubile, & ſecundum matrimonium eſt invalidum, ut deſumitur ex *c. duobus 1. h. t.* ubi dicitur, qui dat fidem conſensûs, ſeu ducit de præſenti unam, matrimonium tenet; & ſi aliam ducit, non tenet cum ſecunda, tametſi hanc carnaliter cognoverit, non primam, quia ſecundus conſenſus non poteſt præſtari ab habente primam uxorem; & ſi de facto præſtetur non operatur matrimonium, cujus propterea conſummatio eſt adulterium, nec valet contraria conſuetudo, ſi quæ eſſet, quia matrimonium confirmatur lege divina *c. unic. de voto in 6.* ait enim Chriſtus *Matth. 19. Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet;* & quia juri divino nulla lex, vel conſuetudo poteſt præjudicare *c. fin. de conſuet.* & *c. 1. de ſponſ.* ſequitur, quòd nulla conſuetudo poſſit ſolvere primum vinculum inductum per verum conſenſum expreſſum per verba de præſenti, proinde cum ſtante hoc vinculo non poſſit ſecundum matrimonium contrahere; hoc ſecundum matrimonium eſt irritum, & ejus conſummatio adulterium.

35 Cæterum conſuetudo, ſi à ſummo Pontifice approbata fuerit circa matrimonium contrahendum, poteſt novum impedimentum inducere, vel canonicum antiquum removere, & tunc ſublato impedimento ſecundum matrimonium valet: poteſt enim Papa ſtatuere circa matrimonium contrahendum, ut illud admittatur prout juxta temporum, vel locorum qualitates, ac mutationes magis expedire videbitur.

36 Quæritur quarto decimò, an ſponſus peccet, ſi intra primum bimeſtre vi, vel timore gravi extorqueat copulam à ſponſa de præſenti? Reſpondetur affirmativè, quia tunc renitente ſponsâ nullum habet jus ſponſus in ejus corpus, donec bimeſtre effluxerit, proinde auferendo eidem corporis integritatem, gravem illi inferr injuriam. Tum quia jus certum ſponſæ transfugiendi ad Religionem redditur valde dubium, & litigioſum, & lite mota impeditur profeſſio uſque ad litis concluſionem. Tum quia fortaſſis ex tali conſummatione matrimonij ſequitur proles, ob quam ſponſa impeditur ab ingreſſu Religionis.

37 Tum quia adeò gravis cenſetur communiter hæc injuria, ut non obſtante conſummatione matrimonij credetur ſufficiens, ut ſponſa poſſit facere, perpetuum divortium profitendo religionem manente ſponſo ligato vinculo matrimonij. Tum quia poteſt ſponſus in foro externo puniri, ut notat Antonius Gomez *l. 80. Taur. n. 39.* & docet Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 9.* pro ſola autem culpa veniali æquum non eſt tam graviter puniri in foro externo. Aliqui tamen id limitant quando ſponſa aſſerit, ſe velle religionem ingredi, volunt enim tantùm in hoc caſu ſponſum lethaliter peccare, ſi ſponſam intra primum bimeſtre vi opprimeret.

TITU-

TITULUS V.

De conditionibus appoſitis in deſponſationibus, & aliis contractibus.

Cum ſponſalia nonnunquam abſolutè, & aliquando ſub conditione etiam contrahantur, ideo Summus Pontifex in præſenti titulo agit de conditionibus, quæ apponi ſolent tam in deſponſationibus de futuro, quàm de præſenti, ſeu matrimonijs, & etiam alijs contractibus. Sponſalia purè, & abſolutè dicuntur contrahi, quando contrahentes adhibent hæc verba: *ego te accipiam in uxorem, & ego te accipiam in maritum:* ſub conditione verò, quando contrahentes utuntur hiſce verbis: *Ego te in uxorem accipiam, ſi tantam dotem mihi dederis:* vel *ego te accipiam in maritum, ſi pater meus conſenſerit.*

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Septem Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *QUICUNQUE 1. h. t. Ex Concilio Africano ſtatuitur, ut conditionis nomine non debeat matrimonium frangi, ſed rejecta conditione deſponſatio irrefragabiliter ſit valida. Ubi notat Gloſſa, textum loqui de conditione turpi, vel illicita, quia hæc habetur pro non adjecta. Cæterum ſi conditio ſit honeſta, per ipſam non irritatur matrimonium.*

C. *CUM SIT 2. h. t. Gregorius reſcribit eum, qui manumiſit ſervum, cum conditione ut fiat Monachus in tali monaſterio, alioquin redeat in ſervitutem, poſſe à ſervo manumiſſo exigere adimpletionem talis conditionis, & ut adimpleatur voluntas manumittentis: ex quo textu liquet in manumiſſione ſervi poſſe apponi conditionem, quo ſi non ſervetur, libertas amittatur. Rurſus quamvis antiquitus ſervitus non impediret Monachatum* c. multos diſt. 54. *nec promotionem ad ſacros Ordines* c. de famolis de ſervis non ordin. *hodie tamen ſervi non recipiuntur ad religionem, niſi ſint manumiſſi, nec ordinantur. Cæterum quòd Pontifex in textu dicat, ſervum manumiſſum amittere libertatem, ſi in monaſterio non remanſerit, intelligendum eſt ante profeſſionem: quia poſt profeſſionem poteſt tranſire ad aliud monaſterium, nec eſt ampliùs ſub viro Domini manumittentis.*

C. *DE ILLIS 3. h. t. reſcribit Alexander III. quòd ſi quis mulieri ita juraverit:* ego te in uxorem accipiam, ſi mille mihi dederis: *ſi non dederit mille, non tenetur eam accipere, niſi fortaſſis conſenſus de præſenti, ſeu carnalis commixtio interceſſiſſet. Ex quo textu liquet, licitum eſſe adjicere contractui matrimoniali conditionem, ſi tantum mihi donaveris: quia niſi hæc conditio honeſta eſſet, minimè ſponſalia ſuſpendiſſet, ſed haberetur pro non adjecto, unde ſi talis ſtipulatio conditionata fiat ratione dotis, conditio eſt honeſta, non ita ſi fieret ratione libidinis, tunc enim haberetur pro non adjecta. Quòd ſi conditio adjiciatur per modum pœnæ, ut ſi tecum contraham, dabo centum, tunc non valet contractus* c. gemma de ſponſ. *Cæterum Panormitanus duos adfert caſus, in quibus conditio appoſita ſponſalibus tollitur, ſcilicet per ſubſecutum conſenſum de præſenti, non conditionatè, ſed purè præſtitum, per quem tollitur obligatio conditionis appoſitæ ſponſalibus implendæ. Secundò per carnalem copulam ſubſecutam, cujus duplex eſt effectus, ſiquidem purificat ſponſalia, & eodem momento ſponſalia transfundit, & tranſmittit in matrimonium. Ut docet Panormitanus.*

C. *VERUM 4. h. t. reſcribit Idem Pont. quòd quando quis donavit eccleſiæ prædium, vel quid aliud adjecta conditione, ut aliquid faciat, vel donet ſimpliciter; Si eccleſia non faciat, nec donet, non poſſit donator revocare donum. Sin verò in donatione fuerit adjectum, quòd ſi pactum, vel modus non ſervetur, poſſit donatio revocari, tunc donator poteſt ſuum donum repetere. Pro cujus textus intelligentia, notandũ eſt, conditionem priori loco ſumi latiùs, prout etiam comprehendit modum, qui non ſuſpendit actum, neque annullat, niſi ſit contrarius ſubſtantiæ illius. Poſteriori verò loco ſumitur conditio ſtrictè pro ea, quæ revera ſuſpendit actum, adeò ut non impleta conditione actus ſit nullus, & poſſit revocari. Cæterum in favorem eccleſiæ Pontifex in præſenti textu ad tollendam omnem ambiguitatem, declarat, donationem factam eccleſiæ ſub conditione non poſſe revocari, niſi id à Donatore fuerit expreſſum in donatione, nimirùm quòd ſi conditio non impleatur, poſſit ſuum donum revocare.*

C. SIC

C. SUPER EO *5. h. t.* *Urbanus III. declarat, contrahentem matrimonium sub conditione non improbata ab ecclesia, ut si quis dicat, contraho teoum, si meus pater voluerit, non esse cogendum ad contrahendum matrimonium, nisi accesserit voluntas patris, eò quia consensus positus in alieno arbitrio non dicatur liber, nec consensus de præsenti. Hinc notat* Glossa, *quòd si substantia contractus conferatur in arbitrium expressæ personæ, non valeat contractus, nisi talis arbitretur. Rursus testamentum in alterius voluntate expressè commissum non valere, ut si Petrus dicat, constituo te meum hæredem, si Paulus voluerit. Cæterum ad matrimonium de sui natura requiritur consensus de præsenti, per quem distinguitur à sponsalibus, quæ fiunt per consensum de futuro, & consensus conditionatus in textu est de futuro, non de præsenti.*

C. PER TUAS *6. h. t.* *Innocentius III. declarat, quòd si quis contrahat sponsalia sub conditione honesta, ut* si meus pater velit, *& ante expletam conditionem habet copulam, tunc recedit à conditione, & tenet, tametsi ante copulam protestaretur, se nolle recedere à conditione, ut notat Glossa. Hoc idem etiam procedit, si quis dicat, contraho tecum, si te virginem invenero, tenet enim matrimonium, quia hoc non dirimitur per talem errorem: qui verò contrahit cum una sub conditione, & cum alia simpliciter, tenet secundum matrimonium, tametsi postea adimpleatur conditio primi. Glossa hic docet, matrimonium contractum cum conditione necessariò futura non teneri, nisi impleta conditione. Verùm contraria sententia videtur probabilior, quia tunc conditio habetur pro non adjecta.*

C. SI CONDITIONES ULT. *h. t.* *Gregorius IX. declarat, quòd si matrimonium contrahatur cum conditione contraria conjugio, ut* si declinaveris generationem prolis, *vel* nubo interim tibi, donec inveniam aliam ditiorem: *vel* duco te in uxorem, si postea adulterabis, *non teneat, secus si contractui matrimoniali adjiciantur aliæ conditiones, quamvis turpes, immo & impossibiles, illis non obstantibus matrimonium tenet, quia propter favorem matrimonij habentur pro non adjectis. Hinc desumitur regula, quòd conditio repugnans substantiæ matrimonij, vel sacramenti, si adjiciatur contractui matrimoniali, eum vitiet, & annullet. An verò hæ conditiones: contraho tecum, ut serves mecum perpetuam castitatem: vel debitum non petas: vel religionem mecum ingrediaris, vitient matrimonium. Respondetur negativè, si post contractum matrimonium adjiciantur, quia non pugnant cum illius substantia* argum. l. empti. C. de contrah. empt. *ubi quamvis sine pretio non contrahatur emptio, & venditio: si tamen de pretio utrinque conventum fuerit, tametsi illud non solvatur, sed ultro remittatur, non vitiatur contractus emptionis, & venditionis, eò quia quoad substantiam, jam fuerat ante perfectus. Major difficultas est, an tales conditiones adjectæ ante contractum matrimonium illud vitient, quia videntur pugnare contra substantiam matrimonij ordinati ad copulam, quam conditiones excludunt. Verùm communior sententia doces, nec vitiare matrimonium, quia copula carnalis non est de essentia matrimonij, quod ante consummationem habetur. Tum quia non adversantur triplici bono matrimonij, quia per ipsa non impeditur individua vitæ societas, nec bonum fidei, nec violatur castitas, & bonum prolis compensatur majori bono, seu per continentiam, quæ magis placet DEO.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

An conditio contractui matrimoniali apposita illum vitiet.

1 Est conditio juxta præsens institutum suspensio actûs, vel contractûs in futurum tempus, & eventum incertum, ut desumitur ex §. *sub conditione instit. de V.O.* & hujusmodi conditio explicari solet per particulam *Si*, ut *accipiam te in uxorem, si tantum dotis mihi dederis* adeò ut conditio suspendat in tempus futurum, quia si concipiatur de præsenti, vel præterito propriè non est conditio, & tantùm habet vim contractum infirmandi, si non sit posita, & nullo modo differendi contractum. Subinde apponitur modus desponsationi, & est qualitas, seu adjectio oneris, ad quod obligatur contrahens, & solet talis modus explicari per particulam *Ut*; cùm vir dicit. *Ducam te, ut divitias, vel honorem consequar*, ut notat Sylvester *V. conditio. num. 3.* Præter conditionem, & modum, nonnunquam etiam apponitur causa, seu illa ratio, ob quam quis contrahit, & solet explicari per particulam *Quia*, ut *ducam te in meam uxorem, eò quia pulchra sis, & mihi plenè satisfacias.*

Nonnunquam etiam apponitur demonstratio, & tunc contingit, quando exprimitur qualitas, per quam determinatur, & demonstratur persona, cum qua contrahitur, ut si vir dicat, duco te in meam uxorem, eò quia sis libera, & virgo. Rursus conditiones aliæ sunt generales, quæ sic dicuntur, quia in omni matrimonio tacitè intelliguntur reperiri, quamvis non ex- 2

primantur : aliæ ſunt ſpecialea, quarum quædem intrinſecè inſunt neceſſariò contrectui, adeò ut ſine illis matrimonium non poſſit ſubſiſtere, ut ducam te in meam uxorem, ſi nullum impedimentum dirimens interfuerit : aliæ ſunt extrinſecæ, ſine quibus matrimonium poteſt ſubſiſtere : rurſus iſtarum quædem, ſunt neceſſariò eventuræ, ut ſi quis dicat : contreho tecum ſi veſpere ſol occidat : aliæ ſunt impoſſibiles, ut contreham tecum, ſi usque ed lunam volaveria : aliæ ſunt contingentes, & dividuntur in honeſtes, & turpes, ac indifferentes, vel etiam impertinentes, de quibus infra.

3 Certum eſt, conditiones generelea, & ſpecieles intrinſecas non ſuſpendere conſenſum, & matrimonia fidelium inita cum hiſce conditionibus ſuum ſortiri velorem : retio eſt, quie hujusmodi conditiones determinatæ, & intrinſecæ includuntut in quovis contrectu matrimoniali; unde licèt non exprimantur, non ſuſpendunt conſenſum, neque metrimonium. Tum quie illa generalia conditio : *Ego ducam te in uxorem, ſi tu conſenſeris*, non megis ſuſpendit contrectum, quàm ſi non expreſsè edjiceretur: ſiquidem, in quovis contractu præſertim matrimoniali conſenſus viri ſemper eſt inefficax, & ſuſpenſus, donec fœmina acceprer, ut deſumitur ex *l. aliquando de condit. & demonſt. l. per hac verba teſtatoris ff. de legat. 1.* Juvat obſervare id tantùm procedere in marrimoniis initis inter fideles; quia impedimenta dirimentia locum non habent in metrimoniis, quæ celebrentur inter infidelea, quia impedimenta ſunt tentùm de jure eccleſiaſtico; unde illæ conditiones; ducam te in meem uxorem ſi non ſis mea conſanguinea, vel affinis, & aliæ ſimiles, quibus exprimuntur cætere eccleſiaſtica impedimenra dirimentia, in contractibus infidelium, ſi apponerentur conſenſum tantùm ſuſpenderent, ut etiam matrimoninm, ſi conditio non verificaretur, quia infideles non tenentur legibua eccleſiaſticia, & tales conditiones non eſſent intrinſecæ reſpectu ſuorum contractuum.

4 Metrimonium tamen ſi contrahatur inter fideles ſub conditione de tempore præſenti, vel præterito non ſuſpenditur, nec vitiatur, ſed ſuum ſtatim ſortitur valorem, ſi conditio poſita fuit; ſecua ſi non fuit poſita, non valet : ut ſi Titius diceret Lucretiæ; duco te in meam uxorem, ſi peter tuus eſt mortuus, & Lucretia itidem accepto conſenſu dicat, & ego accipio te in meum maritum, ſi peter meus eſt mortuue : tunc ſi reveta pater Lucretiæ mortuus ſit pro eo tempore, quo initur talis contractus metrimonialis, hic eſt validus, adcò ut conditio adjecte contrectui illum non ſuſpendet. Ratio eſt, quia contractus accipit ſuam conditionem, & legem ex conventione contrehentium : unde ſi contrahentes ita voluerunt, & ita convenerunt, ut ſcilicet, ſi talia conditio poſita ſit, matrimonium habeatur ratum, & ſi non exiſtat irritum; ideo contractus ex tali intentione contrehentium inirus eſt ſtatim validus, ſi conditio ſit poſita; vel ſtatim irritus, ſi non poſita; & hoc etiam procedit quamvis contrahentes revera ignorent, an conditio, ſub qua contrahunt, poſita ſit, necne.

Oritur tamen difficultas, quia, ſi matrimonium à fidelibus contrahatur ſub hac expreſſa conditione, ſi eccleſiæ placuerit, ſuſpenditur, donec conſtet de approbetione eccleſiæ, ut docent Gloſſa *in c. unic. de ſponſal. in 6.* Hoſtienſis *c. ad audientiam de ſponſal. in fin.* Abbas *in c. ſignificanti de elect.* ergo peri pacto debet ſuſpendi metrimonium, ſi ejus contractui addatur conditio illa, ſi non ſis mea conſanguinea, vel ſi nullum obeſt impedimentum canonicum : ſiquidem idem prorſus videtur ſignificere hæc conditionalis, ſi nullum obſtet eccleſiaſticum impedimentum, ac illa alie conditionalis, ſi eccleſiæ placuerit. 5

Sed contra negetur conſequentia, & ed ejus probationem reſpondetur, quod tametſi videatur eſſe eedem conditio, eſt tamen diverſo modo edjecte : ſiquidem quando dicitur; *duco te, ſi non es mea conſanguinea*, vel ſi non ſubſit aliquod impedimentum dirimens; tunc conditio apponitur eo prorſus modo, quo tacitè inerat ipſi contractui, proinde non ſuſpendit matrimonium, quia expreſſio rei, quæ juri ineſt, non induit ſuſpenſivam conditionem : è contra quando abſolutè dicitur; *duco te, ſi eccleſia approbaverit*, tunc conditio adjicitur diverſo modo, & intelligitur hoc pecto adjecte : duco te, ſi facta ſuper hoc ſufficienti diſcuſſione matrimonium noſtrum ab eccleſia approbatum fuerit : proinde hæc conditio ſuſpendit conſenſum, donec conſtet certò de approbatione eccleſiæ : ſicut in hac elie conditionali; *confero tibi beneficium, ſi fueris idoneus*, non ſuſpendit collationem, quia conditio idoneiteris ſemper tacitè ſubintelligitur in eo, qui recipit beneficium, quia eo ipſo, quòd eſt incapax, non poteſt illud recipere, ſicut nec forma recipitur in ſubjecto incapaci; ſin autem conditio adjiciatur hoc alio modo, confero tibi beneficium, ſi idoneus deprehenſus fueris, tunc conditio ſuſpendit collationem, quia non edjicitur conditio idoneitatis ſimpliciter, ut tacitè ſubintelligitur, ſed alio modo, ut nimirum ie, cui confertur beneficium reperiatur idoneus per examen ad munus beneficij obeundum : unde ſecunda conditio adjicit aliam probationem idoneitatis, quæ ipſo jure non requirebatur. 6

In foro exteriore conſenſus matrimonialis ſub conditione de futuro, quod neceſſariò ſit eventurum, non vitiat, neque ſuſpendit matrimonium, ſed hoc eſt eo ipſo validum, non minus ac ſi talis conditio adjecte non eſſet : hinc metrimonium initum ſub hac conditione de futuro neceſſario, duco te in uxorem ſi cras ſol oriatur, ex nunc validum eſt, neque expectandus eſt ortus ſolis. Hoc idem etiam procedit de ſponſalibus, ut docent communiter canoniſtæ cum Coverruvia *p. 2. de matrim. c. 3. §. 3. n. 10.* ubi Plures congerit hoc idem docentes, & deſumitur etiam *ex l. ſi pupillus 9. §. 1. de novat.* ubi dicitur : *Qui ſub conditione ſtipulatur, qua omnino extitura eſt, purè videtur ſtipulari*, quia quod omnino extiturum eſt non poteſt non conn- 7

tinge-

tingere; proinde præsens esse videtur: ea enim quæ necessariò sunt eventura, sunt quodammodo jam præsentia in suis causis, quapropter conditio de futuro necessariò censetur jam adimpleta in sua causa: unde ecclesia præsumit in tali consensu, & contractu sub conditione de futuro necessario non defuisse consensum liberum de præsenti. Tum quia conditiones respicientes futurum eventum necessarium non suspendunt obligationem §. *conditiones instit. de verb. oblig.* ut si Petrus dicat mihi; *dono tibi meum equum, si sol cras oriatur*, ego acquiro jus in equum Petri, & statim in ipso oritur obligatio ad dandum mihi suum equum. Imò quamvis conditio necessariò futura habeat diem incertum, adhuc non suspendit consensum, & contractus statim sortitur suum valorem, ut si Cajus dicat Lucretiæ duco te in meam uxorem, si pater meus moriatur: talis contractus est illicò validus ante mortem patris, ratio est, quia cùm conditio debeat necessariò adimpleri est utrinque par ratio, ac de futuro, quod certa die debeat necessariò impleri, utrumque enim futurum censetur præsens in suis causis.

8 Notat tamen Sotus *in 4. dist. 29. q. 2. art. 1.* in similibus casibus esse prudenter procedendum: nam si quis dicat de præsenti, vel etiam de futuro contraho, vel contraham tecum, si pater meus sit moriturus, illicò matrimonium tenet, quia conditio apposita est necessariò eventura, & non ponitur designatio temporis: sin autem Cajus dicat Lucretiæ, contraham te, si pater meus moriatur, quamvis conditio sit necessaria videtur tamen adjecta potiùs, ut modus, & determinatio temporis, quàm ut conditio: proinde illa promissio non habet vim sponsaliorum, donec pater Caij moriatur. In hoc enim standum est intentioni contrahentium, quia contractus ab illa desumit mensuram suæ obligationis: alioquin si contrahentes sub conditione necessariò eventura, putent, eam esse contingentem, tunc sortitur effectum conditionis contingentis, & conditio suspendit contractum usque ad ejus eventum.

9 Sin autem conditio sit de re, quæ cognoscitur necessariò eventura, quamvis ipsa secundùm se, & ex natura rei non sit necessaria, sed contingens, adhuc talis conditio non suspendit consensum: hinc si aliqui fideles contrahant sub conditione, si Antichristus sit nasciturus, contractus illico sortitur suum valorem, nec suspenditur donec conditio adimpleatur, & Antichristus nascatur, ut notat Glossa ad *l. si pupillus §. quia sub conditione ff. de condit. indeb.* & ratio est, quia sicut hic contractus conditionatus, duco te in meam uxorem, si cras sol oriatur, statim sortitur suum valorem, eò quia quòd solis ortus die crastina futurus sit, est hodie quodammodo præsens in sua causa proxima, ratione infallibilitatis suæ futuritionis, sic futura Antichristi nativitas censetur modò præsens non in se ipsa, sed in Dei præscientia intimata contrahentibus per infallibilia testimonia sacræ scripturæ; adeò ut respectu contrahentium fidelium non sit minus necessaria futura Antichristi nativitas, quàm crastinna solis ortus.

10 Quòd si conditio ex se necessaria existimaretur falsa à contrahentibus, vel contingens, tunc suspenditur contractus, donec impleatur conditio, quia ut paulò ante dixi, contractus matrimonialis dependat ex contrahentium consensu, & intentione: unde si conditio apposita quamvis ex se necessaria, putabatur contingens, debet sortiri effectum contingentem, & suspendere matrimonium.

11 Quinimò quamvis conditio sit secundùm se necessaria, si tamen respectu contrahentium incerta sit, etiam tunc suspendit contractum, donec impleatur conditio: hinc si Cajus dicat Lucretiæ, ducam te in meam uxorem, si Luna tali die eclypsabitur, quamvis eclypsis lunæ sit necessarius ob motus regulatissimos planetarum, & tali die ita debeant sol, & luna diametraliter distare, ut ex interjectu terraquei globi debeat necessariò luna ingredi conum umbræ emissæ à terraqueo globo, & eclypsari, & id Astronomi certò inferant ex planetarum motibus: nihilominus si hujusmodi eclypsis existimetur incerta à contrahentibus, suspendit contractum, donec contingat: ratio est, quia tunc respectu contrahentium non habet rationem conditionis necessariò eventuræ, quamvis eclypsis lunæ debeat necessariò tali die obtingere.

12 Quòd si dicas, in contrarium stare textum ex §. *conditiones instit. de verb. oblig.* ubi dicitur, ea quæ per naturam certa sunt, non suspendere obligationem, quamvis sint nobis incerta.

13 Respondetur, in præfato textu non esse sermonem de conditionibus de futuro, sed de conditionibus de præterito, vel de præsenti.

14 Præterea in foro conscientiæ contractus ex tunc suum sortitur valorem, si contrahentes non intendebant suspendere consensum usque ad futurum eventum conditionis, quia valor contractûs dependet ab intentione contrahentium: hæc enim intentio est, quæ refundit in foro conscientiæ validitatem in contractum: hinc si contrahentes, cùm dicunt, ducam te in meam uxorem, vel meum maritum, si cras sol oriatur, intendant non contrahere, nec se obligare, nisi post crastinum ortum solis, tunc valor contractus suspenditur usque ad id tempus: ratio est, quia matrimonium non potest sortiri suum valorem sine contrahentium consensu, qui si nolint nubere, nisi purificata conditione, matrimonium non obligat ante adimpletionem talis conditionis.

15 Quòd si contrahens dubitet, an revera habuerit intentionem suspendendi consensum usque ad adventum conditionis, tunc matrimonium censendum est validum, etiam non expectato eventu conditionis, quia in dubio tam in foro conscientiæ, quàm externo judicari debet in favorem matrimonij, ut docent communiter Doctores cum Glossa *in c. ex litteris de probat.* & desumitur etiam ex *c. fin. de sent. & re judic.* quando enim sententia ista non innititur falsæ præsumptioni, servari debet in foro interno, quod servatur in externo: & quia in foro

ro exteriori non censetur talis consensus suspensus, ita neque in foro interno.

§. II.

An matrimonium contractum sub conditione de futuro possibili, honesto, & contingenti suspendatur.

1 Conditiones, quæ solent contractui matrimoniali apponi, aliæ sunt necessariæ, aliæ turpes, aliæ impertinentes, aliæ impossibiles, aliæ honestæ, aliæ de præterito, aliæ de præsenti, & aliæ de futuro. Rursus ex conditionibus turpibus quædam sunt contra substantiam, & bona matrimonii, ut quæ repugnant præcipuis bonis matrimonij, seu fidei, vel fidelitati, & sacramento matrimonij, ac ejus indissolubilitati; ut si vir dicat mulieri, ducam te in meam uxorem, si prolis generationes evites; hæc enim conditio adversatur fini primario matrimonij: vel si dicat, duco te in meam uxorem, donac inveniam aliam pulchriorem, hæc enim conditio adversatur indissolubilitati matrimonij. Aliæ sunt conditiones turpes, non tamen contra substantiam, & bona matrimonij: ut, ducam te in meam uxorem, si mecum concubueris.

2 Consensus sub conditione contingenti, & honesta de futuro non sufficit, ut matrimonium fit statim validum, ut si puella dicat viro: ducam te in meum maritum, si pater meus consenserit: vel vir dicat fæminæ: ducam te in meam uxorem, si tantum dotis mihi dederis. Id enim definitum fuit ab Alexandro III in *c. de illis*, & ab Urbano III. *in c. super eo de condit. appos.* etenim Alexander III. *in d. c. de illis* rescribit: qui jurat dicendo, ego te in uxorem accipiam, si tantum daderis; si non dederit centum, non tenetur eam accipere, nisi consensus de præsenti, seu carnalis commixtio intercessisset: & Urbanus III. *in c. super eo* rescribit: qui contrahit matrimonium sub conditione non improbata ab ecclesia, ut contraho tecum, si meus pater voluerit, non est cogendus ad contrahendum matrimonium, nisi accedat voluntas patris: quia consensus positus in alieno arbitrio non dicitur liber, nec dicitur consensus de præsenti: hinc notat Glossa, quòd quando substantia contractus confertur in arbitrium expressæ personæ, non valet contractus, nisi ille arbitretur.

3 Item testamentum in alterius voluntate expressè commissum non valet, ut si dico; constituo te meum hæredem, si Titius volnerit. Ratio est, quia hæc est natura conditionis contingentis de futuro, ut suspendat consensum, & contractum sub ea initum usque ad conditionis eventum, & cùm ad matrimonium requiratur consensus de præsenti; non sufficit consensus præstitus sub conditione de futuro, quamvis manifestetur per verba de præsenti, unde quando contractui apponitur conditio propriè dicta, & de futuro contingenti, conditio suspendit contractum, cui adjicitur, ita ut nec sit omnino nullus, cùm uterque contrahens teneatur expectare eventum conditionis; nec sit omnino completus, eò quia dependeat à futura conditione, adeò ut si conditio ponatur, suum sortiatur valorem, & secus si non ponatur.

Quòd si conditio sit de præsenti, vel præterito statim pro illius veritate, aut falsitate matrimonium, vel sponsalia valida, vel irrita sunt. Ratio est, quia existente conditione vera adest consensus necessarius, ut illicò sponsalia de futuro, vel præsenti inita sint valida, vel irrita; quia ad id habentur omnia necessaria, scilicet consensus contrahentium, & conditio posita, vel non posita de præsenti, vel præterito; si enim posita sit, contractus est validus: irritus verò si conditio non sit posita. Hinc conditiones de præsenti, vel præterito non suspendunt alios contractus, ut liquet ex *l. in-stit. ff. de condit. instit. l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet.* 4

Quòd si sponsalia de futuro contrahantur sub conditione, si pater meus consentiat, & is non dicat se consentire, nec dissentire, nec alia signa consensûs, aut dissensûs præbeat: tunc adhuc censenda est conditio stare, & adimpleta, ratione taciturnitatis, quia cùm pater taceat, quantum est ex se, non habet quidquam in contrarium, pro quo debeat reclamare, seque opponere tali contractui. Tum quia regulariter filius per illam conditionem similibus verbis adjectam tantùm significat, quòd ipse valit contrahere, dummodo contractus patri suo non displiceat; & quòd ei non displicaat, sufficienter conjicitur, ex eo, quòd non se opponat: si pater taceat, conditio censenda est adimpleta; & contractus suum sortitur valorem: secus tamen esset, si intentio filij contrahentis alia esset, & intenderet se contrahere, si pater dicat, se consentire; quia tunc non sufficeret taciturnitas patris, sed requireretur necessaria expressio consensûs. Non tamen desunt, qui non sine probabilitate contrarium doceant eo innixi fundamento, quia conditio implenda fit in forma specifica, ut desumitur *ex l. medic. ff. de condit. & demonstrat:* atqui quando pater simpliciter tacet, & neutraliter se habet, conditio non impletur in forma specifica, proinde contractus non censetur suum sortiri valorem, nec conditio adimpleri ex eo præcisè, quòd pater tacaat. 5

Tum quia in *reg. 44.* habetur, *quòd is, qui tacet, neque fatetur, neque utique negare videtur de reg. jur. in 6.* unde ex eo, quòd pater simpliciter taceat, non videtur impleri conditio, ut contractus initus suum sortiatur valorem. 6

Idque etiam firmari potest ex *c. cum in jure 31. de offic. deleg.* ubi facta dicuntur non præsumi, nisi probentur: atqui consensus parentis pertinet ad factum, proinde non debet præsumi ex taciturnitate, nisi probetur. 7

Nihilominus posset responderi ad primum, sufficienter conjici, talem contractum non displicere patri ex eo, quòd non contradicat, quia si ipsi displicaret, utique contradiceret, & per 8

lio

hac sufficit, ut conditio dicatur impleta in specifica forma. Ad id, quod addebatur ex *regul. jur 44. in 6.* posset negari consequentia, quia per talem conditionem non requiritur positivus consensus, sed tantùm non dissensus, qui significatur per taciturnitatem, sicut dissensus est positivus, ideo si taceat pater, non dissentit, quia nihil ponit, quod dicatur dissensus. Ad aliud petitum ex *c. cùm in jure de offic. deleg.* respondetur ad veritatem talis conditionis non esse necessè, ut consensus sit, aut præsumatur, sed sufficit, si sint signa non dissensûs.

9 Major difficultas est, an, si purificetur conditio, quæ consensum suspenderet, requiratur novus contrahentium consensus, quo post purificatam conditionem celebretur contractus de præsenti. Respondet Sanchez *lib. 5. disp. 8. n. 5.* cùm pluribus alijs, quos refert, non esse necessarium hunc novum consensum; sed advenicnte conditione absque novo consensu effici matrimonium. Immo addit, hoc idem etiam procedere, quando contrahentes sunt consanguinei, & consenserunt sub conditione, si Papa dispensaverit; eò quia consensus ille non fuerit præstitus pro tempore, quo erant inhabiles ante dispensationem, sed pro tempore impletæ conditionis, in qua jam habiles facti sunt: ex quo duo sequuntur, primum, quòd matrimonium contractum cum secunda postquam conditio impleta fuit, sit invalidum, quia per eventum conditionis cæpit esse ratum, & firmum matrimonium initum cum prima. Secundum, quòd si quis contrahat cum duabus per verba de præsenti sub conditione de futuro; tunc matrimonium sit validum cum illa, cujus conditio priùs impletur.

10 Nititur hæc sententia. Primò, quia cæteri contractus conditionati impletâ conditione manent absoluti, & validi absque novo consensu *l. hac venditio ff. de contrah. empt. l. potior in princ. ff. si potiores in pignor. habeantur.* ergo etiam ita dicendum de consensu matrimoniali.

11 Secundò, quia ad votum sufficit consensus conditionatus: siquidem cùm primum impletur conditio votum obligat voventem, ergo etiam contractus matrimonialis, cùm primum purificatur conditio, illi adjecta.

12 Tertiò quia consensus conditionatus sub conditione de præsenti sufficit ad valorem matrimonij: ergo etiam consensus de futuro, si purificetur conditio, & ejus consensus usque ad purificationem conditionis perseveret: ratio est, quia talis consensus adimpletâ conditione, perinde se habet, ac si esset sub conditione de præsenti.

13 Quartò, quia si vir dicat fœminæ; contraho tecum, si tu mecum contraxeris; & illa respondeat, contraho tecum, fit verum matrimonium absque alio novo consensu viri, quamvis hic non nisi sub conditione de futuro contingenti contraxerit, maximè si mulier absfuit, & conditio non potuerit statim adimpleri.

14 Nihilominus contraria sententia mihi videtur probabilior, adeò ut post purificatam conditionem, quæ consensum suspenderat, requiratur novus consensus absolutus ad hoc ut contractus conjugalis celebretur per verba de præsenti, ita enim docent D. Thomas *in 3. p. q 47. art. 5.* & communiter Theologi, ut etiam ex Juristis Covarruvias *2. de matrim. c. 3 ante 1. §. num. 5.* Navarrus *lib. 5. consil. edit 2 tract. de spons. consil. 14. num 7.* Gutierez *lib. 1. qq. canonic. c 22. num. 21.* & videtur id expressè definitum *in c. super eo 5. h. t.* ubi Urbanus III. rescripsit, quòd si pater consentiat, & filius postea nolit ampliùs consentire, non est matrimonium verè, sed compellendus est ab ecclesia, ut consentiat: unde supponitur, quòd post consensum patris, seu post purificatam conditionem debeat filius iterum de præsenti consentire. Tum quia Pontifex ait: quòd si nolit consentire, matrimonium non sit validum, sed filius sit ab ecclesia compellendus: quòd si post purificatam conditionem filius debet ab ecclesia compelli, ut contrahat, apertè sequitur, quòd post purificatam conditionem teneatur consentire de præsenti.

Ratio etiam id suadet, quia ad matrimonium requiritur consensus purus, & absolutus de præsenti: atqui prior consensus non fuit talis: ergo præter priorem consensum conditionatum, post purificatam conditionem requiritur novus consensus, qui sit purus, & absolutus; siquidem etiam in *d. c. super eo*, consensus fuerat conditionatus, & suspensus, donec purificaretur conditio; proinde insufficiens non solùm ad matrimonium, sed etiam ad sponsalia, ut habetur *in c. unic. de sponsal. in 6.* unde post consensum à patre præstitum, seu post impletam conditionem Pontifex rescripsit, ut filius deberet iterum de præsenti, & absolutè consentire. 15

Præterea quia alia sacramenta non dependent à conditione de futuro, sed sunt statim valida, vel nulla, quando sacerdos dicit, *ego te absolvo*, & si adjiciat conditionem de futuro, & dicat *ego te absolvo, si restitueris* nil efficit; tametsi postea purificetur conditio, proinde absolutus debet iterum absolvi; ergo nec sacramentum matrimonij dependet à conditione de futuro, adeò ut hac impleta statim incipiat matrimonium validum esse sine novo contractu, & consensu. 16

Quòd si dicas, consensum conditionalem transire in absolutum, cùm primum purificetur conditio, proinde tunc matrimonium esse validum absque alio novo consensu etiam in ratione sacramenti, eò quia in contractu matrimoniali, ratio sacramenti adjiciatur contractui civili, & humano, cui propterea se accommodet. Contra est, quia per solam extrinsecam mutationem seu purificationem conditionis non variatur consensus internus, neque transmutatur de conditionato in absolutum, quia ad hanc mutationem requiritur mutatio intentionis: hinc quia consensus ab initio præstitus fuit ex natura sua tantùm conditionatus, & non absolutus, non potest per causam extrinsecam mutari in absolutum; non enim paries albus mutatur quoad albedinem, si ipse non suscipiat 17

alium colorem; quamvis enim milliee mutentur alia subjecte à periete, semper peries, si non mutetur ipse in se, erit albus. Præterea quia adimpletio conditionis non efficit novum consensum, proinde si prior non sufficiebat, antequam purificaretur conditio; neque erit sufficiens post purificetam conditionem.

18 Ad fundamenta, quibus nititur opposita sententia, respondetur, ad primum negando antecedens, quia licèt cæteri contrectus dicantur velete quoad effectum, & dispositionem legis præcipientis: non tamen ipsi contrectus perficiuntur in sue specie ex sole, & simplici purificatione conditionis: quia cum hi contractus conditioneti sint permissivi, non habetur ex eorum netura, quòd ex purificatione conditionis fiat rei promissæ translatio sine novo consensu. Præterea quamvis cæteri contrectus sint velidi, oon solùm quoed effectum, verùm etiam in ratione contractus, eò, quia jus humenum suppleat: non temen id potest inferri de contrectu matrimoniali, quia jus civile nón potest quidquem disponere de matrimonio, etiam prout est contractus civilis, & humanus: & jus canonicum in hoc contractu metrimoniali disposuit contrarium, ut ostendimus *in d. c. super eo s. h. t.*

19 Ad secundum respondetur, esse discrimen de voto, quie cùm hoc sit simplex, & pura promissio, ideo impleta conditione obliget, sicut etiam obligent sponsalia purificate conditione: secus in matrimonio ultrà promissionam habetur actualis translatio dominij rei promissæ, quæ fieri non potest ex vi solius contractus promissorij: & hæc ratio est, cor post purificatam conditionem requiretur novus consensus absolutus, quo fiet talis actualis translatio.

20 Ad tertium negatur consequentia, quia tametsi consensus ab initio præstitus perseveret usque ed purificationem conditionis, nihilominus est semper consensus de futuro, & semper habet idem objectum, seu matrimonium futurum: siquidem perinde est dicere de præsenti, contraho tecum, si pater consenserit, ac dicere de futuro, contraham tecum, si peter consenserit: unde si quando impletur conditio; non ponatur alius consensus, semper manet consensus de futuro, & purificetio conditionis tentùm esset ratihabitio sponseliorum, non verò metrimonium, quod exigit contractum de præsenti purum, & absolutum.

21 Ad quartum jam diximus superiùs, illam conditionem: *ducam te in meam uxorem, si tu consenseris*, esse generalem, & intrinsecam, & non suspendere contractū. Nunc autem quæstio est de conditionibus specialibus, & extrinsecis.

22 Ad id verò, quod asserebat Sanchez, quòd quando contrehentes fuot consenguinei, & consenserunt sub conditione, si Pontifex dispensaverit positè dispensatione, contrectus sit velidus, eò quia consensus ille non fuit præstitus pro tempore, quo fuerunt inhabiles ante dispensationem, sed pro tempore impletæ conditionis, respondetur, id peii difficultatem non parvi momenti, quia quando Pepa dispenset in gradu prohibito, ejue intentio non est approbere, ac ratum habere, quod illicitè fuit gestum, sed solum dare facultatem contrehendi, adeò ut positè dispensatione teneantur consanguinei iterum contrehere, ut rectè notent Canonistæ, præsertim Cardinal. *in d. c. super eo. s. h. t.* & Abbas *ibid. n. 8.* & hoc idem etiem perpetuò semper docuit Rota Romana, ut liquet apud Manticam. *decis. 205.* & epod Gregorium XV. *decis. 410.* & in causa Taurinensi sponsaliorum die 2. Decemb. 1594. coram Gypsio.

Quamobrem quando contractus conjugalis de præsenti dependet ex conditione de futuro, & fit inter personas illegitimas ad matrimonium, ut inter consanguineos in gredu prohibito, tametsi dicant de præsenti se contrahere adjecta conditione, si Pontifex dispensaverit, tunc purificata conditione, seu impetratâ dispensatione necessariò debent repetere consensum, ut matrimonium sit validum, idque non solùm, quia prior consensus fuit conditionatus; verùm etiam, quia tempore, quo fuit exhibitus, personæ istæ non erant hebiles ad matrimonium, proinde talis consensus fuit irritus ratione impedimenti. 23

Quòd si petatur, quódnem matrimonium teneetur inire, qui cum duobus sub conditione honesta de futuro contraxit, quando utraque conditio impletur. Respondetur in foro conscientiæ semper teneri contrehere cum prima, ita tamen, quòd si oppositum gestum fuerit, factum teneat, & matrimonium cum secunda sit validum. Ratio primæ partis est, quia obligatio orta ex priore promissione, non potuit dissolvi per posteriorem: unde per conditionem appositam posteriori contractui, tametsi hæc priùs purificetur, adhuc tenetur promittens expectere conditionem primi contractûs, & ea purificata perficere primum contractum, quia cùm priùs promiserit primæ, non potuit se secundo promittere. Ratio secundæ partis est, quia matrimonium superveniens cum alia est vinculum fortius, & dissolvit sponsalia non solùm conditionata, sed etiem absoluta. 24

Quòd si dicas, promittentem contrahere cum secunde recessisse è priori voluntate contrehendi cum prima, ut desumitur ex *l. fin. ff. de divort. in fin.* proinde priorem obligationem dissolvi per posteriorem: quia ut purificatâ conditione primi contractus perficerentur priora sponsalia, necessarium erat, ut contrahens permaneret in eadem voluntate, & in casu nostro supponitur recessisse ab illa, eò quia contraxit cum secunda. 25

Contra est, quia id tantùm verum esset, si contractus cum secunda fuisset purus, & absolutus, quie tunc est incompossibilis cum priori contractu conditionali: & de hoc contractu absoluto conjugeli communiter intelligitur textus in *l. fin. §. de divort.* & tunc promittens absolutè secundæ non excusaretur à peccato ob violationem fidei datæ primæ: secus quando contractus initus cum secunda est etiam conditionalis, tunc prior manet in suo robore, proinde si ejus conditio purificetur, contrahens tene- 26

tenetur stare priori. Præterea esto contrahens cum secunda recesserit à primo contractu, non tamen extinguitur obligatio primæ promissionis, neque sponsa amittit jus acquisitum; proinde sponsor tenetur priori contractui stare.

27 Neque obstat, si dicas, in his, quæ pendent à libera voluntate, esse standum ultimo actui, ut liquet in testamentis §. *posteriori instit. quib. mod. testamenta infirmentur.*

28 Contra est, quia id tantùm est verum, quando actus sunt inter se incompossibiles, vel etiam quando est licitum à priori voluntate recedere, sicut licitum est testatori revocare priorem suam voluntatem: at in casu nostro non est licitum sponso à priori contractu recedere, si secundus sit itidem conditionatus, & ejusdem rationis cum primo.

§. III.

An matrimonium initum sub conditione, quæ adversatur substantiæ, vel bonis ejusdem sit validum.

1 TRipliciter intelliguntur conditiones adversari matrimonio. Primò quatenus sunt turpes, ut contraho tecum, si venena sterilitatis sumpseris: vel si generationem prolis impediant, ut ducam te si pro quæstu adulterandam te tradideris. Secundò si contractui adjiciantur conditiones honestæ quidem, sed contrariæ fini matrimonij: ut contraho tecum hac tamen conditione, ut perpetuam servemus castitatem; ut ducam te dummodo voveas te nunquam debitum petituram. Tertiò si contractui apponantur conditiones impossibiles, ut contraho tecum, si mihi exequias persolveris, vel si post meum obitum necessaria alimenta matri meæ suppeditaveris: hujusmodi conditiones dicuntur impossibiles, quia in utroque casu, perinde esset ac dicere, contraho tecum postquam mortuus fuero, & tunc non potest contrahere.

2 Certum est, consensum sub conditione turpi adjectâ vinculo matrimonij, aut ejus bonis contraria non sufficere ad valorem matrimonij, ut fusè notat Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. §. 1. per totum*, & est expressè definitum *in c. fin. de condit. apposit.* ubi Gregorius IX. rescripsit, quòd si contrahatur cum conditione contraria conjugio, ut si evites generationem prolis, matrimonium non tenet. Ratio est, quia ex natura rei repugnat, rem aliquam esse sine sua essentia, atqui essentia matrimonij est consensus in vinculum perpetuum, & in obligationes, ac jura ad tria bona matrimonij, quæ ex illo oriuntur: proinde non possunt esse contractus matrimoniales, si adjiciatur conditio, quæ destruat perpetuitatem vinculi, & obligationes ex illo provenientes. Tum quia conditio contraria substantiæ aliorum contractuum eos irritat, ut si Petrus vendat suum equum Paulo ea conditione, ut dominium equi nunquam transferatur in Paulum, quia de ratione contractus emptionis, & venditionis est, ut dominium rei venditæ de venditiore transferatur ad emptorem.

Si dicas, conditionem contrariam Ordini sacro eum non invalidare; proinde neque conditionem matrimonio contrariam, est enim utrinque par ratio: quòd verò conditio contraria Ordini sacro illum non invalidet, habetur in c. *Diaconi 28.* ubi definitur, non esse prohibendum à ministerio sacri ordinis, qui quando ipsum recepit, protestatus fuit coram Episcopo, se continere non posse. Contra est, quia ut rectè notat Covarruvias *loc. cit. n. 19.* est discrimen inter ordinem sacrum, & matrimonium, quia votum castitatis tantùm jure ecclesiastico annexum est Ordini sacro; proinde conditio illa ducendi uxorem non adversatur substantiæ, & essentiæ Ordinis sacri: secus si quis matrimonium ineat eâ conditione, ut generatio sit evitanda, adversatur fini primario, & substantiæ matrimonij: ut etiam si contrahatur sub hac alia conditione, donec inveniam aliam ditiorem, quia adversatur perpetuitati vinculi matrimonij. 3

Si dicas, conditionem contrariam voto solemni religionis illud non irritare: etenim conditio retinendi propria bona est contra votum solemne paupertatis ex *c. cùm ad monasterium de statu Monachor.* & nihilominus non irritat professionem ex *c. fin. qui clerici, vel voventes*, ubi definitur, votum solemne cum conditione manendi in propria domo, & cum omni sua substantia validum esse, & irritare matrimonium subsecutum: proinde neque conditionem contrariam perpetuitati, vel fini primario matrimonij illud irritare. 4

Contra est, negatur antecedens, quia conditio retinendi propria bona solùm quoad usum, non verò quoad proprietatem non contrariatur substantiæ religionis, ut definitur in *d. c. cum ad monasterium de stat. monach.* & in hoc sensu procedit decisio in *d. c. fin. qui clerici, vel voventes:* alius enim est usus bonorum temporalium, & alia eorundem proprietas: hæc enim cùm supponat dispositum dominium, in quo fundatur, adversatur voto solemni religionis, non verò usus præcisè sumptus: at conditio contraria perpetuitati, vel fini primario matrimonij contrariatur ejus substantiæ, quapropter contractum irritat. 5

Si instes, matrimonium initum cum intentione non servandi fidem, vel nunquam coëundi, aut filium non suscipiendi esse validum, tametsi hæc omnia sint contra finem primarium matrimonij, consequenter esse itidem validum, si sub talibus conditionibus contrahatur. 6

Contra est, negatur consequentia; siquidem aliud est contrahere matrimonium cum simplici, & pura intentione illud non consummandi: & aliud cum intentione, & simul pacto non se obligandi ad ea, quæ sunt de substantia matrimonij in ordine ad assecutionem finis primarij ejusdem: contrahere matrimonium cum sola, & pura intentione illud non consummandi non contrariatur essentiæ matrimonij, 7

monij, quia hæc intentio non obstat, quin possit illud consummara, unde cùm non tollat potentiam, tantùm per eccidens se habet; secus quando intentioni adjicitur pactum, & contrahentes se obligant ed non consummandum matrimonium, adeò ut non alitar, quàm sub hac conditione contrahanc, tunc conditio adjecta intentioni, & contractui ratione obligationie tollit potentiam: sicut etiam si emittatur votum cum intentiona illud non adimplendi, sola intentio non tollit validitatem voti emissi: sacus si emittatur animo non se obligandi ad illius observantiam, tunc intentio tollit obligationem servandi votum, & contrariatur ejus substantiæ: ita si matrimonium contrahatur animo non servandi fidem, vel illud non consummandi validum erit: sin aorem contrshatur cum animo, & simul pacto, aut conditione non se obligandi ad substantialia matrimonij, hoc nullum sortitur valorem.

8 Si urgeas, has conditiones posse apponi à contrahentibus postquam matrimonium est legitimè initum; abeque eo, quòd irritetur matrimonium; proinde posse ees etiam epponi antequam matrimonium contrehatur: quia si post contrectum metrimonium, eidem adjiciantur, illud non irritant, ut docent communiter: ita neq; irritebunt matrimonium, si ei adjiciantur, quando actu contrahitur: siquidem, quod destruit essentiam rei, quandocunque eidem advenir, eam destruit: sicut, quia contractui sociatatis contrariatur adjecta condirio, ut damnum, vel lucrum non sit commune; quandocunque talis conditio edditur contrsctui societatis, destruitur, siva adjicistur post initum contractum, sive quando actu initur.

9 Sed contra quia id interest discriminis inter matrimonium, & cæteros contractus, quia isti possunt semper mutua voluntate contrahentium dissolvi, atiam si jam fuerint iniri: proinda quandocunque addirur conditio eidem contraria dissolvitur contractus, aò quia alter contrahens non elitar intalligitur contrahere, quàm juxta naturam contractus: & quia ex voluntate contrahentium cæteri contractus civiles possunt semper dissolvi, si uterque contrahens consentiat: ita si post initum contractum eidem adjiciatur conditio contraria, dissolvitur: et matrimonij vinculum, quia ex natura sua ast indissolubila, adeò ut semel voluntariè contractum, sit perpetuum, nec possit ampliùs mutuo contrahentium consensu dissolvi; hinc fit, quòd si per conditionem aliquam contrariam sit irritandum, debeat illa apponi initio contractûs, quia si contractui matrimoniali jam inito adjiciatur, inutilis est in ordine ad effectum illud dissolvendi, quia valor matrimonij non dependet in consarvari à consensu contrahentium, sicuc valor cætarorum contractuum: & hæc est ratio, cur si conditio contrarie substantiæ matrimonij, & fini ajus primario apposita etiam ax mutua conjugum voluntate matrimooio jam inito illud non dissolvat; benè tamen illud reddat invalidum, si spponatur contractui in fieri, quia tunc potest non fieri, proinde atiam invalidè fieri per adjectam conditionem contrariam substantiæ matrimonij: secus in facto essa, quia vinculum est ex natura sua indissolubile, ac parpatuum, nec dependet in conservari ab ipsa voluntata conjugum: ideò si isti velint se obligsre per votum; vel alio modo ad nunquam utendum matrimonio, tametsi id sit contra substantiem, & finem primarium matrimonij, non taman dissolvitur vinculum, nec irritetur matrimonium.

10 Dices, donatio facta mortis causâ, & propter mortis suspicionem sub conditione, & pacto, ut pro nullo aventu sit revocanda, valida ast *l. ubi ita donatur 27. de donationibus causa mortis:* atqui illa conditio adversatur naturæ talis donationis, siquidem ea est natura donationis factæ causâ mortis, ut si donator convaluerit, ipso jure revocetur: ergo tametsi conditio contra substantiam matrimonij eidem adjiciatur, illud non vitiat.

11 Sed contra quia quando dispositioni, quæ ex netura sua est revocabilis, adjicitur pactum de non ravocando, si dispositio possit transire in aliam similem speciem, cui pectum non repugnat, tunc dispositio transit ad aliam speciem, & quæ eret ex se revocabilis ratione pacti adjecti, efficirur irrevocabilie, quia tunc pactum edjectum destruit speciem revocabilem, cui repugnat, & transfert dispositionem in speciem irrevocabilem: quod perinda est, ac donationem mortis causâ per sdjectum pactum transita in donationem inter vivos, quæ ex sua natura ast revocabilis.

12 Cùm donatio extendatur ad utramque conditionem mortis causâ, & inter vivos, adeò ut sit ratio contrahibilis per utramqua speciem, ideo fit, quòd donatio mortis causâ simpliciter, & nudè spectats sit ex natura sua revocabilis, secus si sdjiciatur pectum da non ravocanda donationa, tunc donatio contrahitur per aliam speciem donationis inter vivos, & quæ erat ex natura sua donatio ravocabilis, fit irrevocabilis per adjectam conditionem. Secus matrimonium cùm semel contractum non possit transire in aliam similem spaciem, sequitur, quòd per adjectum pactum non dissolvatur, si semal fuarit validè initum. Hinc matrimonium licèt non possit contrahi aum conditione secum pugnente, postquam tamen fuerit velidè initum, si conditio edjiciatur, non destruit contractum.

13 Quòd si uterqua conjux esset adstrictus voto simplicie castiratis, adhuc matrimonium validè contraherenc: ratio est, quia votum simplex non est traditio rei, sed tantùm simplex promissio, quæ non impedit, quo minus per matrimonium subsequens fiat in conjugem vera translario dominij corporis voventis: sin verò conditio edjiciatur ipsi contractui, obstat plenæ, & totali translationi potastatie corporis, quæ ad essentiam matrimonij requiritur. Prætarea ratione voti simplicis castitatie antecedantis, non acquiritur jus justitiæ in ordine ad futurum conjugem sd negandum illi dabitum: ratio est, quia obligatio abstinendi ab

usu matrimonij, cùm oriatur ex solo voto simplici castitatis, est solùm ex religione, & in ordine ad illum, cui tale votum est factum, neque tollis facultatem tradendi alteri conjugi dominium sui corporis: secus si conditio de vovenda castitate adjiciatur ipsi contractui matrimoniali cum actu initur, aufert eb utroque jus justitiæ ad petendum, & reddendum: quia cùm sit contractus mutuus, oritur ex illo mutua obligatio in ordine ad se ipsos: hæc autem obligatio, sicut est de substantia matrimonij, ita ejus sublatio matrimonio contrariatur.

14 Cæterum licèt conjuges possint vovere castitatem voluntate conformi, non ita possunt obligari ad illam vovendam, quia aliud est conjuges posse vovere castitatem voluntate conformi, & aliud obligari ad illam vovendam; primum enim est conditio tacitè efficiens matrimonium; proinde ejus expressio non irritat contractum matrimonialem: secundum verò non est conditio inhærens, proinde si adjiciatur matrimonio, illud irritat. Hinc quamvis jus petendi, aut reddendi debitum tolli possit salvâ essentiâ matrimonij, non ita si adjiciatur conditio, vel pactum, quo debeat tale jus tolli, quia quando ablatio juris reddendi, vel petendi deducitur in pactum in ipso actuali contractu, seu quando matrimonium initur, actu impeditur totalis, & perfecta translatio dominij, requisita ad valorem matrimonij: secus quando matrimonium est jam validè initum, & translatio dominij est totaliter facta; tùm non possit voluntate contrahentium ampliùs revocari, non adversatur illi, tametsi jus petendi, aut reddendi auferatur per superadditum votum, vel pactum castitatis servandæ.

15 Quòd si contractui matrimoniali adjiciatur conditio impossibilis, vel turpis, quæ tamen non sit contra substantiam matrimonij, habetur pro non adjecta, & matrimonium suum sortitur valorem, ut desumitur ex *c. si conditiones 7. & ult. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit, si matrimoniũ contrahatur cum conditione turpi, vel impossibili validè initur, & conditio habetur pro non adjecta: ratio est, quia hujusmodi conditiones excluduntur à matrimonio in favorem ipsius matrimonij: tametsi validè contrahatur matrimonium cùm intentione non servandi fidem, vel non procurandi generationem, aut educationem prolis, vel potius impediendi; quia tamen hæc quoad actum, seu ipsam executionem non pertinent ad substantiam matrimonij, ideo non sunt contra ejus substantiam: si tamen deducerentur in pactum, opponerentur essentiæ matrimonij, quia ejus substantia consistit in plena traditione mutua corporum, seu in mutuo jure, ac potestate utendi corpora conjugis ad usum generationis, & quia tale jus tollitur per adjectum pactum, ideo tale pactum adversatur substantiæ matrimonij, quod proptarea irritat.

16 Sin verò conditiones turpes matrimonij substantiæ non adversentur, non irritant ejus contractum, sed rejiciuntur, & habentur pro non adjectis, ut si Cajus dicat Lucretiæ, contraho tecum si furtum feceris, vel venenum alteri propinaveris: ut etiam si adjiciantur conditiones impossibiles, rejiciuntur, habentúrq; pro non adjectis §. *impossibiles instit. de hered. instit.* Glossa *hic V. impossibiles*, idque procedit, sive sint conditiones impossibiles de facto, sive de jure: siquidem id possumus, quod de jure possumus; & impossibile dicitur, quod de jure fieri non potest *l. nepos. 125. ff. de V. S.* Secus est dicendum de aliis contractibus, quibus conditio turpis, vel impossibilis adjecta eos vitiat. § *si impossibilis instit. de inutil. l. non solum 31. §. de oblig.* & ratio solet assignari, quia cæteri contractus non sunt ita favorabiles, sicut matrimonium.

Ut autem conditio impossibilis adjecta matrimonio excludatur, & habeatur pro non adjecta debet hujusmodi conditio, primò reputari, ut impossibilis; alioquin non rejiceretur, sed in utroque foro suum haberet effectum, & ita dicendum de conditione turpi; si enim reputaretur honesta non rejiceretur. 17

Secundò requiritur ut contrahentes sint conscij constitutionis Gregorij IX. *in d. c. si conditiones ult h. t.* nimirum quòd conditio adjecta sit impossibilis, & jus hujusmodi conditiones rejiciet, habeatque pro non adjectis; quia tunc censentur secundùm jus velle contrahere, nisi de contrario constet, quia constitutio non obligat ignorentes. *c. 2. de constit. in 6.* 18

Tertiò requiritur etiam, ut utramque innotescat ambobus contrahentibus cùm matrimonium non aliter coalescat, quàm ex utriusque consensu. 19

Quartò, ut conditio impossibilis in dubio habeatur pro non adjecta: hinc si intentio contrahentium dubia sit, an seriò, vel ex animo, & non aliter talem conditionem appo sverint, an verò solùm per jocũ; tunc in dubio ecclesia præsumit, eam per jocum adjectam, & matrimonium judicatur validum, ac si conditio non fuisset apposita, idque in favorem matrimonij, pro cujus valore, in dubiis semper judicandum est. *c. ult. de sent. & re judic.* quia cùm adsit periculum, ne fortè separentur, qui legitimo matrimonij vinculo copulantur, & aliis conjungantur matrimonio, cum quibus adulteria in usu matrimonij committent, ideo ecclesia in dubio eligit, quod tutius est, pro salute animæ, & ad vitanda pericula adulterandi. 20

§. IV.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an sicut in matrimonio, ita etiam in sponsalibus de futuro conditiones turpes, aut impossibiles rejiciantur, & sponsalia habeantur pro absolutè contractis? Respondetur affirmativè, eò quia favor matrimonij etiam ad sponsalia extendi debet; sicut enim odiosa restringantur, ita favorabilia ampliantur, & quia sponsalia sunt via ad matrimonium; ita ab ipsis etiam rejiciuntur.

Tum quia in *l. si oratio. ff. de sponsalib.* habetur, ut quod circa matrimonium disponitur, intelligatur dispositum circa sponsalia, cum hæc sint via ad matrimonium, & eorum valor cedat in bonum matrimonij: hinc æquitas exigebat, ut favor matrimonij etiam ad sponsalia extenderetur. Verum tamen est, quod ut ecclesia præsumat consensum absolutum adfuisse in eo, qui similes conditiones apposuit sponsalibus, necesse sit, ut earum impossibilitas, vel turpitudo ipsi innotuerit, ut in præcedenti §. dictum est de matrimonio.

2 Negativam tamen sententiam tenet Zœsius *de condit. apposit. numer. 1.* eò quia *in c. fin. eod. tit.* Pontifex tantùm loquatur de matrimoniis: & ubi agitur de restringenda libertate matrimonij, & inducenda obligatione, non potest obligatio extendi: cùm igitur decisio, quæ habetur *in c. si conditiones h. t.* excludat has conditiones à matrimonio, & sit de jure odiosa utpote in præjudicium, & pœnam eas apponentis, non debet extendi ad sponsalia. Accedit etiam, quòd decisio *in d. c. si conditiones* sit correctiva juris communis, à quo in contractibus conditiones impossibiles non rejiciuntur, & vitiant contractum *l. non solum de obligat. & act.* Correctio autem juris est strictè sumenda *l. præcipimus in fin C. de appel lat.* unde cùm in prædicta constitutione Pontifex loquatur de matrimoniis tantùm, non debet decisio extendi ad sponsalia.

3 Nihilominus non puto esse discedendum à priori sententia, quia negari potest, decisionem illam factam esse in pœnam illius, qui conditionem apposuit; sed ob bonum commune, & in favorem matrimonij, nimirum ad declarandum voluntatem, & intentionem illius fuisse puram, & absolutam: proinde cùm decisio ex hoc capite sit favorabilis, extendenda est ad sponsalia, cùm hæc sint via ad ipsum matrimonium.

4 Quæritur secundò, an si conditio apposita in sponsalibus sit contraria matrimonio promisso, vitiet contractum? Respondetur, quòd sive conditio apponatur adimplenda post matrimonium, sive antea, irritat sponsalia, ut si Cajus dicat Lucretiæ: ducam te in meam uxorem, si antequam contrahamus, vel postquam contraxerimus voveas nunquam debitum petituram, aut reddituram: ratio est, quia adjecta conditio tunc adversatur substantiæ matrimonij, illúdque irritat, imò adversatur etiam substantiæ sponsaliorum, cùm hæc ordinentur ad matrimonium.

5 Sed dices, si Cajus dicat Lucretiæ, ducam te cras, si hodie pulchriorem, vel ditiorem non invenero, valida sunt sponsalia impleta conditione; & nihilominus conditio iisdem adjecta adversatur bono sacramenti, seu indissolubilitati vinculi matrimonialis: proinde quando conditio apponitur adimplenda ante matrimonium non vitiat sponsalia. Tum quia qui dicit: ducam te si priusquam contrahamus, cum alio fornicata fueris, apponit conditionem contrariam bono fidei; & nihilominus sunt valida sponsalia, quia conditio rejicitur, ut turpis.

Sed contra, ad primum negatur, illam conditionem adversari matrimonio futuro: quia etiam retenta, & adimpleta illa conditione matrimonium postea contractum indissolubile manet. Hinc ad secundum respondetur, nec talem conditionem esse contrariam bono fidei, quia ad fidem matrimonij solum pertinet, quòd per contractum non tradatur usus corporis alteri, quàm proprio conjugi.

Quæritur tertiò, an matrimonium censendum sit validum, si eidem fuerit adjecta conditio turpis, & impossibilis, & contrahentes non aliter intenderint, quàm sub tali conditione se obligare? Respondetur, hanc esse difficultatem non parvi momenti, & doctores laborare, quo sensu potuerit Pontifex has conditiones turpes, vel impossibiles à matrimonio rejicere, & matrimonium habere pro valido, & simpliciter contracto: & ratio quæ movet difficultatem, est, quia jure naturæ consensus requiritur ad matrimonium, adeò ut sine consensu matrimonium non possit subsistere: & ille non intelligitur consentire, qui non vult se obligare, nisi sub conditione turpi, aut impossibili, ut habetur textus clarus in *l. non solum ff. de obligat. & act.* Nihilominus respondendum est, Gregorium IX. in *d. c. si conditiones ei. h. t.* rectè statuisse, quòd si matrimonium cum conditione turpi, vel impossibili ineatur, suum sortiatur valorem, & tunc conditio turpis, vel impossibilis habeatur pro non adjecta, quia Pontifex inducit præsumptionem, quòd quilibet præsumatur in contrahendo matrimonium quoad negotium principale seriò agere, ac suam obligationem purè inducere ob reverentiam sacramenti; & conditionem turpem, vel impossibilem adjectam esse joci causâ, vel ut modum, qui cùm sit impossibilis, non obligat; & quia dubium est, an adjiciens conditionem impossibilem habuerit intentionem seriam contrahendi matrimonium, vel ponendi conditionem; ideo jura in tali dubio judicant in favorem matrimonij. 7

Quæritur quartò, an si conditio adjecta honesta sit, sed adversetur bonis matrimonij: ut contraho tecum, si metum in perpetua castitate vixeris, vitiet matrimonium? Pro sententia negativa potest adduci, quia bona matrimonij non sunt necessaria in executione: alioquin sterilitas, vel adulterium semper dissolverent matrimonium, quia deficeret bonum prolis, & fidei conjugalis: rursus B. Virgo, & S. Joseph videntur non potuisse aliter, quàm tali pacto matrimonium contraxisse, cùm jam priùs votum castitatis emiserint: ob has rationes hanc sententiam Sanchez *lib. 5. de matrim. disp. 10. n. 5.* vocat probabilem. Sed contrariæ adhærendum puto cum eodem Sanchez *loc. cit.* quia tametsi dicta bona matrimonij non sint necessaria in executione, & posset matrimonium dari sine copula; debent tamen esse in obligatione: siquidem mutua corporum traditio saltem quoad obligationem est de substantia matrimonij, sine qua matrimonium non potest iniri: est siquidem matrimonium viri, 8

&

& mulieris conjunctio non qualiscunque, sed ut ordinata ad copulam.

9 Ad id, quod addebatur de matrimonio B. Virginis cum S. Josepho, respondent Doctores, tale matrimonium non habuisse talem conditionem, sed fuisse simpliciter contractum; quamvis neuter ex desponsatis habuerit intentionem utendi copulæ: scivit enim B. Virgo, quòd S. Joseph perpetuæ fuerit addictus castitati. Obligatio benè potest consistere sine executione, & cum proposito intermittendæ executionis, præsertim quando per Dei revelationem notificatur, nunquam ab altera parte esse petendam executionem; obligatio enim, & executio differunt inter se, unde ex eo, quòd ponatur obligatio, non inde sequitur executio, ita sentit de matrimonio B. Virginis cum S. Josepho Augustinus *in c. 3. 27. q. 2.*

10 Quæritur quintò, an sponsalia inter consanguineos inita adjecta contractui conditione, si Papa dispensaverit, valida sint? Respondetur, duas circa præsentem quæstionem esse sententias, prima est affirmativa, quam docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 3. c. 15. n. 5.* Conink *de sacrament. disp. 29. dub. 1. conclus. 5. n. 18.* Comitolus *in quæst. moral. lib. 1. q. 145.* Sanchez *tom. 1. lib. 5. disp. 5. q. 3. n. 12.* Fundamentum, quo nititur hæc sententia est, quia earum rerum, quæ suaptè natura nec malæ sunt, nec ulli justæ legi repugnant, justè, & firma potest esse pactio: atqui pacisci de futuris nuptijs inter propinquos ex concessione Romani Pontificis, nec turpe est, nec ullam perfringit legem: ergo pactio adjecta in sponsalibus rata esse debet, quamdiu Romani Pontificis authoritate non infirmatur.

11 Idque firmant, quia non eo ipso, quòd aliquid dependeat à voluntate Principis, est impossibile, si Princeps consueverit illud concedere. Tum quia eatenus institutio Spurij facta sub conditione, si Princeps illum legitimaverit, suum sortitur valorem, quia Princeps ad preces genitoris solet legitimare. Secundò, quia venditio rei feudalis, seu majoratûs simpliciter facta invalida est, & nihilominus valet, si fiat sub conditione, si Dominus feudi, aut Princeps voluerit. Tertiò votum Episcopi transeundi ad religionem, si Papa dispensaverit, validum est purificatâ conditione, ac obtentâ licentia. Quartò quando est controversia super aliquo beneficio, quamvis non possint partes pacisci simpliciter de pensione, eò quia talis pactio foret simoniaca; nihilominus si pactum inierint super hac conventione adjecta conditione, si Pontifex consenserit, & paciscens dicat, suspendo dictam pensionem in eventum, quo Papa consentiat; licita est conventio: & nihilominus præfatæ conditiones dependent à voluntate Principis, seu Pontificis: ergo erunt etiam valida sponsalia inter consanguineos inita adjectâ conditione, si Papa dispensaverit. Nihilominus mihi videtur adhærendum contrariæ sententiæ, quam docent Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 5. c. 5. n. 11.* Riccius *in prax. p. 1. resol. 217. n. 2.* Molfesius *in summa tom. 1. tract. 4. c. 5. num. 34.* Genuensis *in praxi c. 13. num. 5.* Henriquez *lib. 12. c. 10. num. 4.* & alij plures, quos refert Sanchez *lib. 5. disp. 5. q. 3. num. 5.* adeò ut sponsalia inter consanguineos inita etiam adjecta conditione si Papa dispensaverit, sint nullius valoris, ac licitum sit utrique contrahenti ante, & post impetratam à Pontifice dispensationem altero invito à sponsalibus resilire, tametsi promissio etiam fuerit juramento firmata: quia sponsalia inter consanguineos inita sunt ipso jure irrita; & quod ab initio est irritum non convalescit per aliquod extrinsecum superveniens, cujusmodi est dispensatio impetrata à Papa: proinde si post dispensationem obtentam iterum non repetantur, & contrahantur sponsalia, licitum erit utrique resilire à prioribus sponsalibus initis ante obtentam Pontificis dispensationem.

Neque verum est, quòd cùm primùm Papa dispensat, sponsalia antea inita convalescant, suúmque sortiantur valorem: ratio est, quia intentio Papæ, quando dispensat in gradu prohibito, est tantùm voluntas dandi facultatem contrahendi, non verò voluntas approbandi, ratúmque habendi, quod antea ut illicitum gestum est, ut rectè notant Cardinalis *in c. super eo*, & ibi Abbas *n. 8.* & Præpos. *num. 5. de condit. apposit.* Arret. *cons. 142.* Sylvester *in V matrim. lib. 3. q. 9.* Sotus *in 4. dist 29. q. 2. art. 1.* Neque est par ratio de aliis contractibus allatis in favorem primæ sententiæ, quia tales contractus à jure non irritantur absolutè, & simpliciter, sed tantùm conditionatè, si non accesserit facultas Principis: at sponsalia inter consanguineos inita simpliciter, & absolutè irritantur à jure, adeò ut si contrahantur ante impetratam dispensationem à Papa, sint invalida, nec convalescunt per impetratam dispensationem, sed debent iterum repeti. 12

Quæritur sextò, an quando matrimonium à jure non irritatur, si sub conditione honesta de futuro, & contingenti contrahatur per verba de præsenti inter habiles adveniente conditione statim obliget absque novo consensu utriusque contrahentis, si consensus pendente conditione à neutra parte contrahentium fuerit revocatus; ut si Cajus dicat Lucretiæ, duco te in meam uxorem, si pater tuus consenserit. Respondetur, probabile esse, tunc matrimonium perfici impletâ conditione sine novo consensu contrahentium, quia quando non adest impedimentum dirimens, contractus à jure non irritatur; proinde si contractui adjiciatur conditio honesta de futuro, & contingente, cùm primùm conditio purificatur, contractus convalescit, quia ab initio non fuit invalidus, sed tantùm fuit inchoatus, & suspensus donec adjecta conditio purificaretur. Tum quia cæteri contractus sub tali conditione initi, purificata conditione perficiuntur absque novo consensu, ac si ab initio fuissent purè, & sine conditione initi, ut liquet ex *l. potior 11. ff. qui potior in pig. & l. hac venditio 7. ff. de contrah. empt.* proinde etiam matrimonium quando ab initio non irritatur à jure ob impedimentum dirimens purifica- 13

ta conditione debet perfici : quia Christus, tametsi elevavarit contractum matrimonialem ad rationem sacramenti non tamen ejus naturam immutavit. Tum quia sicut se habet consensus de futuro ad contractum sponsaliorum, ita consensus de præsenti se habet ad contractum matrimonij : atqui conseosus de futuro coodi- tionis honestæ, ot ducam te in uxorem si pater tuus consenserit, purificatâ conditione perficitur, & sponsalia conditi nalia traoseunt in absoluta absque novo alio consensu : ergo etiam consensus de præseoti conditiooalis : duco te in meam oxorem, si pater tuus dederit mihi tantam dotem.

14 Quòd si dicas, consensum sub conditiona relatum in futurum ante hujus positionem, seu ante purificatam coodirionem noo esse perfectum. Respondetur, id esse verum in ordine ad suum complementum, sed inde non sequitur, quòd non sit validus, quia contractus sub talà cooditiooe initus est verus contractus, & validus licèt suspensus, & dependens à purificatione conditionis quoad suum ultimum complementum; unde positâ conditione consensus, qui virtualiter, & moraliter remanet, quamdiu non cevocatur, fit absolutus, & sortitur suum effectum. Et quamvis ad sacramentum matrimonij ex Christi iostitutione requiratur consensus perfectus, & absolutus, ac signo externo expressus, qualis nou habetur ante eventum conditionis : nihilominus ipsa purificatio conditionis est sufficiens signum purificati consensus transeuntis de conditionato ad absolutum, quia consensus dependet ab intentiona contrahentium, qui cum ab initio coovenerint, ut cum primùm talis conditio purificabitur matrimonium habeatur ratum, & firmum, ideò ex consenso, & intentione contrahentium talis contractus per positionem conditionis sufficienter purificatur extrinsecè ax præcedente intentione contrahentium, & transit de cooditionato in absolutum, cùm supponatur prima voluntas contrahentium persaverare, ut cùm primum ponitur conditio contractus fit absolutus.

15 Hinc patet discrimen inter contractum ab initio à jure irritum ob aliquod impedimentum dirimans, ut in præcedenti quæstiooe; & inter contractum condirionatum, qui ooo irritatur à jure ab initio eò, quia nullum intercedat impedimentum dirimens; siquidem in priori contractu post impetratam dispensatinoem requiritur novus utriusque contrahentis consensos, quia Papa per dispensationem non intelligit approbare, ac ratum habere quod illicitè gestum est, sed tantùm dare facultatem contrahendi; proindè tenentur contrahentes post impetratam dispensationem iterum contrahere; secus in contractu, qui ab initio à jure non irritatur, non est oecessarius hic novus consensus post purificatam condirionem, quia ex consensu utriusque contrahentis per solam positionem conditionis, contractus transit de conditionato ad absolutum, adeo ut ab initio contractus fuerit validus, sed tantùm suspensus quoad effectum usque ad purificatam conditionem.

Quæritur septimo, ao post Coocilium Tridentinum, & jure oovo ad valorem matrimonij sub honesta cooditiooe initi requirantur etiam Parochus, & testes: imò noo solùm contractui sub conditione de futuco inito; sed etiam impletioni conditioois adjectæ? Mihi videtur respondendum affirmativè cum Layman *lib. 5. theol. moral. tract.* 10. *p.* 2. *c.* 7. *num.* 3. Cooinck *disp.* 29. *de matrim. dub.* 1. *num.* 15. 16 quòd tamen non ita est intelligendum, ut Parochus, & testes debeant esse præsentes quando pater assentitur, ut si Cajus contrahat cum Lucretia, dicátque, ducam te io meam uxorem, si pater tuus consenserit, & interim pater Lucretiæ distet per octo, vel decem milliaria, si sponsi eum adeant, & postea revertantur post impetratum consensum, sufficit, si sponsi dicant coram Parocho, & testibus, se obtinuisse consensum patris, & cooditionem appositam contra- 17 ctui esse purificatam. Quòd verò requirantur Parochus, & testes etiam quando matrimonium de præsenti conditionatè initur, ex eo facilè evincitur: quia Parochus, & testes debent posse testificari in foro externo, non tantùm de matrimonio verè, & substantialiter inito, hoc est non solùm de contractu, & pendente adhuc in futurum, & solubili; sed de absoluto, & legitimè perfecto, idque ad evitanda plura incommoda, quæ inde oriri possent, nisi Parochus, & testes possent testificari de impletione conditionis. Verùm hujusmodi matrimonia conditionata non debent facilè admitti, quia minus decent dignitatem sacramenti præsertim cùm facilè ex ipsis possint lites, & difficultates oriri: unde consultius semper est, ut post purificatam conditionem contrahentes iterum renovent mutuum consensum matrimonialem coram Pa- 18 rocho, & testibus: quia ante eventum conditionis matrimonium tantùm est inchoatum, & noodum completum.

Quæritur octavò, quid juris, si matrimo- 19 nio adjiciatur causa, vel demonstratio, sive turpis, sive honesta, vel contraria substantiæ matrimonij vera, vel falsa? Respondetur, talem demonstratiooem, vel causam per se non suspendera, nec vitiare matrimonium, & haberi pro non adjecta, adeò ot matrimonium suum sortiatur valorem, ut docet Sanchez *lib.* 5. *de matrim. disp.* 19. *n.* 2. Demoostratio hîc sumitur, per quam significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relativam, aut dictionem importaotem aliquam qualitatem, ut si Cajus dicat: duco te, cùm sis da tali stemate. Causa hîc etiam sumitur, per quam denotatur dictio causalis, seu quæ denotatur per illam dictionem, *quia*, & indicat causam contractûs, ut duco te, quia habes tantam dotem. Hujusmodi contractus validos esse ex eo liquet, quia per adjectionem talis demonstrationis, vel causæ non tollitur conseosus oecessarius ad substantiam contractus, quia talis adjectio non se habet ut objectum, neque ut pars objecti contractus, sed tantùm declarat intentionem contrahentis circa tale objectum, vel causam, quæ illum ad contrahendum movet.

Neque

18 Neque ullum faceſſit negotium, ſi dicas, eum non contracturum, ſi ſciret, talem demonſtrationem, vel cauſam non ſubeſſe: ſiquidem illa voluntas habitualis non influit, nec ponit quidquam in re, quia ea non obſtante adhuc abſolutè conſentit, qoamvis, ſi ſciret, non conſentiret, ſed voluntatem mutaret, quia id nil operatur in ordine ad actum præſentem: ſiquidem error non vitiat matrimonium; niſi verſetur circa perſonam, vel conditionem libertatis.

19 Quæritur nonò, an modus adjectus contractui matrimoniali eum vitiet? Dicitur modus juxta præſens inſtitutum eſſe adjectio oneris, ad quod poſt contractum intendimus alterum obligare, & regulariter exprimitur per particulam illam *ut*: ſi enim Cajus dicat Lucretiæ, *duco te in meam uxorem, ut mecum mercimonia exerceas*, tunc enim contractui adjicitur modus, ſeu onus, quo uxor Caij tenetur mercimonia exercere? Reſpondetur quæſito, modum adjectum contractui matrimoniali eum non vitiare, nec ſuſpendere, niſi ſit contrarius ſubſtantiæ, vel bonis matrimonij: quia modus in hoc differt à conditione propriè ſumpta, quia hæc ſuſpendit actum, cui apponitur; adeo ut ante eam impletam non ſit validus: ſecus modus non ſuſpendit actum, ſed hic ſtatim valet, ſuúmque ſortitur valorem, tametſi talis modus nondum impletus ſit *l. cum ab eo 41. ff. de contrah. empt.* ita tamen ut alter contrahens obligetur ad præſtandum modum adjectum contractui, ut ſi dicat; *do tibi equum, ut hoc, vel illud facias:* ſtatim valet donatio, ſed tenetur donatarius modum implere. Quòd ſi modus adverſetur ſubſtantiæ, vel bonis matrimonij, tunc vitiet actum, ut ſi Cajus dicat Lucretiæ: *contraho tecum, dummodo pro quæſtu adulterandam te exhibeas alijs*, quia quando contrahens actu contrahit, intendit velle obſervare, quæ conveniunt tali contractui eſſentialiter; cujusmodi eſt, ut uxor fidem ſervet marito, & generationem prolis per ipſum tantùm habeat: ut etiam, ſi dicat, ducam te in meam uxorem, donec aliam ditiorem, & pulchriorem invenerim, quia talis modus adverſatur indiſſolubilitati matrimonij.

20 Quòd ſi modus adjectus ſit impoſſibilis, & non repugnet ſubſtantiæ matrimonij, habetur pro non adjecto, ut contraho tecum ea lege, ut manu cœlum tanges: ut etiam ſi modus ſit illicitus, & dicat: ducam te, ut matrem tuam interficias, tunc enim, cùm modus non repugnet ſubſtantiæ matrimonij, illud non vitiat: ſed modus adjectus, ſive impoſſibilis, ſive turpis habetur pro non adjecto; proinde non vitiat, nec ſuſpendit matrimonium.

21 Juvat obſervare, quod de jure civili contractus, & ultimæ voluntates, ſeu teſtamenta diſtinguuntur, ſi de hiſce conditionibus, vel modis agatur: etenim in alijs contractibus ſecundùm jus civile, conditio impoſſibilis ſtatim ab initio contractum vitiat, quia contrahentes per adjectam conditionem impoſſibilem præſumuntur non habere animum contrahendi *l. non ſolùm. ff. de obligat. & act. C. impoſſib. de V. O.* Modus verò impoſſibilis, vel contra bonos mores ipſe non vitiat contractum, ſed vitiatur, ſeu habetur pro non adjecto, ut ſuperiùs diximus. In teſtamentis verò, ac ultimis voluntatibus conditio, & modus impoſſibilis habentur pro non ſcriptis ob ſingularem favorem ultimarum voluntatum, ut nimirùm potiùs ſuſtineantur, quàm pereant §. *impoſſibilis inſtit. de hæred. inſtituen.* Secus in jure canonico adhibetur diſtinctio, num tales conditiones ſint contra ſubſtantiam matrimonij, vel an aliundè ſint turpes, aut impoſſibiles, ut habetur *in c. ſi conditiones 7. & ult. h. t.* ſi ſint contra ſubſtantiam matrimonij, illud vitiant, non ita, ſi aliundè ſint turpes, & impoſſibiles; tunc enim propter favorem matrimonij, hoc ſortitur ſuum valorem.

Regula verò dignoſcendi, quando conditio adjecta ſit contra ſubſtantiam matrimonij, traditur à Gloſſa in *d. c. ſi conditiones 7. h. t.* in *V. contra ſubſtantiam* ubi notat, tria eſſe bona conjugij, ſcilicet bonum fidei, bonum prolis, & bonum Sacramenti *c. omne 27. q. 2.* ſi enim conditio unum ex his tribus recenſitis contrarietur, dicitur contra ſubſtantiam matrimonij: hinc bono prolis contrariatur adjecta conditio, ſi Cajus dicat Lucretiæ: *duco te in meam uxorem, ſi prolis generationem evitaveris, ſi venena hauſeris ſterilitatis:* bono fidei, *ſi te adulterandam dederis alijs pro quæſtu.* Bono Sacramenti, quod eſt indiſſolubile, ſi dicat, *contraho tecum, donec aliam mihi acquiram pulchriorem, & ditiorem.* 22

Quæritur decimò, an jure novo poſt Concilium Tridentinum, ſi contrahentes poſt ſponſalia conditionata, utantur copulâ carnali pendente conditione, cenſendi ſint per hoc receſſiſſe à conditione, & ſponſalia purè contraxiſſe? Reſpondetur, quod quamvis ante Concil. Triden. copula accedens ſponſalibus tantam habuerit vim, ut non ſolùm conditionem à ſponſalibus ſuſtulerit, verùm etiam conſenſum de præſenti, et matrimonium induxerit, ídque ex præſumptione *juris, & de jure* contra quam non admittebatur probatio in contrarium; ſiquidem ſponſus non præſumebatur alio, quàm affectu maritali, ſuam cognoviſſe ſponſam *c. is qui fidem 30. de ſponſal. c. per tuas 6. de condit. appoſ.* Hodie tamen poſt Tridentinum, quod irritavit matrimonia clandeſtina, matrimonium ſine Parocho, & teſtibus initum nullum ſortitur valorem, adeò ut ſola carnalis copula non habeat ampliùs vim efficiendi validum matrimonium. Difficultas eſt, an partes præſumantur ſaltem à conditione appoſita receſſiſſe, plures id affirmant, eò quia Tridentinum in hac parte nihil immutaverit, adeóque ſub conſtitutione juris veteris reliquerit, ut docet Zypæus *conſult. canon. lib. 4. conclus. 1.* 23

Nihilominus communior ſententia docet cum Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 26. n 18.* partes non præſumi receſſiſſe à conditione appoſita, eò quia poſt Tridentinum ceſſet ratio legis, quæ olim præſumebat receſſum à condi- 24

tione per copulam; quia olim talis præsumptio orlebatur; ne ecclesie præsumeret delictum fornicationis, proinde præsumebat copulam factam affectu matrimoniali, & mutuum consensum de præsenti datum, ac sufficienter manifestatum per talem copulam: id autem hodie non potest ampliùs fieri, quia solus consensus de præsenti sine Parocho, & testibus non sufficit ad matrimonium. Quòd si ex tali copula sponsa grave damnum incurreret, ut quia esset diffamata, & inde difficulter posset alteri nubere; æquitas suadet, ut tale damnum per matrimonium compensetur.

25 Hinc posset etiam responderi, illam præsumptionem juris de copula conjugali non fuisse rationem edæqoatam canonis tollentis conditionem; sed etiam æquitatem concurrisse, ut scilicet damnum copulæ per matrimonium compensaretur. Tum quia præsumebatur, quòd fœmina non facilè consensisset, nisi sub certa spe matrimoeij, quæ certitudo firmabatur rejectâ conditione.

26 Quæritur undecimò, an si matrimonium contrahatur sub conditione generali, vel speciali intrinseca, illud suspendet? Conditiones generales, & speciales illæ dicuntur, quæ in omni matrimonio intelliguntur tacitè, & illi insunt, quamvis non exprimentur, & sine quibus matrimonium non consistit, suntque illæ: contraho tecum, si tu consenseris, vel contraho tecum, si impotens non fueris, nec consanguinea, nec affinis, nec ullum aliud inter nos erit impedimentum? Respondetur, hujusmodi conditiones non suspendere consensum, & matrimonia fidelium cum hisce conditionibus inita esse absolute, ac proinde valida. Ratio est, quia hujusmodi conditiones intrinsecè, & determinatè includuntur in quovis matrimonio, unde tametsi exprimantur, non magis suspendunt contractum, quàm si non exprimantur *l. conditiones extrinsecus*, & *l. aliquando ff. de condit. & demonst. l. per hac verba Testatoris ff. de legat.* Tum quia generalis illa conditio *si tu quoque consenseris*, non magis suspendit contractum, quàm si expresse non adjicietur: etenim in omni contractu maximè matrimoniali prior consensus est semper inefficax, & suspensus, donec alter acceptet verbis, aut nutibus, & pariter consentiat *l. aliquando ff. de condit. & demonst.* Id verò procedit de matrimonijs initis inter fideles, quia præfatæ conditiones, *si non sit consanguinea, vel affinis, vel non habueris alia impedimenta dirimentia*, proveniunt à lege ecclesiastica, cui infideles in suis contractibus non tenentur parêre; hinc si ab infidelibus hujusmodi conditiones apponerentur, suspenderent contractum, & matrimonium, si conditio non verificaretur; non enim infideles tenentur legibus ecclesiasticis, proinde tales conditiones non essent intrinsecæ respectu suorum contractuum: unde respectu infidelium quæstio solùm intelligitur de illis conditionibus, quibus excluduntur impedimenta jure naturæ dirimentia.

27 Verùm posset in contrarium objici, quia legatum relictum alicui sub hac conditione, si ipse acceptaverit, est conditionale, & manet suspensum, donec Legatarius expresse illud acceptet, adeò ut si ante ejus acceptionem decedet, non transeat legatum ad ejus hæredem ex *l. si ita legatum §. illi si vellet. ff. de legat. 1.* atqui illa conditio, si legatarius acceptaverit, est generalis, & tacitè inhærens, proinde expressio conditionis generalis videtur actum suspendere, ut etiam matrimonium. Præterea quia matrimonium à fidelibus initum sub hac expressa conditione, *si ecclesia placuerit*, suspenditur, donec constet de approbatione ecclesiæ, ut notet Hostiensis in *c. ad audientiam de spons.* & Abbas *c. significanti de elect.* ergo erit itidem suspensum matrimonium, si eidem adjicietur conditio, si non es mea consanguinea, vel affinis; vel si nullum obest impedimentum canonicum: quia hæc conditionalis videtur idem significare, ac hæc alia, si ecclesiæ placuerit: siquidem impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, est ecclesiasticum, & pertinet ad ecclesiam dispensare, vel non, super tali impedimento.

28 Sed contra, respondet enim Covarruvias primæ difficultati *2. p. matrim. c. 6. § 2. n 4.* illas conditiones quamvis communes, & à jure insint, suspendere nihilominus ipsum actum, eúmque efficere conditionatum, eò quia aliter sint expressæ, quàm inerant; quòd non facerent, si eodem modo quo insunt, exprimerentur: illa enim conditio, *si Legatarius acceptaverit*, considerata ut inest ipsi legato, intelligitur de acceptatione præsumpta, proinde si adjiceretur eo modo, quo inest, statim legatarius dominium legati acquireret, tametsi legati inscius esset, & ad ejus hæredes eo mortuo transiret, non secus, ac si talis conditio adjecta, non esset, quia præsumitur semper, quòd Legatarius vellet legatum sibi relictum acceptare: secus quando talis conditio adjicitur absolutè, & sine ulla limitatione, non apponitur, ut inest, seu si acceptaverit consensu præsumpto, sed adjicitur alio modo, nimirum si expresse declaraverit, se acceptare, & ita suspendit legatum, donec id declaret.

29 Hinc ad secundam difficultatem negatur consequentia, & ad ejus probationem respondetur, quòd tametsi eadem sit conditio, est nihilominus diversimodè adjecta, etenim cùm dicitur, *duco te, si non es mea consanguinea, vel aliud non subsit canonicum impedimentum*, apponitur conditio eòdem prorsus modo, quo inerat tacitè ipsi contractui, sicque non suspendit matrimonium, quia expressio rei, quæ juri inest, non habet rationem conditionis suspensivæ: secus quando absolutè dicitur: *duco te, si ecclesia approbaverit*, adjicitur conditio alio diverso modo, & tunc conditio ita intelligitur; duco te, si facto super hoc sufficiente examine matrimonium nostrum ab ecclesia approbatum fuerit; proinde hæc conditio ex sua natura suspendit consensum, donec certò constet de approbatione ecclesiæ.

30 Quæritur duodecimò, an hæc conditio adjecta

jecta consensui matrimoniali, contraho tecum si Deus voluerit, vel si Deo placuerit, sit generalis; adeò ut non suspendat, nec reddat contractum conditionalem? Plures cum Glossa *c. unic. fin. de sponsal. in 6.* & Hostiens. *c. ad audientiam de sponsf. in fin.* censent, esse sponsalia conditionalia, & suspendere contractum, adeò ut si detegatur impedimentum, ob quod sponsalia sint irrita, non oriatur justitia publicæ honestatis, eò quia hujusmodi sponsalia non fuerunt absolutè inita, sed tantùm sub conditione, si purificaretur conditio, quæ si non fuerit impleta, nec sponsalia fuerunt inita; ut etiam notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 7. §. 2.* Alij censent, hujusmodi sponsalia affecta tali conditione esse absoluta, & conditionem illam, si Deo placuerit, esse generalem, & tacitè inesse, & ita censent Archidiaconus *c. unic. de sponsf. in 6. in fin.* Alexander de Nevo *c. Ad audientiam.* Alij putant, hæc sponsalia, quibus adjicitur talis conditio, tunc tantùm esse conditionalia, quando subest impedimentum; non ita, quando impedimentum non subest, ita docent Joannes Andreas *d. c. unic. de sponsf. in 6* & ibi Francus *in fin.*

31 Verùm ad has sententias reconciliandas respondendum est cum distinctione: si contrahentes sub hac conditione, si Deus voluerit, si Deo placuerit, intelligant de voluntate beneplaciti, quâ Deus singula, quæ fiunt, vel occurrunt, vel vult, vel permittit, tunc conditio adjecta si Deo placuerit, est generalis, & intelligitur in quovis contractu tacitè inclusa, consequenter non suspendit consensum. Sin autem contrahentes cum illa condirione, si Deo placuerit, intelligant de voluntate divina approbante, & sensus sit, ipsos assentiri, dummodo contractus Deo non displiceat, sed sit juxta ejus beneplacitum, in hoc sensu, quòd ad majorem Dei Gloriam conducat, fieri contractum, quàm non fieri, tunc conditio non est generalis, & suspendit contractum, donec maturè discutiantur omnes circumstantiæ, & prudenter judicetur, quòd Deus approbet talem contractum, qui sit ad majorem suam gloriam: cùm enim plura fiant contra Dei beneplacitum, ideò conditio adjecta consensui, illum suspendit, donec constet, Deo talem contractum placere. Hinc Doctores docentes, sponsalia contracta sub illa conditione, si Deo placuerit, esse conditionalia, intelligendi sunt, quando contrahentes intendunt contrahere, ut contractus non displiceat voluntati Dei: quia tunc conditio non est generalis, & suspendit contractum, donec constiterit non esse contra Dei beneplacitum. Qui verò docent, non esse talia sponsalia conditionata, sed absoluta, sunt intelligendi, quando contrahentes intendunt contrahere juxta voluntatē beneplaciti, quâ Deus vult, vel permittit singula, quæ fiunt, vel occurrunt: quia tunc illa conditio, si Deo placuerit, est generalis, & tacitè inest.

32 Quòd si dubitetur, an conditio illa adjecta sit generalis, & tacitè imbibita, vel non; tunc intelligi debet, quòd sit generalis, & non suspendat sponsalia, quia id est tutius animæ, & in favorem matrimonij. Secus est de illa alia conditione, si ecclesiæ placuerit, quia semper intelligitur conditio de voluntate ecclesiæ approbativa, quia in ecclesia non reperitur illa duplex voluntas beneplaciti, & approbationis, sed tantùm voluntas approbationis, vel reprobationis: proinde hæc secunda conditio si ecclesiæ placuerit, suspendit consensum, donec constiterit, quòd ecclesia post diligens examen approbet talem contractum.

33 Quæritur tertio decimò, an quando conditio adjecta consensui est extrinseca, & necessariò eventura, sed incerta respectu contrahentium suspendat consensum donec purificetur conditio, ut si Titius dicat Lucretiæ: desponsabo te, si luna tali die eclipsetur, & vicissim Lucretia sub eadem conditione consentiat? Respondetur, hanc conditionem quamvis necessariò eventuram suspendere contractum, illùmque reddere conditionalem, donec conditio necessaria adveniat, & impleatur. Ratio est, quia in contractibus standum est intentioni contrahentium, qui propterea non contrahunt majorem obligationem, quàm intendant: atqui quando conditio ab ipsis adjecta consensui est incerta respectu eorundem, tunc non intendunt se obligare nisi post adventum conditionis, quamvis hæc sit necessariò eventura, quia respectu contrahentium, perinde se habet conditio, ac si esset incerta, quamvis in se certa sit: sicut licèt certum sit, Titium esse moriturum, nihilominus, quia est incertus dies, quâ sit moriturus, si ineatur hic contractus matrimonialis conditionalis, contraho tecum, si Titius morietur tali die, suspenditur contractus, quia licèt certum sit, quod debeat mori, non tamen est certum, esse moriturum tali die: & tunc conditio potiùs adjicitur tanquam præfinitio temporis, unde sensus est; contraho tecum, quando Titius morietur, vel si Titius sit moriturus tali die: secus enim esset, si conditio adjecta non esset præfinitio temporis; ut contraho tecum, si Titius sit moriturus, tunc enim conditio adjicitur ut necessaria, non verò ad designandum tempus.

34 Putârim tamen in his omnibus eventibus standum esse in foro conscientiæ intentioni contrahentium sub conditione, qualiscunque sit conditio, quia si contrahentes in foro conscientiæ noluerunt inire matrimonium nisi eveniente conditione, quæcunque illa sit, matrimonium non sortitur suum valorem ante eventum talis conditionis, quæ si nonquam evenire possit, ob quia sit impossibilis, nunquam erit matrimonium, cùm hoc sine consensu esse non possit, ut docet Hostiensis *in c. fin. h. t. in fin.*

35 Quòd si animus apponentis conditionem hæreat anceps, ac dubius, standum tunc est præsumptioni fori externi, & rejecta conditione judicandum in favorem matrimonij, quando ecclesia ita judicat in foro externo: siquidem quoties Judex non innitens falsæ præsumptioni judicat aliquid in foro externo, hoc idem servandum est in interno, quando in eo, non constat oppositum.

Ratio

item, ut notat Glossa in *c. per tuas. 6. V. præsumpt. h. t.* & hæc præsumptio desumpta ex copula, ita est juris, & de jure, ut non admittat probationem in contrarium, ut notat Glossa in *c. Is. qui 30. de spons.* & quia per sponsalia de præsenti contrahitur verum matrimonium *c. de Francia 1. de spons.* sequitur, contrahentes non posse recedere à talibus præsumptis sponsalibus de præsenti.

44 Quæritur quintodecimò, an contrahentes matrimonium sub conditione non improbata ab ecclesia, ut contraho tecum, si pater meus voluerit, cogendi sint ad contrahendum, tametsi non accedat voluntas patris? Respondetur negativè, & desumitur ex *c. super 5. h. t.* ratio itidem est, quia consensus conditionalis, antequam purificetur, & impleatur conditio, est nullus, atqui conditio, quæ per unam partem est adimplenda, suspendit promissionem factam ab alia parte, donec conditio illa impleta sit, ut notat Glossa in *c. per tuas. 6. V. præsumpt. h. t.* & quia sine consensu matrimonium non contrahitur *c. cùm locum 14. de spons.* ideo qui consensit in aliquam mulierem sub conditione, si ejus pater consenserit, ante conditionem illam adimpletam, non est cogendus ad matrimonium contrahendum, nisi per novum consensum contrahentes recesserint ab illa conditione. Tum quia consensus positus in alieno arbitrio non dicitur liber, nec dici potest consensus de præsenti, quia tametsi ille dixerit per verba de præsenti se consentire in illam: nihilominus ex quo consensus iste est conditionatus, & respicit eventum futurum, non habet vim consensûs de præsenti, ut matrimonium ex nunc liberè contrahatur: sed tantùm habet vim sponsaliorum de futuro vigore conditionis, quæ suspendit ipsum consensum, ut notat Hostiensis in *d. c. super eo in fin. 5. h. t.* Tum quia, ut notat Glossa in *d. c. super eo*, quando substantia contractûs confertur in arbitrium expressæ personæ, non valet contractus, nisi talis persona arbitretur. Sin verò consensus sub conditione contingente, & honeste non sit de futuro, sed de præsenti, vel præterito, statim pro illius veritate, vel falsitate matrimonium, vel sponsalia sunt valida, aut irrita: quia hoc est discrimen inter conditionem contingentem de futuro, & præsenti, vel præterito, quia naturæ conditionis contingentis de futuro est suspendere consensum, & contractum sub ea initum, donec conditio adimpleatur *l. si ita stipulatus fuero. ff. eod. tit.* & quia ad matrimonium requiritur consensus de præsenti, non est sufficiens consensus præstitus sub conditione de futuro, quamvis manifestatus per verba de præsenti: secus consensus sub conditione contingente de præsenti, vel præterito est talis naturæ, ut statim sit validus, vel irritus, quia cùm conditio jam existat, vel est vera, & tunc consensus statim est validus, quia conformis conditioni appositæ: sin verò conditio præsens, vel præterita est falsa, consensus est irritus, quia eidem difformis, cùm enim valor consensus dependeat à veritate conditionis adjectæ, ideo si hæc sive præsens, sive præterita sit vera, consensus est validus; si falsa, est irritus. Tum quia conditiones de præsenti, vel præterito non suspendunt alios contractus, ut liquet ex *l. instit. talis ff. de condit. institutor. l. cùm ad præsens. ff. si certum petatur*, & *§. conditiones instit. de V. O.* proinde neque suspendit matrimonium.

Quæritur sextodecimò, an consensus sub conditione contingente, & honesta de futuro, ut duco te, si pater meus consenserit, censeatur conditio adimpleta ratione taciturnitatis, si pater non dicat se consentire, neque dissentire, neque alia signa consensûs, vel dissensûs præbeat, sed omnino neutraliter se habeat. 45 Ratio dubitandi est, quia ex *l. Medicus ff. de condit. & demonst.* conditio implenda est in forma specifica: atqui in nostro casu non impletur conditio in forma specifica, quia hæc conditio, si pater meus consenserit, ut purificetur in forma specifica, exigit expressum consensum; & cum pura taciturnitas non sit consensus expressus, ideo in forma specifica non potest conditio dici purificata. Idq; firmatur ex *regul. 44. Is qui tacet, nec fatetur, sed neque utique negare videtur de reg. jur. in 6.* ergo tacendo non purificatur conditio exigens consensum. Firmatur etiam ex *c. Cum in jure de offic. deleg.* ubi dicitur, facta non præsumi, nisi probentur: atqui consensus parentis pertinet ad factum, proinde nisi probetur, non est præsumendus ex sola taciturnitate. Verùm licèt hæc sententia sit perquam probabilis, contraria tamen est communior cum Sylvestro *V. matrimonium cap. 3. q. 4. dict. 4.* Navarro in *summa c. 22. n. 63* quia regulariter loquendo, quando filius contrahendo dicit: ducam te, si pater meus consenserit, per hanc conditionem tantùm intendit contrahere, dummodo patri suo id non displiceat, sufficit filio non ducere uxorem contra voluntatem patris, ac illius aversionem, & odium contra se excitet: atqui eo ipso, quòd pater non dissentit, tale matrimonium ei non displicet, quamvis neque expressè consentiat, sed se habeat omnino neutraliter: per hoc enim, quòd taceat, sufficienter significatur, eum se habere neutraliter, adeò ut tale matrimonium illi non displiceat, quamvis nec positivè placeat, proinde conditio censetur sufficienter impleta, & verificari per solam, & puram taciturnitatem patris: secus tamen esset, si mens filij contrahentis esset alia; vel si conditio adjiceretur sub hac forma, si pater meus dixerit se consentire, quia tunc non sufficeret patris neutralitas, nec pura taciturnitas, sed necessariè esset expressio consensûs.

Hinc ad rationem oppositæ sententiæ posset negari minor, quia sensus adjectæ conditionis 46 regulariter loquendo est iste: contraho tecum, si patri meo non displicuerit, vel si pater meus non contradixerit: hæc autem conditio sufficienter impletur in forma specifica, per hoc quòd pater contrahentis non contradicat, nec dissentiat. Ad primam confirmationem liquet solutio, quia per hanc conditionem non requiritur positivus consensus, nec dissensus, sed so-

lus noo dissensus sufficit, & hic sufficienter significatur per taciturnitatem ex ipsa regula juris. Ad secundam, in qua dicebatur, facta non præsumi, sed esse probanda, & consensum parentis pertinera ad factum, respondetur, ad veritatem hujus conditionis non esse necesse, ut consensus expresè habeatur, nec ut præsumatur, sed sufficare, si ex signis possit colligi non dissensus.

47 Quæritur decimo septimò, an matrimonium initum per verba da præsenti sub conditione honasta nt: *contraho tecum, si pater meus voluerit*, sit statim validum accedante consensu patris, sina alio novo consensu contrahantium? Respondetur, Jurisperitos communiter docere adimpletâ conditione, seu advanienta consansu patris matrimonium esse validum absque alio novo consansu contrahentium, & hoc etiam docent procadere, quando contrahentas sunt consanguinei, & conseserunt sub conditione, si Pontifex dispensavarit; quia consensus ille non fuit præstitus pro tampore, quo arant inhabilea ante dispensationem, sed pro tempore impletæ conditionis, in quo jam habiles affecti sunt: ex qua sententia inferunt, matrimonium initum cum secunda, postquam conditio fuit impleta, asse invalidum, eò quia per aventum conditionis cœpit esse ratum, & firmum matrimonium initum eom prima. Secundò quòd si quis contrahat cum duabus per verba de præsenti sub conditiona de futuro, illud matrimonium sit validum, cujus conditio priùs impletur.

48 Nititur hæc sententia, quia cætari contractus conditionati statim ac purificatur conditio manent absoluti, & validi absque novo consensu contrahentium *l. hac venditio ff. de contrab. empt. l. potior. in princ. ff. qui potiores in pignor. habeantur*: ergo etiam matrimonium initum sub conditione, hâc impletâ manet absolutum, & validum absque novo consensu.

49 Firmari etiam potest à pari, quia etiam ad votum sufficit consansus conditionatus, ut si quis voveat dare in eleemosynam pauparibus centum, si pristinæ sanitati restituatur, si hæc conditio purificeatur, votum de conditionato transic in absolutum, & obligat voventem absque alio novo consensu, & voto. Tum quia consensus conditionatus sub conditione de præsenti sufficit ad valorem matrimonij: ergo etiam consensus de futuro post impletam conditionam, dummodo prior consensus usque ad ejus eventum moraliter perseveret, seu non fuerit revocatus, quia tunc talis consensus purificata conditione perinde se habet, ac si esset sub conditione de præsenti, quia tempore, quo conditio adimplatur, consensus adhuc adest, consequanter de conditionato transit in absolutum per solam adimpletionem conditionis.

50 Idque firmari atiam ax eo potest, quia si vir dicat fœminæ contraho tacum, si tu quoque mecum contraxeris, & fœmina statim respondear contraho tecum, fit verum matrimonium absque novo consansu viri, tametsi ejus consensus fuerit conditionatus de futuro contingenti, quia mulier potuit non consentire, & tamen eò quia consenserit matrimonium ast validum: idque non ob aliam rationem, nisi quia tempore, quo mulier consensit, censebatur adhuc perseverare consensus viri, qui tamatsi fuerit ab initio datus sub conditione; cùm primum tamen mulier consansit, transivit consensus viri de statu conditionato ad absolutam: & hoc atiam procadit, quamvis mulier non sit præsens, nec statim consentiat. Ita quando filius dicit contraho tecum, si pater meus consensarit, accedente consensu patris, consensus filij, qui erat conditionatus, quia adhuc moraliter parseverat, fit absolutus, & est consensus tunc conditionatus sub conditiona de præsenti, quia stat simul cum consensu patris, & ast sufficians ad matrimonium.

Contrariam tamen sentantiam non radargueram improbabilitatis, & illam etiam docent plures Canonistæ præsertim Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. ante 1. §.* Guttieraz *lib. 1. quæst. canon. 2. num. 21.* Navarrus *lib. 4. consil. pract. de spons. cons. 14. num. 7.* tametsi in prima aditione contrarium docuerit *eod. lib. 4. tit. de condit. apposit. cons. 1.* vult anim hæc sententia, necessarium esse novum consensum absolutum, ut contractus conjugalis initus per varba da præsenti sub conditiona de futuro, hac accedente matrimonium fiat. Ratio, quâ nititur, ast, quia ad matrimonium requiritur consansus purus, & absolutus da præsenti: sed prior consensus non fuit talis, proinde raquiritur alius novus consansus, qui sit purus, & absolutus: minor liquet quia prior consensus fuit conditionatus, & suspensus, proinde insufficiens non solùm ad matrimonium, sed atiam ad sponsalia *c. unic. de spons. in 6.* 51

Verùm posset respondari, consensum datum sub illa conditione non fuisse purè conditionatū, nec purè absolutum, sad absolutum sub ratione conditionis implendæ, adeò ut cùm primùm impletur conditio, fiat absolutus sine alio novo consensu, quia ad hoc, ut talis consensus esset absolutus ex voluntate contrahentium nil aliud requirebatur, nisi purificatio conditionis, quæ ast veluti complemantum talis consensûs absoluti: unde non vidatur requiri alius novus consensus purus, & absolutus da præsenti, quamvis matrimonium exigat consansum purum, & absolutum, quia hic consensus sufficienter habetur, cùm primum purificatur conditio. 52

Neque obstat, si dicas, ante purificatam conditionem talem consensum fuisse tantùm conditionatum. Nam respondetur, fuisse tantùm conditionatum actu ante adimplationem conditionis, & simul absolutum in potentia dependenter ab impletiona conditionis, adaò ut hâc positâ fiat actu consensus absolutus, & transeat de statu actu conditionato ad statum actu absolutum, seu da statu absoluto tantùm in potentia ad absolutum in actu. Idque non solùm in ratione contractus, sed etiam sacramenti, quia id est peculiara huic sacramanto præ aliis, ut fundetur in contractu, cujus naturam sequitur: & hæc est atiam ratio, cur cætera sacramenta non dependaant à conditione da futuro; 53

sed

sed statim valide sint, aut nulla, ut si dicas, ego te absolvo, si restitueris, absolutio est nulla, quia pœnitens debet promittere absolutè restitutionem, & sacerdos absolutè absolvere.

53 Si dicas, adimpletionem conditionis non efficere novum consensum, proinde si prior non sufficiebat, ente impletionem conditionis, nec etiam sufficiet post illius eventum. Contra est, quia licèt adimpletio conditionis non efficiat novum consensum, efficit tamen, ut prior consensus conditionatus actu, & absolutus in potentia, transeat de statu conditionato actu ad statum absolutum actu, & id sufficere ad valorem matrimonij.

54 Quæritur decimooctavò, quònam matrimonium validum sit, quendo quis contrexit cum duabus sub conditione honesta de futuro, si utraque conditio adimpleatur? Respondetur, validum semper esse primum matrimonium, & in foro conscientiæ teneri contrahere cum prima, quia obligatio orta ex priori promissione non potuit dissolvi per posteriorem: unde quamvis conditio apposita contractui posteriori priùs eveniat, adhuc tenetur promittens expectere adimpletionem conditionis adjectæ primo contractui. Sin verò aliquis contraheret sponsalia de futuro cùm duabus sub conditione honesta de futuro, si metrimoinum de præsenti iniret cum secunde, metrimonium valeret, quia vinculum matrimonij est fortius, & huic cedic vinculum sponsaliorum: secus tamen est, quando contrahuntur tantùm sponsalia de futuro, quia tunc neutrum vinculum est fortius, & prima obligatio orta ex priori promissione non dissolvitur per posteriorem.

55 Posset tamen in contrarium objici, quie promittens contrahere cum secunda, per secundam promissionem recedit à priori voluntate contrahendi cum prima *l. fin. ff. de divort. in fin.* ergo dissolvitur prior obligatio per posteriorem, quia ad hoc ut adveniente conditione perficerentur priora sponsalia, necessè erat, ut contrahens permeneret in eadem voluntate, & cùm promiserit secunda sponsalia, non perseveravit in prima voluntate.

56 Sed contra quia id tentùm procedit, quendo contractus cum secunda est purus, & absolutus, quia iste est tunc incompossibilis cum priori contractu conditionali: & de hoc contractu absoluto communiter intelligitur *lex illa fin. ff. de devortijs*: non ita procedit, quando contractus cum secunda initus est similiter conditionatus: quia hic potest simul cohærere cum priori contractu, & fieri validus, si ejus conditio adimpleatur, non adimpleta priori: rectè enim post intelligi, quòd perseveret voluntas contrahendi eum duabus disjunctim, scilicet cum prima, si conditio, quæ ab illa exigitur, impleatur; & cum secunda in defectu primæ conditionis.

57 Præterea esto contrahens per secundam promissionem, mutaret priorem voluntatem, ac proinde adveniente conditione primi contractûs prima promissio non haberet vim sponsaliorum, & ideo non teneretur contrahere cum prima ratione sponsaliorū; non tamen extinguitur obligatio primæ promissionis: proinde adhuc tenetur ad priorem contractum, si non ratione sponsaliorum, saltem ratione promissionis, & obligationis jam contractæ, cui posterior contrectus non potest derogare.

Posset tamen instari, quia in his, quæ pendent à libera voluntate, standum est ultimo actui, ut liquet in testamentis §. *posteriori institutione, quibus mod. testam. infirm.* quia positâ priori promissione adhuc liberum est ab ea recedere, & cum altera contrahere, proinde standum erit ultimo contractui. Sed contre quia id tantùm procedit, quando actus sunt inter se incompossibiles; vel quando non solùm est liberum, sed etiam licitum à priori voluntate recedere, ut liberum, & licitum est Testatori revocare priorem voluntatem: at qui contraxit sponsalia, & obligationem cum une, non est illi licitum à tali promissione recedere, proinde si secundus contractus sit pariter conditionatus, non prævalet priori, cui propterea standum est. 58

59 Quæritur decimo nonò, an matrimonium de præsenti initum ee conditione, ut alter conjux non teneatur debitum reddere, quoties alteri non licet exigere, validum sit? Respondetur conditionem hanc adjectam matrimonio de præsenti esse contra ejus substantiam, illúdque propterea irritere: siquidem talis conditio jure non inest, & in pluribus eventibus vir peccat mortaliter exigendo debitō, quod uxor negare non potest, ut si vir emiserit votum castitatis, vel petat affectu fornicerio debitum, vel credat metrimonium non esse validum, uxore sciente esse validum: unde si ex posita conditione licitum sit, tunc negare debitum, sequitur manifestè, non esse plenè translatum corporis dominium, proinde metrimonium non sortiri suum valorem, quia, ut validum sit, requiritur plena translatio dominij corporum, nisi ambo conjuges castitatem voveant, quie tunc menerent conjuges, quamvis non possent debitum petere, nec reddere, quia id non proveniret ex defectu translationis dominij, sed ratione voti liberè ab utroque emissi.

60 Cæterum præscindendo à voto castitatis emisso ex mutuo consensu, & libero, per matrimonium acquiritur jus justitiæ ad corpus alterius, tametsi nonnunquam, qui illud exigit, peccet contra temperantiam, proinde conditio, quæ aufert hoc jus justitiæ, est contra substantiam matrimonij, consequenter illud irritat: talis autem est condicio non reddendi debitum, quia tollit jus justitiæ, quod alter conjux ex vi matrimonij ecquirit, ut sibi petenti debitum reddatur. Quòd si conditio apponeretur taliter, ut posset conjux debitum negare, quoties id sibi licet, eò quia elter non habeac jus justitiæ ed petendum, ut quando adulteratur, vel petit debitum in loco sacro, tunc conditio adjecte non vitiat matrimonium, quia non est contra jus justitiæ, cum tunc mulier non teneatur debitum petenti reddere, ut docent Adrianus *4. q 3. de matrim. dub 4.* Covarruv. *4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 6.* Pos-

61 Possat tamen in contrarium objici, quis conditio adjecta contractui, ut alter conjux non teneatur debitum reddere, quando alteri non licet exigare, revera jura inest, quia si alter debitum tunc reddat, cooperatur peccato illud petentis, cùm non possit hic sine peccato matrimonio uti, proinde reddens debitum, consentit peccato alterius: & jura inest, ut non teneatur quis cooperari peccato alterius, consequenter ut non tenaatur tunc reddere.

62 Sed contra, quia non omnia consensus in peccatum alterius est cooperatio, sed tunc tantùm quando aliquia sponte consentit; non verò quando consentit, quia ex debito justitiæ, vel alteriua virtutia tenetur reddere. Idque ex eo firmari potest: qui enim juravit usuras solvere, tametsi eas accipiens peccet; non tamen peccat, qui eas solvit, quia ex juramenti religione adigitur ad eas solvendas, tametsi, qui eas recipit, teneatur restituere *c. Debitores de jurejur.*

63 Quòd si dicas, conditionem illam adjectam non reddandi debitum, quando alteri non licet illud exigere, tollere occasionem graviter peccandi? Respondetur, id esse verum, sed exinde non sequitur, quòd non vitiet matrimonium: siquidem adversa.ur ejus substantiæ, non præcisè, ut removet illam peccandi occasionem; sed quatenus tollit jus justitiæ, quod acquiritur vi matrimonij initi, ut alter conjux teneatur debitum reddere, quoties alius conjux petit: negare enim debitum esset tunc contra justitiam, cùm alter habeat jus petendi.

64 Quæritur vigesimò, an, ut conditio contraria bonis matrimonij illud irritet, debeat esse turpis? Ratio dubitandi est, Primò quia conditio honesta quamvis contraria bonis matrimonij illud non irritat, ut si duo contrahant hac lege, ut nunquam matrimonium consumment, sed in perpetua vivant castitate, vel ut consummato matrimonio ambo religionem approbatam à Sede Apostolica profiteantur. Tum quia copula carnalis non facit matrimonium, nec est de essentia illius, proinde conditio adjecta de illa non habenda, ejus essentiæ non adversatur, quia hæc consistit in mutuo contrahentium libero consensu: unde licèt conditio adjecta de non consummando sit contra bonum prolis, adhuc non irritat matrimonium, cujus essentia consistit in mutuo, & libero contrahentium consensu. Tum quia sub tali conditione contraxerunt B. Virgo, & Sanctus Joseph, quorum tamen matrimonium fuit validum. Præterea quia si ambo contrahentes antequam matrimonium contrahant, voto se religionis, aut castitatis adstringant, matrimonium est validum non obstante obligatione, quâ uterque tenetur non petere debitum ab altero: ergo hoc idem erit verum, licèt ea conditio apponatur in ipso contractu. Tum quia illa conditio videtur tacitè inesse: siquidem inito matrimonio nil prohibet, quin possint conjuges castitatem vovere, ut liquet ex *tit. de convers. conjug.* proinde expressio talis conditionis non videtur matrimonium irritare.

Quamobrem quando conditiones contrariæ matrimonio dicuntur illud annullare, ut in *c. fin. de condit. apposit.* intelligendæ sunt de conditionibus turpibus. Nihilominus contraria sententia probabilior, ac communior est, quam docent D.Thomas *4. dist. 28. q. unic. art. 4. ad 3.* D. Bonaventura *ead. dist. q. ult n. 33.* Henricus *quodlibet. 9. q. 11.* Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 3.* & ratio patitur ex eo, quia illa conditio nunquam petendi, vel reddendi debitum, quamvis honesta sit, adhuc repugnat intrinsecè, & necessariò ad matrimonium, proinde illud irritat. 65

Tametsi non sit de essentia matrimonij, ut proles, vel copula intendatur expressè, requiritur nihilominus, ne potentiæ, vel possibilitati ad hoc adjiciatur contrarius dissensus: quia licèt usus actualis matrimonij non sit de substantia illius, jus tamen, & potentia ad talem usum est de substantia matrimonij, quod essentialiter consistit in mutua corporum traditione, qua uterque constituitur Dominus alterius corporis, ad quod dominium intrinsecè sequitur jus, & potestas utendi tali corpore. Quia verò quando contractui matrimoniali adjicitur conditio, ut uterque conjux maneat in perpetua castitate, eámque voveat, non solum tollitur usus matrimonij, sed etiam jus, & potestas ad talem usum: siquidem tunc conjuges obligantur ad non petandum, nec reddandum, quæ obligatio impedit efficaciter, ne sequatur tale jus, nec acquiratur potestas, quantum est ex parte utriusque voventis, proinde talis conditio adjecta, quamvis honesta, cum adversetur substantiæ matrimonij illud irritat. 66

Neque obstat honestas conditionis. Quia eo ipso, quòd conditio est contra bonum prolis; quamvis honesta sit, matrimonium irritat, quia Pontifex *c. fin. de condit. appos.* expressè asserit, conditionem contra bonum prolis matrimonium irritare: & Pontifex non distinguit, an conditio honesta sit, an turpis, neque vim facit in turpitudine, sed in sola repugnantia bonis matrimonij: æquè enim illis repugnat sive turpis sit, sive honesta. 67

Hinc si quia matrimonium ineat hac conditione: contraho tecum, si priùs te voto castitatis ita obstrinxeris, ut nunquam à me petas, nec reddas debitum, tale matrimonium in sententia probabiliori est nullum, quia conditio adjecta adversatur bono prolis, & quantum est in se impedit translationem dominij corporis, quia cùm deducatur in pactum, ut alter voto se adstringat nunquam petendi, nec reddendi, non tantùm tenetur ad id ratione voti, & ex religione; verùm etiam ex justitia ratione pacti initi, & accepti. Tum quia frustranea esset illa potentia, quæ nunquam posset in sensu composito cum tali voto reduci ad actum sine mortali culpa, & ita docent Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. num. 1.* Sotus *in 4. dist. 29. q. 2. art. 3.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 4. num. 1.* hoc idem etiam dicendum est, si contractui matrimoniali adjiciatur pactum nunquam simul cohabitandi: quia tale pactum est contra substan- 68

tiam

tiam matrimonij, & totalem corporum traditionem: secus tamen si pactum de non cohabitando simul esset tantùm ad tempus, quia ad essentiam matrimonij non pertinet, ut omni tempore conjuges simul cohabitent.

69 Ad primam rationem dubitandi respondetur, quòd licèt copula non sit de essentia matrimonij; potestas tamen, & obligatio ad illam est de illius essentia; & quia hæc potestas tollitur per tale pactum, ideo hoc adjectum contractui matrimoniali illum irritat. Ad id, quod addebatur de Beata Virgine & S. Josepho, respondetur, eos non contraxisse matrimonium cum tali pacto, & conditione, sed absolutè consentientes implicitè in jus, & potestatem suorum corporum, quamvis uterque haberet firmum propositum servandi castitatem.

70 Ad aliud, quod addebatur de iis, qui ante matrimonij contractum se voto castitatis, vel religionis adstringunt, respondetur negando consequentiam; quia obligatio orta ex voto, cùm sit in ordine ad Deum, non tribuit jus alteri ad negandum debitum, proinde nec aufert à vovente facultatem ad tradendum suum corpus, & recipiendum alienum jus ex justitia, cum per votum non privet se dominio, quod habet in corpus alterius conjugis, nec se reddat incapacem ad illud de novo acquirendum: secus obligatio orta ex conditione apposita est obligatio in ordine ad se ipsos, proinde dat unicuique jus ad negandum debitum, & aufert ad petendum. Tum quia votum simplex non est traditio, sed solùm promissio, & sicut quod quia promittit uni, potest alteri tradere, tametsi peccet contra fidelitatem: ita tametsi homo per votum simplex promittat Deo suum corpus, adhuc potest per matrimonium illud fœminæ tradere, adeò ut hæc acquirat verum dominium: votum enim simplex quamvis impediat matrimonium, non tamen, si hoc contrahatur, illud dirimit.

71 Ad aliud, in quo addebatur, eam conditionem videri tacitè inesse, respondetur, quòd tametsi conditio illa, ut liceat utriq; conjugi ex mutuo libero consensu religionem ingredi, tacitè videatur inesse, non tamē per hoc impeditur translatio corporum, nec jus petendi, nec obligatio reddendi, si conjux ante primum bimestre, & matrimonij consummationem nolit religionem ingredi.

72 Quæritur vigesimo primò, an conditio turpis non contraria substantiæ matrimonij, nec ejus bonis, si adjiciatur contractui matrimoniali illum vitiet, ut si Titius famulus dicat Lucretiæ ancillæ; *contraho tecum, si furaberis Dominæ, cui inservis talem gemmulam, quam solet in suo scriniolo reponere?* Respondetur, talem conditionem turpem non vitiare contractum matrimonij, & haberi pro non adjecta: ratio est, quia communiter hujusmodi conditiones turpes adjiciuntur, ut impleantur, proinde habetur etiam verus consensus in tale matrimonium; & quia stante vero consensu conditio adjecta, utpote incitans ad peccandum est rejicienda, nec potest quisquam se obligare ad peccandum, ita habetur pro non adjecta, & solùm remanet verus consensus requisitus ad essentiam matrimonij.

Tum quia ita definitur in favorem matrimonij à Gregorio IX. *c. fin. de condit. appos.* ubi statuit: turpes, & impossibiles conditiones, quæ substantiæ matrimonij non adversantur, habendas esse pro non adjectis, seu esse rejiciendas in foro judiciali: perinde ac jure civili in favorem ultimæ voluntatis similes conditiones in testamentorum legatis habentur pro non adjectis *l. obtinuit. ff. de condit. & demonst. §. impossibilis. instit. de hered. instituen.* quia cum dubium esset, an seriò, vel jocosè appositæ fuerint à contrahentibus, ideò in favorem matrimonij ecclesia statuit, ita esse judicandum de matrimonio, ac si tales conditiones non fuissent adjectæ: in dubio enim non solùm in foro externo, sed etiam in interno judicandum est in favorem matrimonij: in dubio enim interno, an contrahens, qui apposuit talem conditionem, habuerit consensum absolutum, vel dependentem ab eventu conditionis, judicandum est in foro conscientiæ, matrimonium esse validum: quia in foro conscientiæ servandum est, quod servatur etiam in foro exteriori judiciali, quoties Judex non insistit falsæ præsumptioni, 73

Hinc si in contractu matrimonij apponatur conditio turpis, habetur pro non adjecta, quia in malè promissis expedit fidem non servari *c. in malis de reg. jur. in 6.* ne per illius observantiam boni mores corrumpantur *l. reprehend. C. de inst. & subst.* & quia matrimonium est res maximè favorabilis *c. cum apud despons.* ideo ejus actus sustineri debet, & conditio turpis, quæ non est contra substantiam matrimonij, rejici debet, & habenda est pro non adjecta, quia solùm illæ conditiones matrimonium vitiant, quæ sunt contra ipsius substantiam *c. fin. h. t.* & quia non omnis turpis conditio est contra substantiam matrimonij, ut si quis dicat, contraho tecum, si furtum feceris, si hominem occideris, ideò similes conditiones matrimonium non impediunt. 74

Tum quia sicut conditio turpis habetur pro non adjecta in testamentis, idque favore ultimæ voluntatis, ne boni mores corrumpantur *d. l. repreben. C de instit. & subst.* ita à fortiori debet haberi pro non adjecta in matrimonio, ut notat Hostiensis *in c. quicunque* 1. *in fin. h. t.* Quamobrem propter favorem matrimonij, & propter conservationem bonorum morum, si contractui matrimoniali adjectæ sint turpes conditiones, habentur pro non adjectis, & contractus remanet purus. Cæterum in foro conscientiæ standum est intentioni contrahentis, quia si contrahentes non habuerunt intentionem contrahendi, nec præstiterunt verum consensum, matrimonium est semper in eodem foro nullius valoris defectu consensûs, qui est de essentia matrimonij: sin verò contrahentes dubitent, an habuerint veram intentionem contrahendi, standum tunc est præsumptioni fori externi, & definitioni ecclesiæ. 75

Quæritur vigesimo secundò, an sicut condi- 76
tiones

tiones turpes adjectæ contractui matrimoniali rejiciuntur, ita etiam rejiciantur à sponsalibus, si iisdem fuerint adjectæ? Ratio dubitandi est primò, quia secluso jure ecclesiastico habente tales conditiones pro non adjectis, non rejicerentur, sed suspenderent matrimonium, donec conditiones adimplerentur: atqui jus ecclesiasticum statuens, tales conditiones turpes habendas esse pro non adjectis est restringendū ad solū matrimonium, quia corrigit jus naturale, & divinum: quævis enim correctio restringitur, proinde cùm non extendatur ad sponsalia, conditiones turpes iisdem appositæ non sunt habendæ pro non adjectis, ut in matrimonio: quæ enim à jure communi exorbitant restringi debent *reg. quæ a jure communi de reg. Jur. in 6.* & quia *in c. fin. h. t.* solùm rejiciuntur conditiones turpes adjectæ matrimonio, non debet id extendi ad sponsalia. Tum quia Pontifex in *d. c. fin. h. t.* asserit, conditiones turpes rejici favore matrimonij: sponsalia verò in jure non sunt favorabilia sicut matrimonium, etenim in *c. cum in tua de test. & attest.* declaratur, post publicatas attestationes posse recipi testes ad improbandum impedimentum objectum contra matrimonium contractum, quod procul dubio est in favorem matrimonij, ut rectè notat Glossa in *c. juravit. V. Patrib. de probat.* & nihilominus in sponsalibus non admittuntur testes post publicatas attestationes, ut habetur in *d. c. juravit*, & ibi docet Abbas *n. 2.* cùm ergo sponsalia non sint favorabilia, sicut matrimonium, ideo favor, qui *in d. c. fin. h. t.* conceditur matrimonio, non debet extendi ad sponsalia.

Nihilominus contraria sententia est com-
77 munior, eique adhærendum, & eam docent etiam D. Thomas *4. dist. 27. q. 2. art 2. in corp.* D. Bonaventura *4. dist. 24. q. 3. num. 13.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 18. §. 2.* Ratio petitur ex eo, quia sponsalia sunt, etiam ipsa quoddam initium matrimonij, proinde quod disponitur de matrimonio, censeri debet etiam dispositum de sponsalibus *l. Oratio. ff. de sponf.* sunt enim sponsalia via ad matrimonium, proinde etiam ab ipsis rejici debent conditiones turpes.

78 Ad primam rationem dubitandi respondetur cum distinctione, jus ecclesiasticum correctorium juris naturalis est restringendum, si sit in pœnam, & odium alicujus conceditur: negatur verò si non sit in pœnam, nec in odium alterius, sed tantùm in favorem contractus, tunc enim extendi debet ad casum similem: sed *in c. fin. h. t.* Gregorius IX. statuit conditiones turpes rejiciendas esse à matrimonio, idque in favorem matrimonij, ut potiùs conservetur, quàm pereat: ergò cum sponsalia sint dispositio, & via ad matrimonium, hæc exclusio conditionum turpium in favorem matrimonij extendi debet ad sponsalia cùm sint via, & dispositio proxima ad matrimonium, siquidem ob bonum matrimonij expedit etiam, ut serventur ipsa sponsalia.

79 Neque obstat, quòd addebatur, sponsalia in jure non esse favorabilia sicut matrimonium; quia in præcitatis textibus non probatur, sponsalia non esse contractum favorabilem, nec in *c. cum in tua de test. & attest.* absolutè deciditur publicatis attestationibus posse recipi testes, sed tantùm limitativè, scilicet in eo casu, ut rectè notat Glossa *V. in hoc casu* quando probata est consanguinitas, vel aliud impedimentum contra matrimonium jam celebratum: potest enim tunc altera pars publicatis attestationibus objectum impedimentum improbare; non ita in aliis casibus. Ratio etiam est, quam ibidem assignat Abbas *num. 2.* cur in sponsalibus non admittantur Testes publicatis attestationibus, quia in dissolvendis sponsalibus non subest animæ periculum, cum possint etiam mutuo consensu dissolvi, quinimò Abbas ibidem notat, quòd si in sponsalibus subsit idem periculum animæ, admittuntur etiam testes post publicatas attestationes; ut si impedimentum contra sponsalia nondum probatum sit, & publicatis attestationibus producerentur testes ad id probandum, tunc admitterentur, ne sequeretur animæ periculum, si impediti perficerent sponsalia per matrimonium, quia cùm non possent ratione impedimenti matrimonium contrahere, & si illud consummarent, adulterium committerent.

Quæritur vigesimo tertiò, an contrahens 80
matrimonium animo se obligandi ex parte contractûs, licèt non animo adimplendi, seu consummandi matrimonium hoc validum sit? Respondetur, tres esse sententias, quarum prima est Glossæ in *c. aliquando 32. q. 2. V. si ab initio* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 12.* Richard. *dist. 31. art. 2. q. 1.* & aliorum docentium, matrimonium impediri, si contrahentes illud celebrent cum intentione implicita, & virtuali servandæ castitatis, & fundantur in *c. Aliquando 32. q. 2.* ubi ex D. Augustino dicitur, qui contrahunt eo animo, ut vel filios non suscipiant, aut susceptos necent, non habent connubium, ex quo textu inferunt, matrimonium initum cum intentione non suscipiendi filios, esse invalidum: & assignant etiam rationem, quia ad matrimonium requiritur necessariò consensus saltem implicitus in ea, quæ sunt de illius essentia: atqui susceptio prolis, cùm sit finis matrimonij, est de illius essentia, proinde eo fine cessante non videtur matrimoniū suum valorem posse sortiri: hinc D. Thomas in *4. dist. 31. q. 1. art. 3.* ait: Intentionem suscipiendi prolem, & sacramentum, & servandi fidem requiri essentialiter ad validitatem matrimonij in ejus principio, proinde si matrimonium contrahatur cum intentione implicita servandi castitatem, non videtur esse validum.

Secunda sententia est Sylvestri *V. matrimo-* 81
nium 4. q. 5. Antonini in *c. Dei infidelibus de consanguin. & affin. n. 9.* Rosel. in *sum. V. matrimonium n. 11.* & docet, conditionem substantiæ matrimonij, ejúsque bonis contrariam sola mente retentam illud non vitiare: & nititur hæc sententia, quia ad matrimonium tantùm requiritur consensus contrahentium signis sensibilibus, vel verbis expressus, ex quo inferunt,

talem

talem conditionem sola mente retentam non vitiare matrimonium.

82 Tertia sententia, quæ probabilior, & verior est, proinde eidem adhærendum, procedit cum distinctione, & ponit discrimen inter eum casum, in quo quis matrimonium contrahit intentione implicitâ mente retentâ contra bonum sacramenti; ut si quis nonnisi ad biennium, vel triennium intenderet matrimonium contrahere: & inter casum, quo quis intentione internâ non tamen deductê in pactum matrimonium contrahit, contrarie tamen bono prolis, seu fidei, ut si quis intenderet matrimoniũ contrahere cum intentione non suscipiendi prolem: in primo casu docet hæc sententia, matrimonium vitiari, eò quia talis intentio contrahendi tantùm ad biennium repugnat ejus substantiæ: in secundo autem casu matrimoniũ valere, & ita videntur docere D. Thomas in 4. *art. 1. q. 3.* Layman *lib. 5. sum. tract. 10. p. 2. c. 1. n. 3.* Bonacina *tom. 1. q. 2. de natur. matrim. punct. 1. n. 10.* & alij afferentes, sine bono sacramenti nunquam matrimonium dari; posse tamen consistere sine fide, & prole.

83 Pro majori tamen hujus sententiæ explicatione observandum est, duplicem in matrimonio intervenire consensum, unum quoad obligationem ex parte contractûs; & alterum quoad essentiam ex parte contrahentis: ex parte contractus matrimonij circa ejus essentiam requiritur necessariò consensus saltem implicitus circa sacramentum, prolem, & fidem: adeò ut si aliquis matrimonium contraheret sine animo se obligandi ad copulam, nullum esset sacramentum, quia ex parte contractûs requiritur consensus implicitus quoad copulam; ex parte tamen contrahentis quoad executionem solùm requiritur consensus, non verò in prolem, & fidem, unde qui habuit consensum implicitum se obligandi ad matrimonium cum animo illud non consummandi, validum est matrimonium, eò quia consensus in copulam fit tantùm necessarius ex parte contractûs quoad illius obligationem; non verò ex parte contrahentis quoad executionem, ut contingit in juramento, quod est validum, quando jurans habet animum se obligandi licèt non intendet illud implere.

84 Hinc qui matrimonium contrahit animo se obligandi ex parte contractûs, quamvis sine intentione illud consummandi valet matrimonium; quia talis intentio ex parte contrahentis non nocet matrimonio: secus si matrimonium iniretur implicitè per solum biennium, tunc sive interveniret consensus quoad ajus obligationem, sive contra executionem, utroque modo matrimonium esset invalidum, quia talis intentio repugnet bono sacramenti exigentis perpetuitatem, & indissolubilitatem.

85 Consensus igitur implicitus in copulam dupliciter potest desiderari ad verum matrimonium. Primò ex parte contractûs, & hoc pacto semper desideratur, quia cum contractus matrimonij intrinsecè, & ex natura sua ordinetur ad copulam, qui explicitè consenit in matrimoniũ, necesse est, ut implicitè consentiat in copulam. Secundo ex parte contrahentis, & hoc pacto non est necessarius consensus implicitus in copulam: quinimò licèt contrahens habeat intentionem non consentiendi in copulam, adhuc habetur verum matrimonium.

86 Hinc ad fundamentum primæ sententiæ desumptum ex *c. Aliquando* respondetur, D. Augustinum reletum in tali textu, ibi tantùm loqui de illo casu, in quo intentio non suscipiendi prolem deducta fuit in pactum: alij etiam explicant D. Augustinum fuisse locutum de eo, qui matrimonium contrahit sine intentione se obligandi, quo pacto matrimonium est nullum.

Ad rationem ibi eddunctam respondetur, D. Thomam ibi citatum loqui de consensu obligatorie, qui selem implicitè includit etiam consensum in illa omnia, quæ ad matrimonium sunt necessaria.

87 Ad fundamentum secundæ sententiæ negatur consequentia, quia licèt ad matrimonium non sufficiet consensus internus sine signis externis, ut ritè contrahetur, ed illud tamen impediendum alteruter sufficit, unde sine consensu interno matrimonium saltem in foro conscientiæ non est validum: nemo enim potest plus se obligere, quàm intendat.

88 Stat igitur consensum implicitum in copulam, tantùm requiri ex parte contractus, & obligationis matrimonialis, non verò ex parte contrahentis, idque clerè docet D. Thomas *4. dist. 30. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3.* ibi: *Virgo implicitè consensit in copulam: at copula nunquam fuit in proposito, erat enim à Deo certificata nunquam subsequi debere.* Ubi D. Thomae ex parte contractus ponit consensum implicitum in copulam: non verò ex parte contrahentis, quia ex parte Virginis intentio erat omnino contraria. Dicitur autem Beata Virgo solùm ex parte contractûs posuisse implicitè talem consensum in hoc sensu, quatenus explicitè consensit in matrimonium cum D. Josepho, & quia matrimonium ex intrinseca sua natura ordinatur ad copulam, ideò implicitè ex parte contractûs tantùm dicitur posuisse talem consensum, non verò ex parte contrahentis, cùm Virgo habuerit omnino oppositum animum, & fuerit à Deo certificata, ut ait D. Thomas, quòd nunquam copula deberet subsequi.

89 Hinc ab alijs dicitur Beate Virgo habuisse consensum in copulam tantùm una vice, & in causa, quatenus explicitè consensit in matrimonium, quod ex natura sua ordinatur ad generationem prolis: & in hoc sensu communiter intelligitur D. Augustinus in *c. Beata Maria 27. q. 2.* asserens, eam consensisse in copulam carnalem scilicet implicitè ex parte contractus, non verò implicitè ex parte contrahentis.

90 Quæritur vigesimo quartò, an conditiones, quæ dicuntur impertinentes, si apponantur contractui matrimoniali, habeantur pro nõ adjectis. Ratio dubitandi est, quia hujusmodi conditiones videntur esse turpes: siquidem turpe est contractui tam sancto, & elevato ad rationem sacramenti adjicere conditionem impertinentem: atqui conditiones quamvis turpes, si non opponantur substantiæ matrimonij, illud non vitiant

tient, & habeatur pro non adjectis: & non omnis conditio turpis est contra substantialia ipsius matrimonij, ut contraho tecum, si furtum feceris, si homicidium commiseris: ita conditiones impertinentes adjectæ contractui matrimoniali, illud non vitiant, & ita docent Sotus *4. dist. 29. q. 2. art. 4.* Bartholomæus à Ledesme *dub. 25. de matrim. conclus. 9.* Sylvester *V sponsalia q. 5.* & alij. Nihilominus videtur dicendum, conditiones impertinentes non haberi pro non adjectis in contractu matrimoniali, sed suspendere contractum, donec impleantur, adeò ut contractus non sortiatur suum valorem, donec conditio impertinens eidem adjecta impleatur.

91 Ratio petitur ex eo, quia omnis conditio jure non improbata potest apponi matrimonio, ut colligitur à contrario sensu ex *c. super eo de condit. appos.* ibi: *conditionem ipsam canonica non improbent statuta*, & ita docent in *d. c. super eo.* Abbas *n. 4.* Alexander de Nevo *n. 6.* atqui conditiones impertinentes nullo jure reprobantur, quia *c. fin. de condit appos.* tantum rejicit conditiones turpes, eo quia incitant ad peccandum; adeò ut ratio, cur conditiones turpes habeantur pro non adjectis, sit, quia incitent ad peccandum: atqui conditio impertinens ad nullum inducit peccatum, proinde non debet haberi pro non adjecta, ut habetur conditio turpis, cùm non sit utrinque par ratio. Conditio enim impertinens ea dicitur, quæ non pertinet ad contractum matrimonij, eò quia connexionem non habeat cum ipso, nec incitat ad malum, ut contraho tecum, si navis Francisci ex Indiis venerit: hujusmodi conditiones non pertinentes ad matrimonium, nec incitantes ad malum suspendunt contractum, donec impleantur. Ratio est, quia hujusmodi conditiones non possunt dici præsentes in suis causis, cum effectus non contineantur in causis proximis determinatis, ut notant Coverruvias *4. decret. 2. p. c. 3. § 2. num. 11.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 11. num 4.*

92 Hinc ad rationem dubitandi respondetur, quod temerè adjicerem matrimonio conditionem impertinentem non vacantem omni culpâ, non tamen est conditio ita turpis, quæ haberi debeat pro non adjecta: siquidem nec obligat, nec incitat contrahentem ad ullum peccatum in futurum committendum ut notat Coverruvias *in c. cum tibi. num 13. V. hac tamen de testam.* hinc ideo in hoc contractu contraho tecum si furtum feceris, conditio habetur pro non adjecta, & contractus est validus, quia conditio incitat ad peccatum in futurum committendum: & in malis promissis expedit, fidem non servari *c. in malis de regul. jur. in 6.* ne per illius observantiam boni mores corrumpantur.

93 Imò cùm nemo possit obligari ad peccandum, talis conditio turpis nullam potest obligationem inducere, nec servanda est, proinde rectè habetur pro non adjecta: at in hoc alio contractu contraho tecum, si navis ex Asia appulerit, conditio non incitat ad malum, & tantùm adjicitur ad explicandum animum contrahentis esse, non inire matrimonium ante navis adventum, proinde conditio quamvis impertinens non habetur pro non adjecta, sed suspendit contractum, donec conditio impleatur.

Quæritur vigesimo quintò, qua ratione matrimoniū sub conditione impossibili initum judicio ecclesiæ præsumatur tale, ac si talis conditio non esset adjecta, ut desumitur ex *c. fin. de condit. appos.* ibi: *Aliæ conditiones appositæ in matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debent propter ejus favorem pro non adjectis haberi*: ex quo textu liquet matrimonium initum sub conditione impossibili suum sortiri valorem rejectâ tali conditione: in quo tamen videtur esse difficultas non modica, quia ecclesia nunquam præsumit aliquid sine justa causa, alioquin præsumptio esset iniqua: quia idem est præsumptio juris apud Juris consultos, quod apud Rhetores probatio verisimilis artificialis, ut notat Menochius *lib. 1. de præsumpt. q. 4. num. 1.* atqui probatio verisimilis definitur à Quintiliano *lib 5. instit. Orat. c. 9.* cum aliquibus positis probabiliter, & verisimiliter, sequitur, quod intendimus: at si conditio sit impossibilis nulla potest ex ipsa haberi conjectura consensûs, sed potius dissensûs: idque liquet ex communi loquendi usu, & praxi; quando enim vult quis alteri aliquid petenti, illud negare, solet respondere tibi hoc dabo, si ad lunam usque evolaveris, vel digito cœlum tetigeris: ergo nulla est ratio, ob quam ecclesia debeat tunc præsumere consensum. Tum quia conditio impossibilis, si seriò apponatur, reddit jure naturæ matrimoniū invalidum in foro conscientiæ, ut si quis sine animo contrahendi, contrahat sub hac conditione si cœlum digito tetigeris, cùm sciat conditionem non posse impleri, & esse impossibilem, satis apertè significet, se non consentire tali matrimonio, quod propterea est irritum: siquidem qui non consentit nisi sub conditione impossibili revera non consentit *l. non solum ff. de act. & oblig.* atqui deficiente consensu matrimonium haberi non potest. Imò etiam in sensu externo tale matrimonium est invalidum si contrahens, qui apposuit talem conditionem impossibilem declaret, se contrahere nolle, nisi conditio impleatur; ratio est perspicua, quia cum in tali casu constet, contrahentis intentionem fuisse suspendere consensum ad eventum conditionis, non datur locus, ut ecclesia possit præsumere contrahentem habuisse contrariam intentionem; proinde non potest judicare matrimonium illud fuisse validum.

Secundò quia cæteri contractus initi sub conditione impossibili sunt invalidi *l. impossibilis 7. ff. de V. O.* & *§. si impossibilis instit. de inutil. stipul.* atqui matrimonium consensum exigit magis liberum, quàm cæteri contractus, unde si metus cæteros contractus irritat, à fortiori, etiā irritum matrimonium, cui adjicitur conditio impossibilis. Ratio itidem desumitur ex *l. Non solùm 30. ff. de act. & oblig.* ubi omnes contractus initi sub conditione impossibili dicuntur invalidi: & ratio, quæ ibi adfertur, est; *Quia in tam, quæ ex duorum pluriumve* 94

consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum procul dubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment. apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem: ex quo textu liquet, adjectionem conditionis impossibilis esse indubitatum signum dissensus, proinde irritum reddere matrimonium.

95 Tum quia in cæteris contractibus jus potest supplere consensum, vel in favorem alterius contrahentis, qui conditionem impossibilem non adjecit; vel in pœnam illius, qui eam adjecit: & nihilominus jus non supplet talem consensum, sed declarat hujusmodi consensus invalidos: ergo à fortiori id debet præsumere de consensu requisito ad matrimonium. Tum quia quoties conditio nectitur cum ipso facto, ut promitto tibi, quod petis, si cœlum digito tetigeris, vel si tu montem aureum mihi dederis, jus præsumit dissensum, ut notat Glossa §. *impossibilis V. impossibilis instit. de hered instit.* & desumitur ex *l. Cùm hæres 4. §. 1. ff. de statu liberi.* ergo à fortiori erit præsumendus dissensus in matrimonio, cui adjecta est conditio impossibilis.

96 Respondendum nihilominus est ad quæsitum, matrimonium sub conditione impossibili initum judicio ecclesiæ præsumi tale, ac si talis conditio adjecta non esset, idque desumitur ex *c. si conditiones fin h. t.* ubi Gregorius IX. declarat, conditiones turpes, & impossibiles non adversantes substantiæ matrimonij habendas esse pro non adjectis, seu esse rejiciendas in foro judiciali ecclesiastico; perinde ac in jure civili in favorem ultimæ voluntatis eædem conditiones in testamentorum legatis habentur pro non adjectis *l. obtinuit ff. de condit & demonstrat. §. impossibilis instit. de hered. institutn.* ratio ex eo petitur, quia cum dubium esset, an seriò, vel jocosè hujusmodi conditiones impossibiles fuerint à contrahentibus appositæ consensui matrimonij; in hac præsumptione statuit ecclesia judicandum esse in favorem matrimonij, perinde ac si tales conditiones adjectæ non fuissent: sicut testamenti favore jure civili creditur, testatorem per jocum conditiones illas apposuisse; ita jure canonico præsumitur, quòd contrahentes non seriò, sed per jocum eas adjecerint: quia cum ex una parte constet de animo contrahentium, qui seriò intendunt nuptias contrahere, & ex alia parte appareat voluntas conditionata, quæ prorsus censetur totum actum irritare collata conditione in eventum, qui sperari non potest, ideo in hac ambiguitate ecclesia nihil supplet de consensu, sed potiùs cum maturo judicio præsumit pro animo contrahendi, & credit, conditionem impossibilem velut ineptam, & per jocum, aut per errorem adjectam fuisse animo potiùs ludificandi, quàm dissentiendi, quia si noluissent consentire, id expressè dixissent.

97 Verùm ut hujusmodi conditio impossibilis in contractu matrimonij habeatur pro non adjecta duo requiruntur. Primò ut contrahentibus nota sit impossibilitas huius conditionis adjectæ, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. de matrim. c. 3. §. 2.* ratio est, quia matrimonium dependet ex intentione contrahentium consequenter conditio ab illis apposita habet eandem vim, quam ipsi existimant habere. Hinc conditio impossibilis existimata tamen possibilis est signum intentionis suspendendi consensum usque ad eventum conditionis. Tum quia conditio turpis existimata honesta, non rejicitur à matrimonio, proinde nec conditio impossibilis existimata possibilis, quia eodem tenore verborum loquitur Pontifex in *d. c. si conditiones fin. h. t.*

Secundò requiritur, ut contrahentes sciant 98
legem hanc ecclesiasticam statuentem talem conditionem impossibilem appositam matrimonio esse habendam pro non adiecta, ut notat Covarruvias *loc. cit.* quia si contrahentes conscii sint huius juris in suo contractu facto sub conditione impossibili, & non declarent, se ab ipsa iuris præsumptione velle recedere; iustè præsumitur, eos juris præsumptioni stare, & sensum ipsius in tali matrimonio intendere.

Hinc quamvis conditio impossibilis relicta 99
suæ naturæ indicet dissensum: nihilominus supposito ecclesiastico statuto eam rejiciente à contractu; & supposita etiam notitia dicti statuti in contrahentibus, non indicat nisi consensum: & ratio petitur ex eo, quia qui scit conditionem impossibilem reiici ab ecclesia, & matrimonium initum validum ab ea iudicari, & hoc non obstante, eam apponit suo matrimonio, meritò præsumitur velle contrahere eo modo, quo ecclesia præsumit, scilicet validè, & absolutè nisi fortâssis aliis diversis signis oppositam intentionem manifestet.

Tum quia inter fideles est verum sacramen- 100
tum, & omnis, qui sacramentum recipit semper præsumitur illud recipere iuxtà intentionem ecclesiæ, quantum ad illius valorem requiritur.

Posset tamen in contrarium obiici: quia 101
vel Pontifex in *d. c. fin.* efficit, ut illud matrimonium sit validum; vel solùm declarat esse validum: primum non potest dici, quia tota causa efficiens matrimonii est solus consensus, qui non adfuit, & ecclesia non potest eius defectum supplere: neque dici potest secundum, quia ante tale decretum matrimonium fuisset validum, quod est falsum, quia quod declaratur validum, debet tale esse ante talem declarationem. Firmari etiam ex eo potest, quia ante illud decretum *in c. fin. h. t.* tale matrimonium erat irritum, perinde ac cæteri contractus de conditione impossibili: proinde etiam nunc debet esse irritum, quia ecclesia non potest facere de non matrimonio matrimonium.

Sed contra, quia ecclesia potest facere, quòd 102
matrimonium sit validum, non quidem immediatè, quia ita fit à solo consensu contrahentium; sed mediatè variando leges, & statuta, quibus contractus, qui antea validus non erat, postea validus sit: sicut è contra variando statuta matrimonium clandestinum, quod antea validum erat, modò est invalidum. Hinc ad confirmationem respondetur, ecclesiam non posse immediatè facere de non matrimonio matrimo-

nium, cùm id dependeat à consensu contrahentium, benè tamen mediatè condendo novam legem, quâ contractus antea non validus, si post eius promulgationem contrahetur validus sit. Ex dictis patet solutio ad rationem dubitandi, licèt enim conditio impossibilis relicta suæ naturæ dissensum indicet, stante tamen ecclesiæ statuto, & eius notitia in contrahentibus manifestè indicat consensum, & rectè præsumitur in favorem matrimonii, quia contrahentes videntur contrahere iuxta intentionem ecclesiæ. Ad id, quod addebatur de cæteris contractibus, respondetur, esse discrimen, quia ius non excludit conditionem impossibilem à cæteris contractibus, bene tamen in matrimonio: hinc in cæteris contractibus conditio non habetur pro non adiecta, sed relinquitur suæ naturæ, proinde indicat dissensum: secus in matrimonio. Tum quia cæteri contractus non sunt ita favorabiles sicut matrimonium, proinde ecclesia declaravit, conditionem impossibilem adiectam contractui matrimonii haberi pro non adiecta, perinde ac ius civile declarat, conditionem impossibilem adiectam ultimis dispositionibus testamentariis haberi pro non adiecta *l. 1. qui testamenta l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* & licèt, qui disponit sub conditione non minus conferat voluntatem suam in conditionis eventum, quàm qui promittit *l. unic. §. sin autem C. de caducis tollendis l. cedere ff. de V. S.* nihilominus post prolixam controversiam diligenter discussam placuit prudentibus statuere, ut conditiones impossibiles adiectæ ultimis dispositionibus non vitient ultimas dispositiones testamentarias, quia Testatoris interest, voluntatem suam adimpleri *d. l. 1. C. de SS. eccles.* Imò & Reipublicæ interest voluntates defunctorum ratas esse *l. vel negare 5. ff. quemadmodum testam.* hæc autem ratio cessat in contractibus.

Tum quia in contractibus duo sunt, qui con- 104
sentiunt, & potest ambobus imputari maximè creditori, cur sub impossibili conditione consenserint *l. non solum 31. ff. de obl. & act.* in ultimis verò dispositionibus nil est, quod legatariis imputetur, quia Legatarii nihil in testamento faciunt, sed patiuntur: & quia favor perinde consideretur respectu matrimonii ex iure positivo, sicut in ultimis voluntatibus ex prudentum placito; ideo, sicut in favorem testamenti creditur, quòd testator per iocum conditionem illam impossibilem apposuerit: ita jus canonicum in favorem matrimonii præsumit, contrahentes non seriò talem conditionem adiecisse.

TITULUS VI.

Qui Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt.

HActenus diximus de matrimonijs tam absolutis, quàm conditionatis, à quibúsnam contrahi possint, & quâ ætate, atque quo pacto, & etiam de impedimento duplici matrimonij tum impediente, cujusmodi sunt sponsalia de futuro; tum dirimente, quale est, illud, quod matrimonium præcedit; unde Pontifex rectè procedens, nunc agit de alijs impedimentis, quæ posita sunt, vel in defectu materiæ, ut sunt ordo, votum solemne, cognatio, affinitas, & alia ejusmodi: vel in defectu formæ, ut sunt error personæ, & conditionis, violentia, vel metus incussus, de quibus in præcedentibus egimus: vel in defectu qualitatum, circumstantiarum, conditionum accidentalium ipsius matrimonij, ut sunt votum simplex, interdictum, & alia id genus.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Septem Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. DE DIACONO 1. h. t. Alexander III. rescribit, quòd si Diaconus vulneraverit alium Diaconum, & uxorem duxerit, debeat uxorem dimittere, & si contritus accedat, etiam absolvi injunctâ illi pœnitentiâ pro utroque excessu, quâ peractâ si fuerit perfecta vita, & conversationis, possit Episcopus cum illo dispensare, ut exerceat officium Diaconatus, & ascendat ad sacerdotium. Rursus declarat, Subdiaconum non posse contrahere matrimonium, sive fuerit homicida, sive non. Ubi tamen notat Glossa, absolutionem ob enormem percussionem esse petendam à Papa, & Episcopum posse dispensare cum Diacono, qui de facto contraxit matrimonium, ut post peractam pœnitentiam, & vitæ emendationem, possit ministrare, quia, ut notat Panormitanus, si constitutus in sacris matrimonium contrahat, efficitur irregularis, adeò ut non possit in susceptis ordinibus ministrare, nec ad majores promoveri.

C. EX

C. *EX LITTERARUM* 2. h. t. Idem Pont. rescribit, Subdiaconum de facto contrahentem matrimonium debere prius ad religionem transire: quòd si post laudabilem conversationem visum fuerit Episcopo, statuit Pontifex, ut possit Episcopus ei concedere, ut ad altiores ordines promoveatur, secus si nolit transire ad religionem: tunc enim prohibetur ipsi ascendere ad majores ordines, & ministrare in subdiaconatu, quamvis possit ministrare in minoribus. Ubi notandum est, hunc textum videri cum præcedente pugnare, quia in illo Episcopus potest dispensare, ut ministret, non verò in præsenti: verùm ratio discriminis ex eo petitur, quia subdiaconus in præsenti textu non videbatur verè pœnitens, & præsumptio erat contra ipsum, & ideo si intret religionem in favorem ejusdem potest dispensari: secus in textu superiori, Episcopus dispensat post peractam pœnitentiam, & perfectam conversionem, proinde subdiaconus in illo textu videbatur verè pœnitens, non in isto. Sunt tamen, qui volunt, præsentem textum loqui tantùm de consilio, non verò de jure, quia Episcopus ex c. præcedent. potest dispensare.

C. *MEMINIMUS* 3. h. t. Idem Pont. rescribit, votum solemne religionis impedire, ac dirimere matrimonium postea contractum: simplex autem tantùm impedire, non dirimere. Hoc est discrimen inter utrumque votum, quia solemne acceptatur à DEO per Prælatum monasterij, in quo quis profitetur, & ideo dirimit matrimonium, quia est vinculum fortius, unde post illud contrahens compellitur ad religionem redire, & servare votum: secus simplex, quia non acceptatur per Prælatum monasterij, non dirimit, sed tantùm impedit matrimonium, quod propterea facit illicitum.

C. *CONSULUIT* 4. h. t. Idem Pont. statuit, ut qui suscipit habitum professorum, vel velamen virginum à non habente potestatem incorporandi religioni, nec proprijs renunciavit, nec professus est obedientiam, si habitum dimittat, non possit matrimonium contrahere; quod tamen, si contrahat, teneat: quia sicut votum simplex impedit contrahendum, sed non dirimit contractum, ita habitus religionis susceptus sine professione impedit, non dirimit matrimonium. Ex quo textu liquet, susceptionem habitus religiosi æquiparari à Pontifice voto simplici, quia suscipiens seriò habitum religiosum licèt extra religionem, & à non habente potestatem, præsumitur, non solùm habere propositum, verùm etiam votum emisisse intranda religionis.

C. *VENIENS* 5. h. t. Declarat idem Pont. Quòd si mulier, quæ dedit fidem sponso, postea voveat castitatem, & sponsus aliam ducat; si non potest se continere, timeátque peccatum fornicationis, debeat ab ecclesia dispensationem petere, & nubere alteri; sed simul subire pœnitentiam sibi injungendam pro fide mentita, votóque violato, si enim satisfecerit, potest, cui vult, nubere. Ex hoc textu claret, sponsalia dissolvi per votum simplex castitatis postea emissum: alioquin qui vellet sponsalia servare, non peccaret contra votum, quia hoc non obstante adhuc maneret obligatio ad nubendum. Tum quia votum subsequens castitatis dirimit priorem promissionem nubendi de futuro, quia promissio hæc nubendi facta homini mutatur in melius, seu in obligationem servandi perpetuò castitatem, quæ magis DEO placet. Tum quia in sponsalibus de futuro tacita inest conditio, nisi sponsus meliorem statum elegerit, & status castitatis est melior statu matrimonij. Tum quia per votum ingrediendi religionem dirimuntur sponsalia, proinde etiam per votum simplex castitatis. Et licèt plures contrarium sentiant, hoc unum certum est in omnium sententia, voventе uno ex sponsis castitatem alterum fieri liberum à servanda fide sponsaliorum, quia vovens eo ipso, quòd emittit votum castitatis, renunciat sponsalibus, quia hæc ordinantur ad matrimonium, quod non potest cohærere cum voto castitatis. Tum quia per tale votum conditio voventis notabiliter variatur, cùm teneatur abstinere à petitione debiti, quod respectu fœminæ est onus gravissimum, si semper sola ipsa deberet petere.

C. *RURSUS* 6. h. t. Cœlestinus III. declarat, eum, qui vovit castitatem, si postea juret, aliquam ducturum, teneri votum servare, eò quia votum simplex castitatis non minus obliget apud Deum, quam solemne: & mandat Pontifex, esse illi injungendam pœnitentiam de juramento temerario: sin verò de præsenti contraxit, declarat Pontifex, matrimonium valere, quia votum simplex impedit quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. Cæterum cùm dicitur in textu, votum simplex non minus obligare, ac solemne, id intelligitur, quatenus utrumque obligat, & utriusque transgressio sit peccatum lethale: alij explicant, illud utrumque non minus obligare, ratione temporis, eò quia utrumque obliget in perpetuum, licèt graviùs peccet transgressor voti solemnis. Cæterum votum solemne est semper fortius simplici, quia hoc tantùm impedit, non dirimit matrimonium; solemne verò non solùm impedit, ne licitè contrahatur, sed etiam contractum dirimit.

C. *INSINUANTE* 7. ET ULT. h. t. Innocentius III. rescribit, eum, qui vovit solemniter licèt cum modica coactione, quam patientia, ac perseverantia temporis per se tollit; si postea contrahat matrimonium de præsenti, matrimonium esse invalidum, & ipsum cogendum esse per censuras, ut revertatur ad religionem. Ex hoc textu notat Glossa, posse aliquem Monachum esse, & habere usum fructum rerum suarum pro suo victu, & vestitu, c. si quis non potuerit q. 1. Hinc si quis religionem profiteatur ea conditione, ut liceat sibi proprium, & bona immobilia possidere acquirendo, vel retinendo ea, ut propria, etiam invito Prælato, tametsi talis professio sit nulla, eò quia repugnet essentiæ status religiosi, non tamen est nulla, si solùm usum quis sibi re-

servet pro suis necessitatibus, & congrua sustentatione ex licentia superioris, & quidem revocabili ad ejus nutum, ut notat Barbosa hic.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

An, & quo iure votum solemne emissum in religione approbata per solemnem professionem dirimat matrimonium.

1 DUplex est votum castitatis, ant religionis, solemne unum, alterum simplex: illud duobus modis emittitur; vel per susceptionem ordinis sacri, vel per professionem solemnem amissam in religione approbata. Rursus votum simplex duobus etiam modis emittitur; vel extra solemnem professionem, cujusvis religionis approbatæ, vel in religione approbata, ut in societate JEsu per professionem post biennium. Certum est, votum solemne emissum par solemnem professionem in religione approbata dirimere matrimonium, si hoc postea contrahatur, tametsi consummatum fuerit, idque expressè definitur in Concilio Tridentino *sess. 24. de matrim. can. 9.* & desumitur etiam *ex c. meminimus 3 h. t.* ubi Alexander Papa rescribit, quòd votum solemne religionis impediat, ac dirimat matrimonium postea contractum, hoc idem atiam habetur *in c. consuluit de convers. conjugat.* & *in c. insinuante 7. & ult. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd qui vovit solemniter licèt cum modica coactione, quam patientia, ac persaverantia temporis per se tollit; si deinde contrahat matrimonium de præsenti, matrimonium non valeat, & qui contraxit, per censuras cogendus sit, ut revertatur ad religionem.

2 Hoc idem atiam fuit statutum in pluribus Concil. Chalcadonēsi *can 26.* Triburiensi *can. 23.* Jerovolensi *can. 2.* Ratio est, qoia per votū emissum in solemni professione Raligiosus, se, suúmque corpus Deo in religione publicè, & solemniter offert, ac tradit: sed quod semel est alicui datum, non potast ampliùs alteri dari, eo quia per primam donationem dominium rei fuit translatum: unde Raligiosus, qui semel emisit votum solemna in religione approbata cum se totum Deo mancipaverit, non potest postea in fœminam transferte dominium sui ipsius; cùm tale dominium jam sit Deo per votum solemna acquisitum: hinc æquum fuit, ut ecclesia tale impedimentum dirimens eidem professioni adjiceret, ne scilicet religiosi possent pro libitu ex perfectiore statu, in quo se perpetuò Deo mancipârunt, ad statum descendere imperfectiorem; & ne scandala publica orirentur, si prior fides data violaretur. Hinc votum solemne emissum in religinne approbata dirimit matrimonium postea initum, non solum ratum, sed etiam consummatum; quapropter Religiosus professus omnino invalidè post emissam professionem contrahit matrimonium: & hancaandem vim dirimendi matrimonium subsequenn Gregorius XIII. concessit etiam tribus votis simplicibus, quæ emittunt Patres societetis JEsu peracto tyrocinij biennio, ut liquet ex ejus Bulla, quæ incipit *Ascendente Domino.*

Juvar tamen observere, quòd votum castitatis sit nullum quantum ad effectum dirimendi matrimonium postea initum, si emissum non sit juxta formam à Concilio Tridentino traditam *sess. 25. c. 15. de Regularib.* ut nimirum vir, vel fœmina profiteatur post decimum sextum ætatis annum explatum, & peracto toto probetionis anno post habitûs susceptionem. Rursus præter matrimonij nullitatem Religiosi scientes matrimonium esse nullum contrahunt ipso facto excommunicationem, ut liquet ex *clement. unic. de consanguin. & affin.* 3

Major difficultas est, quo jure votum solemne castitatis emissum in religione approbata dirimat matrimonium, an solo jure humano ecclesiastico, vel etiam jure naturali divino. Trea sunt Doctorum sententiæ. Prima, quæ nunc viderut communior, asserit, votum solemne castitatis emissum in religione approbata, non nisi jure ecclesiastico matrimonium postea initum dirimere. Nitirur hæc sententia eò, quia votum simplex non dirimat matrimonium, proinde nequa votum solemne, quia hoc nil habet supra votum simplex, ratione cuius magis dirimat matrimonium, quàm simplex decretum ecclesiæ: sicut enim in voto solemni traditur persona Deo; ita etiam in simplici. 4

Secunda sentansia docet, votum solemne castitatis emissum in religione approbata non dirimere matrimonium postea initum jure naturali, sed tantum divino positivo, ur docent plures cum Almaino *in suo tractatu de potestat. eccles.* 5

Tertia sententia asserit, votum solemne castitatis emissum in religione approbata ex vi sua, ac jure naturali divino vim habere irritandi matrimonium postea initum etiam secluso quocunque jure ecclesiastico, docant hanc sentantiam D. Thomas *in 3. p. q. 53. art. 2.* D. Bonaventura *in 4 dist. 28. art. 2 q. 1.* Turrecremata *c. Presbyteris. dist. 27. num. 1.* & huic sententiæ adhærendum puto: quia Religiosus par vota solemnia emissa in raligione apptobeta abdicavit à se dominium suæ personæ, illúdque transtulit in Deum; atqui semel quòd domi- 6

nium

nium rei est translatum in unum totaliter, & perfectè, non potest ampliùs transferri in alium, quia non pertinat dominium rei ampliùs ad ipsum, sed ad Deum, in quem religiosus per solemnem professiooem illud transtulit: & hæc est ratio, cur religiosus post emissam professionem non possit nubere, & solemnis professio jure oaturali divino dirimat matrimonium subsequens, quia semel quòd transtulit perfectum sui dominium io Deum per solemnam professionem, non potest postea in coujugem transferre idem dominium sui ipsius; adeò ut hæc secunda translatio sit jura naturæ irrita, quia nemo transferre potest jus in alium, quod in se noo habet; & cum per votum solemne Religiosus transferat perfectum, & totale dominium sui in Deum, non habet ampliùs dominium sui corporis ad usum matrimonij, consequenter noo potest tale dominium transferre in conjugem: oon enim potest quis donare, quod non habet, ut desumitur ex *c. quod autem de jure patron.* ubi dicitur: habari pro non dato, quod ab eo datur, qui non potest jure dooare. Firmari ex ao potest. Primò quia eatenus secundæ nuptiæ priori adhuc conjuge viventa contractæ sunt jure naturæ irritæ, quia dominium proprij corporis priori tonjugi semel tradirum per matrimonium ooo potest iterum alteri tradi: sed per solemnem professionem in religione approbata religiosus transfert totale, & perfectum dominium sui corporis in ipsum Deum: ergo non potest per subsaquens matrimonium hoa idem dominium dare coojugi. Firmatur secundò *ex c. si quis sacro. 27. q. 1.* ubi dicitur: contrahentes post votum solemne separandos esse *verbo Domini, & authoritate canonica*: quòd si *verbo Domini*: ergo de jure divino solemnis professio irritat matrimonium.

Supersunt ramen examinande fundamenta,
7 quibus nititur sententia asserens, votum solemne emissum in religione approbata, nonoisi jure humano ecclesiastico dirimere subsequens matrimonium, quam sententiam docent plures, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 26. n. 4.* ut etiam Glossa in *c. 1. a. 27. q. 1.* Dicunt enim, tradirionem factam per matrimonium non pugnare cum ea, quæ fit per professionem; proinde hanc noo dirimere matrimonium jure naturæ. Probant antecedens, quia possunt defecto simul reperiri: siquidem unus conjux potest ex consensu alterius validè religionem profiteri: immo etiam sina illius consensu, si alter adulterium perpetraverit; atqui in neutro casu dissolvitur matrimonij vinculum, sed simul cum Religione perseverat, adeò ut sint simul vinculum matrimonij, & vinculum solemnis professionis emissæ in religione approbata: ergo sicur ex eo, quòd conjux transtulir dominium sui corporis in alium conjugem, adhut porest illud dominium transferre in Deum per solemnem professionem; ita licèt priùs transtulerit Religiosus dominium sui corporis in Deum pet solemnem professiooam; adhuc potest idem dominium transferre in conjugem per subsequens matrimonium. Tum quia matrimonium priùs contractum non irritat jure naturæ votum religionis postea emissum, sed potest simul stara cum illo; proinde etiam votum solemne priùs factum non irritat matrimonium subsequens jure naturæ; est eoim utrioque par ratio: etenim sicur matrimooium prius contractum potest reperiri simul cum voto postea emisso: ita ut traditio facta per votum sit valida, noo obstanta priori traditiooe facta per matrimooium: ita à pari poterit simul reperiri matrimonium, postea contractum cum voto priùs emisso.

Sed contra, quia matrimooium potest dupliciter considerari. Primò in fieri, seu quoad sui initium, & inchoationem. Secundò in facto esse, seu postquam est legitimè contractum: si consideretur priori modo adversatur ex natura rei præcedenti professioni solemni emissæ in Religiona approbata, adeò nt semel quòd Religiosus per talem professiooem transtulerit plenum, ae totale dominium sui in Deum, non possit postea per matrimonium in fieri illod idem dominium transferre in conjugem, quia Deus jam illud acceptavit per solemnem professionem, & non est amplius sub jure Religiosi, qui cùm non habeat tale dominium, non potest illud transferre per subsequens matrimonium in conjugem; hæc enim translatio hebetur per ipsum matrimonium in fieri. Sin verò consideretur matrimonium in facto esse, potest reperiri simul cum professione valide subsequenta, & facta post metrimonium: ratio est, quia ut matrimooium validè contrahatur in fieri, requiritur necessariò mutua translatio dominij corporum inter conjuges, simul cum potestate, & jure utendi illis, & obligetione ad mutua obsequia, & cohabitationem: hæc autem trenslatio jure naturæ, & divino repugnat cum profassiona solemni antea emissa in religione approbata, quia Religiosus per professiooem jam transtulit in Deum totala dominium sui corporis simul cum perpetua obligatiooa abstinendi ab omnibus venereis, ex quo liquet, matrimonium in fieri ax natura rei pugoare cum professiooe priùs amissa: secus matrimonium in facto esse potest illæsâ maneote ejus essentiâ quoad vioculum, cassara quoad jus illud ad mutuum usum corporis, vel quia ambo conjuges liberè renuntienr tali juri. Tum quia conjuges possunt renuntiara dominio, quod ex vi matrimonij acceperant io torpus alterius, & vovere perpetuam tastitatem; adeò ut possit manere vinculum mattimonij non maoente hoc dominio in torpus alrarius conjogis: et Deus per solemnem professionem ita acceptat traditionẽ, quam Religiosus facit de se ipso, ut ampliùs illi non renuntiet. Hinc patet, eur possint conjuges ex mutuo consansu transferre dominium sui corporis in Deum per votum castitatis, val etiam pet solemnem professionem in religione apptobata; & non possit Religiosus post emissam solemnem professionem matrimonium contrahere, eò quia jure naturæ solemnis professio irritet matrimooium.

9 Si dicas, servitutem antecedentem non adversari ex natura rei matrimonio, consequenter nec votum solemne, eò quia servus ratione servitutis non fit Dominus sui corporis, cùm sit priùs Domino traditus: ergo nec abdicatio sui facta à religioso in solemni professione adversabitur matrimonio. Contra est, siquidem est discrimen inter servitutem, & abdicationem sui factam per solemnem professionem: quia traditio, quæ fit per servitutem, est omnino diversæ rationis ab ea, quæ fit per matrimonium, non solùm quoad rationem vinculi, sed etiam juris, & potestatis, quam Dominus, & conjux habent super usum corporis servi: siquidem opera, quæ à servo debentur Domino, sunt omnino diversa, nec adversantur dominio, quod alter conjux acquirit in corpus servi; quia hoc dominium tantùm est quoad usum matrimonij in ordine ad generationem prolis: opera verò quæ à servo debentur Domino, sunt eidem patère in aliis, quæ non pertinent ad ipsum matrimonium, nec ordinantur ad generationem prolis, quo fit ut servitus antecedens non adversetur ex natura rei matrimonio, cùm dominium quod habet Herus in famulum, sit omnino diversum à dominio, quod habet conjux in alium conjugem: secus operæ debita conjugi ex vi matrimonij sunt omnino eadem cum illis, à quibus tenetur religiosus ratione voti abstinere: siquidem ratione voti tenetur abstinere ab omni usu matrimonij in ordine ad generationem prolis: & per matrimonium tenetur eundem usum concedere alteri conjugi, unde idem usus, qui esset debitus alteri conjugi, non deberet ei esse debitus, eò quia carentia talis usus jam sit debita Deo ex vi voti castitatis jam antea emissi.

10 Hinc votum solemne castitatis etiam per professionem tacitam emissum dirimit matrimonium, si postea contrahatur, & desumitur *ex c. insinuante 7. h. t.* ubi Innocentius III. rescripsit, eum qui solemniter vovit religionem, si deinde contrahat matrimonium de præsenti, hoc esse invalidum, & Religiosum esse cogendum per censuras, ut revertatur ad religionem. Quinimò per professionem etiam tacitam dirimitur matrimonium postea contractum, tametsi plures ex illo filij sint progeniti, ut desumitur *ex d. cap. insinuante*, & ratio est, quia proles, vel numerus filiorum non confirmat, nec validum constituit matrimonium, aliàs ex se nullum. An verò etiam susceptio habitûs regularis impediat matrimonium contrahendum: Respondetur, susceptionem habitûs professorum sine professione extra monasterium non dirimere matrimonium postea contractum, sed illud impedire contrahendum, idque desumitur *ex c. consuluit 4. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit: qui suscipit habitum professorum, vel velamen virginum à non habente potestatem incorporandi religioni, nec proprijs renuntiavit, nec professus est obedientiam, deinde dimisso habitu non potest contrahere matrimonium: sed si contrahat, matrimonium tenet: quia sicut votum simplex impedit contrahendum, & non dirimit contractum; ita habitus religiosus susceptus sine professione: ratio est, quia susceptio habitus extra congregationem continet in se votum simplex castitatis; proinde impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.

Quòd si dicas, susceptionem habitus professorum in ætate legitima inducere tacitam professionem *c. penult. de Regul.* & *c. 1. in princ. eod. tit. in 6.* & professionem etiam tacitam dirimere matrimonium contractum. Respondetur, id intelligi, quando habitus assumitur intra claustrum, seu religionem; non ita si extra monasterium, etiam si sumatur de manu illius, qui potestatem habet incorporandi, seu admittendi ad religionem: quia per talem susceptionem habitus extra monasterium non inducitur tacita professio, nec votum solemnizatur, proinde non dirimitur matrimonium postea contractum. Tum quia habitus religiosus susceptus extra monasterium non constituit Monachum, ut desumitur *ex c. ut clerici 3. de Regul.* neque textus fuit correctus per *d. cap. consuluit. 4. h. t.* imò potiùs fuit confirmatus, ut notat Fagnanus hic *num 5.* non enim *in c. consuluit.* consideratur, an tradens habitum habeat, vel non habeat potestatem incorporandi religioni; sed illud solùm attenditur, an mulier susceperit solùm habitum sine professione, an verò etiam promiserit aliquid ex substantialibus votis, ut obedientiam, vel quid aliud pertinens ad substantiam illius. 11

Quòd si dicas *in c. vidua 4. de Regul.* mulierem accenseri professis Religiosis, eò quia habitum induerit religiosum. Contra est, quia in illo textu mulier non ex eo præcisè quia susceperat tantùm habitum religiosum accensetur religiosis, sed quia se immiscuerit actui, quem solæ moniales professæ consueverant exercere, ideóq; censebatur tacitè profiteri, quia concurrebant ea, quæ ad tacitam professionem requiruntur: secus mulier, de qua Pontifex loquitur *in c. consuluit. 4. h. t.* solùm suscepit habitum professarum, & quidem extra monasterium, neque exercuit ullum actum, ratione cujus videri posset tacitè professa. Cæterum si assumeretur habitus professorum extra claustrum monasterij, eum tamen promissione alicuius ex substantialibus regulæ, tunc votum solemnizaretur, fieretque solemne, proinde non solùm impediret, sed etiam dirimeret matrimonium postea contractum: quando verò tantùm suscipitur habitus professorum extra monasterium, sed non promittitur aliquid ex substantialibus regulæ, tunc non inducitur tacita professio, quamvis per diuturnum tempus habitus ille deferatur: sed inducitur tantùm votum simplex quod impedit matrimonium contrahendum, non verò dirimit contractum. 12

§. II.

§. II.

Quomodo votum simplex matrimonium impediat.

1 COmmunis sententia est, votum simplex, ut etiam juramentum castitatis, aut religionis, aut suscipiendi sacros Ordines, aut non nubendi impedire quidem matrimonium contrahendum, & ne licitè iniri possit, non tamen dirimere postea initum; adeò ut si qui votum simplex castitatis, vel religionis emisit, postea matrimonium contrahat, hoc sit validum, & desumitur ex *c. rursus 6. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit: qui vovit castitatem si deinde jurat aliquam ducturum, votum servet, quia votum simplex non minus obligat apud Deum, quàm solemne, & agat pœnitentiam de juramento temerario; sin verò de præsenti contraxit, matrimonium tenet, quia votum simplex impedit, sed non dirimit matrimonium jam initum. Ratio est, quia per votum simplex castitatis non fit traditio proprij corporis in alium, nec transfertur dominium proprij corporis in alium, sed tantùm fit promissio de traditione facienda: unde dominium rei promissæ manet penes voventem, hinc si qui castitatem vovit, matrimonium postea contrahat, & proprium corpus tradat alteri conjugi; illicita quidem est talis traditio, eò quia fiat contra fidem datam per votum castitatis: nihilominus traditio facta est valida, eò quia facta fuerit à vero Domino sui corporis.

2 Quòd si dicatur etiam per votum simplex castitatis fieri traditionem proprij corporis ex parte ipsius voventis. Respondetur, quòd licèt fiat talis traditio, quia tamen nondum acceptatur à Deo, eò quia non adsit superior Religiosus, qui nomine Dei tale votum acceptet, ideo qui simpliciter vovet castitatem, adhuc manet cum dominio in suum corpus, & si matrimonium contrahat, licèt illicitè, quia contra fidem datam; validè tamen contrahit. Cùm enim per votum simplex non fiat traditio corporis, nec translatio dominij illius in Deum, sicut per votum solemne, adhuc post votum simplex manet penes voventem verum dominium sui corporis, quod propterea potest per matrimonium validè transferre, quamvis illicitè, eò quia frangat fidem Deo datam.

3 Videtur tamen obstare textus *in d. c. Rursus 6. h. t.* ubi Cœlestinus III. ait, non minus votum simplex, quàm solemne obligare apud Deum: ergo si votum solemne ita impedit, ut etiam dirimat jam initum, hoc idem dicendum erit de simplici. Sed contra quia Cœlestinus III. in *d. c. rursus.* tantùm asserit, votum simplex æquè obligare apud Deum sicut solemne, quatenus utrumque votum obligat sub mortali, temetsi intrà limites culpæ lethalis strictiùs obliget votum solemne: non ita Pontifex asserit æquè obligare in ordine ad dirimendum matrimonium, quia quòd votum dirimat, vel non dirimat, id non oritur ex majori, vel minori obligatione ad servandum votum; sed vel ex ecclesiæ statuto, vel ex natura rei, quia nimirum in voto simplici non fit corporis traditio, quæ ex natura rei contrarietur matrimonio postea ineundo: & quia in voto solemni fit talis traditio, ideo non solùm impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit jam contractum.

Qui verò asserunt, votum solemne tantùm jure ecclesiastico positivo irritare matrimonium subsequens. Respondent, votum simplex & solemne non differre per se, & ex natura voti, vel jure divino specificè, & essentialiter, sed tantùm jure ecclesiastico, seu ex constitutione ecclesiæ; proinde solùm accidentaliter, & extrinsecè: & hoc pacto explicant, quomodo Cœlestinus III. *in d. c. rursus 6. h. t.* rescripserit, votum simplex non minus obligare apud Deum, quàm solemne, quia scilicet secundùm se, & seclusâ constitutione ecclesiæ æqualiter obligant: siquidem utrumque votum simplex, & solemne in perpetuum obligat, & utriusque violatio est peccatum lethale, quamvis violans votum solemne graviùs peccet: hinc addunt eandem vim etiam habere in ordine ad impediendum matrimonium contrahendum: & ex sola postea constitutione ecclesiæ fieri, ut votum solemne sit fortius, quia non solùm impedit, ne licitè, sed etiam ne validè contrahatur. 4

Hæc sententia suâ non caret probabilitate ob plures Doctores, qui eam docent, censentes votum solemne tantùm irritare matrimonium ea præcisè ratione, quia solemne est: & quia solemnitas voti est de jure tantùm ecclesiastico, ut liquet ex *c. unic. de voto in 6.* ideo inferunt, solo jure ecclesiastico votum solemne dirimere matrimonium. Idque firmant, quia acceptio traditionis factæ per votum solemne pertinet ad essentiam voti solemnis, quia per illam votum solemne distinguitur à simplici: & ratio distinctiva primaria, & radicalis est etiam constitutiva; unde liquet, solemnitatem voti esse de constitutivo talis voti, ac pertinere ad ejus essentiam: atqui hæc acceptio fit ab ecclesia nomine Dei: ergo essentia voti solemnis est ab ecclesia consequenter, quod irritet matrimonium subsequens, erit ab ecclesia, & de jure ecclesiastico. Tum quia si quis profiteatur in religione, quam falsò putet approbatam, vel etiam quamvis approbata sit, si professionem emittat in manu superioris non legitimi, revera habet animum se tradendi, & de facto se tradit Deo: & nihilominus votum illud non est solemne, nec dirimit matrimonium postea contrahendum, ut desumitur ex *d. c. rursus 6. h. t.* 5

Verùm quia diximus, votum solemne emissum in religione approbata non solùm jure ecclesiastico, sed etiam naturali divino dirimere matrimonium postea contrahendum, ideo respondetur negando assumptum, scilicet solemnitatem voti esse de jure ecclesiastico, prout importat traditionem, & acceptationem factam ab ecclesia nomine Dei; est enim hæc acceptio traditionis de jure divino. Sicut enim essen- 6

tia matrimonij non est de jure ecclesiastico, sed jure naturali divino, quatenus consistit in mutua traditione corporis unius conjugis, & acceptata ab altero; quamvis conditiones, quæ ab ecclesia requiruntur scilicet præsentia Parochi, & testium, certa ætas, & aliæ id genus conditiones, sine quibus matrimonium non sortitur suum valorem, sint de jure ecclesiastico: ita etiam ipsa essentia voti solemnis, non est de jure ecclesiastico, sed de jure divino naturali, & consistit in actuali traditione dominij ipsius voventis in manus Dei per ministros ecclesiæ accepta; tametsi circumstantiæ ab ecclesia requisitæ, ut acceptatio illa sit valida, sint conditiones, sine quibus essentia voti non consisteret: quia sicut Christus reliquit dispositioni ecclesiæ validitatem contractus civilis, & humani matrimonij: ita etiam validitatem voti solemnis: & sicut ecclesia ad validitatem contractus civilis, & humani matrimonij ob bonum commune requirit præsentiam Parochi, & testium, sine quibus non approbat ut validum ipsum contractum civilem matrimonij: ita etiam in essentia voti solemnis; ut enim hoc votum ratum, ac validum sit, requirit, ut præmittatur annos probationis; quòd tale votum non emittatur, nisi post annum 16. ætatis completum: & alias etiam exigit circumstantias, quæ tantùm pertinent ad solemnitatem accidentalem. Hinc quando *in c. unic. de voto in 6.* solemnitas voti dicitur esse de jure ecclesiastico id verum est de solemnitate accidentali explicata, non verò de essentiali.

7 Ad confirmationem respondetur, quòd tametsi essentia voti solemnis; ut etiam irritatio matrimonij postea contrahendi dependeat ab ecclesia acceptante ipsum votum, ut explicuimus: nihilominus postquam illud semel acceptavit, non ex jure ecclesiastico, sed ex jure naturæ matrimonium dirimit: non enim ecclesia concurrit ad id, ut irritet matrimonium subsequens, sed præcisè ut acceptans votum præcedens. Tum quia licèt contractus matrimonij dependeat ex consensu, & acceptione alterius conjugis; illa tamen supposita non jure amplius humano, sed jure naturæ dirimit secundum matrimonium, si contrahatur: ratio est, quia consensus alterius conjugis non concurrit ad primum matrimonium ut irritans, sed præcisè, ut acceptans traditionem corporis sibi factam per primum conjugem, quâ perseverante ex natura rei sequitur, non posse idem corpus postea alteri totaliter tradi. Ad id, quod addebatur de eo, qui profitetor in religione non approbata, respondetur negando consequentiam, quia ut paulù ante diximus illæ solemnitates sunt accidentales, à quibus tamen dependet validitas voti, ut quòd religio, in qua emittitur votum, sit approbata, & superior, qui acceptat votum nomine Dei, sit legitimè electus: hisce, & aliis conditionibus positis votum solemne ex natura sua dirimit matrimonium subsequens.

8 Dices, votum simplex castitatis irritare sponsalia post ipsum inita, proinde etiam matrimonium ex paritate rationis. Quòd irritet sponsalia post ipsum contracta, liquet, quia promissio rei illicitæ est irrita apud Deum, & non potest obligare, & post votum castitatis sponsalia sunt illicita, quia contra fidem Deo datam.

Sed contra negatur consequentia; ratio discriminis desumitur ex eo, quia per sponsalia obligatur promittens ad rem, quam sine culpa non potest adimplere, quo fit, ut talis promissio sit nullius valoris, cùm nemo teneatur ad illicitum, alioqnin non foret illicitum, nec contrahens sponsalia peccaret: secus per matrimonium licèt qui illud contrahit peccet, non tamen obligatur ad rem illicitam, quia reditio debiti, ad quam obligatur, potest fieri sine peccato, proinde hæc obligatio non est irrita ratione voti præcedentis. Si dicas, duas obligationes oppositas non posse eidem simul inesse, eò quia fortior debiliorem extinguat, & obligationem voti esse fortiorem obligatione matrimonij, eò quia illa sit immediatè in Deo, hæc in homine. Contra est, quia id non procedit, quando obligationes sunt diversarum rationum, tunc enim quæ est fortior non extinguit, sed tantùm suspendit usum alterius: hinc licèt obligatio orta ex voto simplici fortior sit ex parte illius, cui fit obligatio, seu ex parte Dei, ac proinde suspendat usum juris, seu potestatis petendi debitum, quod oritur ex matrimonio; non tamen ex parte modi obligandi est fortior: siquidem per votum simplex tantùm fit nuda promissio, & non traditio, & per matrimonium fit integra, & totalis traditio: quo fit, ut quantum ad reddendum debitum, obligatio orta ex matrimonio suspendat eam, quæ provenit ex voto. 9

Si dicas, eatenus votum solemne matrimonium subsequens dirimere, eò quia per tale votum fiat traditio corporis, & acceptio: atqui etiam in voto simplici habetur hujusmodi traditio, & acceptatio, quia quantum est ex parte voventis non minus facere videtur, qui intrà religionem coram Prælato vovet, quàm qui extra illam soli Deo, cùm enim sit homo Dominus suæ libertatis æquè potest se Deo in mancipium tradere per vota emissa extra religionem, quàm intrà. Rursus in voto simplici etiam ex parte Dei habetur acceptatio, quia ex *regula 43. juris in 6. qui tacet consentire videtur* cùm ergo Deus sit ubique præsens, & votum simplex sit res ei grata, semel quòd emittitur, censetur Deus votum simplex acceptare. Tum quia si Deus non acceptaret votum simplex ejus transgressio non foret peccaminosa. Quòd si dicas, Deum in voto simplici acceptare promissionem non verò traditionem dominij sibi oblatam, & proinde violationem voti esse solùm peccatum contra religionem, & fidelitatem, non verò contra justitiam. Id non sufficit, quia non est major ratio, cur Deus dicatur acceptare unum, & non aliud. 10

Sed contra, quia ratio discriminis, cur votum solemne dirimat matrimonium subsequens, non ita simplex, est, quia in voto simplici non 11

habe-

habetur traditio, sed tantùm nuda promissio, hinc tametsi qui soli Deo vovet voto simplici, offerat illi dominium rei promissæ, & quantum est in se habeat affectum tradendi tale dominium, uihilominus in executione illud uon tradit, idque defectu acceptionis ex parte Dei, qui in voto simplici tantùm censetur acceptare promissionem, uon verò ipsam traditiouem: ratio verò cur traditio à Deo acceptetur in voto solemni, nou simplici est, quia acceptatio promissionis ex natura sua ordinatur ad hoc solùm, ut promittens maneat obligarus ad servandam fidem, servando apud se dominium rei promissæ, & jus illo utendi: secus acceptio traditionis ordinatur ad acquisitionem dominij rei traditæ: & quia Deus de lege ordinaria non utitur creaturis se solo immediatè, ut causa particularis. Hinc est, quòd non admittat se solo, & immediatè traditionem sibi factam per votum simplex; nec accipiat dominium peculiare rei oblatæ ultra id, quod sibi competit, ut causæ primæ universali. Tum quia cum humanus contractus perficiatur per traditiouem, & acceptionem humano modo factam, ideo opus est, ut ipsi coutrahentes humano mure contrahant, nimirum sensibilibus verbis, vel signis Hinc ut Deus humano modo acceptet traditionem factam per votum, necesse est, ut illud præstet mediāte persona visibili, quæ suo nomine acceptet, ut fit in voto solemni emisso in manu Prælati; & quia in voto simplici hæc acceptatio per personam visibilem gereutem vices Dei non habetur, inde fit, quòd Deus dicatur acceptare traditionem factam per votum solemne, non ita per votum simplex.

12 Neque obstat, si dicas, vota simplicia emissa in societate JEsu post biennium novitiatûs irritare matrimonium postea contractum. Respondetur, id esse aliquod speciale concessum à Gregorio XIII. in sua constitutione, quæ incipit *Ascendente Domino* quâ correxit jus commune antiquum, ut in societate JEsu tria vota simplicia post biennium probationis emissa irritent matrimoniū, si postea contrahatur, adeò ut emittentes tria illa vota substantialia, quamvis simplicia non possint ampliùs matrimonium contrahere: & licèt in hisce votis simplicibus societatis JEsu reperiatur traditio, & acceptio, non tamen habetur plena acceptio, quia societas ita acceptat, ut possit semper retrocedere, adeò ut licèt emittens vota se obliget plenè societati, non ita societas plenè voventi, quia sibi semper reservat facultatem dimittendi ex justa causa voventem. Non tamen hæc vota simplicia societatis dirimunt matrimonium antea contractum, cum nulla de hoc in Gregoriana constitutione fiat mentio, proinde quoad hoc vota illa manent sub dispositione juris communis.

§. III.

An Ordo sacer matrimonium subsequens dirimat, & quo jure.

1 CErtum est. ordines minores non dirimere, nec impedire matrimonium *c. si quis eorum.* *c. si qui verò dist. 32.* & *c. 1. de cleric. conjugat.* quia ordo præcisè non pugnat cum matrimonio nisi ratione voti annexi, & minoribus ordinibus non inest votum coutinentiæ. Neque obstat, quòd in *can. 27. Apostolorum* præcipiatur iis, qui ad clerum profecti sunt, ut si voluerint, uxorem ducant, sed lectores, cantorésque tantummodo, quibus verbis videntur à matrimonio arceri, Acholiti, & Ostiarij. Quia ut rectè notat Bellarminus in *controvers. lib. 1. de cleric. c. 19.* illa dictio taxativa in præfato canone non excludit alios duos ordines, sed potiùs eos includit ob identitatem rationis: ut enim communiter notant juris periti, hæc est dictionis taxativæ natura, ut dissimilia tantùm excludat, & similia omnia includat.

Cæterum per ordines sacros Subdiaconatûs, Diaconatûs, & Presbyteratûs dirimitur matrimonium, si postea ineatur, ut definitur in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 9.* & desumitur *ex c. de Diacono 1. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si Diaconus vulneraverit alium Diaconum, & uxorem duxerit, teneatur uxorem dimittere, & si contritus accedat, absolvatur, & injungatur pœnitentia pro utroque excessu: quâ peractâ si fuerit perfectæ vitæ, & conversationis Episcopus potest dispensare cum eo, ut exerceat officium Diaconatûs, & ascendat ad sacerdotium. Ubi tamen Glossa notat, quòd si percussio fuerit enormis, absolutio debeat peti à Papa. Hoc idem etiam habetur *in c. ex litterarum 2. eod. tit.* ubi Alexander III. etiam rescribit, quòd Subdiaconus, qui defacto contrahit matrimonium, debeat prius ad religionem transire, & post laudabilem conversationem, si Episcopus judicaverit, potest ei concedere, ut ad ordines altiores promoveatur: quòd si uolit transire ad religionem, nou debet eidem permitti, ut ascendat ad majores ordines, nec ut ministret in suo subdiaconatu. Ratio verò, cur *in c. de Diacono 1.* dicatur, quòd Episcopus possit dispensare cum Diacono, ut ministret: & in hoc secundo capite id prohibeatur in subdiacono, est; quia Subdiaconus in hoc *2. cap.* non videbatur verè pœnitens, & præsumptio erat coutra ipsum, sed si ingrediatur religionem, in favorem religionis potest dispensari *c. 2. de Apostatis.* 2

Alij tamen censent, Pontificem ibi loqui de consilio, quia de jure Episcopus poterat dispensare. Ratio etiam est, quia cum constituti in sacris ordinibus contrectent sacra vasa, & sacramenta, æquum omnino erat, ut munditiam corporalem per continentiam servarent, proinde ecclesia sancivit, ut nec Diaconus, nec Subdiaconus matrimonium possent contrahere: quamvis in primitiva ecclesia non prohiberentur Diaconi uxores ducere, ut liquet *ex c. 1. dist. 31.* postea verò re maturiùs considerata statutum fuit, ut nec ipsi Subdiaconi matrimonium possent contrahere, ut desumitur ex *c. litterarum 2. h. t.* & *c. subdiaconi 9. dist. 32.* Hinc matrimonium initum post susceptum sacrum ordinem Subdiaconatûs est irritum: quia Ordo Sub- 3

Subdiaconatus secum trahit inhabilitatem ad contraheodum matrimonium,

4 Id tamen limitatur tripliciter. Primò nisi quis promotus fuerit ad subdiaconatum per vim sibi illatam, vel metum cadentem in constantem virum, tunc enim non teneretur servare continentiam adnexam ordini Subdiaconatûs. Ratio est, quia hic Ordo quemvis sacer non obligat ad castitatem ex natura rei, sed solùm ratione voti ex constitutione ecclesiæ adnexi Ordini sacro, etiam Subdiaconatus: atqui votum sive expressum sit, sive tacitum est irritum, si emittatur ob metum cadentem in virum constantem, vel per violentiam extorqueatur: proinde non obligat,& promotus ad subdiaconatū potest matrimonium contrahere, ut desumitur *ex c. cum dilectus 6. de his, quæ vi, metusve causa fiunt:* & quamvis votum castitatis sit annexum ex institutione ecclesiæ Ordini Subdiaconatûs, adeò ut qui promovetur ad Subdiaconatum tacitè, & virtualiter emittat votum castitatis, tamen si per vim illatam, vel metum cadentem in constantem virum promoveatur quis ad Subdiaconatum, non præsumitur vovere castitatem.

5 Limitatur secundò in eo, qui suscipit ordinem sacrum ante pubertatem; quia nec is obligatur ad servandum votum continentiæ, nisi post pubertatem illud ratificet; proinde qui ante pubertatem fit Subdiaconus, ut docet Sanchez cum probabiliori sententia *lib. de matrim. disp. 30. n. 8.* potest matrimonium contrahere, quia tametsi impuberes possint simplici voto castitatis obligari; nihilominus quia facilè possunt vota impuberum dissolvi, ac irritari à parentibus, vel tutoribus, ideo non præsumitur, ecclesiam velle obligare impuberes voto tenti momenti. Maximè quia votum solemne emissum in religione approbata ab impubere, non obligat, nisi post pubertatem ratificetur, ut habetur in *c. ad nostram 8. de reg. cancell.* unde nec votum solemne tacitè emissum in susceptione sacri ordinis obligat ante pubertatem.

6 Limitatur tertiò in iis, qui invalidè promoti sunt ad sacrum ordinem, quia cum ordo sit irritus, non habet vim trahendi secum votum castitatis, quia quod est irritum, perinde se habet, ac si non esset, proinde qui invalidè suscepit subdiaconatum, potest validè matrimonium contrahere, ut notat Barbosa *in collect. in c. de Diacono 1. h. t. n. 4.*

7 Videtur tamen in contrarium obstare textus *in c. aliter dist. 31.* ubi habetur, quòd Orientalium ecclesiarum Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi matrimonia contrahunt, ex quo textu desumitur, quòd sacer ordo non dirimat matrimonium, tametsi postea contrahatur. Sed contra quia in *cit. text.* non dicitur, quòd Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi matrimonium contrahant, sed tantùm dicitur, eos matrimonio copulari: & verbum copulari ibi non sumitur pro contrahere, nec pro celebratione contractûs matrimonialis; adeò ut sensus non sit, quòd Clerici Orientales post sacrum Ordinem uxores ducant; quia id nunquam fuit illis licitum, ut clarè habetur *in c. si quis eorum dist. 32.* Quamobrem verbum copulari in citato textu tantùm sumitur pro usu matrimonij antea contracti, qui clericis Orientalibus uxoratis ante sacrum Ordinem licitus erat. Hoc fuit discrimen inter Græcos, & Latinos, quia sacerdotibus, & Diaconis græcis conjugij ante sacerdotium initi usus permittebatur; non eo tempore, quo altaris ministerio deservirent, vel consuetudine, vel lege debebant; sed alio tempore: non enim græci sacerdotes singulis quotidie sacrum offerebant; sed dominicis tantùm ac festis diebus: quotidie autem extra tempus quadragenarij jejunij unum tantùm missæ sacrificium pro universo populo offerebatur.

8 Secus Latinorum ecclesia semper morem retinuit, ut in ea sacerdotes, & Diaconi ab omni usu conjugij etiam ante ordines sacros initi se perpetuò abstinerent, ut liquet *in dist. 31. cap. quoniam ex can. 13. Synodi Generalis*, quamvis Sotus *lib. 7. de instit. q. 6. art. 2.* canonem illum improbet. Cæterum Concilia semper inhibuerunt sacerdotibus, & Diaconis usum matrimonij, & communis omnium sententia est, Subdiaconos in ecclesia latina à tempore Apostolorū perpetuam semper continentiam servâsse, adeò ut se continuerint ab uxoribus etiam ante sacrum ordinem acceptis, ut habetur *in c. nullus dist. 60.* & in *c. à multis de atat. & quali-tat.* & *in c. miramur de servis non ordinand.* Tum quia in Romana Synodo à Sylvestro Papa coacta *can. 8.* dicitur; *Nullum Subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus.* Præterea, sicut post sacros ordines susceptos prohibentur clerici nuptias contrahere, ita etiam uti matrimonio antea contracto. Et licèt plures dubitaverint, an ordo Subdiaconatus in ecclesiis semper fuerit Ordo sacer, & habuerit secum annexum votum castitatis, nihilominus alij veriùs crediderunt, Subdiaconatum semper fuisse in ecclesia Ordinem sacrum.

9 Solent tamen objici plures textus. Primò *c. Diaconi dist. 28.* ubi dicitur, non esse prohibendos à ministerio suorum Ordinum Diaconos, qui in sua ordinatione protestati sunt, se non posse continentes esse, ac velle uxores habere, si postea nupserint. Secundò *c. quoniam 31.* & fuit desumptum ex VI. Synodo *can. 13.* ubi approbantur conjugia sacrorum hominum. Tertiò *can. 5. Apostolor.* ubi præcipitur Episcopis, & Presbyteris, aut Diaconis, ut prætextu religionis non excludant uxores suas. Quartò Concilium Gangrense tempore Sylvestri I. coactum anno 324. ubi in *can. 4.* dicitur, *si quis de Presbytero, qui uxorem duxit, contendat non oportere eo sacra celebrante oblationi communicare anathema sit.*

10 Sed contra ad primum respondetur, ibi sermonem esse de Diaconis Orientalis ecclesiæ, qui à matrimonio priùs contracto ad sacros ordines promovebantur protestantes se continere non posse, proinde de ipsis dicitur non esse prohibendos è ministerio, si postea ad nuptias pervenerint, hoc est, si nuptijs antea contractis.

tractis uti possint voluerint: quia eo ipso, quòd hi ante ordinationem fuerint protestati, ab Episcopia licentiam obtinebant. Ad secundum etiam respondetur, sermonem ibi esse tantùm de usu matrimonij clericorum orientalium. Alij tamen respondent, canones illius Synodi non esse canonicos. Ad tertium desumptum ex *can. 5. Apostolorum* respondent communiter, hunc canonem non esse intelligendum da uxore post Episcopatum, aut sacrum ordinem ducta, eò quia hæc non sit legitima uxor; sed de ea, cum qua ante sacros ordines contraxerant, & hanc præcipiebant Apostoli non deberé excludi, non quidem quantum ad torum, & copulam, sed præcisè quantum ad victum, & vestitum, ut expressè habetur in *d. c. omnino dist. 31.* siquidem cùm Apostoli illis præciparent continentiam, & pudicitiam *in d. can.* postea prohibuerunt, ne prætextu religionis, seu continentiæ, & pudicitiæ, uxores, quas ante sacros ordines duxerant, à cura sua ejicerent non suppeditantes ijsdem necessaria ad victum, & vestitum. Ad ultimum desumptum ex Concilio Gangrensi respondetur, sermonem ibi esse de eo, qui post matrimonium vivente uxore ad sacrum ordinem ascendit, & intentio Concilij erat anathematizare eum, qui ita nuptias damnat, ut putet, conjugatum non posse sacris initiari etiam de utriusque conjugis consensu.

11 Hinc sententia communior, & probabilior est, sacros ordines nonnisi de jure ecclesiastico seu constitutione ecclesiæ dirimere subsequens matrimonium, non verò jure naturali, vel divino. Ratio est, quia ecclesia clericos sacris initiatos Ordinibus reddit inhabiles ad matrimonium; perinde ac consanguineos in secundo, & ulterioribus gradibus usque ad quartum, licèt enim omnino congruum sit, ut clerici sacris initiati Ordinibus omnino castè vivant, non tamen ipsis jure divino matrimonium est interdictum, quia hoc præceptum nullibi reperitur, hinc Concilium Tridentinum *sess. 24. can. 9.* ait: *Si quis dixerit, clericos in sacris constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos matrimonium contrahere, contractumque, validum esse, non obstante lege ecclesiastica, & voto anathema sit.* Unde Concilium vidator clarè significare ex lege ecclesiastica esse prohibitum clericis in sacris constitutis matrimonium, & hoc jure ecclesiastico dirimi per sacrum ordinem.

12 Præterea quia per ordinem sacrum non fit totalis traditio hominis ipsi Deo, sed tantùm ad ejus cultum, ac divinum officium, cui jure divino, & naturali non videtur matrimonium repugnare, cum per se usus matrimonij sit licitus, ac permissus sacerdotibus græcis, quando matrimonium ante ordines sacros est initum: sin autem Ordo sacer repugnaret matrimonio, utique dirimeret matrimonium etiam præcedens ratum, perinde ac solemnis professio, quod tamen non conceditur. Præterea neque jus divinum neque præceptum Apostolorum prohibet non assumi ad sacros ordines uxoratos, cum Apostolus *1. ad Timoth. 3.* & *ad tit. 1.* dicat *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum*; licèt usus conjugij sacerdotibus postea interdicatur. Demum quia votum continentiæ perpetuæ per se, & ex natura sua non est adnexum ordini sacro, sed tantùm ex institutione ecclesiæ: neque hoc votum perpetuæ continentiæ est annexum ordini sacro ex se, nec ex sua natura ita solemne, sicut votum professionis religiosæ, sed tantùm per accidens, & extrinsecè quoad effectum dirimendi matrimonium, eò quia ex constitutione ecclesiastica reddat personas inhabiles ad matrimonium *c. unic. de voto in 6.* Demum quia initiatus sacro ordine per se principaliter tantum se offert ad ministerium sacrorum ordinum, & tantùm secundariò, & accessoriè ad servandam castitatem, quatenus hoc votum ex institutione ecclesiæ est annexum sacris ordinibus.

Non tamen desunt, qui censeant, sacrum ordinem jure divino positivo dirimere matrimonium cententes continentiam non jure ecclesiastico, sed divino esse annexam ordini sacro, proinde non posse Pontificem dispensare ut initiati sacris ordinibus matrimonium contrahant. Verùm communior sententia, & verior est, votum perpetuæ continentiæ, non nisi ex constitutione ecclesiastica adnexum esse ordini sacro, tum quia nullibi reperitur divinum præceptum, quo initiati sacris ordinibus teneantur perpetuam servare continentiam. Alij censent, ordinem sacrum dirimere matrimonium etiam jure naturæ, non quidem præcisè secundùm se, eò quia matrimonium per se spectatum non sit contrarium ordini sacro, sed ratione voti continentiæ adjuncti ordini sacro, quamvis hic non habeat tale votum sibi annexum per se ex propria natura, sed tantùm per accidens ex statuto ecclesiastico. Nititur hæc sententia, quia votum solemne est annexum ordini sacro, ut liquet *c. unic. de voto in 6.* sicut votum emissum in religione; unde sicut votum solemne in religione approbata emissum dirimit jure naturæ matrimonium postea contractum, ita etiam votum perpetuæ castitatis semel ex institutione ecclesiæ adnexum ordini sacro dirimit postea subsequens matrimonium, si contrahatur. Tum quia per tale votum adnexum ordini sacro habetur totalis traditio, & acceptio: alioquin non esset votum solemne, cum per hoc distinguatur à voto simplici: unde votum perpetuæ continentiæ ut annexum ordini sacro jure naturæ dirimit matrimonium subsequens, perinde ac solemnis professio emissa in approbata religione. 13

Sed contra, quia votum perpetuæ continentiæ adnexum ordini sacro ex institutione ecclesiæ, non est ex se, & natura sua solemne, sed tantùm per accidens sit solemne lege ecclesiæ, quantum ad effectum dissolvendi matrimonium. Secus votum solemne emissum in religione approbata per se, & ex natura sua est solemne, quia ex natura sua habet totalem traditionem, & acceptionem: ex quo clarè liquet, votum solemne ex natura sua dirimere matri- 14

monium subsequens eò quia ex natura sua sit solemne: & votum adnexum ordinibus sacris tantùm jure ecclesiastico dirimere matrimonium subsequens, eò quis non nisi ex lege ecclesiæ sit annexum ordini sacro, & sit solemne. Ad id, quod addebatur in hoc voto esse totalem traditionem, & acceptionem, respondetur, hanc traditionem proprij corporis factam in susceptione sacri ordinis non esse in ordine ad castitatem servandam, sed tantùm in ordine ad ministeria divini cultûs, cui ecclesia ob majorem decentiam voluit, ut adnecteratur votum perpetuæ continentiæ.

85 Quòd si petas, ad quid ecclesia obligat ob votum annexum sacris ordinibus. Respondetur, obligare præsertim ad tria, quorum primum est, ut nullus conjugatus sacris initietur, nisi ejus uxor perpetuam voveat castitatem, ut liquet ex *c. sanè de cleric. conjugat. c. conjugatus de convers. conjugat.* Secundum est, ut nemo postquam est sacris initiatus, uxorem ampliùs ducat. Tertium ut in sacris constitutus perpetuam servet continentiam non solùm ab actibus venereis per se illicitis, verùm etiam ab usu matrimonij, & copula conjugali, si fortassis ante sacri ordinis susceptionem matrimonium contraxerit, sed quantum ad hoc ultimum clerici Græcæ ecclesiæ id non admiserunt.

86 Quamobrem per ordinem sacrum tantùm dirimitur matrimonium subsequens, non autem, quod priùs fuerat contractum; tametsi non fuerit consummatum, sed tantùm ratum, ut habetur *in c. antiquæ unic. in extravag. Joan. XXII. de voto.* Impeditur igitur per susceptionem sacri ordinis matrimonium contrahendum, non verò contractum, adeò ut post susceptionem sacri ordinis non possit validè contrahi: quia eo ipso, quòd quis ordinem sacrum suscipit, quamvis per verba, & expressè non voveat castitatem; tacitè tamen, & virtualiter vovet perpetuam continentiam, eò quòd ex constitutione ecclesiæ sit tale votum sacris ordinibus annexum. Secus per susceptionem sacri ordinis non irritatur matrimonium præcedens etiam non consummatum, quia id nullo jure canonico, nec divino statuitur. Quapropter licèt matrimonium ratum, & non consummatum dissolvatur per ingressum religionis alterius conjugis; non tamen dissolvitur per Ordinem sacrum, si promotus ad Ordinem sacrum remaneat in sæculo: ratio discriminis est, quia ingressus in religionem est mors spiritualis, quâ ingrediens sæculo moritur, & vivit DEO; susceptio verò Ordinis sacri, non est totalis traditio sui, ut diximus.

§. IV.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

1 Quæritur primò, an votum simplex castitatis dirimat præcedentia sponsalia de futuro? Respondetur, duas adesse sententias, quarum prima respondet, sponsalia de futuro per subsequens simplex votum perpetuæ continentiæ editum etiam cum intentione permanendi in sæculo dissolvi, adeò ut vovens non possit matrimonium ante promissum postea contrahere, quia simplex promissio sponsaliorum de futuro, cùm sit promissio facta homini, debet cedere simplici promissioni factæ DEO, quia DEUS præferendus est omnibus creaturis: atqui per sponsalia de futuro promissio tantùm fit homini, & per simplex votum castitatis fit promissio DEO: ergo superveniente voto simplici castitatis præcedentia sponsalia debent dissolvi. Tum quia votum castitatis est de meliore bono incompatibili cum matrimonio. Tum quia vinculum voti est longè fortius, quàm sponsaliorum: inducit enim obligationem fidelitatis erga Deum; & sponsalia tantùm erga hominem. Tum quia promissio tunc dicitur propriè non infringi, quando in melius commutatur, ut habetur in *c. pervenit. 3. de jurejur.*

Demum quis votum continet in se hanc tacitam conditionem, nisi statum perfectiorem continentiæ elegerim. Hoc etiam desumitur ex *c. veniens 5. h. t.* ubi mulier, ut à sponsalibus liberaretur, castitatem vovit, & postea interrogatus Pontifex, an nubere posset non obstante voto, rescripsit Alexander III. ob periculum fornicationis posse, sed esse injungendam illi pœnitentiam de voto violato, ex quo textu facilè infertur, votum castitatis prævalere sponsalibus. 2

Nihilominus putârim probabilius, per votum simplex castitatis non dirimi præcedentia sponsalia de futuro, ut communiter docent Canonistæ, & videtur clarè desumi *ex d. c. veniens 5. h. t.* ubi Alexander III. mulieri, quæ post sponsalia de futuro votum continentiæ ediderat, & sponsus ad alias nuptias transierat, pœnitentiam injunxit non solùm ob fidem desponsationis violatam, & quia per ipsam stetit, ne promissum matrimonium contraheretur; sed etiam propter votum simplex castitatis emissum post sponsalia, & à quo petebat absolvi, ut posset alteri nubere: ex tali enim textu mihi videtur clarè inferendum, simplex votum castitatis non dissolvere præcedentia sponsalia, quia si vir non duxisset aliam; mulier fuisset compellenda ad contrahendum matrimonium non obstante voto simplici, ut notat Glossa *in d. c. veniens.* 3

Ratio itidem id suadet, quia Deus non acceptat votum, seu promissionem rei, quæ priùs alteri fuerat promissa, si id cedat in ejus præjudicium, quia tunc secunda promissio ob præjudicium quod infert personæ, cui facta fuerat prima promissio, est illicita, nec Deus acceptat secundam promissionem in præjudicium alterius. Hinc Deus non acceptat votum sponsi, quo promittit dare Deo suum corpus, si per sponsalia illud jam promiserat alteri, ne scilicet illi inferatur præjudicium per tale votum; quia tunc ratione damni, quod infertur alteri tale, votum non videtur licitum: licèt simpliciter votum castitatis sit de meliori bono, non ita si præ- 4

suppo-

supponat sponsalia jam inita de futuro matrimonio.

6 Neque obstat si dicas, sponsum contraxisse talia sponsalia sub tacita conditione nisi statum continentiæ perfectiorem voveret, quia nullibi in jure probatur sponsalibus inesse hanc tacitam conditionem, unde ad id, quod prima sententia addebat *ex c. pervenit 3. de jurejur.* respondetur, ibi tantùm esse sermonem de voto, quod fit Deo, qui censetur rem meliorem velle acceptare, non verò de promissione facta homini: quia hanc non licet propria authoritate in melius commutare, si inde sequatur præjudicium, & damnum tertij, ut notat Layman *lib. 5. tract. 10. p. 1. c. 2.*

Ad aliud, quod addebetur, vinculum voti facti Deo esse fortius vinculo sponsaliorum; proinde prævelere, ac infringere vinculum sponsaliorum cum hæc duo vincula sint incompossibilia, respondetur, votum simplicis castitatis esse quidem per se, & simpliciter fortius, quàm vinculum sponsaliorum de futuro, non ita si præsupponatur emissum post inita sponsalia de futuro, quia tunc votum non est validum, eò quia præcesserit promissio facta creaturæ, nec acceptatur è Deo ob præjudicium, & damnum, quod inferret sponsæ. Hinc in foro externo si sponsus afferat se post sponsalia emisisse votum continentiæ; judex ecclesiasticus debet ipsum compellere, ut viam eligat tutiorem, scilicet, ut vel sponsalia servet, & matrimonium ineat, vel ut intra certum tempus religionem ingrediatur, vel saltem ordinem sacrum suscipiat.

7 Quæritur secundò, an votum continentiæ emissum post sponsalia de futuro, cum illa non dissolvat, nec voventem impediet, quin possit matrimonium contrahere; adhuc obliget ipsum voventem, quoad se; ideò ut si moreretur sponsa, teneretur sponsus servare promissam Deo continentiam? Respondetur affirmativè, quia si sponsa decedat, cessat ratio præjudicij, & damni, quod inferebatur tertio; & ratione cujus votum cum tali damno, & præjudicio non censebatur acceptati à Deo: unde votum perpetuæ continentiæ emissum post contracta sponsalia quoad se, & prout respicit solum voventem est validum, & obligat, ideò ut teneatur cessante præjudicio, & damno tertij vovens servare suum votum, ut etiam si sponsa fidem datam remitteret, vel ex justa causa sponsalia dissolverentur; immo etiam matrimonium: teneretur semper qui vovit perpetuam continentiam, eam servare: quinimò si matrimonium contraheret, non posset debitum petere, quamvis posset illud reddere, quia quantum est ex se tenetur servare votum, quantum potest. Hoc totum desumitur *ex d. c. veniens 5. h. t.* ubi Alexander III. mulieri, quæ post fidem datam sponso castitatem voverat, & ejus sponsus aliam duxerat, facultatem concedit alteri nubendi injunctâ ei pœnitentiâ ob animum, seu intentionem violandi votum, quod propterea ex parte voventis fuit validum; quia mulier illa non petiit licentiam nubendi, cui erat desponsata, cùm hic jam duxerit alteram, ut dicitur in præfato textu: sed petiit licentiam nubendi alteri, ed quod requirebatur dispensatio propter votum, quod propterea validum erat respectu alterum, & tenebatur mulier illa perpetuam servare continentiam.

Quæritur tertiò, an qui post sponsalia edidit simplex votum continentiæ, teneatur religionem ingredi, & profiteri? Respondetur negativè, quia votum perpetuum continentiæ non est votum religionis: propterea cum non se obligaverit ad religionem, non tenetur ex vi simplicis voti castitatis religionem ingredi, & eam profiteri cùm eam non voverit. Neque obstet, quòd continentia longè facilius, ac tutius servetur in religione; quia licèt id verum sit, quia tamen vovens non se obligavit ad eam servandam per tale medium; ideo non tenetur illo uti, nec onus subire religionis: quamobrem licèt, si velit, possit religionem ingredi, & in ea profiteri, & sic dissolvere sponsalia priùs inita; non tamen compellendus est ad onus subeundum religionis, quia cum sponsalia non sint dissoluta per simplex votum castitatis, tenetur potius illa implere, ut notat Sanchez *lib. 1. de sponsal. disp. 46. n. 12.* 8

Juvat tamen observare, quòd qui votum perpetuæ continentiæ edidit, si licitè, vel illicitè postea matrimonium contrahat, tenetur quidem debitum reddere, ne ejus votum cedat in præjudicium tertij; non tamen posset debitum petere, donec dispensationem impetraret. An verò Episcopus possit tunc dispensare affirmant plures, & id inferunt *ex d. c. veniens 5. h. t.* ex quo videtur dicendum, Episcopum posse dispensare in voto perpetuæ castitatis, eò quia in dicto textu Episcopus absolverit fœminam illam à voto, quo Deo promiserat perpetuam castitatem. Communior tamen sententia, cui adhærendum puto, docet, Episcopum jure ordinario non posse dispensare in voto perpetuæ castitatis, eò quia hujus voti relaxatio reservata sit summo Pontifici. 9

Neque obstat, quod *in d. c. veniens.* Episcopus dispensaverit cum illa muliere in voto perpetuæ continentiæ, quia Episcopus tunc non dispensavit ex proprie authoritate, sed ex commissione Papæ, ut desumitur ex illis verbis, *Et ei cui vult licentiam nubendi in Domino tribuere, non postponas.* Si tamen necessitas grevis urgeret, & periculum probabile incontinentiæ immineret, & adsit moralis impotentia Pontificem adeundi, sitque periculum in mora, tunc censent, Episcopum posse interpretari intentionem Pontificis esse impedire talia mala, & facultatem concedere, ut cum talibus circumstantiis Episcopus dispenset. 10

Quæritur quartò, quid juris si de facto post contractum matrimonium vir laicus conjugatus in Provincie aliqua dissita ab ejus uxore sacros ordines suscipiat, eò quia putet ejus uxorem mortuam; an tunc matrimonium dissolveretur? Respondetur, super hac quæstione adesse constitutionem *in Extravag. Joan. XXII. unic. de voto. & voti redempt.* cui initium est 11 *Anti-*

Antiqua, ubi Pontifex ait, quòd votum per susceptionem ordinis sacri solemnizatum licèt impediat, & annullet matrimonium subsequens; non tamen dissolvit matrimonium antea contractum, etiam si ratum tantùm, & non consummatum fuerit. Unde quamvis votum perpetuæ continentiæ solemnizatum per susceptionem sacri ordinis dirimat matrimonium postea contrahendum, non ita si matrimonium sit antea contractum; quamvis tantùm ratum fuerit, & non consummatum: cùm non sit jure divino, nec canonico statutum, ut votum solemnizatum per susceptionem sacri ordinis dirimat matrimonium antea contractum. Pontifex in prædicta *Extravag.* præcipit ut si aliquis de facto post contractum matrimonium ordinatus fuerit, seu initiatus ordinibus sacris, & nondum matrimonium consummaverit, per Ordinarium instanter moneatur, & inducatur, ut religionem ingrediatur, quòd si noluerit, & uxor ejus institerit, per censuram ecclesiasticam, compellat consummare contractum matrimonium. Juvat observare, quòd si quis post initum matrimonium sive ratum, sive consummatum ad sacros ordines promoveatur adhuc vivente ejus uxore, contrahit irregularitatem; & manet irregularis, etiam soluto matrimonio: si tamen religionem approbatam ingressus fuerit, & professionem tacitam, vel expressam emiserit, poterit tunc Episcopus cum ipso dispensare, ut habetur *in d. extravag. antiqua de voto.*

12 Quòd si quæras, cur potiùs sacri canones statuerint, ut per ingressum in religionem dissolveretur matrimonium ratum, quàm per susceptionem sacrorum Ordinum. Respondetur, rationem congruentiæ posse hanc assignari, quia ingrediens religionem censetur spiritualiter mundo mortuus *c. placuit 8.* ubi Glossa *in V. mortuus 16. q. 1.* proinde est ab omni consortio prioris sponsæ in perpetuum separatus: è contra qui tantùm ad ordines sacros promovetur, & in sæculo detinetur, remanet pluribus occasionibus, & tentationibus expositus, & cum pristino præconcepto amore ad relictam sponsam.

13 Quæritur quintò, qualem pœnam incurrant clerici minoribus ordinibus initiati, si matrimonium contrahant? Respondetur clericos in minoribus ordinibus constitutos posse matrimonium contrahere, sed in pœnam privantur omnibus beneficiis ecclesiasticis: quia simul voluptatibus, & carnalibus desideriis; ac rebus ecclesiasticis, cultui divino, & obsequiis debitis Deo vacare non valent, ut ait Pontifex *in c. 9. de cleric. conjug.* hæc autem pœna incurritur ipso jure etiam ante sententiam judicis, adeò ut post contractum matrimonium non possit clericus tutâ conscientiâ fructus beneficii ecclesiastici percipere, ut fusè probat Barbosa *in collect. ad c. 1. de clerico conjug. num. 2.* Neque illi resistit, quòd pœnæ in conscientia ante sententiam judicis saltem declaratoriam locum non habeant: quia id tantùm procedit, quando pœna propriè est talis: illa autem privatio beneficiorum, & fructuum propriè non oritur ex pœna, sed potiùs ex incompatibilitate beneficii ecclesiastici cum statu matrimoniali, ita ut eo ipso quòd clericus matrimonium contrahere præsumatur renuntiâsse statui ecclesiastico, consequenter etiam beneficiis ecclesiasticis. Id tamen procedit de matrimonio actu inito, quia si clericus in minoribus constitutus tantùm contraheret sponsalia de futuro, non censeretur suo beneficio renuntiâsse, eò quia nondum statum incompatibilem cum ordine ecclesiastico actu susceperit, ut notat Sanchez *de matrim. lib. 5. disp. 46. num. 23.*

Quæritur sextò, an qui post emissum votum castitatis, vel religionis corrupit fœminam 14
sub promissione conjugii, teneatur eam ducere? In hac quæstione non conveniunt Doctores, plures docent, teneri ei nubere, nisi fæmina corrupta sub spe, & pacto conjugii gratis remittat obligationem: vel per aliam viam eidem satisfactione præstitâ liberè consentiat, ut corruptor religionem ingrediatur. Aliqui tamen procedunt cum distinctione, & dicunt, teneri nubere corruptæ, si hæc fuerit virgo, vel fœmina honestæ famæ; non ita si talis non fuerit, ita sentiunt Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 45. n. 3.* Vasquez *opusc. de restit. c. 3. §. 2. dub. 6 n. 20.* Alii cum Basilio Pontio *de matrimonio lib. 6. c. 12. n. 9.* respondent, eum qui post emissum votum religionis, vel castitatis corrupit fœminam sub pacto conjugii teneri ad utrumque, scilicet priùs ei nubere, & postea ante consummatum matrimonium ingredi religionem; eò quia cum duæ concurrant obligationes, & possit commodè utrique satisfacere, tenetur utramque servare: ea eo enim, quòd contrahat matrimonium, satisfacit obligationi justitiæ, quia cum corruperit fœminam sub pacto conjugii inivit cum illa contractum, & cùm fœmina ex parte sua jam impleverit suum promissum, tenetur ex justitia vir etiam suam promissionem implere, hoc enim pacto resarcitur damnum illatum per talem deceptionem.

Præterea satisfacit etiam voto, si ante consummationem matrimonii religionem ingrediatur, & in illa emittat solemnem professionem. 15
Verùm potârim probabilius eum, qui post votum religionis corrupit fæminam sub pacto conjugii, non teneri eidem nubere, sed satisfacere voto, ac religionem ingredi, & in ea profiteri, quia cùm vir per votum religionis, & perpetuæ continentiæ transtulerit dominium sui corporis in Deum, non habuit ampliùs jus disponendi de illo; non enim dominium, quod jam totaliter Deo dederat, potest dare creaturæ, quia Deus est in possessione totalis illius dominii: unde cum vovens promiserit Deo suum corpus per votum religionis, ac perpetuæ continentiæ, non potest postea illud promittere fæminæ etiam sub spe, quòd eamdem ducat: ideò si post contracta sponsalia hæc non dissolvuntur per simplex votum subsequens castitatis, eò quia per sponsalia de futuro sponsa acquisivit jus, ut vir ei nuberet: ita si votum religionis, & perpetuæ continentiæ priùs adatur; vovens ex vi talis voti transfert domini-um

um sui ipsius in ipsum Deum, & Deus acquirit ex vi talis voti jus, quo vovens tenetur servare suum votum: unde si postea sub spe, vel pacto conjugij corrumpat fœminam, hoc secundum pactum, non potest derogare priori obligationi contractæ ex vi voti, neque juri acquisito ipsi DEO.

16 Hinc si priùs religionem, & perpetuam continentiam voverat, non tenetur uxorem ducere ratione promissionis, quia hæc est nulla, & illicita utpote contra votum: neque tenetur nubere corruptæ ratione damni illati, quia hoc potest resarciri aliâ viâ, & præsertim mediâ pecuniâ pertinente ad ipsum voventem; & non medio corpore, quod suum ampliùs non est, sed per votum debetur Deo; damnum enim debet resarciri per ea, quæ propria sunt debitori, & non per alia, quorum dominium non est apud debitorem.

17 Quæritur septimò, an qui priùs vovit religionem, virginem defloravit cum promissione matrimonij, teneatur eam ducere, si virgo votum ignoraverit stupratoris, ac promittentis matrimonium? Plures docent non obstante tali voto teneri nubere puellæ corruptæ, si hæc ignoraverit votum promittentis; ita docent Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 45. n. 3.* Vasquez *opusc. de restit. c. 3. §. 2. dub. 6. n. 16.* Guttierez *de matrim. c. 25. n. 7.* Conink de *sacrament. disp. 23. dub. 3. conclus. 6. n. 24.* Lessius *lib. 2. c. 10. dub. 4. n. 32.* Nititur hæc sententia, primò quia ingressus religionis jam factus sit promittenti matrimonium illicitus, eò quia non possit religionem ingredi, nisi gravissimam injuriam irroget puellæ, quam sub pacto matrimonij defloravit. Secundò quia justitiæ vinculum est fortius, quàm vinculum charitatis: atqui ob vinculum charitatis superveniens non potest quis religionem ingredi, ut si parentes graviter indigeant, & filius, qui vovit religionem, possit ijsdem opitulari manendo in sæculo, tenetur parentibus succurrere, & non ingredi religionem: ergo à fortiori ob vinculum justitiæ tenetur, qui cum promissione matrimonij virginem defloravit eidem nubere.

18 Nihilominus contraria sententia mihi videtur probabilior, eique adhærendum: ratio est, quia qui virginem defloravit, non tenetur ratione pacti; vel promissionis ei nubere, quia pactum illud invalidum fuit, proinde non potuit ullam inducere obligationem: quod enim est invalidum, perinde se habet, ac si non esset, & quod non est, non potest obligationem inducere, quia non esse, non est passio: quòd verò tale pactum fuerit invalidum, liquet ex eo, quia stante voto religionis jam emisso fuit de re illicita, hoc est de matrimonio contrahendo, quod non est licitum ei, qui vovit religionem, & perpetuam continentiam: unde qui puellam violavit, non tenetur ei nubere ratione promissionis, vel pacti: neque tenetur cum ipsa matrimonium contrahere ratione damni illati: quia violans puellam sine promissione nuptiarum non tenetur ei nubere, sed aliter illi satisfacere mediante pecunia: atqui cùm in casu nostro promissio sit nulla utpote de re illicita, ut ostensum est, jam qui puellam violavit, perinde se habet, ac si eam deflorâsset nuptijs non promissis; consequenter tantùm tenetur illi satisfacere aliâ viâ, seu mediante pecuniâ, & vovens tenetur votum suum adimplere, ac religionem ingredi, & in ea profiteri.

Quòd si dicas, fictè promittentem teneri ratione illati damni puellam constupratam ducere, tametsi promissio nulla fuerit. Contra est, quia, qui fictè promisit, ideo tenetur defloratæ puellæ nubere, quia tenebatur tunc verè promittere, & non fictè: unde si deceperit puellam, debet sibi vitio vertere, & damno imputare: secus qui priùs votum religionis emisit, nec fictè, nec verè poterat promittere puellæ matrimonium, ut rectè docet Layman *in theolog. moral lib. 5. tract. 10. p. 1. c. 2. n. 5.* ubi asserit, per votum præcedens promissionem factam puellæ fuisse priùs jus Deo acquisitum: & non potuisse voventem illud postea propriâ libertate tollere contrahendo cum puella majorem obligationem. Hinc ad fundamenta, quibus nititur prior sententia. 19

Respondetur ad primum, falsum esse, quòd violator puellæ plus illi obligetur, quàm Deo per votum præcedens, quia cùm translatio sui corporis jam fuerit Deo facta, non potuit idem corpus postea promittere fœminæ privando Deum jure suo acquisito. Ad secundum falsum itidem est, quòd justitia fortiùs obliget, quàm votum: siquidem gravius peccat, qui votum violat, quàm qui in eadem materia tantùm agit contra justitiam. 20

Quæritur octavò, an qui post votum castitatis defacto contraxit matrimonium, teneatur ante consummationem illius religionem ingredi, si id necessarium sit ad votum servandum, si nimirum alter conjux nolit castitatem servare? Communior sententia docet, non teneri religionem ingredi ante consummationem matrimonij, si alter conjux nolit perpetuam continentiam servare, ita enim docent Sanchez de *matrim. tom. 1. lib 1. disp. 45.* Perez *de matrim. disp. 61. sect. 3. n. 2.* Dicastillus *de sacrament. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 10.* & alij, quos plena manu ipsi referunt asserentes, posse tunc matrimonium consummari reddendo debitum, non verò illud exigendo. Rationes, quibus hæc sententia nititur, sunt. Primò quia qui vovit perpetuam continentiam, non vovit religionem ingredi, cùm possit continentia servari sine ingressu religionis, proinde non est compellendus ad id, quod non vovit; ut possit, quod vovit, servare. Tum quia ut satisfaciat voto, non tenetur adhibere medium tam arduum, támque difficile, sicut est subire onus religionis. 21

Secundò nemo tenetur rem inferioris ordinis compensare cum re ordinis superioris: atqui religio respectu continentiæ promissæ habetur ut res superior; & est gravissimum onus; adeo ut nemo sit compellendus ad illud invitò subeundum. 22

Ter-

23 Tertiò quia id videtur etiam desumi ex *extravag. Joan. XXII. antiqua de voto & voti redemptione:* ubi statuitur eum, qui post contractum matrimonium ante consummationem invitâ uxore fuerat sacris initiatus, inducendum quidem esse, non compellendum, ut religionem ingrediatur; & nolentem ingredi, compellendum esse instante sponsa ad matrimonium consummandum, tametsi talis suscipiendo ordinem sacrum se obligaverit voto castitatis. Verùm in *d. extravag. antiqua* Pontifex non loquitur de voto castitatis emisso ante matrimonium initum, sed tantùm de voto edito post initum matrimonium, & nondum consummatum, ajt enim Pontifex votum per susceptionem ordinis sacri sulemnizatum impedire quidem, & annullare matrimonium subsequens; non verò dissolvere matrimonium ante contractum, etiam si tantùm ratum, & non consummatum fuerit; unde aliud est vovere castitatem post initum matrimonium, tunc enim votum non dissolvit matrimonium, quia esset cum præjudicio, & damno tertij, licèt vovens quantum est ex se, teneatur continentiam servare scilicet debitum reddere, non autem exigere, secus si votum fuerit emisum ante matrimonium initum, & solemnizatum per susceptionem sacri ordinis non solùm impedit, sed etiam dirimit matrimonium subsequens.

24 Quamobrem si sermo sit de voto perpetuo castitatis annexo ordinibus sacris, seu solemnizato per susceptionem Ordinis sacri, dirimit matrimonium subsequens, quia vovens tunc tenetur servare votum castitatis, & promissionem Deo factam. Quinimò D. Thomas docet, teneri etiam, qui votum castitatis priùs emisit, approbatam religionem ingredi, si alia non suppetat via, quâ possit suum votum servare, quia ille tenetur, quantum potest, servare votum castitatis: atqui si non adsit aliud medium præter ingressum religionis, tenetur illam ingredi, præsertim si voluntariè vovens in illas angustias se injecerit, ut non possit aliter suum votum servare, nisi ingrediendo religionem.

25 Quæritur nonò, an solum votum castitatis emissum in religione approbata in manu Prælati non præmissis alijs duobus votis paupertatis, & obedientiæ sit solemne, & per illud dirimatur matrimonium subsequens? Plures Canonistæ censent, tale votum solitariè emissum esse solemne, & dirimere matrimonium subsequens eâ innitentes ratione, quia in aliquibus religionibus emittatur professio per solum votum obedientiæ emissum juxta regulam. Tum quia in *c. Insinuante fin. h. t.* Innocentius III. statuit, validam esse professionem, ac per eam dissolvi matrimonium, in quo adjectum est pactum, ut profitens maneat in propria domo, ac propriâ substantiâ retentâ, ut docent Glossa *c. ex parte tua V. propositum de convers. conjug.* & ibi Innocentius *n. unic. V. consummandum.* Antoninus *c. Rursus 6. n. 8. h. t.*

26 Communior tamen sententia docet, solum votum castitatis ita emissum non esse solemne, nec dirimere subsequens matrimonium, ratio est, quia ut vota solemnia dirimant subsequens matrimonium, requiritur, ut professio emittatur in religione approbata, & talis sit, ut verè constituat Religiosum *c. unic. de voto in 6.* atqui per solum votum castitatis ita emissum non constituitur Religiosus, ut docent Sylvester *V. Religio q. 18.* Angel. *V. professio. num. 1.* & ibi Tabiens *q. 1. num. 2.* Ratio ex eo petitur, quia essentia religionis exigit tria vota substantialia emitti, quia castitas, paupertas, & obedientia nectuntur essentialiter statui religioso, ita ut sine istis non possit consistere: siquidem status viri religiosi est proficere in studio virtutum, & perfectionis, eique adipiscendæ totis viribus incumbere: ad perfectionem verò adipiscendam necessaria est animi avulsio ab iis omnibus, quæ sunt obstaculo, & impedimento etiam modico, ut Religiosus expeditè in Deum feratur, & hujusmodi impedimenta oriuntur ex usu venereorum, & ex vehementi delectatione, quâ animus ad terrena rapitur, ut fluxis adhæreseat: ex cura familiæ, filiúsque providendi, qui varijs curis, & solicitudinibus animum detinent: & ex cupiditate bonorum temporalium; ac propria voluntate: atqui hæ tres radices impedimentorum tolluntur per vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, adeo, ut Religiosus non constituatur, nisi per tria recensita vota emissa in religione approbata, quinimò hæc tria vota debent esse perpetua, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 183. art. 3.* Imò debent etiam hæc tria vota emitti in religione authoritate Apostolica approbata, ut docet Glossa *clement. c. cum ex eo V. Tertiò de sent. excomun.* Sylvester *V. Religio 1. q. 1.* Navarrus in *comment. 1. de regul.* super *c. cui portio 12. q. 1. n. 8. coral. 23.* non quod hæc Pontificis approbatio sit institutio religionis, nec de illius essentia, sed requiritur, ut conditio sine qua non, quatenus ad Pontificem pertinet, ne hæc vel illa habeatur tanquam vera religio, & exigere conditiones in professione petitas, ut vota sint solemnia: quia essentia religionis fundatur in evangelio, proinde non indiget quoad essentiam Pontificis approbatione: hinc SS. Antonius, Basilius, Augustinus, Benedictus religiones instituerunt nulla Pontificiâ approbatione requisita, cum nullibi legatur quæsita, eò quia id temporis nondum extaret jus ecclesiasticum, quod præciperet hanc approbationem; postea prohibitum fuit, ne ulla institueretur nova religio sine Pontificia approbatione, ut ostendit Bellarminus *lib. 2. de Monach. c. 4.*

Cum igitur solum votum castitatis emissum in religione approbata non constituat Religiosum, eò quia essentia religionis exigat emitti tria vota substantialia, sequitur, tale votum non dirimere matrimonium subsequens. Neque obstat, quòd in aliquibus religionibus emittatur professio solâ obedientiâ promissâ secundùm regulam, quia in tali voto obedientiæ secundùm regulam includuntur, etiam alia duo vota paupertatis, & castitatis, quia regula præcipit servari paupertatem, & castitatem, unde cùm tria vota contineantur in regula, hæc 27

emit-

emittuntur explicitè quidem votum obedientiæ, & implicitè alia duo vota castitatis, & paupertatis. Ad aliud, quod addebatur ex textu in *c. insinuante fin. h. t.* communiter respondent Jurisperiti, in ea professione adsuisse etiam votum obedientiæ, erat enim ea fœmina profitens habitatura in propria domo sub Abbatis obedientia, imò adsuit etiam votum paupertatis, quia reservatio propriæ substantiæ erat quoad solum usum de licentia Abbatis.

28 Quæritur decimò, an per vota emissa à quibusdam fœminis religiosis tertij Ordinis SS. Dominici, & Francisci dirimatur matrimonium subsequens? Respondetur cum communiori sententia, matrimonium subsequens non dirimi per talia vota emissa, quia hujusmodi fœminæ non profitentur solemniter; sed votis tantum simplicibus se alligant, ut docent Abbas *c. Ex parte 2. num. 13. de convers. conjug.* Lancellotus *instit. jur. canon. lib. 2. tit. de sponf. V. religionem.* Sotus *4. dist. 27. q. 3.* Ledesma *2. p. 4. q. 63. art. 3.* Fœminæ autem illæ D. Francisci, & Dominici, quæ in communi vivunt, & solemniter profitentur sunt verè religiosæ ex declaratione Sixti V. consequenter per earum vota dirimitur subsequens matrimonium. Non ita dicendum est de viris Eremitis, qui soli in eremo vivunt; quamvis enim olim in manu Episcopi, vel alterius Prælati profiterentur vitam eremiticam, ac propterea eorum professio solemnis esset, ac dirimeret subsequens matrimonium; hodie tamen moris est, ut similes Eremitæ, vel nulla vel simplicia tantùm vota emittant; proinde nunc per hæc vota non dirimitur matrimonium subsequens ratum, ut docet Sotus *7. de justit. q. 5. art. 3.* & Henriquez *lib. 11. de matrim. 8. num. 7.* Vinculum enim matrimonij rati non dissolvitur nisi per solemnem professionem emissam postea in religione approbata saltem alterius sponsi, si matrimonium fuerit ratum, & nondum consummatum: & tunc conjux manens in sæculo est omnino solutus à vinculo, & potest liberè ad alias nuptias transire, ut fuit definitum ab Eusebio Papa *c. de sponf. 27. q. 2.* à D. Gregorio Papa *c. decreta legalia 27. q. 2.* à Joanne XXII. in ejus *Extravag. antiqua de voto*, ab Alexandro III. *c. Ex publico de convers. conjug.* ab Innocentio III. *c. Ex parte tua eod. tit.* & novissimè in Synodo Tridentina *sess. 24. de matrim. can. 6.* ibi: *Si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugis non dirimi, anathema sit.*

29 Notandum tamen est, esse alios textus dicentes per ingressum religionis dirimi matrimonium, sed hos textus esse intelligendos non simpliciter de solo ingressu, sed de ingressu cum effectu in tali religione, seu professione solemni secuta, ut liquet ex praxi, & usu ecclesiæ, & traditione Apostolorum à Christo derivata. Hinc D. Paulus ante matrimonium consummatum convertit D. Teclam, quam etiam ad vitam perfectiorem vocavit, ut testatur D. Ambrosius *lib. 2. de virgin.* & D. Epiphanius *hæres. 58.* Rursus D. Alexius, & D. Cecilia Romæ post matrimonium ratum, sed nondum consummatum ad perfectiorem statum transierunt, ut narrant Metaphrastes, & Surius, ut etiam D. Hieronymus de quodam Macario, cujus meminit Gratianus *c. scripsit 27. q. 2.*

Quæritur undecimò, an professio quæ emittitur ab equitibus militaribus S. Joannis Jerosolimitani, qui hodie Equites Melitenses nuncupantur, dirimat matrimonium subsequens, adeò ut si aliquis ex tali Ordine equestri post emissam solem professionem matrimonium contrahat, hoc validum sit? Plures censent, tale matrimonium suum sortiri valorem, eò quia hujusmodi equites verè, & propriè non sint religiosi: siquidem propria, si quæ habent, sibi retinent, & more sæcularium vivunt extra clausuram, & ita censet Sotus *lib. 7. de justit. q. 5. art. 3 ad 3.* Communior tamen, & verior sententia est, per talem professionem dirimi matrimonium subsequens, quia talis professio revera est solemnis emissa in religione approbata authoritate Apostolica, & Equites in illo militari Ordine vovent juxta regulam, paupertatem, castitatem, & obedientiam, quapropter hi Equites propriè, & verè sunt Religiosi, ut docent Navarrus *lib. 3 cons. tit. de convers. conjug. in 1. edit. cons. 1.* Corduba *sum. q. 178. fin.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. n. 6.* Bobadilla *in sua pelit. lib. 2. c. 19. n. 11.* Tum quia in statutis Equitum Melitensium à Pontifice approbatis habetur, posse ad illam religionem ad mitti etiam alligatos matrimonio rato, ut notant Barbosa *ff. solut. matrim. rubric. 2. num. 82.* Vega *lib. 6. sum cap. 17.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 61. art. 2. ad 4.* Imò juxta probabiliorem sententiam dirimere matrimonium subsequens competit professioni religiosæ solemni ex jure divino positivo, concedente Christo hoc privilegium tali professioni: siquidem non competit eidem ex natura rei, neque ex jure Pontificio, proinde ex jure divino positivo: quod non competat illi ex natura rei, ex eo liquet, quia aliàs non posset dici matrimonium ratum ex natura rei indissolubile; tale enim non est, quod per causas naturales solvi potest: hinc alij contractus naturales, ideo dicuntur dissolubiles, quia in rerum natura dantur causæ sufficientes dissolutionis.

31 Tum quia si matrimonium ratum ex natura rei dissolveretur per supervenientem professionem non diceretur ex natura sua indissolubile. Tum quia spectatâ solâ rei naturâ votum solemne emissum post matrimonium ratum est irritum; proinde non potest per illud ex natura rei dissolvi matrimonium ratum: siquidem res semel uni tradita non potest validè alteri tradi sine consensu Domini: & quia per matrimonium traditum erat corpus alteri conjugi; non potest per votum alteri dari.

32 Verùm posset in contrarium objici, quia, nullus est contractus ita indissolubilis, ut matrimonium ratum: siquidem cæteri contractus pluribus ex causis dissolvuntur, & præcipuè ex mutuo consensu, quod longè abest à matrimonio: sed professio religiosa non dissolvit cæteros

roa contract⁹, per quos acquiritur jus tertio, nec extinguit obligationem ad solvendum debita.

33 Sed contra, quia exinde tantùm sequitur, solemnem professionem non dirimere matrimonium ratum ex natura rei, non verò quòd illud non dirimat ex Christi privilegio: non dirimit autem ex natura rei matrimonium, quia professio religiosa non est vera mors spiritualis, sed tantùm metaphorica: alioquin dissolveret etiam matrimonium consummatum, si subsequeretur professio religiosa, quod est falsum: quia Christus hoc privilegium ideo non concessit respectu matrimonij consummati, quia hoc significat indissolubilem unionem Christi cum ecclesia per carnem; tum ratione injuriæ prolis, & fœminæ in sæculo relictæ; quia cum per commixtionem fiant conjuges una caro, durum esset eos dividere, ut ait Alexander *c. 2. de convers. conjug.* & docent Gutierez *lib. 1. quæst. can. c. 17. num. 26.* Cuccus *lib. 5. inst. Major. tit. 12. num. 277.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. n. 6.*

34 Quæritur duodecimò, cur votum simplex castitatis tantùm impediat matrimonium, ne licitè iniri possit, licèt si semel initum fuerit, illud non dirimat: siquidem videtur etiam illud dirimere, quia votum simplex non minus obligat apud Deum, quàm solemne *c. Rursus 6. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, eum qui vovit castitatem, si deinde juret aliquam ducturum, teneri votum servare, eò quia votum simplex non minus obligat apud Deum, quàm solemne: ergo si votum solemne dirimit, etiam simplex. Tum quia utrumque votum est ejusdem speciei. Secundò quia nemo potest obligari ad rem illicitam: atqui obligatio inducta per contractum matrimonij post simplex votum castitatis est illicita, consequenter irrita, & matrimonium initum nullius valoris. Tertiò quia vinculum debilius dissolvitur accedente fortiore, cui debilius cedit: sed votum simplex castitatis videtur vinculum fortius vinculo matrimonij, quia per illud obligatio contrahitur cum Deo, & per istud tantùm cum homine.

35 Nihilominus communis, & vera sententia est, votum simplex castitatis tantùm impedire matrimonium, ne licitè contrahatur, non tamen illud dirimere, si initum sit etiam post votum castitatis, & desumitur ex *c. Consuluit 4. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd sicut votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum; sic habitus religionis susceptus sine professione: & desumitur etiam ex D. Augustino *lib. de bono viduitatis ad Jul. c. 10.* Ratio peti etiam solet ex eo, quia votum simplex non est traditio corporis, sed tantùm pura promissio, adeò ut verum dominium maneat apud voventem: atqui ea est natura simplicis promissionis, ut impediat licitam translationem dominij rei promissæ in alterum, eò quia hujusmodi translatio fit contra fidem datam alteri, non tamen ut reddat irritam talem translationem, vel donationem factam alteri; adeò ut Titius non possit licitè donare suum equum Joanni, quem antea promiserat Petro, si tamen illum donet de facto Joanni, promissio facta Petro non reddit talem donationem irritam: quia cùm Titius per simplicem promissionem, non se abdicaverit dominio, quod habet in equum, ideo potest tale dominium adhuc validè transferre in Joannem: ita à pari de voto simplici castitatis non importante corporis traditionem, sed solam promissionem, quâ stante adhuc verum dominium manet apud voventem, qui propterea licèt non possit matrimonium licitè inire, si tamen illud contrahat, suum sortitur valorem.

36 Quamvis potuisset ecclesia sua constitutione irritare matrimonia inita post votum simplex castitatis, adeò ut votum simplex perinde esset impedimentum dirimens, ac solemne; nihilominus consultius id non fecit, sed declaravit, matrimonia inita post simplex votum castitatis suum sortiri valorem; eò quia emittentes votum simplex propriè non mutant statum, & persæpe sine prævia matura deliberatione, & privatim sine testibus promittunt tale votum, nec magis se ecclesiæ subjiciunt, quàm ante subjicerentur: quibus stantibus ita voventes non possunt compelli ad servandum votum per viam judicij, sed tantùm per viam fraternæ correctionis. Secus ideo vota simplicia emissa post biennium probationis in Societate JESU non solùm impediunt, ne licitè contrahatur matrimonium, sed etiam initum dirimunt, quia emittentes talia vota mutant statum, fiúntque veri Religiosi, adeò ut possint cogi, ne retrocedant, & etiam puniri tanquam Apostatæ, si à proposito desistant, ut decidit Gregorius XIII. in sua constitutione, cui initium est: *Ascendente Domino*, quia in favorem ejusdem societatis correxit jus commune, eò quia vota simplicia in hac societate non emittuntur, nisi post biennium probationis in ea; consequenter nisi post diuturnam, & maturam deliberationem, & quidem publicè coram domesticis Religiosis, & per hujusmodi vota emissa mutatur etiam status sæcularis in regularem, adeò ut cooperatores formales in eadem societate, qui tantùm votis simplicibus se obligârunt, verè, & propriè sint Religiosi regulares, & possint propterea puniri, ut Apostatæ, si à proposito desistant.

37 Cæterum quod dicitur de voto simplici castitatis impediente, ne matrimonium licitè contrahatur, procedit etiam de voto simplici ingrediendi religionem, vel assumendi Ordinem sacrum, & etiam de juramento facto de castitate servanda, quia talia vota, & juramenta adversantur statui matrimonij: proinde impediunt contrahendum, non tamen dirimunt contractum, eò quia important solam promissionem sine traditione, perinde ac votum simplex castitatis, ut docent Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1.* Graffius *1. p. decis. lib. 2. c. 85.* Antonius Cuccus *lib. 5. instit. Major. tit. 12. n. 18.* Sylvester *V. Matrimonium 7. q. 5 dist. 10.* Ad primam rationem dubitandi respondetur, utrumque votum ex vi solius, & præcisè obligationis æquè quidem obligare cum utrumque votum simplex, & solemne sub mortali, & ratione

tione virtutis religionis obliget, & propterea utriusque transgressio sit sacrilega: spectata verò quantitate obligationis, non æquè utrumque votum obligat, quia votum solemne magis obligat, quàm simplex; quia per simplex habetur sola promissio, non verò traditio rei, secus per votum solemne non solùm habetur promissio, sed etiam traditio corporis, cujus dominium propterea transfertur in Deum per votum solemne, sicut per matrimonium de præsenti transfertur in alium.

Hinc ad aliud, quod addebatur, respondetur, utrúmque votum esse quidem ejusdem speciei; posse nihilominus solemne matrimonium dirimere, non simplex, eò quia solemne contineat etiam traditionem, & simplex puram promissionem. Præterea licèt utrúmque dicatur ejusdem speciei, adhuc ecclesia potuit statuere, ut votum solemne esset impedimentum dirimens, non ita simplex; hujusmodi enim impedimenta re maturè considerata ob bonum commune fidelium fuerunt statuta ab ecclesia. Ad secundam respondetur, solam promissionem posse irritari ex sola circumstantia personæ promittentis; si enim ligatus voto simplici castitatis, promittat fœminæ matrimonium, promissio est irrita, quia ejus objectum, seu matrimonium in sensu composito cum voto castitatis est illicitum: at si præter promissionem fiat etiam traditio corporis, ut in ipso contractu matrimonij, non irritatur tunc ex tali traditione, quâ matrimonium cum voto simplici castitatis promittitur. Ratio discriminis petitur ex eo, quia in priori casu obligatur promittens ad rem, quæ citra culpam non potest impleri, ac proinde promissio nullius est valoris: at in posteriori, quamvis peccetur in ipsa traditione facta per matrimonium; non tamen deinceps quoad usum, ad quem matrimonium obligat, éstque debitum reddere, deliquitur; proinde traditio quamvis licitè fieri non posset, semel tamen facta est valida & firma. Ad tertiam respondetur, votum simplex castitatis esse tantùm fortius objectivè, seu ex parte illius, cui fit; non verò subjectivè, & ex parte modi obligandi; siquidem debiliùs obligat, quàm matrimonium: hoc enim obligat, ut perpetua traditio, quæ transfert corporis dominium: secus votum simplex est sola promissio sine translatione dominij, quod manet apud voventem.

39 Quæritur tertiodecimò, quomodo responderi liceat adstricto voto simplici castitatis, si petat, an valeat matrimonium contra tale votum initum? Respondetur, non convenire Doctores: Hostiensis in *sum. tit. de vot. §. quot sunt species votorum. n. 5.* asserit, esse respondendum, non posse tale matrimonium iniri ab eo, qui voto simplici castitatis est adstrictus: & rursus addit, quòd si iterum instaret, & vellet scire, an, si de facto contraheretur, validum esset, vult in hoc casu denegatum iri responsum: quia si responderetur, tale matrimonium esse invalidum Confessarius, vel Doctor respondens mentiretur; sin verò responderet, esse validum, daret illi ansam contrahendi matrimonium cum peccato mortali, proinde ita respondens eadem culpa inficeretur. Huic sententiæ videtur etiam adhærere D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 16 §. 1.* & eam vocat tutiorem. Tabiena *V. impedimentum imped. 2. q. 5. n. 6.* Alij verò vindicantes à culpa respondentem dicunt, hunc non infici culpa lethali, & ita docent Sylvester *V. matrimonium 7. q. 5. dict. 9.* Cuccus *lib. 5. instit. Major. tit. 12. n. 24.* Putàtim tamen hac in re esse cautè procedendum, ac prudenter eludendum interrogantem, ut docet D. Clemens *epist. 3.* & refertur in *c. In mandatis dist. 43. ad fin.* interroganti enim Origeni an fidei arcana referanda sint omnibus, respondet: *Quòd si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, ea quæ eum minus rectè agentem non oporteat audire, prudenter, eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere auditorum causa utile non videtur.* Ratio ex eo etiam petitur, quia lex charitatis non solùm exigit, ne præbeamus occasionem peccandi proximo, verùm etiam ut à peccato in quantum possumus, proximum avertamus.

Consultiùs tamen tunc esset interrogate adstrictum voto castitatis, cur petat scire, an cum tali voto possit matrimonium contrahere, & an si posset, vellet matrimonium inire, & ex qua causa; quòd si Confessarius, vel alius Doctor cognosceret, voventem non posse continere, & nonnisi difficulter servare votum castitatis, & pro ejus salute melius esse matrimonium, tunc posse respondere sine dispensatione Pontificis, non posse matrimonium inire stante tali voto: posset tamen Romam scribere, & producere rationes, à quibus cogitur ad matrimonium, ut summus Pontifex dispenset super voto castitatis stantibus illis urgentibus rationibus, vel tale votum commutet in alia pia opera, quæ libentissimè exequetur. 40

Solet ex justa causa, & urgentibus rationibus Pontifex dispensare super voto simplici castitatis, & beneficio hujus consilij posset, cui, taliter castitatem vovit, satisfieri sine periculo matrimonij ineundi in peccato, quia tunc nil proponitur, quod suapte natura ad peccatum provocet: petere enim dispensationem ex justis, & urgentibus causis à legitimo superiore est licitum. Cæterùm posset respondens peccare, si incautè responderet, ut si cognosceret, fragilem interrogare, & eum verâ doctrinâ abusurum ad matrimonium incundum cum sacrilegio, tunc enim peccaret imprudentiâ, ut docet Hostiensis, quia licèt non detur occasio delinquendi, non tamen amovetur occasio lapsus proximi ex sua fragilitate, quæ commodè potuit amoveri, sicque violatur præceptum charitatis exercendum in proximum, hoc enim præceptum utrúmque jubet cavere ad vitandam ruinam spiritualem proximi. 41

Quæritur quartodecimò, an vovens simpliciter castitatem conditionatè, si assecutus fuerit aliquod beneficium, vel honorem, vel post obitum patris, possit tempore, quo conditio nondum est impleta matrimonium contrahere? Respondetur negativè, quia tametsi non teneatur 42

teneatur ad votum, donec conditio fit impleta: nihilominus tenetur interim fe talem fervare, ut fi conditio impleatur, poffit emiffum votum fervare, adeò ut interdictum fit fibi interim matrimonium, cùm hoc effet ipfi impedimento, quo minus poffet votum implere. Quamobrem qui emifit votum fimplex caftitatis fub conditione, fi aliquid fit eventurum, tenetur pendente conditione vitare ftatus affumptionem repugnantem voto. Sin autem defifteret à petitione rei fperatæ, & cui etiam renuntiaret, fi illi conferretur, tunc quia conditio nunquam impleri poffet ex renuntiatione voventis, putârim in tali cafu non obligari voto, ut fi Titius voveat fimpliciter caftitatem, fi obtineat à Principe aliquod officium, illúdque fperet, & media ponat ad illud obtinendum, tenetur in hoc cafu pendente conditione fervare caftitatem, quia fi Princeps conferat illi tale officium, votum, quod erat conditionatum, impletâ conditione fit abfolutum, & tenetur Titius ftare voto, & abftinere à matrimonio: fin verò Titius renuntiaret tali officio, ejúfque fpei, putârim non teneri tunc voto; eò quia conditio nunquam debeat impleri; ficut fi Titius voveret caftitatem hoc pacto; fi Francifcus fuo teftamento legaverit mihi mille florenos, promitto DEO, & voveo, me cœlibem fervare toto vitæ curfu, & nunquam matrimonium inire, hoc votum eft conditionatum, & Titius tenetur cœlibatum fervare pendente conditione, feu donec Francifcus difponet teftamento res fuas, & poft ejus obitum ejus legata promulgentur: fi enim Francifcus nihil prorfus legaverit Titio, non tenetur hic ftare fuo voto, quia conditio non fuit impleta, nec unquam erit implenda, cùm Francifcus jam decefferit, nec poffit ampliùs teftamentum immutare.

43 Quæritur quintodecimò, an qui fe voto religionis adftrinxit, poffit matrimonium inire animo firmo ingrediendi religionem ante ejus confummationem? Ratio dubitandi defumitur ex textu in *c. Commiffum de fponf.* ubi de jurante fponfalia ait Pontifex, tutius effe priùs contrahere, tametfi votum emiferit, feu ut loquitur Pontifex in textu *licèt privata lege ductus ad frugem melioris vitæ fufpiret*: votum enim eft privata lex.

44 Secundò quia contrahens tunc matrimonium non agit contra votum caftitatis, aut religionis utrumque enim tantùm obligat ad non contrahendum animo confummandi, alioquin nunquam effet licitum tali animo contrahere fine voti difpenfatione, quod tamen eft falfum, quia in aliquibus eventibus licitum eft habenti votum religionis matrimonium contrahere, animo tamen firmo ingrediendi religionem ante confummationem matrimonij, ut fi effet notabilis metus emittendæ vitæ nifi contraheret, ut notat Navarrus *c.16 num.30.* ut fi etiam adftrictus tali voto non poffet alio modo religionem ingredi, eò quia detineatur inclufus donec matrimonium contrahat, ut notat Henriquez *lib.12. de matrim. c.2. n.8.*

Tertiò quia nulla infertur injuria alteri conjugi, fiquidem hic ante primum bimeftre non reddens, nec petens debitum utitur jure fuo, ut etiam quòd religionem ingrediatur ante confummationem matrimonij: quoad hæc enim, contractus eft utrinque æqualis, & quod licet uni conjugi, licitum eft etiam alteri. 45

Quartò quia ubi actus ex fe non eft contra juftitiam, animus quo fit, tunc nullam irrogat injuriam cum maneat intus in folamente: atqui ingredi religionem poft matrimonium ratum non eft contra juftitiam, proinde neque contrahere firmo animo ingrediendi religionem, antequam matrimonium confummetur. 46

Hæc fententia quamvis cenfeatur probabilis, imò fpeculativè vera, non tamen in praxi eam fuaderem ob periculum, in quod fe injiceret contrahens tali pacto matrimonium: fiquidem præfentiffimo fe exponeret periculo voti violandi, præfertim, fi carnis ftimulos experiretur: exponere autem fe tali periculo non vacat culpâ. Secundò quia matrimonium initum animo firmo ingrediendi religionem antequam confummetur, derogat aliquo pacto dignitati voti caftitatis, & religionis: fiquidem abfolutè dicuntur hujusmodi vota impedire matrimonium, ut habetur in *c. Infinuante fin. b. t.* & *c. confuluit 4. eod. tit.* Tertiò quia videtur etiam rectæ rationi adverfari, ut unus per matrimonium de præfenti initum tradat poteftatem fui corporis alteri, & ad id etiam fe obliget; & nihilominus non intendat in fe illud implere. 47

Tum quia videtur tunc contrahens tali animo facramentum illudere, & notabilem inferre injuriam puellæ, quam ducit, quia ipfam adigit ad non nubendum, donec ipfe folemnem profeffionem emittat in religione approbata: quinimò fi poftea egrediatur, cùm debeat effe uxor Monachi, id eft illi dedecori: unde ob damna hæc, quæ inferuntur tunc puellæ, quem ducit animo firmo ingrediendi religionem ante confummationem matrimonij, non cenferem, poffe eum, qui vovit religionem, matrimonium inire animo firmo fufcipiendi onus religionis, priusquam matrimonium confummet. Tum quia alij cenferent, fponfum de præfenti deferuiffe fponfam ob aliquod vitium in ea deprehenfum, proinde difficiliùs effet illi ad alias nuptias tranfire: hæc autem damna non poffunt illi inferri ab eo, qui vovit religionem: unde fic contrahentem non excufarem à gravi culpa ob damna illata puellæ, quam duxit: nifi matrimonium effet medium neceffarium ad ingreffum religionis, eò quia vovens vi detineatur claufus, donec matrimonium contrahat, vel illi immineat vitæ amittendæ periculum, nifi contrahat, in his enim, & fimilibus cafibus vovens utitur jure fuo, & tantùm per accidens fequuntur damna, quæ puellæ inferuntur. 48

Hinc ad primum fundamentum oppofitæ fententiæ refpondetur, eum de quo loquitur textus in *c. commiffum* non emififfe votum religionis, & defumitur ex eodem textu, quia ibi dicitur *Poftea fi elegerit religionem, & fufpirat ad religionem*: ex quibus verbis apertè fignifica- 49

tur

tur nondum stabilivisse religionam ingredi, nac vovisse. Neque obstant verba ille in textu *privata lege ductus*, quie, ut notat Hostiensia ibi, per privatam lagam textus intelligit inspirationem, quæ instinctu Spiritus sancti cordibus imprimitur; adeò ut sensua sit ex privata lage, seu ex divina inspiratione, & divino amora, & aharitata Dei.

Ad secundum raspondetur, quòd tametsi
10 ita contrahens non egat contre votum castitatis, aut religionis omnino; nihilominua est quodammodo id contra votum castitatia, quatenus non parum ejus dignitati derogat.

11 Ad tertium respondatur, tunc conjugam ingrediendo religionem ante consummetionem matrimonij uti jure suo, & injuriam non inferaa alteri, quando bona fide aontraxit; non verò quando doloaè, & sina animo consummandi, tunc enim contractua non est utrinqua æqualis, quie altete para contrahit bone fide, & cum animo consummandi metrimonium. Ad eliud, quod addebatur, raspondetur, quod tametsi non sit omnino contre justitiam; negari temen non potest, quin aliquo pacto sit aontra justitiem, quia ita doloaè contrahans notabilam infert injuriam puellæ, cùm ipsam coget esse sina nuptijs, donea ipse emittat professionem in religione approbeta, & si agrediatur, aogetur esse uxor Monachi aum suo dedecore: & illo professo, non ita facilè alteri possit nubere: possent enim alij suspicari fuisse desertam à suo sponso ob aliquod vitium in ea deprehensum.

12 Quætitur sextodacimò, an habenti votum castitatis, & ita carnis illecebris vexato, ut vix se aontinere possit, sed passim succumbat, possit licitè suaderi, ut metrimonium ineat, ut sie minua peccet? Respondetur, duaa esse Doctorum sententias, & primem docere, licitum esse consulere minua malum, ut vitetur majus, si is, cui consulitur, determinaverit omnino majus illud malum perpetrara, & non suppetat aliud medium eum revocandi à tali malo, & dicunt, quòd si quis certus fit, alium perpetraturum adultarium, nec possit anm alio modo retrahere ab edulterio, possit tuna ei suadere fornicationem simplicem, ut omittat adulreriom, quod est gravius melum: solet hæc sententia probari ax D. August. *lib. 2. de adulter. conjug. n. 15.* & refertur in *c. si quod verius 33. q. 2.* ibi: *Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, & non faciat homicidium, ut vivente uxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat*, ubi Augustinua ei, qui decrevarat uxorem occidere, ut aliam duceret, consuluit, ut potiùa edulteretur ineondo matrimonium cum alie fœmina viventa adhuc propria, quàm reua fiat uxoricidij.

13 Rursua probari solet ex D. Epiphanio *lib. 2. contra hæres. tit. a. hæres. 61. pag. 6.* ubi postquam doauisset, gravissimè peccare eum, qui contra votum castitatis matrimonio copulatur; consulit illi, qui contra votum libidini indulget, ut matrimonium contrahat, ibi: *Melius est unum peccatum habere, & non plura: melius est lapsum palam sibi uxorem sumere, quàm quotidiè occultis jaculis sauciari.* Tertiò probari etiam solet ex D. Gregorio *lib. 32. moral. c. 13.* & habetur *c. Nervi dist. 13.* ibi: *Si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur*, ubi docet ex duobua melis culpæ semper minua esse eligendum. Tum quia hoe pacto vindicatur factum Loth à culpâ, qui *Genes. 19.* Sodomitis libidine furentibus propriaa filias stuprandea obtulit, ut vel sic expleta libidine à pejore scelere sodomiæ se abstinerant. Tandem solet etiam retione hæc sententia proberi, quia proximus per hoe consilium non inducitur ad peccatum, quia cum jem dacreverit patrare majua peccatum, solùm ad minus inducitur, ut peccatum minuet, seu desistat ex parte, si non possit in totum à culpa, quod senum consilium est, docent hanc santentiam Hostiensia *c. super eo in fin de usur.* Joannea Andtees ibid. *n. 2.* Abbes ibid. *in fin.* Sylvester *V. usura 7. q. 1. fin.* Naverrus *in sum. c. 14. n. 40. V. 13.* Guttierez *qq. can lib. 2. c. 23. n. 43.* Molina *tom. 2. de just. tract. 2. disput. 335.*

Secunde santentia ast vera, atque omnino 14
adhærandum, & ejt, esse semper illicitum, illud malum morala quemvia minus, consulare, ut docent Covarruvias *3. decret. 1. p. c. 4. in princ. n. ult.* Velentia *2. 2. disput. 5. q. 21. punct. 4. col. 2.* Cajatanus *2. 2. q. 78. art. 4. notab. 3. ad fin.* Sylvester *V. matrimonium 7. q. 5. dict. 9.* pro captu hujua sententiæ obsarvandum est, aliud esse offerre matariam minoria meli non inducendo ad illud; & aliud inducere ad minus malum; primum est potiùs quædam permissio ad vitandum majua malum: Secundum verò est vara suasio ad malum, quæ nunquem est licita. Rursua in ptiori casu voluntaa tantùm fertur in fugam, & declinationem majoris mali, & in solam declarationam minoria, ut notat Covetruviaa *loc. cit.* in posteriori autem fertur in axecutionem minoris meli.

Probari potest hæc sententia *ex c.* super eo 15
de usuris, ubi dicitur, *Multò magis probibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captivi usurarum crimine involvatur*, est autem majua malum homicidium, quèm usura; ergo ex d. textu non est licitum suedete elicui minus malum ad vitandum majus, cum prohibendus sit quia, na pro vitando homicidio, quod est majua melum, usurarom crimine involvatur, quod est minos: ratio etiam id suadet, quia peccetum pro nullo aventu est committendum, consaquentar neque suadendum: siquidem qui peccatum suadet alteri, influit in tale peccetum, cujua est ceuse moralis, sed qui fecit, val persuadet minua malum ad vitandum in se, vel in altaro majus, proeul dubio peccat; siquidem perinda paccet, qui suadet melum, ac qui facit: ergo nunquam erit licitum suadere elteri minus malum quantumvia parato ad majus admittendum: quia quod attinat ad peccatum, nihil interest inter consilium, & exacutionem, si omnibua maturè pensatia, ee discussis uno, & aodem modo se habeat objactum peccati ad consilium, & exacutionam, ut in casu nostro,

in quo unus exequitur, quod alius consulit exequendum.

56 Tum quia, ex eo, quòd ex duobus malis unum sit majus altero, non sequitur, quòd minus nō sit malum, quia comparativum non tollit positivum, quòd cùm sit ex se, & ab intrinseco ex sua natura malum per positionem, vel oblationem alterius mali majoris, non immutatur ejus natura, quia majus malum ast quid extrinsecum minori, quod propterea relinquit in sua natura immutatum, unde qui consulit minus malum, verè consulit malum morale, seu culpæ, quod iniquum est, & pro nullo eventu licitum. Tum quia illud tantùm potest consuli, & suaderi, quod aliquando potest præcipi, & cadere sub præceptum: sed minus malum etiam in concursu majoris nunquam potest præcipi, quia materia præcepti obligantis est solùm bonum honestum: ergo neque potest suaderi, nec consuli.

57 Neque obstat, si dicas, id tantùm verum esse, quando minus, & majus malum respiciunt diversas personas, non verò quando eandem, quia tunc consulens minus malum consulit illam carentiam incrementi mali, quod est in majore, nede cùm persuadeat carentiam illius incrementi mali, quod non est in minora, licitum erit id suadere. Contra est, quia si licitum esset consulere minus malum gratiâ majoris vitandi, eò quia id non sit consulere malum, sed eligere illam carentiam mali, quo majus excedit minus, quæ carentia bona est, & utilis ei, cui malum infertur; utique id licitum esset non solùm respectu ejusdem personæ, cui utrumque malum est inferendum, sed etiam respectu diversarum; quia semper consulitur malum non absolutè, sed ut carer illo incremento, quod est in majore, & licèt hæc deviatio à majori malo sit bona, quia tamen hæc non præcisè consulitur, sed connexivè cum alio malo minore, ideo hæc suasio non est licita, sive mala hæc respiciant diversas personas, sive eandem, quia ad bonitatem, vel malitiam suasionis, & consilij nil confert, sive malum sit ejusdem, sive diversæ personæ: semper enim consulens, & suadens est causa illius minoris mali, quod cùm in se sit peccatum, semper peccat contra justitiam.

58 Denum quia nunquam licitum est petere, quod alius non potest justè exequi: hinc à Malefico quantumvis parato non licèt petere, ut maleficium maleficio solvat, eò quia non possit illa id sine peccato exequi: argo cum is, cui consulitur minus malum peccat, id efficiens, ita etiam peccat, qui consulit, & suadet, ut faciat. Quamobrem ei, qui venereis tentationibus vexatus passim succumbit, nec aliis adhibitis mediis spes affulget, fore, ut non peccet; si votum castitatis emiserit, nunquam licitum erit suadere, ut matrimonium ineat, sed in tali casu tantùm eidem suaderi, ut dispensationem petat à summo Pontifice ex illis justis, & urgentibus causis, & præsertim, quia continuis carnis illecebris exagitatus vix possit se continere, sed passim succumbat; quia voto simplici adstrictus castitatis non potest sine dispensatione matrimonium inire, quamvis vehementissimis urgeatur carnis stimulis, expertúsque sit se passim succumbere, nec vires ad resistendum sentiat, idque constat ex usu, & praxi ecclesiæ, quæ non judicat adstrictum simplici voto castitatis eximi à tali voto ratione difficultatis, quam vovens experitur in observantia voti; & declarat ecclesia, voventem indigere dispensatione, quia cum materia voti præsertim castitatis, & religionis sit gravissima, ac Deo valdè grata, & nonnunquam periculum subsit violandi votum: ideo ecclesia non cujuscunque judicio quantumvis moraliter certo relinquit, an omnibus consideratis congruum sit, magisque expediens, ut adstrictus simplici voto castitatis matrimonium contrahat, sed rectè statuit ecclesia, ut authoritas superioris dispensantis expectetur.

Neque obstat, quòd congruentius sit, & melius adstricto simplici voto castitatis matrimonium contrahere, quàm passim succumbere stimulis carnis, & peccare. Nam contra est, quia dupliciter potest tunc adstrictus voto considerari. Primò, ut est quædam persona singularis: secundò ut est pars communitatis ecclesiæ; & ut bonum, vel malum ecclesiæ, est etiam bonum, vel malum ipsius voventis. Tametsi ei ut singulari personæ possit esse melius, & salubrius matrimonium, quàm status continentiæ: non ita tamen ut est pars communitatis ecclesiæ; quia actus continentiæ, est tali personæ, ut est pars communitatis, omnibus penitatis melior, & Deo gratior, quamdiu summus Pontifex cum ipso non dispensaverit; alioquin si non esset expectanda authoritas Papæ dispensantis super simplici voto castitatis, plura inde orirentur mala, & scandala. 59

Neque obstant fundamenta contrariæ sententiæ, ad primum enim adductum ex D. Augustino *lib. 2. de adulter. c. 15.* ubi ei, qui decreverat uxorem occidere, ut aliam ducerat, consulit, ut potiùs sit adulterij reus, quàm uxoricidij, respondetur cum Glossa, in *c. si quod verius 33. q. 2.* D. Augustinum ibi loqui non consulendo, sed tantùm permittendo, dicitque, potiùs esse permittendum minus malum ad impediendum majus: quo pacto solent etiam plerisque in locis permitti meretrices, ne committantur adulteria. Tum quia Augustinus *loc. cit.* subdit, non esse illicitum faciendum ad evitandum aliud illicitum, eò quia utrumque nefarium sit, & vitandum. 60

Ad secundum ex D. Epiphanio respondetur, ex duobus malis culpæ certè eventuris, si non possunt ambo impediri permittendum esse minus, eò quia malius sit, ut ait Epiphanius, unum peccatum habere, & non plura; melius lapsum palam sibi uxorem sumere, quàm quotidie occultis jaculis sauciari, hoc est, quòd debeat potius hoc minus malum permitti: & in eodem sensu intelligitur etiam D. Gregorius *lib. 32. moral. c. 13.* ubi ait. Si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet minora semper eligantur, hoc est, permittantur. Quòd si nolit 61

quis

quis hos, & alios sanctos patres similia docentes intelligera permissivè, sed suasivè, respondendum est, sanctos Patres edstrictis voto simplici castitatis suasisse potiùs matrimonium, quèm passim succumbere tentationibus venereis, non temen simpliciter, sed petitâ, & obtentâ priùs à sede Apostolica dispensatione in voco, ejusque commutatione in aliam materiam, solec enim in similibus casibus Pontifex aommutare materiam voti, adeò ut votum, quod versabatur eirca castitetem servandam, versetur postea circa jejunia, eleemosynas, preces, & elia id genus.

62 Ad aliud, quod eddebetur ex facto Loth respondet D. Augustinus *lib. quæst. super Genes. c. 42.* & refertur *c. 1. dist. 14.* id tribuendum esse perturbationi Loth, mentique tanto malo permotæ potius, quàm sanu consilio. Ad rationem adjectam, in que dicebatur, suadentem minus melum non peccare: satie apertè osten sum est, talem semper suadere malum, & esse causam illiue, consequenter non excusari à peccato.

63 Quæritor decimo septimè, an votum simplex religionis, vel assumendi ordinem secrum post matrimonium initum validum sit, si emissum fuerit sine licentia alteriue conjugis? Respondetur, quòd si tale votum emittatur post matrimonium, & nondum consummatum, valet, & inducit obligationem ed non consummandom, sed ad ingressum religionie, quia ante consummationem matrimonij in primo bimestri licitum est conjugibos, similia vota religionis emittere: hine si emittens tale votum postea matrimonium consummaret procul dubio peccaret: semel tamen consummeto metrimonio licitum est ei petere, & reddere, non tamen vovens solvitur à voto, sed soluto metrimonio, vel etiam facto divortio ratione edulterij tenetur illud implsre, quòd verò semel consummeto matrimonio licitum sit petsre, & reddere, liquet ex eo, quia vovens statum religionis, vel elium non se obliget ad illius leges, donec eum re ipsa essumei, cum in suo voto hanc obligationem ad illiue legem non exprimat.

64 Hine vovens se ordines sacros suscepturum, non tenetur hores canonicas recitare, donec initietur ordinibus sacris, proinde nec ad castitatem servandam ex vi voti, donec teligionem ingrediatur, unde si ante ingressum fornicetur, fornicatio non est sacrilega: eodem pacto, qui vovit teligionem non tenetur ad peupertatem, & obedientiam donec profiteatur: & quia post consummetum matrimonium non potest implere votum religionis transeundo ad ipsam, nil videtur obstare, quo minus possit debitum conjugale, petere, & reddere, ot docent Graffius *1. p. decis. lib. 2. c. 24. n. 20. sequent.* Cajetanus *in sum. V. matrimonium c. ult. §. & bene nota.* Sotus *4. dist. 38. q. 2 art. 1. conclus. 4.* Abolensis *c. 27. in Levit. q. 6.* & elii docentes voventem religionem non teneti ad castitatem, donet illem profiteetur. Verùm defuncto altero conjuge ie qui religionem voverat, tenetur postea eam ingredi, quia per consummationem matrimonij non extinguitur votum, sed tantùm ejus executio suspenditur, proinde mortuo eltero conjuge non potest, qui vovit, transire ad alias nuptias, quia cùm impedimentum exequendi votum cessaverit, potest, qui voverat implere suum votum, & ad id tenetur, uc notat Sotus *4. dist. 38. q. 2. art. 1. in fin. corp.* & Graffiue *1. p. decis. lib. 2. c. 24. num. 21.* & hoc etiam procedit, si fuerit votum assumendi secerdotij, tenetur enim illud assumere statim ac impedimsntum per mortem alterius conjugis eessaverit. Imò etiam tenctur votum implere existente justâ eeusâ divortij ob adulterium conjugis: tenetur enim tunc votum religionis implere, cùm jam cesseverit impedimentum, & Cejetenus *V. matrimonium c. ult. §. & benè nota.* eit: voventem tenetur ingredi, quandocunque fuerit in sua potestate, quia tunc transitus ad religionem secundùm omnes est permissus.

65 Quòd si votum religionis emittatur post jam consummatum matrimonium, videtur tunc esse irritum, quia in *c. Quidam de convers. conjug.* hebstur, conjugatum invita uxore professum, non teneri sâ mortuâ ad religionem redire, eò quia tele votum religionis non fuerit velidum. Verùm quia in *d. c. quidam* deeiditur, votum eastitatis in ea professione emissum valuisse ut votum simplex, & in *c. placet*, declaratur, conjugatam bona fide professem, eò quia virum objisse erediderit, non teneri ed religionsm, benè tamen ad eastitatem; ideo post consummationem matrimonij, qui uxore invita professus est religionem, tametsi eâ mortuâ non tensatur ad illam revertere, tenetur tamen servare votum castitatis. Cæterum votum religionis, ideo est irritum, quia conjugi non est licitue trensitus ad religionem sine licentia alterius; & votum de re illicita non obligat.

66 Sin verò votum religionis post metrimonium consummatum emitteretur, pro tempore soluti matrimonij, vel si alter conjux justam causem divortij ratione adultarij exhibuerit; tunc soluto matrimonio tenetur religionem ingredi, & votum implere, quia tele votum factum pro tempore soluti matrimonij est de ra omnino licita, & sancta, proinde est etiam ipsum licitum, & mandandum executioni post obitum alterins conjugis.

67 Rursus si post consummetum matrimoninm alter conjux sine licentia alterios conjugis emittet votum religionis absolutè, & simpliciter, nullum in sue intentione præfiniendo tempue, votum veler, & obligat pro tempore soluti matrimonij: quia cùm possit tale votum licitè fieri pro tempore solnti matrimonij, non est tunc præsumendum, ubi de opposita intentione non constat, illicitè, & perperam esse factum, ne delictum præsumetur, cujus præsumptio omnino vitanda est *l. meritò ff. pro socio*, & maximè in eo, qui, tantùm abest, ut intenderir delinquere, quin potiùs se totum Deo devoverit, ea obtulsrit in holocaustum. Tum quia qui aliquem actom efficit, præsumitur velle, ut valeat

so

ea aptiori, & efficaciori modo, quo potest, ut probat Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 5. n. 1.*

68 Quæritur decimo octavò, an votum de re cujus una pars est mala, & altera bona, obliget ad bonam, vel ad neutram? Videtur dicendum ad neutram obligare, quia tunc votum est de re mala, ad quam non datur obligatio: sicut enim bonum habetur ex integra causa, & malum ex quovis singulari defectu, ut docet D. Dionysius *de divinis nominibus c. 4.* ideo eo ipso, quòd vovetur aliquid partim bonum, & partim malum, censetur totum malum, & materia inepta voti. Nihilominus putârim procedendum cum distinctione, vel enim vovens per modum unius vovit illud totum coalescens ex parte mala, & bona, adeò ut non intenderit se aliter obligare ad unam partem, quàm ad aliam, & tunc votum censendum est irritum, quia obligatio voti non excedit intentionem voventis, quæ cùm fuerit, ita se ad utramque partem obligare, ut obligatio unius non distingueretur ab obligatione alterius, ideo non potest ad totum obligari, alioquin obligaretur etiam ad malum, quod repugnat. Tum quia materia voti debet esse de meliori bono grato ipsi Deo: res autem partim bona, & partim mala non potest dici bona, sed potius mala, quia bonum ex integra causa, & malum ex quovis defectu, proinde tale votum est irritum, quia materia ejus totalis est absolutè mala. Vel vovens rem partim bonam, & partim malam non vovet illam per modum unius, sed intendit se obligare ad partem bonam independenter ab alia parte mala, & tunc votum obligat quoad solam partem bonam, non ita quoad partem malam, tùm hæc sit materia inepta voti.

69 Idque ex eo evincitur, quia tunc si non formaliter, virtualiter tamen habetur duplex votum, quorum unum non irritatur ex nequitia alterius, & valet tunc regula illa utile per inutile non vitiatur *reg. util. de reg. jur. in 6.* Idq; Dynus ibid. *num. 4.* intelligit, quando utile est ab inutili separabile, ut contingit in præsenti; pars enim bona est separabilis ab alia tam ex ipsa rei natura, quàm ex modo promittendi. Sin verò non constet de intentione voventis, tunc triplex solet regula tradi ad illam discernendam. Prima est, quòd si res promissa sit individua, nec patiatur commodam divisionem, nec soleat tunc dividi; censetur tunc obligatio ferri in rem illam per modum unius: secus tamen est, si res sit dividua, quia quamdiu non constat de opposito judicandum est, voluntatem ferri in objecta juxta eorum naturam. Hinc vovens recitare rosarium B. Virginis, vel quinquagies orationem dominicam, & totidem salutationem Angelicam, si non possit totum votum implere singulis diebus, non tenetur ad partem, quia hæc vota communiter non dividuntur, secus qui vovit jejunare singulis diebus sabbatinis, si non possit uno, vel altero sabbato ob infirmitatem, vel aliud impedimentum jejunare, tenetur jejunare singulis aliis diebus sabbatinis, quia hi dies communiter dividuntur, & obligatio non est ad omnia sabbata per modum unius, consequenter excusatus ab una parte ratione impotentiæ tenetur ad aliam.

Secunda regula est, quòd si pars bona apponatur ut circumstantia, vel accidens rei principaliter promissæ, & malæ, tunc votum est per modum unius, proinde totum irritum: quia ex modo appetendi deducitur, rem bonam voveri dependenter ab alia, cùm promittatur, ut ejus circumstantia, & accidens, quod illi adnectitur. Tum quia accessorium sequitur naturum sui principalis, & à qua dependet, & quia in tali casu obligatio rei principalis est irrita, erit etiam invalida ipsa obligatio rei accessoriæ juxta *regul. accessorium de reg. jur. in 6.* hinc qui vovit se peregrinaturum ad Virginem Oetinganam sacco indutum; si peregrinatio fiat illi impossibilis, non tenetur saccum induere, quia fuit accessorium. Sin verò res principaliter promissa est bona, & modus malus, tunc votum obligat ad rem principalem rejecto modo, quia voluntas censetur ferri in objectum secundum ejus naturam, & cùm res principalis non dependeat ab accessorio, ideo quamvis hoc sit malum, & votum ad illud non extendatur, obligat tamen quoad rem principalem. Tertia regula est, quòd si omnibus maturè perpensis adhuc dubitetur de intentione voventis, an per modum unius utrumq; promiserit, vel partem bonam principaliter, & modum tantùm accessoriè; judicandum est in favorem libertatis voventis, quia cùm non constet de animo voventis, num sic, vel sic se obligaverit, nec potest constare de voto, quod propterea nullam acquirit possessionem. Ad rationem dubitandi patet solutio, nimirum id procedere, quando totum illud est promissum per modum unius, non ita quando per modum plurium. 70

Quæritur decimonono, an adstrictus voto castitatis, si virginem violet data fide de matrimonio cum ipsa contrahendo, teneatur eam ducere? Certum est, votum tunc non evanescere, sed vim habere obligandi, adeò ut, si matrimonium contrahat, teneatur, quantum est ex se votum servare, consequenter se non petere debitum, & dissolutis sponsalibus ex justa causa, vel mortuâ uxore teneri ab alijs nuptijs abstinere, si votum emisit castitatis; si verò religionis, teuetur eam ingredi. Difficultas igitur in eo est sita, an teneatur adstrictus voto castitatis puellam ducere, si eam defloravit fide data de matrimonio contrahendo, adeò ut habeatur tunc justa, & legitima causa differendi impletionem voti: rationes dubitandi sunt, quia quando concurrunt duæ obligationes, posterior non derogat priori, præsertim si fortior sit. Hinc sponsalia posterius contracta etiàm accedente copula ex sententia communiori non derogant prioribus, quia injuria illata posteriori, non privat priorem puellam suo jure acquisito per sponsalia. Secundò quia voto adstrictus non tenetur matrimonium contrahere ratione promissionis, quia hæc, cùm fuerit de re illicita, contra votum non fuit valida: neque ratione damni, quia violans virginem nuptijs 71

ptijs non promissis non tenetur eam ducere, sed aliter satisfacere.

72 Verior tamen sententia est, teneri eam ducere, quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis: & hîc notabilissima habetur mutatio ob vinculum justitiæ fortissimum superveniens, & gravissimum puellæ damnum, si vir, qui eam corrupit, eam non ducat. Secundò quia vinculum justitiæ fortius est vinculo charitatis: atqui ob vinculum superveniens charitatis, tenentur filij votum religionis, quamvis præcesserit, suspendere, ut parentibus opitulentur: ergo à fortiori etiam ob vinculum justitiæ. Tum quia ex eo, quòd adstrictus voto puellam à se corruptam ducat, non absolvitur à voto, sed tantùm executio voti differtur ad tempus, proinde videtur adesse sufficiens causa differendi impletionem voti. Tum quia adstrictus voto adhuc tenetur illud servare, quantum est in se in statu matrimoniali non petendo debitum, & soluto matrimonio ex justa causa, vel mortua uxore tenetur implere votum, & abstinere à nuptijs: unde cùm obligatio voti non extinguatur, & ex alio capite impleatur obligatio fortior justitiæ, videtur dicendum, adstrictum voto castitatis, qui fide data de matrimonio contrahendo puellam defloravit, teneri eam ducere, & interim servare votum, quantum est in se, non petendo debitum, & mortuâ uxore, vel dissolutis sponsalibus ex justa causa, non posse alias nuptias contrahere. Firmari id etiam potest, quia adstrictus voto religionis, & gravatus ære alieno, si brevi sit solvendo, non potest religionem ingredi, sed tenetur differre adimpletionem voti: imò licèt brevi non sit solvendo, si tamen spes affulgeat, fore, ut possit, est etiam probabilis sententia, teneri ingressum differre, donec suis creditoribus satisfecerit.

73 Putârim igitur teneri tunc adstrictum voto castitatis puellam à se defloratam fide data de matrimonio contrahendo eam ducere, si hæc bona fide processit, & non fuit conscia voti: imò tunc etiam consultius putârim, petere à summo Pontifice commutationem voti in aliam materiam, ut in statu matrimoniali possit petere, & reddere debitum: licèt enim sententia communior speculativè videatur verior, in praxi tamen tutius est, petere tunc commutationem voti in aliud opus pium, cùm adsit justa causa petendi talem commutationem.

74 Ad primam rationem dubitandi respondetur, obligationem posteriorem non derogare priori, rerum statu invariato; vel quando res non sunt notabiliter mutatæ: secus quando res notabilem subeunt mutationem. Ad aliud, quod addebatur de sponsalibus posterioribus contractis accedente copula, quæ non derogant prioribus, respondetur, esse discrimen inter obligationem ortam ex talibus sponsalibus, & ex voto, quia obligatio orta ex voto, oritur ex religione: obligatio verò orta ex obligatione matrimonij cum defloratione, oritur ex justitia, cujus obligatio est fortior: at quando concurrunt duo sponsalia, oritur duplex obligatio ex eadem virtute justitiæ, proinde prior per posteriorem non extinguitur, nec injuria illata posteriori aufert jus acquisitum à priore. Tum quia Deus non vult promissionem sibi factam impleri cum gravi damno, & injuria tertij.

Ad secundam respondetur, teneri ratione utriusque simul, non enim est par ratio, quando nulla interfuit promissio: tunc enim nullum jus habebat deflorata ad petendum matrimonium: secus ratione damni sibi illati, & deceptionis acquirit validum jus, ex quo oritur justa causa differendi adimpletionem prioris obligationis. 75

Quæritur vigesimò, an post sponsalia legitimè inita de futuro licitum sit sponso emittere votum simplex castitatis? Certum est, quòd si tale votum emissum esset ante sponsalia, hæc dirimeret, quia inter promissiones inter se incompatibiles, quæ prior est tempore, est potior jure, nisi notabilis mutatio intercesserit, ut ostendimus in quæstione præcedente: votum autem simplex castitatis est incompatibile cum promissione sponsaliorum, & est priùs Deo promissum, consequenter est potius jure, ac propterea servandum. Imò id est verum, quamvis sponsalia sint juramento firmata, quia juramentum non est vinculum iniquæ promissionis, qualis est promissio sponsaliorum excludens votum DEO promissum. Id tamen procedit, dummodo aliud damnum puellæ non oriatur: unde difficultas est, an post sponsalia de futuro votum castitatis possit licitè emitti, & si emittatur, dissolvat sponsalia. 76

Quoad primam partem putârim procedendum esse cum distinctione, vel enim post sponsalia emittit votum simplex castitatis cum animo manendi in sæculo, & resiliendi à sponsalibus, & tunc censerem, id non esse licitum, quia à sponsalibus non est recedendum, non enim licitum est fidem datam violare: vel emittit simplex votũ castitatis animo ingrediendi religionẽ, vel perficiendi sponsalia, & obligandi se ex parte sua in quantum potest ad servandam castitatem, & hoc pacto censerem, licitum esse vovere castitatem post inita sponsalia, quia etiam conjugatis licitum est hoc pacto vovere castitatem. Quoad secundam partem non conveniunt Canonistæ, plures censent, votum simplex castitatis emissum post inita sponsalia de futuro ea dirimere, idque probant ex *c. veniens 5. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si mulier, quæ dedit fidem sponso postea vovit castitatem, & sponsus propterea aliam duxit, si non possit se continere, & immineat peccatum fornicationis, debeat ab ecclesia dispensationem petere, & alteri nubere impositâ tamen pœnitentiâ pro fide mentitâ, & voto violato: ex quo textu colligunt, votum castitatis prævalere sponsalibus, alioquin non peccâsset in votum, volens alteri nubere. Secundò, quia sponsalibus semper inest tacita conditio, nisi statuero ad perfectiorem statum transire: nullus autem ob bonum castitatis censetur huic statui velle renuntiare, nisi ob matrimonium, & ita censet Calderinus in *d. c. veniens.* Cardinalis in *c. Rursus 6. h. t. n. 2. q. 1.* Angel, *V. sponsalia n. 40.* 77

Pro-

78 Probabilior tamen, & communior sententia est, non dirimi per tale votum simplex emissum post illa. Idque ex eo probari solet, quia in *c. veniens. 5. h. t.* Fæminæ, quæ post sponsalia emiserat votum simplex castitatis, imponitur pœnitentia de fide mentita sponso, ut ibi explicant Hostiensis *V. de fide.* Ancharanus ibi *n. 2.* Alexander de Nevo *n. 4.* Joannes Andreas *n. 3.* & alij asserentes, ideo pœnitentiam fuisse injunctam tali fæminæ, quia non servavit fidem datam sponso, cùm per ipsam steterit, ne sponsalia perficerentur, & matrimonium contraheretur: & nihilominus emisit postea votum castitatis, quod propterea non dirimit sponsalia. Secundò, quia Deus non supponitur acceptare promissionem rei priùs alteri promissæ, & in illius præjudicium: hinc si Titius promisit priùs suum equum Paulo, & postea promittat eundem ecclesiæ, in communi sententia prævalet prior promissio, quia inter promissiones inter sa incompatibiles, quæ prior est tempore, potior est jure: cùm igitur sponsus per sponsalia promiserit suum corpus sponsæ; repromissio ejusdem corporis facta Deo per votum simplex castitatis non est illi accepta, proinda manat prior obligatio orta ex sponsalibus.

79 Præterea quia nullo jure probari potast, inesse sponsalibus tacitam conditionem, nisi statum meliorem elegero, & Ita docent magis communiter Canonistæ in *d. c. veniens 5. h. t.* ubi Glossa docet, quòd tametsi mulier illa, quæ auditâ viri sævitie vovit castitatem, si vir non duxisset aliam, erat cogenda ad matrimonium promissum, non obstante voto simplici castitatis *c. sicut de sponsal.* quia ille timor erat vanus, & non excusabat. Sylvester *V. matrimonium 7. q. 5.* Hostiensis *c. Rursus 6. h. t.*

80 Hinc ad primum fundamentum oppositæ sententiæ petitum *ex d. c. veniens 5. h. t.* respondetur, fæminam non petjisse licentiam nubendi illi, cui fidem dederat, quia vir ille jam cum alia matrimonium contraxerat, ut dicitur in textu: sed petijt licentiam, ut posset nubere alteri, ad quod indigebat dispensatione, quia votum castitatis emissum post sponsalia, à tali fæmina non obtinuit vim ea dirimendi respectu illius viri, cui promiserat, in ordine enim ad illum, votum non valuit, benè tamen in ordine ad alios; adeò ut si vir statim decessisset, non potuisset mulier adstricta voto simplici castitatis alteri nubere, nisi petita, & impetrata dispensatione.

81 Ad secundum jam diximus nullo jure probari posse, inesse sponsalibus tacitam illam conditionem nisi statum continentiæ elegero. Hinc qui post sponsalia emisit votum suscipiendi Ordines sacros tenetur matrimonium contrahere, nisi eligat religionem ingredi, vel nisi sibi fides à sponsa remittatur, vel ex alia justa causa sponsalia dirimantur: vel matrimonio dissoluto omnino votum implere: vel matrimonium ineundo non petere debitum, sed tantùm reddere; quia sicut votum castitatis emissum à conjugato valet in sui præjudicium, ita etiam in præjudicium sponsi valet votum post sponsalia emissum. Cæterum si sponsus post sponsalia inita emittat votum suscipiendi Ordines sacros, vel ingrediendi religionem sponsa liberatur à promissione facta, quia tunc sponsus per tale votum censetur ex parte sua renuntiâsse sponsalibus, proinde sponsa non tenetur illis stare. Tum quia res sunt notabiliter mutatæ, nam cum sponsus si matrimonium contrahat, teneatur à debito petendo abstinere, gravissimum esset sponsæ semper solam petere, ut docent communiter cum Sylvestro *V. sponsalia q. 7.*

Non tamen qui post sponsalia emisit votum 82
suscipiendi Ordines sacros potest adigi ad eos suscipiendos, vel ad ingressum religionis. Ratio est, quia per tale votum subsequens sponsalia præcedentia non sunt dissoluta, consequenter tenetur sponsus illa implere: unde licèt adstrictus voto posset religionem ingredi, non tamen tenetur, cùm ad id se voto non obligaverit. Posset verò cogi ad perficienda sponsalia, & contrahendum matrimonium, si sponsa nolit fidem sibi promissam remittere, ut docet D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 18. §. 2.*

Quæritur vigesimo primò; an si vir pro- 83
mittat etiam addito juramento mulieri, quòd velit eam ducere, si postea emittat simplex votum castitatis, teneatur stare suæ promissioni juramento firmatæ? Juvat observare discrimen inter sponsalia, & promissionem factam à viro mulieri eam ducendi; quia in sponsalibus requiritur necessariò mutua promissio viri, & mulieris, & utriusque contrahentis obligatio *l. 1. ff. de sponsal.* secus simplex promissio facta à viro mulieri eam ducendi non includit mutuam promissionem, nec obligationem, sed tantùm promissionem, & obligationem contractam à viro, & acceptam à muliere minimè repromittente, sed tantùm acceptante promissionem sibi factam, adeò ut solus vir promittens obligetur, non verò mulier acceptans promissionem sibi factam à viro. Hinc quia hæc obligatio ligat solum virum non est contractus ultro citroq; obligatorius, sicut obligatio sponsaliorum censetur facta cum conditione, si ad meliorem, & perfectiorem statum non transiero, ut notat D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 18. V. nota ergo.*

Hinc respondetur ad quæstionem, virum, 84
qui juramento promisit mulieri eam ducere, si postea voveat Ordines sacros suscipere, vel simpliciter castitatem, non teneri eam ducere, & irritam esse promissionem, ac posse ad ordines sacros promoveri. Ratio est quia quoties non intervenit contractus ultro citroque obligatorius, promissio ab uno tantùm facta alteri includit tacitam conditionem nisi promittens meliorem statum elegerit; & quia cœlibatus, & promoveri ad ordines sacros est status melior matrimonio, ideo promissio præsumitur facta cum tacita illa præsumptione, adeò ut vir possit promoveri ad ordines sacros non impleta promissione, dummodo non intercesserit injuria, nec fuerit damnum illatum. Tum quia quando concurrunt duo vincula incompatibilia, quod est fortius, prævalet, *c. si inter de spons.* atqui vinculum voti suscipiendi ordines sacros

est

est fortius, & incompatibile cum matrimonio, quia inducit obligationem fidelitatis respectu Dei; & promissio matrimonij tantùm respectu mulieris, ut notat Sotus *lib. 7. de justit. q. 1. art. 3.*

85 Non tamen post matrimonium ratum, & nondum consummatum licitum est viro Ordines sacros suscipere sine uxoris expressa, & spontanea licentia, id enim definitur *in Extravag. Antiqua* Joannis XXII. de voto ibi: *Districtiùs inhibentes, ne quisquam durante matrimonio nondum etiam consummato aliquem de sacris Ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus noverit convenire:* scilicet ut notat Glossa *V. noverit petitâ priùs licentiâ uxoris eum voto castitatis.* Ratio etiam desumitur ex eo, quia per susceptionem sacri Ordinis non dirimitur matrimonium ratum, ut definitur in eadem *extravag.* proinde mutato viri statu grave inferretur mulieri præjudicium. Imò sine illius licentia, neque posset promoveri ad Ordines animo statim ingrediendi religionem, quia anno probationis posset voluntatem mutare, & consummare matrimonium, & tunc nullum esset remedium, quod cederet in gravem Ordinis sacri injuriam, ut notat Ledesma *de matrim. q. 53. art. 4.* Imò neque potest promoveri ad Ordines minores, & desumitur ex *c. fin. de temp. Ordin. in 6.* ibi: *Nullus Episcopus, vel quivis alius clericalem præsumat conferre tonsuram conjugato, nisi volenti religionem intrare, vel ad sacros Ordines promoveri, prout sacris canonibus est definitum.* Ubi notat Glossa *V. definitum* petendum esse tunc licentiam uxoris manentis in sæculo cum voto castitatis.

86 Quæritur vigesimo secundò, an si vir sine licentia uxoris promoveatur ad Ordines sacros, possit ab ejus uxore revocari, ut ei debitum reddat? Respondetur affirmativè, & id procedere, non solùm, si uxor expressè contradixerit, sed etiam si vir illâ insciâ, & ignarâ ordines susceperit, vel etiam si ipsa ex metu, vel dolo consensum præstiterit; imò etiam si mulier sciens promotionem viri dissimulaverit tacendo, quia ex ea dissimulatione, nullum ei præjudicium oriri potuit, sed inest ipsi jus repetendi virum suum, & petendi ab ipso debitum, ad quod habet jus: quia in re tam gravi jura non sunt contenta uxoris dissimulatione, sed exigunt expressam, & liberam ejus licentiam *c. consuluit. de convers. conjug.* & docet Sylvester *V. matrimonium 8. q. 12. dict. 4.* sed in hoc casu vir promotus inscia, vel dissimulante uxore ad Ordines sacros tenetur, quantum est in se votum castitatis servare non petendo, sed tantùm reddendo debitum; imò si uxor nolit ipsum repetere, non propterea est in arbitrio viri redire ad suam uxorem: & licèt plures censeant religiosum absque uxoris licentia professum posse redire ad suam uxorem etiam non repetentem, non tamen id procedit de viro promoto ad sacros Ordines: ratio discriminis est, quia professio emissa sine licentia uxoris fuit invalida, proinde potuit Religiosus professus ad suam uxorem redire, quia cùm professio fuerit nulla, non fuit vir Religiosus: secus promotus ad Ordines sacros est verè promotus, & ordo susceptus est validus, & quia ecclesia Ordini sacro votum annexuit castitatis, ideo non potest redire ad suam uxorem eum non repetentem in ordine ad petendum debitum conjugale.

Non tamen talis promotus ad Ordines sacros post matrimonium ratum sine uxoris expressa, & libera licentia tenetur religionem ingredi, ut servet votum castitatis, quia cum non voverit religionē, sed tantùm suscipere Ordines sacros, non obligatur ad ingressum religionis; quia non omnes, qui Ordines sacros suscipiunt, fiunt Religiosi, potest tamen, si velit, religionem ingredi, quòd si nolit, & ejus uxor eum repetat restituendus est uxori, imò etiam cogendus, debitum conjugale reddere uxori petenti, quia non potuit in præjudicium uxoris promoveri ad Ordines sacros; non tamen potest ipse debitum petere, ut expressè definitur in *Extravag. Antiqua Joannis XXII. de voto.* Imò ipsi petenti debitum non tenetur uxor reddere, quia vir per susceptionem sacrorum Ordinum habentium annexum votum castitatis censetur cessisse juri suo exigendi debitum, ut docet D. Thomas *4. dist. 37. q. 1. art. 2. ad 1.* Imò post uxoris obitum vir sacris initiatus Ordinibus, non potest ad secundas nuptias transire, eum charactèri impresso per Ordines sacros sit annexum votum castitatis, quod dirimit subsequens matrimonium. 87

An verò vir sacris initiatus ordinibus possit manere cum uxore in eadem domo cum voto castitatis, respondetur cum distinctione, si conjuges suspecti sint de incontinentia, tunc non sunt permittendi simul in eadem domo morari. Sin verò nulla subsit suspicio, tunc sufficit, si in distinctis dormiant cubiculis, quia etiam Apostoli secum ducebant uxores, ut illis ministrarent *c. Omnino. dist. 11.* & ita docent Gloss *c. Episcopus dist. 22. V. sequestrare.* Consultius tamen esset ad vitandum omne periculum non permittere, ut habitent in eadem domo, tametsi id iisdem sit licitum, quia moraliter non præsumuntur vacare periculo incontinentiæ. Tum quia daretur occasio iniquæ suspicionis, & scandali. 88

Quæritur vigesimo tertiò, ad quid compellendus sit vir, qui absque licentia expressa, & spontanea uxoris ad sacros Ordines fuit promotus, si ab ipsa revocetur? Respondetur cum distinctione, si enim vir fuit promotus ad sacros Ordines post matrimonium ratum, & nondum consummatum, tunc aliqui censent, teneri religionem ingredi, ut possit votum annexum Ordini sacro adimplere: quia qui post votum castitatis uxorem duxit, tenetur religionem ingredi, cùm non possit aliter promissam castitatem plenè observare, & ita docent Hostiensis *sum. tit. de convers. conjug. num. 9. solutio* Bellamera *c. Desponsatam num. 4. 27. q. 2.* Putârim tamen non teneri religionem ingredi, & desumitur ex textu in *Extravag. Antiqua* Joannis XXII. *de voto.* ibi: *Ad ingressum hujusmodi* 89

sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus. Ubi ex textu colligitur, talem ingressum non esse de præcepto, sed tantum de consilio, alioquin Pontifex absolutè præcepisset eum ingredi; quia verò præcipit tantùm ut per Diœcesanum instanter moneatur ad hujusmodi ingressum, non præcipit ingressum, sed suasionem ad ingressum.

91 Tum quia qui emisit votum castitatis sive ante matrimonium, sive post matrimonium initum, nondum tamen consummatum, non tenetur religionem ingredi, ut votum servet, quia votum castitatis non est votum religionis, nec omnes, qui vovent castitatem, tenentur religionem ingredi, alioquin quotquot promoventur ad Ordines sacros deberent Religiosi fieri: atqui votum non obligat ultra intentionem voventis, consequenter qui tantùm vovit castitatem, & non ingressum religionis, non tenetur religionem ingredi. Hac ratione etiam qui promisit religionem, quamvis culpâ suâ non ingrediatur non tenetur extra illam servare votũ paupertatis, & obedientiæ, quia vovẽtis intentio præsumitur fuisse, hujusmodi vota servare tantùm in religione. Verùm sic promotus ad sacros Ordines ante consummationem matrimonij, & monitus, ut religionem ingrediatur, si recuset eam ingredi, restituendus est uxori eum petenti, & etiam cogendus ad consummandum matrimonium, quia ut expressè definitur in d. *extravag. Antiqua* Joannis XXII. *de voto.* non potuit in præjudicium uxoris vir ad sacros Ordines promoveri. Vir autem hoc pacto restitutus uxori, tenetur tantùm debitum reddere uxori petenti; non verò petere illud ab uxore. Sin verò vir post consummationem matrimonij promotus fuerit ad sacros Ordines, tunc tenetur, si ab uxore repetatur, eidem restitui; quia non potuit per Ordinem supervenientem præjudicare juri exigendi acquisito ab uxore: unde in tali casu tenetur debitum reddere uxori illud petenti, non verò potest vir illud petere, quia obligatur voto castitatis annexo Ordini assumpto, proinde tenetur illud servare, quantum lex matrimonij permittit, ut docet D. Thomas *4. dist. 37. q. 1. art. 2. ad 1.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 8. fin.* Sotus *4. dist. 38. q. 1. art. 2. conclus. 4.* An verò si tunc vir promotus sit ad sacros Ordines post consummatum matrimonium sine licentia spontanea uxoris, teneatur hæc illi debitum reddere, si illud petat, putârim, mulierem non teneri debitum reddere: quia vir in susceptione sacrorum Ordinum tacitè renunciavit juri suo. Tum quia vir non solum castitatis votum emisit, sed etiam validè mutavit statum; proinde visus est omnino juri suo exigendi renuntiâsse, ut docent D. Thomas *4. dist. 37. q. 1. art. 2. ad. 1.*

92 Quinimò vir sacris initiatus sine uxoris licentia, si ab ipsa revocetur ad consortium conjugale, non potest ea defunctâ transire ad alias nuptias, quia Ordo sacer etiam susceptus sine licentia uxoris est validus, & ejus characteri est ab ecclesia annexum votum castitatis, ratione cujus subsequens matrimonium dirimitur; quod propterea si mortua uxore contrahatur cum alia matrimonium est nullum. Sin verò fuerit vir ad sacros Ordines promotus cum spontanea uxoris licentia, sed illa non emittente votum castitatis; an tunc sit vir ei restituendus, si illum petat: tunc procedendum est cum distinctione, vel enim uxor, quando consensum præbuit, ignoravit teneri continentiæ votum emittere, & ad illud se obligare, & tunc jure illi conceditur, si petitur periculum incontinentiæ posse suum virum repetere, & desumitur *ex c. d. convers. conjug.* quia tunc uxor nullo se castitatis voto obligavit, & etiam ignoravit se ad id teneri: secus si conscia fuit hujus obligationis, eò ipso, quòd spontè, & omnino liberè concessit licentiam viro, ut promoveretur ad sacros Ordines, censetur cum tali conditione vovisse castitatem, quinimò si id negarat, esset compellenda ad votum emittendum, quia in *c. conjugatus de convers. conjug.* præcipitur, quòd *Nullus conjugatorum sit ad sacros Ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus.* Ratio id etiam evincit, quia volens aliquid, præsumitur etiam velle omne id, per quod ad illud pervenitur *c. prudentiam de offic. deleg. & l. ad legatum ff. de procur.* alioquin videretur velle efficere actum frustratorium.

Quamobrem eo ipso, quòd uxor conscia juris, & suæ obligationis spontaneum consensum dat viro suscipiendi sacros Ordines, consentit etiam ipsa ad se obligandam voto castitatis, quia ex jure sine illo non posset mulier hanc licentiam concedere viro, nec posset is promoveri ad sacros Ordines. 93

Quæritur vigesimo quartò, quid requiratur, ut vir habita licentia uxoris licitè promoveatur ad Ordines? Difficultas desumitur ex textu in *c. Conjugatus de convers. conjug.* ibi. *Nullus conjugatorum est ad sacros Ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus:* & quia in tali textu nulla fit mentio de ingressu uxoris juvenis in religionem, sed solius castitatis voti, ideo plures censent, talem ingressum uxoris in religionem non desiderari necessariò, sive uxor senex sit, sive junior, sed sufficere si castitatem voveat in sæculo, ut possit ejus vir de illius consensu promoveri ad sacros Ordines. Tum quia quando vir in sæculo ad Ordines promovetur, tenetur necessaria alimenta uxori suppeditare *c. Omnino dist. 35.* & potest etiam vir uxorem incontinentem corrigere, quæ tamen omnia cessant, si mulier religionem ingredietur. Tum quia conjugati possunt in sæculo manere communi voto continentiæ ab ipsis emisso, in quo eventu carent facultate petendi, & reddendi, & ita docent Glossa *c. Episcopus: V. sequestrato 77. dist.* Hostiensis *sum. tit. de convers. conjug. num. 5.* & licèt hæc sententia sit perquam probabilis: verior tamen, & communior procedit cum distinctione: vel enim uxor est senex, & non suspecta de incontinentia, & tunc sufficit votum continentiæ ipsius in sæculo, vel uxor est juvenis, 94

nis, & suspecta de incontinentia, & tunc requiritur ejus ingressus in religionem, sicut distinguunt textus *c. uxoratus c. cùm sis. c. Ad Apostolicam de convers. conjug.* Imò id procedit de uxore, sive ejus vir fiat Religiosus, ac profiteatur in religione approbata, sive promoveatur ad Ordines sacros in sæculo, & desumitur etiam ex Concilio Agathensi *c. 16. & 17.* ibi: *Sanè si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa postea quam pariter conversi fuerint, ordinentur.* Neque nomine religionis promissæ potest intelligi votum castitatis, ut docet Glossa ibid. *V. Religione*, quia si uxor juvenis professi cogitur ingredi religionem, à fortiori uxor promovendi ad Ordines; cùm possit faciliùs clericus sæcularis uxorem invisere, quàm Religiosus: unde evidentiori periculo incontinentiæ exponeretur. Tum quia uxor semel, quòd est juvenis, quamvis casta sit, periculo tamen incontinentiæ tamdiu manet exposita, quamdiu manet in sæculo; sunt enim mulieres præsertim juvenes inconstantes, & facilè volubiles *c. forus ad fin. de V. S.* hanc sententiam docent communiter Canonistæ, Hostiensis *in c. conjugatus in fin. de convers. conjug.* Abbas ibi *n. 4.* Hostiensis *in fin.* & videtur etiam desumi à D. Thoma *4. dist. 37. q. 1. art. 2. ad 2.* ubi docet, uxorem, de cujus licentia vir Ordinem sacrum suscipit, teneri perpetuam castitatem vovere, non verò religionem ingredi, si nullum immineat incontinentiæ periculum, eò quia sit jam senio confecta: ergo si sit juvenis, cùm subsit tale periculum, tenetur religionem ingredi.

95 Rursus præter licentiam uxoris, ejúsque votum castitatis, vel religionis, in sententia plurium, requiritur etiam licentia Episcopi, quâ non interveniente integrum manet matrimonium, & vir potest revocari. Verùm hanc Episcopi licentiam putârim non esse necessariam, & desumitur ex *c. si vir, & uxor 27. q. 7.* ibi: *Si vir, & uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat*: non enim hæc Episcopi licentia est necessaria ad professionis valorem, quia in *d. c. vir & uxor* non irritatur professio emissa sine tali licentia: unde textus sentit ex defectu licentiæ Episcopi nil offici professioni, ut notat Glossa in *d. c. si vir. V. Conscientia*, & ibi Archidiaconus *num. 1.* Quamobrem illa verba *Nullatenus sine conscientia Episcopi fiat* non inducunt præceptum, sed tantùm desideratur licentia Episcopi de honestate, ut notant in *d. c. si vir* Bellamera *num. 1.* Archidiaconus ibi *num. 1. V. fiat.* Tum quia consuetudine jam receptum est, ut ea licentia non petatur.

96 Quæritur vigesimo quintò, an votum castitatis emissum ab uxore manente in sæculo fiat solemne, eo ipso quòd ejus vir profiteatur in religione approbata, adeò ut si post obitum viri transeat ad secundas nuptias, matrimonium sit irritum? Plures censent, tale votum ex simplici fieri tunc solemne, ac propterea impedire, ne subsequens matrimonium validum sit, idque probant, quia vir, & uxor sibi invicem communicant actiones *c. Martinus de cognat. spirit. c. si quis unus 30. q. 4.* ex hac autem communicatione actionum censent, solemnitatem conjugis professi redundare in votum simplex conjugis sæcularis, quod propterea etiam reddit solemne, ita videntur docere Goffredus *sum. tit. de convers. conjug. n. 2.* Abbas *c. constitutus, n. 3. eod. tit.* Ancharanus *c. unic. n. 3. notab. 4. de vot. in 6.* Verùm non video, qua ratione votum simplex fiat solemne ex eo, quòd alter conjux emittat professionem solemnem, quia solemnitas voti in viro, non videtur, quomodo possit redundare in votum simplex uxoris ad illud constituendum solemne: sicut enim ad emissionem voti requiritur intentio voventis, ita ad emissionem talis voti scilicet solemnis, requiritur etiam intentio: atqui hæc in uxore manente in sæculo non habetur, nisi ad emittendum votum simplex continentiæ, proinde non videtur, quomodo sine intentione uxoris possit ejus votum simplex fieri solemne. Præterea quia votum solemne non potest fieri nisi in professione religionis approbatæ, vel in Ordinis sacri susceptione *c. unic. de voto in 6.*

Tum quia textus, qui allegantur pro contraria sententia, tantùm probant, communicari 97
actiones inter conjuges ob carnis unitatē, quia loquuntur de illis actionibus, ad quas non tam requiritur interventus animi, quàm actus corporis, ut in compaternitate: in professione autem nullus extat textus statuens, quòd si vir de licentia uxoris profiteatur, votum simplex castitatis emissum ab uxore manente in sæculo fiat solemne. Quamobrem respondendum est quæsito, votum castitatis conjugis manentis in sæculo irritare quidem matrimonium, si mortuo viro, qui de licentia uxoris fuerat religionem approbatam professus, transeat ad alias nuptias, non tamen ea ratione, quia votum simplex uxoris efficiatur solemne per communicationem cum actione viri: sed quia ecclesiastica constitutio reddidit mulierem inhabilem ad subsequens matrimonium ob reverentiam Ordinis à viro assumpti ex licentia ipsius uxoris voventis castitatem, ut docent Glossa in *c. seriatim V. post mortem dist. 32.* Hostiensis *sum. t. de voto. §. verum.*

Imò si vir ex licentia uxoris ad sacros Ordines promotus fiat postea Episcopus, non potest 98
ejus uxor ampliùs manere in sæculo, sed debet vel religionem profiteri, vel Monasterium ingredi, & desumitur ex *c. sanè de convers. conjug.* ibi: *Prohibemus ne is præsumat uxoratum in Episcopum ordinare, nisi uxor priùs professa continentiam, sacrum sibi velamen imponat, & religiosam vestem, vel vitam assumat.* Ratio petitur ex Ordinis Episcopalis excellentia, & ut tollatur occasio, ne Episcopus visitetur à fœminis, ut notat Glossa in *c. Si se V. separentur dist. 28.* Innocentius *c. Cum sis in fin. de convers. conjug.* & id etiam procedit, si vir conjugatus ad dignitatem Cardinalatûs esset promovendus.

Quæritur vigesimo sextò, an Græcis initia 99

tis Ordine sacro liceat matrimonio uti? Respondetur cum distinctione, si Ordinam sacrum susceperunt post matrimonium initum possunt absque peccato eo uti, quia lex de cœlibatu sacerdorum est ecclasiastica, ut notat Concil. Trid. *sess. 24. can. 9.* & docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 11.* hæc autem lex apud Græcos sciante Pontifice non fuit recepta, nisi ut eisdem liceat post conjugium ad sacros Ordines promoveri, & uti matrimonio antea iniro, & ad id obligantur in *c. Cùm olim de cleric. conjug.* & Clemens III. in *c. Quæsitum de punit. & remiss.* supponit usum matrimonij esse Græcis licitum, quod etiam expressè habetur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. *c. ut Clericorum de vita, & honest. Cleric.*

200 Sin verò Græci priùs Ordines sacros susceperunt non possunt postea matrimonium contrahere, quia etiam in ecclesia Græca fuit sampar prohibitum initiatis sacris Ordinibus matrimonium contrahere, ut habetur in *c. si quis eorum dist. 32.* & in sexta Synodo Generali ibi: *Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali jure mulieri copulari, hoc ante ordinationem Subdiaconatus faciat;* siquidem post Ordinem sacrum susceptum nunquam in ecclesia fuit lici. cum matrimonium contrahera, ut constat ex *c. 27. Apostolorum*, hinc apud Græcos fuit semper irritum matrimonium contractum post Ordinem sacrum susceptum. Non anim inter Græcos, & Latinos in sacris Ordinibus constitutos est aliud discriman, nisi quòd Græcis licuit post initum matrimonium promovari ad sacros Ordines, ut etiam uti matrimonio inito ante susceptos Ordines: quod Latinis est prohibitum *c. Cum olim de cler. conjug. c. De Siracusana dist. 28.* Sacerdos tamen Græcus mortuâ ejus uxore non potalt transire ad secundas nuptias, quia post semel susceptos sacros Ordines non poteſt matrimonium contrahere. Quòd si vir Græcus cum sua uxora vallet in Provinciis Latinorum promoveri ad sacros Ordines, non esset audiendus, quia apud Latinos sacris Ordinibus est annaxum votum castitatis. Tum atiam ad vitandum scandalum, ne ritus Latinorum confundatur cum illo Græcorum.

201 Quæritur vigesimo septimò, qualea pœnas incurrant, qui initiari sacris Ordinibus matrimonium ipso facto contrahunt? Respondetur, primò incurrara excommunicationem *Clement. 7 de consang. & affin.* ibi: *Religiosos, & Moniales, & Clericos in sacris constitutos Ordinibus matrimonium contrahentes, refranare metu pœna ab hujusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere.* Ex quo textu liquet, excommunicationem incurri, tametsi matrimonium non sit consummatum, quia non punitur ipsa copula, sed contractus matrimonij, cujus essentia perficitur ante consummationem, ut notat Glossa ibi *V. Contrahere.* Non tamen incurritur hæc excommunicatio per solum contractom sponsaliorum de futuro, quia pœna injuncta est contrahentibus matrimonium, & quia pœna est odiosa, non ast extendanda ad sola sponsalia, ut ibi notat Glossa, & docet D. Antoninus *3. p. tit. 24. c. 34.* Secundò incurrere pœnam irregularitatis, & desumitur ex *c. 1. & 2. h. t.* quia uterque per votum solemne castitatis contrahit matrimonium similitudinarium cum Christo, proinde si defacto ad carnales nuptias transeant, eàsque consummant. incurritur irregularitas, quia ut habetur in *c. nuper*, & in *c. fin de bigam.* datur tunc quædam similitudo bigamiæ propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsecuto, ut notat Glossa in *c. sanè sacerdotes de cleric. conjug.*

Imò si in sacris constitutus, vel professus 202 matrimonium contrahat, est etiam vehementer suspectus de hæresi, quia faciens opus malum ab hæraticis laudatum, videtur cum ipsis consentire, consequanter est suspectus de heresi, & præsumitur errare sicut, & ipsi hæretici, ut notat Simancha *tit. 40. de Cathol. instit. n. 9* Cùm enim præsumantur sequi errores hæreticorū, sunt suspecti de hæresi. Tum quia suspitio hæresia fundatur in abusu matrimonij a professis, val constitutis in sacris Ordinibus.

Quæritur vigesimo octavò, quidnam Inter- 203 sit discriminis inter votum solemne, & simplex castitatis, cum illud matrimonium dirimat, & hoc tantùm impadiat? Respondetur, votum solemne differre à simplici, eò quia illud sit promissio non nuda, & simplex, sed vestita, seu conjuncta cùm sui traditione, adeò ut vovena solemniter se totum DEO voveat, ut cùm homo in religione approbata à Sade Apostolica sa ipsum consecrat, & tradit DEO per tria solemnia vota castitatis perpetuæ, paupertatia, & obedientiæ; secus votum simplex est nuda promissio DEO facta sine traditione voventis. Quo fit, ut emittantes votum simplex similes sint contrahentibus sponsalia: & qui solemne, æquiparentur contrahantibus matrimonium, in quo fit traditio utrinque potastatis corporia, quæ traditio non fit in sponsalibus, in quibus tantùm habatur simplex promissio tradendi aliquando hanc corporum potestatem, hinc votum simplex continentiæ perpetuæ impedit matrimonium, ne contrahatur, non verò dirimit contractum: secua votum solemne non solum impadit, ne contrahatur, verùm etiam dirimit contractum: si anim post initum mattimonium ratum, & nondum consummatum alterutar velit intra bimestre religionem aliquam approbatam à Seda Apostolica ingredi, & in ea profiteri, eo ipso, quod in eadem amittit tria solemnia vota, præcedens matrimonium ratum, & non consummatum dirimitur, & sponsus, qui mansit in sæculo, putest alteri nubere. Quòd si religiosus post emissa tria solemnia vota matrimonium contraheret, hoc esset irritum, & nullius valoris, quia vota solemnia non solùm illud impediunt, ne contrahatur; verum etiam dirimunt contractum. Idque etiam liquet ex *c. Meminimus, & c. insinuante qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt*, & ex Concilio Tridentino *sess. 9.* ubi habetur: *Si quis dixerit clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter profes-*

sos

sos posse matrimonium contrahere, & contractum validum esse non obstante lege ecclesiastica, vel voto; & oppositum nihil aliud esse, quàm damnare matrimonium; posséque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt castitatis, etiamsi eam voverint, se habere donum, anathema sit: cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos tentari supra id, quod possumus: Hoc idem etiam docet D. Thomas in *4. sent. dist. 38. q. 1. art. 2. quæstiunc. 3.*

104 Quæritur vigesimo nonò, an liceat Monachis, & Monialibus professis, qui per vim, & metum cadentem in virum constantem religionem fuerunt ingressi, & in ea vota solemnia emiserunt matrimonium contrahere, si ante primum quinquennium non reclamaverint? Respondetur negativè, sive Monachi, & Moniales per vim, & metum solemnem professionem emiserint, sive etiam ante legitimam ætatem præscriptam à Concilio Tridentino, idque desumitur ex Constitutionibus Clementis VIII. & Urbani VIII. quia tametsi eorum professio in foro conscientiæ, & quoad Deum irrita sit, in foro tamen ecclesiæ post elapsum quinquennium rata habetur, eò quia Tridentina Synodus *sess. 25. c. 19.* prohibet Regulares elapso quinquennio admitti ad allegandas causas nullitatis professionis, imò decernit tanquam Apostatas esse puniendos, si relinquant eum religiosum Ordinem, quem fuerunt professi, vel habitum religiosum abjiciant. Ex quo etiam deducitur, hujusmodi professionem emissam per vim, & metum, tametsi fortassis in foro conscientiæ irrita sit, impedire matrimonium, ne contrahatur, & dirimere contractum, eò quia cùm non fuerit intra quinquennium reclamatum in foro ecclesiæ præsumitur professio valida, & ratificata à non reclamantibus intra quinquennium. Verba Concilij sunt: *Quicunque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile; velitque habitum dimittere, quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantùm à die professionis; & tunc non aliter nisi causas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & Ordinario. Quòd si antea habitum spontè dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam Apostata puniatur: interim verò nullo privilegio suæ religionis juvetur.* Ex quo claret, definitum fuisse à Concilio, professionem etiam præsumptam ex silentio per totum quinquennium matrimonium dirimere, tametsi in foro conscientiæ, & apud Deum irrita sit.

105 Colligitur etiam ex *can. aquè viduas caus. 27. q. 1.* ubi Gelasius Papa rescribit, *Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna observatione permanserunt. Similiter Virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monasterijs ætatem peregisse contigerit.* Hoc idem etiam statuitur in *can. Viduas 28.* Concilij Triburiensis, ubi habetur. *Nos autem authoritate Patrum suffulti in hoc sancto Concilio sancimus, & liberè judicamus, si spontè velamen, quamvis non consecratum sibi imposuerit & in ecclesia inter velatas DEO oblationem obtulerit, velit, nolit sanctimoniæ habitum ulteriùs habere debet: licèt sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione sibi velamen imposuisse, ut iterum posset deponere.* Hoc idem etiam habetur in *can. quod interrogâsti distinct. 27.* ubi Nicolaus III. rescribit, quòd *fæmina, quæ post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimonialem esse. postea verò ad nuptias rediit: quia per hypocrisin ecclesiasticam regulam conturbare voluit; & non legitimè in voto suo permansit, ut pœnitentiam agat de illusione nefanda, & revertatur ad id, quod spopondit, & in sacro ministerio permaneat, quod inchoavit,* ex quibus textibus liquet, mulieres illas professionem simulâsse, & animo caruisse se obligandi, adeò ut in foro conscientiæ earum solemnis professio utpote simulata, & ficta nullius fuerit valoris, nec fuerint fœminæ illæ reæ voti, cùm Deus non verba externa, sed internas consideret cogitationes; & ad cor, non ad vocem attendat; & cum votum sine consensu, & animo vovendi irritum sit; certum est, mulieres illas emisisse quidem professionem solemnem, sed in foro conscientiæ, & quoad Deum irritam, & nullius valoris: & tamen quia exceptio simulationis, & dissensus non admittitur ab ecclesia, quæ judicat ex ijs, quæ sub sensus cadunt exteriores, adhuc ab ecclesia earum professio solemnis rata præsumitur ac valida, & non solùm matrimonio impediendo apta, sed etiam ut contractum dirimat.

Idem est judicium, de illis, qui tametsi per 106
vim, & metum religionem fuerint ingressi & eam professi, non tamen intra quinquennium à professione emissa reclamârunt: præsumit enim tunc ecclesia per tale silentium ratificâsse sufficienter professionem.

Quamobrem qui per vim, & metum reli- 107
gionem fuit ingressus, & in ea emisit professionem, & intra quinquennium non reclamavit, si postea velit à vinculo, & obligatione professionis, quam irritam esse certò scit, solvi in foro ecclesiæ ad eum finem, ut possit matrimonium contrahere; necesse est, ut à summo Pontifice, vel à congregatione Concilij, aut Regularium impetret rescriptum, vigore cujus restituatur in integrum contra lapsum quinquennij: & rursus ut causam legitimam exponat, cur non potuerit reclamare, vel ignorantiam nullitatis suæ professionis, sive ignorantiâ juris, sive facti; vel continuationem, & permansionem violentiæ, & metûs, cujus causâ per totum quinquennium non reclamavit. Impetrato mox rescripto debet causam reclamationis agere coram Episcopo Diœcesano, & superiore Regulari illius monasterij, in quo professionem solemnem emiserat juxta præscriptum Tridentinæ Synodi. Alioquin si quis post quinquennium abjecto religioso habitu exivit ex ordine suo religioso absque licentia, & uxorem duxit ante sententiam

de

de nullitate professionis suæ latam; non meretur amplius restitui in integrum adversus lapsum quinquennij, quia qui leges violavit ecclesiæ ob crimen Apostasiæ, & ob infractum continentiæ votum, ad cujus observantiam tenebatur, donec ecclesia ejus professionem irritam declararet, indignus est prœmio, & favore ecclesiæ; quia ob delictum pœnam, non gratiam meretur. Aliqui tamen mitiùs procedentes censent, adhuc posse justè in integrum restitui, postquam ipsum pœnituerit sui delicti, & debitam peregerit pœnitentiam, seu fuerit diutumo carcare maceratus.

107 Quæritur trigesimò, an solemnis religiosa professio matrimonium dirimat, etiam transacto bimestri, dummodo non fuerit consummatum? Certum est cuilibet conjugi post initum matrimonium ante ejus consummationem concedi spatium duorum mensium tantùm ad deliberandum de ingressu religionis, adeo ut intra hoc bimestre neuter alteri teneatur debitum reddere, neque habeat jus petendi altero renitente; quia quamvis ratione matrimonij transferatur in conjugem dominium corporis alterius; id tamen intelligitur, sub tacitâ conditione, nisi alter velit intra bimestre sanctiorem statum religionis eligere, & solemnem professionem emittere in aliquo ex religiosis Ordinibus à Sede Apostolica approbatis, elapso autem bimestri, tenetur matrimonium consummare altero exigente, vel statum religionis ingredi absque ulteriori mora, ut habetur in *c. Ex publico de convers. conjug.* Hinc respondetur ad quæsitum elapso bimestri non esse ampliùs licitum alteri ex conjugibus religionem ingredi altero repugnante; quòd si de facto aliquis ex conjugibus etiam post dilapsum bimestre, dummodo nondum fuerit matrimonium consummatum religionem ingrediatur, & in ea post annum probationis solemnem professionem emittat, per hanc matrimonium ratum, & nondum consummatum dissolvitur, quia professio illa, tametsi illicita, suum tamen sortitur valorem: & ratio ex eo desumitur, quia Christus absolutè concessit hoc privilegium professioni religiosæ ob perfectiorem statum, quem tunc conjux ante consummationem matrimonij eligit.

108 Hinc Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. can. 6.* declaravit simpliciter matrimonium ratum, & nondum consummatum dissolvi per solemnem professionem religionis alterius conjugis, nec ullum determinat tempus ante consummationem. Neque obstat, quod transacto bimestri teneatur conjux reddere debitum alteri petenti; & ad id possit etiam compelli per censuras ecclesiasticas, præsertim per excommunicationem; & obligationem ad reddendum debitum esse incompossibilem cum statu religioso. Nam contra est, quia exinde tantùm sequitur, talem transitum ad religionem post lapsum bimestre esse illicitum non verò esse irritum, & invalidum, quia tametsi conjux nolens reddere debitum alteri petenti peccet, eò quia deneget alteri jus suum; non tamen amittit jus ingrediendi religionem ante consummationem matrimonij, quia hoc privilegium simpliciter, & absolutè est concessum in favorem religionis, ut professio solemnis matrimonium dirimat, antequam sit consummatum.

Quinimò si intra bimestre mulier invita consummaret matrimonium per vim sibi illatam à viro suo; adhuc licitum est mulieri viro etiam renitente religionem ingredi, & in ea solemniter profiteri; non ita è converso licitum est viro, qui vim intulit uxori hac renitente; quia absque propria culpa nemo est privandus jure proprio, ut habetur in *c. discretione de eo, qui cognovit consang. uxor. suæ:* & cùm uxor cognita fuerit à viro absque ulla sua culpa, cum non consenserit, imò fuerit violentiam passa, non debet privari jure ingrediendi religionem intra bimestre, cum hoc illi concedatur ab ecclesia. Tum quia culpa propria nemini debet patrocinari *c. Ad nostram de emptione, & venditione c. tua de cleric. non resid.* proinde nullum jus acquirit vir ratione copulæ vi extortæ ad impediendam uxoris professionem. Tum quia uxor passa est injustitiam, quia vir ante lapsum bimestre non habuit jus extorquendi violenter debitum, proinde mulier vim passa remanet cum suo jure, quo potest religionem ingredi, & profitari, non enim potest aliter amissum jus recuperare. 109

Quòd verò renitente uxore non possit vir, qui violentiam intulit ampliùs religionem ingredi, tametsi nondum dilapso bimestri, ex eo liquet: quia vir amisit jus ingrediendi religionem per voluntariam consummationem matrimonij. Quòd si conjux assentiretur marito extorquenti consensum ad consummandum matrimonium, tunc neutri conjugum licitum esset altero invito religionem ingredi, & in hoc sensu intelliguntur jura statuentia, post matrimonium consummatum neutri conjugum licitum esse altero invito religionem ingredi, & tunc si mulier consentiente marito religionem ingrediatur, in qua etiam solemnem emittat professionem, per hanc non dissolvitur matrimonium antea consummatum, adeò ut vir manens in sæculo non possit alteram ducere, eò quia adhuc sit conjugatus, licèt ejus uxor sit religiosa: quia copula quamvis vi extorta adhuc est inter veros conjuges, & cùm non sit fornicatio, est vera consummatio matrimonij, & per eam facti sunt conjuges una caro; unde id procedit sive uxor consenserit, sive non ad talem consummationem: hinc mulier in tali casu esset simul uxor, & religiosa, non enim id implicat ex consensu alterius conjugis. Hinc matrimonium consummatum non dissolvitur per sequentem alterius professionem, ut definitur in sexta synodo generali, & refertur in *c. Si quis conjugatus 27. q. 2.* & ratio petitur ex eo, quia matrimonium consummatum significat unionem divinitatis cum humanitate, quæ cum sit indissolubilis, & perpetua ita etiam ipsius vinculum matrimonij consummati debet esse indissolubile, ac perpetuum, adeò ut sola morte alterius conjugis dissolvatur. 110

Quæ-

111 Quæritur trigesimo primò, quomodo debeat se gerere, qui post emissum simplex votum castitatis matrimonium contrahit nullâ petitâ, nec obtenta dispensatione super impedimento, seu voto simplici, quod impedit, ne matrimonium contrahatur? Respondetur, quòd tametsi tale matrimonium, si initum sit, coram facie ecclesiæ suum sortiatur valorem, eò quia votum simplex castitatis non dirimat, sed tantùm impediat matrimonium, ne contrahatur; tenetur tamen, qui cum tali voto contraxit, non consummare matrimonium; sed servare, quantum est ex se votum emissum; alioqnin illud consumando peccat lethaliter contra votum castitatis, nisi priùs obtinuerit dispensationem. Postquam verò matrimonium consummatum est, debitum reddere potest, imò & tenetur conjugi exigenti; non tamen potest ipse illud eeigere absque lethali culpa. Unde tenetur priùs petere, & obtinere dispensationem à voto, ut possit postea debitum petere. Idque expressè docet D. Thomas *in 4. sent. dist. 38. quæst. 1. art. 2. quæstiune. 2. ad 3.* ubi S. Doctor ajt: *Qui contrahit matrimonium per verba de præsenti post votum simplex, non potest cognoscere uxorem carnaliter sine peccato mortali; quia restat adhuc facultas implendi continentiæ votum ante matrimonium consummatum, sed postquam matrimonium consummatum est: est ei factum illicitum non reddere debitum uxori exigenti tamen ex parte sua: & ideo ad hoc obligatio voti non se extendit. Tamen debet lamentum Pœnitentia recompensare pro continentia non servatâ.* Hoc idem docet in responsione ad quartum, ubi ajt: *Quantum ad ea, in quibus non est factus impotens votum continentiæ servare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad illud servandum: propter quod mortuâ uxore tenetur totaliter continere. Et quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum; ideo non potest debitum petere absque peccato; quamvis possit absque peccato debitum reddere exigenti, postqnam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem. Hoc autem intelligendum est, sive mulier petat expressè; sive interpretativè, ut quando mulier verecunda est, & vir sentit voluntatem de redditione debiti. Tunc enim sine peccato reddere potest, ac præcipue si ei timeat de periculo castitatis.*

112 Quòd si quis non vovisset eepressè castitatem, sed tantùm religionem, quamvie in voto eeplicito religionis contineatur votum implicitum castitatis; & lethaliter peccaret, si post tale votum religionis matrimonium contraheret: eo tamen inito posset conjugale debitum non tantum reddere, sed etiam petere. Ratio est, quia licèt votum castitatis, contineatur implicitè in eeplicito voto religionis, castitatem tamen non vovit simpliciter, & absolutè; sed in religione servandam; est enim castitas accessoria ad votum religionis; unde si votom eeplicitum religionis non servetur, nec castitas obligat extra statum religionis; quia qui religionem vovetat, tantùm se obligaverat ad servandam castitatem juxta statum religionis, non verò in sæculo. Vovens enim ad id tantùm se obligavit, quod vovit, & eo modo quo vovit.

Hinc qui simplex votum castitatis, non 113
verò religionie emisit, anteqoam iniret matrimonium, non tenetur religionem ingredi ante consummationem matrimonij; quia non vovit castitatem servare in statu religionis, cum possit etiam in sæculo, & statu laicali castitas servari; unde non tenetur medium tam extraordinarium, sicut est statue religiosus, eligere ad castitetis votum adimplendum; cum alia suppetant media, quibus violatio voti potest vitari: potest enim petere, ac obtinere dispensationem à tali voto: vel alteri conjugi persuadere continentiam, ut S. Henricus Imperator eam persuasit S. Cunegundæ ejus uxori. Vota tamen continentiæ perpetuæ conjugibus mutuo etiam consensu emittenda suadere non debent confessarij conjugibus, imò ne vix permittere, nisi uterque, vel saltem alter monasterium ingrediatur cum alterius consensu in scriptis concesso coram Episcopo, vel ejus Vicario Generali: vel saltem ut ita sint habitatione disjuncti, & ea virtute præditi, ac ætate provecti, ut nullum incontinentiæ periculum timeatur: siquidem hujusmodi vota perpetuæ continentiæ emissa à conjugibue, plerúmque infaustos sortiuntur exitus: quia conjugibus simul habitantibus, vel se mutuò visitantibus arduum est coërcere carnis stimulos, dœmonis suggestiones: amor præconceptue concupiscentiæ sopitos ignes facilè eecitat, qui excitati continentiæ virtutem, & emissum votum absumunt; proinde non debent hujusmodi vota permitti nisi conjugibus, qui virtutum studijs excellant, & ætate jam sint provecti, ídque ob periculum, ne emissum votum violetur. Nota est Genebaldi Laudunensis Episcopi historia: hic uxorem duxerat, cum qua annis aliquot honestè vixit, cúmque consentiente uxore vitam monasticam professus fuisset, & ex Monacho ad Episcopatom promotus; is, quia frequentiùs post votum perpetuæ continentiæ permiserat se ab uxore visitari, duos ex illa filioe suscepit, & ob id à sancto Remigio addictus fuit pœnitentiæ, ut refert Hincmarue in vita S. Remigij. Quamvis igitur hæc vota perpetuæ continentiæ à conjugibus emissa honesta sint, sancta, & optanda; adhuc tamen humanâ consideratâ fragilitate, spectatie moribus, propensionibus, aliísque circumstantijs conjugum ea suadere Confessarijs non expedit, imò nec facilè permittere, nisi probata conjugum virtus, & maturior ætas id suadeant, quapropter etiam Apostolus attendens periculum incontinentiæ non facilè permiserat hujusmodi vota perpetuæ continantiæ inter conjuges, ajt enim. *Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.*

Neque expedit confessario permittere, ut 114
unus ex conjugibus continentiam voveat, si al-

ter idem votum non emittat; sed tantùm non repugnet voto emittendo ab altero conjuge, adeò ut non sufficiet non repugnantia, sed necessarius sit ejus consensus in scriptis concessus coram Episcopo, aut ejus Vicario Generali, quia si alter non consentiat, qui continentiam perpetuam vovit, vix poterit eam servare, cùm possit alter, qui eam non vovit, nec consensum præstitit, debitum exigere; non enim deperdit suum jus, nec ei renuntiet, ex eo, quòd alter conjux perpetuam voveat continentiam. Hinc neque expedit, ut alter conjugum voveat, se nunquam petiturum debitum; esset enim id valdè grave alteri, quia petere semper cogeretur ipse solus. Cæterum, si quis vovisset, se nunquam petiturum debitum, teneretur illud servare, ita tamen, ut non redderet matrimonium onerosum, proindè posset debitum reddere alteri conjugi non solùm expressè, sed etiam interpretativè illud exigenti. Consultiùs tamen foret, tunc petere dispensationem à tali voto ad declinandæ pericula illud transgrediendi: & Episcopus posset dispensare. Cæterum si unus conjugum alteri facultatem concedat, & quidem in scriptis coram Episcopo vovendi continentiam, censent plures, non posse post emissum votum alterum conjugem, qui consensit, debitum petere, quia per consensum præstitum videtur renuntiâsse juri suo.

115 Verùm id procedit potiùs, quòd qui continentiam non vovit, sed tantùm permisit alteri conjugi, ut eam voveret, non debeat debitum reddere, si à vovente exigetur: non verò, quòd non possit ipse, qui non vovit continentiam, debitum exigere: quia aliud est licentiam concedere alteri, ut voveat continentiam, & aliud privare se jure petendi debitum, primum enim servari potest à vovente, si quantum est ex se, nunquam debitum petat. Quòd si qui non vovit, licentiam dedisset vovendi perpetuam continentiam tam in ordine ad petendum, quàm reddendum, tunc qui non vovit, non posset debitum petere, quia consenserat voto emisso ab altero de non reddendo, & in hoc sensu in tali explicita licentia implicitè consensisset ad non petendum debitum à vovente, cùm sciat ex voto non posse debitum reddere. Vir etiam conjugatus sine expresso consensu uxoris, neque potest ad sacrum Ordinem promoveri, nisi & illa continentiam voveat, & desumitur ex *c. Conjugatus de convers. conjug.* ubi Alexander III. rescribit. *Nullus conjugatorum est ad sacros Ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus*, quinimò si vir non consentiente uxore, neque per adulterium dante causam divortij sacrum recipit Ordinem mortaliter peccet; & nisi religionem profiteatur actum ordinis exercere nunquam potest, neque ad superiorem ascendere, nec beneficium, aut officium ecclesiasticum obtinere, ut habetur in *Extravag. Antiqua*, quæ est Joannis XXII. Et quamvis uxorem, quæ viri ordinationi assensum non præstitit, deceret, perpetuam & ipsam servare continentiam, non tamen tenetur eam vovere, imò neque servare, si nolit, quia ipsa non amisit suum jus, quod acquisivit, cùm matrimonium contrexit, in quo casu vir, qui inscià uxore, vel non consentiente Ordines sacros suscepit, non posset debitum ab uxore petere, quia id esset votum transgredi, quod ipse emiserat: petenti verò uxori tenetur debitum reddere.

Quòd si uxor sciret, ejus virum velle promoveri ad sacrum Ordinem, & etiam consentiret, tunc teneretur continentiam perpetuam vovere, non tamen religionem ingredi, si in sæculo ejus castitas non periclitetur: non ita tenetur tale votum emittere, si ipsa non consensit, ut docet D. Thomas in *4. sent. dist. 37. q. 1. art. 11.* obi sit: *Vinculum Ordinis solvit vinculum matrimonij ratione petitionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimonium ex parte eius, qui Ordines suscipit; quia non potest petere debitum, nec uxor tenetur ei reddere: sed tamen non solvit ex parte alterius, quia ipse uxori tenetur debitum reddere, si non possit eam inducere ad continentiam.* & *in respons. ad 2.* ait: *si uxor sciat, & de eius consensu vir ordinem sacrum suscepit, tenetur continentiam perpetuam vovere, non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis, propter hoc, quòd vir eius solemne votum emisit. Sin autem sine eius consensu susceperit, non tenetur, quia ex hoc nullum ei præjudicium generatur:* An verò si vir inscíè, & non consentiente uxore promoveretur ad sacerdotium ab aliquo Episcopo putente promovendum non esse uxoratum, deberet tunc vivente uxore, & nolente continentiam vovere, imò & cum suo viro vellet habitare, & ab ipso debitum petere, deberet vir simul conjugatus, & sacerdos missam celebrare. 116

117 Consultius mihi videretur, si tunc etiam à celebratione missæ abstineret, præsertim si cùm sua habitaret uxore, quis licèt ab ipsa non posset ratione voti, seu Ordinis sacri debitum petere, teneretur tamen uxori petenti reddere, sic scandalum ingeneraret populo, si videret, virum uxoratum, & commorantem cum sua uxore sacrum ad altare facere: ratione enim matrimonij, & cohabitationis cum uxore suspensus potius esset ab exercitio sacri Ordinis, donec uxor decederet, vel perpetuam, & ipsa voveret continentiam. Quòd si vir ob adulterium uxoris ab ipsa separetur quoad thorum, & sacrum Ordinem suscipiet, jure suo tunc utitur, ut habetur in *c. constitutus de convers. conjug.* Non tamen uxor adultera, & dimissa potest contradicente viro monasterium ingredi, quia vir non deperdidit suum jus in illam, proinde si ingresse fuerit contra voluntatem viri potest revocari à viro innocente.

Quæritur trigesimo secundò, an votum solemne continentiæ fuerit ab ecclesia semper annexum ordini sacro? Certum est, potuisse ecclesiam ordini sacro adnectere votum solemne castitatis, quia cùm acceperit authoritatem à Christo condendi leges spirituali regimini, & fini vitæ æternæ congruentes; & fideles tenentur eam audire, *cum sit 1. Timoth. 3. Columna, & firmamentum veritatis, ac ei parere*, dicente 118

Chri-

Christo suis Apostolis repræsentantibus ecclesiam 1. *ad Timoth. 3. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.* Quòd verò Ordini sacro sit ab ecclesia annexum votum castitatis satis apertè declaratur in Concilio Tridentino *sess. 24. can. 9.* ibi: *Si quis dixerit, Clericos in sacris constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractúmque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, & voto; anathema sit,* ubi lex ecclesiastica videtur referri ad sacros Ordines, & votum ad professionem.

119 Respondetur ad quæsitum, votum continentiæ à primitiva ecclesia fuisse annexum sacris Ordinibus. Quòd verò ex sola lege ecclesiastica sit solemne votum continentiæ annexum susceptioni sacri Ordinis, liquet ex disciplina ecclesiæ græcæ, quam toleravit ecclesia Latina, quæ permisit, ut non quidem post sacram ordinationem uxores ducerent, id enim nunquam licuit; sed ut conjugio ante ordinationem inito uterentur, ut communiter explicant *can. Aliter. dist. 31.* ibi: *Aliter se Orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes, Diaconi, atque subdiaconi matrimonio copulantur: istius autem ecclesiæ, vel Occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium sortiendi.* Verba illa *matrimonio copulantur* explicantur communiter cum Glossa de usu matrimonij, non de ipso contractu, adeò ut sacerdotes Græci non contraherent matrimonium post susceptum sacerdotium, sed tantùm matrimonio uterentur, & eis copularentur fœminæ, quas ante susceptum sacerdotium uxores duxerant. Nunquam enim in ecclesia Orientali, & Occidentali permissum fuit, ut sacerdotio initiati uxores ducerent; sed quia illis sub ecclesiæ initiis fideles erant pauci numero, ideò subinde ad sacerdotium, & Episcopatum promovebantur uxorati, qui propterea tolerabantur in ecclesia Græca, si post susceptum sacrum Ordinem matrimonio uterentur, quod antea contraxerant: & hoc erat discrimen tunc temporis inter ecclesiam Græcam, & Latinam, quia in hac, vel non promovebantur uxorati ad sacros Ordines; vel promoti tenebantur perpetuam vovere continentiam, quam & servârunt aliqui ex Apostolis, qui dicuntur fuisse uxorati, cùm assumpti fuerunt ad Apostolatum.

120 Quòd verò ecclesia occidentalis votum continentiæ annexum voluerit sacris Ordinibus, ut prohibuerit, ne Clerici sacris initiati Ordinibus uxores ducerent; imò etiam injunxerit uxoratis, ut ab usu abstinerent matrimonij, liquet ex primis ecclesiæ Conciliis; etenim Concilium Elibarinum sub ipsis Gentilium persecutionibus coactum, quia sicut persecutiones Diocletiani, Maximiani, Galerij, Maxentij, & Maximini Imperatorum multis fuerunt occasio triumphi ob martyrium, quod gloriosè sustinuerunt; ita ex adverso plerósque impulerunt in ruinam, quapropter Patres primævæ illius ecclesiæ, ut lapsis opem ferrent, plura coëgerunt Concilia in Oriente per Synodum Ancyranam, cui præfuit Vitalis Antiochiæ Patriarcha: per synodum Alexandrinam, cui præfuit Petrus Alexandriæ Patriarcha, & in Occidente per Concilium Eliberinum congregatum Elibari, quæ est Hispaniæ Beticæ civitas dicta, vulgò Elvira, cui subscripsêre inter alios etiam Osius Cordubæ Episcopus, qui postea Nicœno Generali Concilio præsedit, & Valerius Cæsaraugustæ; habita fuit hæc synodus anno Christi 305. Galerio, & Constantio Imperatoribus; & inter alios canones, quibus lapsis consuleret, & normam vivendi ecclesiasticis præscriberet, edidit hæc synodus Eliberina canonem 33. in quo habetur. *Placuit in totum prohibere Episcopis, sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis positis in ministerio, abstinere se à conjugibus, & non generare filios. Quòd quicunque fecerit, honore clericatûs exterminetur.*

Hoc idem statutum fuit etiam in Concilio Carthaginensi II. habetur enim in *can. 2. ita placuit, & condecet sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inserviunt continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas* (notandum est hoc testimonium de veteri usu ecclesiæ, & Apostolica traditione circa votum continentiæ sacris adnexum Ordinibus) *nos quoque custodiamus: ab universis Episcopis dictum est, omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam se ab uxoribus contineant.* Hoc idem etiam statutum fuit in Concilio Arelatensi II. *can. 2.* ubi dicitur: *Assumi aliquem ad sacerdotium non posse sub matrimonij vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conversio,* & *can. 3. Si quis de Clericis à gradu Diaconatûs in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, neptem, vel sororem, aut filiam, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur: pari quoque mulierem, si se non separaverit, pœnâ percellat:* in hoc Arelatensis Concilij canone permittitur quidem cohabitatio uxoris, sed dummodo hæc sit conversa, seu continens, vel perpetuam voverit castitatem, ut nimirum sacerdotes ex christiana charitate curam gerant mulierum, quæ sibi sunt sanguine junctæ. In quo sensu intelligitur etiam sextus Apostolorum canon, quo græci abutuntur; & cujus obtentu non fuerunt veriti in Quinisexta Pseudosynodo Romanam damnare ecclesiam, eò quia usum matrimonij sacris initiatis Ordinibus inhibuerit: sensus enim illius canonis sexti, qui Apostolis tribuitur, est, ut Episcopi, Sacerdotes, & Diaconi curam habeant uxorum, nec eas religionis specie abjiciant, quemadmodum curam etiam gerere tenentur matris, aviæ, & sororum, sine tamen cubilis commercio. 121

Plura alia Concilia, ut Carthaginense V. Turonense II. *can. 20.* Agathense, & alia plura in ecclesia Occidentali, votum castitatis sacris ann- 122

annexum Ordinibus asseruerunt, imò etiam in Oriente plura Concilia, & præsartim Nicana synodus Oecumeniaa, hæc enim *can. 3.* statuit, non esse licitum Clerico subintroductam habere mulierem, nisi matrem, sororem, avism, vel eas solas, quæ omnem removent suspicionem, ubi nulla uxoris sit mentio, non quia clarico habere liceret, sed quia nulla esse poterat ex lege clericslis cælibatus. Non enim posset quispiam eruditus inficiari quanta districtiona, primis quinque sæculis, universa ubique terrarum ecclesia sacro clero conjugium interdixerit, quin etiam posteriores græci, qui se schismate à Romana ecclesia divulserunt, matrimonij usum Episcopis subtrahunt, prohibéntque, quem tantùm inferioribus sacerdotibus permittunt, si jam fuerant tempore suæ ordinationis conjugati: nova siquidem post ordinationem contrahere connubia non permittuntur, idque liquet ex *can. 12.* Schismaticæ synodi quinisextæ in Trullo sub Justiniano Rhinotineto.

123 Quamobram continentiæ votum, vel à primis ecclesiæ temporibus lege ecclesiastica, & consuetudine sacris semper fuit annexum Ordinibus, & quidem in utraque ecclesia græca, & latina: siquidem de ecclesia Orientali id luculenter ostendit S. Epiphanius *hæresi 59.* quæ est Cathororum, seu Novatisnorum, tum in axpositione fidei catholicæ *c. 31.* & habetur atiam in *can 27.* ax ijs, qui Apostolis tribuuntur. Quòd hæc lex, & consuetudo semper atiam inoleverit in ecclasia latina, testatur S. Hieronymus *epist. 1.* ubi ait: *Apostoli, vel Virgines, vel post nuptias continentes. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eliguntur, aut vidui, aut certi post sacerdotium in æternum pudici*, & *lib. advers. Vigilantium* indicans hoc votum continentiæ sacris annexum Ordinibus atiam in ecclesia Orientis ajt: *quid facient Orientis ecclesia? Quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ, qua aut Virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt?* & quamvis hæa consuetudo primis temporibus in utraqua ecclesia inoleverit, qua sacris Ordinibus initiati perpetuam continentiam servabant ex ecclesiæ disciplina ab Apostolicis temporibus firmata; Græci tamen in ea retinenda non fuerunt its constantes sicut latini, qui vel nonnisi Virgines, & continentes promovebantur ad sacros Ordinea, vel saltem, si uxorati erant, voto sa obstringebanc continantiæ: & hanc disciplinam Siricius Papa etiam lata lege firmavit, ac ab omni ecclesiastico honora dejectos declsravit aos Presbyteros, ac Diaconos, qui rei uxoriæ vacarent, & Sanctus Leo Magnus commendans hana disciplinam in ecclesia, qua sacris initiati Ordinibus continentiam vovarant, ajt *epist. 84. c. 3. & 4. ad Anastasium. Omnium Sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis ecclesiæ membris vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra Clericorum Ordinum constitutis nuptiarum Societati, & liberorum procreationi studere sit liberum: ad axhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur: ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quòd si in hoc Ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri, quantò magis in primo, vel secundo, tertióve servandum est? ne aut in Levitico ministerio, aut Presbyterali honore, vel Episcopali excellentia quisque idoneus æstimetur, qui se à voluptate uxoria necdum frænâsse detegitur.* Sanctus Gragorius Magnus *lib. 4. dialog. c. 11.* ostendens, sacerdotes etiam primis ecclesiæ temporibus ab usu abstinuisse matrimonij producit exemplum cujusdam Ursini sacardotis, de quo ajt: *Hic ex tempore Ordinationis suæ Presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem carnis ad se propiùs accedere nunquam sinebat*, & de eodem sacerdote memorat, ut cùm esset jam ultimo senio confectus, & quadragasimum suæ Ordinationis annum ageret, decumberétque viribus destitutus, & ultima ægritudine languidus, vix extremos traheret spiritus, & ejus Presbytera exploratura num spirâsset, & aurem naribus decumbentis, & animam jam agentis admovisset, recollectis viribus in has erupit voces: *Discede, discede à me mulier, adhuc igniculus vivit amove paleam.*

Quamvis utriusqua ecclesiæ græcæ, & la- 124
tinæ aa sub primis temporibus laudata fuerit disciplina, quâ sacris initiandi Ordinibus continentiam voverent, & si oxorati essent ab usu abstinerent matrimonij, cœpit tamen hæc commendsbilis consuetudo corrumpi in ecclesia græca quinto sæculo paulò ante synodum Quinisaxtam, & præfertim quia ægrè ferabant sacardotas uxorati hanc continentiam, & Vigilantius etiam conatus fuit per Occidentem hanc incontinentiæ labem spargara, quamvis irrito conatu, cum Patres Latini continentiæ legem à sacardotio, sacrísque Ordinibus nunquam sejungi permiserint, sicut atiam antiquiores Patres græci, etenim Origenes *homil. 23. in Numer.* ajt. *Illius solius esse offerre Deo sacrificium, qui indesinenti, ac perpetua se devoverit castitati*; cui suffragatur Eusebius in *lib. 1. demonst. evangel. c. 9.* inquiens: *Verumtamen eos qui sacrati sunt, atque in DEI cultu, & ministerio occupati continere se deinceps ab uxoris commercio decet*, & D. Basilius *epist. 17.* acriter objurgat sacerdotem septuagenarium, qui dimissam in sua ordinatione conjugem, in suas iterum ædes receperat, mandátque, ut Presbyteram suam in Monislium dimittat monasterium. Et Justinianus Imperator hanc in acclesia disciplinam, & legem continentiæ in sacerdotibus, sacrisque ordinibus initiatis approbans ait in *novel. 6. c. 5. Nihil ita in sacris ordinationibus diligimus, sicut in castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes.* eò quia vel maximè deceat sacardotio fungentes, & sacro inservientes altari studio esse castitatis addictos, & continentiæ virtute esse insignitos.

Neque Justinianus approbavit usum matri- 125
monij in sacerdotibus uxoratis: siqoidem conjugij vinculum sacri ministerij functionas plurimum impedit, cùm enim officium sacerdotis sit

sit orationibus vacare, divinum verbum è suggestu ad populum dicere, pastorali cura gregem sibi concreditum, moribus, & exemplo fortiùs, quàm verbis ad culturam allicere virtutum, & ad studia charitatis, & castitatis; procul dubio, si sacerdotes uxorati sint, neque ab usu abstineant matrimonij, sed filios generent, rebus familiaribus incumbant, divitiis inhiant, quibus tota familia ditescat, negotia propterea instituant, quibus cum fœnore pecunias augeant, certè cùm hisce impedimentis munia vix possunt sacerdotis obire, nec aliis persuadere virtutem continentiæ, mundi contemptum, divitiarum neglectum, si ipsi suas habeant uxores, neque ab usu abstineant matrimonij, liberos procreent, & toto nisu studeant per incrementa divitiarum commoda totius familiæ promovere. Quòd si sacerdos Mosaicæ legis oblaturus sacrificium non solùm ab uxore abstinebat, verùm, & domo sua secedebat, quanto magis in lege evangelica debet sacerdos alienus esse à quovis uxorio commercio, cùm in sacrificium offerat non boves, nec oves, nec agnos, sed ipsum Dei Filium nostrâ indutum humanitate.

126 Quòd si in lege veteri non permittebantur edere panes propositionis, nisi qui mundi essent à mulieribus: quantò magis hæc à mulieribus continentia exigenda erit à sacerdotibus legis evangelicæ, quorum officium est immaculatum agnum JEsum Christum æterno Patri in sacrificium offerre, comedere, & fidelibus ministrare? cùm sit panis ille, qui de cœlo descendit, seu ipsa caro JEsu Christi, cujus veteris legis sacrificia, panésque propositionis umbræ tantùm, ac figuræ fuerunt obscuræ? certò potiore jure decet, sacerdotes evangelicæ legis castitatis culturæ esse addictos. Quòd si Apostolus fidelibus sæcularibus suadet, ut ex consensu ad tempus, si sint uxorati, abstineant ab usu conjugij *1. Corinth. 7.* ut vacent orationi; sanè congruum est, ut sacri ministri, & præsertim sacerdotes immolantes ad altare, non victimam terrestrem, sed filium Dei vivi, ut ritè suo fungantur munere ab omni abstineant jugiter muliebri consortio, ut urget S. Hieronymus *lib. 1. advers. Jovinian. c. 19.* inquiens: *si laicus, & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali: sacerdoti, cui semper populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, semper carendum erit matrimonio. Nam & in veteri lege, qui populo hostias offerebant, non solùm in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, & vinum, & siceram non bibebant, quæ solent libidinem provocare.*

127 Quòd si objicias, Levitas, & Sacerdotes legis mosaicæ fuisse uxoratos, proinde etiam in lege evangelica decere sacerdotes suas habere uxores. Contra, est siquidem discrimen, quia eatenus Levitis mosaicæ legis concedebatur temp⁹ aliquod, quo uterentur conjugio, quia id exigebat necessitas divini cultus: in ea enim unica tribu, ejusque una Aaronica stirpe sacerdotium illud vetus continebatur, ad cujus propagationem usus conjugij erat necessarius. In lege autem evangelica, quia privilegium Patrum cessavit, & sacerdotium non ampliùs dependet ab unica tantùm stirpe, sed ecclesia eos ad sacerdotium promovet fideles, quos virtutum studia, morum probitas, laus doctrinæ, & castitatis cultura commendant ex quacunque sint stirpe, nulla ampliùs urget necessitas, quâ sacris Ordinibus initiati debeant matrimonio uti; cum non ampliùs sit terrenæ originis prærogativa, quæ sacerdotes populo procreet; sed cœlestis gratiæ dignatio, quæ fideles ad sacros promovet Ordines: qui propterea debent matrimonij vincula, ac impedimentis liberi esse, quo majori studio divino inserviant altari, sacrificiis mancipentur, ac rerum divinarum meditationi sint addicti, ut enim ait Apostolus *1. Corinth. 7. qui cum uxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.*

Præterea non posset sacerdos vacans rei uxoriæ, fideles adhortari ad perpetuam continentiam, & ad studia castitatis, cùm ipse contrarium ageret ab eo, quod alios doceret: nec 128
posset tunc cum Apostolo dicere: volo vos omnes esse sicut meipsum. Si enim Episcopi, si Parochi essent uxorati, & prolis procreationi darent operam, certè commodis potiùs studerent familiæ, rarò divina meditarentur, sed ad ea suas dirigerent cogitationes, quæ ad commodum uxoris, & filiorum facerent, sicque non curam pauperum, sed filiorum gererent, omnémque impenderent solicitudinem, ut ijsdem thesaurizarent: hinc Sixtus Papa *epist. 4. ad African.* ajt: *Quod dignum, & pudicum, & honestum est suademus, ut sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis non coëant, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus occupantur, Apostolus enim ad Corint. 1. c. 7. scribit: Abstinete vos, ut vacetis orationi: si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri: quantò magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet munditia puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit? quo pudore, qua mente usurpabit? quâ conscientiâ, quo merito hic exaudiri se credit, cùm dictum sit: Omnia munda mundis; coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum: qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest etiam jure gentilitas accusare. Fortè creditur, quia scriptum est unius uxoris virum? Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram*, ex eo enim, quòd Apostolus dicat, Oportet Episcopum unius uxoris esse virum; id non intelligitur, quasi Apostolus velit, Episcopum esse uxoratum, sed quòd non sit promovendus ad Episcopatum, presbyteratum, & diaconatum bigamus, qui duas habuerit uxores; sed ex illis, qui fuerunt uxorati ij tantùm sint promovendi, qui unicam tantùm habuerint uxorem, vel nullam, vel si adhuc habeant, continentiam profiteantur, ac servent.

Solent tamen hæretici objicere illud Apo- 129
stoli ad *Hebræos 13.* ubi vocat matrimonium:

honorabile connubium in omnibus, & thorum immaculatum. Quòd si connubium in omnibus est honorabile: ergo non est, quod debeat dedecere initiatos sacris Ordinibus. Sed contra, quia ex præcensitis satis liquet, quàm incongruum sit sacerdotibus matrimonium, ac usus conjugij, à quo à divinis distraherentur, & ad curas domesticas traherentur. Apostolus igitur vocans matrimonium honorabile connubium in omnibus, scilicet legitimè conjunctis, iu quibus vult esse honorabile, ut etiam thorum immaculatum, ne stupris, vel adulteriis maritalis thorus inquinetur, sensus non est, quòd honorabile sit connubium in omnibus, etiam sacris ordinibus initiatis; sed ut sit honorabile in omnibus, qui legitimè matrimonium contraxère, ne illud dedecorent stupris, & adulteriis, ideòque vult thorum conjugatorum esse immaculatum, & iste est genuinus Apostoli sensus, quia ut ait idem Apostolus, Fornicatores, & adulteros judicabit Deus.

136 Quæritur trigesimo tertiò, an sacer Ordo dirimat matrimonium jure naturæ? Respondent aliqui, matrimonium præcisè secundùm se jure naturæ non dirimere matrimonium, quia Ordo sacer per se solitariè spectatus non contrariatur matrimonio: unde illud dirimit jure naturæ ratione voti continentiæ eidem adnexi, tametsi Ordo sacer non habeat tale votū sibi annexum per se, & ex propria natura, sed per accidens ex ecclesiæ statuto: & nituntur, quia votum Ordini sacro annexum est solemne, ut liquet ex *c. unic. de vot. in 6.* perinde ac votum emissum in religione, & sicut votum solemne emissum in religione approbata à sede Apostolica dirimit matrimonium jure naturæ; ita etiam Ordo sacer, non quidem secundùm se præcisè, sed ratione voti continentiæ eidem annexi. Idque ex eo firmant, quia in hoc voto continentiæ annexo sacris Ordinibus habetur totalis traditio, & acceptio, alioquin non esset solemne, cum per hoc distinguatur votum solemne à simplici, quod istud æquiparetur sponsalibus, in quibus nulla sit traditio de præsenti, & illud matrimonio, in quo sit vera traditio, & acceptio, ex quo inferunt, ordinem sacrum ratione voti continentiæ sibi annexi dirimere matrimonium jore naturæ, quia ex natura rei repugnat, hominem semel Deo traditum per votum, tradi simul uxori per matrimonium.

137 Verùm in contrarium opponi potest, quia votum castitatis annexum sacris Ordinibus, & quod emittitur in eorundem susceptione, non est pee se ex natura sua solemne, sicut est votum, quod emittitur à religiosis post annum probationis in solemni professione; sed potiùs per se est votum simplex, & per accidens, seu ex ecclesiæ statuto solemne quoad effectum duntaxat dissolvendi matrimonium, adeò ut tale votum, quoad hunc effectum fiat tantùm solemne ex statuto ecclesiæ: quamobrem sacer ordo, nec præcisè secundùm se, nec ratione voti adnexi continentiæ dirimit matrimonium jure naturæ, sed tantùm jure ecclesiastico. Ad confirmationem respondetur; traditionem proprij corporis in susceptione sacri Ordinis Deo factam non esse in ordine ad castitatem servandam; sed in ordine ad ministeria divini cultûs, cui ecclesia voluit adjungi votum illud perpetuæ continentiæ. Quamobrem respondendum est quæsito, sacrum ordinem nonnisi jure ecclesiastico dirimere matrimonium, quia cum illud non dirimat jure naturæ, nec jure divino; cùm in ecclesia græca permitterentur sacerdotes uxorati, imò & in latina, tametsi post susceptum sacerdotium ab usu postea abstinerent conjugij, ut in præcedenti quæstione evicimus.

Quæritur trigesimo quartò, an etiam solo jure ecclesiastico votum solemne continentiæ sit annexum professioni religionis approbatæ, seu vitæ monasticæ, secundùm regulam à Sede Apostolica confirmatam? Respondetur, non convenire in solutione hujus quæstionis Theologos, & Canonistas, siquidem ex *c. Quod votum tit. de vot. & voti redemp. in 6.* Bonifacius VIII. videtur declarâsse hoc votum solemne continentiæ, nonnisi de jure ecclesiastico esse annexum solemni professioni religiosæ, ait enim *Voti solemnitas ex sola constitutione ecclesiæ est inventa.* Quòd si est tantùm de jure ecclesiastico, sequitur, posse summum Pontificem etiam cum Religioso dispensare, ut uxorem ducat, cui sententiæ adhærent plures, tum Theologi, tum juris canonici periti, inter quos Innocentius IV. Joannes Andreas, Hostiensis, Cajetanus, Turrecremata, imò & S. Antoninus *2. p. tit. 11. c. 2.* Hoc idem censent Toletus, Navarrus, Covarruvias, & Fagnanus in *2. p. lib. 3. decret. ad c. cum ad monasterium*, ubi ait, hodie hanc sententiam esse communem Theologorum, ac ferè omnium Canonistarum, quam etiam tacitè approbavit ecclesia Romana, dum super hoc dispensavit cum multis religiosis. Hinc si communis utilitas totius ecclesiæ, vel etiam unius Regni, aut Provinciæ exigeret, posset Pontifex in voto continentiæ annexo sacris Ordinibus, imò & voto solemni religionis dispensare. Verùm votum solemne continentiæ adeo est intrinsecum, & essentiale statui religioso, ut summus Pontifex non possit efficere, ut remaneat quis simul Monachus, & uxorem habeat, clarè docet D. Thomas *2. 2. q. 88. art. 9.* ubi ait, *debitum continentiæ esse essentiale statui religionis, per quem homo abrenuntiat sæculo, totaliter DEI servitio mancipatus, quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procurandæ uxoris, & prolis, & familiæ, & rerum, quæ ad hoc requiruntur.* 138

Potest nihilominus summus Pontifex ex justa, & valdè urgente causa dispensare, ac facere, ut ex Monacho fiat non Monachus, adeóque solemnibus votis solutus, & consequenter potest per suam dispensationem tollere consecrationem, quæ non est sacramentalis, sed ritualis, neque divini juris, sed ecclesiastici: & quia votum solemne continentiæ non est essentialiter annexum Ordini sacro, cùm ecclesia latina toleraverit sacerdotes uxoratos in ecclesia græca, ideo tantùm accidentaliter, & ex statuto ecclesiæ est votum solemne continentiæ annexum 139

xum Ordini sacro, quapropter sicot ex justa causs potest legislator in suis legibus dispensare, ita & ecclesia, seu summus Pontifex potest indulgere, ut initiatos sacris Ordinibus, possit uxorem docere: qoioimò desacto plures Pontifices dispensâruot præsertim cum Subdiaconis ex es tantùm causa, ne nobilis eliqus familia periret, ac successotibus csreret. Imò non fuit semper irritom sacerdoti mattimoninm, quamvis fuerit semper illieitom, ac depositione ab officio, & beneficio plecteretur, ut constat ex *can. Presbyter. dist. 25.* qui fuit primus Concilij Neocæsariensis, & ex Concilio Carthaginensi V. *can. 3.* Arausicano I. *can. 23. & 4.* Turonensi I. *can. 2.*

134 Quæritur trigesimo quintò, an qui Ordinem iscrum susciperet ante usum rationis, vel etiam per vim, vel cum ignorantiê, quòd Ordo sacer hsbeat aooexum votum perpetuæ continentiæ, teneretur cœlibstum setvsre? Respondetur, probsbiliùs videri, ordinem sacrum susceptum etiam ante usum rationis, vel per vim, vel cum ignorantia voti perpetuæ continentiæ, eidem annexi reddere initiatum Ordine sacro inhabilem ad matrimonium, non quidem ratione voti ignorati, vel per vim emissi; sed ratione sstuti eccleseestici immediatè obligantis sacros homines ad castitatem servandam; siquidem post statutum ecclesiæ de continentia servanda ab initiato sacris ordinibus, quod statutum viguit à temporibus Apostolorum, semper additum fuit ordinationi sacræ votom perpetuæ continentiæ, expresè, vel racitè semper emittendum à suscipiente Ordinem sacrum: & quamvis non conveniant Doctores, de tempore, quo hujusmodi votum cœpit emitti expresè, vel tacitè ab iis, qui sacros Ordines susciperent: communior tsmen sententia est, tsle votom cœpisse emitti tempore Concilij Arelatensis II. sub Sylvestro I. anno reparatæ salutis 326. quia in *can. 2.* illius Concilij, prohibetur assumi ad sacerdotium eum, qui est conjugatus, nisi cootioentism promittat, ibi: *Assumi aliquem ad sacerdotium non posse sub matrimonij vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conversio, declarat sacra synodus*, seu ut explicant communiter, nisi fuerit promissa continentia, hæc autem promissio votum est perpetuæ castitatis, quod post Concilium Arelstenle etiam emittebatur expresè ab iis, qui ad sacros Ordines promovebantur, remetsi postea, quia hoc votum jam supponebatur adnexum sacris Ordinibus, nonnisi tscitè emitteretur, adeo ut ipsa Ordinis sacri susceptio sit etiam promissio, licèt tacita voti perpetuæ continentiæ: hoc sutem votum non fuisse à Græcis receptum, asserit Innocentius III. in *c. cùm nolint de Cleric. conjugat.*

Hinc hodie tametsi quis in sua ordinatione 135
haberet expressam intentionem non vovendi perpetuam continentism, adhue ad hanc teneretur, oon quidem ratione voti, cùm hoc non fuerit, nec expressum, nec tacitum: sed ratione ecclesiastiei præcepti injungentis obligationem servandi csstitetem iis, qui sd sacros Ordioes promoventur. Ecclesis enim tria prohibet iis, qui sacris initiantur ordinibus. Primum ut oullus conjugatus ad sacros promoveatut ordines, nisi ejus oxor psrpetuam csstitatem voveat, idque desumitur ex *c. sanè de cleric. conjug. c. conjugatus de convers. conjug. c. seriatim dist. 32. c. Episcopus dist. 77.* Secundum ut nemo postquam sacris est initiatus Ordinibus uxorem ducat, & desomitur ex *c. 1. & 2. qui Clerici vel voventes c. ut lex 27. q. 1.* & ex pluribus aliis juribus. Tertium, ut constitutus in ordinibus sacris perpetusm servet continentiam, non solum ab actibus venereis per se illicitis, verùm etiam ab usu matrimonij, & copulâ conjugali, si fortè ante sacri ordinis susceprionem mstrimonium contrsxerat, & quantum ad hoc ultimum decretum ecclesiæ latinæ non fuit receptum à Clericis ecclesiæ græcæ, & Orientslis.

TITULUS VII.

De Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Cùm in præcedenti titulo Pontifex egisset de impedimento voti dirimente matrimonium, hìc agit de alio impedimento, quod provenit ex crimine, adeò ut hic titulus latiùs pateat, quàm Rubrica: siquidem in hoc titulo agitur de impedimento criminis, quamvis in ejus rubrica tantùm exprimatur crimen adulterij: quia matrimonium subsequens non solùm dirimitur per crimen adulterij, verùm etiam per crimen homicidij, seu machinationis alterjus conjugis. Est enim crimen impediens, ac dirimens matrimonium duplex, scilicet homicidium, & adulterium, proinde quamvis in Rubrica tantùm exprimatur crimen adulterij, in titulo tamen agemus de utroque.

SUM-

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Octo Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. PROPOSITUM 1. h. t. rescribit Alexander III quòd si vir contrahat cum secunda uxore, habeátque primam uxorem vivam, & secunda uxor nesciat primam esse vivam: si prima moriatur, & vir petat divortium à secunda, non sint separandi, nisi mulier petat divortium: non obstante, quòd secundùm jura non possit vir illi nubere, quam polluit per adulterium, & præsertim illi, cui fidem dedit vivente prima, vel quæ machinata est in mortem uxoris. Ratio, cur non sint separandi, ut dicitur in textu, desumitur ex ignorantia mulieris, quæ cùm nihil sciret de prima uxore viva, & bona fide contraxerit matrimonium, non commisit adulterium c. in lectum 24. q. 2. & filij de tali matrimonio geniti censentur legitimi ob bonam fidem uxoris cap. cum inter, qui filij sint legitimi. Rursus mortua prima uxore, non statim fit matrimonium, quia vir præsumitur perseverare in primo consensu, qui per se erat nullus: sicut quando mulier nubit servo, quem putat liberum, alioquin illi non nuberet, quamvis postea manumittatur ipsâ insciâ, quia tamen semper præsumitur approbare primum consensum, qui est erroneus & nullus; nihilominùs, si mulier velit, compellitur vir eam ducere. Hinc hic contractus exhibitus in textu est validus ex una parte, & ex altera non tenet c. de illis de despons. impub. Sin autem, is ex cujus parte non valet, novum consensum præbeat, fit matrimonium utrumq; validum. Cæterum crimen, quod inter impedimenta ecclesia ponit, non est simplex, sed duplex; etenim est adulterium cum machinatione mortis alterius conjugis, vel cum contractu matrimonij de præsenti cum adultera: hujus duplicis inducti impedimenti ratio est, ut caveatur machinatio mortis alterius conjugis: periclitaretur enim, si licitum esset vivente priore conjuge spem dare alteri, vel fide de ipsa ducenda post necem prioris. Hinc daretur saltem occasio optandæ alienæ mortis.

C. SIGNIFICAVIT 2. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si quis contrahat cum una, & postea nubat alteri scienter, cum qua etiam consummet matrimonium: si primum matrimonium non fuit validum, eò quia coactè fuerit initum, & vir non cognovit fœminam; secundum matrimonium, fit validum, & vir teneatur manere cum secunda. Sin autem primum fuit validum, tametsi prima uxor sit mortua, non possit secundam habere, quia scienter ei nupsit, vivente prima: secus si ignoranter. Hinc Episcopus potest ad id etiam per censuras adigere. Notat Panormitanus in hoc textu n. 5. juramentum metu præstitum non esse obligatorium, eò quia videatur esse contra bonos mores illud extorquere vi: hinc matrimonium metu contractum est irritum, si juramentum in sponsalibus, seu promissione matrimonij intervenerit.

C. SUPER HOC 3. h. t. Idem Pont. rescribit, eum, qui vivente uxore alteri mulieri de facto nubit, si hæc adultera est aliquid machinata in mortem uxoris, seu fidem dederit, quòd prima defuncta ei nuberet, non posse in perpetuum secundùm jura eam habere uxorem. Hinc colligitur, impedimentum prioris criminis esse, quando cum adulterio intervenit machinatio mortis, immo tunc non est opus promissione futuri matrimonij. Verùm aliquot requiruntur conditiones ad hoc impedimentum dirimens incurrendum. Prima ut machinatio mortis sortiatur suum effectum. Secunda ut hæc machinatio sit occisio uxoris. Tertiò ut propter mortis machinationem interveniat adulterium. Sunt etiam aliæ conditiones, quas recenset Sanchez lib. 7. disp. 78. n. 7.

C. EX LITTERARUM 4. h. t. Clemens III. rescribit, quòd si quis vivente prima uxore etiam ob adulterium separata, vel facta religiosa contrahat cum secunda conscia de prima, mortua prima sit separandus à secunda, & peracta pœnitentia de adulterio, possit accipere aliquam aliam præter secundam, cui concordat Tridentinum ess. 24. de refor. c. 7. Ex quo textu liquet, separato matrimonio quoad thorum apud Catholicos, adhuc manere vinculum matrimonij, quamvis adultera ingrediatur monasterium, quia matrimonium semel consummatum non solvitur, nisi per mortem naturalem alterius conjugis c. 30. q. 2.

C. CUM HABERET. 5. h. t. statuitur ab eodem in hoc capite, ut qui vivente uxore adulteravit cum aliqua, & in jus vocatus abjuravit adulteram, mox spreto juramento cum ea contraxit vivente legitima uxore, & per decem annos vixit cum illa, & habuit plures filios ex illa, sit omnino separandus ab ea etiam mortua legitima uxore, & injunctâ pœnitentiâ sit utrique indicenda perpetua continentia, eò quia ecclesiam scandalizaverint gravi scandalo, præsertim si jam sint senes: quia ut notat Glossa, si essent juvenes, & immineret periculum incontinentiæ, deberet eis dari licentia contrahendi.

C. SIGNIFICASTI 6. h. t. Innocentius III. declarat, quòd qui vivente uxore habet copulam cum altera, mortuâ uxore, dummodo non præcesserit fides, nec machinatio, potest illam ducere. Ex quo liquet, non solam copulam, sed simul cum machinatione ex parte unius impedire, & dirimere matrimonium. Excommunicatus tamen potest matrimonium contrahere, licèt alia sacramenta illi denegentur.

C. VE-

C. VENIENS 7. h. t. idem Pont. rescribit, *quòd si uxoratus contrahat cum secunda nesciente virum esse uxoratum, mortua prima possit secundam habere, si de novo consentiat, dummodo non præcesserit machinatio, nec fides.*

C. SI QUIS 8. ET ULT. h. t. Gregorius IX. *rescribit, quòd si quis uxore vivente fide data promisit, se aliam ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec ante, nec post, vivente prima ipsam cognovit, & mortua prima contrahit cum secunda, matrimonium teneat: mandat tamen Pontifex injungi pœnitentiam utrique pro hoc delicto: secus si vivente adhuc uxore eam cognovit, ante, vel post fidem datam, vel matrimonium, non potest ei nubere. Ubi notat Glossa, omnia jura ita esse intelligenda, in quibus dicitur, solam fidem datam mulieri vivente prima uxore impedire, ac dirimere matrimonium: intelliguntur enim, dummodo secuta fuerit copula. adeò ut solus conatus non obsit, ubi injuria non habet effectum. Unde ut adulterium concurrat cum promissione matrimonij futuri; vel cum matrimonio de facto inito, necesse est, ut prima conjux adhuc vivat, quia tunc in promissione adest periculum captandæ mortis conjugis: si enim adulterium sequatur ad mortem prioris conjugis, non consurgit hoc impedimentum. Rursus requiritur acceptio expressa promissionis factæ: quia promissio non acceptata, sicut nullam inducit obligationem, ita neque impedimentum, imò in re tam gravi non sufficit acceptio tacita. Rursus debet matrimonium prius contractum esse validum, & uterque adulter scire alterius conjugem, quia altero ignorante non haberetur impedimentum.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo adulterium dicatur dirimere matrimonium subsequens.

1 CErtum est, solum simplex adulterium per se non esse impedimentum impediens matrimonium, nisi unà cum adulterio concurrat etiam matrimonij promissio, ubi legitimus conjux mortuus fuerit; tunc enim stante hac promissione adulterium impedit matrimonium postea contrahendum cum adultera: hinc si adulter per verba de præsenti matrimonium contraxerit cum adultera est ipso jure matrimonium irritum, cum nemo simul duas uxores habere possit, ut etiam post mortem prioris uxoris, quia secundum matrimonium est ipso jure irritum, ut desumitur *ex c. relatum 4. causa 31. q. 1.* ne scilicet ob promissionem, & spem futuri matrimonij capteтur occasio occidendi priorem conjugem, ut rectè notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 19. n. 1.*

2 Imò sufficit, si adulter cum adultera matrimonium ineat clandestinum, cum non potuerint inire matrimonium validum adhuc vivente priore uxore. Quamobrem sive adulterium præcedat, sive sequatur matrimonium cum adultera initum, per promissionem matrimonij ineundi cum ipsa post mortem uxoris adhuc viventis, semper incurritur impedimentum dirimens matrimonium subsequens cum adultera, ut desumitur *ex c. si quis 8. & ult. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit: qui vivente prima uxore dat fidem secundæ, imò de facto matrimonium contrahit cum secunda, dummodo nec ante, nec post vivente prima ipsam cognoverit, tunc primâ mortuâ, si contrahat cum secunda matrimonium tenet: injungenda tamen est pœnitentia utrique pro isto delicto: secus si vivente uxore illam cognoverit ante, vel post fidem, aut matrimonium clandestinum cum adultera initum, incurrit impedimentum dirimens; & si postea cum ipsa contrahat matrimonium hoc est irritum.

Hinc jura quoties dicunt, solam datam fidem 3 mulieri vivente primâ uxore impedire, ac dirimere matrimonium, intelliguntur dummodo secuta fuerit copula; quia non obstat conatus, ubi injuria non habet effectum *c. ult. sup. de sponsal.* & *c. extraordinar. 35 q. 3.* & hoc etiam procedit de machinatione *c. si quis vivente 31. q. 1.* Hinc solum adulterium per se sine promissione ducendi adulteram post mortem uxoris adhuc viventis, non sufficit ad incurrendum hoc impedimentum, ut nec etiam sola promissio matrimonij sine adulterio; sed copulativè requiritur utrumque, adulterium, & promissio ducendi in conjugem adulteram post mortem viventis uxoris, ut habetur *in c. super hoc 3. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, qui vivente uxore cum alia de facto contraxit, si ista adultera est aliquid machinata in mortem uxoris, sive fidem dederit quòd prima defuncta eam duceret, secundùm jura non potest in perpetuum eam ducere. Idem etiam statuitur in *c. significâsti 6. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit: qui vivente uxore habet copulam cum altera mortuâ uxore, si non præcessit fides, nec machinatio, potest illã ducere; unde valet argomentũ à sensu contrario: ergo si præcessit fides, vel machinatio non potest illam ducere: copula siquidem, & machinatio ex parte unius impedit, & dirimit matrimonium sicut, & fides data *c. si quis vivente. 31. q. 1.* Idque ad excludendum votum captandæ alienæ mortis: siquidem si talia matrimonia tolerarentur, passim adulteri in mortem innocentis conjugis conspirarent.

Si quis tamen vivente adhuc legitima uxore 4 cum alia matrimonium contrahat ignorante pri-

primam ajus uxorem adhuc vivare; ie mortua prima uxore si petet è secunda separeri non debet ei concedi separetio; potest tamen uxor secunda, si velit, & quærat, à viro separari, ut rescripsit Alexander III. in *c. propositum 1. h. t.* ubi hebetur, quòd quando vir contrahit cum secunda uxore; si habeat primam uxorem vivam, & secunda, cum qua contrehit, nesciat, primam esse vivam; si moriatur prima, & vir petat divortium à secunda, non sunt separandi, nisi mulier petat divortium: non obstante quod secundùm jura vir non possit ducare illam, quam polluit per edulterium, & præsertim illem, cui fidem dedit vivente prima; vel quæ mechinata est in mortem uxoris: duo enim sunt casus, in quibus propter delictum adulterij prohibetur metrimonium iniri inter edulterum, & adulteram, quorum primus est, si det fidem edulteræ, seu promittet se illam ducturũ in uxorem post obitum fuæ legitimæ uxoris edhuc viventie, quod potest contingere de jure novo, si sermo sit de simplici promissione, vel ante Concilium Tridentinum si de facto contraxisset matrimonium clandestinum sua legitima uxore edhuc vivente, cum tunc tale matrimonium transierit in sponsalie *c. cùm haberet 5. h. t.* Secundus est, quando intervanit machinatio in mortem alterius conjugis.

5 Rursus mattimonium initum cum secunda uxore post mortem primæ non est validnm, nisi novus consensus accesserit: ratio est perspicue, quia prior consensus derue vivente adhuc prima uxore fuit invalidus: & hic novus consensus, potest heberi, vel expressè per verbe, vel recitè, & ex facto: siquidem eo ipso, quòd uterque certior factus est de morte priotis conjugis, si carnalis copula subsequetur præsumitur tacitè consentire: quòd si secunda mulier nolit in nuptias consentire, non tenetur eem ducere, quia promissio secta vivente adhuc prima uxore, suit invalida, nec mulier tenetur illi stare. Rursus si quis cum uxore alterius fuerit fornicetus post mariti obitum non potest eã ducere, eò quie priùs per adulterium eam polluerit: limitetur temen nisi prius perectã pœnitentiê, & si nihil in mortem viri adulter machinetus fuerit, vel si vivente viro fidem adulteræ non dedit, se dnčturum eem in conjugem, si ejus viro superviveret, nt hebetur *iu can. illud verò 3. §. hic subaudiendum est caus. 31. q. 1.* unde juvat observare, quòd in canonibus supra allatis non prohibetur præcisè, ne adultar contrahat metrimonium cum adultera defuncto marito adulteræ; sed ne contrahat ante peračtam ab eo pœnitentiam ob adulterium à se commissum ut interpretarur Gretienus *in d. can. illud*, & etiam desumitur ex *c. si quis vivente 5. ead. caus.* ubi expressè dicitnr, quòd si vivente merito cum ejus conjuge edulterium commiserit, possit post perectem pœnitentiam ejus viduã ducere, quam vivente merito per adulterium pollueret.

6 Si quis verò per consensum de præsenti contraxit cum una, quàm tamen carnaliter non cognovit nec propierea matrimonium consummavit, sed postee scienter cum alia contrahat, eámque carnaliter cognoscát; tunc si primum matrimonium non fuerit validum, eò quia per vim, vel metum extortum, nec vir matrimonium consummaverit; mortua prima uxore non potest manere cnm secunda, nec eem habere in uxorem; si hæc secunda quando contraxit matrimonium scivir, primam talis viri nxorem adhuc vivere, & nihilominus adhuc voluit matrimonium contrehere. Imò si prius matrimonium fuit validum, licèt prima uxor mortue sit, non potest habere secundam in uxorem, si scientes primam vivere matrimonium contraxerunt: secus tamen si ignorenter contraxit cum secunde nesciens primam adhuc vivere, tnnc enim potest aliam ducere, ut desumirur ex *c. significavit 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, qui contrehit cum una deinde contrahit cum alia scienter, cum que hebet copnlam; si primum metrimonium non fuit validum, eò quie coećtè contraxit, nec eam cognovit, habebit secundem: sin autem fuit velidnm, tamersi prime sit mortua, non potest hebere secundam, quia scienter contrsxit; secus si ignorenter; sed habear eliam, & Episcopus ad id potest etiam per censuras compellere.

Hinc ut adulterium dirimat matrimonium subsequens, requiritur, ut prius metrimonium fuerit validum, quia si foret invalidum, adnlterium illud ite puterum cum promissione futuri matrimonij non dirimeret sequens matrimonium contractum cum adultera, nt habetur *in d. c. significavit 2. h. t.* ubi statuitnr, quòd matrimonium contrectum gravi metu injustè incusso, ec proinde quòd ipso jure sit irritum, ten eti si solùm sit retum, & nondum consummatum non dirimit matrimonium postee initum cum adultera; dummodo prius matrimonium invalidum non fuerit postee expresse, vel tacitè, vel verbis, vel fecto ratificatum; siquidem quendo primum metrimonium est invalidum, tunc non committitur verum adultarium; proinde per illud non impeditur, nec dirimitur secundum metrimonium validè initum. Per copulem tamen subsequentem matrimonium ratificetur, dummodo copula fuerit spontanea, & affectu meritali habite, non ite si etiam gravi metu extorta ad consummandum matrimonium. 7

8 Per juramentum adjectum metrimonio gravi metu extorto non fit hoc velidum, ut habetur *in d c. significavit 2. h. t.* nbi dicitur, eum qui post marrimonium metu extorram, & juramento firmatum aliem duxit, teneri permenere cum secunda, eò quia prius matrimonium fuir invalidum: ex quo liquet, per juramentum non reddi metrimonium validum, quia eo ipso, quòd metrimonium est gravi metu extortum est irritum ob defectum liberi consensus substentieliter requisiti: siquidem juramentum non potest defectum talem supplere, quia juramentum non immuret actum, cui edvenit tanquem accessorium, & quie actus est invalidus, ite nec juramentum eidem adjectum ullam potest obligetionem inducere, & est ex se etiem irritum, quia accessorium sequitur naturam sui principalis,

lis, consequenter non indiget relaxari: hinc ecclesia non solum irritat matrimonium grevi mein extortum, sed etiam juramentum eidem matrimonio appositum.

9 Qui verò vivente prima uxore, à qua se ob adulterium ejus separevit quoad torum, &, quæ postea facte est monialis, contrahit cum secunda, quæ scivit, quòd vir ille aliam habeat de facto uxorem, is mortuâ primê uxore debet à secunda separari, adeò ut non possit ducere illam, cum qua contraxeret vivente prima uxore; bene tamen possit alteram ducere, ut steuitur *in c. ex litterarum 4. b. t.* ubi Clemens III. rescribit: eum, qui vivente prima uxore etiam ob adulterium separatê quoad torum, & facte monieli, si contrahet eum secunda, quæ scivit, quòd vir ilie aliam hebuit uxorem, mortuâ primâ uxore esse separandum à secunda, & factâ pœnitentia de adulterio posse ducere non secundam, sed alteram. Ex hoc capite infertur, quòd si conjuges separentur quoad torum ob adulterium ab uno commissum; adhuc tamen vinculũ matrimonij non dissolvitur, remetsi adultera ingressa sit monasterium: ratio est quie matrimonium semel consumatum non amplius dissolvitur nisi morte natureli: unde separerio tantùm fit quoed torum, non verò quoad vinculum matrimonij.

10 Retio eutem cur non possit contrahere cum illa, quam carneliter cognovit, est, quia vir contrahendo cum secunda vivente edhuc prima, si illam carnaliter cognoscet, committit adulterium, proinde in pœnam patreti criminis sic contrahentee fiunt inhabiles, ut non possint contrahere matrimonium inter se, quamvis mortua legitima uxore: potest tamen adulter cum alia fœmina, quam carnaliter non cognovit matrimonium contrahere, ut etiam edultera cum alio viro.

11 Imò tale matrimonium initum cum illa adultera cum sit irritum à jure, quamvis conjuges fuerinc longo tempore simul commoreti, & plures susceperint filios, edhuc debent separari, ut statuitur *in c. cum baberet. 5. b. t.* ubi Clemene III. rescribit, qui vivente uxore adulteravit cum alique, & in jus vocatus abjuravit adulteram, mox spreto jurmento cum ea contrexit vivente legitime uxore, & per decem annos vixit cum es, habens ab ee plures filios, isti sunt omnino separandi, etiam mortua legitima uxore, & injunctê pœnitentia est illis indicenda perpetua continentia, eò quia ecclesiam scandalizaverinc gravi scandalo, præsertim si jam sint senes: & Episcopus provideat, ut ipsi pro suis viribus filiis provideant. Ex quo infertur, posse judicem ecclesiasticum compellere adulterum ed abjurandam adulteram, seu ad illam dimittendam etiam addito juremento, quod nolit eam imposterum amplius hebere.

12 Hinc Judex ecclesiasticus judicat, & cognoscit de adulterio non solùm quando agitur de separetione matrimonij quoad torum, verùm etiem ut reintegretur matrimonium, & desistatur ab adulterio, ut notat Abbas *in d. c. cum babiret. 5. num. 2.* Rursus adulteris gravior pœna injungitur, scilicet perpetua continentie, quie majus impedimentum est, de facto contrahere cum adultera matrimonium per verbe de præsenti, eámque cognoscere carnaliter, quàm solem fidem dare, seu spondere de futuro, seu de matrimonio postea contrahendo post uxoris obitum: atqui tunc datur adultero licentia aliam ducendi, dummodo non sit adultera illa, quam cernaliter cognovit, ut habetur ex *c. litterarum 4. b. t.* unde cum isti greviùs peccaverint, ideo debuerant magis puniri.

Præterea ex eodem *c. cum baberet* infertur, 13 diuturnitatem temporie non minuere peccatum in foro enimæ, & quoad Deum; sed potius eugere; adeò ut fiat gravius tem. etsi non iteretur, quia cùm adulterum non pœnituerit sui delicti visus est contempsisse divinum judicium. Demum colligitur etiam teneri genitores liberis non solùm legitimis, sed etiam spuriis, & ex adulterio natis consulere necessaria alimenta juxta proprias facultates, saltem ex æquitate juris canonici, ut habetur *in d. c. cùm baberet 5. b. t.* & in hoc jus cenonicum correxit rigorem juris civilis, & rectè; quia jus naturale dictat, hominem à parentibus procreatum edocari, conservari, & ali debere, ne pereat, & hoc jus naturale commune est omnibus filiis legitimis, & illegitimis: hinc jus canonicum præferendum est juri civili.

Quòd si eliquis adhuc vivente prima uxore 14 duxerit secundam insciam tamen criminis adulterij, edeò ut secunde putet virum non esse uxoratum, tunc potest manere cum secunda si post mortem primæ novus consensus advenerit: quia prior consensus de præsenti fuit irritus, cum non possit quis simul habere duas uxores: proinde post mortem primæ uxorie requiritur novus mutuus consensus, idque desumitur *ex c. veniens. 1. b. t.* ubi Innocentius III. rescribit, qui vivente conjuge contrahit cum secunda nesciente de prima; mortuâ primâ potest secundam ducere, si de novo consentiat, dummodo non præcesserit machinatio, vel fides: quia tametsi vir fuerit in mala fide, ac propterea sit illi pœnitentia injuogenda, imò & compellendue redire ad primam legitimam uxorem; mulier tamen secunda, quæ fuit in bona fide, & ignoravit, virum habere aliam uxorem, non commisit adulterium, proinde illi conceditur, ut post mortem primæ uxoris possit cum illa licite matrimonium de novo contrahere, eò quia primum fuerit irritum.

Demum *in c. si quis 8. & ult. b. t.* Gregorius IX. rescribit, quòd qui vivente prima uxore dat fidem secundæ, imò defacto contrahit cum secunda dummodo nec ante, nec post vivente prime ipsam cognoverit; primá mortuâ, si contrahit cum secunda, matrimonium tenet; ita tamen ut injungende sit pœnitentia utrique pro teli delicto: secus si vivente uxore illam cognovit ante, vel post fidem datem, aut metrimonium initum; quie tunc matrimonium est irritum. Ubi advertendum est, quòd solue contrectus matrimonij, vel sola datio fidei, seu promissio de matrimonio contrahendo cum 15

secunda, si prima uxor adhuc vivat, non inducit impedimentum dirimens matrimonium, nec impedit, quin post mortem uxoris possit eidem nubere, cui fidem dederat, vel cum que tantùm de facto contrexit, nisi accesserit carnalis copula: siquidem ut adulterium matrimonium subsequens dirimat, duo copulativè requiruntur, scilicet ipsum adulterium, & promissio de matrimonio contrahendo cum adultero post mortem uxoris: alioquin si unum ex istis desit, solum adulterium non dirimit matrimonium subsequens cum adultero, nec sola promissio facta: & hoc pacto intelliguntur omnia ea jura, quæ statuunt, ut nullus ducat in uxorem eam, cui dedit fidem, seu promisit, se illam ducturum post mortem uxoris, & rationem addit Alexander de Nevo *in d. c. n. 2. & 6.* quia quando matrimonium non est consummatum, non facilè inducitur quis ad machinandam mortem alterius, sicut si consummatio facta sit ob amorem. Præterea ex adulterio oritur etiam hoc impedimentum, sive adulterium à conjuge admissum præcedat rationem fidei, aut matrimonium desacto initum; sive sequatur: & ratio est, quia in utroque casu præbetur occasio captandæ alienæ mortis. Demum promittere alicui matrimonium, vel etiam de facto contrahere cum aliqua vivente prima uxore, est grave peccatum, eò quia talis promissio, vel contractus inducit votum captandæ mortis alienæ.

16 Ut autem adulterium dirimat consequens matrimonium aliquot requiruntur conditiones, quarum prima est, ut matrimonium priùs contractum sit validum, aliàs adulterinum existimatum cum promissione futuri matrimonij non esset impedimentum, ut expressè definitur *in c. significavit 2. h. t.* ratio est, quia verum adulterium non reperitur, nisi ubi matrimonium est legitimum.

17 Secunda conditio est, ut hæc duo simul concurrant, scilicet adulterium, & promissio de futuro matrimonio, sive hæc, sive illud præcedat; neque est necessè, ut promissio sit juramento firmata, sed sufficit nuda promissio: unde non sufficit solum matrimonium, vel promissio matrimonij sinè adulterio; neque adulterium sine promissione matrimonij, idque desumitur *ex c. si quis 8. & ult. h. t.*

18 Tertia ut promissio matrimonij futuri, & adulterium concurrant vivente adhuc priori uxore: quia si præcedant, vel sequantur post conjugis mortem, nullum causant impedimentum; unde hæc duo debent concurrere superstite legitima uxore: quapropter si matrimonium initum, vel fides date sit sub priore conjugio, & adulterium commissum sub altero conjugio posteriore, potest adulter mortua secunda uxore ducere adulteram, cui sub priore conjugio matrimonium promiserat, quia per posterius matrimonium adulter recessit à fide date, ac proinde tantùm superfuit adulterium; & spes contrahendi matrimonium extincta fuit per posterius matrimonium: eo enim ipso, quòd adulter secundò contrahit matrimonium cum alia, jam recedit à promissione priùs facta, nimirum, quòd mortua prima uxore velit adulteram ducere, ut notat Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. n. 4.*

19 Unde est observandum pro solutione cæterorum casuum, quòd canones, ut incurratur hoc impedimentum dirimens, exigunt, ut simul concurrant adulterium, & promissio, vel matrimonium vivente eodem conjuge; adeò ut eidem matrimonio injuria irrogetur.

20 Quarta ut promissio manifestetur signo sensibili, quia si sit purè interna, & alteri occulta non præbet occasionem procurendi mortem conjugi, neque refert, quòd vero, aut ficto animo sit facte, dummodo sit exteriùs manifestate, quia cùm fictio lateat, non minus præbet occasionem ad occisionem conjugis, quàm alia, quæ vero animo facta est.

21 Quinta ut uterque adulter sciat alterum conjugatum esse, quia si unus alterius conjugium ignoret, non incurritur hoc impedimentum, eò quia non sit formaliter commissum adulterium ex parte utriusque, ut liquet ex *cap. propositum 1. h. t.* ubi mulier erat inscia, quòd vir, cum quo rem habuit, aliam haberet uxorem viventem; mulier enim ignorans virum esse uxoratum, non committit adulterium *c. in lectum 24. q. 2.* unde requiritur, ut adulterium sit tale formaliter ex parte utriusque.

22 Sexta ut promissio sit mutua saltem unius, & accepta ab altero: quia ad hoc impedimentum jura exigunt, ut matrimonium de facto contrahatur cum alia, vivente adhuc conjuge, vel saltem fides detur de illo contrahendo, seu habeatur desponsatio de futuro, ac mutua promissio.

23 Septima ut promissio sit absoluta, vel saltem, quòd conditio fuerit purificate ante mortem conjugis, quia promissio conditionalis, quamdiu non purificetur conditio, est suspense, & dependet à futuro eventu, nec habet rationem veræ conditionis. Alij tamen cum Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 79. n. 11.* censent, oriri hoc impedimentum etiam ex promissione conditionali, si conditio non deficiat ante commissum adulterium; & hæc sententia nititur eâ ratione, quia tunc etiam concipitur spes futuri matrimonij, proinde datur occasio machinandi mortem conjugis: ad quam avertendam sacri canones posuerunt hoc impedimentum dirimens. Verùm prior sententia est probabilior, quia verba legis pœnalis debent strictè interpretari salva proprietate verborum, nec debent extendi, quamvis similis ratio subsit: & cùm illa verba canonis: *si fides de contrahendo matrimonio data sit*, intelligantur de promissione pura, & absoluta, non debent extendi ad promissionem conditionatam.

(†)

§. II.

§. II.

Quomodo crimen homicidij, seu machinationis mortis alterius conjugis dirimat matrimonium subsequens.

1 QUatuor solent crimina recenseri, quæ matrimonium dirimunt, & oriuntur ex his duobus, homicidio scilicet, & adulterio secundùm varias circumstantias. Primum est ipsa occisio conjugis simul cum adulterio. Secundum sola occisio conjugis cum animo ducendi alteram. Tertium solum adulterium cum promissione de contrahendo matrimonium. Quartum solum adulterium cum matrimonio de præsenti: & quia de adulterio cum promissione de contrahendo matrimonio, vel etiam cum ipso matrimonio inito de præsenti, diximus in præcedenti §. ideo in præsenti superest dicendum de ipso homicidio. Certum est, hoc impedimentum fuisse introductum solo jure ecclesiastico ad consulendum incolumitati conjugum, ac eorum mutuæ fidelitati, & amori: hinc matrimonium David cum Bethsabea post adulterium, & occisionem Uriæ conjugis Bethsabeæ, validum fuit, etiam seclusa omni dispensatione, quia hoc impedimentum, cùm non sit de jure divino, tunc non aderat, & tantùm ab ecclesia fuit postea positum.

2 De jure igitur canonico adulterium cum occisione alterius conjugis dirimit matrimonium contrahendum cum adultero; adeò ut qui post commissum adulterium conjugem suam, vel alterius complicis occidunt, ut adulteram ducant, invalidum contrahent matrimonium. Idque desumitur ex *cap. super hoc 3. h. t.* Et id procedit, non solùm quando vir uxorem occidit, sed etiam quando uxor virum: neque opus est, ut conjux proprius, vel alterius occidatur proprijs manibus; sed sufficit, si consilio, aut mandato occidatur. Non tamen sufficeret, si ratam tantùm haberet occisionem illatam sine proprio consensu, consilio, aut favore, ut notat Sanchez *lib. 7. disp. 48. n. 6.* Non tamen solum adulterium commissum cum muliere inducit hoc impedimentum, quia mortua legitime uxore potest adulteram ducere, ut liquet ex *d. c. super hoc*, ubi mulier præsumitur fuisse carnaliter cognita ab illo viro, & tamen hic non prohibetur matrimonium contrahere cum adultera, nisi illa machinata fuerit in mortem prioris conjugis, vel vir ei promiserit matrimonium de futuro. Cæterum quando intervenit adulterium, ut contrahatur hoc impedimentum, sufficit sola machinatio in mortem alterius conjugis.

3 An verò necessaria sit occisoris intentio de contrahendo cum complice adulterij, ut hoc impedimentum incurratur? Respondetur affirmativè, quia quamvis hæc intentio non exigatur expressè aliquo jure; sufficienter tamen colligitur ejus necessitas ex fine hujus impedimenti: ad id enim fuit ab ecclesia hoc impedimentū positum, ne unus conjux machinaretur in necem alterius conjugis, eúmque interficeret; ut nimirum interfector soluto primo matrimonio possit secundum contrahere cum alia, quam deperibat: hæc autem ratio cessat, quando occisio conjugis non fit cum animo ducendi alteram. Hinc non contrahit hoc impedimentum, qui suam conjugem occidit, non ut matrimonium ineat cum alia, sed ut liberiùs vivat, vel etiam si uxor suum interficiat virum ad declinandam ejus crudelitatem, vel etiam ad alium finem: quia quoties interfectio conjugis non fit cum intentione nubendi alteri, non incurritur hoc impedimentum.

Imò plerique docent, nec contrahere hoc impedimentum eum, qui occidit propriam conjugem, ut possit ducere alteram talis homicidij non participem, nec adulterij; quamvis postea defacto ducat illam, cum qua adhuc vivente priori conjuge adulterium commisit: & nituntur ea ratione, quia tunc deficiat intentio requisita ad contrahendum hoc impedimentum: intentio enim requisita à jure est, ut interfector conjugis eo animo illum interficiat, ut matrimonium possit liberè cum ipso complice adulterij inire. 4

Requiritur etiam in utroque adultero scientia matrimonij alterius: quia si conjugatus propriam uxorem occidat, vel ducat fœminam, quam adulterio polluit, insciam tamen conjugij viri, nullum contrahitur impedimentum dirimens. Cæterum juvat observare, quòd hoc impedimentum dirimens matrimonium contrahendum non incurritur è quocunque, sed tantùm ab ipsis adulteris, & occisoribus conjugis. Imò contrahitur etiam hoc impedimentum, tametsi non præcesserit adulterium, sed tantùm occisio conjugis; adeò ut si Lucretia, quæ nupsit Cajo, conveniat cum Titio de modo propinandi venenum Cajo, vel alio modo eum occidendi, ut soluto priori matrimonio possit liberè Lucretia nubere Titio interfectori Caij, contrahatur ab utroque hoc impedimentum dirimens; quòd si Titius quamvis carnaliter non cognoverit Lucretiam, ei nubat, matrimonium est nullum, ídque definitur expressè *in c. laudabilem de convers. infidel.* ubi non fit mentio adulterij, sed solius homicidij. 5

Sed ad contrahendum hoc impedimentum quatuor requiruntur conditiones, quarū prima est, ut uterque contrahens, seu Lucretia, & Titius cooperentur neci Caij conjugis Lucretiæ ad eum finem, ut Lucretia, & Titius interfecto Cajo possint simul matrimonium contrahere, & conditio desumitur ex *d. c. laudabilem de convers. infidel.* ídque procedit sive Lucretia, & Titius per se ipsos immediatè interficiant Cajum, sive mediatè, & per alios, scilicet consulendo, mandando, adjuvando, pecunias exhibendo: debent enim ambo scientes concurrere physicè, vel moraliter in necem Caij, ut conjugis Lucretiæ: alioquin si alter tantùm mortem conjugi machinetur sine scientia, sine consilio, & sine mandato alterius, non contrahitur hoc impedimentum. Tum quia jura, ubi mors ab altero tantùm intentatur, postulant 6

etiam adulterium: & impedimenta dirimentia restringenda potiùs sunt, quàm amplianda ad ea, quæ in jura non exprimuntur.

7 Secunda conditio est, ut utriusque intentio sit interficere conjugem, ut possint postea simul matrimonium contrahere.

8 Tertia ut mors sequatur ex vulnere inflicto, vel veneno hausto, ac propinato, vel insidiis paratis: quia si sequatur ex culpa medici, vel ipsius etiam conjugis, cui fuit vulnus inflictum, vel qui venenum hausit, matrimonium postea initum non dirimitur, quia effectus debet sequi ex causa expressa in jure.

9 Quarta ut matrimonium priùs contractum fuerit legitimum, quia si fuisset irritum, quamvis bona fide cenleretur validum, non tamen contraheretur hoc impedimentum dirimens: ratio est, quia jura ad inducandum hoc impedimentum exigunt occisionem conjugis: & quando matrimonium est irritum, qui illud contraxerunt, non sunt conjuges, quia denominantur tantùm tales à conjugio vero, & valido.

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 QUæritur primò, an sola promissio sine adulterio constituat impedimentum dirimens, ut si Lucretia promittat Titio, se velle illi nubere post mortem Caij sui conjugis. Respondetur ex hac sola, & nuda promissione non oriri hoc impedimentum, eò quia jura utrumque copulativè exigunt, scilicet promissionem, & adulterium.

2 Quòd si dicas, jura promissioni matrimonij futuri, & adulterio imposuisse hoc impedimentum, ne scilicet induceretur votum captandæ mortis: atqui ex eo, quòd Lucretia promittat Titio, se velle ei nubere post mortem conjugis; adhuc hoc votum captandæ mortis inducitur in Titio præsertim si Lucretia divitiis affluat, & summè amatur à Titio; hic enim ex tali promissione sibi facta à Lucratia excitatur ad desiderandam mortem Caij, ut possit Lucretiam ducere: unde ratio in jure inducendi hoc impedimentum æquè urget in sola promissione, ac in promissione, & adulterio simul.

3 Contra est, quia tametsi votum captandæ mortis possit etiam induci ex nuda, & simplici promissione; non tamen inde sequitur, quòd ex simplici promissione contrahatur hoc impedimentum. Ratio est perspicua, quia cum impedimenta matrimonij habeantur odiosa, sunt potius restringenda, & non amplianda ad casus non expressos in jure: & quia in jure hoc impedimentum tantum ponitur, quando concurrunt simul copulativè promissio matrimonij futuri, & adulterium; ideo si hoc desit, vel si non concurrant ambo simul copulativè, non incurritur hoc impedimentum. Tum quia ideo jura exigunt utrumque simul copulativè, quia majus semper est periculum, si promissio conjungatur adulterio, quàm si sit sola: quia homines concupiscentiâ capti, & libidine excæcati majora scelera temerè solent audera.

Nihilominus talia promissio facta Titio à Lucretia licèt non irritet matrimonium, ex post facto per novum consensum contractum: ex se tamen non est obligatoria, nec ullam sortitur vim sponsaliorum; ratio est, quia vivente Cajo conjuge Lucretiæ, non potest hæc licitè pacisci cum Titio, cui intendat post mortem Caij nubere: ratio est, quia tale pactum esset turpe, & promissio illicita, eò quia, ut dicebatur, aliquam saltem præberet mortis captandæ occasionem: hinc *l. ult. C. de pact.* dicitur, tale pactum initum à Lucretia ejus conjuge adhuc vivente esse invalidum. 4

Quæritur secundò, an sola machinatio in mortem conjugis absque adulterio sufficiat ad incurrendum hoc impedimentum dirimens matrimonium subsequens? Respondetur, sententiam communiorem esse, machinationem unius ex desponsatis non causare hoc impedimentum dirimens, nisi machinatio conjuncta fuerit cum adulterio: secus si neuter consilio, auxilio, consensu, aut conspiratione concurrerit ad mortem conjugis innocentis, idque videtur desumi ex *c. 1. de convers. infidel.* Quòd si uterque, scilicet conjux, & alius vir concurrat in mortem mariti ea intentione, ut post ejus necem possint simul contrahere, tunc ambo incurrunt hoc impedimentum, & si contrahant matrimonium hoc dissolvitur, quia nullius est valoris: idque etiam desumitur ex eodem *cap. de convers. infidel.* ubi ob hoc tantùm, quòd mulier cum alio viro soluto conspiraverit in mortem mariti mulieris, dissolvitur inter ipsos conjugium nullâ facta mentione adulterij. Hinc alia jura, quæ loquuntur de machinatione, solent explicari de illa ut conjuncta adulterio, ut ultra casus clarè in jure expressoa impedimenta matrimonij non extendantur, ut habet Barbosa *in d. c. de convers. infidel.* 5

Quæritur tertiò, an ad contrahendum hoc impedimentum dirimens requiratur Physica cooperatio in mortem alterius conjugis? Respondetur, etiam per moralem cooperationem contrahi tale impedimentum, unde si uxor Caij cum Titio animo nubendi post mortem Caij concurrant per mandatum, auxilium, consilium; vel exhibitas pecunias ad mortem Caij, dummodo mandatarius ad instantiam eorundem volentium nubere mortem intulerit Cajo; quia quòd mors inferatur immediatè ab ipsis volentibus contrahere, vel ad instantiam eorundem id per accidens se habet, quia utroque modo semper sequitur mors Caij, quam jura, ut impedirent, præsens constituunt impedimentum dirimens matrimoniũ inter eos, qui vel physicè, vel moraliter concurrerunt in mortem Caij. Secus si alius tertius proprio motu absque respectu ad eorum consilium, & mandatum Cajum occideret etiam eo fine, ut Lucretia, & Titius possent simul nuptias contrahere, tunc matrimonium non dirimeretur, quia contrahentes, nec physicè, nec moraliter concurrerunt 6

runt in necem Caji, & desumitur etiam ex *c. 1. de convers. conjugat.* ubi uxor fidelis non occidit virum, sed infidelis vir machinatione, & insidiis uxoris eum occidit, & statuitur illud esse impedimentum dirimens: unde à contrario sensu si homicidium non contingat ex insidiis, machinatione uxoris, adeò ut hæc nec physicè, nec moraliter concurrat in necem mariti, non contrahit hoc impedimentum.

6 Quæritur quartò, an sola ratihabitio mortis illatæ alteri conjugi sufficiat ad inducendum hoc impedimentum dirimens? Respondetur negativè, unde si Petrus occidit Cajum maritum Lucretiæ, & hæc ratam habeat talem occisionem, & sit contenta, quòd ejus maritus sit mortuus, ut liberè possit nubere Titio, quem deperit, non incurrit hoc impedimentum, & si nubat Titio, matrimonium est validum: ratio est, quia ratihabitio non est causa nec physica, nec moralis mortis conjugis, ad quam tantùm se habet consecutivè: & quamvis ratihabitio in jure retrotrahatur ad tempus mandati, eique comparetur etiam in delictis: id tamen procedit tantùm de iis rebus, quæ à nostra dependent voluntate, ut ratæ sint: atqui postquam mors est illata, non potest ampliùs intervenire machinatio ad mortem, consequenter non potest retrotrahi illa ratihabitio. Præterea quia ratihabitio non comparatur mandato, nisi quando in jure id exprimitur, ut habetur de ratam habente percussionem clerici: atqui in jure nullibi est expressum, quòd hoc impedimentum incurratur per solam ratihabitionem: & quia edictum de matrimonio non contrahendo est prohibitorium, non debet ampliari ad casus in jure non expressos.

7 Quæritur quintò, an ut incurratur hoc impedimentum dirimens necesse sit, ut machinatio in necem conjugis suum sortiatur effectum? Respondetur affirmativè, quia in materia pœnali, & odiosa verba accipienda sunt strictè, & cum effectu, & non cum solo affectu, ut deducitur ex *c. si quis vivente. caus. 31. q. 1.* ubi dicitur, quòd cum adultera contrahi possit matrimonium, nisi forte vir, aut mulier priorem maritum, qui mortuus fuerit, occidisse notetur, hoc est nisi machinatio suum fuerit effectum secuta. Ubi juvat observare, quòd hoc impedimentum incurritur, non solùm si in uxoris, sed etiam si in mariti cædem fiat machinatio, ut si uxor virum interficiat ad contrahendum matrimonium cum adultero; siquidem non potest inter ipsos matrimonium consistere; quamvis occisio viri in praxi non sit tam frequens, ut occisio uxoris: hinc quamvis *in c super hoc. 3.* & *c. significâsti 6. b. 1.* tantùm fiat mentio uxoricidij: nihilominus etiam *in c. si quis caus. 31. q. 1.* & in *c. 1. de convers. conjugat.* fit etiam mentio viricidij, seu uxoris occidentis suum virum animo nubendi alteri: unde nil refert ad hoc impedimentum dirimens incurrendum sive vir uxorem, sive uxor virum occidat, dummodo mors alteri conjugi inferatur animo contrahendi aliud matrimonium cum adultero, vel adultera, quia est semper utrinque par ratio.

Quæritur sextò, an si cum adulterio con- 9
currat quidem homicidium, sed non ex causa, & impulsu nubendi adulteræ, sed ex alia causa, ut ex rixa ob injuriam sibi illatam, oriatur hoc impedimentum dirimens matrimonium, si homicida postea ducat adulterã, quæ erat conjux occisi? Respondetur probabiliter tunc homicidam non incurrere hoc impedimentum, si ex alia omnino causa, quàm intentione ineundi matrimonij occiderit maritum adulteræ: quia jura non apponunt hoc impedimentum cuilibet homicidio, sed ei tantùm, quòd patratur intentione matrimonij ineundi cum adultera: idque ne adulteri spe matrimonij illecti frequenter in vitam innocentis conjugis insidientur, ut docet Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 18. n. 13.* leges enim statuentes hanc pœnam intendunt impedire, ne homines proprium, vel alienum conjugem occidant ex desiderio alieni matrimonij, & hic finis cessat in iis, qui ex alia causa conjugem occidunt. Juvat tamen observare, quòd in foro externo, si quis conjugem alterius interfecerit; & velit postea cum superstite conjuge occisi matrimonium inire, præsumitur homicidium illud perpetrâsse ex intentione futuri matrimonij, nisi vehementissimæ conjecturæ contrarium suadeant.

Quæritur septimò, an si fœmina soluta pec- 10
cet cum conjugato, & ignoret esse cum conjugatum, & post peccatum sciat, ipsum esse conjugatum, an tunc si promissionem acceptet futuri matrimonij, validè possit cum ipso matrimonium contrahere post obitum ejus conjugis? Respondetur, probabile esse, talem fœminam, quæ in statu ignorantiæ peccavit cum viro, quem putavit solutum, non incurrere hoc impedimentum, tametsi postea certificata fuerit, ipsum esse uxoratum: ratio videtur esse, quia ex parte fœminæ ille concubitus cum tali viro non fuit adulterium ob ignorantiam status conjugalis; proinde non videtur incurrisse hoc impedimentum dirimens, quia ad illud non sufficit adulterium materiale, sed requiritur formale, adeò ut uterque sciat esse adulterium, & eidem adnectant promissionem de futuro matrimonio post obitum uxoris viri adulteri; idque statuerunt jura ad removendas occasiones machinandi in mortem conjugis adulteri.

Quæritur octavò, qualis debeat esse pro- 11
missio concurrens cum adulterio, ut incurratur hoc impedimentum dirimens? dubitari enim solet, an requiratur etiam repromissio, vel sufficiat alterius partis promissio, & acceptio, vel taciturnitas? Respondetur cum communiori, requiri promissionem habentem obligationem determinatam matrimonij ineundi cum adultero: quia cùm simus in pœnalibus, hoc impedimentum non debet ampliari ad promissiones non expressas in jure; proinde non sufficit, si adulter dicat, *nisi essem uxoratus, vellem te in meam uxorem ducere:* quia hæc verba non continent actualem promissionem, sed tantùm intentionem, & propositum. Hinc plures putant, neque contrahi hoc impedimentum, si adulter dicat adulteræ, mortuâ uxore mea,

mea, *nullam aliam ducam nisi te*: ratio est, quia hæc verba non sunt obligatoria ad ineundum matrimonium cum tali fœmina absolutè, sed tantùm conditionatè, hoc est, si post mortem suam fit transiturus ad secundas nuptias; & quia potest non transire ad alias nuptias; ideo promittens per præfata verba, non ita præcisè se obligat ad matrimonium, quin possit ab eo se abstinere. Non tamen est necesse, ut promissio connexa adulterio, & ea, ex qua oritur præsens impedimentum, sit juramento firmata, sufficit enim, si sit simplex, & absoluta, & in se inducens obligationem.

12 Quæritur nonò, an, si adulter ut possit carnaliter cognoscere fœminam, fictè illi promittat futurum matrimonium post mortem uxoris, contrahat hoc impedimentum, si fœmina ob hanc promissionem copiam sui corporis illi fecerit? Duæ sunt in hac quæstione sententiæ, quarum prima negat ex tali ficta promissione contrahi impedimentum dirimens subsequens matrimonium adulteri cum tali fœmina, ita docent Hurtadus de matrimonio *disp. 23. diffic. 2. n. 6.* Henriquez *lib. 12. c. 14. n. 3.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 169.* Et nituntur exemplis fictè rebaptizantis, & fictè proferentis hæresim: siquidem fictè rebaptizatus excusatur ab irregularitate incurrenda, eò quia actus ille verè in ratione culpæ non est peccatum consummatum rebaptizandi, sed est tantùm actus imperfectus in illo ordine; proinde non sufficit ad contrahendam irregularitatem, quæ non imponitur, nisi ob delictum perfectum, & consummatum in tali sua specie.

13 Præterea qui tantùm materialiter hæresin profert cùm veram fidem animo, & mente retineat, non incurrit pœnas, & censuras hæreticis impositas: ratio est, quia cum animo veram fidem retineat ex sola prolatione hæresis, non constituitur simpliciter hæreticus; sed tantùm eum addito diminuente, scilicet exteriùs: ita à pari, qui absque intentione nubendi alicui fœminæ, dat fidem matrimonij ineundi cum ipsa, revera non est promissor; sed fingit se promissorem; unde quamvis in hoc graviter peccet, non tamen propriè ponit illam culpam, cui jura apposuerunt hoc impedimentum dirimens.

14 Secunda sententia, quam docent Coninck *de sacrament. disp. 31. dub. 5. n. 57* Gutierrez *de matrim. c. 105. n. 28.* Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 7.* asserit, etiam ex tali ficta promissione incurri hoc impedimentum, quæ sententia mihi videtur probabilior, & in foro externo ad praxin deducitur, ratio est: quia cum intentio sit soli Deo nota, ideo sive adulter seriò, sive fictè promittat matrimonium fœminæ; semper hæc cum non cognoscat promissoris fictionem, & putet verè, & seriò promisisse, potest insidiari vitæ illius uxoris, ut viro illi nubat; unde semper viget ratio finalis, ob quam jura tali adulterio, cui annexa sit promissio de futuro matrimonio, apposuerunt hoc impedimentum dirimens: jura enim hoc impedimentum constituunt ad removendam omnem machinationem in mortem alterius: unde promissioni apparenter veræ, adhuc hoc impedimentum censeri debet appositum.

Præterea quia hæc præcepta ecclesiastica cadunt in actus externos, de quibus ecclesia directè judicat, & quos punit: siquidem de interioribus nil judicat; atqui adulter tunc exteriùs promittit, & ecclesia ex tali exteriori promissione judicat eum promisisse, proinde incurrit impedimentum injunctum adulterio cum promissione futuri matrimonij post mortem uxoris. Quamobrem prima sententia ad summum in foro conscientiæ potest locum habere. 15

Neque obstant allata exempla, quia cùm hoc impedimentum dirimens constitutum sit jure ecclesiastico, standum est legi ecclesiæ, & quia hæc voluit tale impedimentum apponere tali promissioni exteriùs factæ, & junctæ cum adulterio ad removendum votum captandæ mortis alienæ, ideo incurritur hoc impedimentum per hoc præcisè, quòd adulterio adnectatur talis promissio, ita exteriùs facta, ut fœmina putet adulterum verè promittere. Secus fictè rebaptizanti, vel proferenti tantùm materialiter hæresim non injunxit pœnas, quas incurrunt hæretici formales, & verè rebaptizantes; eò quia culpa non sit ita gravis: vel etiam quia cùm agatur in priori casu de vita conjugis, voluit Ecclesia etiam procedere cum majori rigore, ne conjuges inde sumerent occasionem adulterandi, vel etiam machinandi mortem alteri conjugi, vel etiam decipiendi alias fœminas sub spe futuri matrimonij: sunt enim omnes rationes finales, quæ non concurrunt in exemplis allatis pro prima sententia. 16

Quæritur decimò, an hæc promissio apposita adulterio de matrimonio contrahendo, ut inducat impedimentum debeat esse externa, & accepta, an verò sufficiat sola taciturnitas? Plures cum Coninck *de sacrament. disp. 31. dub. 5.* Perez *de sacrament. sect. 5.* & aliis censent, solam taciturnitatem inducere hoc impedimentum: & ratio, quâ nituntur, est, quia cum adulteri se mutuò ament, præsumuntur expetere mutuum matrimonium; idcòque si unus alteri hoc promittat, tanquam illi favorabile, quamvis hic alius taceat, adhuc censetur assentiri, quia juxta *reg. 43. juris in 6. qui tacet consentire videtur.* Nihilominus contraria sententia probabilis est quam docent Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 25.* Gutierrez *de matrim. c. 105. num. 28.* quia licèt matrimonium offeratur ut quid favorabile, non tamen ut de facto offertur, est tale: & ratio videtur perspicua, quia acceptans redditur inhabilis ad aliud matrimonium contrahendum, & subjicitur pœnis ecclesiasticis, quod minimè censendum est ipsi favorabile. Tum quia in probabili sententia obligatur ad repromittendum, quod onerosum est: quando autem promissio est onerosa, non censetur acceptari ex sola taciturnitate, ut communiter docent juris periti *in regu. 43 jur. in 6.* & in *l. quæ dotis ff. solut. matrim.* 17

Quid verò dicendum sit, si promissarius ignoraverit tale onus? Respondetur, talem ignorantiam non officere, quia cùm sit ignoran- 18

tia

tia juris non præsumitur: tum quia cum taciturnitas sola juris præsumptione inferat consensum, non videtur in præsenti illum inferre.

19 Quæritur undecimò, quid juris si fœmina, cum qua vir uxoratus commisit adulterium nescivit impedimentum dirimens futurum matrimonium ortum ex promissione sibi facta, & annexa adulterio post mortem uxoris? Respondetor, talem ignorantiam fœminæ non impedire, quin incurratur hoc impedimentum dirimens: ratio est, quia quamvis pœna non incurratur ab ignorante eam invincibiliter, ut cum Sanchez docent ferè communiter: non tamen hæc impedimenta dirimentia apposita fuerunt ab ecclesiá, ut simplices, & nudæ pœnæ, sed potiùs ut inhabilitates, quibus delinquentes contraherent inhabilitatem, & incapacitatem simul nubendi, ut docent Lesius *3. p. de sacram. matrim. c. 7. dub. 1. n. 130.* & alij communiter: unde ignorantia non prodest fœminæ, quin contrahat inhabilitatem nubendi adultero post mortem ejus uxoris: imò id non solùm procedit quoad ignorantiam juris, sed etiam quoad ignorantiam facti; adeò ut affinitas ignorata ante matrimonium illud dirimat.

20 Præterea cùm matrimonium sit contractus civilis, & humanus, cui Christus in ecclesia apposuit rationem sacramenti relinquendo contractum dirigendum ab eadem ecclesia quoad ejus validitatem, adeò ut Christus non assumpserit ad rationem sacramenti nisi eos civiles contractus matrimoniales, quos ecclesia approbaverit, ut validos ob bonum commune fidelium; ideo potuit ob bonum ecclesiæ regimen, & ad impedienda gravissima scandala, & damna apponere tali contractui conditiones, quibus non servatis contractus foret invalidus, & consequenter ex Christi institutione non elevabilis ad rationem sacramenti: una autem ex conditionibus requisitis ab ecclesia ad valorem hujus contractûs est, ut non ineatur inter adulteros cum promissione futuri matrimonij post mortem uxoris ob plures rationes finales superiùs adductas. Tum quia omnis contractus civilis, & humanus ut censeatur legitimus subest dispensationi Reipublicæ, quæ potest varias exigere conditiones, sine quibus contractus non censeatur, nec sit legitimus: & has conditiones potest respublica ob bonum commune exigere tam ex parte materiæ, quàm consensus, & etiam ex parte utriusque: unde ecclesia potuit etiam certas conditiones requirere, sine quibus contractus matrimonialis non esset validus, ac propterea potuit instituere impedimenta dirimentia matrimonium.

21 Idque patet in utraque lege civili, & canonica: siquidem in utraque prohibetur, ne testamenta condantur nisi sub certo numero testium, & à jure canonico prohibetur expressè, ne solemnis professio emittatur in religione approbata nisi post completum integrum Novitiatûs annum, & post annum 16. ætatis completum: & nihilominus etiam si quis cum ignorantia invincibili testamentum conderet, vel professionem emitteret sine conditionibus à jure requisitis, non obstante ignorantia invincibili testamentum foret invalidum, & professio religiosa irrita: ita, tametsi quis committat adulterium, & homicidium cum ignorantia inculpabili impedimenti criminis, non obstante hac ignorantia matrimonium esset nullum sine prævia dispensatione: ut etiam si quis postquam carnaliter cognovit matrem cum ignorantia invincibili, duceret ejus filiam; siquidem ob impedimentum affinitatis matrimonium cum filia initum esset irritum; adeò ut ignorantia invincibilis non suffragetur contrahenti; eò quia impedimenta matrimonij non fuerint ab ecclesia imposita, ut puræ pœnæ, sed tanquam inhabilitates, & conditiones annullantes subsequens matrimonium: hinc patet discrimen inter censuras, & impedimenta matrimonij, quia cum illæ ponantur ab ecclesia ut puræ, & simplices pœnæ, non incurruntur cum ignorantia invincibili, cùm hæc excuset à culpa: secus impedimenta matrimonij, cùm fuerint ab ecclesia instituta principaliter ut inhabilitates constituentes personas incapaces matrimonij, si talia impedimenta contraxerint; ideo quamvis invincibiliter ignorentur, adhuc inducunt inhabilitatem. Hoc est benè observandum pro solutionibus aliarum quæstionum, quòd impedimenta matrimonij propriè non sint pœnæ, sed inhabilitates constituentes personas affectas talibus impedimentis incapaces matrimonij ineundi; proinde ignorantia licèt invincibilis illis non potest suffragari.

Quæritur duodecimò, quot sint impedimenta criminum, & an per dissuetudinem sub- 22
lata sint? Respondetur, hujusmodi impedimenta plura esse. Primò uxoricidium *c. admonere 33. q. 2.* Secundò Presbytericidium *c. qui Presbyterum de pœn. & remiss.* Tertiò matrimonium cum moniali scienter initum *c. bi ergo 27. q. 1.* Quartò, si quis propriam prolem de sacro fonte suscepit in fraudem usus conjugalis *c. de eo 29. q. 1.* Quintò peccatum ob quod publicam pœnitentiam debuit quis peragere *c. de ijs 33. q. 2* Sextò raptus sponsæ alienæ *c. statutum 27. q. 2.* Septimò incestus cum consanguineis conjugis, aut sponsæ adhuc viventis *c. transmissæ de eo, qui cognoscit, &c.* idque saltem intra secundum gradum post Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 4. de refor. matrim.*

Censent plures hæc impedimenta criminum 23
per diuturnam dissuetudinem sublata fuisse, ut docent Sotus *in 4. dist. 27. q. unic. art. 2. prope fin.* Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 17. n. 8.* Coninck *de Sacrament, disp. 30. dub. 3. n. 25.* Navarrus *c. 22. n. 75.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 6. c. 14. n. 4.* Hinc monet Diana *tract. 6. de matrim. resol. 172.* Confessarios pœnitentibus incestuosis, vel uxoricidijs, aut infectis alijs præfatia criminibus non debere injungere onus, ut si velint matrimonium contrahere, dispensationem priùs obtineant super prædictis criminibus. Additque, quòd si aliquis scrupulosus hoc non obstante velit dispensationem super præfatis criminibus petere, eam possit Episcopus conferre ex communi sententia.

24 Quæritur tertio decimò, an conjux adulter dimissus per sententiam divortij habeat jus repetendi innocentem, si tunc is in adulterium lapsus itidem sit, adeò ut tunc utrumque adulterium mutuò compensetur? Respondetur, nullam conjugi adultero acquiri actionem ad repetendum innocentem ex eo tantùm, quia post sententiam divortij, qui antea erat innocens, fit nocens, & labitur in adulterium; adeò ut hæc duo adulteria minimè compensentur. Ratio est, quia semel quòd aliquid est bene definitum, non est ampliùs retractandum *c. quod bene 6. q. 4.* ex Nicolao I juxta Glossam *V. definitum*, ubi explicat non esse retractandum, quod juridicè fuit rectè definitum. Tum quia servitus semel amissa non amplius renascitur *c. quæris de consec. dist 4. l. stichum §. aream ff. de solut.* atqui servitus conjugis innocentis amittitur per latam divortij sententiam: ergo non renascitur, tametsi conjux innocens post latam sententiam fiat, & ipse nocens. Neque obstat, adulterium per simile adulterium compensari, & utrumque extingui: quia licèt id verum sit ante latam à Judice sententiam, eò quia injuria per aliam injuriam similem compensetur, id tamen limitatur, quando res est jam judicata, tunc enim non fit ampliùs compensatio, ne quod semel rectè definitum fuit retractetur: unde adulterium commissum ante latam sententiam non abolctur per aliud patratum post sententiam latam. Tum quia per sententiam divortij absolvitur innocens à debito societatis conjugalis, & dissolvitur contractus matrimonij, quoad jus thori, & habitationis, manente tantùm vinculo indissolubili ipsius matrimonij; quapropter si conjux innocens post latam sententiam fiat nocens, fit quidem, si fornicetur, reus adulterij in ordine ad Deum ob indissolubile vinculum matrimonij, quod perseverat; non tamen tunc peccat contra dimissum conjugem, nec ampliùs eidem infert injuriam, cùm per sententiam fuerit jam destitutus jure in ejus corpus: sicut enim si conjux altero conjuge connivente adulterium committat, reus est adulterij in ordine ad Deum ratione matrimonij, non verò in ordine ad conjugem conniventem, cujus injuria cessat: ita in hoc casu non datur actio aliqua conjugi conniventi, ut ob id divortium petat, eò quia ejus injuria cesset, quæ fundamentum est actionis ad petendum divortium: hinc in priori casu negatur actio ad repetendum conjugem fornicantem post latam sententiam, quia similiter injuria cessavit, quæ est fundamentum mutuæ compensationis quoad delictum, & actionis ad repetendum conjugem.

25 Tum quia sententia divortij non fertur sub aliqua conditione in favorem rei, scilicet si innocens se continuerit, quia in odium ipsius transit in rem judicatam. Unde cùm Judex absolutè, & in perpetuum absolvat innocentem à servitute matrimonii quoad thorum, & habitationem, ad eandem servitutem non revocatur per subsequens adulterium, quia id nullo jure invenitur cautum, quinimò iura omnia clamant, sententiam semel ritè latam non esse amplius revocandam.

Nihilominus pertinet ad officium iudicis, 26 tales coniuges reconciliare, quando periculum adest adulterii, quia ut docet Bartolus *lib. 4. §. hoc autem judicium n. 2. ff. de dam. infect.* potest Judex uti officio suo nobili in publicam utilitatem, & miserabilium personarum, & præsertim in salutem animarum. Tum quia superveniens adulterium præjudicat rei jam ritè judicatæ ob periculum animæ ex officio Judicis, ut communiter docent Jurisperiti cum Glossa *fin. c. ult. de adult.*

Cæterum id intelligendum est, quando 27 sententia divortij transit in rem judicatam, eò quia decendium concessum appellationi jam effluxerit: vel si fuerint tres sententiæ latæ: alioquin reputandum est, ac si sententia non præcessisset posterius adulterium, virtus enim sententiæ tunc intelligitur veluti suspensa: unde quæ hactenus diximus, procedunt, quando jam sententia omnem obtinet firmitatem, vel transivit in rem judicatam ob lapsum termini concessi ad appellandum. Cæterum Judex ex officio si animadvertat, conjugem innocentem post latam sententiam versari in periculo fornicandi, debet hos conjuges, quos per sententiam separaverat, reconciliare: quia Prælatus ecclesiasticus, ut Pastor animarum tenetur pericula impedire incontinentiæ, idque procedit maximè, si manifestum sit periculum conjugum, & scandalum aliorum.

Videtur tamen contra hactenus dicta obstare textus in *c. Ex litteris de divortijs*, ubi expressè habetur, facto divortio innocentem conjugem, qui ad alias transivit nuptias compellendum esse redire ad priorem uxorem. Sed contra quia in casu illius textùs non præcessit sententia divortij. Idque colligitur ex ipso textu, ibi: *Sanè tu convocato Capitulo tuo cùm ex eorum consilio utrique privatim continentiam injunxeris*, ubi notanda est illa particula *privatim*, quæ procul dubio indicat, non interfuisse sententiam, ut docet Innocentius in *d. c. Ex litteris V. privatim.* 28

Posset tamen adhuc objici, quia conjuges 29 jure divino non possunt separari, nisi ratione fornicationis: ergo si uterque fuerit fornicatus, sunt iterum conjungendi. Nec refert, si fornicatio admissa sit ab innocente, post sententiam divortij, quia sententia hominis non aufert jus divinum admittens compensationem adulteriorum. Sed contra quia cum sententia divortij sit in favorem innocentis, & odium adulteri non debet retorqueri in damnum innocentis, & favorem nocentis, cui propterea non est concedenda immunitas conjugalis obligationis, cum ratione adulterij privetur pristino jure in corpus alterius: quod in favorem alicujus introductum est, non debet in damnum ejusdem retorqueri *l. quod favore 6. C. de legib.*

Quòd verò conjuges jure divino non possint 30 separari nisi ratione fornicationis, & admitti possit compensatio; respondetur, hanc compensationem admitti, quando utriusque fornicatio præ-

præcedit sententiam divortij, non verò quando innocens post latam sententiam fornicatur, non enim jus naturale, & divinum dictat, post talem sententiam esse admittendam compensationem, quia adultero eam allegandi obstat exceptio sententiæ latæ in favorem alterius, qui tunc erat innocens, & sententia propterea jam transiit in rem judicatam; tantùm enim abest, quòd jus naturale divinum dictet, esse tunc admittendam compensationem, ut potiùs præscribat contrarium, seu sententiam semel justè latam, & quæ transiit in rem judicatam esse observandam.

31 Quæritur quartodecimò, an post sententiam latam conjux innocens, si velit, possit sibi reconciliare conjugem adulterum etiam reluctantem? Respondetur probabiliùs, posse conjugem innocentem etiam post latam divortii sententiam sibi reconciliare alterum conjugem adulterum etiam reluctantem, dummodo utriusque status sit omnino immutatus, seu neuter voto se adstrinxerit castitatis. Ratio ex eo petitur, quia conjux innocens per latam sententiam divortii quoad torum non privatur jure, & dominio, quod habet in corpus adulteri, alioquin talis sententia esset in damnũ innocentis, qui privaretur jure suo, & prodesset reo, contra quem lata fuit, quod iniquissimum esse asserit Jurisconsultus *l. evidenter 16. ff. de except. rei judic.* Tum quia sententia divortii tantùm fertur in favorem innocentis, & odium adulteri, proinde non debet retorqueri in damnum innocentis, & favorem adulteri, ut contingeret, si innocens privaretur pristino jure in corpus adulteri, & hic volens posset innocentem respuere. Tum quia cùm solus adulter sit condemnatus, jus innocentis debet illæsum, & omnino integrum conservari; & quo propterea possit, si velit, adulterum etiam reluctantem sibi reconciliare, argum. ex *c. quidam de convers. conjug. c. qui dormierit. 27. q. 2.* alioquin via aperiretur conjugibus per fornicationem liberè divertendi à pristina servitute, & obligatione coniugali. Tum quia cùm divortium sit pœna inflicta coniugi delinquenti, non debet eidem immunitatem tribuere *l. Relegatorum 7. ad fin. de interdict. & relegat.* repugnat autem æquitati, coniugem adulterum ex suo delicto commodum reportare *l. itaque ff. de furt.* & ita docent Hostiensis *sum. tit. de convers. conjug. num. 9. V. & nunquid.* Innocentius *c. de illa, n. unic. V. de illis de divort.* & ibi Abbas in *fin.* Alexander de Nevo *n. 20.*

32 An verò, ut innocens nocentem sibi reconciliet, necesse sit, ut Judex sententiam divortii semel latam retractet, plures affirmãt, imò volunt, coniuges esse reos culpæ, si reconcilientur ante talem retractationẽ. Verùm hæc retractatio sententiæ non videtur necessaria, quia cùm per talem sententiam fuerit innocens absolutus à debito coniugali solvendo in ipsius favorem, non verò ab eodem exigendo; ideo potest semper debitum ab altero quamvis nocente exigere; alioquin sententia lata fuisset in damnum innocentis, & prodesset reo, contra quem lata fuit; cùm igitur talis sententia fuerit lata in favorem innocentis, potest hic, si velit, debitum exigere reconciliando sibi innocentem; quod enim in meum favorem fuit introductum, non debet in meum damnum retorqueri *l. quod favore 6. C. de legib.* Tum quia innocens potest condonare nocenti iniuriam sibi illatam per adulterium, & nolle uti favore sibi per sententiam acquisito, potest enim quisque cedere juri suo: Neque tunc sententia censenda est carere suo effectu, quia effectus sententiæ semper habetur, & est, ut innocens, si velit possit liberari à coniugis adulteri servitute; quòd si nolit, id non oritur ex defectu sententiæ, sed ex voluntate innocentis volentis liberè cedere juri suo.

33 Videtur tamen in contrarium posse obiici, quia sententia divortii, cùm separet matrimonium quoad torum, & cohabitionem manente duntaxat solo vinculo matrimoniali, videtur absolvere, utrumque coniugem ab obligatione cohabitandi, & reddendi debitum: unde sicut innocens non tenetur debitum reddere nocenti illud petenti, ita nec nocens tenetur innocentem admittere.

34 Sed contra, quia per sententiam divortii non absolvitur utérque conjux, sed solus innocens, cùm sententia feratur in favorem ipsius, & odium adulteri. Neque sententia lata in solum favorem innocentis est injusta, eò quia non servatur utrinque æqualitas; siquidem inæqualitas, quæ oritur ex tali sententia, habetur eò quia transeat in rem judicatam in solum favorem innocentis, & solum odium Rei: hæc autem inæqualitas favens innocenti contra reum semper invenitur in sententia justa, & tunc in ipsa inæqualitate servatur æqualitas sita in eo, ut unicuique reddatur, quod suum est. Neque innocens, ex eo quia renuerit reconciliari adultero, & perseveraverit in proposito usque ad sententiam divortii, quam liberè admisit, visus est cessisse juri suo, quod habebat in corpus adulteri, quia innocens connivendo sententiæ divortii tantùm voluit eam admittere, quatenus cedebat in suum favorem, eúmque eximebat à servitute coniugali, seu ab obligatione reddendi debitum adultero petenti.

35 Quæritur quintodecimò, an, si post latam divortii sententiam coniux nocens voto simplici se adstrinxerit castitatis, adhuc integrum sit innocenti eum sibi reconciliare, & debitum ab ipso exigere? Respondetur, decisionem huius quæstionis dependere ab illa quæstione, an licitum sit coniugi adultero ad professionem, vel ordines transire, vel voto simplici castitatis se adstringere invito innocente, & sine eius licentia in illius præjudicium. Certum est, quòd si nulla præcesserit sententia non possit coniux nocens in præjudicium innocentis statum mutare, nec voto simplici castitatis se adstringere, & si tale votum emittat, posse ab innocente revocari, ut ad usum revertatur coniugii: quia cùm res non sit judicata, nihil est, quod possit adultero suffragari, & innocens potest condonare nocenti injuriam sibi illatam, unde tenetur nocens debitum reddere innocenti illud petenti, consequenter etiam eidem reconciliari; alioquin

quin nocens ex delicto commodum assequeretur *l. Itaque ff. de furtis.* Sin verò sententia lata sit à solo Judice sæculari damnante adulteram uxorem in monasterium ad pœnitentiam agendam, tunc habetur decisio *authent. sed hodie C. ad leg Jul. de adult.* ibi: *Sed hodie adultera in monasterium mittatur, quam intra biennium recipere viro liceat: biennio transacto adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum vivit, permaneat.* Ex hoc textu liquet, viro innocenti integrum esse intra biennium oxorem detrusam in monasterium sibi conciliare; nec eam posse ante biennium transactum in præjudicium viri innocentis voto se adstringere castitatis, neque emittere solemnem professionem, ut docent Glossa *c. Gaudemus V. in claustris de convers. conjug.* & ibi Hostiensis *num. 3.* Joanoes Andreas *num. 3.* & commoniter Canonistæ: cæterum transacto biennio, si vir neglexit eam sibi reconciliare, potest eius uxor profiteri, & eius professione semel emissâ non potest ab illo ravocari, quia tunc sibi debet seram recoociliationem imputare, ut notaot Rosella *V. divortium n. 11.* Armilla, & alij.

36 Id autem intelligitur, dommodo illo tempore biennii sit uxor jam emendata, quia si uxor persisteret in adulteriis, quòd eidem vir non reconcilietur, non est ei vertendom culpæ. Si sententia divortii ob adulteriom uxoris lata sit à solo Judice ecclesiastico; adhuc putârim probabilius, non posse uxorem adulteram post latam sententiam invito conjuge innocente transire ad religionem, nec in illa emittere professionem: quia cum teneatur uxor adultera reconciliari eius viro innocenti, & id petenti, non potest cum sit obligata viro alteri se obligare, qoia coniux innocens per sententiam Judicis non privatur jure, & dominio, quod habet in corpus uxoris suæ adulteræ, alioquin sententia lata obesset innocenti, & prodesset nocenti, contra quem lata est, quod est iniquum *l. evidenter 16. ff. de excep. rei judic.* Tum quia cùm seotentia divortij sit prorsus in favorem innocentis, & odium adulteri, non debet retorqueri in damnum innocentis, & favorem nocentis: quod anim in favorem alicuius introductum est, oon debet retorqueri in damnum illius *l. quod favore 6. c. de legib.* Tum qoia cùm solos adulter condemnetor, ius innocentis debet iotegrum, ac illæsum maoere, ut notat Barbosa *rubric. 2. p. 22. fin ff solut. matrim.* Sylvester *V. matrimonium 9. q. 11.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. V. effectus accusationis.*

37 Hoc aotem procedit, præsertim quando innocens cootradicit ingressui religionis nocentis, quem vult sibi reconciliare: alioquin si post latam divortii sententiam innocens monitus, nolit uxorem adulteram sibi reconciliare, potest hæc statom mutare, séque voto simplici adstringere castitatis, vel etiam monasterium ingredi, & ibi profiteri *c. Gaudemus de convers. conjug.* ubi dicitur, mulieres, quæ lapso carnis ceciderunt, si maritis earum ante diligenter commonitis, eas reversas noluerint recipere, in claustris cum religiosis mulieribus studeat collocare, ut perpetuam pœnitentiam ibi agant, ut notat Hostiensis ibi *n. 3.* Verùm ex hoc texto adhùc non apparet, mulierem includi in hoc eventu in monasterium, ut in illo profiteatur, sed tantùm ut agat pœnitentiam, & oe incontinenter vivat.

38 Ratio igitur est potiùs petenda ex eo, quia innocens non connivens reconciliationi videtur licentiam concedere adultero, ut transeat ad religionem, & qoamvis reconciliationem denegans nolit concedere, ut ingrediatur religionem, est hoc impedimentum omnino irrationabile. Siquidem innocens etiam post latam sententiam tantùm habet ius sibi reconciliandi, & revocandi nocentem ad pristinum matrimonij usum, non verò habet plenum ius in uxorem adulteram, ot hanc omninò sibi ligatam habeat, ne possit propriæ saluti consulere delectu status perfectioris, si ad reconciliationem oon admittatur: unde si vir innocens denegat uxori adulteræ reconciliationem, poterit hæc etiam renuente viro ad religionem transire.

39 Verùm id procedit, si oxor adultera esset emendata, quia si persisteret in adulterio, non posset negatio reconciliationis verti culpæ viro inoocenti; immo noo sufficit, si vir innocens semel tantùm, & iterum admoneatur, ut sibi recoociliet oxorem adulteram, & emendatam, sed debet id freqoenter fieri, & desumitur ex *d. c. Gaudemus*, ubi dicitur: *A te diligenter commoniti*, hoc est pluries, & sæpe, quia illud adverbium *diligenter* significat pluralitatem commonitionum sæpius repetitarum, quia tunc si innocens nolit eam sibi reconciliare, dici potest esse in mora, & contra rationem denegare talem reconcilisrionem, & ingressum in religionem: & quamvis talem ingressum expressè non neget, adhuc tacitè videtur consentire, ac cedere iori suo, quod tamen ex semel denegata reconciliatione dici non potest. Tum quia non videtor rationi consonum, ut statim innocens acquiescat, ne adultera parvi pendat suum delictum, & inde sumat occasionem illud iterum perpetrandi: hæcque est ratio, cur hæc monitio sit sæpe facienda, ut licitom sit uxori adolteræ religionem ingredi, & in es profiteri, ut notat Astensis *sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. art. 3.* quood verò ad numerum attinat admonitionum, id arbitrio relinquitur prudentis viri.

40 Verùm hanc admonitionem esse ab Episcopo faciendam censet Hostiensis *c. de illa. n. 2. de divortijs.* Putârim tamen id procedere in foro externo. Imò potest innocens etiam, qui pluries monitus oegavit reconciliationem, & permisit eiot uxorem adulteram monasterium ingredi mutata postea sententia eam revocare, anteqoam solemnam emittat professionem: hâc enim semel emissâ non est ampliùs audiendos, & tunc vir innocens sibi debet seram illam reconciliationem impotare: siquidem usqoe ad professionem exclusivè res erat integra, & potuit sibi adulteram reconciliare. Rursus validè uxor adultera post latam sententiam divortii

mutas

mutat statum, si vir eius innocens id sciens non contradicat, cùm commodè possit, quia tunc videtur tacitè consentire, ut docet D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. V. effectus accusationis.* Sylvester *V. matrimonium 9. q. 11.* Hinc si post latam divortii sententiam uxor adultera pluries petierit reconciliari suo viro, & etiam significaverit, quòd si nolit reconciliari, velit ipsa se voto simplici castitatis adstringere, si vir tunc non contradicat uxori pluries id petenti, & mulier voveat, non potest postea vir innocens irritare votum uxoris nocentis, & desumitur ex D. Thoma *4. dist. 35. q. unic. art. 6. ad 3.* ubi docet, celebrato divortio adulteram teneri reconciliari innocenti volenti, nisi de illius licentia votum emiserit, ubi D. Thomas clarè sentit, non posse irritare votum castitatis emissum de illius licentia: & ratio etiam potest assignari, quia ex parte uxoris adulteræ matrimonium est divisum, & ex eo, quòd vir innocens expressè, vel tacitè dederit assensum voto castitatis, vel religionis, se abdicavit iura irritandi tale votum.

41 Cæterum, ut uxor adultera de licentia sui viri innocentis profiteatur religionem, non est necessè, ut vir etiam transeat ad religionem, & emittat votum castitatis; sed integrum est illi manere in sæculo, etiam nullo ligatus voto, quia textus prohibentes, ne uno coniuge profitente religionem alter in sæculo maneat, loquuntur de matrimonio integro, & omnino illæso, ut habetur in *c. sanè c. cum sis c. significavit de convers. conjug.* non verò quando per sententiam Judicis fit divortium: quia cùm innocens tunc sit liber à iugo debiti coniugalis, potest independenter à mutatione status uxoris adulteræ ad religionem transire, & in illa profiteri: potest enim innocens renuntiare iuri suo, & talem licentiam etiam concedere uxori adulteræ. Cæterum si uxor adultera emittat professionem in monasterio, eius vir innocens manens in sæculo, tenetur se continere, seu abstinere ab alio matrimonio, non verò tenetur votum continentiæ emittere.

42 Quæritur decimo sextò, an si post latam divortij sententiam constet, ecclesiam fuisse deceptam, eò quia uxor condemnata, fuerit postea deprehensa innocens, vel quia uterque fuerit nocens cognitus, sit tunc retractanda sententia, & conjuges restituendi pristino statui matrimonij? Respondetur, quòd si res sit integra ex parte utriusque conjugis, eò quia neuter statum mutaverit, tunc retractanda est sententia, & conjuges reconciliandi: quia sententia divortij solùm transit in rem judicatam in favorem innocentis, & odium rei; non enim transit in rem judicatam in iis, quæ sunt in favorem conjugis adulteri, sed tantùm in ijs, quæ in eius odium cadunt, & favorem innocentis: unde si neuter est innocens ante sententiam, vel uterque est innocens, sententia postea lata est revocanda, nec potest transire in rem judicatam. Hinc si alteri conjugi, in cuius favorem lata est divortii sententia, constat innocentia alterius, tenetur in foro conscientiæ eidem reconciliari, adeò ut non possit juvari beneficio sententiæ latæ, cum sibi constet, eam falsæ inniti præsumptioni. Sin verò alter coniux mutavit statum, & vovit castitatem, aut factus sit sacerdos, vel Religiosus in religione approbata cognitâ falsitate est restituendus alteri conjugi, cui tenetur quidem debitum reddere, non verò ab eo petere, quia per solemnem professionem, vel votum castitatis se obligavit absque alterius coniugis præiudicio, ut habetur in *c. placet de convers. conjug.* & ita docent D. Thomas *4. dist. 35. q. unic. art. 5. ad 3.* Sotus *4. dist. 36. q. unic. art. 3.* Rosella *V. divortium n. 6.* & ita dicendum est, si vir erat in sacro Ordine constitutus, est enim eadem ratio. Sin verò post latam sententiam divortij uterque coniux statum mutavit, vel quia vovit castitatem, vel emisit professionem in religione approbata, tunc neuter potest alterum repetere, quia professio, cui causa falsa dedit occasionem, non est irrita.

Præterea quia cum uterque sciverit ingressum alterius, videtur facto ipso licentiam concessisse: secus tamen esset, si alter ingressum alterius ignoraret. Est enim discrimen, quando uterque coniux est conscius, quia tunc ipso facto sibi mutuò concedunt licentiam: secus quando fuit ignarus, neuter licentiam alterius habuit, & professio prioris professi fuit irrita ex defectu consensûs alterius; nec potuit rata fieri sine nova ratificatione; hinc nec posterior professio ex eodem defectu consensus potuit esse valida. 43

Quæritur decimo septimò, an viro adultero licitum sit in foro conscientiæ uxorem pariter adulteram criminaliter accusare, ut puniatur? Respondetur probabiliùs affirmativè, quia idem observandum est in utroque foro, quoties forum externum non innititur falsæ præsumptioni: atqui in foro externo admittitur accusatio adulterii uxoris ad pœnam criminalem rejectâ exceptione similis adulterij; quia in hac accusatione vir, & mulier sunt dispares, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 7. §. 6.* ergo etiam in foro conscientiæ. Tum quia, ideo vir adulter nequit uxorem adulteram accusare quoad divortium, & dotis amissionem, quia hujusmodi adulteria quoad hanc accusationem civilem mutua compensatione abolentur. Verùm quoad accusationem criminalem jura concedunt viro, ut possit uxorem adulteram accusare, non verò è contra concedunt uxori posse virum adulterum accusare, & non fit compensatio utriusque adulterii, proinde licitum est viro adultero criminaliter accusare uxorem adulteram, & ita docet Cardinalis in *c. fin. n. 1. oppos. 2. de adult.* ubi expressè asserit, adulterium viri ipsum privare jure accusandi uxorem adulteram quoad divortium tori, & cohabitationis, non verò quoad pœnam. 44

Videtur tamen in contrarium obstare textus in *c. penult. de adult.* ubi dicitur, quòd paria delicta conjugum mutuâ compensatione aboleantur. Tum quia nil iniquius esse videtur, quàm si vir eodem vitio laborans accuset adulteram de eodem crimine, ut asserit D. Augustinus 45

 lib.

lib. 1. de sermone Domini in monte c. 28. relatus in *c. 1. 32. q. 6.*

46 Sed contra, quia illa compensatio intelligitur quoad accusationem civilem, in qua uterque conjux est æqualis; secus quoad criminalem.

47 Quæritur decimo octavò, an qui contrahit cum secunda uxore adhuc vivente prima, si secunda id nesciat, & mortuâ primâ *vir* petat divortium è secunda, sit separandus? Respondetur negativè, nisi mulier ipsa petat divortium, & desumitur ex *c. propositum 1. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si vir contrahat cum secunda uxore adhuc vivente prima; & secunda, cum qua contrahit, nesciat primam esse vivam, si moriatur prima, & vir petet divortium à secunda, non sint separandi, nisi mulier pariter petat divortium. Ratio est, quia licèt in jure canonico cautum habeatur, ut nullus se ei copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & præcipuè illi, cui fidem dederat de ea ducenda vivente uxore, vel quæ machinata est in mortem uxoris *c. cùm haberet 5. h. t.* nihilominus quando secunda mulier fuit inscia, quòd etiam haberet uxorem viventem cum ipso, & in hoc non fuit in dolo: & ex alio capite cùm non videatur æquum, ut vir, qui scienter contra canones duxit secundam uxorem vivente adhuc prima, lucrum de suo dolo reportet; ideo rectè statuitur, ut nisi mulier divortium petierit, ad solam petitionem viri non sint separandi, quia mulier ignorans non committit adulterium *c. in lectum 24. q. 1.* & filii de tali matrimonio nati ob bonam fidem uxoris censentur etiam legitimi *c. cū inter, qui filij sint legitimi.* & quamvis matrimonium cum secunda vivente adhuc prima fuerit irritum, eò quia ex parte viri ederet impedimentum dirimens matrimonium cum secunda *c. 1. de sponsa duor.* & matrimonium non possit claudicare, ut teneat pro parte tantùm unius *c. fin. de spons. impub.* & *Gloss. 1. in c. si quis ingen, 29 q. 2.* ratione tamen fidei promissæ vir nequit separationem petere, ad quam promissionem mulier non adstringitur cùm ipsa fuerit decepta, & inscia contraxerit credens virum illum non habere aliam uxorem, ut notat Glossa in *d. c. si qui ingen.*

48 Notandum tamen est, quòd cùm in textu dicitur non esse separandos ad petitionem viri, id intelligitur de facto, quia non cadit hic separatio juris, cùm matrimonium nunquam constiterit. Non enim mortuâ primâ uxore statim fit matrimonium cum secunda, tametsi ambo se habeant, ut conjuges, quia intelligitur perseverare primus consensus, qui per se erat nullus: sicut si mulier contrahat cum servo, quem putat liberum, & cum quo aliàs non esset contractura, licèt deinde manumittatur illâ insciâ, non propterea matrimonium incipit valere, quia semper intelligitur perseverare primus consensus, qui fuit erroneus. Hinc si vir post mortem primæ uxoris contraheret cum alia fœmina distincta ab illa secunda, quam duxerat vivente prima, matrimonium esset validum cum hac tertia, quia cum secunda non fuit ullius valoris obstante impedimento matrimoniali ex parte viri.

49 Quæritur decimo nonò, an si vivente prima uxore etiam non cognitâ, vir contrahens de facto cum secunda scienter, & eam cognoscat, sit à secunda separandus etiam post mortem primæ? Respondetur affirmativè. Ratio est, quia matrimonium cum prima per consensum de præsenti fuit validum, quamvis vir mulierem, cum qua primò contrexit, carnaliter non cognoverit *c. 1. de sponsal.* quamobrē qui simul scienter contrahunt de facto matrimonium vivente prima uxore, in pœnam utriusque, ex quo ambo sunt in mala fide, & matrimonij sacramentum temerè violarunt, prohibentur à jure posse in futurum simul contrahere *c. cum haberet 5. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, quòd qui vivente uxore adulteravit cum aliqua, & in jus vocatus abjuravit adulteram, móxque spreto juramento cum ea contraxit vivente legitima uxore, & per decennium cum ea vixit, genuítque plures filios; sunt omnino separandi etiam legitimâ uxore mortua, & injuncta pœnitentia est illis indicenda perpetua continentia, ut sic puniantur, in quo peccárunt *c. Inter de excess. Prelator.* & ut ab hujusmodi delictis homines retrahantur, cognoscentes inter tales etiam in futurum non posse matrimonium consistere *d. c. cum haberet 5. h. t.* In foro autem contentioso possunt tales etiam per ecclesiam gravioribus pœnis puniri *c. De benedicto 32. q. 1.* In foro autem civili ducenti duas uxores, vel nubenti duobus maritis imponitur pœna capitis *l. eum qui C. de adult.* limitatur tamen, si prima mulier non erat legitime uxor, quia tunc non oritur impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *c. illud de jure patron.* quando enim primum matrimonium de jure est invalidum, per illud non impeditur secundum *c. cum Apostolica 18. de spons.*

50 Quæritur vigesimò, an qui vivente uxore legitima contrahit cum secunda adultera sit separandus à secunda etiam post obitum primæ? Respondetur affirmativè, quia tùm tam mulier, quàm vir sint in mala fide, & scienter in matrimonij offensam adulterium commiserint, & de facto etiam matrimonium contraxerint, ideo in detestationem tam enormis delicti prohibentur à jure, ne unquam possint simul matrimonium contrahere, ut colligitur ex *d. c. cùm haberet 5. h. t.* Imò id etiam procedit, quamvis longo tempore simul cohabitaverint, quia diuturnitas temporis tantùm abest, quòd peccatum minuat, ut potiùs illud augeat, *c. non satis de simonia* quod intelligendum est in ordine ad Deum, & forum animæ, tametsi peccatum non sit reiteratum: siquidem ex eo, quòd ipsos non pœnituerit patrati delicti, nec resipuerint, videntur magis contempsisse divinum judicium, & præceptum ecclesiæ *c. omnis de pœnit. & remiss.* Secus de jure civili diuturnitas temporis in delicto momentaneo pœnam minuit, ut in *l. si diut. ff. de pœn.* Imò nonnunquam illam etiam ex toto tollit, ut in *l. adult. C. de adult.* Sin verò peccatum sit reiteratum, seu

suc-

successivum, diuturnitas illud aggravat etiam de jure civili, Glossa 1. in *d. l. si dius.*

51 Hinc ita contrahentes, & delinquentes debent potiùs impediri, quàm habilitari. Discrimen autem inter jus civile,& canonicum quoad hoc est, quia civile principaliter intendit, ut homines quietè, & tranquillè vivant in hoc sæculo,jus verò canonicum principaliter vult peccata impedire,ac dirigere homines in Deū. Neque filiorum, qui ex tali matrimonio nati sunt, habenda est ratio, quia multiplicitas prolis ita suscepta magis exaggerat parentis crimen, ut dicitur in *c. cùm haberet 5. h. t.* denotat enim peccatum fuisse pluries reiteratum, quod magis aggravat: proinde proles hæc licèt multiplicata non debet facilitatem inducere ad simul contrahendum.

52 Neque obstat, quandoque filiorum favorem inducere ad dispensandum, ut notat Glossa in *d. c. cum haberet V. multiplicit.* Nam id procedit, quando errore probabili aliqui diu steterunt in connubio, & filios susceperunt *c. de gradu 35. q. 8. l. Divus ff. de ritu nuptiar.* non ita procedit quando vir, & mulier maliriosè, & ex certa scientia delinquunt, tunc enim non datur materia dispensandi, sed potiùs aggravandi, ut notat Hostiensis in *d. c. cùm haberet. V. susceperunt.* & tales erant, de quibus loquitur textus, ubi dicitur *multiplicitas prolis ita suscepta*, id est præsumptuosè, & scienter.

53 Quæritur vigesimo primò, an qui vivente primâ uxore contrahit cum secunda, quam tamen carnaliter non cognoscit, nec ante, nec post contractum, possit mortuâ primâ secundam ducere? Respondetur, quòd cùm matrimonium initum cum secunda vivente primâ fuerit irritum, & vir secundam non cognovit,nec ante, nec post secundum matrimonium initum, licèt hoc secundum matrimonium fuerit irritum ratione impedimenti dirimentis, quo vir erat ligatus eum primâ adhuc vivente, nihilominus non prohibetur mortuâ prima verum matrimonium inire cum secunda, & desumitur ex *c. si quis fin. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit, eum qui vivente prima uxore dedit fidem secundæ, imò defactò etiam contraxit cum secunda,dummodo nec ante, nec post, vivente prima ipsam cognoverit, nihilominus prima mortua posse eum secunda matrimonium contrahere. Ratio petitur ex eo, quia ut locum habeat prohibitio facta ab ecclesia contrahendi cum secunda, cui vir vivente adhuc prima promiserat matrimonium, vel cum qua illud etiam inivit, duo requiruntur: primum ut contraxerint matrimonium de præsenti; alterum, quod ad minus per unum eorum fuerit machinatum in mortem alterius conjugis: vel quod inter ipsos fuerit carnalis copula secuta, ut notat Hostiensis in *d. c. si quis V. cognovit h. t.* Quia verò ubi duo requiruntur, quorum alterum per se non sufficit, non est satis unum adimpleri *c. ex parte* & ibi Glossa *1. de rescript.* ideo si inter tales copula non intercesserit, per solum contractum matrimonij prohibitio de non amplius contrahendo ad eos non extenditur, ut notat Joannes Andreas in *d. c. si quis fin. h. t.* Quia verò ita defacto contrahentes de præsenti, vel fidem dantes de contrahendo in futurum graviter peccant, ideo Pontifex in *d. c. si quis fin. h. t.* præcipit esse illis injungendam pœnitentiam pro tali delicto: siquidem præstant votum captandæ mortis uxori viventi: & sicut non valet promissio beneficij vacaturi *c. 2. concess. prabend.* ita neque valet promissio talis futuri matrimonij, ut notat Abbas in *d. c. si quis n. 2. h. t.* quia verò si inter ipsos nec ante, nec post matrimonium secuta fuerit copula,non ita præsumuntur desiderare mortem uxoris, ideo prohibitio de non contrahendo in futurum non extenditur ad nostrum casum.

Quæritur vigesimo secundò, an vir teneatur dimittere uxorem persistentem in adulterio? Respondetur, spectatâ sola ratione adulterii nullum extare præceptum, quod obliget virum ad dimittendam uxorem persistentem in adulterio, quia Christus *Matth. 5. 19.* ubi explicuit, divortium esse licitum ratione adulterii; non tamen præcepit,sed tantùm permisit, ut licitum, ut constat ex contextu, & docet D. Augustinus *lib. 1. de serm. Dom. in monte c. 27.* & refertur in *c. Idololatria 28. q. 1.* Ratio ex eo etiam petitur, quia divortium est pœna adulterii, quam vir innocens non tenetur subire. proinde neque dimittere uxorem adulteram si nolit. Tum quia divortium est à jure introductum in favorem innocentis, & pœnam nocentis ob injuriam irrogatam innocenti: atqui potest vir cedere juri suo, & condonare injuriam sibi illatam, proinde non tenetur dimittere uxorem in adulterio persistentem. Tum quia ex duplici capite potest oriri hæc obligatio in viro dimittendi uxorem adulteram, primò ex præcepto scandali vitandi, ut si ex eo, quòd ipsam retineret domi,occasionem daret suspicandi ex consensu viri mulierem adulteria illa committere. 54

Secundò ex præcepto correctionis fraternæ: atqui potest dari casus, ut adulteria uxoris aliis non innotescant, & tunc cùm non sint alia scandalo, non tenetur vir ex præcepto scandali vitandi eam dimittere, cùm supponatur, tale scandalum non adesse, eò quia mulier cum uno tantùm viro omnino occultè adulteria committat, & in iisdem persistat. Neque tenetur eam dimittere ratione præcepti correctionis fraternæ, quia sufficit, si uxorem admoneat,& pœnis inferni eidem propositis eam deterreat, imò etiam puniat, pœna tamen, & modo sibi permissis: quòd si hæc non sufficiant, nulla videtur moraliter superesse spes emendationis propterea si dimitteretur à viro, liberiùs indulgeret sensui, & fieret deterior: quòd si spes affulgeat emendationis, tenetur vir omne medium adhibere ad illam avertendam à peccato quod præstare meliùs potest eam non dimittendo, sed continuò corrigendo, & puniendo modo sibi permisso: alioquin si dimitteretur deterior fieret, ubi enim uxor viro sciente ita est fronte pertinace in adulterio pervicax, ut hisce mediis à viro adhibitis retrahi non possit à patrandis delictis, 55

delictis, idque argumento est ardentiùs deperire amasium, proinde dimissa à viro tantùm abest, quòd tristitiâ afficeretur, & resipisceret; ut potiùs liberiùs vacaret veneri, & sensui indulgeret, propterea dimissio hæc non esset ad coercendum peccatum, sed potiùs ad laxiorem viam eidem sternendam, & quando correctio fraterna potiùs obest, quàm prosit, ejus præceptum tunc non obligat, quia ad malum non datur obligatio.

56 Quòd si ex eo, quòd uxor persistens in adulterio perfractè, esset alijs scandalo, tunc teneretur vir eam dimittere ad evitanda scandala; adeò ut ex solo præcepto scandali vitandi teneatur uxorem persistentem in adulterio dimittere, & ita docent D. Antoninus *3. p tit. 1. c. 20. §. 9.* Sotus *4. dist. 36. q. unic. art. 2. conclus 2.* Paludanus *4. dist. 35. q. 1. art. 3. conclus. 4. n. 23.* & alij dicentes, esse discrimen inter adulterium occultum, & publicum, quia quando est occultum, eximitur vir ab obligatione dimittendi uxorem persistentem in adulterio; eò quia cesset tunc ratio scandali: secus quando est publicum, quia tunc oritur scandalum, & vir tenetur illud impedire; & si non possit alio medio, tenetur uxorem dimittere ex præcepto vitandi scandali. An verò quando alijs r edijs adhibitis uxor non corrigitur, teneatur tunc vir eam ecclesiæ denuntiare juxta præceptum evangelicum *Matth. 18.* respondetur affirmativè, si ex tali denuntiatione spes affulgeat, fore, ut uxor resipiscat; & Glossa in *c. si vir de adult. V. reus,* censet, virum esse culpæ lethalis reum, si uxorem suam persistentem in adulterio, tunc non denuntiet, quod tamen est intelligendum in ordine ad emendationem uxoris, non verò in ordine ad divortium, quia potest vir cedere juri suo, & condonare iniuriam sibi ab uxore illatam.

57 Quæritur vigesimo tertiò, an etiam uxor innocens teneatur divertere à viro, quem scit persistere in adulterio? Plures censent id æquè procedere de viro respectu uxoris, ac de uxore respectu viri, idque probant testimonio D. Chrisostomi, quod refertur in *c. si quis uxorem 32. q. 1. in fin.* ubi expressè ait: virum & uxorem non iudicari ad imparia quoad obligationem divertendi ob perseverantiam alteriusutrius in adulterio, & ita etiam docet Glossa in *d. c. si quis V. ad imparia.* Quando tamen spes affulget emendationis dicunt, tunc teneri uxorem, si vir monitus non desistat, adhibere medicinam pœnalem abstinendo ab eius concubitu.

58 Communior sententia docet non teneri uxorem divertere à viro persistente in adulterio, imò nec abstinere ab usu matrimonij: ratio petitur ex eo, quia obligatio viri ad dimittendam uxorem persistentem in adulterio oritur ex præcepto scandali vitandi, ut in præcedente quæstione ostendimus: atqui in uxore non dimittente virum, nec ei debitum negante cessat hæc ratio scandali: satis enim exploratum est omnibus, uxores ægerrimè ferre, ut earum viri aliis commisceantur, nec habere potestatem coërcendi viros; unde non possunt tunc uxores esse aliis scandalo, proinde neque ratione scandeli, teneantur viros persistentes in adulterio dimittere.

59 Præterea quamvis hæc obligatio dimittendi uxorem persistentem in adulterio in viro, ex præcepto fraternæ correctionis oriretur, non tamen hujusmodi præceptum uxorem dimittendi obligaret: quia tametsi corrigere verbis delinquentem, si spes affulgeat emendationis omnibus incumbat, non tamen pœnam inferre, quia id pertinet ad superiorem; atqui negare debitum viro adultero, & recedere à consortio conjugali est virum ipso facto punire; & quia uxor est subdita viro, ideo præceptum correctionis fraternæ non obligat uxorem, ut virum corrigat, eúmque puniat: quamvis uxor innocens ratione fidei sibi non servatæ à viro possit id præstare. Præterea est discrimen inter virum, & uxorem, quia vir eatenus ex præcepto vitandi scandali tenetur dimittere uxorem persistentem in adulterio, quia inde habet occasionem timendi incertitudinem prolis, si uxorem non dimittat: hæc autem ratio non militat in uxore respectu viri persistentis in adulterio: uxor enim semper certam parturit prolem, quando adultera non est: hinc liquet solutio ad fundamentum oppositæ sententiæ.

60 Quæritur vigesimo quartò, an quando uterque conjux est adulter, & unus eorum corrigitur, & alter persistit in adulterio, licitum sit conjugi emendato divortium? Certum est, quòd si ambo conjuges in adulterium lapsi simul reconcilientur, & postea alteruter relabatur in adulterium, possit alter ratione hujus novi adulterij ab illo divertere, quia illa reconciliatio matrimonium restituit suo antiquo vigori, ac si nullus adulterium commisisset: quo fit ut si, conjux postea delinquat reus fiat divortij, ut docet Sotus *4. dist. 36. q. unic. art. 1. V. dubitatio.* Difficultas autem in eo consistit, an quando utroque conjuge adulterante reconciliatio non præcessit, sed tantum alteruter conjux se emendavit persistente altero in adulterio. Respondetur probabilius, posse tunc conjugem emendatum divortium petere, si alter conjux pluries admonitus nolit se emendare, sed pervicaciter velit in adulterio persistere: ratio petitur ex eo, quia illa repetita monitio, & interpellatio, ut alter conjux corrigatur habet vim reconciliationis, quatenus interpellans, & monens offert alteri reconciliationem, & quantum est ex se illum sibi reconciliat, nisque videtur referre, si alius nolit reconciliationem acceptare, sufficit enim, si ei offeratur, cùm teneatur eam acceptare: hinc si post pluries adhibitam monitionem, & oblatam reconciliationem conjux adulter nolit reconciliari, potest alter emendatus divortium petere.

61 Quòd si emendatus non moneret persistentem in adulterio, non posset divortium celebrare, quia non præcederet reconciliatio, neque pertinacia in conjuge adultero: quia pertinacia supponit præviam monitionem, & ita docet Navarrus *lib. 4. cons. de divort. cons. 3. in fin.* Sin autem viro emendato, & interpellanti uxor adul-

adultera recuset conjungi ex justo timore, ne ab ipso interficiatur, si vir offerat sufficientem cautionem, & hac non obstante mulier nolit illi conjungi, sed velit in adulterio persistere, habet tunc vir causam justam petendi divortium, quia illa interpellatio, & emendatio viri habuit vim sufficientis reconciliationis, ut adulteria præcedentia compensatinne abolerentur, & novus quasi matrimonij status inciperet.

62 Sin verò vir nnn daret sufficientem cautionem, & posset illam dare, reconciliatio tunc non esset sufficiens, nec vir posset divortium petere. Juvat observare, ad rationem divortij non sufficere si alter unum tantùm commisit adulterium, & alter plura, quia cum uterque fidem fregerit delicta censentur paria, jura enim considerant tantùm fractionem fidei matrimonialis, non verò numerum delictorum, sed requiri præviam monitionem, & interpellationem, quæ vim habeat reconciliationis.

TITULUS VIII.

De Conjugio Leprosorum.

Quia lepra superveniens solvit sponsalia de futuro, si alter sponsus nolit matrimonium contrahere cum illo, qui post inita sponsalia leprâ inficitur, ideo inter impedimenta matrimonij recensetur etiam lepra, de qua Pontifex agit in præsenti titulo, quapropter expendendum est, quâ ratione dicatur lepra sponsalia, vel matrimonium contrahendum, sive etiam contractum impedire.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Trium Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *PERVENIT 1. h. t. rescribit Alexander III. quòd cùm vir & uxor sint una caro, non debeat alter sine altero diutius manere, unde si alter incidat in lepram, debeat conjux illum sequi, & affectu maritali ei ministrare: quòd si ab Episcopo non possit induci, tunc mandat Pontifex, ut Episcopus præcipiat utrique altero vivente servare continentiam, & ad id etiam eos adigere sub pœna anathematis. Ex quo textu liquet, morbum lepra non dirimere matrimonium ante contractum, & semel consummatum c.* Hi qui 37. q. 7. *& conjuges leprosos teneri ad invicem sibi debitum reddere, non tamen continuò in eodem lecto dormire, imò ad id nec possunt compelli. Cæterum præter debitum carnis obligantur etiam sibi mutua obsequia impendere, non solùm in lepra, sed etiam in alijs morbis. Quòd verò in textu dicatur, quòd non debeat unus conjux diutius manere sine alio, id solet extendi ab aliquibus ad biennium, ab alijs ad quinquennium: sed communior sententia id relinquit arbitrio boni viri.*

C. *QUONIAM 2. h. t. rescribit idem Pont. uxorem sive lepra infectam, sive alia infirmitate detentam non esse separandam, nec dimittendam à suo viro. Declarat etiam Pontifex, quòd si leprosi nolint continere, possint contrahere matrimonium, si mulieres inveniant, quæ velint illis nubere, & uxor tunc tenetur debitum reddere leproso, & è contra; quia non fit separatio thori, nisi causâ fornicationis. Ex quo textu videtur inferri ob solam causam fornicationis licitum esse divortium quoad thorum, & tamen certum est, Concilium Tridentinum* sess. 24. can. 8. definire, *ecclesiam ob multas causas posse ad certum, vel incertum tempus separationem quoad thorum facere inter conjuges. Quamobrem illa exceptio, quæ ponitur in textu, quòd non fiat separatio, nisi causa fornicationis ita intelligenda est, quia divortium factum causa fornicationis sequitur ex ipsa natura cōjugij, quia repugnat bono fidei conjugalis, quæ cum debeat esse perpetua, meritò ob eam violatam conceditur perpetua separatio. Alia autem causa non sequuntur ex natura conjugij, proindè non solùm habent locum inter conjuges, verùm etiam inter non conjuges cujusmodi sunt morbus contagiosus, periculum seductionis, periculum animæ, & perversionis, & alia id genus causa, ob quas ad conservandam incolumitatem animæ, & corporis tam conjugibus, quàm non conjugibus conceditur separatio. Quamobrem priorem causam ob fornicationem excipit Christus* Matth. 5. & 19. *alias autem divortij causas admittit ecclesia: Cæterum si lepra matrimonium præcessit, & alter conjux eam noverit; tenetur nihilominus debitum reddere conjugi leproso, eò quia ad id se scienter obligaverit, quapropter uxor non leprosa debet sibi imputare periculum, cum scienter voluerit leproso nubere.*

C. *LITTERAS 3. ET ULT. h. t. Urbanus III. declarat, quòd si post contracta sponsalia de futuro alter sponsus incidat in lepram, non cogantur contrahere de præsenti. Ex quo*

textu colligitur, lepram ſupervenientem ſolvere ſponſalia de futuro, quia ex quavis notabili mutatione ſponſalia de futuro poſſunt diſſolvi: hinc quod in præſenti textu dicitur de lepra, extenditur ad quamlibet ſupervenientem gravem, & incurabilem infirmitatem.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo lepra ſuperveniens dicatur diſſolvere præcedentia ſponſalia de futuro.

1 Certum eſt, lepram ſupervenientem diſſolvere ſponſalia de futuro prius inita, id enim deſumitur ex *c. litteris 3. & ult. h.t.* ubi Urbanus III. reſcribit, quòd poſt contracta ſponſalia de futuro, ſi alter ex ſponſis incidat in lepram, & elter ſit immunis à tali morbo, & nolit matrimonium contrahere, nō ſit compellendus, quie cum nondum ſit metrimonium perfectum, ſen de præſenti initum; non debet compelli ſponſus immunis à lepra ed contrehendum matrimonium cum eo, qui in lepram incidit: ex quo inferunt communiter Canoniſtæ, lepram ſupervenientem ſolvere ſponſalia de futuro, perinde ec ea ſoluit quælibet alia enormis deformitas *c. quemadmodum de jurejur.* Rurſus licèt diſſolvantur priora ſponſalia de futuro per ſupervenientem lepram, non tamen id debet intelligi ipſo jure, & abſolutè, ſed tantùm conditionatè; ſi elter, qui immunis eſt à lepra, id petat; alioquin ſi qui eſt immunis à tali morbo, nolit ſponſalia diſſolvi; talia ſponſalia obligant ed contrahendum matrimonium: ratio eſt, quia jura hanc ſponſaliorum diſſolutionem introduxerunt in favorem elterius ſponſi immunis à lepra, & quidem conditinnatè, ſi nolit cum ſponſo, qui poſt inita ſponſalia in lepram incidit, matrimoninm contrahere: & ex *regula 61. juris*, quod conceditur in gretiam alicujus, non debet in ejus odium retorqueri. Id etiam procedit de quovis alio morbo contagioſo, qui ſuperveniet uni ex ſponſis poſt ſponſalia de futuro inita, cujuſmodi ſunt paralyſis, epilepſia, loes venerea, vel alius morbus incurabilis. Ratio generaliter ex eo deſumitur, quia ob quamvis notabilem mutationem ſupervenientem poſt ſponſalia, hæc diſſolvuntur; qoia ſponſus præſumitur oon cooſenſiſſe io talem mutationem, quæ ſi illi innotuiſſet, minimè ſponſalia de futuro contraxiſſet.

2 Tum qnia per ſponſalie de futuro matrimonium oon eſt vinculum indiſſolubile, nec obliget pro quovis caſu ſponſos ad contrahendum de præſenti: unde cùm ſolùm habeatur promiſſio facte de matrimonio contrehendo, poteſt ſponſus ab hac promiſſione reſilire ex juſte cauſa de novo ſuperveniente. Hinc lepræ morbus non debet eccenſeri impedimentis dirimentibus matrimonium: quapropter, ſi hic morbus ſuperveniat conjugi poſt initum matrimonium, non debet propter lepram ab elio ſeparari, idque deſumitur ex *c. pervenit 1. h. t.* ubi Alexander III. reſcripſit, quòd cùm vir, & uxor ſint una caro, non debet alter ſine altero eſſe diviſus: quapropter ſi alter incidat in leptam, conjux debet illum ſequi, & affectu mariteli ei miniſtrare: quòd ſi ed id ab Epiſcopo induci non poteſt, injungitur Epiſcopo, nt ita conjuges diſponet, ut uterque altero vivente ſervet continentiam, & ſi nolit eam ſervare, anethemete eum percutiat.

3 Hinc liquet per ſupervanientem lepram non diſſolvi matrimonium antes initum; imò nequa ob id conjuges ſeparari, ut deſumitur *ex c. hi qui 25. cauſ. 31. q. 7.* edeò ut neque uxor dimittende ſit quoed torum, ut habetur *in c. quoniam 2. h. t.* nbi Alexsoder III. reſcribit, quòd uxor, ſi fuerit leproſa, vel alie infirmitate detenta, non ſit ſeparanda, nec dimittenda; quin imò ex eodem capite poſſunt leproſi actu infecti leprâ matrimonium etiam inire, ſi inveniant, quæ velint iiſdem nnbere, & tunc obligantur ſibi invicem reddere debitum, quamvis infirmus à ſano illud exiget; qoia matrimonium ſemel validè contrectum noo diſſolvitur propter iofirmitatem: ſiquidem vinculum matrimonij ſolo conſenſu initum eſt indiſſolubile. Neque obſtat, quod *in c. litteras ult. h. t.* Urbanus III. videatur innuere, matrimonium propter lepram diſſolvi, ſi nondum fuerit conſummatum: qnia id non intelligitur, quòd lepre ſuperveniens dirimat matrimonium ratum, & nondom conſummatum: ſed verbum illud *conſummatum* in illo textu ſumitur laxè pro matrimonio inito de præſenti: dicitur enim tunc matrimonium conſummatum quoad ſuam eſſentiam, quia per ſola ſponſalia præcedentia de futuro, matrimonium tantùm erat in ſtatu inchoationis: & per contractum per verbe de præſenti, quod erat in ſtatu inchoationis, ſeu erat inchoatum dicitur perfici, ac conſummari quoad eſſentiam. Unde Pontifex cum *in d. c. litteras. ult. h. t.* dixit, matrimonium propter lepram diſſolvi ſi nondum fuerit conſummatum, tantùm ſignificavit, quòd ſponſalia de futuro per ſupervenientem lepram diſſolvantur, ſi conjux ſanus nolit metrimonium contrahere cum altero ſponſo leproſo.

4 Cæterom cùm primom metrimonium per verba de præſenti eſt initum, non poteſt amplius

plius dissolvi propter lepram supervenientem, & præsertim si matrimonium non solùm ratum, sed etiam consummatum fuerit, quia tunc cum conjuges facti sint una caro, non debent separari: nec unus esse sine alio, ut habetur *in c. quoniam 2. h. t.* ubi Alexander III. expressè declaravit, quòd uxor sive fuerit leprosa, sive alia infirmitate detenta, non sit separanda, nec dimittenda. Quapropter maritus, & uxor non obstante lepra debent amore maritali se invicem prosequi, ac sibi exhibere mutua obsequia conjugalia. Quòd si ad id induci non possint, debent servare continentiam, donec alter vixerit, & si parere detrectaverint, & alter adulterium commiserit, anathemate sunt percutiendi. Verum tamen est, quòd si probabile corporis periculum alteri conjugi immineat, tunc ex consilio, & judicio medicorum censent plures, posse fieri separationem quoad torum, ne scilicet conjux sanus inficiatur leprâ: & revera naturalis æquitas videtur dictare, ne obligario matrimonij eo usque extendatur contra verisimilem contrahentium intentionem. Et licèt videatur in contrarium obstare textus in *c. quoniam 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si vir, vel uxor lepram contraxerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat generali præcepto Apostoli, quod exigitur, est solvendum: nec Pontifex ullam subjicit exceptionem. Nihilominus ut interpretatione legum, & canonum, æquitas naturalis præferatur rigori earundem legum, ut dicitur in *l. placuit, C. de judic.* potest præfatus textus intelligi cum Barbosa in *d. c. quoniam*, quando judicio medicorum periculum non est ita immineas, ut sanus debeat ex concubitu cum alio conjuge infirmo morbum contrahere.

5 Alij etiam explicant præfatum textum in casu, quo morbus ante matrimonium non fuit ignoratus, ac propterea eo non obstante sponsi voluerunt matrimonium contrahere de præsenti, séque obligare ad cohabitationem: siquidem leprosis non est interdictum matrimonium contrahere, dummodo inveniant fœminas, quæ velint eisdem nubere.

6 Neque obstat, quòd nemo sit Dominus suorum membrorum *l. liber homo ff. ad leg. Aquil.* consequenter non posse se obligare ad actualem membri amissionem. Nam ad periculum se obligare aliquando non est prohibitum, ut liquet in militibus pugnam ineuntibus, vel assultu arcem expugnantibus, Nautis, & aliis similibus.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 Quæritur primò, an conjux teneatur semper sequi alterum, tametsi leprâ infectum? Respondetur affirmativè, & expressè habetur in *c. pervenit. 1. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit: cum vir, & uxor sint una caro, non debet alter sine altero esse diutius, nec divisus, quare si alter incidit in lepram, conjux illum sequatur, & affectu maritali ei ministret: ubi juvat observare, quòd cum Pontifex dicat, non debere unum conjugem diutius esse sine altero, hæc temporis diuturnitas arbitrio prudentis judicis relinquitur, ut judicet, quamdiu maritus possit ab uxore abesse, ut notat Glossa *in d. c. pervenit, V. diutius*, ut etiam Abbas *ibid num 7.* Id tamen interest discriminis inter virum, & uxorem, quia vir tenetur uxorem sequi, si hæc ex justa causa discedat; alioquin si justa causa non subsit, potest vir maritali potestate ei prohibere, ne discedat.

2 Secus uxor semper tenetur sequi virum ex quacunque causa *c. unaquaque 3. caus. 13. q. 2.* nisi fortassis vir intenderet uxorem trahere ad Infidelitatem *c. 2. de divortiis*, vel nisi vir efficiatur vagabundus *c. si quis 4. V. non sequi caus. 34. q. 2.* Id tamen limitatur, nisi tempore, quo fuit matrimonium de præsenti initum, mulier sciverit, virum esse vagabundum; quia tunc censetur ejus mores approbâsse, consequenter teneretur eum sequi, ut rectè notat Alexander de Nevo *in c. pervenit 1. n. 7. h. t.*

3 Quæritur secundò, an conjux teneatur reddere debitum viro leprâ, vel lue venerea infecto si immineat ex medicorum judicio periculum contrahendi talem morbum, & vir sentiat se carnis stimulis accendi ad venerem, & etiam cum periculo incontinentiæ? Communior sententia est, uxorem tunc non teneri debitum reddere viro leprâ infecto, tametsi periculum adsit, ut labatur in gravia carnis peccata, si debitum neget: ratio est, quia uxor cum tam gravi incommodo, & periculo non tenetur viro leproso debitum reddere, quia ad id præsumitur non se obligâsse, quando matrimonium cum ipso inivit, quia tunc supponitur fuisse liber à leprâ; alioquin si fuisset illâ infectus, præsumitur se obligâsse etiam cum illo incommodo, & periculo contrahendi morbum ad reddendum debitum.

4 Neque obstat, quòd vir periclitetur de incontinentia, quia carnis stimulos, quos experitur, potest aliis mediis coërcere, præsertim jejunijs, carnis macerationibus, oratione, cilicijs, & aliis id genus, quibus concupiscentia carnis compescitur: quisque enim adhibendo hæc remedia mediante divina gratiâ potest carnis stimulos coercere, & concupiscentiam extinguere.

5 Quæritur tertiò, an propter lepram, vel alium morbum incurabilem sit conjux separandos à conjuge quoad torum? Respondetur, certum esse ob lepram, aut aliam gravem infirmitatem non posse unum conjugem alterum dimittere, eò quia vinculum matrimonij sit indissolubile, unde difficultas est, quoad separationem tori, & respondetur, quòd quamvis non possit ex jure antiquo conjux separari ab alio conjuge etiam quoad torum, nisi causâ fornicationis, seu adulterij: nihilominus jure novo etiam propter alias causas potest separatio inter conjuges fieri quoad torum, & cohabitationem ad certum, vel incertum tempus, ut

ut statuitur in Tridentino *sess. 24. de refor. matrim. can. 8.* Hinc Doctores variè respondent ad illud *Matth. 5.* ubi Christus solam causam fornicationis excipit, pro hac separatione à toro inducenda. Alij respondent, illam exceptionem, quâ Christ⁹ dixit, non licere viro dimittere uxorem, nisi ob fornicationem, non firmare regulam in contrarium quoad alios casus alibi in jure exceptos: hinc dicunt ex Christi testimonio, non convinci, nullam aliam esse causam divortij, & separationis à toro præter fornicationem. Etenim dupliciter potest intelligi, ut conjux à conjuge dimitti possit. Primò quatenus formaliter conjux est, adeò ut causa dimissionis non aliunde petatur, quàm ex ipsa natura conjugij, quæ sit propria, & peculiaris ratio solius matrimonij; & hoc pacto sola carnalis fornicatio est causa divortij in sensu, quo Christus fuit locutus *Matthæi 5.* quia sola fornicatio carnalis opponitur fidei conjugali; & substantiæ matrimonij. Secundò ut persona quædam est, cujus consortium contingit alteri esse perniciosum: & hoc pacto plures aliæ possunt causæ accidere, ob quas jus divinum naturale causâ incolumitatis corporis, vel animæ à conjuge discedere concedit; & hæ rationes communes sunt matrimonio, & alijs confœderationibus: hinc ob hæresim, aut aliud periculum etiam inter parentes, filios, fratres, & alios quacunque sanguinis necessitudine copulatos recessus est licitus.

6 Secundò respondent alij, solam fornicationem carnalem esse causam perpetuæ dimissionis, de qua Christus loquebatur, seu absoluti divortij: quia non est verum divortium, nisi quod fit animo constituendi perpetuam separationem, ut dicitur *in l. 3. ff. de divort:* cæterum ob alia crimina non est licita separatio, nisi quamdiu ea durant: Ratio autem, cur ob fornicationem concedatur divortium perpetuum, & ob alias causas tantùm ad tempus, quo durant, est, quia in fornicatione causa divortij petitur ex ipsa natura conjugij, eò quia fides promissa violetur, quæ cùm sit perpetua; ita etiam dimissio. Aliæ verò causæ cùm non sint petitæ ex natura ipsius conjugij, non sunt perpetuæ: proinde tamdiu permittitur divortium, quamdiu illæ permanent.

Alij demum cum Bellarmino *lib. 1. c. 14. §. dicendum*, dicunt, ob alias causas, quæ non 7
oriuntur ex natura conjugij, non fieri separationem à toro, nisi ad tempus necessarium ad conservandam salutem mentis, & corporis; adeò ut cessantibus causis cesset etiam ratio separationis à toro. Et hæc responsio coincidit cum secunda, quapropter concludendum est, ideo ob fornicationem, seu adulterium fieri separationem perpetuam à toro, quia adulterium repugnat fidei conjugali, & substantiæ ipsius matrimonij; & quia fides conjugalis est ex natura sua perpetua, ideo si semel violetur, separatio à toro est perpetua: secus in alijs causis non dicitur fieri divortium perpetuum, quia non oriuntur ex violatione fidei conjugalis; proinde divortium, seu separatio à toro tamdiu durat, quamdiu manent illæ causæ, quæ non sunt ex natura sua perpetuæ; & possunt etiam reperiri in alijs personis simul cohabitantibus, quamvis non sint conjuges.

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

AGit Pontifex in hoc titulo de alio impedimento matrimonij, quod est error conditionis servilis. Quadruplex in matrimonio potest error contingere. Primus est error personæ, quando una persona pro alia supponitur. Secundus est error qualitatis, quando quis credit se contrahere cum pulchra, nobili, & virgine; & est deformis, plebea, & corrupta. Tertius est error fortunæ, cùm putatur quis contrahere cum divite, & revera est pauper. Quartus est conditionis servilis, quando contrahens liber putat se contrahere cum libera, & est ancilla. Rursus quilibet ex hisce erroribus, vel est antecedens, seu antecedit contractum, quatenus præbet causam, ut fiat, adeò ut non præexistente tali errore contractus non fieret: vel est concomitans, quando licèt non inducat ad contrahendum, concomitatur tamen contractum, ut eo non existente non fieret. Error antecedens, si versetur circa substantiam personæ, dirimit contractum non solùm jure humano, sed etiam naturali, eò quia error antecedens libertatem, & consensum auferat; & matrimonium sine consensu est jure naturæ irritum. Error concomitans, ut cùm quis contrahit cum Catharina putans esse Lucretiam, sed ita dispositus habitualiter in voluntate, ut cognitam Catharinam æquè libenter eam duceret, etiam dirimit matrimonium; quia ad ejus validitatem

ditatem necessarius est consensus, & voluntas positiva: & error concomitans, quamvis non efficiat contractum involuntarium, illum tamen efficit non voluntarium: hoc est licèt positivè non efficiat involuntarium, trahit tamen secum carentiam voluntarij, quae sufficit ad irritandum contractum, ad quem requiritur voluntarium positivum, & non ejus negatio. Matrimonium tamen initum cum errore qualitatis, seu dolo antecedente præbente causam contractui ineundo, qui aliàs non iniretur, suum sortitur valorem, quia tale matrimonium est simpliciter voluntarium quoad naturam, & substantiam; licèt quoad accidentia non sit voluntarium. Quód si qualitas, in qua erratur, apponeretur per modum conditionis in ipso contractu matrimoniali; tunc matrimonium foret invalidum, quia tunc non impleretur conditio, & deesset consensus absolutus. In præsenti titulo Pontifex tantùm agit de errore conditionis servilis.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Quatuor Capitum in hoc Titulo comprehensorum.

C. DIGNUM est 1. h. t. rescribit Hadrianus Papa, servum invito, & contradicente Domino contrahentem matrimonium validè quidem contrahere, sed teneri exhibere Domino debita, & consueta obsequia, & servitia. Hinc ex hoc textu jus civile, quo servis interdicitur matrimonium, corrigitur per jus canonicum: quia enim servi sint à DEO creati; ut fiant cives cœlestis patriæ, & hæredes vitæ æternæ, meritò statuit ecclesia, ut si nubant eorum matrimonium, sit validum. Tenentur tamen, si invitis Dominis contraxerunt debita, & consueta servitia iisdem præstare; quia non debent privari jure suo. Quòd si Dominus servitium exigat, & uxor debitum; censent plures, tunc teneri servum priùs Domino obedire, si non immineat periculum fornicationis: sed contrarium videtur probabilius, si tamen nullum, vel minimum fiat Domino præjudicium. An verò possit tunc Dominus vendere servum conjugatum alicui ducenti eum in partem remotissimam, & uxor debeat eum sequi, mihi videtur probabilius, non posse ita servum vendere cum tanto discrimine uxoris argum. c. ult. de Judæis. *Cæterum hæc servitus, quâ servi tali pacto venduntur, inter Christianos est abolita.*

C. PROPOSUIT 2. h. t. Alexander III. declarat, eum qui ignoranter contrahit cum ancilla, ubi hoc sciverit, posse eam dimittere restituta dote: secus si postquam sciverit esse ancillam, eam carnaliter cognoverit. Ex quo textu colligitur, matrimonium liberi cum serva ex ignorantia non tenere; sed si deinde id audivit, & credidit, seu habet conscientiam servitutis ex probabili, & discreta causa, & eam cognoscit, sibi præjudicat: sin verò ex levi, & temeraria, cui credi non debeat, non sibi præjudicat. An verò matrimonium ex ignorantia servilis conditionis contractum jure naturali dirimatur, plures autumant, sententiam affirmativam esse veram. Sed probabilior sententia est, tale matrimonium irritari tantùm jure ecclesiastico.

C. LICET 3. h. t. Urbanus III. rescribit, matrimonium contractum inter servum, & mulierem ignorantem servitutem viri esse validum, si servus probet, suum patrem fuisse liberum, & secundùm morem Provinciæ illius partus sequatur patrem, & à decennio non non fuerit molestatus in libertate, quia tunc vir censetur liber in favorem libertatis. Ubi notat Glossa, quòd tametsi de jure communi partus sequatur ventrem; de consuetudine tamen, vel modo particulari potest sequi patrem. Rursus, ut quis dicatur liber sufficere etiam quinquennium. Præterea in dubio judicandum est pro libertate, cujus favor est maximus

C. AD NOSTRAM ULT. h. t. rescribit Innocentius III. eum, qui ignoranter contraxit cum serva, si postea cognita ipsius conditione nec facto, nec verbo consensit cum illa, posse aliam ducere. Ubi notat Glossa, sententiam latam contra matrimonium non transire in rem judicatam, & semper posse cognosci, adeò ut si probetur malè prolata, semper possit revocari. Rursus qui ignoranter contrahit cum ancilla, quam deinde Dominus secretò manumisit, matrimonium est invalidum, quia prior consensus fuit nullus, quòd si Dominus ancillam liberam fecit, antequam hic contraheret, matrimonium tenet. Ubi notandum est, copulam carnalem non firmare matrimonium contractum ex errore conditionis servilis etiam jure antiquo. Cæterum qui dicit se ignorâsse conditionem mulieris, tenetur id probare: ubi Panormitanus notat id probari, si non probetur contrarium.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

An Servus possit invito, vel ignorante Domino licitè, & validè matrimonium contrahere.

1 Status servilis juxta præsens institutum tripliciter consideratur, adeò ut servi sint in triplici differentia, alij enim sunt Servi, qui ita sunt sub jure Domini, ut is possit eos venundare: unde servi propriè dicti ex jure gentium, vel civili sunt, qui alieno Domino contra naturalem libertatem subjiciuntur, ac possunt instar rerum aliarum proprij patrimonij vendi, & alienari: tales olim habebantur, qui in bello capti erant: hine mancipia quasi manu capti dicebantur: & qui ex hisce captis ancillis nascebantur licèt ex congressu hominis liberi, etiam conditionem suæ matris, seu statum servilem induebant, ut tradunt Jurisperiti *instit. de jure personar.* Hodie tamen inter Christianos generali consuetudine hæc servilis conditio sublata est, adeò ut capti in bello inter christianos non fiant servi capientium, Idq; ob dignitatem nominis Christiani, & propter honorem, ac memoriam libertatis, quâ nos Christus donavit. In bello verò, quod contra Turcas geritur, hodie adhuc locus est servituti; eo tamen discrimine inter jus antiquum, & hodiernum, quòd olim Romani capti ab hostibus, etiam apud Romanos pro servis habebantur, quòd si testamentum apud hostes fecissent, id nullum, & irritum censeretur.

2 Hodie verò Christiani habent quidem captos Turcas pro servis; non tamen alios Christianos captos à Turcis, eò quia indignum videatur, christianum a christiano censeri servum infidelium. Alij sunt servi adscriptitij, & ij dicuntur, qui glebæ, & prædio colendo sunt perpetuò addicti, inde nunquam recessuri, & Dominis prædiorum annuos redditus omnes præter sumptus, & victum redditur, ut notat Abbas *in c. 2. de Judæis not. 1.*

3 Hi tamen servi adscriptitij licèt teneantur certa servitia Dominis prædiorum præstare; sunt tamen verè liberi, proinde possunt validè, & licitè matrimonium contrahere, etiam inscio eorum Domino. Demum servi tertij generis dicuntur originarij, suntque, qui ex adscriptitijs nascuntur, ut notat Abbas *in d. c. 2. de Judæis*, & isti Originarij perinde ac adscriptitij verè liberi sunt, & possunt inscio Domino, & sine ejus consensu matrimonium contrahere, quamvis teneantur etiam ipsi certas operas suis Dominis præstare. In præsenti igitur tantùm loquimur de servis primi generis, qui propriè sunt servi, possúntque suis Dominis vendi.

Certum est, posse servum, licitè, & validè etiam invito, & contradicente Domino matrimonium contrahere: ita tamen ut teneatur consueta servitia suo exhibere Domino, quia hic ex matrimonio servi non debet privari suo jure: idque desumitur *ex cap. dignum 1. h. t.* ubi Hadrianus rescribit, quòd si servus invito, & contradicente Domino matrimonium contrahat, hoc validum sit, sed adhuc tenetur servus suo Domino exhibere debita, & consueta servitia: quia nullus fidelis debet excludi à sacramentis, excepto Ordine, in quo servus sine licentia Domini non debet admitti. *c. consuluit de servis non ordin.* Ratio, cur servus invito, imò, & contradicente Domino licitè, & validè matrimonium contrahat, est, quia matrimonium jure naturæ, & divino concessum est homini in remedium concupiscentiæ, & ut vitarentur fornicationes, ut etiam ad propagationem naturæ: atqui hoc jus concessum à natura omnibus hominibus etiam servis non potest à Dominis auferri, adeò ut homines non possint acquirere dominium super tale jus hominis ad contrahendum matrimonium; eò quia sit jus ipsius naturæ humanæ ad suam propagationem, & conservationem; & sicut homo non habet dominium in naturam humanam, cùm non sit supra illam, ita nec in tale jus radicatum in ipsa natura. 4

Hinc rectè Pontifex *in d. c. dignum 1. h. t.* ait, non esse inter servos prohibenda matrimonia, ne sine consensu Domini ineantur. Quinimò peccarent contra justitiam, si impedirent eorum servos, ne matrimonium contraherent; siquidem agerent contra jus à natura ipsis concessum: non enim servi quoad hoc jus subduntur suis Dominis, qui proinde injustè prohiberent servis, ne suo uterentur jure. 5

Quamobrem nefas est, Dominos matrimonium suis servis impedire, quia nemo potest impedire jus alterius, si sit proprium illius; & jus contrahendi matrimonium est proprium etiam servorum, qui quoad tale jus non subjiciuntur Dominis suis: & hæc est ratio, cur servi ab Ecclesia protegantur contra Dominos suos prohibentes eos matrimonium contrahere: quia cùm sint in hoc sui juris, & non subjiciantur Dominis, injustè isti interdicerent servis uti suo jure: quapropter neque potest Dominus minitari servo aliquod supplicium, nec damnum inferre ex eo, quòd matrimonium ineat. Quòd si Dominus suâ sponte consueverit servo aliquam solvere pecuniam indebitam tamen, potest tunc Dominus minari servo, 6

vo, quòd, si uxorem ducat, velit ipsi subtrahere talem pecuniam, cùm non ex obligatione olla, sed tantùm ex mera liberalitate eam det. Non tamen potest Dominus suum servum punire ex eo præcisè, quòd matrimonium inierit: quia pœna non infligitur justè, nisi ob delictum, & servus ex eo, quòd invito Domino nubat, nullam committit culpam, quia utitur jure suo. Non tamen tenetur Dominus consentire in matrimonium servi; imò potest tutò dimitti, dummodo nullum ponat obstaculum, quo servus non valeat matrimonium contrahere, quia tunc Dominus sibi consulit, ne ex tali matrimonio damnum aliquod subeat, præsertim si ipsemet assentiretur, ut docent Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 21. num. 7.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 10. n. 4.* Palacius *in 4. dist. 30. disp. unic. col. 8. dub. 4.*

7 Servi Christiani etiam apud infideles possunt omnia sacramenta suscipere, quæ conferuntur aliis fidelibus; proinde etiam ipsum matrimonium, quia in fide Christi suscipienda apud Deum nulla est differentia generis, conditionis, aut sexûs, sed omnes sive Judæi, sive Græci, sive mares, sive fœminæ sunt unum corpus misticum ecclesiæ, si baptizentur, cujus caput est Christus: proinde nullus Christianus excludi debet ab illis ecclesiæ sacramentis, quæ sunt omnibus Christianis communia, proinde servi Christiani non sunt arcendi à matrimonio contrahendo: licèt si illud contraxerint, non per hoc eximantur à potestate suorum Dominorum; sed teneantur eisdem præstare debita consueta servitia.

8 Hinc servi possunt omnia sacramenta suscipere uno excepto Ordine, ad id enim requiritur necessariò consensus Domini, quia per promotionem ad Ordines ecclesiasticos servus eximitur à subjectione, quâ suo Domino subjiciebatur. Procedit id de servis baptizatis; quia de non baptizatis non potest ecclesia quidquam disponere; proinde illi subsunt dispositioni juris civilis secundùm quod servis interdicitur matrimonium *l. 3. C. de incest. nupt. & instit. de nupt. in princ.* Ratio est, quia jus civile considerat servos veluti mortuos: id tamen quoad servos Christianos correctum fuit à jure canonico, quod præferendum est civili, quod non potest quidquam disponere circa matrimonium.

9 Cæterum error conditionis servilis, ut si liber contrahat cum ancilla, quam putat esse liberam, vel è contra libera cum servo, quem putat liberum, reddit matrimonium invalidum, & desumitur *ex c. proposuit 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd qui ignoranter contrahit cum ancilla, ubi hoc sciverit, poterit eam dimittere restituta dote: unde matrimonium liberi cum serva ex ignorantia initum non tenet. Ratio est, quia tunc gravis injuria fit conjugi libero, qui cum putet ducere liberam, contrahit cum ancilla, non enim serva potest reddere debitum marito, nisi postquam à ministeriis Domini vacaverit. Tum quia hujusmodi error adversatur bonis ipsius matrimonii, & sacramenti, ac individuæ cohabitationi: quia cùm servus teneatur in domo sui Domini habitare, possitque ab eo mitti in partes remotas ibi vendendus, ideo hic error adversatur bono individuæ societatis: rursus etiam bono fidei conjugalis, quia non potest servus pro libito reddere debitum conjugi, sed tantùm quando sibi vacaverit, & postquam satisfecerit obsequiis debitis Domino. Rursus adversatur etiam bono prolis, quia non potest conjux ob conditionem servilem eam commodè alere, siquidem omnia, quæ laboribus, seu lucris acquirit, non sibi, sed Domino acquirit, unde non potest iisdem suæ consulere proli; quam nec propterea potest benè educare: quæ rationes ecclesiam moverunt ad irritanda hujusmodi matrimonia.

Quinimò licèt servitus ignorata non sit per- 10
petua, sed tantùm pro certo tempore, adeò ut libertas concedatur servo per biennium, vel triennium, ita tamen ut eo tempore transacto in pristinam redigatur servitutem, etiam matrimonium dirimit, quamvis hoc contrahatur intra biennium, quo alter conjux fuit à Domino libertate donatus: quia cùm hæc libertas non sit perpetua, sed tantùm per breve tempus non aufert conditionem servilem, proinde quidquid etiam intra biennium libertatis servus agit, non ut liber, sed ut servus censetur illud agere: quâ ratione non potest intra id tempus ad Ordines promoveri, nec domicilium mutare, nec liberè tradere alteri potestatem sui corporis: & ratio est, quia etiam eo medio tempore non eximitur à conditione servili *l. statu liberum ff. de stat. lib.* Tum quia status libertatis debet esse permanens, & constans, est enim hæc permanentia de ratione statûs: unde per hoc, quòd servus tantùm ad biennium libertate donetur, non propterea extrahitur à statu, & conditione servili: siquidem revera est simpliciter servus, cùm postquam biennium effluxerit, debeat ad pristinam servitutem reduci.

Matrimonium tamen, quod liber contraxit 11
cum ancilla, eò quia ignoraverit, illam esse servam, si post scientiam servitutis adhuc cum ipsa carnalem copulam habuerit, tunc matrimonium suum sortitur valorem *ex d. c. proposuit 2. h. t.* ubi Alexander III. rescripsit, quòd si vir postquam sciverit, fœminam esse servam, eam nihilominus carnaliter cognoverit, tunc non poterit eam dimittere, quia tunc supponitur statum servilem scivisse, & affectu maritali eam carnaliter cognovisse. Idque de jure antiquo; quia hodie post Tridentinum *sess. 24. de refor. matrim. c. 1.* non sufficit ad matrimonium contrahendum præsumptus consensus qualis habetur per subsequentem copulam, sed requiritur post sublatum impedimentum novus consensus præstitus coram Parocho, & testibus, adeò ut post Tridentinum non habeat ampliùs locum illa dispositio posita ab Alexandro III. *in d. c. proposuit 2. h. t.* Ad quem verò pertineat judicare super dote restituenda, quando liber ignoranter contraxit cum ancilla, quam post cognitum errorem dimittit, respondetur, posse ju-

dicem

dicem ecclesiasticum cognoscere super dote restituenda. Tum quia dos non restituitur ancillæ nisi ex eo, quòd matrimonium dissolvatur per sententiam divortij: & hanc sententiam dat judex ecclesiasticus.

12 Non tamen omnis error conditionis servilis reddit matrimonium irritum, sed tantum quando talis est, ut conditio errantis fiat deterior: quòd si constitueretur in digniore, vel pari conditione, tunc error non videretur matrimonium dirimere, ut desumitur *ex d. c. proposuit. 2. h. t.* unde si contrahens credidit, mulierem esse liberam, cùm esset ancilla, tunc error irritat matrimonium: secus si error versetur circa conditionem meliorem; ut si liber contrahat matrimonium cum libera, quam putavit esse ancillam, error tunc non irritat matrimonium: ratio est, quia etiam si scivisset eam esse liberam à fortiori libentiùs eam duxisset; quia per libertatem uxoris conditio errantis fit melior: neque respectu suæ conditionis potest dici deceptus, cùm liber duxerit liberam. Eadem ratione si servus contrahat matrimonium cum serva, quam putabat esse liberam, valet matrimonium, quia tunc conditio servi contrahentis non fit deterior, cùm contraxerit cum æquali suæ conditionis, in qua propterea non fuit deceptus.

13 Cùm igitur error servilis conditionis dirimat matrimonium contractum; si liber contraxit cum ancilla, quam ignoravit esse ancillam, & postquam scivit ejus conditionem servilem in illam non consensit tacitè, nec expressè, tunc matrimonium debet dissolvi, ut desumitur *ex c. ad nostram 4. & ult. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd qui ignoranter contraxit cum serva, deinde cognita ipsius conditione nec verbo, nec factò consensit in illam, potest aliam ducere. Juvat tamen observare cum Glossa ibid. quòd sententia lata contra matrimonium non transit in rem judicatam, & semper potest cognosci, quinimò si probetur fuisse malè prolatam, etiam revocatur. Præterea ad ratificationem actus irriti requiritur necessariò, ut ratificans sciat illum esse nullum, quia non potest haberi ratum, quod ignoratur *l. mater 19. ff. de inoffic. testam. juncta Glossa margin. litt. A.* ubi ait, neminem censeri renunciare juri, quod ignorat.

14 Ratificatur autem matrimonium ab initio irritum ob errorem conditionis servilis, postquam constat de illius nullitate, per supervenientem consensum verbis expressum, vel facto ipso confirmatum, seu per subsequentem copulam: siquidem consentiens in usum matrimonij, consentit etiam in ipsum matrimonium, quod quamvis antea fuerit invalidum, per talem consensum superadditum suum acquirit valorem: dummodo sponsalia de futuro præcesserint, quia ex sola carnali copula non probatur conjugalis consensus, est enim signum æquivocum, quod potest fieri tam affectu maritali, quàm fornicario, quamvis ecclesia tunc eam præsumat factam affectu maritali ad excludendum delictum, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 1. c. 4. §. 1. n. 1.* Hoc tamen de jure antiquo; quia de jure novo post Concilium Tridentinum dispositio Innocentij III. adjecta *in d. c. ad nostram ult. h. t.* non habet amplius locum, cùm Tridentinum irritaverit matrimonia omnia præsumpta clandestina *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* Hinc hodie per carnalem copulam subsecutam matrimonium ab initio irritum non convalescit.

Superest explicandum, an, & quando proles quoad libertatem, & servitutem debeat sequi conditionem matris, vel patris: de qua quæstione habetur *in c. licet 3. h. t.* ubi Urbanus III. ita rescribit: mulier, quæ ignorans contraxit cum servo, si servus probet, suum patrem fuisse liberum, & secundùm morem Provinciæ illius partus sequitur patrem, & à decennio non fuit molestatus in libertate, tenet matrimonium, eò quia censeatur liber in favorem libertatis. Unde notat Glossa, quòd quamvis de jure communi partus sequatur ventrem; de more tamen particulari potest sequi patrem, adeò ut valeat statutum, vel consuetudo legitimè præscripta, ut proles sequatur conditionem non matris, sed patris, quoad libertatem, & servitutem; adeò ut si solus pater sit liber, vel servus, etiam liberi liberam, vel servilem sortiantur conditionem, nulla habita ratione ad matrem, an hæc libera sit, an serva: & Abbas *in d. c. ad nostram 4. n. 2. h. t.* ait, hanc consuetudinem in plerisque locis vigere, & etiam assignat rationem, quia cum res oriatur ex jure humano, potest eidem consuetudo legitimè præscripta derogare. 15

Valet tamen matrimonium liberi initum cum ancilla ignoratâ ejus conditione servili, si effluxerit decennium, ex quo ancilla est in possessione libertatis, ut desumitur *ex d. c. licet 3. h. t.* ubi Urbanus III. rescribit, quòd si servus à decennio non fuerit molestatus in libertate, matrimonium tenet, eò quia in favorem libertatis censetur liber, imò nec est necessarium decennium, sed sufficit quinquennium, ut notat Glossa *in d. c. V. decennio*, & desumitur ex *l. si pater 7. C. ne de statu defunct.* Neque obstat, quod *in d. c. licet.* Pontifex expresse asserat, si à decennio non fuerit molestatus à libertate: quia ibi est sermo de decennio pertinente ad factum, eò quia de facto decennium effluxerit post mortem defuncti; unde exinde non sequitur, quòd de jure quinquennium non sufficiat. Sin verò ante matrimonium initum cum ancilla, etiam præscripsisset legitimè libertatem, matrimonium esset legitimum, quia tunc est matrimonium liberi cum libera: quia licèt antea fuerit ancilla, quando tamen matrimonium contrahit, est libera; proinde matrimonium est validum, quia initum à libero cum libera sine errore conditionis servilis præsentis. Quòd si dubium incidat circa conditionem servilem, vel liberam tunc judicandum est pro libertate, quia ejus favor prævalet: unde cùm *in d. c. licet* vir per decennium se gesserit, ut liberum nemine contradicente, ideo sententia lata fuit in favorem libertatis, & ipse judicatus, ut liber. 16

Cæte-

7 Cæterum liber, si scienter ancillam ducat, fit irregularis, ut habetur in *can. si quis viduam. dist. 34.* quia eo ipso, quòd ducit ancillam, habetur vilis, & infamis. Sunt tamen quidam casus, quibus servus contrahens cum libera fit liber, ut si Dominus personam conditionis servilis collocet in matrimonium cum persona libera ignarâ servitutis, nec illi aperiat conditionem servilem, eo ipso persona illa, quæ erat serva, sive mas sit, sive fœmina, libertatem consequitur, ut expressè habetur *in authent. ad hoc C. de latina libertate.* Ratio est, quia Dominus consentiens in matrimonium sui servi cum libera persona, eo ipso, quòd tacet conditionem servilem, censetur eam liberam constituere, eò quia sine libertate non posset matrimonium consistere: unde cum consentiat in matrimonium, censetur etiam consentire in libertatem, quâ servus donetur à Domino, ut possit matrimonium inire: imò neque desideratur judicis sententia, ut servus liber fiat, & desumitur *ex d. authent. ad hoc. C. de latin. libert.* ubi expressè dicitur, quòd Dominus collocans servum suum in matrimonium cum libera, amittat ejus dominium, & servus libertatem acquirat. Tum quia ibi dicitur, quòd tale matrimonium valeat, proinde supponitur servus à Domino liber factus, cum sine libertate non posset matrimonium suum sortiri valorem; alioquin esset matrimonium liberę cum servo ignorata servitute, seu concurrente errore dirimente matrimonium. Plures alios casus, quibus servus contrahens cum libera fit liber, exhibet Covarruvias *de sponsal. 2. p. c. 3. §. 7.*

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

1 Quæritur primò, an error conditionis servilis dirimat matrimonium jure naturali, vel solùm ecclesiastico. Sunt, qui putant, quòd licèt servitus non præstet naturale impedimentum matrimonio ineundo, sicut naturalis impotentia, proinde validum sit matrimonium servorum inter se, & liberi cum ancilla, vel liberæ cum servo, si non ignoretur servilis conditio: nihilominus dicunt, errorem servitutis ita obstare matrimonio, ut jure naturali illud irritum reddat. Hinc inferunt, hoc impedimentum non fuisse à sacris canonibus de novo introductum, sed solùm approbatum, adhærent huic sententiæ Sylvester *V. matrimonium 6.* Almainus *in 4. dist. 36. q. unic.* Palatius *in 4. dist. 30. q. unic. col. 5.* & videtur eidem etiam adhærere Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 2. n. 3.* Respondendum nihilominus est cum communiori, & veriori sententia, errorem conditionis servilis nonnisi jure ecclesiastico dirimere matrimonium. Ratio est, quia matrimonium servorum inter se, imò etiam liberi cum ancilla, vel liberæ cum servo cognita servitute est validum, consequenter hic error jure naturæ non adversatur matrimonio, nec contrariatur ejus naturæ; proinde illud non dirimit jure naturæ.

2 Firmatur, quia talis error non est contra substantiam matrimonij: siquidem servitus non tollit, nec impedit absolutè, & simpliciter liberum usum matrimonij, sed tantùm pro eo tempore, quo Dominus justè, & rationabiliter servum occupat in suis servitijs, quæ tenetur servus illi præstare; hoc autem non adversatur substantiæ matrimonij, prout hoc à natura institutum est, quia adhuc semanet in servo absoluta potestas tradendi alteri suum corpus, & illi superest tempus, ut possit alteri conjugi debitum reddere. Tum quia ecclesia non irritat matrimonium scienter contractum à libero cum serva, vel è contra; sed tantùm quando contrahitur ignoranter, & per errorem, ut habetur *in c. proposuit. 2. h. t.* & *c. ad nostram ult. eod. tit.*

3 Quòd si conditio servilis jure naturali matrimonium dirimeret, æquè illud dirimeret tam si scienter, quàm si ignoranter liber contraheret cum serva; vel libera cum servo: quia matrimonio jure naturæ non magis repugnaret servitus ignota, quàm cognita, unde si cognita non repugnat; ita neque ignorata: & ratio est, quia matrimonium secundùm se, & ex natura sua tantùm exigit traditionem sui corporis ad usum generationis, & hæc haberi potest inter marem, & fœminam non obstante conditione servili: quia servitus non tollit simpliciter liberum usum matrimonij, sed tantùm illum impedit, vel retardat certis temporibus, nimirum quando Dominus licitè occupat servum: & matrimonium non obligat ad reddendum debitum pro semper, sed solùm quando legitimum impedimentum non obstiterit.

4 Quòd si dicas, esse discrimen inter conditionem servilem cognitam, & ignoratam, eò quia quando servitus innotescit, alter contrahens, qui liber est, renuntiat juri suo, non ita quando servitus ignoratur. Contra est, quia quæ jure naturæ requiruntur ad matrimonium, vel illi adversantur, non possunt contrahentium voluntate renuntiari: etenim quia impotentia naturalis ad usum matrimonij illud dirimit; non potest jure naturæ fœmina validè contrahere matrimonium cum viro, quem cognoscit impotentem, tametsi fœmina dicat, se renuntiare juri suo: ratio est, quia impotentia hæc jure naturæ dirimit matrimonium, proinde quamvis conjux ei renuntiet, non propterea matrimonium erit validum. Hinc non urget, quod respondent aliqui, servitutem non dirimere matrimonium præcisè, quia servitus est, sed quia est ignorata, eò quia ratione ignorantiæ, & erroris tollatur voluntarium jure naturæ requisitum ad valorem matrimonij. Nam contra est, quia involuntarium in præsenti est tantùm tale secundùm quid, perinde ac involuntarium, quod reperitur in errore circa qualitatem, quod non sufficit ad dirimendum matrimonium, cùm hoc supponatur esse voluntarium simpliciter.

5 Si dicas, servitutem esse contra substantiam matri-

matrimonij, cum sit contra traditionem corporis, quam servus facere non potest. Contra est, quia servus non obstante servitute adhuc tradit corpus suum alteri conjugi, quantum sufficit ad finem matrimonij, seu prolis generationem. Neque hæc prolis generatio potest à Domino impediri, quamvis pro aliquo tempore possit servum occupare, ne simul maneat cum sua uxore, sed id non obstat, quòd post talem occupationem non possit cum sua uxore convenire, & prolem generare. Si dicas, servitutem adversari educationi filiorum, mutuæ societati, & remedio concupiscentiæ, qui sunt fines matrimonij, proinde jure naturæ illud dirimere. Contra est, quia tantùm secundùm quid, & non simpliciter illis adversatur: siquidem cum post servitia præstita Domino possit servus manere cum sua uxore, nil impedit, quo minus possit intendere filiorum generationem, & eorundem educationem: proinde servitus cum non tollat fines matrimonij, illud non dirimit jure naturæ; sed ad summum posset dici esse contra aliqua secundaria præcepta juris naturæ non irritantia matrimonium, sed tantùm prohibentia.

6 Quæritur secundò, an matrimonium liberi cum ancilla valeat, si ignorantia conditionis servilis sit crassissima, vel levissima, quæ facilè evinci possit? Respondetur negativè. Ratio est, quia quicunque error etiam levissimus contra servitutem tollit consensum in eam; perinde ac error personæ tollit consensum in personam, proinde irritat matrimonium, ad cujus valorem ex jure naturæ requiritur consensus in personam: unde etiam jure ecclesiastico requiritur consensus in conditionem servilem, ut conjux liber intelligatur cedere suo jure: sicut enim jure naturæ exigitur consensus in personam ad valorem matrimonij; ita jure ecclesiastico requiritur consensus directus in circumstantiam illam conditionis servilis, ut nimirum conjux conscius damni ex tali matrimonio, sibi secuturi cedat liberè jure suo.

7 Videtur temen urgere in contrarium difficultas non levis momenti, quia matrimonium initum cum errore crasso, & facilè vincibili est voluntarium indirectè, proinde non est invalidum defecto voluntarij, quia talis error non excusat à peccato, quod sine voluntario non committitur, unde si error crassus, & qui facilè vinci potest, non excusat à peccato defectu voluntarij, stat cum ratione voluntarij; consequenter non irritat matrimonium, præsertim cùm contrahens potuerit facilè deponere suum errorem, ac veritatem cognoscere, & cùm id non præstiterit, cùm potuerit commodè præstare; interpretatur, noluisse talem errorem deponere, sed cum ipso matrimonium contrahere. Nihilominus respondetur cum D. Thoma *1. 2. q. 6. art. 3.* ad voluntarium directum tria desiderari, quorum primum est ut voluntas possit aliquid facere: secundum quòd teneatur illud facere: tertium quod cum possit, illod tamen non facit; ut si quis die festo cum possit, & teneatur interesse sacro, quamvis ex errore crasso, & ignorantia vincibili præcepti, illi non intersit, nihilominus dicitur voluntariè non interesse sacro, quia cùm possit, & teneatur ad præceptum advertere, non advertit. Hinc qui ex ignorantia vincibili, vel errore crasso contrahit cum ancilla; non dicitur voluntariè cum illa contrahere, quia licèt de facto non adverterit ad circumstantiam servitutis, quam facilè, & commodè potuisset advertere: nihilominus quia non tenebatur ex ulla lege illam circumstantiam advertere, cum nulla sit lex præcipiens matrimonium esse contrahendum tantùm cum libera; ideo cùm desit ad voluntarium indirectum secunda conditio requisita, non censetur qui ex errore crassissimo contrahit matrimonium cum ancilla voluntariè illud contrahere: consequenter error, quamvis crassissimus sit, ac levissimus, seu ignorantia conditionis servilis crassissima, & levissima dirimit matrimonium.

8 Neque obstat, quòd levis metus non dicatur matrimonium irritare. Nam est discrimen inter metum, & errorem, quia ille tantùm minuit libertatem circa consensum, proinde si metus fuerit levis, non irritat matrimonium, quia supponit consensum licèt diminutum: sed error tollit consensum circa rem illam, de qua est error, & sublato consensu non potest contractus civilis subsistere.

9 Quæritur tertiò, an si Dominus non collocet in matrimonium ancillam suam cum libero ignaro servitutis; sed conscius matrimonij taceat servitutem ancillæ, an tunc hæc libertatem acquirat? Respondent plures, ancillam tunc non fieri liberam, quia tacens non censetur consentire in ijs, quæ in ipsius præjudicium redundant, ut communiter tradunt Doctores *ex regula is, qui tacet 44. de reg. jur. in 6.* Tum quia taciturnitas non potentis impedire non operatur consensum, & Dominus non potest impedire matrimonium ancillæ. Tertiò quia lex concedens libertatem servo in hoc eventu innititur præsumptione voluntatis Domini libertatem concedentis: ita docent Paludanus *4. dist. 36. q. 2. art. 1. conclus. 2. n. 8.* Gabriel *q. 1. art. 3. conclus. 2.* & alij asserentes, hanc ancillam jure canonico non fieri liberam, quamvis jure civili videatur manumitti.

10 Nihilominus communior, & verior sententia est, ancillam tunc donari libertate tacente ejus Domino conscio matrimonij conditionem servilem, si matrimonium ineatur cum persona libera ignara servitutis: quia tunc Dominus non aperiens conditionem servilem suæ ancillæ est in culpa, & dolo gravis injuriæ illatæ contrahenti libero, unde in pœnam illius fraudis, & in favorem matrimonij, ut nimirum hoc validum sit, ancilla fit libera. Nec jura id statuentia fundantur in præsumptione voluntatis Domini, sed in voluntate puniendi taciturnitatem Domini, ad quem pertinebat tunc manifestare contrahenti libero conditionem servilem suæ ancillæ, ut docent cum Glossa *in c. si quia ingenuus V. faciat.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 20. n. 5.* Molina *tom. 1. de justit. tract. 2. disp. 39.* Sotus *4. dist. 35. q. unic. art. 2. col. 1.*

Verùm

11 **Verùm ut ancilla tunc donetur libertate**, requiritur dolus in Domino, seu fraus, quia *in authent. ad hoc C. de latin. libertate tollen.* expressè requiritur, ut Dominus studiò taceat, ac propterea fraudulenter se gerat, ut notat Glossa *in fin. authent. ut exactione dotis instant. §. fin.* Decius *in c. pervenit de conjugio lepros. not. 4.* Quamobrem ignorantia quantumcunque crassa facti, vel juris excusabit, quia ubi dolus reperitur, nulla ignorantia facti, vel juris sufficit. Hinc patet solutio ad argumenta opposita sententiæ: quia libertas non conceditur ancillæ ex tacito consensu Domini, sed à lege in pœnam fraudis: neque innititur præsumptioni voluntatis Domini.

12 Quæritur quartò, an error tantùm concomitans dirimat matrimonium, ut si Titius liber ducens Lucretiam ancillam, quam putat liberam, ita sit affectus erga illam, ut quamvis sciret, eam esse servam, adhuc libenter ipsi nuberet ob amorem, quo ipsam prosequitur: dicitur tunc error tantùm concomitans, quia non se habet antecedenter, cùm non det causam contractui; ille enim error dicitur dare causam contractui, qui si non esset, contractus non iniretur: unde error est causa, cur contractus ineatur: & tunc tantùm error est concomitans, quando non dat causam contractui, adeo ut etiam non extante tali errore contractus fieret. Respondetur cum Soto *in 4. dist. 35. q. unic. art. 2.* talem errorem concomitantem circa conditionem servilem dirimere matrimonium; ratio est, quia cum errore concomitante non habetur consensus actualis, sed solùm in habitu, & in præparatione animi: atqui ad valorem matrimonij liberi cum ancilla requiritur actualis consensus in conditionem servilem, qui non habetur actualiter, cùm actu ignoretur talis conditio: non enim consensus potest esse de re ignorata.

13 Quæritur quintò, an error conditionis libertinæ etiam dirimat matrimonium: illa fœmina dicitur libertina, quæ cùm serva prius fuerit, modò libertate donata est, unde quæritur, an si vir ingenuus nubat tali fœminæ, matrimonium sit validum. Tripliciter potest hæc libertas considerari. Primò ut non sit perpetua, sed tantùm ad tempus concessa ancillæ, ut per biennium, quo transacto debeat ad pristinam redigi servitutem. Secundò ut sit quidem perpetua non tamen de præsenti concessa, sed concedenda transacto aliquo tempore. Tertiò ut libertas sit etiam perpetua, & ex tunc concessa ancillæ, & matrimonium contrahatur postquam fœmina est libertate donata; ita tamen ut conjux liber nescierit, antea fuisse servam.

14 Respondetur, errorem conditionis libertinæ priori modo irritare matrimonium, quia cùm tunc fœmina sit tantùm libera ad tempus, & eo transacto debeat ad pristinam redigi servitutem, ideo pro tali tempore non dicitur transire à statu servitutis ad statum libertatis, quia status debet esse constans, & permanens: unde fœmina illa, quæ per biennium donata est libertate, revera manet in statu servitutis: proinde si nubat intra illud biennium, quo donata est libertate, & conjux liber eam putet liberam in perpetuum, talis error dirimit matrimonium jure canonico. Quinimò etiam error conditionis libertinæ secundo modo sumptus matrimonium dirimit, quia quamvis fœmina sit libertate donanda; nondum tamen quando contrahit matrimonium est facta libera, sed adhuc est verè, & simpliciter serva: ut habetur *in l. statuliberi ff. de statuliberis* proinde matrimonium cum tali fœmina initum ex errore conditionis servilis est invalidum. Quòd si pauci tantùm menses desiderarentur donec fœmina libertate donaretur, tunc error in sententia probabili non dirimeret matrimonium, quia in jure parum pro nihilo reputatur; neque inde inferretur præjudicium matrimonio, quamvis etiam post tres, vel quatuor menses esset fœmina libertate donanda. Error autem tertij generis, quando scilicet ingenuus ducit fœminam liberam, quæ antea erat ancilla, non irritat matrimonium, quia non est error contra servitutem præsentem, ex qua possint incommoda sequi contra matrimonium; sed tantùm est error contra servitutem præteritam, quæ amplius non est.

Quæritur sextò, quid juris, quando uterque conjux est servus diversi Domini inhabitantis diversa loca, adeò ut simul convenire vix possint, id impedientibus obsequiis, quæ tenentur Dominis præstare? Respondetur, tunc compellendum esse per ecclesiam alterum Dominum, ut velit alteri volenti emere servum, vel servam vendere; perinde ac quando servo communi pluribus Dominis, quidam ex illis concedit libertatem, adiguntur alij etiam sua jura, quæ habent in talem servum, vendere, ut servus ille liber fiat, alioquin frustra donaretur ab uno domino libertate, si respectu alterius deberet in statu servitutis manere, proinde tenentur alij Domini vendere partes suas, ut habetur *in l. 1. C. de commun. servo manumisso*; quia favorabilius est matrimonium, quàm libertas, quòd si neuter Dominus vellet vendere, tunc compellendus est alter vendere cuicumque extraneo in parte illa, in qua alter est servus, quòd si nullus inveniatur emptor, tunc emit ecclesia *argu. ex cap. fraternitatem dist. 54.* & ita docent Goffredus *summa. tit. de conjug. servor. num. 3.* Astensis *2. p. sum. lib. 8. tit. 15. art. 2. q. 5.* 15

Quæritur septimò, an matrimonium initum cum ancilla ignoratâ servitute, si postea ancilla manumittatur à Domino, & conjux liber adhuc inscius manumissionis cum ea jam libera facta matrimonium consummaverit animo maritali, censeatur tunc matrimonium consummatum animo maritali ratificare, adeò ut validum sit? Respondetur negativè, quia illa consummatio matrimonij habita est virtute prioris consensus, qui revera est nullus, quia quamvis impedimentum sit occultum, non tamen matrimonium validè contrahitur: quia tempore initi matrimonij fœmina revera adhuc erat serva, & adfuit impedimentum ignora- 16

tum ab alio conjuge libero, qui tunc putavit liberam, non ancillam ducere; neque subsequens manumissio, quâ post contractum matrimonium Dominus manumittit ancillam suam, dat valorem matrimonio ex se invalido; quod enim ab initio fuit invalidum non convalescit per aliquod posterius, nisi contractus iterum celebretur.

17 Quæritur octavò, an conjux liber, qui ignoranter cum mancipio matrimonium contraxerat detecta postea ejus servitute possit ab eo propria authoritate separari, si noluerit matrimonium ratificare? Respondetur, posse separari quoad torum, eò quia possit id occultè fieri; & sine scandalo: non verò quoad cohabitationem, si ex tali separatione sequatur scandalum, quod regulariter orirettur, eò quia matrimonium fuerit publicè initum: unde pro separatione, ac cohabitatione requiritur judicium ecclesiæ ad evitanda scandala: quòd si conjux liber proficisceretur in Provincias remotas, tunc posset fieri separatio quoad cohabitationem sine judicio ecclesiæ, ut notat Navarrus in *summa c. 22. num. 38.* cum Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 19. n. 7.*

18 Quæritur nonò, an possit servus invito Domino matrimonium contrahere? Respondetur affirmativè, quia matrimonium concessum est omnibus jure naturæ ad conservationem speciei: & servitus est tantùm de jure gentium positivo introducta; & sicut non potest Dominus impedire servum, ne liberè comedat, & dormiat, eò quia hujusmodi actiones conceduntur à natura ad conservationem individui; ita nec potest impedire, quin nubat; cùm matrimonium sit etiam à natura concessum in conservationem speciei. Hinc licèt servus ratione conditionis servilis amittat privata jura personalia, quæ ratione servitutis ad Dominum transferuntur; non tamen potest amittere jus ad contractum matrimonij, eò quia hoc est inditum à natura ad propagandam speciem. Neque obstat, quòd ancilla nubens contra sui Domini voluntatem inferat proli maximum nocumentum, cum filij ex ea nati eandem etiam contrahant servilem conditionem. Nam filiis semper melius est sic esse, ac nasci cum tali conditione servili, quàm non esse, cùm in statu servitutis possint, si velint, æternam enancisci gloriam.

19 Quæritur decimò, an in casibus, in quibus ratione matrimonij servus fit liber, matrimonium cum eo contractum conjuge libero ignorante servitutem suum sortiatur valorem. In duobus casibus potest servus ratione matrimonij nancisci libertatem, quando ejus servilis conditio ignoratur ab alio conjuge libero. Primus est, si ab ejus Domino tacente servitutem collocetur in matrimonium cum ingenuo ignaro conditionis servilis, ut expresè definitur *in auth. de nuptiis. collat. 4. §. si vero.* quia eo ipso, quòd Dominus consentit in matrimonium servi, censetur etiam consentire in id, quod ad ejus valorem requiritur, seu in libertatem, sine qua tale matrimonium irritum foret.

20 Secundus casus est, quando Domino sciente, & servitutem ex proposito tacente ejus ancilla contrahit cum ingenuo servitutis ignaro, tunc enim ancilla etiam donatur libertate, quia eo ipso quòd Dominus studiò occultat conditionem servilem suæ ancillæ cooperatur injuriæ, quæ infertur alteri conjugi libero: hinc jura in pœnam talia delicti privant Dominum jure, quod habebat in ancillam, & hanc constituunt liberam, etiam ante judicis sententiam, & quidem in favorem matrimonij, quòd validè non contraheretur, si ancilla non fieret tunc ex vi matrimonij libera, sed expectanda esset judicia sententia.

21 Respondetur igitur in hisce casibus matrimonium esse validum, & desumitur *ex d. authent. de nupt. §. si vero*, & docet Glossa *in c. si quis ingenuus 27. q. 2.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 2.* Sotus *in 4. dist. 35. q. unic. art. 3.* ratio est, quia eodem tempore, quo matrimonium perficitur, conjux servus libertatem consequitur; adcò ut conditio servilis non habeat ampliùs vim dirimendi matrimonium, quia non est. Oppositum tamen non sine probabilitate docet Covarruvias *2. p. de matrim. c. 3. §. 7. num. 1. V. 2.* & nititur, quia matrimonium liberi cum ancilla ejus conditione ignorata est ipso jure invalidum: atqui in præterecensitis casibus tempore conjugalis consensus fœmina revera adhuc erat ancilla, quia libertas tantùm se habet consecutivè ad matrimonium; non enim ancilla priùs fit libera, quàm contrahat matrimonium; sed è contra, quia contrahit matrimonium, ideo fit libera; quòd si causalitas hæc est vera, libertas se habet consecutivè ad matrimonium.

22 Verùm responderi potest, quòd quamvis priùs naturâ, & causalitate matrimonium libertatem præcedat, nihilominus, quia simul in eodem instanti temporis; quo matrimonium perficitur, manet liber conjux, qui servus erat, ideo fit, quòd servitus illa minimè matrimonio obstet, quia non adfert secum illa incommoda contra finem matrimonij, propter quæ hoc impedimentum jure ecclesiastico introductum fuit.

23 Quæritur undecimò, an si servitus ignorata non sit perpetua; sed pro certo tempore concedatur servo libertas, ut per biennium, quo transacto in pristinam redigatur servitutem, validum sit matrimonium initum intra biennium libertatis? Respondetur negativè, quia tunc revera intercedit error conditionis servilis dirimens matrimonium: ratio est, quia tametsi servus medio illo tempore libertatis matrimonium contraxerit, quia tamen erat brevi redigendus ad pristinam servitutem, computatur etiam medio illo tempore servus, proinde cùm agat ut servus, non potest matrimonium contrahere cum alio libero, si hic statum ignoret servitutis. Tum quia si Dominus concederet libertatem per biennium servo, ut hic posset ad Ordines sacros promuveri, non posset servus inter medium illud tempus initiari sacris Ordinibus, nisi à Domino totali donaretur

retur libertate, quia transacto biennio adhuc pristinam debet subire conditionem servilem, qua ratione sicut medio illo tempore, quo donatur libertate, non potest ad Ordines promoveri, nec mutare domicilium; ita nec liberè potest tradere potestatem sui corporis alteri contrahendo matrimonium, ut notat Sotus *4. dist. 25. q. unic. art. 4. V. ad hac.* ubi docet, matrimonium viri liberi cum ancilla, cui data est libertas per semestre, vel aliud modicum tempus, non valere; si vir liber ignoret conditionem servilem, quia in jure modicum pro nihilo reputatur, & eo medio tempore fœmina, quæ contrahit, adhuc censetur ancilla *l. statuliberum ff. de statuliberis* cùm enim transacto modico illo tempore, debeat fœmina reduci ad pristinam servitutem, censetur simpliciter ancilla.

24 Tum quia propriè loquendo ancilla pro illo tantùm modico tempore medio propriè non dicitur donari libertate, quia hæc non conceditur pro tempore determinato, sed semel pro quocunque tempore, adeò ut exigat perpetuitatem, & permanentiam in statu libero *l. ideo 32. ff. de manumiss. testam.* ibi: libertas ad tempus dari non potest, ideóque si ita scriptum fuerit: Stichus usque ad annos decem liber esto: temporis adjectio supervacua: ratio est, quia libertas semel data non potest amplius revocari *l. etsi sine dolo. §. quod Papinianus ff. de minor.* ubi minor impetrans beneficium restitutionis hæreditatis à se repudiatæ contra servum in illa substitutum, aufert quidem hæreditatem: sed servus manet liber in perpetuum: quamvis libertatem non sit directè assecutus, sed accessoriè, eò quia hæres substitutus. Hujus autem ratio nulla alia potest assignari, nisi quia libertas semel concessa revocari ampliùs non potest.

25 Quæritur duodecimò, an validum sit matrimonium liberi cum serva, ignoratâ conditione servili à viro libero, si post semestre sit ancilla donanda plena, & totali libertate. Ratio dubitandi est, quia tempore, quo mulier nubit viro libero, verè est ancilla, cùm nonnisi post semestre sit libertate donanda; & cùm vir liber ignoret, hanc conditionem servilem intervenit error dirimens matrimonium. Putârim nihilominus, tale matrimonium suum sortiri valorem, quia error conditionis servilis est tantùm de jure ecclesiastico impedimentum dirimens matrimonium: & rationes, quibus ecclesia inducta fuit ad irritandum matrimonium inter liberum, & ancillam, si liber contraxit cum ignorantia conditionis servilis, sunt, quia hujusmodi error plurimum adversatur bonis matrimonij, bono Sacramenti, & individuæ cohabitationis, quia cùm servus teneatur habitare in domo Domini, & ab eo mitti possit in partes remotas, utique conditio servilis adversatur individuæ cohabitationi: ut etiam bonæ fidei, quia non potest servus ad libitum reddere debitum, sed tantùm postquam satisfecerit obsequijs, in quibus à Domino potest sæpiùs, & per multum temporis occupari: adversatur etiam bono prolis, quia si uxor sit ancilla, & continuò occupata in præstandis obsequijs suo Domino, non potest prolem alere, & instruere, præsertim cùm ancilla acquirat omnia Domino: atqui hæ omnes rationes cessant, quando ancilla est intra breve tempus donanda plena, & totali libertate: illud enim semestre, quod illi superest in statu servili, non infert viro grave præjudicium, cùm possit interim post bimestre à matrimonio inito, immo etiam ante, si uxori placuerit matrimonium consummare. Tum quia cùm Dominus sciat, suam ancillam nupsisse viro, & esse brevi acquirendam plenam libertatem non continua ab illa exigeret obsequia, quibus impediretur cohabitatio cum suo viro. Tum quia cum status servitutis sit brevi duraturus, non potest ancilla mitti in exteras Provincias, nec per venditionem separari à suo viro, proinde cum tale matrimonium non sit contra bonum Sacramenti, nec prolis, cessant rationes, quibus ecclesia inducta fuit ad irritandum matrimonium inter liberum, & ancillam, ac ponendum errorem conditionis servilis inter impedimenta dirimentia matrimonium.

Nec obstat non esse viro libero decori contrahere cum ancilla: siquidem neque est tali viro decori matrimonium contrahere cum liberta, seu cum fœmina, quæ paulò ante erat ancilla, & tempore matrimonij facta est libera, siquidem parùm refert paulò ante fuisse servam, & nunc esse liberam, ut etiam nunc esse ancillam, & paulò post esse plenè, & totaliter liberam: si igitur matrimonium initum cum liberta valet ignorata conditione; ita etiam valet matrimonium initum cum ancilla, si hæc sit statim post matrimonium donanda plenâ, & totali libertate. Tum quia valet matrimonium, quando Dominus collocat in matrimonium ancillam suam cum viro libero ignorante conditionem servilem suæ sponsæ, ut communiter docent Canonistæ, eò quia tunc mulier statim ac matrimonium est initum, consequitur beneficio illius plenam libertatem, tametsi tempore, quo præstitit consensum conjugalem, fuerit ancilla. Cùm enim statim ac perficitur matrimonium, ancilla fiat libera, servitus illa est nullius considerationis, nec obest fini matrimonij, nec affert illa incommada, ob quæ jus canonicum irritavit matrimonium initum cum errore conditionis servilis, & ita docent Sotus *4. dist. 35. q. unic. art. 2.* Antonius Cuccus *lib. 5. instit. major. tit. 12. n. 48.* Goffredus *c. fin. de conjug. serv.* Sylvester *v. matrimonium 8. q. 2. d. 5.* Non tamen tempus, quo mulier est donanda libertate, debet spatium excedere sex mensium, sed potiùs debet esse minus sex mensibus, quia hoc spatium censetur modicum, & reputatur pro nihilo in jure, ut notat Sanchez *lib. 3. disp. 38. n. 19.* Hinc patet solutio ad rationem dubitandi, quia cum modicum illud tempus pro nihilo reputetur, & servitus illa non adversetur Sacramento matrimonij, nec bonis illius, nec proli, censetur non ut ancilla, sed ut libera matrimonium contrahere. 26

27 Quæritur tertio decimò, an quicunque error conditionis servilis matrimonium irritet, sive sit æqualis, sive dignioris, sive potiùs deterioris conditionis: si enim liber contrahat cùm libera, quam tamen existimat ancillam, errat circa conditionem, sed in re dignior est conditio alterius eâ, quam ipse existimabat, quia vir putabat contrahere cum ancilla, cùm defacto contrahat cum libera. Rursus si servus contrahat cum libera, quam putat ancillam, invenit nobiliorem conditionem; rursus si servus contrahat cum serva, quam putat esse liberam, errat in conditione, sed illam invenit æqualis conditionis suæ? Respondetur, non omnem errorem conditionis dirimere matrimonium, sed eum, quo errantis conditio fit deterior, adeò ut si error sit in pari, vel digniore conditione non dirimat matrimonium. Ita docent Carrera *lib. 4. de sponsal. c. 12.* Cuecus *lib. 5. instit. major. t. 12. n. 52.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 2. dict. 2.* Hostiensis *sum. tit. de conjug. servor. n. 9. & c. fin. n. 2. eod. tit.* Ratio petitur ex eo, quia hoc impedimentum conditionis servilis ignoratæ introductum est jure ecclesiastico: atqui jus canonicum tantùm irritat matrimonium inter eos, quorum alter est liber, alter verò servus; & liber inscius est servitutis: atqui in casu nostro liber non contrahit cum ancilla, sed cum libera, quamvis illam putet ancillam, proinde error viri tunc non irritat matrimonium, quia conditio non est deterior, sed dignior: pari pacto, si servus contrahat matrimonium cum ancilla, quam putabat liberam, matrimonium valet, ut docet D. Thomas *4. dist. 36. q. unic. art. 1. ad 1.* quia conditio errantis per talem errorem non fit deterior, cum fœmina, cum qua contrahit, sit in eadem conditione servili, sicut vir.

28 Ratio, quæ induxit ecclesiam ad hoc impedimentum statuendum illa fuit, ut resarciret injuriam irreparabilem illatam libero ignoranti conditionem servilem alterius; & etiam ob gravem inæqualitatem contractus; sed ubi conditio alterius, in qua erratur, est dignior opinione, quæ de ipsa habebatur, vel est paris conditionis cum errante, cessat illa gravitas injuriæ, & inæqualitas contractus; proinde non est, cur error debeat tunc matrimonium dirimere. Hinc si servus contrahat cum ancilla, quam credit liberam, quia conditio servi errantis non fit deterior, sed reperit fœminam, quam ducit in uxorem, in eadem conditione, valet matrimonium. Cæterum quando dicimus, valere matrimonium, si servus contrahat cum libera, quam putat esse ancillam, id intelligitur ex parte sui erroris, & ubi fœmina libera non erraret in conditione servi, & sciret, eum esse servum: alioquin si crederet, eum esse liberum, ex parte mulieris matrimonium esset irritum.

29 Quæritur quarto decimò, an, si Dominus tradat in matrimonium suam ancillam viro libero conscio servitutis, & conficiat etiam instrumentum dotis ancillæ, hæc statim fiat libera? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *l. unic. §. & quis homini C. de lata libert.* ibi: *sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimonium collocaverit: & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis personis solummodo procedere) ancilla non latina, sed civis efficiatur Romana.* Textum autem hunc loqui de libero cognoscente servitutem fœminæ liquet ex *authent. ad hoc.* quæ ibi statim inseritur, dicitur enim, quod quando alter ignorat servitutem, decernitur, ancillam consequi libertatem, sive Dominus, qui eam collocat in matrimonium, confecerit instrumenta dotalia, sive non. Tum quia ut *d. l. unic. §. sed si quis* contineat aliquid speciale, debet necessariò intelligi, quando Dominus etiam scienti tradit instrumenta dotalia. Tum quia decisio illius textus nititur eo, quia constituere dotem pro fœmina procedat in solis liberis personis, ut etiam notat Molina *tom. 1. de justit. tract. 2. disput. 39. §. septimum est*, proinde semel quod Dominus conficit instrumentum dotis ancillæ, eam constituit liberam, proinde hæc eo ipso, quòd à Domino traditur in matrimonium viro libero conscio servitutis, efficitur libera? Quòd si Dominus ipse ancillam in uxorem duceret. Respondent Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 1.* Molina *tom. 1. de justit. tract. 2. disp. 35. §. sextum est*, & alij, talem ancillam non fieri liberam ex eo præcisè, quòd ejus Dominus eam ducat in uxorem, eò quia nullus detur textus, ex quo colligatur, eam donari libertate.

Verùm spectato jure civili præsertim Regni Hispaniæ ancilla ducta à Domino eo ipso fit libera, adeò ut ancillæ ex solo matrimonio inito cum Domino suo competat libertas. Ratio etiam id videtur suadere, quia proles habita à viro libero est etiam libera; atqui non videtur æquum esse, matrem sortiri conditionem deteriorem illâ suæ prolis; consequenter beneficio matrimonij cum Domino initi debetur ipsi libertas. Hinc vir ducens suam ancillam in uxorem, duo præstat. Primò tribuit matrimonio vim legitimandi prolem antea conceptam. Secundo redigendi ancillam in libertatem. 30

Quòd verò filius antea conceptus ab eo Domino ex illa ancilla fiat legitimus per matrimonium, ex eo constat, quia à jure decernitur hæres: & servus non potest hæres constitui. Tum quia, ut filius genitus ex ancilla fiat legitimus, sufficit, si Dominus manumittat matrem, seu suam ancillam, tunc enim etiam filius ex eadem genitus censetur manumissus: atqui ancilla saltem jure civili censetur manumissa, cum primum ejus Dominus illam ducit in uxorem, ut notat Covarruvias *4. decret. 2. p. c. 3.* 31

Quæritur quinto decimò, an servi invitis Dominis possint matrimonium inire? Respondetur affirmativè cum D. Thoma *4. dist. 36. q. unic. art. 2. corp.* ubi etiam assignat rationem, quia jus Domini non se extendit, ut prohibeatur servis matrimonium, & impediatur ejus usus: siquidem jus naturale, & divinum concedit etiam servis facultatem contrahendi ma- 32

trimo-

ſtrimonia tum in remedium contra concupiſcentiam, tum ad naturæ humanæ propagationem: hoc autem jus naturale, & divinum non fuit ſublatum, nec potuit auferri jure gentium, à quo fuit ſervitus introducta: ſicut enim appetitus naturæ fertur naturali impetu ad conſervationem individui per exercitium illorum actuum, qui ad id deſiderantur, cujuſmodi ſunt comedere, bibere: ita ad conſervationem ſpeciei fertur per actus congruos ad generationem: hinc ſicut ſervus non ſubditur Domino quoad actus neceſſarios ad conſervationem individui: ita nec etiam ſubditur Domino quoad actus neceſſarios ad conſervationem ſpeciei, utrique enim actus neceſſarij tum ad conſervationem individui, tum ſpeciei computantur inter naturales, qui jure gentium non poſſunt prohiberi. Præterea quia ſervus non ſubditur Domino niſi quoad civilia obſequia, & matrimonium ſpectat ad officium naturæ.

Tum quia jus hominis ad contrahendum 33
matrimonium eſt potiùs jus ipſius naturæ humanæ ad ſuam propagationem, & conſervationem, quàm jus privatum cujuslibet individui: atqui licèt ſervus amittat jura privata, quæ per ſervitatem transferuntur ad Dominum, non tamen amittit jus ipſius naturæ.

Cæterum valet conſuetudo, ut libera nu- 34
bens ſervo fiat ancilla, quia ſicut jus ex juſta cauſa potuit novum ſervitutis modum invenire, ita etiam conſuetudo.

* * *

TITULUS X.

De Natis ex libero ventre.

Cùm in præcedenti titulo Pontifex docuiſſet, ſubſiſtere matrimonium jure canonico inter ſervum, & ſervam, vel etiam liberam, ideo in hoc titulo occaſione deſumpta ex præcedenti quærit, an natus ex libero ventre, ſeu libera matre; patre verò ſervo, cenſendus ſit ſervus, an liber.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Unici Capitis contenti in hôc Titulo.

C. INDECENS UNIC. h. t. Gregorius I. declarat, filios natos ex libera, vel liberta eſſe liberos, & eccleſiam debere eorum libertatem potiùs defendere, quam impugnare. Ubi notandum eſt, filios ex libera, vel libertina genitos eſſe defendendos, ne in ſervitutem trahantur, cui pater eſt illigatus, eò quia jure civili partus ſequitur ventrem in ordine ad id, quod ad ſtatum pertinet ſervitutis, vel libertatis, tametſi pater ſit alterius conditionis inſtit. de ingen. liber. *&* l. partum de rei vendic. *videtur autem indecens, ut eccleſia hac in re duriùs agat cum filijs libera, vel libertina, quàm jus civile, quia benignitas, vel maximè eccleſiam decet, & jus canonicum impenſius manſuetudini, & clementia ſtudet, quam civile. Quamobrem ex hoc textu liquet, jus civile approbari, & recipi ab eccleſia quoad eorum libertatem, qui naſcuntur ex matre libera, vel liberta, non obſtante conditione ſervili patris, niſi obſtet peculiaris conſuetudo loci, vel ſtatutum municipale.* l. Omnes populi ff. de juſtit. jur. *In alijs verò præſertim quoad familiam, nobilitatem, & dignitatem partus ſequitur conditionem patris, non matris, quando liberi tunc ex legitimo matrimonio nati ſunt,* l. cum legitimæ ff. de ſtat. hom. *juxta Gloſſā. Jure tamen canonico quamvis matrimonium initum inter ſervam, & liberum ſit validum: nihilominus filij ex tali matrimonio nati non habentur liberi quoad Ordines ſuſcipiendos, neque quoad hæreditates, immo neque quoad familiam, & dignitatem; ſed habentur conditionis ſervilis, eò quia nati ſint ex matre ſerva, ut tenet Caniſius hîc. Excipitur tamen, niſi Dominus ultrò tradat ancillam homini libero, quia per talem traditionem donatur libertate, & matrimonium etiam jure civili tenet, eò quia ſit contractum cum libera, & libero. Filij verò ex libera, quam illegitimè loco uxoris Epiſcopus, vel Presbyter, aut Diaconus habuit, fiunt eccleſiæ ſervi in deteſtationem paternæ incontinentia. Verùm Gloſſa aſſerit, id abiiſſe in deſuetudinem. Cæterum hodie Chriſtiani etiam in bello capti non fiunt ſervi, quia Chriſtus libertate donavit omnes Chriſti fideles, quos redemit à ſervitute peccati.*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quámnam conditionem parentum filij ſortiantur quoad ſervitutem, & honores.

1 PRæſens titulus unicum tantùm complectitur capitulum, cui initium eſt *Indecens*, in quo declaratur, quòd natus ex libera matre, vel liberta ſit liber, ait enim Gregorius I. filij nati ex libera, vel liberta ſunt liberi, & eccleſia debet libertatem potius defendere, quàm impugnare. Hinc partus dicitur ſequi ventrem, alioquin ſi tantùm mater fuerit ſerva, partus ex ea natus ſortitur conditionem ſervilem, licèt pater fuerit liber, ècontra ſi ſola mater fuerit libera, quamvis pater ſit ſervus, partus ex illa natus eſt liber, & ſui juris. Unde quoad ſtatum libertatis, vel ſervitutis liberi ſequuntur conditionem matris, & deſumitur *ex l. partum 7. C. de rei vindic.* Quamobrem liberi ex legitimo matrimonio progeniti ſortiuntur conditionem matris quoad libertatem, & ſervitutem.

2 Neque obſtat, quòd *in l. cum legitimè. ff. de ſtatu homin.* habeatur: *cùm legitimæ nuptiæ factæ ſunt, patrem liberi ſequuntur.* Nam ut rectè explicat Gloſſa ibid. *V. ſequantur* textus ibi loquitur, quòd filij ſequuntur patrem quoad familiam, & originem; non verò quoad libertatem, vel ſervitutem, quia quoad hoc ſequuntur debiliorem partem, qualis eſt fœmina: & id apertè colligitur ex eodem textu, in quo priùs dicitur, filios ex libero, & ancilla habitos eſſe conditionis ſervilis, & ſubditur: *ſemper enim, qui naſcitur deteriorem partem ſumit.*

3 Valet nihilominus conſuetudo in contrarium legitimè præſcripta: ſi enim moris ſit alicubi, ut filius non matris, ſed ſolius patris, vel etiam utriuſque parentis conditionem liberam, vel ſervilem ſortiatur; adeò ut, ſi vel ſolus pater ſit ſervus, ejus liberi ſint etiam ſervi, conſuetudo hæc teneat: quia cùm ſupponatur legitimè præſcripta, vim habet legis. Ratio itidem eſt, quia cùm res hæc ſit ex jure humano introducta, poteſt conſuetudo legitimè præſcripta in contrarium prævalere *c. fin. de conſuetud.* & deſumitur etiam ex *c. licet de conjug. ſervor.* ubi textus loquitur de fœtu, qui ſecundùm leges cujuſdam Provinciæ quoad ſervitutem ſequebatur conditionem patris, nec textus improbat conſuetudinem illam, ut notant Joannes Andreas in *c. 1. n. 7. de conjug. ſervor.* & *c. fin. de ſervis non ordinan.* Abbas *in c. licet. num. 2.* Ancharanus ibid. *n. 2.*

4 Cæterum ſeclusâ conſuetudine in contrarium proles quoad libertatem, vel ſervitutem ſequitur conditionem matris: ſufficit tamen, ſi hæc tempore conceptionis, aut nativitatis, vel etiam tempore medio interjecto fueris libera, ut ejus fœtus in lucem editus libertate donetur. Hinc ſi ancilla gravida manumittatur à ſuo Domino, deinde antequam pariat, iterum in ſervitutem redigatur, proles inde nata libera erit, eò quia medio illo tempore à conceptione ad nativitatem mater fuerat manumiſſa, ſeu libertate donata: proinde etiam proles unà cum matre fuit facta libera; unde ex eo, quòd mater poſtea iterum redigatur in ſervitutem, non debet id nocere proli, quæ jam unà cum matre donata fuerat libertate: non enim calamitas matris debet obeſſe proli in ejus utero exiſtenti.

5 Quamobrem ſatis eſt, ſi etiam per minimum temporis à conceptione ad partum mater libera fuerit, ut ejus partus gaudeat libertate, ut notat Gloſſa *c. fin. V. deteriorem partem 32. q. 4.* & Molina *tom. 1. de juſtit. tract. 2. diſp. 33.* addit, id fuiſſe in favorem libertatis conſtitutum poſtulante id natura rei, ut potiùs ſolius partûs tempus ſpectaretur. Hoc autem procedit, quando ex vi natalium, & ſtatûs matris eſt futura ſoboles libera, vel ſervituti addicta; tunc enim ſufficit, ſi mater etiam pro minimo temporis donetur libertate intra totum illud ſpatium, quo fœtum in utero gerit, ut proles in lucem edita libertate donetur.

6 Dantur tamen aliquot caſus in jure, in quibus proles quoad libertatem, vel ſervitutem ſequitur conditionem patris, etenim *in l. fin. C. de ſervis fugitivis.* ſtatuitur, ſervos publicis operibus deputatos, qui ſe privatarum ancillarum conſortiis adjunxerint redigi in ſervitutem unà cum uxoribus, & eorum liberis: adeò ut filij ex libera nati fiant ſervi, ſequantúrque quoad hoc conditionem patris. Sed Gloſſa ibid. *V. reſtituatur*, aſſerit, id eſſe ſpeciale in odium Domini ancillæ. Sed poſſet etiam dici, quòd in tali caſu proles ſequatur conditionem matris, cùm hæc fiat, & ipſa ancilla, ut explicat Baldus ibid. *in princ.*

7 Rurſus in *l. 2. C. de libertis, & eorum liberis ver. filiis* etiam proles ſequitur conditionem patris quoad ſervitutem, quia cùm pater ob ingratitudinem revocetur in ſervitutem: etiam filij ex tali patre nati poſt commiſſam ingratitudinem ſortiuntur conditionem ſervilem unà cum patre, tametſi ex libera matre nati ſint. Quod tamen non oritur vi ſtatûs materni, ſed in pœnam delicti paternæ ingratitudinis, ut notat Badilla *l. naturalis n. 3. ff. de præſcript.*

8 Juvat obſervare, quòd ſi mater prægnans jure belli capta ſit, quamvis fœtum conceperit, quan-

quando libertate gaudebat, nihilominus fit, & ipse fœtus mancipium, & fortitur conditionem fervilem matris, postquam hæc fuit jure belli capta, non verò libertatem, quâ antea gaudebat, & tunc non ex vi natalium fœtus efficitor fervus, fed quia unà cùm matre jure belli captus fuit, eóque beneficio affectus, ne unà cum matre interficeretur.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

1 QUæritur primò, an fi mater fiat ferva, eò quia ob neceffitatem à patre vendatur, ut permittitur *l. 2. C. de patribus, qui filios dist.* & *l. 8. tit. 17. p. 4.* filius poſt fervitutem conceptus fit fervus? Refpondetur affirmativè; ratio eſt, quia cùm mater ratione legitimæ venditionis facta fuerit ancilla, ita & proles concepta ex illa, quando erat ferva: iden fœtus fortitur tunc conditionem fervilem matris, ut notat Gloſſa *in d. l. 2. V. vendiderit.* Immo hoc idem etiam procedit, fi mater fe ipfam vendat ad participandum pretium, ut permittitur in *l. & fervorum 5. ff. de ftatu homin.* fed fervandæ tunc erunt conditiones requifitæ ad juftitiam talis venditionis, ut notat Gloſſa *in d. l. 2. V. venire* ubi etiam recenfet, & expendit has conditiones. Quamobrem five mater fe ipfam vendat ad participandum pretium; five vendatur à patre, proles poſt talem venditionem in ejus utero concepta fortitur conditionem fervilem, eò quia concepta fuerit ex matre verè ancilla.

2 Quæritur fecundò, an, fi mater fit prægnans eo tempore quo tranfit in fervitutem, ejus fœtus fit liber? Refpondetur, quòd fi mater priùs fœtum conceperit, & poſtea fe ipfam vendidit, vel venundata fit à patre, ejus fœtus libertate donatur, eò quia tempore conceptionis ejus mater libera fuit. Neque obſtat, quòd fit pars vifcerum matris, ac reputetur portio mulieris *l. 1. §. 1. ff. de ventre infpiciendo.* Nam licèt dicatur portio matris, & pars vifcerum, quatenus eſt quid contentum in ejus utero, non tamen eſt una, ac eadem perfona, cum ipfa matre, quæ propterea non potuit fuum fœtum vendere; quia quoad hoc mater non habet poteftatem in filium, ut notat Gloſſa *l. 2. V. vendiderit. C. de patribus, qui filios diftrax.* & ibi Baldus *n. 3.*

3 Neque obſtat, quòd fœtus in utero conftitutus dicatur effe pars ipfius matris, quæ cùm fe totam vendat, præfumitur vendere, & ipfum fœtum: qui enim totum vendit, intelligitur omnes partes totius vendere. Nam contra eſt, quia in favorabilibus fœtus non cenfetur pars ipfius matris, quamvis in ejus utero adhuc contineatur: jura enim eum reputant ut natum, idque in favorem fœtûs, *l. qui in utero ff. de ftatu homin. l. intelligendus. ff. de V. S.*

4 Quæritur tertiò, an fi ancilla duorum Dominorum manumittatur ab uno eorundem, & poſt eam manumiſſionem, antequam folvatur pretium alteri Domino pro integrâ libertate, pariat prolem, quam conceperat in ftatu fervili, fit proles ferva fecundi Domini, cui nondum fuit pretium folutum? Refpondent communiter Jurisperiti affirmativè ea innixi ratione, quia cùm fervitus fit individua, non poteſt quifpiam pro parte effe liber, & pro parte effe fervus, ut notat Gloſſa *in d. l. 2. V. ea parte ex l. duobus ff. de liberal. cauſ.* cùm enim mater, licèt manumiſſa ab uno Domino, adhuc fit ferva alterius, & in tali fervitute conceperit, & pepererit fœtum, hic utpote ex matre ancilla conceptus, & natus fortitur conditionem fervilem: ratio verò, cur mater manumiſſa ab uno tantùm Domino, & non ab alio, ferva potiùs dicenda fit, quàm libera, eſt, quia antea erat in totum ferva, & quia manumiſſio unius non fufficit ad integram libertatem acquirendam, & fervitus non fit dividua, ideo fit, quòd maneat tota ferva, perinde ac alia ancilla unius tantùm Domini. Neque illa manumiſſio cenfenda eſt fupervacanea, quia id operatur, ut ancilla fi alteri Domino pretium afferat, hic teneatur illud acceptare favore libertatis, ut ancilla maneat omnino libera, ut habetur in *l. 1. in princ. verſ. is itaque C. de communi ferva manumiſſ.* quando enim aliquis eſt fervus plurium Dominorum, fi unus tantùm manumittit, coguntur cæteri pretium recipere fuarum partium, ut expreſsè habetur *in d. l. 2. in princ. V. & fi plures.*

5 Quæritur quartò, an ancilla libertate donanda poſt biennium, fi interim pariat, ejus fœtus fortiatur conditionem fervilem? Refpondetur affirmativè, & habetur expreſsè *in l. ftatulibera 16. ff. de ftatuliber:* ratio eſt, quia cum tempore conceptionis, & nativitatis fœtûs, ejus mater fuerit verè ancilla, ideo fortitur conditionem fervilem. Quòd fi libertas concederetur matri fub conditione; adhuc iſta non præfumeretur libertatem enacta, donec conditionem impleret: fin autem fub modo, ftatim comparatur libertas, & etiam fœtus fortitur conditionem liberam: difcrimen inter conditionem, & modum eſt, quia conditio fufpendit actum, donec purificetur, non ita modus: modus eſt, fi quis dicat: lego libertatem ancillæ, dummodo mihi miniſtret decem annis, quia tunc modus adjicitur actui perfecto: eſt verò conditio, fi quis dicat, jubeo, ut ancilla fit libera, fi fervierit decem annis, quia tunc conditio adjicitur actui imperfecto, ac proinde fufpendit libertatem.

6 Quòd fi quis legaret ancillæ libertatem fub hac conditione, fi tres pepererit filios: & ancilla in tertio partu duos ederet fœtus, tunc ultimus, qui nafceretur, effet liber, quia cum primùm tertius fuit in lucē editus, mater manfit libera ob impletam conditionem, idque habetur expreſsè *in l. Arethufa, 15. & l. fequent. ff. de ftatu homin.*

7 Quæritur quintò, an Domino promittente, fe poſt biennium manumiſſurum ancillam, fi tranſacto biennio Dominus non ftet fuæ promiſſio-

missioni, & ancilla pariat, an proles post biennium nata sortiatur libertatem? Respondetur probabilius, prolem tunc donari libertate: quia tametsi promissio inter Dominum, & ancillam, non valeat quoad obligationem civilem, adeò ut inter Dominum, & servum nulla oriatur obligatio *l. interpositas 13. in fin. C. transact.* nihilominus quoad obligationem naturalem promissio tenet, ut expressè habetur in *l. si id, quod Dominus 64 ff. de condit. indeb.* & Bartol. in *l. si Dominus obligatur servo naturaliter. num. 2.* ait, obligationem naturalem cadere in servum activè, & passivè, & Abbas *in l. is qui 4. de manumiss. num. 11.* ait, Dominum promittentem aliquid servo non obligari civiliter, benè tamen naturaliter, & in foro animæ; unde si Dominus paciscatur cum ancilla, vel servo tenetur stare pacto: quapropter tenetur Dominus promissam libertatem dare ancillæ: quia verò tantùm est promissio, & non manumissio, ancilla nondum fit libera, proinde neque ejus proles ante manumissionem fit libera: sed tenetur Dominus ratione damni emergentis ex fidei violatione libertatem proli dare, quia ex eo, quòd non steterit suæ promissioni intulit damnum matri, & jus proli, ut rectè notant Sanchez *lib. 7. disp. 24. n. 22.* Molina *tom. 2. de justit. tract. 2. disp. 38. §. primus est.*

8 Quæritur sextò, an proles quoad honores, dignitates, & nobilitatem sequatur conditionem matris, vel patris? Respondetur, quoad hæc sequi conditionem patris, ut expressè habetur *in l. cum legitimæ 19. ff. de statu homin.* Ratio est, quia proles ut docet D. Thomas *in 4. dist. 36. q. unic. art. 4. in corp.* recipit esse à patre tanquam à causa efficiente principali, ac nobiliori principio suæ substantiæ: consequenter quæ pertinent ad esse, cujusmodi sunt nobilitas, honores, dignitates sequuntur patrem: hinc qui nascitur ex patre Fidalgo, & matre plebeia, est Fidalgus, ut habetur *in l. 3. reg. Tat. p. 2.* quamvis revera nobilis non sit, eò quia nobilis debet esse utroque parente nobilis. Id etiam procedit de filio naturali, qui gaudet nobilitate patris. Verùm ut notat Tiraquel. *de nobilit. c. 25. num. 10.* si jus commune attendatur non ita contingit; consuetudo tamen invaluit, ut filius naturalis ex patre nobili genitus censeatur, & ipse nobilis.

Cæterum cùm nobilitas sit de jure positivo, 9
potest per statuta, & consuetudines induci, ut proles sortiatur nobilitatem matris. An verò filius naturalis genitus ex ancilla, & viro nobili consequatur paternam nobilitatem. Respondetur cum distinctione, si filius à Domino manumittatur tunc patris nobilitatem consequitur, quia nobilitas est quoddam jus sanguinis incommutabile *l. jus agnationis. ff. de pactis*, ut tradit Tiraquel. *de nobilit. c. 26. num. 5.* quapropter dicitur nobilitas sanguini inhærere.

Sin verò filius naturalis à Domino non ma- 10
numittatur, tunc non consequitur nobilitatem patris, quia nascitur servus ratione servitutis maternæ: & servi, quod attinet ad jus civile, nihili fiunt *reg. quod attinet. de reg. jur.* adeò ut nec dicantur habere statum, nec vivere, sed habeantur, ac si non essent, ut docet Jason. *l. si tibi homo. §. cùm servus n. 2. ff. de leg. 1.* ubi plures alios allegat: quapropter servi habentur incapaces honorum, & dignitatum *l. Barbarius ff. de offic. prat. c. 1. de servis non ordin.* & nobilitas est quædam dignitas, ut notat Bartol. *l. 1. n. 40. C. de dignit. l. 12.* Tum quia si filius naturalis natus servus manumittatur, adhuc manet libertinus *instit. de libertinis in princ.* adeò ut nota quadam, & obscuritate semper inficiatur.

Verùm licèt jus civile potuerit statuere, ut 11
servi pro nihilo reputarentur, ac impedirent nobilitatem perseverante eodem statu servili: hoc tamen sublato, illa nobilitas à patre in filium naturalem derivata, quæ ratione servitutis erat veluti mortua, reviviscit: non enim cùm nobilitas sanguini inhæreat, erat extincta tempore servitutis, sed tantùm quodam velo tegebatur, ut non appareret, quo sublato, seu servitute remota foras prodit. Hinc Paleotus *de Nothis & spur. c. 62. n. 2.* docet, legitimatum spurium à Principe effici eo ipso nobilem sine alio nobilitatis privilegio, eò quia per legitimationem auferatur impedimentum illud spurietatis jure civili inductum.

TITULUS XI.

De cognatione spirituali.

QUia nihil est, quod magis impediat matrimonium contrahendum, illúdque dirimat contractum, quàm ipsa cognatio contrahentium, ideo Pontifex in hoc titulo agit de ipsa cognatione spirituali, ut de digniore; acturus in sequentibus titulis de cognatione legali. Hoc siquidem impedimentum oriens ex cognatione latè patet, adeóque de ipsa tractat Pontifex per plures titulos. Cognati ab eo dici putantur, quia quasi unà communiter ab eadem censeantur origine progeniti *l. 4. §. 1. ff. de gradibus, & affinibus.* Vel quasi ex uno nati, eò quia commune nascendi principium habuerint *l. 1. §. 2. ff. unde cognati.*

SUM-

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ continentur in hoc Titulo.

C. *UTRUM 1. h. t. rescribit Alexander III. compaternitatem impedire tantùm filios, ratione quorum fuit contracta, nisi consuetudo alicujus ecclesiæ obstet, & cui standum sit. Concordat etiam huic textui Concilium Tridentinum* sess. 24. de refor. c. 2. *Notandum est, olim fuisse dubitatum, num omnes fratres baptizati essent confratres omnium eorum filiorum, qui susceperunt compatrum, commatrúmque: & alios id asseruisse, alios verò tantùm affirmâsse de iis, qui priùs suscepti essent, & alios de iis, qui postea: ex qua diversitate opinionum intelliguntur diversi canones, præsertim* c. super quibus, c. post susceptam, 30. q. 3. *quos Pontifex in præsenti textu conciliat, & ait* c. post susceptam *esse correctum per* c. posterius super quibus: *ubi dicitur:* sive ante, sive post compaternitatem genitos posse conjungi excepta illa persona duntaxat, per cujus baptismum perventum est ad paternitatem, *quòd tamen Pontifex etiam in præsenti limitat.* Nisi consuetudo ecclesiæ, quæ violata scandalum generaret, aliud habeat, *ubi apertè significat, consuetudinem legitimè præscriptam, & rationabilem posse inducere impedimentum dirimens.*

C. *SI VIR 2. h. t. Idem Pont. declarat, conjuges contrahentes compaternitatem in proprio filio, sive ex ignorantia, sive ex malitia non esse separandos, neque debere debitum negare: immo ut notat Glossa, possunt petere debitum, quia nullibi id reperitur prohibitum. Alii tamen censent, eum, qui scienter contraxit compaternitatem privari potestate exigendi debitum, quæ opinio mihi videtur rationi valdè consona, quia fraus, & dolus non debet illi patrocinari, qui scienter deliquit, sola enim ignorantia videtur excusare eum, qui ignoranter id facit: hinc ad contrahendam cognationem spiritualem duo requiruntur, scientia scilicet, & intentio tam contrahendi, ut notat Panormitanus hic* n. 4. *adeò ut si quis per errorem existimaret, se ex baptismo levare filium Titii, & esset filius Caii, non contraheretur cognatio ex Panormitano.*

C. *SUPER EO 3. h. t. Idem Pont. rescribit, filios compatrum, ratione quorum non fuit compaternitas contracta posse matrimonium inire, nisi consuetudo ecclesia metropolitana, vel vicinarum esset contraria, & faceret matrimonium irritum. Ubi notat Glossa consuetudinem inhabilitare personas ad matrimonium.*

C. *MARTINUS 4. h. t. rescribit Clemens III. patrem baptizati non posse accipere uxorem levantis, si fuerit carnaliter cognita ab eodem; ante tamen compaternitatem contractam, ut notat Glossa: idque ob contractam cognationem spiritualem.*

C. *CONTRACTO 5. h. t. Idem Pont. declarat, per compaternitatem contractam per Catechismum, seu pabulum sacrati salis vix impediri matrimonium contrahendum, & contractum non dirimi. Ubi notandum est, per sacrati salis pabulum in hoc textu intelligi Catechismum, seu ipsam instructionem Catechumenorum ad fidem, qua durante aspergebantur sale benedicto: dicitur enim sal, quia doctrina christiana sali rectè comparatur. Et asserit Pontifex, Catechismum, seu instructionem baptizandi non esse impedimentum dirimens, immo neque impediens: quinimmo hodie hoc impedimentum Catechismi videtur penitus sublatum per Concilium Tridentinum.*

C. *VENIENS 6. h. t. Innocentius III. declarat inter patrem baptizati, & levantem, seu tenentem baptizatum oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, quia per hanc levationem ex baptismo contrahitur cognatio spiritualis cum matre, vel patre baptizati: unde si Petrus levet in baptismo filium Lucretia, non potest matrimonium contrahere cum Lucretia, ut nec etiam si Lucretia levet in baptismo filium Petri, non potest eidem Petro nubere.*

C. *TUA NOS 7. h. t. Idem Pont. declarat, filium natum ante compaternitatem, & filiam compatris, vel commatris non posse matrimonium contrahere, & si contraxerint posse separari. Rursus qui hæc sciunt, debent revelare tempore contractus: ratio est, quia inter baptizatum, & filios levantis contrahitur cognatio spiritualis, non solùm impediens, sed etiam dirimens matrimonium, & quilibet de populo, si sciat tale impedimentum, tenetur illud denunciare ecclesia, ut obviet peccato futuro.*

C. *EX LITTERIS ULT. h. t. Gregorius IX. declarat, inter baptizatum, & filium baptizantis nasci impedimentum impediens, & dirimens matrimonium: ex quo textu liquet, sacerdotem ex officio baptizantem contrahere cognationem cum baptizato, & id etiam procedere de Monacho, vel etiam laico baptizante in casu necessitatis, sive sit vir, vel fœmina, quia jura non distinguunt, immo extenditur etiam ad filios illegitimos, & spurios.*

IN SEXTO.

C. *NE DUM 1. h. t. Bonifacius VIII. rescribit inter baptizatum, & suscipientem, & ejus filios, & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam: & inter suscipientem, & patrem baptizati, ac matrem oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum: & eodem modo contrahi hanc spiritualem cognationem in sacramento confirmationis: ex quo textu notandum est, ut cum uxore suscipientis contrahatur cog-*

natio, requiri, ut prius fuerit cognita, quia ante consummationem matrimonij, hoc est dissolubile, saltem per ingressum religionis, proinde non videtur cognatio spiritualis extendi ad matrimonium consummatum.

C. *PER CATECHISMUM 2. h. t. Idem Pont. declarat, cognationem contractam per catechismum impedire quidem matrimonium contrahendum, non verò dirimere contractum. Verùm hodie Catechismus non habetur pro impedimento. Tum quia Pontifex dicit, quòd vix impediat, proinde à fortiori, nec dirimit, & per Concilium Tridentinum videtur hoc impedimentum penitus sublatum, ut notat Sanchez* lib. 7. de matrim. disput. 10. n. 12.

C. *QUAMVIS ULT. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd tametsi unus solus vir, & una tantùm mulier debeant accedere ad suscipiendum, si tamen plures accedant, perinde contrahitur cognatio dirimens matrimonium. Quòd etiam procedit in Sacramento Confirmationis. Cur verò hæc cognatio contrahatur tantùm in baptismo, & confirmatione, & non in alijs sacramentis, præsertim pœnitentia, vel Ordinis id referri debet principaliter in constitutionem ecclesiæ accedente congruitate, eò quia per baptismum, & confirmationem homo fit, & perficitur christianus, & major pars christianorum contrahit matrimonium: reliqua verò sacramenta vel abducunt à matrimonio, ut sacer Ordo; vel tendunt ad mortem, ut Extrema Unctio; vel magìs frequentantur à non conjugatis, quam conjugatis, ut Pœnitentia, & Eucharistia. Cæterum hic textus corrigitur per Concilium Tridentinum* sess. 24. c. 2. *ubi habetur, quòd si plures, vel unus, vel una ultra designatos suscipiant baptizatum, non contrahant cognationem, nisi qui fuerint designati. Rursus Patrinorum conjuges, nec afficiuntur hac cognatione, nec etiam suscipientes inter se.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid sit cognatio spiritualis, & quo jure matrimonium irritet.

1 Cognatio nomen est generale significans omne vinculum, quod vel naturaliter ex juris dispositione inter aliquos contingit; & accommodatè dividitur in naturalem, & spiritualem, ac civilem, seu legalem: & quia cognatio spiritualis cæteris dignitate antecellit; ideo Pontifex de hac cognatione, quæ compaternitas, vel commaternitas vulgò dicitur, priori loco agit. Definitur autem communiter cognatio spiritualis esse propinquitas quædam personarum, quæ ex statuto ecclesiæ oritur ex administratione, seu collatione, vel susceptione quorundam sacramentorum, baptismi scilicet, & confirmationis: quia sicut per carnalem generationem homo nascitur, & acquirit esse naturale, & postea corporaliter roboratur per virium incrementa, membrorúmque augmenta: ita per baptismum homo spiritualiter regeneratur, & per confirmationem corroboratur spiritualiter: & quia baptizanti, aut confirmanti, ejúsque patrinis magna debetur reverentia, & baptizati præsertim, ac confirmati plurimum debent eorum patrinis, cùm sint illorum parentes spirituales, ideo jure merito ecclesia statuit, ut hæc cognatio spiritualis non minus, quàm carnalis foret impedimentum dirimens matrimonium, ut expressè habetur decisum *in c. 1. de cognat. spiritual. in 6.* & *c. veniens eod. tit.* & constat etiam ex Tridentino *sess. 24. c. 2. de matrim.*

2 Rationes, quæ ecclesiam moverunt ad hoc impedimentum introducendum sunt, quia recipiens ab alio esse spirituale, debet eidem quandam reverentiam: & olim tanta baptizantibus exhibebatur reverentia, ut ob eam causam contentio esset inter Christianos, à quónam quispiam baptizatus esset, ut scribit D. Paulus *1. ad Corinth. 3.* Secundò quia inde contrahitur quodam amicitiæ, ac familiaritatis vinculum; unde oportuit inter hos cognatos matrimonium interdicere, ut nimirum iniretur cum extraneis, ut inter plures amicitia propagaretur. Tertiò quia sicut ex generatione carnali, cujus beneficio quis accipit esse naturale, consanguinitas orta matrimonium dirimit, ita conveniens erat, ut spiritualis cognatio orta ex generatione spirituali ob reverentiam eidem debitam impediret, ac dirimeret matrimonium inter personas hoc spirituali vinculo conjunctas.

Hæc spiritualis cognatio non oritur nisi ex 3 solis sacramentis baptismi, & confirmationis, adeò ut alia sacramenta non inducant hanc cognationem, nec impedimentum dirimens matrimonium, idque habetur expressè in *c. quamvis 3. & ult. h. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. ait, quòd quamvis unus solus vir, & una mulier debeat accedere ad suscipiendum, si tamen plures accedant eodem modo contrahitur cognatio dirimens matrimonium, quod tam procedit in baptismo, quàm in confirmatione. Ratio etiam est, quia generatio spiritualis solùm contrahitur ex spirituali cognatione, perinde ac cognatio carnalis ex generatione carnali: & quia generatio, & nativitas carnalis est duplex una in utero, in quo proles genita adeo est imbecillis, & viribus destituta, ut non possit sine peri-

periculo corruptionis extra uterum consistere: & alia quando fœtus jam maturus exponi potest exterioribus contrariis, ac in lucem edi: ita generatio spiritualis est tantùm duplex, una per baptismum, quo regeneratur quis quasi fovendus intra uterum ecclesiæ: & altera per sacramentum confirmationis, cujus beneficio baptizatus corroboratur, & quasi extra spiritualem uterum ecclesiæ foris exponitur.

4 Quòd si dicas, per sacramentum pœnitentem contrahi cognationem spiritualem, ratione cujus accessus carnalis ad filiam confessionis est veluti incestus, & circumstantia necessariò aperienda in confessione, ut habetur in *c. omnes & c. si quis sacerdos & c. fin. 30. q. 1.* Contra est, quia ut rectè docet D. Thomas *in 3. p. q. 56. art. 2.* tametsi sacerdos per sacramentum pœnitentiæ conferat vitam spiritualem gratiæ, non tamen eam confert per modum spiritualis regenerationis, quod requirebatur, ut ex tali sacramento oriretur in conferente, & recipiente paternitas, & filiatio spiritualis; sed tantum eam confert per modum reconciliationis, aut medicinæ; hinc est, quòd per sacramentum Pœnitentiæ non contrahatur propriè loquendo cognatio spiritualis: alioquin ut rectè notat D. Thomas, filia sacerdotis non posset nubere illi, cujus confessionem pater audivit.

5 Quamobrem per sacramentum pœnitentiæ nulla contrahitur cognatio spiritualis, sed tantùm quoddam fœdus inter sacerdotem, & mulierem confitentem simile cognationi spirituali, & ratione cujus peccat sacerdos, si carnaliter cognoscat mulierem, cujus confessionem audivit, ac si esset vera filia spiritualis: hinc est, quòd hæc circumstantia sit necessariò aperienda in confessione, non quia talis conjunctio carnalis sit propriè in specie incestûs, sed ob reverentiam sacramenti, & ut tollatur peccandi facilitas, quæ maxima foret inter confessarium, & filiam spiritualem: unde ratione hujus periculi, hæc circumstantia ponitur in specie sacrilegii ob reverentiam debitam sacramento, sicut ob reverentiam debitam loco sacro furtum, quod fit in ecclesia, est sacrilegium.

6 Hoc autem impedimentum spiritualis cognationis est perpetuum, adeò ut non extinguatur morte personæ, quâ mediante contracta fuit, ut contingit in affinitate, & reliquis impedimentis. Ratio est, quia jura absolutè statuunt hoc impedimentum; & nullibi invenitur textus id limitans. Quòd si cognatio spiritualis superveniat matrimonio, ut quia alter conjux fuit patrinus alterius in sacramento confirmationis, aut levavit de sacro fonte filium alterius, tunc certum est, matrimonium præcedens non posse dissolvi. Quòd si sola sponsalia de futuro contracta sint, hæc dissolvuntur per cognationem spiritualem supervenientem inter illos, sicut & per affinitatem: ratio discriminis est, quia matrimonium utpote vinculum indissolubile per supervenientem cognationem spiritualem non dissolvitur: secus sponsalia sunt vinculum dissolubile, & solvuntur per superveniens impedimentum, ut notat Hostiensis *in c. veniens 6. h. t. in fin.* & ibi Joannes Andreas, & Ancharan. *n. 2.*

Hæc spiritualis cognatio orta ex Baptismo, & Confirmatione non est ex jure divino naturali, nec ex jure divino positivo, sed ex solo ecclesiastico, ut docet D. Thomas *in 4 dist. 42. q. 1. art. 1. in corp.* Non est ex jure naturali ex eo liquet, quia hæc duo sacramenta baptismi, & confirmationis nullum in jure naturali habent fundamentum; siquidem sunt ex sola Christi institutione, à qua acceperunt proprium esse: hinc cognatio ex iisdem orta non potest esse de jure naturæ. Quòd nec etiam possit esse de jure divino positivo, ex eo etiam evincitur, quia nullus in scripturis reperitur textus, in quo mentio fiat de hac spirituali cognatione. 7

Superest igitur dicendum, hanc spiritualem cognationem solo jure ecclesiastico matrimonium dirimere, ut desumitur ex *c. de eo. & alys. 30. q. 1. c. veniens 6. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd inter patrem baptizati, & levantem, seu tenentem baptizatum oritur impedimentum impediens, & dirimens matrimonium, hoc idem etiam statuitur in pluribus aliis textibus juris canonici. Rationes ob quas ecclesia instituerit, ex his duobus sacramentis oriri cognationem spiritualem sunt, quas paulò ante recensuimus: quia sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturale: ita per sacramenta baptismi, & confirmationis recipit esse spirituale per modum cujusdam spiritualis regenerationis, ac nativitatis: sicut in puero duplex nativitas naturalis assignatur, prior in utero, in quo fœtus est imbecillis, ac viribus destitutus; & posterior extra uterum, quando in lucem editur ad sustinendas elementorum contrarietates: ita in homine est duplex nativitas, spiritualis una in baptismo, cujus beneficio regeneratur intra ecclesiæ uterum fovendus; altera in confirmatione, per quam fortis effectus periculis exponitur: qui igitur in hisce sacramentis ministrat, fit quasi pater generans; & susceptor, sive patrinus est quasi mater, quatenus nomine ecclesiæ in suo gremio suscipit baptizatum, & confirmatum: hinc sicut per generationem carnalem contrahitur cognatio naturalis, seu carnalis; ita per generationem spiritualem beneficio baptismi, & confirmationis contrahitur cognatio spiritualis. 8

Jure antiquo decretalium triplex erat species hujus cognationis spiritualis, scilicet paternitas, compaternitas, & fraternitas. Sed de jure novo ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 2.* duplex tantùm est species scilicet paternitas, & compaternitas: contrahitur paternitas inter baptizantem, & baptizatum, & inter patrinos, & baptizatum, & similiter inter confirmantem, & confirmatum, & inter patrinos confirmationis, & confirmatum. Compaternitas verò contrahitur inter baptizantem, & patrem, aut matrem baptizati; & inter hos parentes carnales baptizati, & patrinos baptismi: & similiter inter hos parentes confirmati, & confirmantem, & patrinos confirmationis. 9

Hinc Parochi incidentes in tactum libidinosum 10

nosum cum puella à se baptizata, vel etiam eum fœmina, cujus aliquam prolem baptizavit, non satisfaciunt, si in confessione dicant, habuisse turpes tactus cum aliqua puella, aut muliere conjugata, aut vidua, sed tenentur aperire in confessione circumstantiam cognationis spiritualis, nimirum puellam illam fuisse à se baptizatam, vel baptizâsse prolem aliquam illius mulieris: ratio est, quia tunc talis actus reducitur ad incestum, ut notat Sanchez *in select. disp. 40. n. 25.*

11 Ex declaratione tamen Pij V. cognatio spiritualis contracta à viro in baptismo, vel confirmatione non transfunditur in uxorem, nec è contra: quinimmo vir, & uxor possunt simul alienum puerum in baptismo jure communi suscipere, quia cognatio hæc non contrahitur inter ipsos patrinos, qui proinde non privantur jure exigendi debitum. De jure antiquo hisce duabus prærecensitis speciebus addebatur tertia, quæ erat fraternitas, & contrahebatur inter filios carnales baptizantis, vel confirmantis, vel patrinorum ex una parte, & ipsum baptizatum; vel confirmatum ex altera parte: unde baptizatus, vel confirmatus erat confrater filiorum baptizantis, confirmantis, & filiorum ipsius patrini, vel matrinæ.

§. II.

Quænam conditiones requirantur, ut patrini contrahant cognationem spiritualem.

2 Certum est, patrinum juxta præsens institutum esse quasi patrem spiritualem, ac pædagogum hominis baptizandi, adeò ut teneatur ipsum edocere Christianæ vitæ rudimenta, & præsertim symbolum Apostolorum, & orationem dominicam, ut habetur in *c. vos ante 105. dist. 4. de consecrat.* Hodie tamen ab hac obligatione liberantur patrini, eò quia pueri à proprijs parentibus domi, vel à Ludimagistris in scholis instrui soleant. Ut autem possit quis esse patrinus, debet primò esse baptizatus, quia non baptizatus non potest aliquem in baptismo suscipere; sicut non confirmatus non potest patrinus esse in confirmatione, ut desumitur *ex c. in baptismate 102. dist. 4. de consecrat.*

3 Secundò ut assecutus sit usum rationis, & utatur ratione cùm actu fungitur munere patrini: alioqnin in jure non præscribitur certa ætas, adeò ut etiam puer septennis, si ratione utatur, possit esse patrinus: neque est necesse, ut patrinus ætate sit provectior baptizando: si enim Turca quinquagenarius baptizaretur, posset puer decennis esse ejus patrinus, quia jura nil aliud requirunt nisi usum rationis. Præterea requiritur in patrino intentio obeundi munus patris spiritualis, seu patrini, hoc est exercendi actum illum ab ecclesia institutum.

3 Hanc autem intentionem potest quisq; utens ratione habere, quia potest habere intentionem faciendi quod alij patrini efficiunt, & tunc oritur vera cognatio spiritualis. Secus qui ratione non utitur, non potest exercere hoc munus patrini, quia non potest habere hanc legitimam, & formalem intentionem, sed ad summum materialiter, & instar bruti exercere illam susceptionem.

Quòd verò non requiratur in patrino certa ætas, & sufficiat usus rationis probat D. Thomas *in 4. dist. 42. q. 2. art. 1. ad 5.* ubi constituit discrimen inter paternitatem legalem adoptionis, & spiritualem sacramentorum baptismi, & confirmationis, quia hæc fit quædam regeneratio in Christo, in quo non differt mas à fœmina, servus à libero, juvenis à sene; proinde potest quilibet indifferenter fieri pater spiritualis alterius: secus paternitas legalis tendit ad successionem hæreditatis, & subjicit adoptatum adoptanti: & dedecet antiquiorem subjici Juveni in cura rei familiaris: & hæc ratio est, cur jura exigant adoptantem seniorem adoptato. Tum quia etiam baptizans, & confirmans fit pater spiritualis baptizati, & confirmati, & nihilominus non est necesse ut baptizans sit ætate provectior ipso baptizato, alioquin si Turca octogenarius vellet baptizari, difficulter inveniret Parochum, à quo posset baptizari, cùm rarò homines ad octoginta annos vitam protrahant. Hinc D. Thomas indistinctè ait, posse quemlibet fieri patrem spiritualem alterius, nullâ habitâ ratione ad majorem, vel minorem ætatem. 4

Præterea patrini munus obire licitè non possunt hæretici, & Apostatæ, imò nec Monachi, adeò ut isti prohibeantur esse susceptores in sacramentis baptismi, & confirmationis, & desumitur ex *c. placuit 8. causa 16. q. 1. c. non licet 103.* si tamen illud obeunt, contrahunt cognationem spiritualem. Nomine autem Monachorum intelliguntur etiam omnes Religiosi elaustrales, iis enim prohibitum est obire munus patrini in baptismo, & confirmatione, ne scilicet ob contractam cognationem spiritualem nimiam etiam familiaritatem eum sæcularibus, præsertim fœminis contrahant. Limitatur tamen id in Religioso promoto ad Episcopatum, is enim potest licitè esse patrinus, & compater in baptismo, eò quia in Episcopo non subsit tale periculum nimiæ familiaritatis. 5

Conditiones verò requisitæ in patrino plures sunt, quarum prima est, ut sit fidelis, seu baptizatus, alioquin non esset capax contrahendi cognationem spiritualem introductam ab ecclesia: siquidem non baptizatus quicunque ille sit, etiam Catechumenus non subjicitur legibus ecclesiæ. Tum quia qui per baptismum non est in Christo spiritualiter regeneratus, non potest spiritualem cognationem contrahere. Hinc si infidelis baptizet filiam fidelis, tametsi postea ad fidem converteretur, non contraheret cum filia, neque cum matre cognationem spiritualem, quia ex baptismo tunc, quando conferebatur, non potuit oriri cognatio, cum baptizans tunc non fuerit capax ejusdem: neque postea, quia non amplius extitit 6

colla-

collatio baptismi, & sine causa non datur effectus: ut etiam si fidelis baptizet, vel suscipiat è baptismo filiam, vel filium mulieris infidelis nullam cum tali muliere contrahit cognationem spiritualem; eò quia ob infidelitatem mulier infidelis non est capax hujus cognationis spiritualis, & quia hæc est quædam relatio inter duos terminos capaces, & non potest ab uno contrahi, quin contrahatur ab utroque: unde cùm non possit contrahi hæc cognatio à muliere infideli, nec contrahitur à viro fideli baptizante ejus filiam, vel suscipiente eam è baptismo: tunc enim cognatio spiritualis tantùm contrahitur cum ipsa filia, quæ baptizatur, & non cum ejus matre, quæ perseverat in infidelitate.

7 Secunda conditio est, ut sacramentum baptismi, vel confirmationis validè conferatur, quia si principale deficiat, ejus accessorium etiam corruit; cognatio autem spiritualis est accessoria ipsi sacramento baptismi, vel confirmationis. Hinc si infans fuerit jam domi privatim baptizatus, ex eo, quòd postea in templo suppleantur cæremoniæ,& solemnitates omissæ, adhibitis etiam patrinis nulla ex tali reiteratione oritur cognatio: nec in adhibente cæremonias, nec in patrinis, saltem quæ dirimat subsequens matrimonium, ut communior sententia docet.

8 Tertia ut patrinus teneat, & physicè tangat baptizatum, vel confirmatum, quando hæc sacramenta conferuntur, adeò ut immediatè illum è manibus baptizantis, vel confirmantis suscipiat, & quidem animo obeundi munus patrini. Hinc si quis per alium tanquam Procuratorem, aliquem susciperet è baptismo, vel confirmatione, non esset ipse Procurator, qui cognationem contraheret, cùm non suo, sed alieno nomine suscipiat, ac teneat puerum in baptismo, vel confirmatione: unde non esset verus patrinus, cùm hoc munus non nomine proprio, sed ipsius principalis constituentis exerceret. Imò neque tunc ipse principalis, qui Procuratorem constitueret cognationem spiritualem contraheret juxta Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 59. num. 4.* eò quia jura passim ad hanc cognationem spiritualem contrahendam requirunt contactum personalem patrini: nihilominus contraria sententia est etiam valdè probabilis, quia quod quis per alium facit per se ipsum facere videtur *ex regul. jur. 72. in 6.* atqui omnis actus per procuratorem exerceri potest, nisi expressè prohibeatur, ut habetur *in l. 1. §. usus. de procurator.* Tum quia ecclesia passim permittit, ut Principes per Legatos hoc munus exerceant; sed non est verisimile, quòd ecclesia permittat baptismum conferri sine vero patrino. Quòd si dicas, canones requirere, ut patrinus per se ipsum hoc munus exerceat *caus. 30. q. 1.* respondetur, id non præcipi, sed tantùm ibi describi munus susceptionis à baptismo, sicut ordinariè solet exerceri, eò quia olim fortassis non fuerit usitatum, quòd per alium hoc munus exerceretur.

9 Quarta, ne adsit error personæ, alioquin si intendens suscipere filium Petri inscius susciperet filium Pauli non contraheret hanc cognationem spiritualem: secus tamen si intenderet suscipere præsentem, quicunque ille sit. Solent etiam aliæ assignari conditiones, ut quòd puer suscipiatur, quando primò baptizatur: quòd si dubium sit de priori baptismo, & infans rebaptizetur sub conditione, tunc præsumendum est, hanc cognationem contrahi.

Rursus ut suscipiens puerum teneat, quando baptismus solemniter administratur. Quòd si nulli designentur patrini; aliqui censent, tunc omnes tangentes baptizatum contrahere hanc cognationem spiritualem, eò quia a jure antiquo non sit recedendum, nisi quoad ea, quæ excipiuntur in novo, ut docent Henriquez *lib. 12. c. 11. num. 3.* Sà *V. matrim. imped. n. 5.* 10

Nihilominus contraria sententia, quam docent Suarez *3. p. q. 57. art. 8.* Sanchez *lib. 7. disp. 57. n. 12.* est probabilior nimirum tunc neminem contrahere hanc cognationem, sive tangat simul, sive successivè, eò quia Tridentinum, ne hujus cognationis impedimentum multiplicaretur, & ut certi essent illud contrahentes, exigit patrinos designari ab illis, quibus incumbit: unde deficiente designationis conditione non habentur veri patrini, à quibus contrahatur hæc cognatio spiritualis. 11

Idque firmatur, quia alioquin non vitaretur multiplicatio cognationis, & susceptorum incertitudo, proinde mens Concilij Tridentini frustraretur. Cùm igitur patrini debeant designari ad tale munus obeundum, personæ quæ non sunt designatæ propriè non sunt patrini, nec capaces hujus cognationis. Quando verò plures designati à parentibus, vel aliis habentibus curam infantis tangunt baptizatum, omnes simul contrahunt cognationem, dummodo omnes simul tangant, alioquin si tantùm successivè tangunt, solus primus, qui baptizatum suscipit, cognationem contrahit: quòd si ex pluribus designatis à parentibus parochus admittat unum tantùm, una tunc cognatio tantùm contrahitur ab eo, qui fuit à Parocho admissus. Quòd si à Parentibus nulli sint designati, tunc cognationem contrahunt, qui à Parocho designantur. 12

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an infidelis possit hanc cognationem spiritualem contrahere? dupliciter potest infidelis intelligi capax hujus cognationis: primò activè, ut si baptizet, vel suscipiat filium fidelis, verè contrahat cognationem cum persona à se baptizata, vel suscepta, & cum ejus parentibus. Secundò passivè, adeò ut si fidelis baptizet filium infidelis, vel ipsum suscipiat, contrahat tunc infidelis passivè hanc cognationem cum fideli? Respondetur ex communiori, & veriori sententia, infidelem baptizantem, vel suscipientem filium fidelis 1

fidelis non contrahere hanc cognationem spiritualem ex actu illo tempore infidelitatis gesto, quamvis postea ipse infidelis baptizaretur: ratio est, quia sicut non habens vitam carnalem, non potest esse cognatus carnaliter: ita neque habens vitam spiritualem, potest esse cognatus spiritualiter. Tum quia sicut ad carnalem cognationem inter plures requiritur processio eorumdē ab eodem stipite secundùm carnalem propagationem: ita ad spiritualem requiritur processio utriusque suscipientis, & suscepti ab eodem stipite, seu Christo secundùm spiritualem regenerationem mediante visibili sacramento baptismi: hinc licèt infidelis postea baptizetur, non contrahit hanc cognationem, quia quòd à principio nullum fuit, convalescere postea non potest; unde infidelis postea baptizatus potest nubere personæ à se baptizatæ, vel susceptæ in baptismo.

2 Quæritur secundò, an hæreticus sit capax hujus cognationis spiritualis? Respondetur, Hæreticum baptizantem, vel tenentem in baptismo, aut confirmatione prolem Catholici contrahere hanc cognationem spiritualem cum persona baptizata, vel suscepta, & ejus parentibus: ratio est, quia hæreticus est baptizatus, & ratione baptismi, est capax cognationis spiritualis, & subjicitur legibus ecclesiæ: unde est discrimen de hæretico, & infideli, hic enim defectu baptismi non est capax cognationis spiritualis, benè tamen hæreticus, cùm sit charactere baptismi insignitus. An verò Catholicus possit licitè filium hæretici, qui à ministro hæretico baptizatur, suscipere rogatus è sacro fonte. Respondet Layman *lib. 5. tract.* 2. *c. 9. n. 6.* affirmativè, dummodò baptismus ritè conferatur in nomine, & forma SS. Trinitatis: quia Catholicus suscipiens baptizatum à Ministro hæretico non cooperatur ad indebitam ministrationem baptismi, cùm hic quoad substantiam supponatur ministrari ritu catholico: imò Catholicus tunc suscipiens parvulum illum, id saltem operatur, ut minus malè, & incompletè administretur baptismus, dum expressè, vel tacitè, & ipso facto protestatur, se hunc parvulum in vera fide baptizatum, quantum sibi possibile erit, instructurum. Neq; post *extravag* Concilij Constantiensis communicatio cum hæreticis, aliisque nominatim non denuntiatis est fidelibus interdicta in sacris, & politicis rebus, dummodo fiat ritu catholico.

3 Quæritur tertiò, an quando proles viri Catholici à sacerdote catholico baptizatur, possit hæreticus licitè assumi in patrinum? Respondetur regulariter non posse licitè permitti, ut hæreticus sit patrinus pueri Catholici, qui baptizatur à sacerdote Catholico: ratio est, quia patrinus assumitur ab ecclesia in ordine ad instruendum puerum baptizatum in fide Catholica; & ad id hæreticus non est idoneus ob suas hæreses, & errores circa articulos fidei, unde si doceret puerum doctrinam, quam ipse tenet, illum non instrueret in fide Catholica. Nihilominus Layman *lib. 5. tract. 2. c. 9. num. 7.* putat, urgente gravi causa posse id permitti in locis præsertim, ubi Catholici simul permixti cum Acatholicis vivunt, ac constituunt unam Rempublicam, ut Augustæ Vindelicorum, vel etiam in pagis, ubi simul permixti vivunt hæretici, & Catholici: ait enim, quòd ad evitanda gravia incommoda, ne scilicet infantes tantùm privatim ab Obstetricibus baptizentur, vel extra Parochiam ad ministrum hæreticum baptizandi deferantur, vel ne à sacerdote Catholico baptizentur nullo adhibito patrino contra praxim, & consuetudinem ecclesiæ: in hisce casibus censet Layman, posse licitè permitti, ut hæreticus assumatur in patrinum: quia hæreticus cùm sit baptizatus potest munus patrini obire, & cognationem spiritualem contrahere. Addit tamen Layman, quòd in tali casu sacerdos baptizans teneretur circumstantibus significare infantem illum baptizari in fide Catholica, & in eadem esse instruendum. Hinc cessat ratio instruendi infantem per hæreticum, quia hodie hoc officium non incumbit patrinis, sed vel parentibus, vel sacerdotibus, vel Ludimagistris.

Quæritur quartò, an Catechumenus baptizans, vel tenens puerum in sacro fonte contrahat cognationem spiritualem? Ratio dubitandi est, quia Catechumenus est instructus in fide Catholica, quam profitetur; & potest esse in gratia per baptismum flaminis. Respondetur, Catechumenum non posse assumi in patrinum: ratio est, quia ipsi deest conditio necessaria, ut possit quis in patrinum assumi scilicet baptismus, cùm enim nondum sit regeneratus Christo per sensibile sacramentum baptismi aquæ, quod est janua cæterorum sacramentorum, ideo sicut non est capax sacramentorum defectu baptismi, ita nec etiam est capax cognationis spiritualis, neque activè, neque passivè: quia cum cognatio spiritualis sit quædam relatio, non potest ab altero contrahi, quin ab utroque contrahatur; ea enim est relationis natura, ut exigat necessariò duo extrema; unde cùm Catechumenus nondum baptizatus non sit capax cognationis spiritualis passivæ ob indispositionem subjecti, nec erit capax activæ; quapropter si Catechumenus baptizaret puellam natam ex matre Catholica, nullam cum ipsa, nec ejus matre contraheret cognationem spiritualem, & posset postea eidem puellæ, vel ejus matri nubere, tametsi Cathechumenus postea baptizaretur, quia per subsequentum baptismum non convalescit cognatio spiritualis, quia cùm à principio nulla fuerit cognatio, non potest postea hæc convalescere; quod enim à principio fuit irritum, convalescere nequit *reg. non firmatur de reg. jur. in 6. & reg. quod ab initio ff. de reg. jur.* ut notat Gallego *de cognat. spirit. c. 7. n. 14.* 4

Quòd si dicas, baptismum collatum à Catechumeno esse validum, proinde ex validitate baptismi contrahere hanc spiritualem cognationem. 5

Contra est, quia licèt baptismus collatus à Catechumeno sit validus, non tamen id sufficit, ut inde oriatur cognatio spiritualis, sed ulterius 6

terius requiritur, quòd persona baptizans sit capax illius contrahendæ: & hæc capacitas non habetur nisi ratione baptismi jam suscepti, adeò ut soli baptizati sint capaces hujus cognationis spiritualis.

8 Si dicas, puerum baptizatum à Catechumeno recipere ab eodem esse spirituale, consequenter habere ejus filium spiritualem, & Catechumenum ratione paternitatis spiritualis contrahere etiam cognationem spiritualem.

Contra est, quia ad filiationem non sufficit recipere esse ab alio, sed ulterius requiritur, ut recipiat esse à principio vivente simili in natura: & quando proles fidelis baptizatur à Catechumeno, non recipit esse spirituale ab illo, ut à principio sibi simili in natura regenerationis per baptismum.

9 Neque obstat, Catechumenum esse perfectè instructum in fide catholica, & eam profiteri, quia inde tantùm sequitur, habere dispositionem quandam ad cognationem spiritualem contrahendam, quæ ex baptismo consurgit, quia sicut est dispositus ad baptismum suscipiendum, ita etiam ad hanc cognationem: quia verò nondum suscepit baptismum, ita neque suscipit hanc cognationem spiritualem, cùm se habeat consecutivè ad baptismum, in quo fundatur: quapropter cognatio, quæ contrahitur à Catechumeno baptizante prolem alicujus Christiani, est tantùm quædam dispositio ad cognationem spiritualem ratione fidei catholicæ, quam profitetur, & hæc dispositio non sufficit ad ponendum impedimentum dirimens matrimonium inter Catechumenum baptizantem, & matrem prolis baptizatæ.

10 Quæritur quintò, an Christianus nondum confirmatus, si teneat puerum in confirmatione, contrahat cognationem spiritualem? Censent aliqui, præsertim Sotus *in 4. dist. 42. q. 1. art. 3.* Navarrus *lib. 4. tit. de cognat. spirit. consl. 1. in fin.* Palodanus *in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. conclus. 3. n. 8.* Gallego *de cognat. spirit. c. 9. n. 1.* & alij, Christianum nondum confirmatum, & tenentem puerum in confirmatione contrahere hanc cognationem spiritualem? Rationes, quibus hæc sententia nititur, sunt. Primò quia non confirmatus adhuc habet esse spirituale, & est membrum Ecclesiæ per baptismum, proinde habet conditiones necessarias ad contrahendam cognationem spiritualem.

11 Secundò, quia si Episcopus nondum confirmatus sacramentaliter confirmet puerum, contrahit cum illo, & ejus parentibus veram cognationem spiritualem: ergo etiam quando est patrinus illius, qui ab alio Episcopo confirmatur.

12 Tertiò, quia etiam ecclesia interdicit Religiosis esse in istis sacramentis susceptores puerorum *c. placuit communiter 16. q. 1. c. non licet de consecrat. dist. 4.* & nihilominus si pueros suscipiant, actus est validus, & ipsi contrahunt veram cognationem spiritualem, ita à pari de non confirmatis tenentibus in confirmatione pueros confirmandos.

13 Nihilominus verior, & communior sententia, cui adhærendum est, negat à non confirmato contrahi hanc cognationem spiritualem: ratio est, quia illi deficit conditio necessariò requisita ab ecclesia, ut possit esse patrinus, quia ecclesia exigit, ut patrinus confirmati sit confirmatus, ut liquet ex *c. in baptismate de consecrat. dist. 4.* ubi dicitur: *In baptismate, vel chrysmate non potest alium suscipere in filiolum ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus*, ubi ponderandum est illud verbum *non potest*, quod præcisam necessitatem importat, irritátque actum in contrarium factum, ut notat Covarruvias *in c. tua de testam. n. 2.* cum Glossa *reg. 1. V. non potest de reg. jur. in 6.* Bartol. *in l. Gallus in princ. n. 4. ff. de liberis, & posthum.*

Ratio itidem videtur hoc suadere, quia sicut in naturalibus, ut quis possit generare, requiritur ultra vitam, debitum ejusdem vitæ robur: ita ad susceptionem in confirmatione, quæ habet rationem regenerationis, in quantum confert robur ad conservandam vitam spiritualem susceptam per præcedentem baptismum, requirebatur, ut patrinus per sacramentum confirmationis obtinuerit robur vitæ spiritualis, quia tenens puerum in sacramento confirmationis repræsentat ejus imbecillitatem in fide, ac indigentiam, ut ab alio fortiori sustentetur, proinde requiritur, ut patrinus necessariò sit confirmatus. 14

Hinc patet solutio ad primum fundamentum oppositæ sententiæ, quia non sufficit, si patrinus confirmati habeat esse spirituale, sitque membrum ecclesiæ per baptismum, sed ulterius desideratur, ut habeat robur vitæ spiritualis, & in ipsum derivetur per sacramentum confirmationis, quia cum confirmandus indigeat sustentari ab alio fortiori in vita spirituali, debet sustentans, seu patrinus esse fortior; consequenter confirmatus; non enim per solum baptismum esset fortior, cùm ipse confirmandus sit etiam baptizatus. 15

Ad secundum negatur consequentia, & ratio discriminis petitur ex eo, quia ille Episcopus exercet verum, & validum actum confirmandi, sicque est verus confirmans; non tamen est verus patrinus, neque exercet validum actum tenendi confirmandum ab alio Episcopo, idque defectu conditionis necessariò requisitæ ab Ecclesia in patrino confirmationis. Ad tertium negatur etiam consequentia, quia in prohibitione, quâ Religiosi prohibentur esse patrini, non includitur ullum verbum, quod irritet factum; proinde quamvis illicitè Religiosi fungantur munere patrini, ac peccent, eò quia transgrediantur legem ecclesiæ: nihilominus quia factum tenet, & est validum, si semel munus obierint patrini, contrahunt hanc cognationem. Secus in casu nostro habetur in jure verbum irritans factum, ut claret *in d. textu* desumpto ex *c. in baptismate de consecrat. dist. 4.* 16

Quæritur sextò, an etiam suscipiens prolem in extrema necessitate, eò quia nullus alius adsit, qui possit patrini munus obire, contra- 17

hat hanc cognationem? Respondetur affirmativè, quamvis suscipiat infantem in privato baptismo ex necessitate collato, quia semper contrahit obligationem instruendi baptizatum, proinde etiam cognationem spiritualem. Tum quia in jure expressum est, quòd ex vero baptismo oriatur cognatio spiritualis.

18 Id tamen limitatur, si maritus baptizet prolem conjugis suæ, vel etiam communem filium ob urgentem necessitatem, tunc enim nullum impedimentum contrahitur, ut habetur in *c. ad limina 7. caus. 30. q. 1.* ubi etiam additur ratio: quia, quando extrema necessitas compellit ad actum, tunc sine culpa exercetur talis actus, qui necessariò erat exercendus. Idque etiam procedit, si parens prolem suæ conjugis, vel communem filium in sacramento baptismi, & confirmationis suscipiat, ut patrinus, eò quia alius haberi non possit, tunc enim nullum contrahitur impedimentum petendi debitum: ratio est, quia tale impedimentum jure canonico statutum est in pœnam delicti: & parens tunc non censetur deliquisse, si munus obierit patrini, ac proprium filium susceperit, quia cùm non potuerit alius haberi, extrema necessitas illum excusavit à culpa, & sine culpa nemo suo jure privatur *c. discretionem 6. de eo qui cognovit.* ut docet Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 8. n. 7.*

19 Imò etiam probabilis ignorantia juris, aut facti excusat parentem baptizantem, vel suscipientem è fonte baptismi proprium filium extra necessitatem, quia cùm id solo jure ecclesiastico prohibeatur, qui hoc jus probabiliter ignorat, si ignorantia sit talis, ut excuset à culpa, excusat etiam, ne hoc impedimentum contrahatur, quia non fuit ab ecclesia introductum, nisi ob culpam, ad illam scilicet impediendam; proinde ubi non est culpa, neque est pœna illi annexa, quòd si maritus malitiosè se gereret in suscipienda propria prole in sacramentis baptismi, & confirmationis, & ejus uxor non consentiret, eò quia posset alius acciri in patrinum, tunc vir non solùm graviter peccaret, verùm etiam propter contractam cognationem spiritualem cum uxore, non posset debitum petere, sed teneretur reddere uxori innocenti illud exigenti, ut desumitur *ex c. si vir 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd conjuges contrahentes compaternitatem in proprio filio sive ex ignorantia, sive ex malitia non sunt separandi. Verùm hoc impedimentum petendi debitum solo nititur Doctorum consensu, quia ut notat Glossa *in d. c. si vir*: nullibi in jure est prohibitum, ne conjuges contrahentes compaternitatem in proprio filio possint petere debitum, & Pontifex *in d. c.* asserit, non esse separandos, quod intelligitur etiam quoad torum, & usum matrimonii.

20 Quæritur septimò, an per catechismum præcedentem baptismum contrahatur cognatio spiritualis impediens, ac dirimens matrimonium. Nomine catechismi intelligitur instructio Catechumenorum ad fidem ante baptismum, quâ durante olim sal benedictus ori baptizandi imponebatur, ut significaretur cœlestis sapientia, & doctrina Christiana? Respondetur, eum, qui puerum in baptismo tenet, non contrahere perfectam cognationem spiritualem valentem dirimere matrimonium jam contractum, idque expressè habetur *in c. contracto 3. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd compaternitas contracta per Catechismum, seu per pabulum sacrati salis, vix impediat contrahendum matrimonium, & non dirimat contractum: unde ad summum potest impedire matrimonium contrahendum, non verò illud dirimere, si semel contractum fuerit: quòd verò possit impedire, desumitur ex eo, quia Catechismus est quædam futuri baptismi professio, & quædam imperfecta regeneratio per fidem, quam profitetur patrinus loco parvuli, proinde contrahitur quædam imperfecta cognatio spiritualis, quæ tamen non valeat dirimere matrimonium contractum: imò est ita imperfecta, ut vix etiam impediat contrahendum, ut loquitur Alexander III. *in d. c. contracto 3. h. t.* Ad hanc autem cognationem licèt imperfectam contrahendam debet etiam patrinus durante Catechismo infantem tenere, ut etiam ad fidei interrogata respondere, quoties sacerdos interrogat, an credat.

Cæterum contrahitur hæc cognatio non solùm si Catechismus, seu instructio pueri præcedat baptismum, sed etiam si illum sequatur, quia per accidens se habet, quòd fiat post baptismum, quia cùm sit quoddam initium regenerationis spiritualis, & dispositio ad illam, ex sua natura habet præcedere baptismum. Jure tamen novo hoc impedimentum Catechismi per Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 2.* videtur omnino sublatum, quia Concilium *in d. c.* omnino sustulit cognationem ortam in baptismo, præter quam inter tenentes ex ipso baptismo, proinde censeri debet etiam sublata cognatio tenentium in solo Catechismo, cùm primam originem trahat à baptismo. 21

Quæritur octavò, an ad contrahendam cognationem spiritualem, requiratur aliqua intentio in patrinis? Intentio duplex esse potest, una, quâ intendat quis contrahere paternitatem spiritualem; & altera, quâ intendat suscipere infantem, & exercere cæremoniam juxta morem ecclesiæ? Respondetur, hanc secundam intentionem requiri in patrino ut suum valeat munus obire: ratio est, quia baptizans sine vero animo faciendi, quod per talem baptismum intendit ecclesia, verè non baptizat, consequenter nec contrahit cognationem spiritualem: unde à pari, qui infantem suscipit materialiter tamen, & sine animo obeundi munus susceptoris statutum ab ecclesia non fit verus susceptor, proinde nec contrahit cognationem spiritualem. 22

Quòd si intendat efficere, quod juxta consuetudinem patrini efficiunt, tunc contrahit hanc cognationem, tametsi patrinus intenderet eam non contrahere, ut posset nubere matri parvuli baptizandi, & cujus intendit esse verè patrinus: ratio est, quia hæc cognatio non depen- 23

dependet à propria voluntate patrini, sed est accessoria actui baptismi: unde volens munus patrini revera obire, contrahit accessoriè hanc cognationem: Siquidem qui vult principale vult etiam accessorium ei necessariò adnexum, hinc qui vult fornicationem, vult etiam peccatum, quamvis dicat, se non intendere peccatum, nec illud velle, sed tantùm ipsam fornicationem *l. si is qui ff. commodati.* unde quoties patrinus intendit facere, quod alij patrini intendunt, velit nolit, contrahit hanc cognationem spiritualem.

24 Quæritur nonò, an inter baptizatum, & filios levantis è baptismo etiam antea genitos contrahatur cognatio spiritualis? Respondetur affirmativè de jure antiquo, & desumitur *ex c. tua nos 7. h. t.* ubi Pontifex rescribit, quòd filius ante compaternitatem, & filia compaternitatis si matrimonium contrahant, hoc non teneat. Ratio est, quia cognatio spiritualis transit à patre ad filium, adeò ut inter filium susceptum è baptismo, & filios suscipientis dicatur esse aliqua fraternitas spiritualis: & sicut inter fratres carnales, & sorores eorundem non potest contrahi matrimonium, ita neque inter fratres, & sorores spirituales.

25 De jure tamen novo, & ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 1. de refor. matrim.* antequam matrimonium contrahatur, debent publicè denuntiari, qui volunt matrimonium contrahere, ut si quis è populo sciat impedimentum inter ipsos esse, illud manifestet, imò ad id tenetur etiam sub gravi culpa, quamvis impedimentum sit occultum; dummodo illud possit probari, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 13. n. 2.* ratio est, quia filius tenetur parère superiori legitimè præcipienti, præsertim quando agitur de danno gravi, quod inferretur tertio. Tum quia hæc denuntiatio non fit ad puniendum crimen admissum, sed ad vitandum peccatum, ut majori diligentia inquiratur de tali impedimento. Quòd si tale impedimentum oriatur ex peccato occulto, tunc debet præcedere admonitio secreta, antequam fiat denuntiatio, nisi conscius impedimenti probabiliter censeas, inde secuturum gravissimum scandalum; vel nisi sciverit hoc impedimentum sub obligatione servandi secretum, ad quod obligat jus naturæ, ut docent plures apud Barbosam *in collect. in c. Martinus 4. n. 2. hoc. tit.*

26 Quæritur decimò, an filij compatrum, ratione quorum non fuit contracta compaternitas, possint matrimonio conjungi? Respondetur affirmativè, & desumitur *ex c. super eo 3. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si filij duorum compatrum tales sint, per quorum alterum, vel utrúmque parentes ad compaternitatem pervenerint, conjungi matrimonio non possunt, & si conjuncti fuerint, se debeant separare, eò quia contra canones conjuncti fuerint. Sin verò per neutrum illorum filiorum fuerit compaternitas contracta, tunc possunt conjungi matrimonio, nisi consuetudo Metropolitanæ ecclesiæ, vel aliarum vicinarum esset contraria, quia tunc standum est consuetudini; unde deciditur; quòd ubi viget consuetudo impediens, ac dirimens matrimonia contracta inter filios duorum compatrum, per quorum neutrum contracta sit compaternitas, quamvis jure comuni licitè, & validè contrahantur matrimonia, ob consuetudinem loci invalida sint. Juvat tamen observare, quòd per consuetudinẽ non possit induci impedimentum dirimens matrimonium, nisi hæc eadem consuetudo fuerit à summo Pontifice approbata, ut notat Fagnanus *in d. c. super eo 3. n. 1. h. t.*

Quamvis enim consuetudo possit impedire matrimonium contrahendum, non ita dirimere jam contractum, ut habetur in *c. 1. de spons. matrim.* Tum quia consuetudo, quæ reddit fideles inhabiles ad contrahendum matrimonium sine consensu, & approbatione Pontificis, non est rationabilis, quia specialiter à jure reprobatur *in d. c. de sponsal. & matrim.* Tum quia cùm consuetudo sit juris positivi, non potest dirimere matrimonium, quod est de jure divino, quapropter nec consuetudo potest dici legitimè præscripta, quia contra jus divinum nullo unquam tempore datur præscriptio, proinde talis consuetudo non potest vim legis obtinere. 27

Posset tamen in contrarium objici textus in *c. post susceptum 30. q. 3.* ubi filij duorum compatrum prohibentur simul matrimonium contrahere, tametsi per neutrum eorum deventum sit ad compaternitatem. Sed contra, quia ille canon fuit postea revocatus per alium canonem posteriorem in *c. sup. quib. ead. caus. & quæst.* in jure autem est attendendum jus posterius corrigens, non verò præcedens correctum. Præterea, quia novissimè per Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 2. de reform. matrim.* statuitur, ut filij duorum compatrum, per quorum neutrum perventum est ad compaternitatem, non impediantur ad matrimonium simul contrahendum. Secus est, si per eorum alterum, vel utrúmque compaternitas est contracta, quia inter tales est contracta spiritualis cognatio, & dicuntur esse germani *c. non oportet 30. q. 3.* quia verò vinculum spirituale est sanctius corporali; & quanto aliquod vinculum est sanctius, tanto magis est custodiendum, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 56. art. 1. in addit.* ideo sicut in eodem gradu cognationis spiritualis non potest matrimonium contrahi *c. non ita debet de consang. & affin.* ita in eodem prohibetur matrimonium in cognatione spirituali *c. super eo 3. h. t.* 28

Verùm quia hujusmodi impedimentum de non contrahendo propter cognationem spiritualem oritur ex solo statuto ecclesiæ, quæ potest præscribere, ad quot personas talis cognatio extendatur *c. super quib. 30. q. 3.* hinc est, quòd hodie debeant fideles regulari juxta decretum Concilij Tridentini, in quo habetur, quòd sicut propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahuntur matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur; vel ea non sine magno scandalo dirimuntur: ita volens sancta 29

cta Synodus huic providere incommodo incipiens à cognationis spiritualis impedimento statuit, ut unus tantùm sive vir, sive mulier juxta sacrorum canonum instituta; vel ad summum unus, & una baptizatum suscipiant de baptismo, inter quos & ipsum baptizatum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem spiritualis tantùm cognatio contrahatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiúsque patrem,& matrem, ac tenentem non egrediatur,omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Ita habetur in Tridentina Synodo *sess. 24. c. 2.*

40 Quæritur undecimò, an compaternitas superveniens inter conjuges dissolvat matrimonium? Respondetur negativè sive scienter, sive ignoranter compaternitas superveniat, & sumitur ex *c. si vir a. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si conjuges contrahant compaternitatem in proprio filio sive ex ignorantia, sive ex malitia,non sint separandi, nec debeant sibi debitum denegare: ratio ex eo petitur, quia matrimonium est vinculum perpetuum, proinde nullo superveniente impedimento dirimi potest: quo fit, ut nonnunquam matrimonium ritè, & rectè cohæreat cum impedimento ejusdem superveniente, non ita tamen si impedimentum matrimonium præveniat, quia quando præcedit, impedit matrimonium, ne contrahatur, & irritat contractum: quando verò subsequitur ad matrimonium antea initum, non potest illud dirimere, eò quia illius vinculum sit indissolubile, & perpetuum, ut docet D. Thomas *3. p. q. 56. art. 1. ad. 2. in addit.*

41 Hoc autem procedit non solùm quoad separationem vinculi matrimonialis, verùm etiam quoad separationem thori, quia hæc separatio non fit nisi ob solam causam fornicationis.Hinc nec quoad debiti redditionem, & petitionem, usúmque matrimonij separantur: quia si ignoranter id fecerunt, eò quia stante parvulorum multitudine unus eorum credens,suscipere, vel levare in baptismo filium alterius, suscipit proprium, ignorantia tunc eū excusat; sin verò id fecerunt scienter, & dolosè, ut impediretur actus matrimonij; non debet fraus, & dolus illis patrocinari, ut dicitur in *d. c. si vir.* Id verò intelligitur, si unus eorum saltem fuit ignorans, vel non fecit malitiosè, ne alius sine culpa jure suo in matrimonio privaretur, ut notat Glossa *fin. in c. nosse 30. q. 1.* alioquin si ambo id malitiosè fecissent, neuter posset debitum petere: sin verò unus tantùm malitiosè fecit, amittit jus petendi debitum, quod tamen tenetur reddere, si petatur; ut ipse puniatur, in quo peccavit; & alter, qui non fuit in culpa, non sentiat incommodum ex delicto alterius, ut docet D.Thomas *par. 3. q. 56. art.1. in addit.*

42 Quòd si cognatio spiritualis superveniat inter conjuges necessitatis causa, ut si imminente mortis periculo, vel alius non adsit, pater baptizet filium, tunc nullum contrahitur impedimentum, & ambo conjuges possunt petere, & reddere debitum, adeò ut ex neutra parte impediatur usus matrimonij,quia ut docet S.Thomas *loc. cit.* quòd pater in casu urgentis necessitatis proprium filium baptizet, est opus pium, de quo non debet pœnam reportare *c. discret. de eo qui cognoscit consanguineam.* Tum quia necessitas eximitur à lege *c. de consec. dist.1.*

Quòd si dicas, sponsalia de futuro dissolvi 43 per cognationem spiritualem supervenientem inter sponsas, sicut, & per affinitatem, proinde etiam matrimonium.Contra est, quia est discrimen inter sponsalia de futuro, & matrimonium de præsenti: eatenus sponsalia de futuro per supervenientem cognationem spiritualem, vel affinitatem dissolvuntur, quia vinculum sponsaliorum de futuro non est indissolubile, & per superveniens obstaculum solvitur, & dirimitur subsequens matrimonium, ut docet Hostiensis in *c. veniens 6. in fin. h. t.* & ibi Joannes Andreas *in fin.* Alexander de Nevo *c. 2. n. 5. eod. tit.* secus vinculum matrimonij de præsenti est perpetuum, & indissolubile, proinde per supervenientem cognationem spiritualem non dirimitur, eo enim ipso quòd est vinculum perpetuum,nullum impedimentum superveniens potest illud dirimere.

Quæritur duodecimò, an maritus, & uxor 44 possint simul de sacro fonte levare alienum puerum? Plures censent virum, & uxorem non posse licitè esse patrinos alienæ sobolis, & eos levantes de sacro fonte alienum puerum non excusari à peccato saltem veniali, ut docet præ cæteris Suarez *3. p. q. 67. art. 8. col. 3.* quia tametsi Urbanus II. *c. fin. 30. q 4.* dicat nullibi id prohiberi, nihilominus ipse statuit, ut maritus, & uxor ob majorem decentiam non præsumant alienum puerum è sacro fonte levare. Nihilominus quia materia est levis docent propugnantes hanc sententiam, transgressionem statuti non excedere culpam venialem: quinimò subdunt, quòd si usu contrarium receptum esset, facilè etiam à culpa veniali vir, & uxor suscipientes in baptismo alienum puerum possent excusari. Communior tamen, & verior sententia est, virum, & uxorem suscipientes in baptismo alienam prolem nullam incurrere culpam. Tum quia consuetudo hodie invaluit, ut maritus, & uxor simul alienam prolem de sacro fonte levent.

Præterea quia etiam spectato jure antiquo 45 posse utrumque conjugem simul alienum parvulum levare è sacro fonte docet D. Thomas *4. dist. 42. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4.* tametsi afferat textum citatum Urbani II. Ratio etiam ex eo peti potest, quia quoties aliqui non prohibentur ab aliquo actu si illum ponant, non peccant, cùm non agant contra legem: vir autem, & uxor nullibi in jure prohibentur levare è sacro fonte alienam prolem, proinde eam levantes non peccant, nec privantur jure exigendi debiti, quia nullam inter se cognationē contrahunt, non enim hæc cognatio spiritualis contrahitur

inter

inter ipsos patrinos, adeò ut si vir, & fœmina sint simul patrini possint inter se matrimonio copulari, quia de jure antiquo hoc impedimentum inter patrinos non oriebatur, & tantùm abest, quòd jure novo Tridentina Synodus voluerit hanc cognationem extendere, ut eam potiùs coarctaverit. Hinc dum in Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 2.* dicitur: *Ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, & baptizatum ipsum cognatio contrahatur.* non est sensus illius particulæ *inter quos*, ut inter ipsos patrinos etiam inter se hæc cognatio oriatur, sed sensus est, ut hæc cognatio oriatur inter patrinos non inter se, sed inter alias personas ibi enumeratas, nimirum baptizatum, & ipsius parentes, ut explicant Gallego *de cognat. spirit. c. 9. n. 8.* Suarez *3. p. q. 67. art. 8. coll. 3.* Navarrus *sum. c. 22. n. 39.*

36 Cæterum dum in prædicto decreto Tridentini dicitur, quòd parentes baptizati, vel confirmati contrahunt cognationem spirituale cum baptizante, vel confirmante, & cum patrinis, id intelligitur de patre, & matre carnalibus sive legitimis, sive illegitimis: quia ante Tridentinum eam contrahebant, ut notat Glossa in *c. Ne dum. V. & matrem 1. h. t. in 6.* & Tridentina Synodus hanc cognationem cum parentibus contractam non restrinxit, ut liquet ex contextu: unde parentes legales, & adoptivi ipsius baptizati, vel confirmati non contrahunt cognationem cum conferentibus talia sacramenta, nec cum patrinis, quia neque ante Tridentinum eam contrahebant: quapropter Tridentinum loquens de parentibus debet intelligi de naturalibus, qui soli sunt veri parentes, ut rectè notat Gallego *de cognat. spirit. c. 7. n. 12.*

37 Quæritur tertio decimò, an sola susceptio baptizati in ipso baptismo sufficiat ad contrahendam hanc cognationem spiritualem; an potiùs simul necessaria sit etiam patrinorum pro puero responsio, quando fit Catechismus? Respondetur ad contrahendam hanc cognationem spiritualem sufficere solam levationem alienæ prolis de sacro fonte baptismi, adeò ut nō requiratur necessariò responsio patrinorum, & deducitur ex *c. Nedū 1. h. t. in 6.* ubi sola levatio de sacro fonte consideratur in ordine ad contrahendam cognationem spiritualem. Tum quia omnia jura mentionem facientia de hac cognatione spirituali pro illius causa solam assignant levationem de sacro fonte, ut in *c. omnes 30. q. 1. c. post susceptum 30. q. 3. c. si quis unus 30. q. 4. c. Martinus*, ibi: *filium de sacro fonte suscepit.* Ex quibus textibus liquet, solam, & unicam causam contrahendi hanc cognationem spiritualem esse levationem de sacro fonte, adeò ut per solam susceptionem baptizati in ipso baptismo contrahatur hæc cognatio spiritualis, & non per verba patrinorum respondentium pro puero, dum fit Catechismus.

38 Tum quia responsio patrinorum pro baptizato pertinet ad catechismum, in quo hæc cognatio non contrahitur: atqui in baptismo, ubi contrahitur, nulla habetur interrogatio, nec responsio. Præterea quia in *c. per catechismum 2. h. t. in 6.* & in Tridentino *sess. 24. de matrim. c. 2.* cognationes ortæ ex baptismo, & confirmatione parificantur: atqui ad contrahendam cognationem spiritualem ex confirmatione nulla patrinorum verba sunt de essentia, proinde neque ut contrahatur ex baptismo, & ita docent Covarruvias *4. decret. p. 2. c. 6. §. 4. n. 7.* Antonius Cuccus *lib. 5. instit. major. tit. 14. n. 12.* Gallego *de cognat. spirit. c. 12. n. 2. & 5.* Archidiaconus *c. Nedum 1. n. 4. h. t. in 6.* & ibi Joannes Andreas *n. 2.* Ancharanus *n. 3.*

Posset tamen in contrarium objici, quia patrini levantes de sacro fonte alienum parvulum fidejubent pro ipso: atqui non possunt esse fidejussores, nisi proferant verba *l. 1. ff. de V. O.* Tum quia Patrini tenentur respondere, fidémque pro parvulo profiteri *c. vos ante omnia de consec. dist. 4.* proinde ea responsione ore expressa deficiente non sunt veri patrini, nec contrahunt cognationem spiritualem. 39

Sed contra, quia ex præcitatis textibus tantùm infertur, verba esse necessaria ad patrinum catechismi, in quo fiunt interrogationes, & patrinus respondet nomine infantis; non verò de patrino baptismi, de quo non loquuntur præcitati textus, in quibus tantùm est sermo de solo patrino catechismi: & licèt patrinus catechismi, sit etiam patrinus baptismi, non tamen, ut patrinus baptismi respondet pro parvulo, sed tantùm eum levat de sacro fonte, & ut patrinus catechismi respondet, & profitetur fidem pro parvulo: cognatio autem spiritualis non contrahitur à patrino, quando fidem profitetur pro parvulo, sed quando parvulum levat de sacro fonte, in qua levatione non requiruntur verba, nec ulla interrogatio, aut responsio. 40

Quæritur quartodecimò, an in baptismo, vel confirmatione possint adhiberi plures patrini, sed necesse sit, ut unus tantùm adhibeatur, sive sit vir, sive fœmina? Respondetur, jure antiquo fuisse prohibitum plures patrinos adhiberi in baptismo, vel confirmatione, ut liquet in *l. non plures*, quod est Leonis Pontif. *de consec. dist. 4. & c. fin. h. t. in 6. de cog. spirit* ubi Bonifacius VIII. rescribit, quod tametsi unus solus vir, & una mulier debeant accedere ad suscipiendum puerum in baptismo, si tamen plures accedant, eodem modo contrahitur cognatio dirimens matrimonium, quod tam procedit in baptismo, quàm in confirmatione. Quamobrem ubi hoc præceptum non erat consuetudine abolitum, aliqua erat culpa illud transgredi, adhibendo duos vel plures patrinos, quia violabatur præceptum justum, & ea ratione inductum, ne cognatio spiritualis dirimens matrimonium tot inter personas oriretur. 41

Præterea quia cùm munus levantis puerum è sacro fonte sit baptizatum instruere *c. vos ante omnia de consec. dist. 4.* ratio exigebat, ut unus solus adhiberetur, qui puerum è sacro fonte levaret, ne multis existentibus instructoribus instructio pueri negligeretur, altero rejiciente hoc onus instruendi in alterum, ubi enim multitudo ibi confusio. Ratio itidem ex eo petitur, 42

quia cognatio spiritualis naturalem imitatur, in qua est unus pater, consequenter non sine alia qua taliem culpa adhibentur plures patrini levante, alienum puerum è sacro fonte, ut docent communiter Canonistæ in *c. quamvis fin. h. t. in 6.* præsertim Ancharanus *n. 1.* Francus *n. 2.* Joannes Andreas *ad fin.* ubi tamen consuetudo in contrarium inolevit, nulla est culpa. Ex Tridentina tamen Synodo *sess. 24. de matrim. c. 2.* permittitur, ut possint ad summum esse duo patrini, vir scilicet, & mulier, ibi: *Sacra Synodus statuit, ut unus tantùm sive vir, sive mulier juxta sacrorum Canonum statuta, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant:* ubi notandum est, Tridentinum non permittere, ut duo viri, vel duæ fœminæ munere fungantur patrini; sed si duo adhibeantur, debeant esse diversi sexus, ut notat Antonius Cuccus *lib. 5. instit. Major. tit. 2. n. 9.* ubi etiam refert id declarâsse Cardinales Congregationis super Concilium: & ratio peti etiam solet ex eo, quia generatio spiritualis imitatur naturalem, in qua non possunt esse duo patres, nec duæ matres, sed tantùm unus pater, & una mater.

43 Quæritur quinto decimò, an saltem Episcopi possint dispensare, ut plures viri, vel plures fœminæ possint esse patrini, & suscipere in baptismo alienum puerum? Respondetur, duas esse sententias, & primam esse affirmativam, eò quia nullibi reperiatur hæc dispensatio specialiter prohibita, & ita docent Sylvester *V. matrimonium 8. q. 7. dict. 11.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 15. §. 3.* Secundam verò esse communiorem, & probabiliorem asserentem, non posse Episcopum dispensare, ut plures duobus adhibeantur patrini, sive isti sint viri, sive fœminæ contra præscriptum Tridentinæ Synodi. Ratio est, quia in præcepto Pontificis, vel Concilij Generalis non potest Episcopus dispensare, nisi talis facultas illi expressè concedatur: atqui Concil. Trident. *sess. 24. de matrim. c. 2.* expressè prohibet, ne plures viri, aut fœminæ levent alienum puerum baptizandum de sacro fonte. Idque ut ait Concilium *juxta sacrorum canonum statuta:* atqui nullibi reperitur hæc facultas concessa Episcopis dispensandi, ut plures patrini simul adhibeantur, vel ut ij sint duo viri, vel duæ fœminæ: ergo cùm Episcopus non possit dispensare in præcepto Pontificis, nec Concilij Generalis, nisi talis facultas illi expressè concedatur, sequitur non posse dispensare, ut duo viri, vel duæ fœminæ munus patrini obeant; adeò ut si duo adhibeantur, hi necessariò debeant esse diversi sexus, eò quia generatio spiritualis imitetur carnalem, in qua non reperiuntur duo patres, nec duæ matres, sed unus pater, & una mater.

44 Quòd si consuetudo fortassis ante Tridentinum inolevit, ut duo vel plures viri adhiberantur patrini, hæc per Tridentinum abolita fuit: quia cum Tridentinum expressè statuerit, ut unus tantùm sive vir, sive mulier juxta sacrorum canonum statuta, vel ad summum unus, & una baptizatum è sacro fonte baptismi suscipiant, abolevit omnem consuetudinem, quæ antea potuit in contrarium inolevisse, ut rectè notat Gallego *de cognat. spirit. c. 7. n. 9.* Quinimò quoad contrahendam cognationem spiritualem correctum itidem fuit jus antiquum in *c. fin. h. t. in 6.* per Tridentinum. *sess. 24. de matrim. c. 2.* ibi: *Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eos, vel eum tantùm ad illum suscipiendum admittat, Quòd si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* Stante igitur hoc decreto illæ solæ personæ levantes de sacro fonte alienum parvulum hanc contrahunt cognationem spiritualem, quæ sunt ad hoc munus specialiter designatæ per eus, ad quos pertinet illas eligere; & per Parochum ad id munus approbatæ, & admissæ fuerint.

Idque etiam procedit de patrino in sacramento confirmationis; quia mens Tridentinæ Synodi fuit eodem modo utramque cognationem restringere, ut liquet ex proœmio, ubi expressè declarat, velle se impedimentum cognationis restringere: & desumitur etiam ex fine, ob quem restringit cognationem ortam ex confirmatione ad easdem prorsus personas, ad quas restrinxerat cognationem ortam ex baptismo; adeò ut mens Concilij fuerit utramq; cognationem eodem prorsus modo coarctare, & ita docet Navarra *sum. c. 22. num. 40. not. 3.* ubi asserit, per Tridentinũ eodem modo esse restrictam cognationem ortam ex baptismo, & ex confirmatione, subdens; totum *caput quamvis 3. h. t. in 6.* restringi per Tridentinum: hinc licèt quatuor, vel quinque simul tangant in baptismo baptizandum, vel in confirmatione confirmandum; tametsi per *d. cap. quamvis* omnes eodem modo contraherent cognationem spiritualem dirimentem matrimonium tam in baptismo, quàm in Confirmatione; id est hodie restrictum per Tridentinum ad solos patrinos designatos, adeo ut soli patrini designati, & approbati à Parocho contrahant hanc cognationem spiritualem dirimentem matrimonium subsequens. 45

Quæritur decimo sextò, an si quinque, vel sex promiscui sexus simul tangerent, & levarent de sacro fonte alienum parvulum, & nulli essent ex illis designati patrini, omnes contraherent cognationem spiritualem? Respondetur, duas esse sententias, & quidem probabiles, quarum prima docet, omnes ita tangentes, & levantes puerum de sacro fonte contrahere hanc cognationem, eò quia recedendum non sit à jure antiquo, nisi quoad excepta in novo *l. præcipimus C. de appellat.* siquidem casus omissus perseverat in dispositione juris antiqui *l. commodissimè ff. de liber. Posth.* atqui Tridentinum in hoc casu, in quo nulli sunt expressi, & designati patrini, & plures simul levant alienum parvulum de sacro fonte nihil disponit, sed tantùm exprimit casum, in quo aliquibus designatis alii tangunt, onde ubi nulli fuerunt designati stadum est dispositioni juris antiqui *c. fin. de cognat. spirit. in 6.* ubi decidebatur, omnes tangentes, seu levantes de sacro fonte alienum parvulum con- 46

contrahere hanc cognationem ſpiritualem, & ita docent Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 11. n. 3.* Philiarchus *de offic. ſacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 11.* Graffius *p. 1. deciſ. lib. 2. c. 85. n. 4.* Petrus Ledeſma de matrimonio *q. 5. 6. §. eſt aliud dubium annexum*, & refert, hanc ſententiam docuiſſe viros eruditiſſimos etiam ex iis, qui Concilio Tridentino interfuerunt.

47 Secunda ſententia nihilominus communior eſt, & videtur etiam probabilior, & docet, neminem tunc cognationem ſpiritualem contrahere, quia Tridentinum, ne hoc impedimentum cognationis ſpiritualis multiplicaretur, & & ut certi eſſent, qui illud contrahunt, poſuit tanquam conditionem, ut eſſent veri patrini, ac ſuſciperent baptizatum, imò exigit etiam patrinos eſſe ab iis deſignandos, quibus incumbit: adeò ut Concilium ponat deſignationem patrini, ut conditionem ſine qua cognatio hæc ſpiritualis non contrahitur, eo quia cæteri tangentes baptizandum ſi non ſint deſignati, non ſunt veri patrini. Tum quia niſi deſignatio patrini poneretur, ut conditio ſine qua non contrahitur cognatio hæc ſpiritualis, non vitaretur multiplicatio hujus impedimenti, nec incertitudo ſuſceptorum: proinde decretum Tridentini fruſtraretur ſuo fine.

48 Idque deſumitur etiam ex verbis ejuſdem Tridentini *ſeſſ. 24. de matrim. c. 2.* ibi: *Omnibus inter alias perſonas hujus ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis*, & quia perſonæ ibi contentæ, & participes hujus cognationis nominantur patrini deſignati ad hoc munus obeundum, ſequitur, omnes perſonas non deſignatas non eſſe capaces hujus cognationis contrahendæ.

49 Tum quia Tridentinum, ut liquet ex proœmio ejuſdem *c. 2.* voluit coarctare jus antiquum circa hanc cognationem contrahendam, quam voluit tantùm extendi ad perſonas in eo decreto contentas, proinde concludit, præter ibi numeratas, alias non eſſe capaces hujus cognationis contrahendæ: ſed patrini ibi abſolutè non numerantur, ſed cum ea tantùm qualitate, ut ſint deſignati, adeò ut patrini qualificentur, & conſtituantur per deſignationem: unde cæteri, qui non ſunt deſignati, utpote non qualificati per deſignationem non ſunt veri patrini, conſequenter, nec capaces hujus cognationis contrahendæ, quamvis tangant puerum baptizandum.

50 Præterea quia quoties ponitur novum decretum irritans, ſemper inducit novam formam actûs, ut notat Felinus *c. cum dilectus num. 6. in quinto ſign. de reſcript.* atqui decretum Tridentini irritat cognationem inter patrinos non deſignatos: ergo exigit deſignationem tanquam formam dantem eſſe ſpecificum decreto irritanti; propterea ſi deſignatio non ſervetur, corruit cognatio.

51 Neque obſtat, ſi dicas, decretum Tridentini corrigere jus antiquum, ac propterea eſſe reſtringendum. Contra eſt, quia licèt corrigat jus commune, eſt nihilominus favorabile, quia reducit matrimonium ad ſuam priſtinam naturam, juxta quam erat validum matrimonium initum inter perſonas, quæ contraxerant cognationem ſpiritualem, proinde quoad hoc extenditur, ut omnes illi poſſint matrimonium contrahere, qui non ſunt deſignati patrini, tametſi baptizandum tangant, perinde ac veri patrini, unde quoad hoc, decretum Tridentini non eſt odioſum, ſed potiùs favorabile.

Quæritur decimo ſeptimò, an ſi plures viri, vel fœminæ à Parocho deſignarentur Patrini contra decretum Tridentini *ſeſſ. 24. de matrim. c. 2.* omnes contraherent cognationem ſpiritualem? Reſpondet Suarez *3. p. q. 67. art. 8. §. ſed quæres*, cum diſtinctione, ſi omnes illi deſignati Patrini non ſuſcipiant ſimul puerum, ſed unus priùs eum ſuſcipiat, hic ſolus contrahit hanc cognationem, ſi cæteri ſint viri: ſi etiam plures fœminæ puerum ſuſcipiant, etiam fœmina, quæ prima baptizatum ſuſcipit, hanc cognationem contrahit, unde qui primò ex viris, & mulieribus puerum ſuſcipiunt, ſunt veri ſuſceptores; & quando accedunt alii miniſterium jam eſt exhibitum juxta Tridentini formam, adeò ut reliqui non ſint amplius capaces hujus miniſterii, proinde nec contrahunt hanc cognationem ſpiritualem: ſin verò omnes ſimul ſuſcipiunt puerum, tunc cenſet probabile, nullum eorum contrahere cognationem, eò quia nullus eorum obeat munus illud eo modo, quo ab eccleſia eſt ſtatutum, conſequenter nullus eſt verus ac legitimus ſuſceptor. Neque obſtat, ſi dicas, omnes ſimul conſtituere ſuſceptorem, & patrinum. Nam contra eſt, quia Tridentinum ſtatuit, ut ille ſolus ſit ſuſceptor, & patrinus, qui eſt tota is ſuſceptor, vel ita partialis, ut ſolùm habeat alium ſocium diverſi ſexûs ut quando vir, & fœmina ſimul deſignantur ad ſuſcipiendum parvulum, ſecus ſi ſuſceptor ſit partialis reſpectu alterius viri, ac ejuſdem ſexus ex Tridentino non eſt verus, ac legitimus ſuſceptor; proinde non contrahit hanc cognationem. 52

Addit Suarez *loc. cit.* in hoc caſu conſultius ſemper eſſe abſtinere à matrimonio, eò quia res ſit dubia. Putàm tamen cùm aliis, valde probabile, omnes illos viros deſignatos, & admiſſos a Parocho, ut ſuſceptores parvuli baptizandi contrahere hanc cognationem. Ratio eſt, quia Tridentinum per hoc quòd prohibeat admiſſionem plurium, vel duorum ejuſdem ſexus, non propterea irritat factum contra tale decretum, ſicut etiam in *c. quamvis fin. h. t. in 6.* & *c. non plures de conſec. diſt. 4.* prohibebatur admiſſio plurium, & tamen in *d. c. quamvis fin. h. t.* deciditur non irritari contrarium factum; ſed omnes contrahere hanc cognationem ſpiritualem. Tum quia Tridentina Synodus *ſeſſ. 24. de matrim. c. 2.* ſtatuens, ne plures admittantur ejuſdem ſexus, confirmat ſacros canones, ibi: *Ut unus tantùm ſive vir, ſive mulier juxta ſacrorum canonum inſtituta.* 53

Hinc Concilium Tridentinum, cùm confirmet canonem in *c. quamvis fin. h. t. in 6.* in decreto ſuo prohibente plurium admiſſionem, vel duorum ejuſdem ſexus, non irritat factum contra tale decretum, ſicut nec illud irritat 54

ritat textus in *d. c. quamvis fin, h. t. in 6*, ficut enim canon iste non irritabat, sed tantùm interdicebat plurium admissionem, ita intelligendum est Concilium Tridentinum, eò quia confirmet talem canonem.

55 Præterea in omnibus designatis, & admissis à Parocho reperiuntur omnes conditiones, quas Tridentinum exigit ad contrahendam cognationem spiritualem; siquidem, sunt omnes designati ab iis, quibus incumbit, & etiam admissi à Parocho, proinde quamvis non admittantur licitè, quia tamen admissi non irritantur, sed validè suscipiunt parvulum, consequens est, ut contrahant spiritualem cognationem. Tum quia actus qui fit contra legem est firmus quoties lex non adjicit decretum irritans, & pœnam non indicit contra transgressores *l. non dubium C. de legibus*, & communiter docent Jurisperiti cum Bartolo *l. Prætor ait. num. 3. ff. de nov. oper. nuntiat.* atqui quod decretum Tridentini statuit, est, ut Parochus non plures admittat, quàm diversi sexûs, & nullum addit decretum irritans, sed tantùm jubet, Parochum admittentem plures ejusdem sexus esse puniendum arbitrio Ordinarij.

56 Neque obstat, Concilium post prohibitionem admissionis plurium, quàm duorum patrinorum diversi sexus, adjicere clausulam irritantem: quia hæc clausula solùm comprehendit tangentes non designatos, non verò designatos, & admissos à Parocho. Quòd si Concilium voluisset factum irritare, quando plures duobus designantur, facilè id expressisset, & quia id non expressit, signum est, noluisse factum irritare, ut docent Vega *sum. c. 33 cas. 39.* Manuel *1. tom. sum. c. 226. n. 1. not. 4.* Navarrus *n. 4. conf. tit. de cognat. spirit. conf. ult. n. 2.* Sin verò essent plures designati, sed non omnes admissi à Parocho, illi tantùm hanc cognationem contraherent, quos Parochus admitteret. Ratio petitur ex eo, quia cùm Parochus præter duos diversi sexûs expellit alios à parentibus designatos, exequitur præceptum Tridentini; proinde exclusi à Parocho habentur, ut non designati, quia ad Parochum pertinet inquirere, qui designati sint Patrini, & eidem incumbit ita eos admittere, ut servetur numerus patrinorum, ac sexûs diversitas juxta decretum Tridentinæ Synodi.

57 Quæritur decimo octavò, an si plures essent à parentibus designati Patrini, & susceptores parvuli in baptismo, & isti parvulum non susciperent, sed alius non designatus puerum susciperet hic solus contraheret cognationem spiritualem? Putàrim non improbabile, tunc illum solum non designatum, & suscipientem parvulum contrahere hanc cognationem. Ratio ex eo peti potest, quia cùm nullus ex designatis id munus sit executus, perinde se habent in ordine ad levationem pueri de sacro fonte, ac si designati non fuissent; proinde qui puerum suscipit, tunc designatur ab ecclesia, ne parvulus sine Patrino levetur è sacro fonte, proinde ille solus contrahit hanc cognationem. Neque obstat Concilium Tridentinum statuere, neminem præter designatos à parentibus, & admissos à Parocho contrahere hanc cognationem: quia Concilium tantùm excludit non designatos, quando designatio suum sortitur effectum, non verò excludit non designatum, quando designati puerum non suscipiunt in baptismo, cùm enim ecclesia nolit baptismum solemnem carere Patrino, ideò quando designati non suscipiunt parvulum, si non designatus eum suscipiat ex intentione ecclesiæ, est designatus, proinde contrahit hanc cognationem. Idque firmatur ex verbis Tridentini *sess. 24. de matrim. c. 2.* ibi: *Quòd si alij ultra designatos tetigerint*: supponit enim Tridentinum designatos tetigisse: illa enim particula *ultra* ibi denotat personas, quibus præponitur, quæ exercet actum per verbum denotatum, ut docet Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 11. n. 3.*

Nihilominus censeo probabilius, non designatum levantem puerum è sacro fonte non effici verum Patrinum, neque ob talem susceptionem contrahere cognationem spiritualem: ratio est, quia designatio ex Tridentino, ut in præcedentibus ostendimus, est omnino necessaria, ut constituatur Patrinus; per talem enim designationem qualificatur, & constituitur patrinus; atqui ex Tridentino soli Patrini contrahunt cognationem hanc spiritualem, ergo si non designatus suscipit parvulum in baptismo, non videtur hanc cognationem contrahere; quoties enim aliqua qualitas requiritur ut conditio necessaria, illa deficiente non habetur actus, & quia ad constituendum patrinum Concilium exigit designationem, ut conditionem necessariam, ideo si hæc desit, non constituitur patrinus. Neque obstant verba illa Concilij: *Quòd si alij ultra designatos tetigerint*, quia sensus illius particulæ *ultra* est, ut præter designatos nulli alij tangentes contrahant hanc cognationem, nisi & ipsi à parentibus designentur. 58

Quæritur decimo nonò, an ut patrini levantes parvulum è sacro fonte contrahant cognationem spiritualem, requiratur intentio eam contrahendi? videtur enim hæc intentio requiri, quia obligatio non oritur nisi ex consensu, & paternitas spiritualis est quædam obligatio, quæ propterea non debet contrahi nisi ex consensu *l. omnibus negotijs 56. §. de act. & oblig.* Tum quia qui tantùm vult vovere, & non se obligare juxta veriorem sententiam non contrahit voti obligationem ex defectu consensus: ergo etiam volens suscipere puerum in baptismo, si nolit se obligare ad contrahendam obligationem spiritualem, eam non contrahit. Tum quia qui expressis verbis, sed sine consensu, & verò animô ineundi matrimonium, illud contrahit, est nullum, ex defectu consensus in contrahente saltem in foro interno *c. Tua nos de sponf.* 59

Tum quia si Procurator nomine alterius levet è sacro fonte parvulum, ideo non contrahit cognationem spiritualem, quia suscipit puerum cum intentione se non obligandi, nec contrahendi talem cognationem, quam propterea 60

defectu

defectu intentionis non contrahit. Nihilominus respondetur, non requiri necessariò hanc explicitam intentionem contrahendi cognationem spiritualem, sed sufficere, si Patrini intendant id efficere, quod patrini efficiunt, seu exercere actum illum institutum ab ecclesia levandi è sacro fonte parvulum, quia eo ipso quod intendunt efficere, quod patrini efficiunt, virtualiter, & implicitè intendunt contrahere hanc cognationem: qui enim vult exercere aliquem actum, cui est annexa necessariò aliqua obligatio, vult etiam talem obligationem, quæ est inseparabilis à tali actu, alioquin si qui levat parvulum è sacro fonte, non intenderet talem levationem juxta intentionem ecclesiæ, ut etiam contra institutum ejusdem, tunc non contraheret hanc cognationem ex defectu consensus, ex quo oritur obligatio, & sine quo hæc non contrahitur: sine baptizans sine animo faciendi, quod per talem actionem intendit ecclesia, non baptizat, nec contrahit cognationem spiritualem, hinc etiam qui parvulum suscipit tantùm materialiter, & sine intentione obeundi munus susceptoris statutum ab ecclesia non fit verus susceptor, nec contrahit hanc cognationem.

61 Secus si susceptor parvuli intendit exercere, quòd statuit ecclesia, contrahit hanc cognationem, tametsi nollet illam contrahere. Ratio est, quia hujusmodi cognatio non dependet à voluntate suscipientis parvulum, sed ex constitutione ecclesiæ, quæ illam adnexuit levationi parvuli è sacro fonte, adeò ut sit accessoria actui, seu eidem levationi, qui enim vult principale, consequenter vult etiam accessorium eidem annexum *l. si is qui ff. commodati.*

62 Quòd si quis tantùm materialiter levaret puerum, non ut patrinus, sed tantùm ob majorem commoditatem, ne puer humi jaceret sine intentione exercendi id, quod instituit ecclesia, tunc non contraheret hanc cognationem, ex defectu intentionis exercendi munus patrini, quia tunc cùm non intendat principale, quod est munus patrini; neque intendit accessorium, seu obligationem contrahendi hanc cognationem spiritualem.

63 Hinc ad primam rationem dubitandi respondetur, ad obligationem contrahendam requiri quidem consensum, sed non esse necesse, hunc esse semper explicitum, sed sufficere, si sit virtualis, & implicitus, qui semper habetur circa accessorium, quãdo intenditur principale: ex eo antem, quòd levans parvulũ è sacro fonte intendit exercere munus patrini, virtualiter, & implicitè intendit etiam contrahere hanc cognationem, ut accessoriam: volens enim principale, implicitè, & virtualiter vult etiam accessorium: levationi enim è sacro fonte est accessoria paternitas spiritualis, proinde, qui vult talem levationem tenetur etiam velle, ut accessoriam talem cognationem.

64 Ad aliud, quod addebatur de voto, respondetur esse discrimen, quia obligatio adnectitur voto ex propria voluntate ipsius voventis, perinde ac adnectitur matrimonio ex propria voluntate contrahentium: secus hæc cognatio spiritualis adnectitur levationi parvuli è sacro fonte citra consensum levantis, & ex instituto ecclesiæ, adeò ut non sit in libertate suscipientis parvulum nolle talem cognationem; sed velit, nolit, eò ipso quòd intendit munus Patrini obire, virtualiter, implicitè, & consecutivè intendit etiam talem cognationem contrahere, ut etiam si sit designatus Patrinus à parentibus parvuli, & admissus à Parocho, & intendat tantùm exercere illam actionem juxta intentionem ecclesiæ, & nihil aliud, contrahit compaternitatem, & cognationem spiritualem, quia hæc ex intentione, & institutione ecclesiæ est adnexa tali levationi.

Ad tertiam respondetur, esse discrimen de 65 matrimonio, quia in hoc obligatio oritur ex consensu contrahentis, cujus consensus si desit, matrimonium est nullum: secus levationi parvuli è sacro fonte, paternitas, seu cognatio spiritualis est adnexa ex institutione ecclesiæ, proinde non dependet à suscipiente illam non contrahere, si velit parvulum levare è sacro fonte juxta intentionem ecclesiæ.

Ad ultimum, quod addebatur de Procuratore, respondetur, Procuratorem non tenere 66 nomine proprio parvulum; sed tantùm nomine alterius, proinde cùm non intendat nomine proprio principale, neque intendit virtualiter, & implicitè accessorium.

Quæritur vigesimò, an qui per errorem levat de sacro fonte filium Joannis putans esse filium Pauli contrahat hanc cognationem? Certum est, levantem per errorem filium Joannis non contrahere hanc cognationem cum filio Petri, nec cum ejus parentibus, cum revera non levaverit filium Petri, cum enim hæc cognatio oriatur tantùm ex ipsa levatione, & inter levantem, & levatum, & parentes levati; quia levans non levavit filium Petri, non potest cum ipso, nec cum ejus parentibus hanc cognationem contrahere. Quamobrem difficultas potiùs est, an hæc cognatio contrahatur cum filio Joañis, quem levans revera levat de sacro fonte, licèt existimet, esse filium Petri. Plures censent, levantem contrahere hanc cognationem cum filio Joannis, & ejus parentibus, quia sæpe attenditur, quod externè agitur *l. si is qui ff. commod.* & colligitur etiam *ex c. si vir 2. h. t.* ubi supponitur, quòd si uxor per ignorantiam levet de sacro fonte filium mariti, contrahat cognationem cum marito. 67

Verùm contraria sententia est probabilior, 68 quia revera in *d. c. si vir 2. h. t.* deciditur, conjugem ignoranter levantem filium mariti non esse separandã, neq; posse negare debitũ, rescribit enim in *d. c.* Alexander III. conjuges contrahentes compaternitatem in proprio filio, sive ex ignorantia, sive ex malitia non esse separandos, neque attendos à petitione debiti: ex quo textu Abbas ibi *num. 4.* & Alexander de Nevo inferunt, ad contrahendam hanc cognationem spiritualem desiderari necessariò scientiam, & consensum in parvulum, qui levatur, & quando quis levat filium Joannis, quem putat, esse filium

filium Petri, non consentit in filium Joannis. Tum quia levans non intendit exercere actionem veri patrini erga filium Joannis, quem levat de sacro fonte, consequenter defectu consensus, & intentionis, ac voluntatis exercendi munus Patrini erga filium Joannis non videtur cum ipso contrahere hanc cognationem spiritualem.

69 Quòd si dicas, eum, qui baptizat filium Joannis, quem putat esse filium Petri contrahere hanc cognationem spiritualem cum filio Joannis, respondetur, id esse verum, sed adesse discrimen, quia Minister baptismi tenetur habere intentionem ministrandi baptismum præsenti baptizando quicunque ille sit, consequenter, quamvis baptizans putet, præsentem baptizandum esse filium Patri, cum revera sit filius Joannis, contrahit cum ipso cognationem hanc spiritualem, quia ejus intentio est baptizare eum, quem aquâ abluit, & quia hic revera est filius Joannis, ideo cum ipso contrahit hanc cognationem, licèt putet esse filium Petri: secus Patrinus, non tenetur habere illam intentionem, quæ solet semper dirigi ad personâ determinatam, perinde ac contrahens matrimonium, quod ratione erroris personæ vitiatur. Ad rationem in oppositum respondetur, in levante requiri scientiam, qua deficiente non contrahitur hæc cognatio, neque in *d. c. si vir* *2. h. t.* supponitur contracta, cum conjuges ibi non sint separandi, nec arcendi à petitione debiti ex declaratione Pontificis.

70 Quæritur vigesimo primò, an levatio de sacro fonte requisita in Patrinis possit per Procuratorem exerceri? Respondetur, talem levationem esse actionem personalem, & de jure non posse exerceri per procuratorem. Ratio est, quia canones, qui inducunt hanc spiritualem cognationem explicant actionem Patrini, per quam contrahitur hæc cognatio per verba suscipiendi, accipiendi, tenendi, & levandi, quæ omnia denotant propriam ipsius Patrini actionem: unde si velimus de jure loqui, levatio parvuli de sacro fonte est ita personalis, seu propria ipsius patrini, ut non possit exerceri per procuratorem.

71 Secundò quia in *c. debitum de baptismo* cognatio spiritualis, quæ contrahitur in levatione parvuli de sacro fonte æquiparatur cognationi naturali; proinde sicut cognatio naturalis est, ita actio personalis parentum, ut non possit exerceri per alios, ita hæc cognatio spiritualis in baptismo est ita personalis, & propria Pattini, ut non possit exerceri per Procuratorem. Tum quia cognatio spiritualis dicitur imitari cognationem legalem; sed hæc non potest contrahi adoptando per Procuratorem *l. post mortem 25. §. neque adoptare ff. de adopt.* ergo neque cognatio spiritualis contrahi potest levando parvulum de sacro fonte per Procuratorem. Tum quia in *c. de his 30. q. 1.* explicatur susceptio Patrini necessaria ad contrahendam cognationem his verbis: *De his qui filiastros suos ad confirmationem coram Episcopo tenent; id est, qui filios uxoris suæ dum chrismantur super se sustinent*, & in *c. Ad limina 30. q. 1.* etiam dicitur: *Eúmque ipse propriis manibus retinendo suscepit*, hæc autem verba actionem purè personalem patrini expostulant, ut sit verus susceptor, & contrahat cognationem.

Tum quia impedimenta dirimentia matrimonium cùm sint odiosa non debent induci, obi jure expresso non inducuntur: atqui in jure nullibi est expressum posse cognationem spiritualem dirimentem subsequens matrimonium contrahi per Procuratorem; quinimò textus in jure contrarium potiùs significant, consequenter non est dicendum, hanc cognationem dirimentem subsequens matrimonium contrahi per Procuratorem. Præterea quia si Parochus constituat alium sacerdotem, ut nomine suo puerum baptizet non est Parochus, qui contrahit tunc hanc cognationem; sed sacerdos, qui baptizavit: ergo à pari, neque is contrahit hanc cognationem, qui Procuratorem constituit, ut nomine suo puerum levet de sacro fonte: videtur enim utrinque par ratio, & ita docent Baldus *l. si quis ad fin. C. de rapt.* Bartolus *l. Gallus §. forsitan in fin. ff. de liber. & posth.* 72

Consuetudine tamen induci potest, ut contrahatur per Procuratorem hæc cognatio spiritualis: quia quod potest lex inducere, potest etiam consuetudo legitimè præscripta. Hinc aliquando Principes admittuntur ad levandum infantem per Procuratorem, ut inter ipsos Principes, & baptizatum, ejúsque parentes amicitia concilietur, & conciliata conservetur. Verùm inde non sequitur consuetudine inductum esse, ut cognatio spiritualis contrahatur per Procuratorem. 73

TITULUS XII.

De cognatione legali.

Cognationi spirituali Pontifex addidit cognationem legalem, quæ suam à legibus sortitur nomenclationem, dicitur enim cognatio legalis, eò quia primitùs fuerit à legibus civilibus inventa, & deinde per sacros canones recepta, ut habetur in *c. si qua unic. h. t.* & *c. in causa 30. q. 3.* Propriè verò cognatio legalis est, quæ oritur ex adoptione, & adoptio est actus legitimus, per quem is, qui filius non est, in filium

lium assumitur, & jurisfictione habetur, ut filius, quamvis genitus sit ex alio patre; quapropter adoptio est actus, per quem extraneus in alienam familiam, júsque filiifamilias suscipitur. Dicitur autem extraneus eò quia non sit suus filius à se genitus; sive sit plenè extraneus, sive etiam agnatus. Dicitur etiam suscipi in alienam familiam, & etiam in jus filiifamilias, quia nullius alterius cognationis jus quæri per adoptionem potest. Quamobrem adoptare perinde est, ac optione facta deligere, atque in familiam suam suscipere. Imò moris olim erat teste Pomponio Attico, ut is, qui adoptaretur, pronomen, nomen, & cognomen sumeret famiiæ adoptantis, hinc Octavius post adoptionem Octavianus dictus est, ut explicat Paulus Manutius *in ult. epist. lib. 3. famil. epist. Cicer.* Unde in hoc titulo quæritur, an hæc cognatio legalis inducat impedimentum dirimens matrimonium.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Unici Capitis comprehensi in hoc Titulo.

C. SI QUA 1. h. t. *Nicolaus Papa rescribit ad consulta Bulgarorum inter adoptatum, & filiam adoptantis durante adoptione non posse esse matrimonium. Ubi notat Glossa, id etiam procedere de arrogato, donec emancipetur. Dicitur hæc cognatio legalis ex communi usu loquendi, eò quia per leges civiles introducta sit: estque cognatio legalis effectus adoptionis, ex qua oritur, perinde ac affinitas ex copula; & definitur à jurisperitis actus legitimus, per quem quis fit filius, vel nepos ad naturæ imitationem, cùm talis ex natura non sit: & à Theologis dicitur electio personæ extraneæ in filium, vel nepotem; dicitur enim electio, seu assumptio personæ extraneæ, seu extra potestatem adoptantis constitutæ sive consanguinea sit, sive non. Additur in filium, vel nepotem, quia non potest quis adoptari in fratrem, vel patrem* l. nec C. de hæred. instituend. *Per adoptionem autem, si hæc perfecta sit, adoptatus transit in potestatem adoptantis, cui succedit, ac si esset ejus filius naturalis, ut ejus hæres necessarius: & hæc adoptio dicitur arrogatio, & differt ab alia adoptione imperfecta, vi cujus adoptatus non transit in potestatem adoptantis, nec fit ejus hæres necessarius ex testamento, sed solùm ab intestato. Cognatio autem legalis ex probabiliori sententia apud Sanchez* lib. 7. disp. 63. n. 8. *non oritur, nisi ex adoptione perfecta, quæ arrogatio est.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid sit cognatio legalis, & quot ejus species.

1 COgnatio legalis est effectus adoptionis, ex qua oritur, ut à propria causa, perinde ac affinitas ex copula. Definitur autem adoptio communiter à Jurisperitis, actus legitimus, per quem fit filius, aut nepos, qui non est, penè naturam imitans: à D. Thoma autem *in 4. dist. 42. q. 2. art. 1.* definitur clariùs, extraneæ personæ in filium, vel nepotem legitima assumptio. Dicitur enim assumptio personæ extraneæ, quia adoptatus non fuit genitus ab adoprante, sive adoptatus sit consanguineus, sive non. Subditur in filium, vel nepotem, seu in filiam, vel neptem, est enim eadem ratio de fœminis, ac de maribus, quia non potest quispiam adoptari in fratrem, vel sororem, vel parentem *l. nec apud C. de hæred. instit.* Hæc autem assumptio debet esse legitima hoc est secundùm formam legum: quia cum fuerit hæc adoptio instituta à legibus, ut valeat, & effectum cognationis producat, debet in ejus institutione servari forma à legibus præscripta: hæc autem assumptio extraneæ personæ in filium, nil aliud est, quàm electio, quâ quis sibi deligit extraneum in successorem: cùm indita homini sit à natura propensio ad suam successionem in posteros propagandam; leges civiles ut satisfacerent huic naturali propensioni introduxerunt, seu potiùs induxerunt, ut carentes propriis naturalibus filiis possent suæ consulere successioni adoptantes alios in liberos. Hinc adoptio est veluti legalis quædam generatio. Hæc autem adoptio concessa à jure civili approbata postea fuit à jure canonico.

Est autem adoptio duplex, perfecta una, 2
quæ & arrogatio dicitur, per quam adoptatus, qui est sui juris rescripto Principis transit in po-

testatem adoptantis, sitque hæres necessarius illius ex testamento in quarta parte bonorum, perinde ac filius naturalis. Altera est adoptio imperfecta, quæ & simplex, ac specialis dicitur, & ratione hujus, adoptatus non transit in potestatem adoptantis, adeò ut non egrediatur potestatem proprij patris, aut avi, nec fiat hæres necessarius adoptantis ex testamento, adeò ut possit tantùm illi succedere ab intestato. Hinc quinque assignantur differentiæ inter adoptionem perfectam, & imperfectam: prima est, quia per simplicem adoptionem adoptatus non transit in potestatem adoptantis, nec fit ejus hæres necessarius ex testamento, sed tantùm ab intestato: secus per adoptionem perfectam adoptatus transit in potestatem adoptantis, & jurisfictione habetur tanquam filius naturalis, éstque ejus hæres necessarius ab intestato, & ex testamento in quarta bonorum parte *instit. de adopt. §. sed hodie.*

3 Secundò differunt, quia adoptione imperfecta adoptari potest, qui non est sui juris, ut filius constitutus, & manens sub patria potestate: secus adoptione perfecta non adoptatur, nisi qui est sui juris, seu emancipatus, ac liber homo, quia cùm transeat in potestatem adoptantis, debet esse sui juris, ut possit se tradere adoptanti, ac constituere sub ejus potestate, & desumitur *ex l. 2. §. ult. ff. de adopt.*

4 Tertiò differunt, quia imperfecta potest fieri authoritate cujusvis judicis competentis, dummodo habeat merum, & mixtum imperium, seu plenam actionem: secus perfecta non fit nisi authoritate Principis *l. 1. C. de adopt. & instit. eod. tit. in princ.*

5 Quartò, quia adoptans imperfectè non tenetur resarcire damna, si quæ adoptatus patietur ex tali adoptione: secus adoptans perfectè tenetur talia bona resarcire illis personis, ad quas essent perventura, si adoptatus mansisset in suo statu *l. nec ei §. fin. de adopt.*

6 Quintò quia in adoptione imperfecta non requiritur verbum utriusque expressum, benè tamen in perfecta; requiritur enim, ut Princeps interroget adoptantem, si velit habere talem extraneum in filium, nepotem, vel pronepotem; & adoptans tenetur respondere *volo.*

7 Rursus debet etiam interrogare adoptatum, si velit, talem hominem habere in patrem, Avum, vel proavum, & tenetur adoptatus respondere *volo*, manifestato explicitè consensu adoptantis, & adoptati Princeps etiam debet exprimere, quòd sibi placeat, ut talis extraneus assumatur in filium, nepotem, vel pronepotem à tali homine adoptante *l. in adopt. 5. ff. de adopt. l. reg. 7. tit. 7. p. 4.*

8 Ut autem possit quis extraneum adoptare in filium, nepotem, vel pronepotem, requiritur ut sit sui juris, & expleverit 25. ætatis annum, quia si non sit sui juris, nec major 25. annis non potest sua propria bona administrare; proinde neque de ipsis disponere. Præterea debet esse vir, quia fœminæ non permittuntur adoptare nisi ex speciali privilegio principis: ratio est, quia fœminæ, nec proprios filios carnales habent sub sua potestate, cùm subjiciantur potestati viri. Rursus requiritur etiam ut adoptans possit generare, vel si non sit ad id potens, defectus oriatur ex aliquo casu accidentario, non verò sit defectus naturalis.

9 Hinc frigidi prohibentur adoptare, eò quia sint naturaliter impotentes *l. 2. ff. de adopt.* & ratio desumitur ex eo, quia adoptio instituta fuerit ad supplendum defectum liberorum, unde facultas adoptandi à jure his tantùm conceditur, qui naturaliter possunt generare. Castrati verò possunt adoptare, quia sunt demasculati ex accidente. Præterea adoptans debet illum adoptare, cujus posset esse pater naturalis: imò communior sententia asserit, debere octodecim annis esse adultiorem adoptato. Imò ut quis perfectè adoptet, debet 40. ætatis annum attigisse, ut notat Sylvester *V. adoptio. q. 5.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 63.*

10 Definitur igitur cognatio legalis propinquitas quædam personarum proveniens ex adoptione introducta à jure civili, & approbata à jure canonico, & per hoc differt à cognatione naturali, quæ non oritur nisi ex consanguinitate, vel affinitate naturali. Tres dantur species hujus cognationis legalis.

11 Prima est in recta linea quasi ascendentium, & descendentium inter adoptantem, & adoptatum, vel adoptati descendentes usque ad quartum gradum *l. quin etiam. ff. de ritu nupt. instit. de nupt. §. ergo non omnes.* & in jure canonico *c. ita diligere 30. q. 3.*

12 Secunda est in linea transversali inter filios naturales adoptantis, & filium ipsum adoptatum, & hæc in primo gradu terminatur in ordine ad dirimendum matrimonium *c. per adoptionem 30. q. 3. instit. de nupt. §. inter eas l. per adoptionem ff. de ritu nuptiar.*

13 Tertia est quasi affinitas legalis inter adoptantem, & uxorem adoptati, ut etiam è contra inter adoptatum, & uxorem adoptantis *l. adoptivus ff. de ritu nupt.* Certum est, has tres species cognationis legalis perfectæ dirimere matrimonium contrahendum jure ecclesiastico, quia in jure canonico nullibi reperitur textus excipiens aliquam ex hisce tribus speciebus.

14 Quoad primam speciem quasi ascendentium, & descendentium inter patrem adoptantem, & filium, & filiam, vel nepotem, & neptem adoptati hæc species indistinctè, ac in perpetuum impedit, ac dirimit matrimonium etiam soluta adoptione per mortem adoptantis, vel emancipationem adoptati, hinc adoptans non potest contrahere matrimonium cum filia, aut nepte adoptati, quia adoptato patre adoptantur etiam filij, & nepotes, qui sunt in potestate adoptati *c. ita diligere 1. caus. 30. q. 3.*

15 Secunda species lineæ transversæ inter naturales filios adoptantis, & adoptatum etiam dirimit matrimonium; non tamen in perpetuum, sed tantùm quamdiu durat ipsa adoptio, & desumitur ex *c. si qua unic. h. t.* ubi Nicolaus Papa rescribit, quòd inter adoptatum, & filiam adoptantis durante adoptione non possit esse

matri-

matrimonium, eò qoia durante adoptione sunt veluti fratres, & sorores, proinde non possunt matrimonium contrahere, quia ex adoptione legitimè facta oritur propinquitas, seu cognatio legalis, non solùm inter adoptantem, & illum, qui est adoptatus in filium; sed etiam inter adoptatum; & filium, vel filiam naturalem adoptantis, quæ tamen cognatio finitur cessante adoptione.

16 Sex modis cessat adoptio. Primò per mortem naturalem adoptantis. Secundò per ejus mortem civilem: Tertiò ob nuptias incestuosas: Quartò ob dignitatem, ut Episcopalem. Quintò per sententiam judicis: Sextò per emancipationem: unde si pater filiam suam adoptivam emancipat, poterit eam filio suo naturali, & legitimo dare in uxorem. Ut etiam filius carnalis adoptantis potest ducere sororem adoptivam post mortem patris, quia tunc cessat adoptio.

17 Solùm inter adoptatum, & liberos naturales, ac legitimos adoptantis in linea transversa nequit matrimonium consistere, quamdiu adoptatus manet in potestate adoptantis *l. per adoptionem. 17. ff. de ritu nupt.* Tertia demum species cognationis legalis, quæ est quædam affinitas inter adoptatum, & uxorem adoptantis ex una parte, & inter adoptantem, & uxorem adoptati ex altera, dirimit perpetuò matrimonium etiam cessante adoptione per mortem adoptantis *l. vel emancipatione adoptati l. adoptivus 14. in princ. & l. quin etiam, 55. ff. de ritu nupt.* Neque obstat, quòd in jure canonico nulla fiat mentio hujus tertiæ speciei legalis affinitatis, quia cùm rubrica hujus tituli sit generalis, comprehendit omnes species cognationis legalis, præsertim cùm omnes tres prærecensitæ species ex consuetudine, & praxi ecclesiæ sint receptæ, ac approbatæ, proinde sub generali rubrica comprehenduntur omnes illæ tres species.

18 Quòd si quæras, cur prima, & tertia species dirimant matrimonium in perpetuum, non ita secunda, sed tantùm quamdiu durat adoptio, vel arrogatio. Respondetur discrimen peti ex eo, quia in prima, & tertia specie prohibetur matrimonium ob reverentiam debitam ab adoptato, & ejus uxore, adoptanti, & ejus uxori; & cum hæc perpetuò duret, etiam perpetua esse debet prohibitio matrimonij in prima, & tertia specie. Secus quia in secunda specie reverentia est tantùm debita ob interpretativam filiationem provenientem ex adoptione: hinc est, quòd tamdiu duret impedimentum, quamdiu perseverat adoptio, quâ cessante cessat etiam impedimentum.

19 Hinc inter filium legitimum, & sororem adoptivam non potest matrimonium iniri, quamdiu durat adoptio; quia honestas non patitur, ut quis cum sorore licèt adoptiva matrimonium contrahat, quamdiu adoptio durat, quia hæc ex jure est imitatrix naturæ, quæ ob honestatem non patitur matrimonium contrahi inter fratrem, & sororem; dissolutâ verò adoptione, vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem adoptati, cum non sint amplius fratres, & sorores, cessat causa impedimenti, proinde cessat prohibitio, & potest matrimonium iniri: sicut durante adoptione durat impedimentum. Secus est in quasi ascendentibus, & descendentibus, quia reverentia, quam debet adoptatus cum sua uxore, & suis descendentibus adoptanti, & ejus uxori est perpetua, proinde impedimentum est etiam perpetuum, adeò ut nunquam possit matrimonium iniri.

Juvat observare, quòd non statim ac aliquis aggregat extraneum suæ familiæ, censetur eum adoptare in filium legaliter: siquidem ex misericordia, & in defectu propriorum parentum contingit, ut viri divites filios extraneos acceptent in proprijs domibus, ijsque suppeditent necessaria quoad victum, & vestitum quamobrem ut quis censeatur adoptans, requiritur solemnitas juris, ut paulò superiùs explicuimus. Quinimò licèt in Germania nonnunquam contingat unio prolium cum aliqua solemnitate, ut notat Gaillus *lib. 2. obser. 125. n. 6.* non tamen inde oritur impedimentum legalis cognationis: quia tunc talis unio non tam fit propter majorem conjunctionem personarum; quàm ut liberi æqualiter succedant in bonis tam paternis, quàm maternis. 20

21 Quamobrem si vidua nubat viduo; & uterque ex priori matrimonio susceperit liberos, quos deinde per unionem conjungant, adhuc non obstante hac conjunctione possunt inter ipsos matrimonium contrahere: quia hæc unio prolium est de jure scripto incognita, & tantùm ex consuetudine introducta, & sine textu expresso non licèt impedimentum ullum statuere: hinc inter adoptantem, & parentes filij adoptivi potest matrimonium contrahi, quia nulla inter ipsos contrahitur cognatio.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum legalis cognationis? Adoptio imperfecta est, quâ adoptatus non transit in potestatem adoptantis, eò quia per adoptionem imperfectam assumatur in filium, qui est sub potestate sui patris carnalis, & non est ejus hæres necessarius ex testamento, sed tantùm ab intestato; & potest fieri authoritate Magistratus inferioris, vel Principis, dummodo habeat utrumque imperium merum, & mixtum. Respondent plures, inter quos Pontius *de matrim. lib. 7. c. 41. n. 2.* Toletus *lib. 7. c. 4. n. 7.* Hurtadus *disp. 19. diffic. 2. n. 3.* Rebellius *lib. 3. de matrim. q. 7. n. 15.* & alij apud illos, impedimentum legalis cognationis oriri ex imperfecta adoptione: & nituntur eò quia jura, quibus ex adoptione inducitur cognatio legalis dirimens matrimonium, loquuntur sine ulla distinctione, sed absolutè de adoptione: atqui adoptio imperfecta, 1

cta, licèt imperfecta, est tamen absolutè, verè, & propriè adoptio: ergo jura cùm loquantur ablolutè, & indistinctè comprehendunt etiam adoptionem imperfectam.

2 Tum quia textns ex jure canonico, in quibus cognatio legalis asseritur impedire matrimoninm, loquuntur ablolutè de adoptione *c. ita diligere c. per adoptionem. 30. q. 3. c. si qua unic. h. t.* unde sine fundamento restringitur cognario legalis ad solam adoptionem perfectam, quia lex quando absolutè loquitur, debet intelligi absolutè, & distinctionibus non est ejos efficacia minuenda. *l. distinguemus 8. cum similibus ff. de recept. arbit.* Nihilominus contraria sententia est communior, ac verior, quam docenr Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 63. n. 9.* Perez *de matrim. disp. 30. sect. 2. n. 6.* Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 2. controvers. 21. n. 14.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 7. n. 3.*

3 Ratio est, quia cùm matrimonium sit res favorabilis, utpote in propagationem, & conservationem speciei humanæ; jura, quæ illud dirimunt ob impedimentum cognationis legalis, non debent laxè interpretari contra favorem matrimonij, sed potius restringi ad solam perfectam adoptionem: unde licèr jura non distinguant, sed loquantur absolutè; distinctio tamen oritur ex natura rei, quia odiosa restringi debent, non ampliari. Tum quia eatenus cognatio legalis mattimonium impedit, quia filius adoptivus debet habitare in domo adoptanris; atqui id non est necessè, nisi adoptio sit perfecta, unde ex hac tantùm oritur impedimenrum legalis cognationis.

4 Id etiam docet D. Thomas *in 3. p. q. 57. art. 2.* & *ex responsione ad 1. & 4.* ubi tantùm loquitur de adoptione perfecta. Tum quia eo ipso, quòd adoptio est imperfecta, est dispositio quædam ad perfectam adoprionem, proinde non debet ex ipsa nasci hoc impedimentum, quia cum sir odiosum matrimonio, debet restringi ad adoptionem perfectam, non verò extendi ad ejus dispositionem, seu ad adoptionem imperfectam, cùm per hanc persona adoptata non rranseat in potestatem adoptantis, nec succedat in ejus bona, imò nec persona adoptans renetur, ei quotam aliquam bonorum partem in testamento relinquere: ex quibus liquet, adoptionem imperfectam esse tantùm quandam dispositionem ad perfectam, proinde ex illo non otiri hoc impedimentum.

5 Quòd si dicas, etiam catechismum esse dispositionem ad baptismum, & nihilominus per baptismi catechismum contrahitur cognatio quædam spiritualis licèt imperfecta, quæ solùm impedit matrimonium *c. per catechismum 2. de cognat. spirit. in 6.* ergo etiam per adoptionem imperfectam contrahitur impedimentum cognationis legalis.

6 Contra, est enim discrimen inter catechismũ, & adoptionem imperfectam: quia in catechismo habetur exptessus texrus, in quo id deciditur, non ita in adoptione imperfecta. Neque ex similitudine rationis potest induci hoc impedimentum matrimonij: alioquin posset etiam quis dicere, ex solo Exorcismo oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendum, eò quia sit etiam quædam dispositio ad baptismum, sicut catechismus. Hinc patet solutio ad fundamentum oppositæ sententiæ, quia licèt jura loquantur indistinctè, quia tamen sunt odiosa matrimonio, quatenus injiciunt impedimenta, ne contrahatur, non debent ampliari, neque extendi ad imperfectam adoptionem, sed tantùm restringi ad perfectam.

7 Quæritur secundò, an inter filios adoptivos possit esse matrimonium, adeò ut si adoptans adoptet in filium Joannem, & in filiam Lucretiam possint Joannes, & Lucretia simul contrahere matrimonium, si non obsit nisi sola adoptio, eò quia sint simul adoptati ab eodem adoptante? Respondetur, communiorem, & veriorem sententiam esse, posse filios adoptivos matrimonium inter se inire, si aliàs non sint consanguinei, nec ullum aliud obsit impedimentum nisi sola adoptio, ut docent Sanchez *de matrim. lib. 7. c. 41. num. 4.* Hurtadus *de matrim. disp. 19. diffic. 3. num. 3.* Rebellius *p. 2. lib. 3. q. 7. conclus. 3. num. 12.* Ratio est, quia nulla inter ipsos est in jure statuta cognatio legalis: siquidem *in c. si qua unic. h. t.* Pontifex rantùm loquitur de vera filia naturali, & carnali patris adoptantis, quæ per adoptionem incipit esse soror adoptiva filij adoptivi, & ubi agitur de impedimentis matrimonij, non sunt hæc ob solam rationis similitudinem inducenda.

8 Quamobrem inter filios legales nullum esse potest impedimentum cognationis legalis, cum nullo jure statuatur. Neque obstat, quòd ex convictu oriri possit aliquod periculum incontinentiæ: quia non obstanie rali periculo, adhuc jura tacent, quamvis persæpe plures adoptentur, unde cùm hoc impedimentum dependear ex jure ecclesiastico, & hoc jus non ponat tale impedimentum, nec nos debemus illud ponere. Quinimò Rebellius *p. 2. lib. 3. q. 7. conclus. 3. num. 12.* ex Navarro *c. 22. num. 41.* asserit, hoc impedimentum cognationis legalis non procedere inter adoptivum, & filiam naturalem adoptantis, si hæc sit legitima; quæ tamen sententia non est ita tuta.

9 Quæritur tertiò, qualem vim habeat hoc impedimentum ortum ex cognatione legali? Ratio dubirandi est, quia hoc impedimentum introductum tantùm fuit per leges civiles, quæ cùm careant potestate statuendi impedimenta matrimonij inter fideles, non videntur, posse hoc impedimentum injicere? Respondetur, hoc impedimentum ortum ex perfecta adoptione habere vim dirimendi matrimonium, non quatenus simpliciter orirur à legibus, sed quatenus leges civiles quoad hoc approbantur à jure canonico, ut constat ex *c. ita diligere 30. q. 3.* & est ex Nicolao Pontifice ad consulta Bulgarorum; unde hoc impedimentum licèt mediatè, & remotè oriatur ex legibus civilibus, proximè tamen, & immediatè oritur ex jure canonico, quia eo ipso quòd hoc approbat leges civiles injicit hoc impedimentum ortum ex cognatione legali.

legali. Debet tamen ut hæc cognatio obstans matrimonio oriatur ex adoptione, servari forma in jure præscripta, quin eâ non servatâ, quamvis adoptans coram multo populo assereret, se talem extraneum adoptare in filium, adoptatio esset nulla ex defectu formæ in jure præscriptæ: est enim forma, quæ dat esse actui *c. tua de sponsal. c. quia propter. de elect.* unde deficiente forma deficit actus.

10 Quæritur quartò, an adoptans possit matrimonium contrahere cum filia illius fœminæ, quam adoptavit? Respondent nonnulli posse adoptantem nubere filiæ matris adoptatæ: ratio est, quia inter adoptantem, & filiam mulieris adoptatæ non contrahitur cognatio legalis, quæ impediat matrimonium, siquidem mulier cum non habeat prolem in sua potestate, licèt ipsa transeat in potestatem adoptantis, non tamen ejus filia, cùm hæc non sit in potestate matris §. *fœmina instit. de adopt.* & hac ratione communiter docent, filiam mulieris adoptatæ non transire in potestatem patris adoptantis matrem: quapropter cùm filia non censeatur una cum matre adoptata, poterit inter patrem adoptantem, & filiam filiæ adoptatæ consistere matrimonium, ut docent Sylvester *V. matrim. 8. q. 8. dist. 5.* Sanchez *lib. 7. disp. 63. num. 35.* Astensis *sum. 2. p. lib. 8. tit. 19. art. 2. q. 9.* Rosella *V. impedimentum imped. 7. num. 5.* & alij, qui etiam docent, posse adoptantem inire matrimonium cùm filia illegitima adoptati, eò quia licèt proles sit sub potestate patris; non tamen proles illegitima, quapropter non transit unà cum patre in potestatem adoptantis. Tum quia illegitimus est conjunctus vinculo naturalis consanguinitatis cum patre, proinde etiam cum ejus consanguineis: at cum adoptivis nullum est vinculum naturale, sed solùm civile, quod solùm durat inter fratres illos, qui in patriam potestatem non transeunt.

11 Verùm sententia asserens non posse adoptantem ducere filiam adoptati est communior: quia cum adoptato adoptantur etiam filij, ut paulò superiùs diximus.

12 Quæritur quintò, an cognatio legalis superveniens matrimonio jam contracto impediat petitionem debiti? Certum est, cognationem legalem supervenientem matrimonio contracto illud non dirimere, sed tantùm, quæ antecedit matrimonium contrahendum, eò enim ipso, quòd matrimonium est semel validè initum, est vinculum indissolubile, quod propterea non dissolvitur per superveniens impedimentum. Unde difficultas est, an cognatio legalis superveniens matrimonio jam contracto impediat petitionem debiti respectu conjugis, qui illam contraxit. Plures affirmant cum Sylvestro *V. matrimonium 8. q. 7. dict. 2.* eo innixi fundamento; quia omne impedimentum, quod si præcederet matrimonium, illud simpliciter dirimeret; si superveniat matrimonio jam contracto, quia non potest illud dirimere simpliciter, eò quis semel validè contractum sit vinculum indissolubile, illud tamen dirimit secundùm quid, quatenus impedit ejus usum quoad exactionem debiti. Nihilominus, quia id non nititur ullo textu excludente in tali casu petitionem debiti, contraria sententia est valdè probabilis, quia cùm in cognatione legali, non reperiatur, quod superveniens matrimonio jam contracto impediat usum matrimonij, non est tale impedimentum gratis ponendum: cùm enim impedimentum cognationis legalis sit odiosum matrimonio non debet extendi ad casus in jure non expressos. Cæterum cognatio legalis superveniens dirimeret sponsalia præcedentia, quia cùm sint sola promissio futuri matrimonij, dissolvuntur superveniente impedimento, quod matrimonium contrahendum dirimeret.

Quæritur sextò, an cognatio legalis dirimat matrimonium inter adoptantem infidelem, & adoptatam itidem infidelem? Respondetur id dependere à statutis, & consuetudinibus locorum. Cùm enim hoc impedimentum inter Christianos sit introductum jure ecclesiastico: & infideles non teneantur servare leges ecclesiæ, ideo si nullum aliud obstet statutum, potest adoptans infidelis nubere filiæ adoptatæ infideli. Quamobrem si hæc adoptio fieret apud infideles, & iniretur matrimonium inter adoptatum, & adoptantem, sortiretur suam validitatem, nisi speciali eorum lege tale matrimonium irritaretur: quia infideles, non subduntur legibus ecclesiæ, à cujus approbatione hoc impedimentum vim habet. 13

Quæritur septimò, usque ad quos gradus extendatur cognatio legalis impediens, ac dirimens matrimonium inter adoptantem, & adoptatum, ejusque ascendentes, & descendentes? Plures docent, extendi usque ad quartum gradum ita Sotus *4. dist. 42. q. 2. art. 2. conclus. 2.* Faber *instit. de nupt. §. inter eas. vers. itaque.* Navarrus *sum. c. 22. num. 45.* & alij nitentes hac ratione, quia cùm consanguinitas sit restricta ad quartum gradum, nec ulterius se extendat, à fortiori sequitur, non debere cognationem legalem se extendere ultra quartum gradum. Verùm hæc ratio non videtur magni momenti, quia in linea recta ascendentium, & descendentium, de qua est quæstio, communior sententia docet, impedimentum consanguinitatis procedere in infinitum intra eandem lineam. 14

Præterea adhuc non videtur par ratio, quia cum lex respiciat, quæ communiter, & frequentiùs contingunt *l. nam ad ea ff. de legib.* & impedimenta consanguinitatis, & affinitatis sint frequentissima, ideo jura potuerunt impedimentum consanguinitatis, & affinitatis restringere, ut non extenderetur ultra quartum gradum. Secus quia impedimentum cognationis legalis est rarissimum, ideo non currit eadem ratio etiam restringendi hoc impedimentum, cùm nulla sit lex, quâ restringatur. Quamobrem putârim cùm aliis, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 63. num. 34.* hoc impedimentum cognationis legalis in linea recta ascendentium, & descendentium, adoptantis, & adoptati protrahi in infinitum, adeò ut non possit adoptans contrahere matrimonium cum 15

filiis suis adoptivis, neque cum nepotibus, pronepotibus, aliisque descendentibus à filio suo adoptivo: ratio est, quia adoptata aliqua persona censentur adoptati filij, & descendentes omnes, qui erant in potestate adoptati tempore adoptionis *l. si paterfamilias 15. in princ. ff. de adopt.*

16 Quòd si descendentes tempore adoptionis non erant sub potestate adoptati, potest adoptans cum illis matrimonium contrahere; quia nullam cùm ipsis legalem cognationem contraxit, idque desumitur ex doctrina D. Thomæ *in 4. dist. 42. q. 2. art. 3. ad 4.* ubi reddens rationem, cur cognatione, quæ fortior est, scilicet spirituali non transeunte ad nepotes, transeat cognatio legalis, ait, id contingere, quia per cognationem legalem filius adoptivus transeat in potestatem patris adoptantis, proinde quidquid est in potestate illius filij adoptivi, transit etiam in potestatem adoptantis: quæ ratio est, cur adoptato filio adoptentur etiam nepotes constituti tempore adoptionis sub potestate filij adoptivi.

* * *

TITULUS XIII.

De eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ.

Cùm Pontifex egisset in præcedentibus titulis de cognatione spirituali, & legali, nunc adjicit impedimentum proveniens ex cognatione carnali, quæ ut notat Panormitanus comprehendit laxè tum cognationem propriè dictam, tum affinitatem ortam ex copula habita cum consanguinea uxoris. Unde tota vis hujus tituli in eo sita est, ut ostendat affinitatem contractam ex copula cum consanguinea uxoris non dirimere matrimonium priús contractum; sed solvere sponsalia de futuro, & privare etiam facultate contrahendi licitè matrimonium, quòd si jam contractum fuerit, etiam privare facultate exigendi debitum à propria uxore legitima.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *SI QUIS 1. h. t. Ex Concilio apud Metiam statuitur, quod si quis cum filiastra sua scienter fuit fornicatus, non possit nec à matre debitum petere, nec filiam unquam habere in uxorem: nec ipse, nec filiastra unquam possint matrimonio alicui copulari. Ubi notat Glossa, posse tamen reddere debitum; quòd si post mortem uxoris contrahat cum alia, matrimonium tenet. Nomine autem filiastræ, de qua fit mentio in textu, intelligitur filia ex alio conjuge genita, vel filius non tamen ex eo marito, quem modo habet mulier: unde sunt proprij filij uxoris, & privigni parentis, cum quibus vel alijs consanguineis uxoris, si quis rem habeat, incestum committit, & punitur duplici pœna: primò quia privatur facultate exigendi debitum ab uxore propria: secundò quia prohibetur pro quovis tempore nubere non solùm illi, quam cognovit, sed etiam cuivis alteri; & licet hic titulus solùm loquatur de viro cognoscente consanguineam uxoris suæ: id tamen etiam procedit de uxore committente incestum cùm consanguinea viri* c. si quis cum muliere 43. q. 2.

C. *VENIENS 2. h. t. Alexander III. declarat, quòd si quis contrahat sponsalia de futuro cum filia, si postea cognoscat matrem, solvuntur sponsalia, non ita si contrahat matrimonium de præsenti. Rursus declarat, incestuosum, qui cognovit uxorem patris, vel matrem uxoris, non posse ampliùs alicui nubere, nisi ex dispensatione. Ex quo textu apertè colligitur per supervenientem affinitatem dissolui tantùm sponsalia de futuro, non verò de præsenti; adeò ut affinitas matrimonio superveniens illud non dissolvat. Liquet etiam, eum, qui cognoscit consanguineam suæ sponsæ inhabilitari ad matrimonium etiam cum alia, sed posse circa hanc inhabilitatem facile dispensari, ut notat Panormitanus hic n. 3. Non ita si quis cōmitteret incestum cum consanguinea uxoris suæ, tunc enim dispensatio est multò difficilior. Cæterum notat Glossa, quòd si nuberet sine dispensatione, peccaret quidem: sed matrimonium esset validum.*

C. *DE ILLO 3. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si meus frater asserat, se cognovisse primò meam conjugem, non debeat ad dictum illius*

solvi

solvi matrimonium, nisi id sit publicum, & notorium, vel probetur per idoneos testes. Ubi notandum est, ad dictum unius matrimonium jam contractum non separari, quia sola confessio unius non præjudicat, quamvis rumor viciniæ consentiret c. super eo 5. h. t. *secus tamen esset de matrimonio contrahendo non contracto* c. præterea de sponsal.

C. *TRANSMISSÆ 4. h. t. Cælestinus III. declarat, quòd si quis mortua uxore cognoscat ejus filiam, seu privignam, & ei nubat, non debeat petere debitum, sed tantùm reddere, & agere pœnitentiam, & si supervixerit, debeat manere sine spe conjugij ob incestum commissum: ad hanc autem pœnam incurrendam, non est necesse, ut incestus contingat vivente uxore, neque ut crimen sit notorium, quapropter neque est necessaria sententia Judicis, ut docet Sanchez* lib. 7. disp. 15. n. 5. *ubi addit, hoc impedimentum non oriri ex incestu cum proprijs consanguineis, quia canones id non exprimunt, quamvis sit crimen gravius.*

C. *SUPER EO 5. h. t. rescribit idem Pont. quòd licèt uterque conjugatus fateatur, maritum ante matrimonium cognovisse consanguineam uxoris, & talis sit etiam rumor viciniæ, non propterea sit statim matrimonium separandum, nisi accedant rationabiles probationes digna fide. Ex quo textu liquet, ad dirimendum matrimonium jam contractum non sufficere solam conjugum confessionem, præsertim si ambo conjuges concordent in confitendo. Creditur autem confessioni conjugũ asserentium matrimonium esse contractum, quia assertio conjugum deponentium pro matrimonio est tota favorabilis etiam confitentibus, & Republicæ. Secus confessio contra matrimonium est odiosa præsertim ob præsumptionem collusionis, unde non creditur assertioni conjugum, quia assertio cedit in præjudicium matrimonij: cæterum confessio conjugum sufficit, si tantùm petant separationem tori, non verò vinculi.*

C. *DISCRETIONEM 6. h. t. Innocentius III. declarat, affinitatem supervenientem non dirimere matrimonium contractum de præsenti. Rursus maritum, qui tradit uxorem adulterandam, præsertim invitam, non posse ei objicere de adulterio, nec separari: & neminem debere absque culpa propria privari suo jure. Ex quo textu liquet, virum non posse petere divortium ex causa adulterij, si uxorem invitam ipse prostituit; secùs tamen, si uxor nondum cognita a viro committeret adulterium.*

C. *FRATERNITATI 7. h. t. Idem Pont. rescribit, eum qui contrahit sponsalia cum puella septenni, quam etiam polluit, non posse habere ejus sororem in uxorem, nec ipsam fratrem sponsi. Idque non propter extraordinarium conatum ad copulam, sed propter publicam honestatem ortam ex sponsalibus de futuro, quæ præcesserunt.*

C. *EX LITTERIS 8. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si quis matrem sponsæ de futuro cognoscat carnaliter, & deinde polluat filiam adultam scientem, rumpat sponsalia, & non possint mater, filia, nec ipse ampliùs contrahere matrimonium cum aliqua, nisi fortassis timeatur de lapsu carnis. Ex quo textu liquet, incestum impedire matrimonium contrahendum: verùm licet mater, & vir non potuerint amplius contrahere inter se ob crimen fornicationis, cui hæc pœna est annexa, & etiam ob affinitatem contractam ex persona puellæ, & publicam honestatem ortam ex sponsalibus cum filia; potuerunt nihilominus mater, & vir contrahere cum extraneis licèt non inter se, ut desumitur ex* c. transmissæ 4. h. t.

C. *VENIENS 9. h. t. Idem Pontif. rescribit eum, qui cognitâ unâ sorore nubit postea alteri, debere ab utraque abstinere: ratio est, quia sine incestu non potuit cum illa rem habere, hinc ab uxore ob commissum crimen incestus debet saltem abstinere à debito petendo, licèt teneatur uxori reddere, si non fuit conscia commissi incestus cum sorore.*

C. *TUÆ FRATERNITATIS 10. h. t. Idem Pont. declarat, affinitatem supervenientem non solvere matrimonium, bene tamen impedire petitionem debiti, quia affinitas superveniens inter maritum, & uxorem privat tantùm nocentem jure exigendi debitum, non verò illum absolvit ab obligatione reddendi, nisi uterq; esset nocens, quia innocens sine propria culpa non est privandus suo jure.*

C. *JORDANÆ ULT. h. t. Idem Pont. declarat idem, quod supra, sed in casu, quo malitia supplebat ætatem, quia pubertas, quæ in fœminis habetur anno ætatis 12. completo, potest maturius præveniri supplente malitiâ ætatem, proinde Pontifex supposuit per sequentem copulam sponsalia cum prima celebrata transivisse in matrimonium.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

An incestus cum consanguinea uxoris suæ impediat, vel dirimat matrimonium.

1 CErtum est, incestum impedire, ne matrimonium contrahatur, sed non dirimere jam contractum, id enim desumitur expressè *ex c. si quis 1. h. t.* ubi dicitur, quòd qui scienter cognovit filiastram suam, non potest petere debitum à matre, nec unquam habere

filiam in uxorem. Rursus, quòd nec ipse, nec filiastra unquam possint matrimonio alicui copulari. Unde tantùm dicitur, quòd non possit petere debitum à matre, quam duxerat in propriam uxorem, non verò quòd matrimonium dirimatur, quia licèt incestuosus non possit petere debitum, ejus tamen uxor utpote innocens potest illud exigere.

2 Imò quia in textu dicitur, si quis scienter cum filiastra sua fornicatus fuerit, nec à matre filiastræ, seu à sua uxore possit debitum petere, nec filiastram unquam habere in uxorem, sequitur, quòd si ignoranter fornicatus fuerit cum filiastra, non incurrit has pœnas *c. in lectum 6. caus. 34 q. 2.* ratio est, quia cùm pœnæ sint odiosæ, restringendæ sunt juxta casus in jure expressos: & quia jura loquuntur de incestu scienter commisso, non debent extendi ad incestum ignoranter perpetratum. Nomine filiastræ intelligitur filia ex alio marito genita ab ea fœmina, quam vir nunc habet in uxorem, ut desumitur ex *c. si quis filiastram 30. q. 1.* unde filiastra est privigna, seu filia uxoris ex alio viro suscepta, & dicitur privigna respectu parentis vitrici, ut notat Hostiensis *in d. c. si quis 1. V. filiastra h. t.*

3 Hinc deducitur, incestum patratum à marito cum consanguinea suæ uxoris intra gradus jure prohibitos impedire, ne matrimonium aliud contrahatur post mortem uxoris, sed non dirimere contractum, ut liquet *ex d. c.* ubi duæ statuuntur pœnæ in committentes incestum, quarum prima est, ut priventur facultate exigendi debitum à propria uxore, quamvis possit uxor innocens debitum à tali marito incestuoso exigere: siquidem æquitas non permittit, ut uxor sine culpa privetur jure suo, proinde vir incestuosus tenetur non obstante affinitate iniquè contracta debitum reddere oxori petenti; idque procedit sivè incestus sit commissus occultè, sive publicè innotescat, quia semper affinitas contrahitur cum propria conjuge.

4 Secunda pœna est, ut vir incestuosus prohibeatur ullo unquam tempore nubere, non solùm illi, cum qua commisit incestum, sed etiam cum quavis alia in perpetuum. Et quamvis titulus solùm loquatur de viro cognoscente consanguineam uxoris suæ; procedit nihilominus etiam de uxore committente incestum cum consanguineis viri sui, quia *c. si quis viduam 32. q. 7. c. si qui cùm muliere 43. q. 2.* & alij textus ubi hoc impedimentum expresè constituitur, loquuntur de fœmina: tum quia utrinque est par ratio.

5 Quòd si contra prohibitionem canonis vir incestuosus post obitum suæ uxoris defacto aliud matrimonium iniret cum alia fœmina, matrimonium suum sortiretur valorem: ratio est, quia *in d. c. si quis 1. h. t.* solùm interdicitur incestuoso aliud matrimonium, non verò statuitur, quòd si de facto contra prohibitionem contrahatur, illud sit irritum. Hinc hoc impedimentum accenseatur iis, quæ tantùm impediunt, non verò dirimunt. Unde communiter doctores numerant hoc impedimentum inter sola impedientia, eò quia nullus reperiatur textus statuens esse impedimentum dirimens.

Ratio hujus impedimenti rectè assignatur à Cajetano *2. 2. c. 154. art. 9. §. ad secundam objectionem*, eò quia talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti à conjuge, eò qoia inde conjuges efficiantur affines: & cùm incestuosus non fueric veritus conjugem sibi facere affinem, ac plenum usum conjugij impedire; ideo jura puniunt incestuosum in ipso matrimonio, contra quod deliquit, & prohibent eidem transitum ad alias nuptias cum qnacunque alia persona etiam post obitum uxoris. Quinimò non solùm ipsi conjuges, qui incestum commiserunt prohibentur post obitum conjugis aliud matrimonium inire, sed etiam illi consanguinei conjugis, cum quibus alter conjux incestum commisit, quia *in d. c. si quis.* expresè dicitur, *nec ille, nec filiastra ullo unquam tempore se poterunt matrimonio copulare:* idque in pœnam gravis injuriæ matrimonio illatæ, ut etiam ratione contractæ affinitatis inter conjuges, ob quam impeditur usus matrimonij. 6

An verò hoc impedimentum etiam incurratur, si vir incestum committat post obitum suæ uxoris. Respondetur, nil referre, sive incestus cum consanguinea uxoris committatur mortua, vel vivente adhuc uxore; semper enim hoc impedimentum contrahitur, & prohibetur incestuosus alteri nubere, ut expresè habetur *in c. transmissæ 4. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, quòd qui mortua uxote cognoscit ejus filiam, id est privignam, & ducit aliam, non possic petere debitum, sed tantùm reddere, & rursus teneatur agere pœnitentiam, & si supervixerit, debeat etiam manere sine spe conjugij in pœnam commissi incestûs cum filiastra. 7

Ex quo clarè deducitur, incestum cum consanguinea mortuæ conjugis inducere hoc impedimentum, quo non possit licitè ampliùs cum alia matrimonium contrahere, benè tamen validè, adeò ut, si de facto contrahat, matrimonium teneat: non tamen potest incestuosus ab uxore post incestum ducta exigere debitum, sed tantùm tenetur uxori petenti illud reddere, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 7. §. 2. num. 5.* Quinimò, si incestus occultus fuerit, censent plures præsertim Abbas in *c. litteris n. 2. vers. & ex hoc de præsumpt.* Angelus *V. incestus n. 5.* Sylvester *V. luxuria q. 4. dict. 2.* Sotus *dist. 37. q. unic. art. 1. vers. circa hos*, & alij quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 15.* non contrahi hoc impedimentum: quæ limitatio potest quidem procedere circa matrimonium contrahendum, adeò ut occultus incestuosus in foro fori non contrahat tale impedimentum, benè tamen in foro conscientiæ, & quoad petitionem debiti: quia ut verè notat Sanchez, cùm incestus talis sit naturæ, ut semper occultè committatur, rarò hoc impedimentum ortum ex incestu contraheretur, ut docent Glossa *in c. qui dormierit. V. neutram 32. q. 7.* Gutierez *qq. canon. lib. 1. c. 23. num. 8.* Castro *lib. 2. de leg. pœn. c. 5. §. rursus.* Imò si incestus 8

fuerit

fuerit publicus non oriri ex illo hoc impedimentum nisi post sententiam judicis, censent aliqui præsertim Palat. *in 4. dist. 34. disp. 2.*

9 Sed probabilior sententia est, non esse necessariam hanc sententiam judicis, ut incestuosus privetur jure petendi debitum, sicut nec est necessaria sententia judicis, ut incurrantur impedimenta dirimentia criminis, ut docent Petrus Ledesma *de matrim. q. 58. art. 4. in fin.*

10 Quamvis affinitas superveniens non dissolvat matrimonium jam contractum; dissolvit ipso jure priora sponsalia de futuro etiam per copulam illicitam, idque desumitur *ex cap. veniens 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit: qui contraxit sponsalia de futuro cum filia; si cognoscit matrem, solvuntur sponsalia: secus si esset de præsenti matrimonium. Rursus incestuosus, qui cognovit uxorem patris, vel matrem uxoris non potest amplius aliam ducere nisi ex dispensatione. Ratio, cur affinitas superveniens dissolvat sponsalia de futuro est, quia hujusmodi sponsalia nil aliud sunt, quàm promissio futuri matrimonij: sed affinitas superveniens impedit, ne possit hæc promissio impleri, eò quia inter affines, non possit matrimonium consistere, ut notat Abbas *hic n. 2.* Quinimò carnaliter agnoscens consanguineam suæ sponsæ fit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum alia, licèt possit cum illo facilè dispensari: imò cùm summus Pontifex sibi non reservet talem dispensationem, videtur tacitè facultatem dispensandi concedere Episcopo, ut tradit Innocentius *in c. dilectus 15. num. 2. de tempore ordinat.* Faciliùs enim dispensatur cum illo, qui carnaliter cognovit consanguineam suæ uxoris, quia propriè committit crimen incestus: siquidem, ex copula habita cum propria uxore, jam contracta fuit affinitas inter illam, & consanguineos suæ uxoris: non ita hæc affinitas contrahitur ex sponsalibus de futuro, proinde qui carnaliter cognoscit consanguineam suæ sponsæ, defectu affinitatis nondum contractæ non tam graviter peccat, & cum illo faciliùs dispensatur, quia ejus impedimentum potius oritur ex publica honestate orta ex sponsalibus de futuro.

11 Inductum fuit hoc impedimentum dirimens sponsalia de futuro ob violatam publicam honestatem ortam ex sponsalibus, postquam sponsus carnaliter cognovit consanguineam suæ sponsæ. Non tamen hoc impedimentum ex probabiliori sententia est perpetuum, sed tamdiu durat, quamdiu vivit peccati complex, cum quo incestus ille commissus fuit contra publicam honestatem, unde altero vita functo poterit superstes ad matrimonium transire, & ita obtenta dispensatione nubere, ut colligitur ex *c. duo pueri 12. de despons. impub.*

12 Ratio cur interdicatur aliud matrimonium vivente complice incestûs est, ne delictum maneat impunitum: quia verò tale delictum propriè non est incestus, eò quia ex solis sponsalibus de futuro nondum oriatur affinitas inter sponsos, & consanguineos sponsæ, ideo ab ecclesia tale delictum mitius punitur per impedimentum tantùm temporale, non perpetuum. Deducitur etiam *ex d. c. veniens 2. h. t.* quòd si quis filiam, cum qua sponsalia de futuro contraxit, cognovit priùs, quàm matrem illius, non potest in uxorem accipere matrem ob affinitatem cum ipsa contractam ex carnali copula cum filia, imò neque potest nubere filiæ si concubuit cum matre ob eandem rationem.

Imò si cognovit sponsam post cognitam matrem, tunc nec sponsam, nec aliam potest in uxorem ducere; non sponsam propter affinitatem cum illa contractam ex copula cum matre: neque aliam ob incestum cum filia commissum, quia tali delicto est adnexa pœna, ut incestuosus non possit imposterum etiam cum alia contrahere matrimonium; ita explicantur verba illa Alexandri III. *in d. c. veniens si incestuosus cognovit uxorem patris, vel matrem uxoris, non poterit ampliùs aliquam aliam ducere, nisi ex dispensatione.* 13

Sin autem affinitas superveniat matrimonio jam contracto illud non dissolvit, tametsi nondum fuerit consummatum, idque statuitur *in c. discretionem 6. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit Præposito Magdeburgensi; quòd affinitas superveniens non dirimat matrimonium contractum de præsenti. Rursus quòd maritus, qui tradit uxorem adulterandam præsertim invitam, non possit ei objicere de adulterio, nec separari, eò quia nemo debeat sine sua culpa privari suo jure. Ex quo textu habetur, virum non posse petere divortium ex causa adulterij, si ipse uxorem invitam prostituit, quinimò etiamsi mulier volens committat adulterium, de viri tamen beneplacito, non potest ab illo dimitti, seu repudiari. Ut etiam si fœmina à consanguineo mariti sit violenter cognita, nullius sit rea culpæ, nullámque pœnam incurrit ut habetur *in d. c. discretionem. 6. h. t.* secus consanguineus mariti, qui violenter cognovit ejus uxorem, incurrit impedimentum contrahendi matrimonium cum alia, quia ipse est reus veri incestus, & affinitatis contractæ inter virum, & uxorem: siquidem non solùm conjugibus reis incestûs interdicitur aliud matrimonium; sed etiam illis consanguineis conjugum, cum quibus alter conjux incestum admisit, & desumitur *ex c. 2. de eo qui cognovit consanguineam*, & notant Joannes Andreas *in d. c. n. 2.* & Hostiensis *ad fin. super verba sicut filiastra.* ratio est, quia cùm iniquè concurrerit ad injuriam irrogandam matrimonio, punitur ipse per privationem usûs matrimonij. 14

Quamobrem si maritus tradat uxorem suam consanguineo suo, tametsi matrimonium sit tantùm ratum, & nondum consummatum, adhuc sit particeps adulterij, sive ipsa sit nolens, sive volens illum cognoverit; proinde non potest eam dimittere per exceptionem adulterij, & si dimissa fuerit, & petat restitui, restituenda erit priori viro, cum quo contraxit matrimonium de præsenti, licèt illud nondum consummatum fuerit. Ratio est, quia matrimonium ratum, quamvis nondum consummatum, est vinculum indissolubile, quod per supervenien- 15

tem affinitatem non dissolvitur: impedit tamen hæc affinitas ex parte conjugis incestuosi exactionem debiti, non ita ex parte alterius conjugis, qui non fuit particeps talis iniquitatis, quia sine culpa nemo privatur suo jure.

16 Non tamen impedimentum affinitatis dirimens matrimonium jam initum probatur per assertionem unius, ut rescribit Alexander III. in *c. de illo 3. h. t.* ubi Pontifex de illo, qui uxorem fratris, antequam ei matrimonio jungeretur, asserebat, se cognovisse, respondit; ob dictum illius non esse separandum matrimonium, nisi hoc sit publicum, & notorium, vel probetur per alios idoneos testes. Quia in re tam gravi simplici assertioni unius non est credendum, sed necessariæ sunt aliæ probationes magis idoneæ. Immo ut notat Glossa, neque assertioni unius credendum est, etiam si rumor viciniæ consentiret, quod tamen procedit in ordine ad matrimonium jam contractum, non ita si matrimonium esset contrahendum *c. Præterea de sponsal.*

17 Ratio discriminis inter matrimonium contrahendum, & contractum est, quia ad impediendum matrimonium contrahendum, ideo sufficit unus testis allegans impedimentum dirimens, quia tunc agitur de peccato vitando, ne scilicet impediti, ac inhabiles contra prohibitionem ecclesiæ contrahentes peccent: secus ad dissolvendum matrimonium jam contractum unus testis non sufficit, quia est nimis debilis: cùm matrimonium jam contractum sit vinculum indissolubile ex natura sua, non sufficit unus testis ad illud dissolvendum. Ad hoc autem ut copula censeatur notoria, sufficit secundùm communiorem sententiam, ut quis publicè teneat mulierem suspectam *argu. l. V. si vicinis scientibus. C. de nupt.* quamobrem ut fornicatio clerici dicatur notoria, sufficit, si publicè alat concubinam.

18 Imò ad dirimendum matrimonium jam contractum non sufficit sola confessio utriusque conjugis asserentis affinitatem inter se contractam fuisse, antequam matrimonium inirent, idque statuitur *in c. super eo 5. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, etiam si uterque conjugatus fateatur, maritum ante matrimonium cognovisse consanguineam uxoris: imò quamvis sit etiam rumor viciniæ, qui hoc reclamet, non est matrimonium dissolvendum; nisi accedant rationabiles probationes, & fide dignæ. Ut enim notat Glossa, non creditur viro, vel uxori contra matrimonium jam contractum, benè tamen in favorem illius: ratio discriminis est, quia assertio conjugum deponentium in favorem matrimonij est valdè favorabilis non solum ipsis confitentibus, sed etiam toti reipublicæ, cujus interest defendi validitatem matrimonij, ut civitates liberis hominibus repleantur *l. 1. ff. solut. matrim.* Secus assertio contra valorem matrimonij est odiosa, tum ob præsumptionem collusionis conjugum, ut dicitur in textu: tum quia tractantur de re illa, in qua contrahentes non possunt sibi præjudicare, eò quia vinculum matrimonij sit indissolubile, & ejus dissolutio non dependeat à sola voluntate conjugum.

Tum quia assertio utriusque conjugis contra matrimonium præjudicat proli, alijsque bonis matrimonij, ut notat Barbosa *in collect. in d. c. super eo 5. n. 3. h. t.* Imò neque dissolvitur matrimonium, quamvis assertioni conjugum accedat etiam rumor viciniæ, quia talis rumor est quid minus, quàm fama, & sine idoneis testibus non est sufficiens probatio; differt enim rumor hic à fama publica: quia hæc habetur, quando tota civitas, vel potior pars aliquid evulgat; secus rumor viciniæ quando pauci aliquid asserunt: immo sunt, qui putent, talem rumorem etiam extendi ad tertiam partem incolentium locum aliquem. Cùm enim agatur de dissolvendo vinculo matrimonij, idque ratione sacramenti est indissolubile, requiritur plena probatio. Quòd si conjuges non petant dissolutionem matrimonij, sed solam separationem à toro, tunc si vir, vel mulier fateatur, se commisisse adulterium, ob quam causam ex ipsa Christi institutione potest conjux innocens relinquere adulterum, permittitur ab ecclesia separatio à toro. 19

Qui matrem sponsæ de futuro cognoscit carnaliter, & deinde polluit filiam adultam scienter, solvit sponsalia, adeò ut nec mater, nec filia, nec ipse possint amplius contrahere matrimonium cum aliqua, nisi de lapsu carnis timeatur, idque desumitur *ex c. litteris 8.* ubi Innocentius III. rescribit Episcopo Gerundensi qui proposuit casum cujusdam, qui cùm matrem puellæ, quam sibi infra nubiles annos desponsaverat, carnaliter sæpe cognovisset, sicut & postea ipsam puellam jam adultam: ut viro injungatur pœnitentia, & separatio, & rursus ne mulier alteri viro nubat; si postquam novit viri, & matris delictum, ei fuit commixta; & rursus ne vir, ac mater mulieris unquam debeant alias nuptias contrahere, nisi de lapsu carnis timeatur. Hic tamen textus dupliciter explicatur à Panormitano. Primò quia vir, de quo loquitur Pontifex, puellam sibi desponsaverat per verba de præsenti; sed quia nondum erat nubilis, non contraxit matrimonium cum illa, sed tantùm sponsalia ex juris interpretatione *c. unic. de sponf. impub. in 6.* quæ tamen sponsalia fuerunt postea sublata per affinitatem contractam ex fornicatione cum matre. Secundò potest intelligi textus, quòd vir ille puellam sibi desponsaverit per verba de futuro, quæ itidem fuerunt dissoluta ob affinitatem contractam ex commissa fornicatione cum matre, & hic secundus sensus est communior. 20

Cæterum decisio Pontificis procedit etiam juxta utrumque sensum, quia mater, & vir non potuerunt amplius inter se contrahere ob fornicationem, cui adnexa est pœna hæc ob affinitatem contractam; & quia violata fuit publica honestas orta ex sponsalibus cum filia. Cæterum potuerunt mater, & vir matrimonium contrahere cum extraneis, licèt non intec se, ut habetur *in c. transmissæ 4. eod. tit.* Sicut etiam filia poterat alteri nubere, si ignorave- 21

rit

rit sponsum cognovisse matrem, quia nemo sine culpa privatur suo jure: non ita si sciverit, sponsum cognovisse suam matrem, & hoc non obstante cum ipso contraxerit sponsalia de futuro.

22 Habens copulam carnalem cum una sorore, si postea contrahat cum altera, debet ab utraque abstinere, idque desumitur *ex c. veniens 9. h. t.* ubi cum tempore infantiæ, quis jurâsset, se ducturum quandam puellam, cùm primum pervenisset ad legitimam ætatem, & pater ejus confœderatione per fidejussores confirmata eum recepisset in domum, & vir sorori puellæ se carnaliter conjunxisset, & ab amicis persuasus esset, accipere eam, quam juravit. Consultus de hoc casu Pontifex mandavit Archiepiscopo Magdeburgensi, ut injunctâ competente pœnitentiâ moneret virum, ut imposterum abstineret ab utraque, quia sine incestu non potuit cum illa rem habere, & debuit etiam abstinere ab uxore, quia non potuit ab ea debitum petere. Qui igitur carnaliter cognoscit duas sorores, neutri potest nubere, non primæ tametsi cum ipsa contraxerit sponsalia de futuro propter affinitatem supervenientem ex copula habita cum ejus sorore, hæc enim affinitas dissolvit sponsalia. Neque secundæ cum qua non contraxit sponsalia propter impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus contractis cum prima, ut notat Hostiensis *in d. c. veniens. 9. V. carnaliter h. t.*

23 Juvat tamen observare hanc dispositionem dicti textus procedere in judicio animæ, seu foro pœnitentiali, quia vir fuit confessus crimen in hoc foro, quapropter Pontifex non mandavit eum puniri, sed tantùm præcepit Episcopo, ut ei injungeret pœnitentiam in foro animæ, moneretque, ut deinceps abstineret ab utraque sorore. Secus in foro externo ecclesiæ, si impedimentum sit occultum, matrimonium in facie ecclesiæ jam publicè initum non potest separari, nec dissolvi, nisi publicè etiam probetur tale impedimentum: hinc in foro animæ non potest secundùm plures reddere debitum, & potiùs teneretur excommunicationem sustinere, quàm contra conscientiam illud reddere, ut habetur *in c. inquisitionem 44. de sent. excom.* & notat Glossa *in d. c. veniens 9. V. consulas, h. t.* Cæterum cùm in præfato textu dicitur, quòd aliquis tempore infantiæ sibi desponsaverit puellam, id intelligitur de ætate puerili, quæ incipit post septennium completum.

24 Quamvis affinitas superveniens non solvat matrimonium jam contractum, impedit tamen petitionem debiti, ut deciditur *in c. tua fraternitas. 10. h. t.* ubi consultus Pontifex, utrum qui cum uxoris sorore fornicatur, possit postea illi cohabitare, & debitum exigere, ac solvere. Respondet Pontifex, monendam esse uxorem, ut à commixtione viri abstineat ob publicam honestatem, séque contineat, donec vir mortuus fuerit. Quòd si recuset, & de lapsu timeatur ipsius, vir poterit debitum reddere: & assignat etiam rationem, quia affinitas post matrimonium iniquè contractum illi nocere non debet, quæ iniquitatis particeps non fuit; quapropter si uxor innocens petat debitum, tenetur vir incestuosus ei reddere; quia affinitas superveniens matrimonio jam contracto inter virum, & uxorem solùm nocentem privat jure exigendi debitum, non autem eum absolvit ab obligatione reddendi, nisi uterque esset nocens, quia insons non debet privari suo jure sine culpa: datur tamen consilium, ut imposterum uterque abstineat propter publicam honestatem, quia licèt ex copula illicita propriè non oriatur impedimentum publicæ honestatis, sed ex solo contractu sponsaliorum, vel matrimonii; nihilominus congruit honestati, ne uxor se conjungat viro, qui sororem suam turpiter cognovit.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, usque ad quotum gradum extendatur impedimentum oriens ex contracta affinitate ratione incestûs? Respondetur, hoc impedimentum attento jure communi extendi usque ad quartum gradum; adeò ut conjux committens incestum cum consanguineis alterius conjugis intra quartum gradum incurrat hoc impedimentum, ut docent Astensis *2. p. sum. lib. 8. tit. 20. art. 1.* Guttierrez *lib. 1. qq. canon. c. 23. num. 5.* Jure tamen novo Concilium Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 4.* restrinxit hanc affinitatem ortam ex fornicatione ad secundum gradum, quapropter hodie ex copula cum consanguineis conjugis ultra secundum gradum non contrahitur affinitas cum altero conjuge, consequenter non incurritur hoc impedimentum, quod propterea non oritur nisi ex incestu cum consanguineis conjugis intra secundum gradum. 1

Quæritur secundò, quid juris si quis contrahat sponsalia de futuro cum una sorore, & postea matrimonium de præsenti cum altera sorore, cum qua matrimonium etiam consummet? Respondetur, cum neutra posse contrahere, siquidem matrimonium initum de præsenti cum secunda sorore fuit irritum ratione impedimenti publicæ honestatis orti ex sponsalibus de futuro contractis cum prima sorore: rursus nec potest matrimonium inire cum prima, quia cùm consummaverit matrimonium cum secunda, oritur impedimentum affinitatis, quo solvuntur sponsalia de futuro inita cum prima, & prohibetur matrimonium contrahi cum illa; proinde neutram posset ducere in uxorem. 2

Quæritur tertiò, an hoc impedimentum etiam oriatur ex copula cum consanguineis sponsi, vel sponsæ de futuro, adeo ut contrahatur impedimentum publicæ honestatis? Aliqui negant, oriri tale impedimentum, & nituntur ea ratione, quia copula cum consanguineis sponsi, vel sponsæ, propriè non sit incestus, 3

 quia

quia per sponsalia de futuro nondum sponsus, & sponsa facta sunt una caro, proinde non habetur consanguinitas. Respondetur nihilominus cum communiori sententia ex tali copula oriri impedimentum in ordine ad matrimonium contrahendum, & desumitur ex *c. 2. de eo qui cognovit consanguineam*, ubi dicitur: *si matrem sponsa sua cognovit, si sponsa nunquam carnaliter adhæsit, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere*: qui textus intelligitur de sponsa per verba de futuro: siquidem si esset matrimonium de præsenti jam initum, non posset cum alia contrahere ex dispensatione Episcopi, ut notat Abbas *ibid. num. 3.* hinc quia solùm erat sponsa de futuro, & sponsalia jam soluta erant ob contractam affinitatem cum sponsâ ortam ex copula cum ejus matre, conceditur facultas contrahendi cum alia ex dispensatione Episcopi.

4 Non tamen hoc impedimentum est perpetuum, sed tantùm temporale, quod tamdiu durat, quamdiu vivit complex delicti, cum quo incestus ille contra publicam honestatem commissus fuit: unde altero vitâ functo cùm cesset impedimentum; superstes potest nubere, cui voluerit: vivente autem utroque complice ideo prohibetur utrique matrimonium contrahere, ne delictum maneat impunitum, & quia non est tam grave delictum, nec propriè incestus, sicut esset copula cum consanguinea proprij conjugis, ideo mitiùs punitur.

5 Quæritur quartò, an incestus cum consanguineis sponsæ de præsenti matrimonio tantùm rato, & nondum consummato inferat hoc impedimentum perpetuum, vel tantùm temporale, donec alterutee complex moriatur? Respondent aliqui, ex tali incestu contrahi tantùm impedimentum temporale, eò quia cùm matrimonium tantùm fuerit ratum, & non consummatum, copula cum consanguinea propriæ uxoris, non fuit propriè incestus, quia hic non habetur nisi inter consanguineos, vel affines, & ante consummationem matrimonij non habetur consanguinitas, sicut neque ante carnalem copulam affinitas contrahitur. Respondetur nihilominus cum communiori sententia contrahi tunc impedimentum perpetuum, idque desumitur ex *c. transmissa 4. h. t.* ubi interdicitur matrimonium in perpetuum, & petitio debiti incestuoso cum consanguineis proprij conjugis: ratio est, quia per accessum ad consanguineos proprij conjugis irrogatur injuria matrimonio jam contracto, sive talis accessus fiat ante, sive post consummationem.

6 Hoc idem etiam colligitur ex *c. discretionem 6. eod. tit.* ubi Innocentius III. rescribit, affinitatem contractam cum sponsa de præsenti absque ejus culpa officere ei non debere, unde à sensu contrario, illi officeret, si volens cognita esset. Ratio enim hujus impedimenti perpetui petitur ex affinitate iniquè contracta cum uxore cum gravi injuria matrimonij; hæc affinitas impedit ejus usum: quæ ratio valet sive affinitas contrahatur ante, vel post consummationem matrimonij, quia semper læditur matrimonium jam initum: secus in sponsalibus de futuro, quia matrimonium nondum est initum, sed tantùm erit contrahendum, non læditur per copulam cum consanguinea sponsæ, quia quod nondum est, non est capax læsionis: & hæc est ratio, cur hoc impedimentum in sponsalibus de futuro sit temporale, & in matrimonio jam inito perpetuum.

Quæritur quintò, an incestus patratus non cum consanguineis sponsæ, sed cum consanguineis viri ab ipso viro dirimat matrimonium? Respondent plures affirmativè per *c. si quis viduam 32. q. 7.* ibi: *si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus, eos disjungi, & alteri nunquam in conjugio copulari præcipimus*: ut etiam ex *c. de incestis. 35. q. 3.* ex Concilio Agathensi. Tum quia stylus curiæ est, ut dispenset cum consanguineis incestûs inter se reis ad hoc, ut valeant matrimonium contrahere, immo solet etiam addere clausulam, ut altero eorum defuncto superstes non contrahat aliud matrimonium. Respondetur nihilominus, incestum cum proprijs consanguineis non impedire matrimonium contrahendum, ut docent Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 6. in princ. n. 4.* Rosella *V. impedimentum imped. 8. n. 10.* Sylvester *V. matrimonium 7. q. 6. dict. 3.* & alij plures, quos plena manu refert, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 15. n. 16.* Ratio est, quia cùm hoc impedimentum sit pœna, restringi debet, & non extendi: atqui textus statuentes hoc impedimentum non loquuntur expressè de incestu cum consanguineis proprijs illius conjugis, qui committit incestum; sed de incestu cum consanguineis conjugis, proinde ab istis non debet fieri extensio ad illos. 7

Quòd si dicas, incestum patratum cum proprijs consanguineis esse graviorem, & pejorem. Respondetur id esse verum in ratione incestûs, non verò in ratione læsionis matrimonij: ratio est, quia ex incestu cum proprijs consanguineis non oritur affinitas, nec impeditur usus matrimonij inter conjuges: unde quamvis hic incestus sit pejor, non tamen producit hoc impedimentum. Quamobrem licèt gravius peccatum sit cognoscere carnaliter propriam consanguineam, quàm illam uxoris; non tamen tantam injuriam conjux infert alteri conjugi per incestum commissum cum proprijs consanguineis, quàm cum consanguineis conjugis; quia per incestum cum consanguineis conjugis contrahit affinitatē cum uxore, & privatur jure petendi debitum; non ita per incestum cum proprijs consanguineis. 8

Neque fundamenta, quibus nititur opposita sententia, sunt magni momenti: Ad primum desumptum *ex c. si quis viduam*, respondetur, ibi non esse sermonem de omni conjugio, sed de solo conjugio incestuoso contracto inter ipsos consanguineos, proinde jubetur separari tale matrimonium, ut amplius ad talem copulam incestuosam nō veniant. Ad secundum petitum 9

petitum ex *c. de incestis*, respondet Cajetanus 2. 2. q. 154. art. 9. col. 2. §. *ad secundam objectionem.* in illo texto solùm reprobari conjugia incestuosa cum consanguineis, vel affinibus, & dicitur, hos non posse veniam impetrare, nisi ab his conjugijs separentur. Ad aliud, quod dicebatur de stylo Curiæ, respondent communiter, stylum Curiæ non probare hoc esse impedimentum: siquidem Pontifex concedens eam dispensationem eatenus gravamen illis injungit, ut homines ab incestu arceantur.

10 Quæritur sextò, an impedimentum affinitatis oriatur etiam ex copula carnali attentata cum puella impubere? Respondetur affirmativè, & deciditur ab Innocentio III. in *c. fraternitati 7. h. t.* ubi rescribit Archiepiscopo Bisuntinensi: qui contrahit sponsalia cum puella septem annorum, & eam polluic, non potest habere ejus sororem in uxorem, imò nec ipsa puella fratrem sponsi in maritum. Quia tametsi ex tali copula tantùm attentata cum puella septenni non oriatur affinitas cum consanguineis puellæ, quæ nonnisi ex perfecta, & consummata copula carnali contrahitur, ratione cujus vir, & fœmina fiunt una caro *c. lex 18, caus. 27. q. 2.* nihilominus ex tali attentata copula oritur impedimentum dirimens matrimonium, postea cum consanguinea contrahendum, & contractum propter publicam honestatem ortam ex sponsalibus de futuro, quæ præcesserunt.

11 Quamobrem ex sponsalibus contractis cum puella septenni, tametsi nondum septennium compleverit, si interveniat copula attentata oritur publica honestas impediens, ac dirimens matrimonium contractum cum consanguinea ejusdem sponsæ. Hinc à contrario sensu sola sponsalia sine conatu ad copulam cum puella minore septennio: vel etiam sola attentatio sine sponsalibus non inducit publicam honestatem, sed requiritur utrumque, scilicet sponsalia de futuro, & attentatio copulæ. Unde in illo textu impedimentũ dirimens, ob quod Archiepiscopus tulit sententiam divortij non fuit solus conatus ad copulam, sed publica honestas orta ex sponsalibus de futuro, quæ præcesserunt.

12 Quæritur septimò, an hoc impedimentum affinitatis oriatur etiam ex incestu cum cognata legali, aut spirituali? Respondetur negativè, ratio est, quia copula inter cognatos spirituales tantùm, non est verè incestus, hic enim propriè habetur ex conjunctione consanguineorum, & affinium inter se: cognatio autem spiritualis propriè non est consanguinitas, sed tantùm quædam spiritualis proximitas, ut dicitur *in c. 1. caus. 30. q. 3.* Quamobrem ex incestu cum cognata spirituali non oritur ullum impedimentum, quod dirimat matrimonium; neque impediat contrahere aliud matrimonium, quia nullo jure probari potest, per talem copulam induci impedimentum ad matrimonium contrahendum.

13 Quæritur octavò, an qui carnaliter cognovit consanguineam uxoris suæ in tertio gradu prohibeatur debitum exigere ab uxore? Certum est, ex copula illicita viri habita cum consanguinea uxoris suæ non oriri impedimentum publicæ honestatis, quia publica honestas oritur propriè ex contractu sponsaliorum, vel matrimonij, ut habetur *in c. unic. de sponsal. in 6.* nihilominus honestas ipsa postulat, ut uxor, cujus consanguineam ejus vir carnaliter cognovit, non commisceatur cum illo. Hinc respondetur ad quæsitum de jure antiquo non potuisse virum debitum exigere à propria uxore: ratio est, quia spectato jure canonico antiquo hoc impedimentum extendebatur usque ad quartum gradũ consanguinitatis: oritur enim ex affinitate iniquè contracta ex tali incestu cum altero conjuge, ut desumitur ex *c. discretionem 6. h. t.* & *c. tua paternitas 10. eod. tit.* unde ad illum consanguinitatis gradum extendi debet affinitas per copulam illicitam contracta, ad quem se extendit ipsa consanguinitas.

14 Verùm de jure novo post decretum Concilij Tridentini *sess. 24. de reform. matrim.* communior, & verior sententia asserit; copulam habitam cum consanguineis alterius conjugis non impedire petitionem debiti conjugalis ultra secundum gradum consanguinitatis, adeò ut jus antiquum in hoc correctum fuerit à Tridentino, quia hoc impedimentum, quo vir non potest debitum exigere ab uxore, cujus consanguineam carnaliter cognovit, non tam oritur ex incestu, quàm ex affinitate inde contracta, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 34. q. unic. art. 5. in solut. ad object.* atqui certum est, eum qui incestum commisit cum propriis consanguineis non prohiberi petere debitum à propria conjuge, eò quia ex tali incestu non oriatur affinitas, proinde cessat etiam prohibitio petendi debitum.

15 Tum quia Tridentinum decrevit, ut nulla oriatur affinitas ultra secundum gradum in ordine ad impediendum matrimonium: ergo nec oritur in ordine ad petendum debitum, siquidem cui licet, quod plus est intra idem genus, licet etiam, quod est minus *reg. cui licet de reg. jur. in 6.* sed contrahere matrimonium est plus, quàm uti matrimonio jam contracto, quia usus matrimonij est, quid accessorium ad ipsum matrimonium: unde si licet viro cognoscenti carnaliter consanguineam suæ sponsæ in tertio, vel quarto gradu adhuc validè matrimonium contrahere, eò quia ultra secundum gradum ex Concilio Tridentino non oriatur affinitas sufficiens ad matrimonium validè contrahendum, à fortiori neque oritur post matrimonium contractum in ordine ad petendum debitum. Hoc idem etiam fuisse declaratum à sacra congregatione Concilii, refert Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 27. n. 14.* ubi citat declarationem his verbis: *Congregatio Concilij censuit, decretum Tridentini sess. 24. de matrim. c. 4. ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam, censeri etiam ad eosdem gradus restrinxisse impedimentum exigendi debitum*

tum ab uxore, quod inducitur ex affinitate proveniente ex illicita copula à viro cum consanguinea sua uxoris post matrimonium habita.

16 Quæritur nonò, an affinitas superveniens matrimonio præsumpto illud dirimat? Respondetur negativè, & fuit decisum à Gregorio IX. in *c. Jordana ult. h. t.* cùm enim quidam laicus nomine Joannes cùm Jordana puella nondum decenni per verba de futuro contraxisset sponsalia, eâque eodem anno carnaliter cognitâ matri ipsius postea nupsisset, ac matrimonium consummâsset, Jordana Pontifici supplicavit, ut cùm continere non posset, salubriter sibi super hoc providere dignaretur, ne sine suâ culpa privaretur jure suo. Rescribit Pontifex mandans utrumque induci ad vovendam perpetuam continentiam: & si induci nequeant, jubet, Joannem injunctâ priùs eidem pro incestu pœnitentiâ habitare cum Jordana, cum qua prius contraxerat, illique reddere debitum conjugale, & ad id etiam compelli per ecclesiasticas censuras. Ratio est, quia sicut per affinitatem supervenientem non dissolvitur matrimonium validè priùs contractum, ita neque dissolvitur matrimonium præsumptum; tametsi Jordana contraxerit tantùm sponsalia de futuro cum Joanne, quia tamen hic eodem anno illam postea carnaliter cognoverit, ideo de jure antiquo sponsalia illa de futuro transierunt ex præsumptione juris in verum, ac validum matrimonium, *cap. is qui 30. de sponsal.*

17 Neque obstat, quòd puella nondum pubertatem attigerit, cum fuerit tantùm decennis, quia pubertas, quæ in fæminis habetur anno 12. ætatis, potest maturius prævenire, ut in hac puella Jordana duobus annis prævenit supplente malitiâ ætatem: hinc Pontifex tanquam certum supposuit, per sequentem copulam cum eadem Jordana sponsalia de futuro transiisse in matrimonium de præsenti: alioquin non potuisset Joannes compelli ad cohabitandum matrimonialiter cum Jordana. In hoc tamen casu vir privatur jure exigendi debitum à sua uxore propter incestum commissum cum ejus matre, & tenetur debitum reddere conjugi petenti. Imò quia honestas videtur exigere, ut nec ipsa Jordana debitum exigat ob affinitatem contractam cum marito, ideo ambo conjuges ad perpetuam continentiam servandam induci debent, quòd si uxor nolit continentiam hanc vovere, non est cogenda, quia non debet privari jure suo sine propria culpa, cùm ipsa non consenserit, ut Joannes carnaliter cognosceret ejus matrem. Hæc tamen procedunt de jure antiquo ad explicandum textum in *d. c. Jordana ult. h. t.* quia de jure novo post Concilium Tridentinum sola copula sponsi cum sponsa de futuro, non præsumitur ampliùs matrimonium, sed requiritur, quòd istud contrahatur coram Parocho, & testibus idoneis, præmissis denuntiationibus, ut possit ecclesia judicare de validitate talis matrimonij.

18 Quæritur decimò, an ex copula imperfecta, seu non totaliter consummata ex utraque parte oriatur affinitas dirimens matrimonium, si copula contingat cum consanguinea sponsæ in primo, vel secundo gradu? Respondetur, ex tali copula imperfecta non oriri affinitatem, quæ impediat matrimonium contrahendum, ratio est, quia ut docet D. Thomas *in 3. p. q. 55. art. 4. ad 2.* affinitas non oritur nisi ex copula apta ad generationem, & per quam vir, & mulier fiunt una caro: atqui copula imperfecta, in qua nulla fit seminatio non est apta ad generationem, proinde non sufficit ad contrahendam affinitatem, quæ impediat matrimonium contrahendum. Imò probabile est, nec oriri ex eo, quòd sola fœmina seminet, quia hæc non sufficit ad generationem.

19 In contrarium tamen posset opponi textus ex *cap. Juvenis de sponsal.* & *c. fraternitati de eò qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* ubi dicitur, quòd per solum conatum ad copulam cum sponsa, quæ tunc erat puella septennis dirimitur matrimonium sequens cum ejus sorore. Sed contra, quia in præcitatis textibus matrimonium non dirimitur ratione affinitatis, quia hæc non potuit oriri ex solo conatu ad copulam; sed dirimitur ratione publicæ honestatis ex sponsalibus antea initis cum alia sorore. Si quæras quid requiratur ad perfectam copulam, ut ex illa oriatur affinitas impediens subsequens matrimonium. Respondetur, ex communi omnium sententia requiri, ut vir seminet intra naturale vas fœminæ, ut desumitur ex *c. extraordinaria 35. q. 3.* ubi hoc declaratur: ratio itidem est, quia id sufficit ad generationem, & talis copula tametsi fœmina non seminet, dicitur perfecta, & sufficiens ad generationem, consequenter per illam contrahitur affinitas: quòd verò sufficiat ad generationem docent Aristoteles *lib. 2. de gener. c. 2.* *Avicena lib. 9. animal. c. 1.* D. Thomas *in 3. p. q. 31. art. 5. ad 3.* quem sequuntur ferè omnes Theologi.

20 Nihilominus non desunt, qui censeant probabile, requiri etiam seminationem fœminæ, ut docent Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 64.* licèt ipse contrariam sententiam censeat probabiliorem. *ibid. num. 20.* Innocentius *in c. fraternitati de eo, qui cognovit consanguineam.* Archidiaconus *c. un. num. 3. & 4. de sponsal. in 6. c. extraordinaria. num. 35.* Lambertinus *de jurepatron. lib. 2. p. 1. art. 18. num. 5.* Gaeta *repetit. c. ad limina 30. q. 1. §. 4.* & alij, quos citat Sanchez *loc. cit.* quibus addi possunt Hurtadus *de matrim. disp. 20. diffic. 1. num. 4.* Diana *de matrim. tract. 6. resol. 238. num. 2.* Graffius *p. 1. lib. 2. c. 70. num. 8.* quos citat, & sequitur Diana *loc. cit.*

21 Quæritur undecimò, an affinitas superveniens per copulam illicitam dissolvat sponsalia? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. veniens 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si quis contraxerit sponsalia de futuro cum filia, si postea cognoscat matrem, solvuntur sponsalia. Ratio est, quia sponsalia de futuro nihil aliud sunt, quàm promissio futurarum nuptiarum *c. Nostrates 30. q. 5.* atqui inter affines non potest matrimonium contrahi *c. non debet de consang. & affin.* ergo talis promissio

futu-

futurarum nuptiarum impedita per fortius vinculum supervenientis affinitatis non potest suum sortiri effectum *c. si inter, & ibi Glossa de sponsal.* unde imponenda est illi pœnitentia de illicita copula, per quam supervenit affinitas, & quidem paulò major, quàm imponeretur pro adulterio, ut habetur in textu in *d. c. veniens. 2. b. t.* quod tamen est intelligendum, si consanguinea cognita habebat maritum, quia tunc non solùm committitur adulterium, sed etiam violatur justitia publicæ honestatis, ut notat Glossa in *d. c. veniens. 2. b. t.*

22 Neque obstat, si dicas, affinitatem supervenientem matrimonio inito illud non dissolvere, est enim dispar ratio: quia matrimonium semel ritè initum est vinculum indissolubile, quod nisi per solam mortem naturalem solvi non potest, si fuerit consummatum; vel per ingressum in religionem approbatam, & professionem solemnem ibi emissam, si fuerit tantùm ratum, & nondum consummatum, ut notat D. Thomas *p. 3. q. 61. art. 2. in addit.* quo fit, ut per solam affinitatem supervenientem non possit dissolvi, quia inclusio unius est exclusio alterius *l. qui libertas. ff. de edict.* & *desumitur ex c. 2. de conjug. lepros.*

23 Quamobrem licèt affinitas impediat matrimonium contrahendum, non tamen dissolvit contractum, ut notat Glossa in *c. Ad limina V. dixerit. 30. q. 1.* non tamen potest dissolvi, si jam fit initum, quia tunc non dissolvitur, nisi per solam mortem naturalem; si fuerit consummatum *Matth. 10. & 1. ad Corinth. c. 7.* Verùm quia delinquens est puniendus in eo, in quo peccavit *c. lit. de temp. ordin.* ideo ex quo quis peccavit cognoscendo consanguineam uxoris suæ tum in pœnam proprij delicti, tum ob violatam publicam honestatem punitur in eo, ut à propria uxore non possit debitum exigere, bene tamen reddere uxori petenti, quia iniquitas viri non debet officere uxori, quæ non fuit particeps talis peccati: alioquin ipsa sine culpa privaretur jure suo. Quinimò crimen incestus est ita enorme, ut incestuosus non solùm puniatur, quatenus ab uxore non potest debitum exigere, verùm etiam ut post mortem uxoris non possit contrahere cum alia, nisi cum eo dispenseur ob suam fragilitatem. Quòd si præter dispensationem contrahat, peccat faciens contra statuta ecclesiæ, non tamen matrimonium dirimitur, nec ob hoc separatur.

24 Hinc incestuosus prohibetur matrimonium contrahere, & desumitur ex *c. transmissæ 4. b. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, quòd si quis mortua uxore cognoscit ejus filiam, seu privignam, & ducit aliam, non debeat petere, sed tantùm reddere debitum, & agere pœnitentiam, & si supervixerit, debet manere sine spe conjugij, quia est incestuosus, æquum enim erat, ut puniretur in eo, in quo peccavit: unde meretur non solùm amittere potestatem petendi debitum à propria uxore, si illam habeat, sed etiam ut aliud matrimonium post mortem illius contrahere non possit *c. veniens 2. b. t.* licèt ex justa causa cum illo dispensetur *c. Ex literis t. b. t.* ubi Innocentius III. rescribit: quòd qui matrem sponsæ de futuro carnaliter cognoscit, & deinde polluit filiam adultam scienter, rumpit sponsalia, & neemater, nec filia, nec ipse possunt amplius contrahere matrimonium cum aliqua, nisi de lapsu carnis timeatur, quia tunc ex justa causa dispensatur.

Hinc si de facto contrahat, matrimonium 25 tenet, quia quædam sunt tantùm de solemnitate matrimonij, & quædam de essentia, & sicut remotis iis, quæ sunt de solemnitate sacramenti, adhuc remanet verum sacramentum, si maneant alia, quæ sunt de essentia; ideo impedimenta, quæ contrariantur his, quæ sunt de solemniate sacramenti, non impediunt, quin, si hoc efficiatur, sit verum sacramentum, & talia dicuntur impedire matrimonium contrahendum, nõ verò dirimere contractum: quia verò hoc impedimentum affinitatis ortæ ex incestu non est contra essentiam matrimonij, sed tantùm est prohibitio de non contrahendo cum alia, non impedit, quo minus matrimonium, si contrahatur, sit legitimum, quamvis contrahi non deberet; idque exemplificatur de illo, qui emisit votum simplex castitatis, qui non debet matrimonium contrahere; sed si contrahat, matrimonium valet, quia votum simplex tantùm impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, nisi in tribus casibus, nimirum si machinatus fuerit in mortem alterius, si dederit fidem adulteræ, & si duxit eam de facto; & tunc tenetur reddere debitum, sed non petere, quia enormitas talis delicti commissi in injuriam matrimonij exigebat hanc pœnam, ut ille prohiberetur ab executione debiti conjugalis, & impediretur a matrimonio contrahendo; unde licèt matrimonium, si contrahatur, teneat, non tamen per hoc liberatur incestuosus ab alia pœna, nisi cum eo dispensetur, & ex quo matrimonium contraxit, habilitetur ad debitum illud sibi prohibitum exigendum, ut notat Hostiensis in *c. transmissæ 4. in fin. b. t.* Tenetur tamen etiam tunc, cùm non dispensatur, administrare uxori necessaria, quia ex quo uxor non fuit particeps de culpa mariti, æquum non est, ut pro eadem culpa debeat pœnam subire: proinde cùm maritus habuerit ab ea dotem, ut illius fructus inservirent oneribus matrimonij *l. dotis fructus ff. de jure dot.* non debet ipse maritus propter proprium delictum relevari à debitis oneribus, ne commodum ex propria malitia reportet *c. plerumque de rescript.* & ne uxor absque culpa puniatur.

Quæritur duodecimò, an ad confessionem 26 conjugum dicentium affinitatem præcessisse, matrimonium ab ipsis initum dissolvatur? Respondetur negativè, & desumitur ex *c. super eo 5. b. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, quòd tametsi uterque conjugatus fateatur maritum ante matrimonium cognovisse consanguineam uxoris suæ, sitque rumor viciniæ, quæ hoc reclamet, non sit matrimonium separandum, nisi accedant rationabiles, & fide dignæ probationes. Ratio est, quia matrimonium recipit indissolu-

bilitatem ab ipso Deo dicente Christo *Matth. 19. Quod Deus conjunxit homo non separet.* & huic indissolubilitati contrahentes se adstrinxerunt *1. ad Corinth. c. 7.* & quia homo non potest auferre legem divinam, nec illi derogare, *c. cum inferior. de Major. & obed.* & in contractibus obligatio, quæ à principio est voluntatis, seu in libertate contrahentium, post factum fit necessitatis *c. cum semel de reg. jur. in 6.* ideo ex quo matrimonium fuit validè initum à contrahentibus dissolvi ampliùs non potest, nisi per mortem naturalem, si fuerit consummatum; vel per ingressum religionis, & professionem in illa emissam, si fuit tantùm ratum, & nondum consummatum *c. venient 2. h. t.* Hinc non creditur conjugibus contra matrimonium jam validè initum, sed tantùm in favorem ejusdem. Neque obstat, quòd si eorum confessio de affinitate præcedente vera esset matrimonium irritaretur *c. non debet de consanguin. & affin.* quia si eorum simplici confessioni fides præstaretur, inde sequeretur, quòd quoties aliqui vellent intra se contra matrimonium colludere, ad confessionem incestus facilè prosilirent, ut matrimonium dirimerent. Tum quia licèt contra se possit quisque testificari, non tamen potest pro se *c. 14. q. 2. §. 1.* hæc autem confessio esset pro se ad colludendum pro eorum voluntate; proinde tali confessioni non est fides adhibenda. Quod si talis confessio fieret ante matrimonium, tunc illis crederetur, quia tunc confiterentur contra se, non verò contra matrimonium, quod nondum esset.

17 Rursus si post matrimonium validè initum, confiterentur se commisisse adulterium ob quod essent separandi quoad thorum, eis crederetur *c. ex litteris de divortiis*; quia in tali casu confessio non esset contra indissolubilitatem matrimonij à Deo ordinatam; sed contra commodum proprium exigendi debitum, & cohabitandi simul; ideòq; eorum confessioni crederetur, quia per ipsam testificarentur contra se, nec timeretur tunc collusium, cùm per hoc non possint contrahere cum aliis, ut notat Glossa in *d. c. super eo 5. h. t.*

28 Cæterum contra matrimonium non creditur eorum confessioni, tametsi sit rumor viciniæ, quæ hoc reclamet, ubi notat Glossa, aliud esse famam, & aliud rumorem: quia rumor non habet tantam vim sicut fama, siquidem rumor tunc contingit, quando aliqua pars viciniæ aliquid dicit: fama autem quando tota civitas, seu vicinia, vel major pars dicit, & clamat, ut notat Abbas in *d. c. super eo 5. num. 3. h. t.* & quia fama per se non sufficit ad dirimendum matrimonium *c. si duo,* & ibi Glossa *1. 35. q. 6.* ideo ex quo illorum confessio nihil operatur; etiam rumor viciniæ, si illi consentiat, non judicatur validus, nisi rationabiles, & fide dignæ probationes accedant: unde ut notat Glossa in *d. c. super eo.* quamvis fama fortassis sufficeret simul cum confessione conjugum ad separandum matrimonium; non ita sufficit rumor etiam junctus cum confessione conjugum.

29 Quæritur tertio decimò, an vinculum affinitatis dirimat subsequens matrimonium jure naturali? Juvat observare, aliud esse quærere, an affinitas sit vinculum naturale, & aliud, an jure naturali matrimonium dirimat, non enim ex eo, quòd aliquod vinculum est naturale, statim sequitur, jure naturali dirimere matrimonium: siquidem consanguinitas in secundo, tertio, & quarto gradu est quid naturale, & tamen jure naturali non dirimit subsequens matrimonium, sed tantùm jure ecclesiastico; adeò ut, si infideles contrahant matrimonium in tertio gradu consanguinitatis validum sit tale matrimonium, quia non dirimitur jure naturæ, & infideles non subjiciuntur legibus ecclesiasticis. Quamobrem quærere, an vinculũ affinitatis sit quid naturale, nihil aliud est, quàm quærere, an stando in jure naturæ oriatur aliqua affinitas ex copula fornicaria, quæ contrahatur ab infidelibus, perinde ac consanguinitas; an verò sit, tantùm de jure ecclesiastico, perinde ac cognatio spiritualis.

Quòd consanguinitas seclusa omni lege ecclesiastica sit quid naturale, nemo dubitat, cùm 30
reperiatur etiam apud infideles. Tum quia natura ipsa dictat, ex communicatione ejusdem sanguinis oriri quandam conjunctionem, & naturalem amicitiam, quapropter infideles post susceptum baptismum non possunt validè matrimonium contrahere cum consanguineis intra quartum gradum, tametsi ante baptismum potuerint ultra primũ gradum illud contrahere in sententia asserentium, solum primum gradum illud dirimere, quia consanguinitas tempore infidelitatis est tantùm quid naturale, & non impedit matrimonium nisi in primo gradu; post verò susceptum baptismum subjicitur etiam legi ecclesiæ, quæ irritat matrimonium usque ad quartum gradum consanguinitatis. Ex quo liquet, consanguinitatem non dirimere matrimonium jure naturæ nisi in primo gradu; & in ulterioribus usque ad quartum tantùm jure ecclesiastico, cui infideles non subjiciuntur, ut docet Navarrus *lib. 4. consil. tit. de sponf. cons. 7. n. 7.*

Major difficultas est de affinitate, & respon- 31
detur ad quæsitum, affinitatem ortam ex copula conjugali non esse simplex ecclesiæ inventum, sed quid naturale, perinde ac ipsa consanguinitas: etenim consanguinitas eatenus dicitur esse quid naturale, quia est fundamentum naturalis cujusdam amicitiæ, & conjunctionis: atqui affinitas orta ex copula conjugali est etiam simile fundamentum; siquidem naturalis amicitiæ causa alia est, quæ per propagationem carnis descendit; & alia, quæ per carnis unitatem, & conjunctionem ad eandem generationem, qualis est in copula conjugali: unde affinitas, perinde ac consanguinitas, est quid naturale.

Tum quia conjuges esse unam carnem est 32
de jure naturæ *Genes. 2. Et erunt duo in carne una,* quòd si revera essent una caro, necessariò consanguinei uxoris, essent consanguinei viri, & vicissim; sed quia sunt tantùm quodammodo una caro, ideo consanguinei uxoris sunt affines viri, & consanguinei viri affines uxoris, ex quo liquet

liquet vinculum affinitatis eſſe naturale, ut docet D. Thomas *in 4. diſt. 41. q. un. art. 1. quæſtiunc. 1.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 11. in fin.* Sotus *q. unic. art. 1. col. 2. in probat. 2.*

Affinitas verò, quæ oritur non ex copula
33 conjugali, de qua hactenus diximus, ſed ex fornicaria, non eſt naturalis, adeò ut ſecluſa omni lege eccleſiaſtica nullum vinculum naturalis amicitiæ oriatur inter conſanguineos viri, & fœminam à tali viro fornicariè cognitam, nec è contra; quia tantùm abeſt, quòd hæc affinitas ſit fundamentum amicitiæ, & reconciliationis; ut potiùs ſit fundamentum diſſidio-
34 rum. Tum quia filius non inclinatur naturaliter ad exhibendam reverentiam fœminæ à proprio ſuo patre cognitæ, ſed potiùs ab illa abhorret; ex quo conjici poteſt, nullum naturale vinculum ex hac affinitate orta ex copula fornicaria oriri: hinc neque ex eadem copula oriebatur affinitas jure antiquo Romano, ſed ex ſolis nuptiis *l. non facile §. affines, & §. ſciendum. ff. de gradibus affinitatis.*

34 Quæritur quarto decimò, an infidelis, qui fornicariè cognovit aliquam fœminam poſſit poſt ſuſceptum baptiſmum matrimonium contrahere cum conſanguinea ejusdem fœminæ in tertio, vel quarto gradu? Reſpondetur probabiliùs affirmativè, quia cùm talis affinitas non ſit vinculum naturale, ſed tantùm eccleſiaſticum, & Infidelis tempore infidelitatis non ſubjiciatur legibus eccleſiæ, ſequitur, nullam ob talem fornicationem contraxiſſe affinitatem cum conſanguinea illius, quam cognovit, proinde nil eſt, quod poſt baptiſmum impediat matrimonium contrahendum cum conſanguinea illius fœminæ, quam cognoverat tempore infidelitatis.

Neque dici poteſt, hanc affinitatem oriri 35
ſtatim poſt ſuſceptum baptiſmum; quia quod ab initio eſt nullum tractu temporis non convaleſcit. Hinc poteſt conſiſtere matrimonium inter fidelem ſuſcipientem in baptiſmo filios infidelium, & illos infideles, ſi poſtea baptizentur, quia nulla inter ipſos oritur cognatio ſpiritualis, cùm infideles tempore infidelitatis non ſubjiciantur legibus eccleſiæ, ut notat Galego *de cognat. ſpirit. c. 8. n. 15.* non tamen poteſt, qui levavit mulierem infidelem ex ſacro fonte baptiſmi cum illa matrimonium inire, quia cùm ipſa verè contraxit cognationem ſpiritualem propter baptiſmum. Cùm igitur hæc affinitas non contrahatur tempore infidelitatis non poteſt impedire matrimonium contrahendum poſt baptiſmum, quia non enti nequit aliqua qualitas ineſſe, *l. ſi ſervum. §. 1. ff. de act. empt.*

TITULUS XIV.

De conſanguinitate, & affinitate.

Cùm Pontifex in præcedentibus titulis egiſſet de impedimentis ortis ex cognatione ſpirituali, legali, & affinitate contracta ex copula illicita cum conſanguinea ſponſæ, pergit nunc agere de alio impedimento, quod oritur ex ipſa cognatione naturali, ſeu carnali, quæ inter cætera matrimonij impedimenta præcipuum ferè locum obtinet, & conſiſtit in conſanguinitate, ad quam accedit ea perſonarum propinquitas, quæ affinitas dicitur. Unde ſubjungitur præſens titulus de conſanguinitate, & affinitate.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. EX LITTERIS 1. h. t. Alexander III. declarat, quòd ſi poſt contractum matrimoniū inquiſita diligenter veritate per teſtes circumſpectos omni exceptione majores inveniatur aliquis gradus, ſaltem quartus conſanguinitatis, vel affinitatis, debeant conjuges ſeparari. Rurſus declarat, cauſas matrimoniales non eſſe tractandas à quolibet, ſed per Judices diſcretos, qui poteſtatem habeant, & ſciant Canones. Ex quo textu duo requiruntur in Judice cauſarum matrimonialium. Primò ut habeat poteſtatem judicandi. Secundò ut non ignoret ſtatuta canonum. Rurſus cauſam matrimonialem non poſſe compromitti, ſed ſententiam eſſe ferendam à Judice, vel ordinario, vel delegato.

C. SUPER EO 2. h. t. Urbanus III. declarat, quòd ſi quis deſponſaverit puellam, & poſtea excipiat, ſe cognoviſſe carnaliter propinquam puellæ, ſi fama loci id habeat, liberatur à ſponſalibus: ex quo textu iterum liquet, affinitatem ſupervenientem ſolvere ſponſalia, & famam impedire matrimonium contrahendum. Hoc intereſt diſcrimen inter rumorem, & fa-

mam, quia rumor est, quando aliqua pars vicinia aliquid affirmat, ut tertia, vel quarta pars: fama verò est, quando tota civitas, seu vicinia, vel major pars aliquid affirmat, hinc rumor minùs probat, quàm fama. Cæterum ante contractum matrimonium ad illud impediendum, sufficit solùm fama impedimenti.

C. *QUOD DILECTIO 3. h. t. Cœlestinus III. rescribit, quòd quando dispensatur cum aliqua ut possit contrahere in quarto gradu, uterque debeat distare in quarto; quod si alter distaret in tertio a stipite, dispensatio non valeret: quòd si consuetudo loci ita se habeat, ei standum est ad vitandum scandalum. Hinc in præsenti textu Legatus Papa non dispensavit in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege canonica prohibitis, quia privilegia juri communi contraria debent strictè interpretari: sed respexit inolitam consuetudinem illius Regionis, ex cujus violatione timebatur scandalum. Hinc notat Panormitanus, consuetudinem posse habilitare, & inhabilitare ad matrimonium, & eos copulare, qui inæqualiter distant a communi stipite. Verùm melius videtur dicendum, consuetudinem potiùs habilitare, quam inhabilitare ad matrimonium.*

C. *DE INFIDELIBUS 4. h. t. Innocentius III. declarat, infideles conjunctos matrimonio in gradu prohibito ab ecclesia non esse separandos, si convertantur, quia quos Deus conjunxit, non debet homo separare: loquitur Pontifex in hoc textu de Judæis, quos dicit in matrimonio contrahendo ante baptismum, & conversionem non subjacere legibus canonicis quoad gradus consanguinitatis, & affinitatis, & concordat* c. gaudemus de divorr. *Tum quia Christus dixit, inter illos esse verum matrimonium, neque per legem evangelicam sustulit matrimonium inter Judæos.*

C. *QUOD SUPER 5. h. t. rescribit idem Pont. consanguineos mariti posse accipere consanguineos uxoris, eò quia nulla sit affinitas. Rursus declarat, consuetudinem contrahendi inter gradus prohibitos esse corruptelam, & non valere, & contrahentes esse excommunicandos. Verùm id debet intelligi de consuetudine irrationabili, quæ legitimo tempore non fuit præscripta: alioquin potest in aliquo loco occurrere rationabilis causa, ob quam hæc consuetudo inducatur; ut si in aliqua Insula pauci essent incolæ, & nulli extranei vellent ibi habitare, posset tunc contingere ut consuetudo ibi contrahendi in quarto, vel etiam tertio gradu consanguinitatis, non esset corruptela; adhibita hac distinctione possunt canones, qui videntur contrarij inter se conciliari.*

C. *QUIA CIRCA 6. h. t rescribit idem Pont. dispensationem factam à Papa contrahendi in gradu prohibito, si sit ex causa falsa non valere, nisi de novo a Papa confirmetur. Ex quo textu colligitur ad solum Pontificem pertinere dispensare in impedimentis matrimonij jure canonico statutis. Docent tamen plures cum* Sanchez lib. 8. disp. 6. n. 14 *posse etiam Episcopum dispensare ex gravi, & urgente causa, si desit recursus ad Papam. Cæterum ex textu liquet, subreptitiam esse dispensationem, si tempore concessionis Pontificis, vel Pœnitentiarij causa allegata non sit vera; tametsi antea fuerit, vel postea futura sit vera. Verùm ut notat Glossa, in favorem filiorum dispensatur in gradu prohibito, immo propter scandalum interdum toleratur etiam dispensatio ex falsa causa concessa: tolerantia enim, & dissimulatio Papæ, aut superioris inducit dispensationem in actu de jure prohibito, ut docet Gonzales* ad regul. 8. cancellar. Gloss. 9. §. 2. n. 87. *Neque obstat textus in* c. cum jam dudum de præbend, *ubi dicitur:* Multa per patientiam tolerari, quæ si fuerint deducta in judicium, exigente iustitia non debent tolerari. *quia id tantùm est verum de tolerantia facti, quando Pontifex nil specificè disponit de aliquo actu prohibito a se, vel alijs tolerando: secus si specificè disponat se velle certum actum tolerare, aut dissimulare, vel jubet tolerari, aut dissimulari, ut in præsenti textu; tunc enim talis dissimulatio dicitur habere vim dispensationis: quia non est verisimile, Papam circa dispensationem mandasse istos tolerari in peccato, quia id, non potuisset fieri sine scandalo. Cæterum propter scandalum facilius dispensatur super matrimonio contrahendo, vel contracto in gradibus jure communi prohibitis, quando scilicet ex tali matrimonio suscepta fuit proles; tunc enim favore filiorum dispensatur, præsertim si plures sint, & bona fide suscepti, ut etiam ob scandalum vitandum, aut tollendum, quo pacto frequenter Papa, propter bonum pacis, & ad sedanda dissidia dispensat inter consanguineos in tertio. & quarto gradu.*

C. *TUA NOS. 7. h. t. Idem Pont. rescribit, testes, qui producuntur ad faciendum devortium, quando computantur gradus consanguinitatis debere incipere à parentibus, seu à stipite, vel germanis, distinguendo gradus per ordinem, designando personas proprijs nominibus, vel æquipollentibus indicijs, præsertim quia sæpe testantur de auditu, quod minus est validum: quapropter vult Pontifex in hac materia non esse nimium laxandam facultatem. Ubi notandum est, quòd cum matrimonium sit res valdè favorabilis, meritò requiritur accurata graduum computatio à testibus, vel illis, qui impedimentum dirimens consanguinitatis volunt opponere, tenentur enim efficacem sui dicti causam ostendere, præsertim si sint solùm testes de auditu alieno.*

C. *NON DEBET 8. h. t. Ex Concilio generali idem Pont. tollit aliquam prohibitionem contrahendi matrimonium in secundo, vel tertio gradu affinitatis, eò quia difficultatem hujusmodi prohibitiones frequenter inducerent, & pericula animarum: & decernit, ut contrahentes in tali gradu affinitatis liberè copulentur. Rursus statuit, ne prohibitio copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, aut affini-*

affinitatis gradum de cætero excedat, quia in ulterioribus gradibus hæc prohibitio sine gravi dispendio non potest observari: & quaternarius numerus benè congruit corpori humano, cujus dominium sibi mutuò tradunt conjuges, cùm constet ex quatuor elementis. Demum vult hanc prohibitionem esse perpetuam, ut non possit quis contra illam defendi, quacunque annorum longinquitate, eò quia diuturnitas temporis non minuat, sed augeat peccatum. Ubi notandum est, leges humanas ex publica necessitate esse mutandas, si præsertim periculum subsit animarum. Rursus conjugium fuisse olim impeditum usque ad septimum consanguinitatis gradum c. nulli 35. q. 3. & *postea ab Innocentio III. in præsenti textu hoc impedimentum fuisse restrictum usque ad quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum, tam in linea recta, quàm transversa, ascendentium, & descendentium. Rursus affinitatem ex fornicatione contractam à Concilio Tridentino* sess. 24. de reform. matrim. c. 4. *restrictam fuisse ad secundum gradum.*

C. *VIR QUI ult. h. t. Gregorius IX declarat, quòd si vir distat à stipite in quarto gradu, & mulier in quinto, possint sine dispensatione matrimonium contrahere, quia quanto gradu remotior distat à stipite, in tanto distat etiam à quolibet descendentium per aliam lineam in eodem stipite.*

IN SEPTIMO.

C. *SANCTISSIMUS 1. h. t. Pius IV. statuit, ut in dispensationibus quibuscunque, quæ pro matrimonio scienter, vel ignoranter contracto, vel contrahendo, in quibusvis prohibitis consanguinitatis, & affinitatis, seu mixtis gradibus obtinentur à Sede Apostolica, vel impetrantur à Papa etiamsi motu proprio concedantur, sine exprimendi gradus consanguinitatis, & etiam qualitates remotiores, & propinquiores, de quibus specialis, & expressa mentio fieri debet: alioquin vult hujusmodi dispensationes esse nullius roboris, & momenti, & haberi pro infectis*

C. *SANCTISSIMUS IN CHRISTO 2 h. t. Pius V. declarat, ultra personas enumeratas in decretis Concilij Tridentini circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione posse matrimonium contrahi: statuitur autem in decretis Concilij, ut affinitas, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis tantùm attendi debeat, qui primo, vel secundo affinitatis gradu conjunguntur, & declarat Pontifex, ultra hos gradus posse matrimonium contrahi.*

C. *CUM ILLIUS 3. h. t. declarat idem Pont. nullum esse impedimentum ratione cognationis spiritualis, quo minus inter maritum, vel uxorem suscipientis, & baptizatum; baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quàm baptizantis, & baptizati in Concilio Tridentino nominatim non expressas possit liberè, & licitè matrimonium contrahi: decretum autem Concilij Tridentini fuit, cognationem spiritualem inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt baptizatum de baptismo, & ipsum baptizatum, & illius patrem, & matrem, nec non baptizantem, & baptizatum: baptizatique patrem, & matrem: in reliquis autem personis, quæ per antiquos canones ratione cognationis contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum est.*

C. *AD ROMANUM 4. h. t. Idem Pont. restringit impedimentum affinitatis provenientis ex fornicatione ad primum, & secundum gradum, in ulterioribus enim gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi, & declarat, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in ulterioribus gradibus possit liberè, & licitè matrimonium contrahi. Hinc hodie jure novo ex Concilio Tridentino affinitas ex fornicatione contracta restringitur ad secundum gradum, non ita tamen affinitas contracta ex copula licita, quia id relinquitur ex dispositione præsentis textus, ut nimirum extendatur usque ad quartum gradum, quia Concilium Tridentinum nullam mentionem de illa fecit in sua restrictione.*

IN CLEMENTINIS.

C. *EOS QUI 1. h. t. Clemens V. declarat, excommunicatos ipso facto esse eos, qui scienter contrahunt in gradu prohibito consanguinitatis, & affinitatis, vel cum Monialibus: ut etiam Religiosos, & Moniales, & Clericos in sacris constitutos, si matrimonium contrahant: & statuit, ut Prælati ecclesiarum eum primum sciverint, eos denuntient excommunicatos, faciantque denunciari, donec absolvantur: remanentibus etiam pœnis à jure statutis. Ubi notat Glossa, hanc decretalem tantùm procedere in casibus expressis, non in alijs, adeò ut, si quis contrahat cum conjugata, vel infideli pagana, vel cum cognata spirituali, vel legali, vel contra publicam honestatem, non incurrat has pœnas quamvis matrimonium non teneat. Præterea, qui ignoranter contrahit, non incurrit pœnas hujus canonis, dummodo ignorantia sit facti probabilis, & non juris: quia si sciebat gradum, in quo erat, licèt ignoraverit constitutionem, seu jus, adhuc ligatur à constitutione* regul. ignorantia de regul. jur. in 6. *Hinc si unus conjugum sciebat, & alter ignorabat, sciens ligatur. Rursus si ignorans contraxit, & postea scit, si matrimonium consummet, censent plures valde probabile non incurrere excommunicationem; quia jus punit contractum, & non cohabitationem, vel incestum, sicut qui ignoranter eligit indignum, quem credebat dignum: quamvis postea sciat esse indignum non incurrit pœnam* c. cum in cunctis de elect. *Quia verò hæc decretalis loquitur de matrimonio, non extenditur ad sponsalia, quia cùm sit prohibitoria, est restringenda ut odiosa ad solum matrimonium.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid sit consanguinitas, quomodo ejus gradus computandi, & quo jure matrimonium dirimat.

1 Consanguinei propriè dicuntur, qui sanguine inter se connexi sunt; hinc consanguinei fratres, qui de uno patre nati; nec refert si ex diversâ matre; propriè enim in jure consanguinei dicuntur soli fratres, sororésque ex eodem patre prognati, & prognatæ, qui capite minuti non sunt, idque de jure civili: vel etiam qui in ejusdem patris potestate sunt, quamvis ex eo non sint progeniti, eò quia quæsiti per adoptionem, vel unus adoptivus, alter naturalis. Consangoinitas tamen ut ad præsens pertinet institutum definitur: *Vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractu.* Dicitur consanguinitas quasi consanguinis unitas, eò quia consanguinei de communi sanguine descendant.

2 Requiritur tamen ad consanguinitatem, ut consanguinei ab eodem stipite propinquo descendant, alioquin quamvis plures ab eodem cōmuni stipite originem traherent, sed remoto, non dicerentur consanguinei; alioquin cum omnes homines descendant ab eodem communi stipite, seu Adamo, & Eva, essent omnes inter se consanguinei, quod est falsum, quia tametsi virtus generativa Adami perseveret in omnibus descendentibus secundùm similitudinem specificam, seu humanam, oon ita secundum similitudinem individualem, juxta quam pareotes generant prolem sibi similem, & referentem eorum imaginem, complexionem, & mores: hæc enim individualis virtus sita in participatione imaginis, complexionis, & morum patris in filio, quo magis à generante per succedentes generationes elongatur, eò plus minuitur, & deficit consanguinitas.

3 Rursus consanguinitas debet descendere à genitoribus in filios, & nepotes per carnalem propagationem. Hinc Eva non fuit coosanguinea Adæ, licèt ex ejus costa formata, eò quia non fuerit genita per carnalem propagationem, ut notat Covarrovias *in 4. decret. p. 2. c 6. §. 6. num. 3.* Secus inter Virginem Matrem, & JEsum Christum Redemptorem fuit vera consanguinitas, quia ex purissimo Virginis Matris sanguine operante divino Spiritu formatum fuit corpus Christi, adeò ut Beata Virgo conceptioni Christi totū illud suppeditaverit, quod veræ matres solent ministrare generationi prolis.

4 Cognatio naturalis generatim sumpta dividitur in agnationem, & cognationem specialiter dictam, eò quia vox generis contrahatur ad speciem, quæ cum careat proprio nomine sortitur oomen generis, perinde ac vox adoptio generaliter sumpta dividitur in arrogarionem, & adoptionem specialirer dictam. Cæterum cognatio est nomen generis, & agnatio speciei *l. Jurisconsultus §. 1. de gradib. & affinib.* Dicuntur agnati, qui ex eodem sanguine per sexum virilem descendunt *§. 2. instit. de legit. agnat. success.* & agnatio est eorum propinquitas. Cognati autem specialiter dicuntur, qui ex eodem sanguine per matrem, seu lineam fœmininam descendunt, ut habetur in *d. §. 2. instit.* & eorum propinquitas dicitur cognatio proptiè sumpta. Discrimen inter cognatos & agnatos declarant Juristæ, sed Justinianus hanc cognatorum, & agnatorum differeotiam sustulit in ordine ad successiones *novel. 118. de hæred. ab intest. venien. §. nullum verò volumus.*

5 Ex cognatis generatim sumptis alij sunt ascendentes, ut parentes, qui nos genuerunt, ut Proavus, Avus, Pater, Mater, Avia, Proavia: unde linea ascendentium initium ducit à patre, vel matre, & ascendit ad avum, aviam, proavum, proaviam, & alios. Alij descendeotes, & sunt, qui à nobis nascuntur ut filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & sic de aliis. Alij sunt cognati collaterales, seu transversales, qui nec nos genuerunt, oec fuerunt ipsi à nobis geniti, sed eandem nobiscum stirpem communem habent, ut frater, & soror, & ex iis descendentes patruus, & Avunculus, & alij id genus.

6 Rursus intec cognatos ascendeotes, & descendentes nuptiæ prohibentur, & quidem in infinitum *l. nuptia juxta l. nihil. ff. de ritu nuptiar. §. ergo non omnes instit. de nupt.* neque in hac prohibitione nuptiarum jus canonicum differt à jure civili, imò oec summus Pontifex potest in hac linea recta ascendentium, & desceodentium dispensare: quia cum sit juris naturalis, non potest mutari. Inter cognatos tameo traosversales prohibentur nuptiæ usque ad determinatum gradum, ooo verò in infinitum: jure enim civili prohibentur usque ad quartum gradum exclusivè: & jure canonico antiquo usque ad septimum *can. 1. can. nullum, can. nulli 35. q. 2.*

7 Verùm jure oovo Pontificio hæc prohibitio coarctata fuit ad quartum gradum consanguinitatis inclusivè, ut habetur *in c. non debet 8. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, ut prohibitio deinceps oon excedat quartum gradum coosanguinitatis, vel affinitatis, & contra hanc prohibitionem non prævalet longinqua consuetudo, vel factæ constitutiones, unde consuetudo quævis in contrarium jure novo reprobatur ut cor-

corruptela. Infideles tamen conjuncti in gradu prohibito à lege canonica post baptismum non sepatantur, ut rescribit Innocentius III. *in c. de infidelibus 4. h. t.* ubi etiam addit rationem, quia vinculum matrimonij jure divino est indissolubile, & cùm supponatur initum hoc matrimonium cum impedimento tantùm canonico, & inducto ab ecclesia, non potest solvi, quia ecclesia non habet potestatem supra jus divinum, proinde Pontifex rescripsit, *quos Deus conjunxit, homo non separet.* Præterea licèt de jure civili cognatio, & affinitas non dicantur oriri nisi ex justis, & validis nuptiis *l. non facile. §. sciendum. ff. de gradibus affinitat.* De jure tamen canonico cognatio, & affinitas oriuntur etiam ex copula illicita, & fornicaria, & illegitimè natus non potest nubere fœminæ ab eadem matre, vel patre genitæ, quamvis ex illegitima nativitate. Non tamen textus civilis est intelligendus de cognatione à natura introducta, ex qua illegitimus revera etiam est filius, vel frater; sed quod non sit cognatus quoad effectus Juris C. hoc est in ordine ad successionem hæreditariam, tutelam, administrationem, nobilitatem familiæ. &c.

8 Distinguitur igitur consanguinitas per lineas, & gradus: linea est personarum consanguinearum ordinata collectio, & series, seu ille ordo, quo unus in linea recta descendentium dicitur pater, alius filius, nepos, pronepos, abnepos, suntque quatuor gradus consanguinitatis in linea recta descendentium; & ita dicendum de matre, filia, nepte, pronepte, abnepte: tametsi quinque numerentur personæ, quatuor tamen sunt gradus, quia pater cum filio non constituunt nisi unum gradum: & ita in eadem linea recta ascendentium pater, avus, proavus, abavus. Hæc autem linea, alia est recta, in qua unus ex consanguineis ab alio immediatè, vel mediatè descendit, ut diximus in linea ascendenrium, & descendentium. Alia est linea transversalis, quæ & collateralis dicitur inter eos, quorum neuter ab altero immediatè, aut mediatè descendit, sed ambo ab uno tertio, vel immediatè ut fratres ab eodem patre, vel mediatè ut consobrini, & patrueles.

9 Prætetea linea hæc transversalis est duplex, una æqualis inter illas personas æquè distantes à stipite, ut sunt duo fratres, aut duo fratrum filij. Altera inæqualis, & continet eas personas transversales, quæ inæqualiter distant à communi stipite utriusque; & à quo ambo descendunt, cujusmodi sunt patruus, & nepos ex patre. Gradus in linea sive recta, sive transversali nil aliud est, quàm quædam mensura, qua cognoscitur, quanta sit propinquitas, vel distantia consanguinitatis inter personas, quæ ab eodem stipite descendunt. Demum stipes in arbore consanguinitatis est illa persona, a qua aliæ, quarum consanguinitatis gradus investigantur, trahunt originem proximam: quo pacto stipes duorum fratrum est pater, eò quia uterque à patre proximè descendat: stipes verò patrui, & nepotis ex fratre est avus, quia in eo proximè conveniunt, & ita de reliquis. Aliter tamen numerantur gradus consanguinitatis in jure civili pro successione ad hæreditatem, & aliter in jure canonico ad ineundum matrimonium, saltem quantum attinet ad lineas transversas, quia in computatione graduum lineæ rectæ nullum discrimen assignatur.

10 Ut autem quis valeat cognoscere, in quo gradu consanguinitatis conveniat, vel distet una persona ab altera, ut non possit sine dispensatione cum illa matrimonium contrahere, communiter tres traduntur regulæ, quarum prima est pro linea recta, & aliæ duæ pro transversali. Prima regula pro linea recta ascendentium, & descendentium, quæ & communis est utrique, jure canonico, & civili est, ut tot sint gradus in linea recta descendente, vel ascendente, quot sunt personæ unâ tantùm demptâ, scilicet illâ, quæ est origo cæterarum. Hinc pater, & filius sunt in primo gradu, avus, & nepos in secundo; proavus, & pronepos in tertio; abavus, & abnepos in quarto. Ratio est, quia pater secundum se non constituit gradum, sed tantùm in ordine ad filium, qui ab ipso immediatè descendit, quo fit, ut pater cum filio, tametsi sint duæ personæ, non tamen constituant nisi primum gradum: & quia filius cum filia à se genita constituit alterum gradum, ideo inter has tres personas Avum, patrem, & nepotem duo tantùm dantur gradus, & sic de aliis descendentibus, vel ascendentibus.

11 Secunda regula pro linea transversali æquali, in qua personæ junctæ æqualiter distant à communi stipite, est, ut quot gradibus personæ singulæ distant à communi stipite, totidem distent inter se: hinc duo fratres, vel sorores sunt in primo gradu lineæ transversalis, quia eodem primo gradu secundum lineam rectam distant à patre, qui est amborum stipes. Filij verò utriusque fratris sunt in secundo gradu, quia per duos gradus distant ab Avo. Eorum filij sunt in tertio gradu ejusdem lineæ transversalis, quia per tres gradus distant à proavo, & rursus horum filij sunt in quarto lineæ transversalis, quia per tot gradus distant ab abavo, & hæc regula traditur *in c. fin. de consanguinit.* Quamobrem quia duo fratrea, vel sorores uno tantùm gradu distant à communi stipite lineæ rectæ, ideo inter se uno tantùm distant gradu in linea transversa. Patrueles verò, & consobrini, seu duorum fratrum, vel sororum filij, vel filiæ, quia in linea recta à communi stipite, seu ab avo, & avia duobus distant gradibus, ita etiam in linea transversali sunt in secundo gradu consanguinitatis. Pari pacto filij, & filiæ patruelium, & consobrinorum sunt consanguinei in tertio gradu ejusdem lineæ transversalis; quia in linea recta per tres gradus distant à communi stipite, seu proavo, & proavia. Nepotes verò eorum sunt in quarto gradu, quia in linea recta per quatuor gradus distant ab abavo, & abavia, & sic de aliis: quia cùm tota, & adæquata ratio consanguinitatis desumatur ab unione cum communi stipite, tot computantur gradus, quot desumontur ex distantia ista, adeò ut non possint magis distare inter se, quàm à stipite;

pite: & hæc regula traditur *in c. ad sedem 2. & c. parentelæ 4. caus. 35. q. 5.*

12 Tertia regula traditur pro linea transversa inæquali inter personas inæqualiter distantes à communi stipite: dicitur linea transversa inæqualis, quando unus ex consanguineis gradu remotior est, ut si pronepos se comparet cum patruo, seu fratre proavi est in tertio gradu, quia pronepos distat à proavo in tertio gradu: hinc patruus, & amita, seu frater, & soror patris sunt in secundo gradu consanguinitatis cum liberis fratris sui: & avunculus vel matertera, seu frater,& soror matris in secundo gradu cum liberis sororis suæ: ratio est, quia hi nepotes ex fratre, & sorore nonnisi duobus gradibus distant in linea recta à communi stipite, seu ab avo, cujus filius fuit eorum patruus, vel filia eorum amita, vel abavia cujus filius fuit avunculus, & filia matertera, ideo ipsi non minus quàm duobus gradibus distant à patruo, vel amita, avunculo, vel matertera. Quanto igitur aliqua persona in linea transversa remotior est secundùm lineam rectam à stipite, tanto per plures gradus distat ab alia persona, cum qua comparatur, quapropter patruus, & nepos ex fratre sunt in secundo gradu, quia in eodem distat nepos ex fratre ab avo, qui est stipes utrique communis; similiter pronepos ex fratre distat à patruo in tertio gradu, quia eodem distat à proavo; abnepos ex fratre distat à patruo in quarto gradu, quia tot gradibus distat à communi stipite: hæ autem explicatæ regulæ procedunt tantùm de jure canonico; quia de jure civili una tantum est regula universalis, ut singulæ personæ singulos gradus constituant, tótque sint gradus, quot personæ à communi stipite descendentes computato ipso stipite, adeò ut duo fratres de jure civili dicantur esse in secundo gradu,& fratrum filij in quarto conjuncti: ratio hujus diversitatis assignatur à Pontifice *in c. ad sedem caus. 35. q. 5.* eò quia computatio canonica instituta sit circa matrimoniū, quod semper inter duas personas contrahitur, sicque semper duæ personæ in eodem gradu ponuntur: computatio verò civilis instituta fuit circa successionem hæreditariam, quæ de persona ad personam devolvitur: quæ ratio est, ut quoties de hæreditate,vel actu alio præter matrimonium quæritur, in quo habetur parentelæ respectus, computatio fiat secundùm jus civile, non tantùm in foro civili, sed etiam canonico, & inter clericos, ut notant Covarruvias *de matrim. p. 2. c. 6. §. num. 8.* Barbosa *c. ult. de consanguinit. n. 4.*

13 Expensâ, & præcognitâ doctrinâ graduum consanguinitatis superest inquirendum, quinam gradus consanguinitatis, & quo jure matrimonium dirimant. Certum est apud omnes, consanguinitatem in primo gradu lineæ rectæ irritare,ac dirimere matrimonium jure naturæ, adeò ut si pater nuberet propriæ filiæ,vel mater proprio filio,matrimonium jure naturæ esset invalidum, idque colligitur ex *Genes. 2.* ubi Deus ait: *propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ,* & cum non possit textus intelligi de recessu à parentibus quoad amorem, & cohabitationem, ut docet D. Thomas *in 3. p. q. 54. art. 3. in argum. 2.* debet textus intelligi de recessu quantum ad matrimonij conjunctionem: unde videtur ibi implicitè contineri lex quædam divina naturalis,non solùm prohibens, verùm etiam irritans, & dirimens matrimonium initum inter patrem, & filiam; matrem, & filium, quia præcitata verba indicant virum, & fœminam alicui alteri, quàm patri, aut matri per matrimonium debere adhærere: perinde ac in verbis sequentibus, *& erunt duo in carne una,* implicitè continetur præceptum irritans bigamiam, seu matrimonium unius viri cum pluribus fœminis simul.

14 Ratio itidem naturalis irritū suadens matrimonium initū inter patrem,& filiam;vel matrē, & filium est, quam adfert D. Thomas *loc. cit.* quia ea est matrimonii natura, ut per illud fiant conjuges æquales in mutuis obsequijs, & in mutua subjectione in ordine ad solvendum debitum, ad quæ omnia conjuges tenentur jure naturæ ratione matrimonij initi: atqui ad hanc mutuam subjectionem, & æqualitatem sunt quodammodo jure naturæ inhabiles filius, & filia respectu patris, vel matris: siquidem filij jure naturæ subjiciuntur parentibus, quibus tenentur debita obsequia, & reverentiam præstare, ergo filia jure naturæ non potest fieri æqualis patri in mutuis obsequijs, & mutua subjectione ad debitum matrimoniale reddendum, & ad quod jure naturæ tenentur conjuges ratione matrimonij: ergo eum jure naturæ filia non possit debitum matrimoniale à Patre exposcere, eò quia esset quodammodo sibi subjicere patrem contra præceptum naturæ dictans, filios debere parentibus subjici, sequitur manifestè, matrimonium initum inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ, seu inter patrem, & filiam; vel matrem, & filium esse jure naturæ irritum: quinimò id à fortiori sequitur, si filius matrem ducat, cùm vir sit caput mulieris, & uxor debeat virum timere, eique subjici.

15 Firmari etiam ex eo potest, quia turpitudo; quæ reperitur in actu conjugali, naturaliter repugnat reverentiæ à filijs parentibus debitæ; proinde tale matrimonium inter filiam, & patrem jure naturæ repugnat, quia nemo potest validè se obligare, ac tradere divisionem sui corporis ad id, quod ex rei natura est turpe, & illicitum, ac peccato obnoxium. Firmari etiam potest secundò, quia matrimonium ex propria ratione postulat iniri inter duas personas diversas, cùm sit vinculum duorum, qui fiunt una caro: atqui filius cum matre non est diversa caro,cùm filius sit pars carnis maternæ,ut etiam filia paternæ: ergo naturaliter non potest inter patrem, & filiam, vel matrem, & filium iniri matrimonium, cum jam sint una caro.

16 Ex eo itidem evinci potest, quia sit quodammodo contra finem primarium matrimonij, ut pater nubat propriæ filiæ, vel mater filio, quia licèt non adverletur talis conjunctio fini matri-

monij

monij simpliciter, & præcisè ex matris, & filij concubitu; cum possit inde proles generari, & educari, id tamen nonnisi turpissimè, & indecentissimè fieret: siquidem copula carnalis, ad quam matrimonium ordinatur, & quæ est medium necessarium ad generationem prolis, naturalem turpitudinem habet annexam, quia fit cum quadam irreverentia alterius ad alterum, ut notat D. Augustinus *lib. 15. de civit. c. 16.* Quòd autem filia petendo debitum matrimoniale à patre, hanc illi inferat irreverentiam, est contra naturam, quæ dictat teneri filiam subijci patri, & non illum sibi subjicere, sed illi debitam reverentiam præstare.

17 Juvat tamen observare cum aliquibus, probabile esse, matrimonium initum inter patrem, & filiam non esse ita intrinsecè malum, quin saltem in unico casu publicæ necessitatis conservandi scilicet genus humanum, si per impossibile deficerent omnes alij homines, & tantùm superstites essent pater cum unica ejus filia; vel filius, & mater, posset tale matrimonium cohonestari, possétque Deus propterea in eo dispensare, reddendo scilicet in ordine ad solum actum conjugalem filiam æqualem patri ob bonum publicum, & commune, cui in tali casu necessitatis jus reverentiæ patri debitum utpote privatum cederet, perinde ac bonum privatum in alijs casibus cedit communi. Hinc D. Chrysostomus *homil. 44. in Genes.* & D. Ambrosius *lib. 2. de Abraham. c. 6.* excusant filias Loth à culpa, quando cum patre concubuêre, eò quia existimaverint, nullum virum superesse, qui generationi posset deservire, *Genes. 19.*

18 Tum quia malum ordinis inferioris cohonestari potest ob bonum ordinis superioris, ut damnum corporis propter bonum spirituale animæ: & quia malum privatum irreverentiæ paternæ oriens ex tali matrimonio est ordinis inferioris respectu boni communis, ad quod spectat conservatio speciei, poterit cohonestari, ut bono communi consulatur, ut docent Sotus *in 4. dist. 40. q. unic. art. 3. col. 11.* Valentia *4. p. disp. 16. q. 5. punct. 3.* & plures alij. Quamobrem matrimonium inter patrem, & filiam non adversatur simpliciter, & omnino substantiæ matrimonij, & ejus fini, sed tantùm ejus ordini, & convenientiæ.

19 Quin imò probabilius etiam est, matrimonium initum inter consanguineos in secundo, tertio, & alijs gradibus sequentibus in infinitum lineæ rectæ ascendentium, & descendentium esse jure naturæ invalidum, adeò ut matrimonium avi cum sua nepte; proavi cum pronepte, ut etiam aviæ cum nepote, & sic deinceps per alios gradus, sit jure naturæ irritum, adeò ut si hodie Adam resurgeret, non posset ullâ fœminâ in uxorem ducere, eò quia sit communis totius generis parens. Id enim expressè deciditur *in l. nuptiæ 53. ff. de ritu nupt.* ubi dicitur, quòd nuptiæ non possint subsistere inter eas personas, quæ in numero parentum, & liberorum sunt sive proximi, sive ulteriores: rursus *l. ult. ff. de jure gentium* dicitur, incestum committere, qui ex gradu ascendentium, vel descendentium uxorem duxerit: atqui hæ leges per jus canonicum non fuerunt correctæ. Neque obstat c. *non debet 8. h. t.* quia ibi Innocentius III. non loquitur de gradibus lineæ rectæ, sed solùm transversalis.

Ratio itidem id videtur suadere, quia natura ipsa abhorret à matrimonio inito inter patrem, & filiam, ratione reverentiæ debitæ patri à filia, & subjectionis, quâ filia tenetur patre, non verò imperare patri ex naturæ lege: eo enim ipso, quòd nuberet patri ex natura matrimonij, teneretur pater filiæ petenti debitum matrimoniale reddere, sicque pater subjiceretur filiæ ex natura matrimonij, quod repugnat juri naturæ, cùm filia debeat subjectionem, & reverentiam exhibere patri: atqui major subjectio, & reverentia debetur ascendentibus remotioribus, & eò major, quo ascendens remotior est: tum quia omnes ascendentes sunt verè parentes, & majores, à quibus descendentes non solùm per accidens, sed etiam per se dependent, ut à principijs suæ generationis, etenim causa causæ est etiam causa causati: & non minus est impossibile, aliquem naturaliter esse sine patre, quàm sine avo: ex quo infertur, nepotes avis suis, proavis, & abavis, alijsque majoribus ascendentibus jure naturali debere non minorem reverentiam, & submissionem, quàm suis immediatis parentibus, unde eadem ratio militat de primo, & alijs gradibus lineæ rectæ in infinitum ascendentium, & descendentium. 20

Quòd si dicas, participationem sanguinis communicatam à virtute generante communis stipitis minui, ac deperdi in remotioribus descendentibus, imò & in ipsis penitus extingui. Contra est, quia licèt id verum sit quoad talem participationem: nihilominus hic non solùm spectatur major, vel minor participatio sanguinis; sed etiam ratio principij, cui per se reverentia debetur, & quia omnes descendentes naturaliter, & per se, sunt principium necessarium descendentium, ideò est omnibus illis etiam in infinitum productis debita reverentia, & subjectio descendentium, hinc Christus *Matth. 1.* vocatur filius Abrahæ, & David, licèt non nisi remotissimè ab ijsdem descenderit; unde jure naturali impeditur æqualitas per matrimonium constituenda. 21

Possunt tamen nonnulla objici etiam contra primum gradum consanguinitatis in linea recta. Primò quia filia non est magis conjuncta patri, quàm fuerit Eva Adæ, de qua ipse dixit *Genes. 2. hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea:* sed matrimonium Evæ cum Adamo jure naturæ fuit validum, etiam seclusa omni dispensatione, proinde jure naturæ erit etiam validum matrimonium initum inter patrem, & filiam. Secundò, quia lex naturalis eadem est apud omnes gentes: sed plures referuntur nationes, quæ non solùm habebant valida, sed etiam licita matrimonia inita inter patrem, & filiam; matrem, & filium, ut testatur Alexander ab Alexandro *lib. 1. geniali-* 22

um dier. c. 24. Tertiò, quia non est indecens etiam ratione filiationis subjici patri, & ratione matrimonij cum ipso initi esse illi æqualem; siquidem penes diversa optimè salvantur contradictoria. Quinimmo plures sunt filij, qui de facto ratione filiationis subjiciuntur patribus, quibus ratione officij, vel dignitatis præsunt.

23 Sed contra, ad primum respondetur cum D. Thoma *in 3. p. q. 54. art. 5.* negando antecedens, quia Adam non fuit principium naturale Evæ, sicut pater est principium naturale suæ filiæ: non enim Eva processit ab Adamo via naturalis generationis: siquidem homo generat sibi similem: sed processit operatione divina, ac miraculosa, quâ potuisset Deus æquè ex tali costa fabricare equum, vel leonem: hinc cùm Eva non fuerit Adæ filia, ejus matrimonium cum Adamo non fuit in ullo gradu consanguinitatis: quia revera Eva non fuit consanguinea Adæ; sicut si Deus ex aliqua parte mei corporis formaret canem, non esset canis ille meus consanguineus.

24 Ad secundum respondetur, talem commixtionem parentum cum filiis non fuisse juxta dictamina rectæ rationis, & legem naturæ, sed secundùm ardentis impetum libidinis, quæ lumen rationis, & naturæ adeò in ipsis obfuscavit, ut minimè viderint turpitudinem tali commixtioni hærentem. Hinc Tertullianus in *Apolog. c. 9.* vocat gentes illas brutales, & barbaras, eò quia humanitatem exuerint, ac naturam hominis.

25 Ad tertium negatur consequentia, & ratio discriminis est, quia æqualitas matrimonij est tantùm in ordine ad actiones naturales, mutua obsequia, & bona domestica, in quibus omnibus filius naturaliter est patre inferior: secus æqualitas oriens ex contractu societatis, vel ex officio, & dignitate est in ordine ad actiones publicas, & communes.

§. II.

An in aliquo gradu lineæ transversæ consanguinitas jure naturæ irritet matrimonium.

1 Tota difficultas est de primo gradu consanguinitatis lineæ transversæ, an scilicet matrimonium initum inter fratrem, & sororem sit jure naturæ irritum. Communior sententia docet, consanguinitatem in primo gradu lineæ transversæ jure naturæ dirimere matrimonium, adeò ut si hoc contrahatur inter fratrem, & sororem, sit jure naturæ irritum. Probatur id primò *ex c. gaudemus de divort.* ubi Innocentius III. rescribit, infideles ad fidem conversos separandos non esse à matrimonio, quod tempore infidelitatis contraxerunt in secundo, & aliis consanguinitatis gradibus; eò quia matrimonia in hisce gradibus inita sint jure ecclesiastico irrita, ad quod infideles non tenebantur, quando matrimonium contraxerunt: hinc à contrario sensu rectè infertur, separandos esse infideles, qui in primo gradu consanguinitatis contraxerunt; ac propterea matrimonium initum inter fratrem, & sororem esse jure naturæ irritum, & non solùm jure ecclesiastico: quia si conjuncti in primo gradu consanguinitatis lineæ transversæ tempore infidelitatis debent separari, si ad fidem convertantur, id certè non ob impedimentum ortum ex jure ecclesiastico, cùm infideles hoc jure non obligentur: ergo quia adest impedimentum juris naturæ. Secundò quia *Levit. 18.* prohibetur matrimonium inter fratres, & sorores: atqui hoc præceptum obligat etiam in lege evangelica, ergo quia est præceptum juris naturalis, quia præcepta legis Mosaicæ, si non sint naturalia, fuerunt extincta eum ipsa lege, nec ampliùs obligant.

Tum quia Aristoteles *2. polit. c. 2.* solo naturali lumine turpissimam judicat conjunctionem fratris, & sororis inter se; & gentes, quæ tale conjugium permittebant, fuerunt graviter reprehensæ, & notatæ tanquam barbaræ, ut refert S. Augustinus *lib. 22. contra Faustum c. 35.* quia inter fratres, & sorores est naturalis quidam pudor, cui valdè repugnat actus conjugalis, per quem turpitudo alterius revelatur: hinc *Genes. 20.*, quòd Sara dicta sit soror Abrahami, ex hoc præcisè Pharao intulit, non esse ejus uxorem; & quia tunc nulla adhuc extabat lex positiva, quæ prohiberet tale matrimonium, sequitur, quòd Pharao id intulerit ex solo naturæ lumine, eò quia ratio naturalis dictaret, fratrem non posse habere sororem in conjugem; & ipse etiam Abraham ad avertendam suspicionem conjugij inter ipsum, & Saram, putavit sufficiens asserere, esse suam sororem *Exod. c. 12.* Hinc Augustinus *lib. 15. de civit. c. 16.* & *lib. 22. c. 35.* ait, hujusmodi nuptias rantùm in ipso mundi exordio licuisse ob necessitatem propagandi genus humanum. 2

Tum quia nisi matrimonia inter fratres, & sorores essent jure naturæ irrita; maximus inde pateret aditus incestibus, nec careret suspicione fratrum pudicitia, cùm fratres, & sorores simul in eadem domo habitent: unde debuit natura hujusmodi matrimonia prohibuisse. Tum quia non constat, ecclesiam aliquando dispensâsse in hoc primo gradu lineæ transversæ: ergo quia tale matrimonium jure naturæ est irritum. 2

Nihilominus contraria sententia est etiam probabilis, quia revera non est unde efficaciter colligatur præceptum juris naturalis, quod irritet matrimonium initum inter fratrem, & sororem: & ex alio capite videntur cessare rationes, ob quas natura irritavit matrimonium initum inter patrem, & filiam: vel matrem, & filium: quia frater, & soror non sunt una caro, sicut filius cum patre, vel matre: neque inter ipsos repugnat æqualitas, neque unus debet alteri naturaliter reverentiam, & subjectionem: unde rationes, quæ probant matrimonium initum inter patrem, & filiam esse jure naturæ irritum, non urgent in matrimonio inito inter fratrem, & sororem. Tum quia fratres, & sorores non habent immediatè inter se conjunctionem sanguinis 3

guinis, sed tantùm ratione parentum, proinde non ita videtur repugnare matrimonium inter fratrem, & sororem, ut jus naturæ illud irritet. Tum quia videtur credibile, Deum hujusmodi matrimonia tanquam valida aliquando permisisse, præsertim in mundi exordio, & etiam post propagationem humani generis, Idque videtur colligi ex scriptura, quia in mundi exordio fratres ducebant uxores suas, & indecens fuisset, priora mundi connubia inita fuisse naturali jure violato. Tum quia facta jam sufficienti humani generis propagatione. Abraham duxit Saram, quam suam ex patre sororem fuisse, testatur, inquiens *Genes. 12. Unde soror mea est filia patris, & non matris meæ* hoc idem etiam communiter docent Patres præsertim D. Hieronymus *in quæst. hebra. in Genes.* Clemens Alexandrinus *lib. 2. stromat.* Sotus *lib. 2. de just. q. 3. art. 8. ad 4.* quamvis alij dicant, non fuisse sororem Abrahæ, sed filiam fratris sui.

5 Præterea certum est, Thamar violentiam patientem ab Amone suo fratre, ut se à tali vi liberaret, ipsi suasisse matrimonium ait, enim *2. Reg. 13. Noli frater mi opprimere me, noli facere stultitiam hanc, quin potiùs loquere ad Regem, & non negabit me tibi*, unde putavit Thamar, matrimonium cum suo fratre non esse jure naturæ irritum, alioquin Rex non potuisset illud concedere.

6 Si quis vellet huic secundæ sententiæ adhærere, posset ad primam rationem pro contraria sententia negare consequentiam: quia Pontifex *in d. c. gaudemus de divortiis* solùm definivit, id quod certum erat, scilicet separandos non esse post conversionem eos, qui ante conversionem uxores consanguineas in secundo, tertio, vel ulteriori gradu duxerint. Neque ex eo, quòd nihil determinaverit de primo gradu lineæ transversæ, sequitur à contrario sensu matrimonium inter fratrem, & sororem esse jure naturæ irritum: eatenus Pontifex nihil de primo gradu determinavit, quia non constabat apud Doctores, an irritaret matrimonium jure naturæ, nec ne, & quia nullus tunc contigit casus de primo gradu, ideo Pontifex noluit illam quæstionem dubiam inter Doctores decidere.

7 Cæterum argumentum à contrario sensu, in quo fundatur prima sententia non videtur urgere, sicut nec urget hoc aliud; si ex eo, quòd Concilium Tridentinum *sess. 14. de pœnit. can. 7.* dicat circumstantias mutantes speciem esse necessariò in confessione aperiendas; inferrem à contrario consensu esse itidem aperiendas illas, quæ speciem non mutant, quamvis notabiliter aggravent.

8 Ad aliud petitum *ex c. 18. Levit.* & Aristotele, respondetur ex illis tantùm convinci, hujusmodi matrimonia esse jure naturæ prohibita, non verò irrita, & invalida: etenim etiam jus naturæ, & ecclesiæ prohibet matrimonium contractum post votum simplex castitatis, & tamen illud non irritat, si contrahatur: unde quamvis dicamus, præceptum illud *Levit. 18.* esse naturale, posset tamen quis respondere, esse quidem præceptum naturale, sed tantùm prohibens, non verò irritans matrimonium. Hinc ad aliud quod addebatur, quod inde maximus pateret aditus incestibus, semperque foret suspecta fratrum pudicitia, respondetur, libidinem non ita excitari inter fratres, & sorores, sicut inter extraneos, eò quia concipiunt turpitudinem majorem in tali commixtione fratris cum sorore: tum quia ex eo, quòd tale matrimonium sit jure naturæ prohibitum satis coercentur fratres, ne turpia committant cum sororibus. Hinc ad aliud, quod addebatur, ecclesiam nunquam dispensâsse in hoc primo gradu, respondetur, inde non sequi, tale matrimonium esse jure naturæ irritum; sufficit enim naturalis prohibitio, & illa major turpitudo, quæ inest tali commixtioni fratris cum sorore: hinc teste Paulo Æmilio *in lud. 11.* Comes Armeniacus Pontificiâ dispensatione ementitâ sororem duxit, eò quia veram nunquam impetrare potuerit.

Verùm quidquid sit de primo gradu consanguinitatis lineæ transversæ, certum est, matrimonium initum in aliis gradibus secundo, & tertio ejusdem lineæ transversæ non esse jure naturæ irritum. Idque desumitur *ex d. c. gaudemus 8. de divortiis.* ubi Pontifex ait, non esse separandos infideles ad fidem conversos, si conjuncti fuerint tempore infidelitatis in secundo, vel tertio gradu consanguinitatis lineæ transversæ: atqui separandi essent, si tale matrimonium esset contra jus naturæ, quia Pontifex non irritat jus naturæ, & infideles etiam in statu infidelitatis illi subjiciuntur. 9

Tum quia Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 5. in fin.* declarat, ut cum magnis Principibus ob publicam causam dispensetur in secundo gradu consanguinitatis, & passim audiuntur hujusmodi dispensationes; ut inter patruum, vel avunculum cum nepte, & inter amitam, & materteram cum nepote. Tum quia in sanctissima familia Tharæ patris Abrahæ, Nachor duxit Melcham filiam Aram fratris sui. *Genes. 11.* Abraham duxit Saram filiam fratris sui Aram, ut censent plures. Ratio itidem ex eo peti potest, quia consanguinei in linea transversa, si non sint in primo gradu, in aliis simul non habitant, nec tanta est familiaritas, ac reverentia inter illos: nec matrimonium inter illos initum adeò adversatur fini matrimonij, ut jure naturæ censendum sit irritum. Unde quia jure naturæ quandam tantùm continet indecentiam, & aperit viam aliquo pacto incestibus, ideo ab ecclesia irritatur matrimonium inter conjuges lineæ transversæ usque ad quartum gradum. 10

§. III.

Ad quotum consanguinitatis gradum jure ecclesiastico extendatur prohibitio matrimonij inter consanguineos.

CErtum est, jure veteri canonico matrimonium inter consanguineos in linea transversa irritum fuisse usque ad septimum consanguinitatis gradum inclusivè, ut desumi- 1

tur *ex c. sedem 35. q. 5. c. nullum 7. c. de consanguinitate 17. c. nulli 19. caus. 35. q. 3.* verùm sub Innocentio III. in Concilio Lateranensi hæc prohibitio restricta fuit usque ad quartum tantùm consanguinitatis gradum, ut habetur in *c. non debet 8. h. t.* ubi Pontifex ait, non debere reprehensibile judicari secundùm varietatem temporum, si statuta humana varientur: urgens enim necessitas, vel evidens utilitas, quandòque id exposcit, quia ipse Deus nonnulla mutavit in novo testamento, quæ in veteri statuerat; ideo idem Papa prohibitiones de conjugio in secundo, & tertio genere affinitatis minimè contrahendo, & ne soboles ex secundis nuptiis suscepta copuletur cum consanguineis prioris viri, & constitutiones super his editas sacro approbante concilio revocat; quia difficultatem frequenter inducebant, & pericula animarum parabant: & statuit, ut sic contrahentes deinceps liberè copulentur, eò quia cessante prohibitione, seu causâ, cesset effectus.

2 Rursus decrevit, ne prohibitio copulæ conjugalis ultra quartum consanguinitatis, aut affinitatis gradum deinceps extendatur, quia in ulterioribus gradibus non potest hæc prohibitio absque gravi dispendio generaliter observari: quaternarius autem numerus benè convenit corporalis conjugij prohibitioni, cùm vir non habeat potestatem sui corporis, sed mulier, & è converso: quia quatuor humores sunt in corpore humano coalescentes ex quatuor elementis. Demum *in fine ejusdem capitis §. prohibitio*, statuitur, ut hæc prohibitio usque ad quartum gradum sit perpetua, adeò ut si quis contra illam præsumpserit matrimonium contrahere, nullo unquam tempore defendatur, cùm diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augeat.

3 Imò docentes, matrimonium initum inter consanguineos rectæ lineæ non esse jure naturæ irritum, nisi in primo gradu, asserunt, hanc restrictionem esse etiam intelligendam de linea recta inter ascendentes, & descendentes; adeò ut abnepotis possit cum suo avo matrimonio copulari, eò quia præter primum gradum in reliquis tam rectæ lineæ, quàm transversæ intra quartum gradum matrimonium solo jure ecclesiastico prohibeatur: quam tamen sententiam superiùs rejecimus, & ostendimus in linea recta ascendentium, & descendentium matrimonium in quovis gradu esse jure naturæ irritum.

4 Ratio, cur ecclesia matrimonium inter consanguineos, & affines ad quartum usq; gradum interdixerit, est reverentia, quam cognati sibimet ipsis debent exhibere ob originem deductam ab eodem stipite, sanguinísque communionem. Cùm enim huic reverentiæ valdè detrahat actus conjugalis, qui secum affert quandam turpitudinem ipsi contrariam; ideo ecclesia ut cognati, & consanguinei hanc sibimet ipsis reverentiam exhiberent, interdixit, ne matrimonium inter consanguineos, & affines iniretur in gradibus ab ecclesia interdictis. Hanc rationem etiam affert D. Thomas *2. 2. q. 154. art. 9. in corp.* & desumitur ex D. Augustino *lib. 15. de civit. Dei, c. 16.* etenim actum conjugalem quandam in se continere turpitudinem, ex eo liquet, quia vel ipsi conjuges non nisi pudore quodam suffusi, & vereconddiâ intra se ipsos conceptâ hoc actu utantur.

Præterea quia decuit rempublicam humanam, matrimonia ita iniri, ut deservirent bonô publico politico: atqui cum homo suapte natura sit animal sociabile, & politicum debuit matrimonium inire, ut hæc societas, & amicitia inter homines propagaretur: & quia consanguinei, & affines jam sunt sanguinis necessitudine juncti, & societate, ac amicitiâ devincti, ideo bonum commune humanæ reipublicæ exigebat ad propagandam hominum societatem, ut matrimonia non contraherentur inter sanguine junctos, sed inter eos, qui nullo sanguinis nexu copulantur. Et hanc rationem etiam adfert D. Augustinus *d. lib. 15. de civit. Dei, c. 16.* Quamobrem bonum commune exigebat, ut consanguinei, & affines non jungerentur matrimonio, eò quia jam sint fœdere consanguinitatis, & affinitatis devincti, ut humana societas, & amicitia inter extraneos propagaretur. 5

Præterea si matrimonia præter primum gradum consanguinitatis lineæ rectæ possent contrahi cum consanguineis, in quovis alio gradu lineæ rectæ, & transversæ; cùm consanguinei, & affines in eadem domo commorentur, passímque se invisant, domósque vicissim frequentent, pareret aditus incestibus, à quibus procul dubio arcet, non posse matrimonium inter ipsos contrahi: hinc castitas inter consanguineos, & affines, vel maximè periclitaretur, & pudicitia facilè labefactaretur. 6

Ex justissimis igitur rationibus ecclesia interdixit, ne matrimonia inter consanguineos, & affines usque ad quartum gradum inclusivè contraherentur juxta canonicam computationem. Ratio verò cur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. restricta fuit hæc prohibitio consanguinitatis, & affinitatis usque ad quartum gradum inclusivè, cùm antea extenderetur usque ad septimum, est; quia in ulterioribus gradibus ad quartum, vix poterat absque gravi dispendio hæc prohibitio generaliter observari; cùm sæpe difficulter sciri possit, quinam quinto, sexto, aut septimo gradu sint sanguine juncti: siquidem tam remotam cognationem non solent homines ita computare: quæ ratio est, ut persæpe incognita maneat, & difficulter probari possit. Tum quia communicatio ejusdem sanguinis ex primo stipite traducta vix ultra quartam generationem perdurat ob perpetuas rerum humanarum vices, & corporis resolutionem, ac commixtionem cum alio sanguine, ut notat Tannerus *tom. 4. disp. 8. de matrim. q. 4. dub. 4.* 7

Ita tamen hæc prohibitio restricta est ad quartum gradum, ut si fœmina distaret à primo, & communi stipite per quinque gradus, & vir per quatuor, vel tres, & ècontra fœmina per tres, & vir per quinque, adhuc possent 8

absque

absque ulla dispensatione matrimonium inter se contrahere, ut desumitur ex *c. vir qui 9. & ult. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit, quòd si vir distet à stipite in quarto gradu,& mulier in quinto, possunt sine dispensatione contrahere, quia quanto gradu remotior distat à stipite, in tanto distat à quolibet descendentium per aliam lineam ex eodem stipite. Ratio igitur est, quia hic attenditur gradus consanguinitatis penes distantiam remotioris à primo, & communi stipite; & quia computatio canonica fit à remotiore, ideo si hic distet quinque gradibus à communi stipite, quamvis alter non distet nisi tribus, vel quatuor gradibus non prohibetur contrahi matrimonium inter ipsos,ut etiam habetur in *c. non debet 8.*

9 Aliqui tamen id limitant, nisi alter eorum distet à primo communi stipite in primo gradu; dicunt enim, tunc non posse inter illum, qui distat in primo gradu à communi stipite, & alium qui in quinto matrimonium contrahi; adeò ut abnepos, qui distat ab Atavo, seu quarto Avo in quinto consanguinitatis gradu, non possit matrimonium inire cum filia atavi, seu quarti avi, eò quia sit ipsi conjuncta in primo gradu, licèt abnepos, seu quartus nepos distet ab atavo in quinto gradu consanguinitatis, adeò ut hæc prohibitio procedat in infinitum, quia id perinde esset, ac matrimonium contrahere cum stipite, ita docent Faber *instit de nuptijs in §. inter eas.* Hostiensis *in sum. tit. de consanguin. §. usque ad quartum gradum n. 1.* Verùm contraria sententia est communior.

10 Contra tamen hanc prohibitionem contrahendi matrimonia intra certos gradus consanguinitatis, & affinitatis objiciunt hæretici. Primò quia Christus venit in mundum, ut verbum DEI annuntiaret, non verò ut leges politicas conderet, cujusmodi sunt, quæ matrimonia interdicunt intra certos gradus, ex quo inferunt, ad Pontificem gerentem vices Christi non spectare hujusmodi leges condere. Sed contra, quia leges matrimoniales non sunt porè temporales, sed etiam spirituales ratione sacramenti adnexi matrimonio, & cùm pertineat ad summum Pontificem prospicere, ut sacramenta ritè ministrentur,& suscipiantur juxta bonum commune fidelium, & animarum salutem, ideo ad solum summum Pontificem spectat,tales leges circa matrimonium condere, cùm ad ipsum pertineat regimen totius ecclesiæ. Tum quia etiam ipse Christus leges aliquas de illo tulit, quatenus abstulit poligamiam, & repudium.

11 Secundò objiciunt, quia in scripturis *Levit. 18.* tantùm prohibetur matrimonium in secundo gradu consanguinitatis; proinde non posse ecclesiam hanc prohibitionem extendere usque quartum gradum, eò quia non possit ecclesia divinum statutum immutare, & corrigere.

12 Sed contra, quia ecclesia non corrigit divinum statutum, sed tantùm utitur facultate sibi concessa ampliandi, vel restringendi gradus, prout magis expedire visum fuerit pro temporis diversitate: etenim etiam leges humanæ ob causam publicæ necessitatis, vel utilitatie rectè mutari possunt; quia potest contingere, ut lex, quæ hic, & nunc habetur justa, mutato rerum statu fiat iniqua, eò quia non sit amplius utilis reipublicæ, sed perniciosa: quapropter lex tempori conveniens esse debet *c. erit autem 2. dist. 4.* Covarruvias in *c. Alma. p. 2. in princ. n. 2.* Hinc in *c. non debet 8. h. t.* sublata fuit prohibitio, ut nullus ex consanguineis viri præmortui posset matrimonium contrahere cum prole ex secundo viro per mulierem suscepta: & è converso nullus ex consanguineis uxoris præmortuæ posset matrimonium inire cum prole suscepta ex secundis nuptijs: quia cùm hæ prohibitiones inductæ fuerint, potiùs ob justitiam publicæ honestatis, quàm propter affinitatem, & cum non ampliùs ad utilitatem reipublicæ conducerent, ideo sublatæ fuerunt, cùm revera affinitas in ijsdem deficiat.

Cæterum Hebræis expediens fuerat, ne plures consanguinitatis gradus prohiberentur, ut pauci numero propagarentur faciliùs, & proni ad repudium ab eodem arcerentur ducentes consanguineas.

Tertiò exsibilant rationem à Pontifice adjectam, & desumptam ex quatuor humoribus, vel elementis, quibus constat humanum corpus. 13

Sed contra, quia præcipua ratio restringendi prohibitionem matrimonij ad quartum gradum consanguinitatis non fuit illa, quia corpus humanum ex quatuor constet elementis: siquidem hæc tantùm est quædam congruentia, non quidem inepta, sed physica; quia cùm corpus humanum constet ex quatuor elementis, ac qualitatibus contrarijs calore, frigore, siccitate, & humiditate, quæ ob continuum conflictum se destruunt, & simul hominem interimunt; ita in consanguinitate ultra quartum gradum conjunctio facilè solvitur, & vis ejusdem sanguinis deducti à primo stipite deficit. 14

Hinc infideles matrimonio conjuncti in quocunque gradu consanguinitatis excepto duntaxat primo lineæ rectæ, & in probabili sententia etiam primo lineæ transversæ, non sunt separandi post conversionem ad fidem, dummodo illud matrimonium non contraxerint in secundo gradu consanguinitatis contra leges humanas suæ Reipublicæ, quia tunc matrimonium irritaretur, non ratione prohibitionis canonicæ, sed ex vi legis humanæ irritantis talem contractum civilem initum in secundo gradu consanguinitatis. Ratio, cur conversi ad fidem non essent separandi, est, quia solus primus gradus lineæ rectæ irritat matrimonium jure naturæ; vel etiam in sententia probabili solus primus gradus lineæ transversæ irritat idem matrimonium jure naturæ. Reliqui gradus irritant tantùm jure ecclesiastico ad cujus observantiam non tenebantur infideles tempore infidelitatis, sed tantùm ad observantiam juris naturæ. 15

Cæterum in computandis gradibus consanguinitatis, restes qui producuntur ad faciendum divortium, tenentur incipere à parenti- 16

bus, seu à stipite, idque desumitur ex *c. tua nos 7. h. t.* cùm enim quæsitum fuisset ab Innocentio III. num ad dirimendum matrimonium sufficiat consanguinitatis gradus computandus ab avunculo, & nepote, scilicet fratris filio, & sororis, rescripsit Pontifex, testes ad divortium inducendum productos debere à stipite incipere, seu à parentibus, vel germanis, sicque per ordinem distinguere gradus nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs, designando personas ex utroque latere: præsertim si sint testes de solo auditu, quorum testimonium, cùm sit minus validum, ideo non est nimium laxanda facultas, quia qua ratione incipiant computare à secundo (vel secunda scilicet persona) eadem ratione incoharent ab ulterioribus. Ubi rectè observat Panormitanus, appellatione nepotis venire fratris, vel sororis filium, licèt in jure canonico nullibi id tam claré exprimatur. In propria enim significatione nepos dicitur filius ex filio *l. Jurisconsultus §. nepos. ff. de gradu.* Filius tamen fratris, & sororis ibidé appellatur nepos ex communi usu loquendi. Quinimò putat Panormitanus etiam in statutis nomine nepotis venire fratris filium, quia canonis usus generaliter loquendo præfertur communi significationi verborum in quacunque dispensatione, ut notat Bartol. in *l. omnes populi. ff. de justit. & jur.* Innocentius *in c. olim. de V. S. & alij.*

17 Hinc non admittitur testimonium super consanguinitate probanda in ordine ad dirimendum matrimonium, nisi testes incipiant gradus computare à communi parente, à quibus descendunt illi, de quorum consanguinitate quæritur, cùm enim matrimonium sit in Republica res, vel maximè favorabilis, meritò exigit accuratissimam graduum computationem faciendam ab ijs, qui impedimentum dirimens consanguinitatis intendunt opponere: hi siquidem tenentur efficacem causam sui dicti reddere, præsertim si sint testes de solo auditu, ut fusè probat Farinac. *in praxi criminal. p. 2. q. 69. n. 17. & 103. & sequent.*

§. IV.

Quid sit affinitas, qui affines, & quomodo prohibeantur matrimonium contrahere.

1 Est affinitas propinquitas quædam personarum orta ex copula carnali unius cum consanguineo alterius, sive copula licita fuerit, & conjugalis; sive illicita, & fornicaria. Hinc affines ex vi vocis, licèt dicantur, qui confines possident agros; translativè tamen affines sunt viri, & uxoris cognati, & ab eo dicuntur, quia duæ cognationes inter se diversæ per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat *l. non facilè 4. §. 3. de gradib. & affin.* ubi numerantur affines, & dicuntur esse Socer, socrus, gener, nurus, noverca, vitricus, privignus, privigna. Dicitur autem una cognatio ad finem alterius accedere, non quòd cognati, seu consanguinei viri, & uxoris inter se affines sint, & jungi matrimonio prohibeantur, id enim falsum est, quia frater uxoris potest nubere sorori mariti, quia inter ipsos nulla contrahitur affinitas, sed solùm cognati viri fiunt affines uxori, & èconstra cognati uxoris fiunt affines viro, ut explicatur in *can. porrò 35. q. 5.* ad alios autem affinitas non porrigitur, ut rescribit Innocentius III. *c. quòd super 5. h. t.* ubi ait, quòd consanginei mariti possunt accipere consanguineos uxoris, eò quia nulla sit inter ipsos affinitas. Quòd verò Pontifex sub finem *dict. cap.* afferat, consuetudinem gradibus prohibitis adversantem esse potiùs corruptelam, intelligi debet de consuetudine irrationabili, nec legitimo tempore præscripta, qualis requiritur *in c. fin. de consuet.*

Cæterum potest nonnunquam occurrere rationabilis causa, ob quam talis consuetudo inducatur, ut si in aliqua Insula ob raritatem Incolarum, vel quia fortassis nulli extranei velint ibidem domicilium figere, contrahant incolæ ejusdem in tertio, quarto, vel etiam secundo gradu, potest hæc consuetudo ratione loci, & ex paucitate incolentium induci rationabiliter, quamvis alibi corruptela foret: & in hoc sensu possunt canones conciliari, qui videntur sibi contrarij. Tum quia, ut notat Barbosa, canones, qui videntur sibi adversari, fuerunt conditi diversis temporibus, & à diversis Pontificibus, ut *c. præsens, & c. non debet* ab Innocentio III. *c. at verò c. 1.* & *c. super eo de cognat. spirit.* ab Alexandro III., qui cum multis annis præcesserit Innocentium, potuit facilè contigisse, ut consuetudo, quæ pro uno tempore ob varias circumstantias adjectas erat rationabilis; esset irrationabilis alio tempore ob alias occurrentes circumstantias: qua ratione consuetudo, quæ tempore Alexandri III. inolevit ut rationabilis; tempore postea Innocentij III. incepit esse irrationabilis ob varias difficultates inde emergentes, ac propterea ab eodem Innocentio reprobata fuit. 2

Ex eo igitur, quod affinitas non extendatur ad consanguineos eorum, qui carnaliter copulantur, sequitur; quòd pater, & filius possint nubere matri, & filiæ; ut etiam duo fratres duabus sororibus, & sic de cæteris consanguineis diversarum cognationum. Non ita vir cum cognatis suæ uxoris; nec ipsa uxor cum cognatis sui mariti potest matrimonium contrahere, quia qui carnaliter copulantur, hi propriè contrahunt affinitatem cum consanguineis illius, cum quo copulantur. 3

Affinitas hæc jure civili tantùm oritur ex nuptijs *l. 4. §. 3. ff. de gradibus, & affinibus*, sed jure canonico oritur etiam ex illicito concubitu, ut habetur in *c. 6. & 10. de eo qui cognovit consanguineam*, quia cum maritus, & uxor sint una caro, ita qui commiscetur meretrici, fit unum corpus cum illa *can. in eo 32. q. 4.* quo fit, ut in utroque casu ratione unius carnis factæ per copulam contrahatur affinitas, sive copula licita sit, sive illicita. Debet tamen ad affinitatem 4

nitatem contrahendam carnalis copula esse perfecta, & consummata, cùm ad affinitatem contrahendam requiratur, ut vir, & fœmina fiant una caro *c. fraternitas 1. §. si una caro fiunt caus. 35. q. 10.* & non fiunt una caro nisi per commixtionem sanguinis utriusque; consequenter nisi per copulam perfectam, & consummatam, ac sufficientem ad prolis generationem.

5 Quòd si copula sit imperfecta, & insufficiens ad generationem; est etiam insufficiens ad inducendam affinitatem. Hinc sola defloratio puellæ non sufficit ad contrahendam affinitatem stando præcisè in ipsa defloratione. Neque obstat, quòd *c. fraternitati de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ*, dicatur, per solum conatum ad copulam cum sponsa septem annorum dirimi sequens matrimonium cum sorore illius. Nam in textu illo matrimonium non dirimitur ratione affinitatis, cum certum sit, non potuisse oriri ex solo conatu ad copulam; sed dirimi ratione publicæ honestatis ex sponsalibus antea contractis cum alia sorore.

6 An verò ad perfectam, & consummatam copulam inducentem affinitatem requiratur etiam seminatio fœminæ; non conveniont Doctores: plures enim centent, sufficere illam viri, eò quia hæc sit sufficiens ad generationem prolis, ut docet Aristoteles *de gener. animal. c. 19 & 20.* Secus alij cum Galeno *lib. 1. de semine*, afferunt, requiri seminationem etiam fœminæ, ut fiat commixtio utriusque. Verùm dummodo habeatur copula sufficiens ad generationem prolis, hæc sufficit ad inducendam affinitatem.

7 Numerantur gradus affinitatis eodem modo, ac in consanguinitate, & traditur hæc regula scilicet, ut in quo gradu aliquis est consanguineus mariti, in eodem gradu sit affinis uxoris; & è converso, in quo gradu aliquis est consanguineus uxoris, in eodem sit affinis mariti, adeò ut consanguinei viri in primo gradu sint affines uxoris in eodem primo gradu; & consanguinei viri in secundo gradu sint affines uxoris in eodem secundo gradu, & sic de aliis successivè: & hoc etiam procedit de consanguineis uxoris, qui fiunt affines mariti in eodem gradu, in quo sunt consanguinei uxoris, adeò ut affinitas contrahatur à solo marito respectu consanguineorum uxoris, non verò à fratre mariti, vel aliis consanguineis ejusdem: è converso affinitas à sola uxore contrahitur respectu consanguineorum mariti; non verò consanguinei uxoris contrahunt hanc affinitatem. Hinc licèt Berta nupserit Cajo, & contraxerit affinitatem in primo gradu cum Lucretia sorore Caij, & hic vicissim affinitatem in primo gradu cum Titio fratre Bertæ; adhuc Titius & Lucretia possunt sine dispensatione matrimonium contrahere; quia ipsi non contrahunt affinitatem inter se, sed tantum cum Berta, & Cajo: qua propter mortuo Cajo non posset Berta ejus fratri nubere ob impedimentum affinitatis in primo gradu.

8 Hinc consanguinei mariti possunt licitè contrahere cum consanguineis uxoris, & vicissim, ut desumitur *ex c. quod super 5.* ubi consultus Innocentius III. super eo, quòd pater, & filius, cum matre, & filia; avunculus, & nepos cum duabus sororibus matrimonium contraxerint, rescripsit, quòd licèt omnes consanguinei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris sint affines mariti: inter consanguineos tamen uxoris, & viri, ex eorundem scilicet viri, & uxoris conjugio nulla prorsus affinitas contrahitur, ob quam matrimonium impediatur.

Ratio est, quia affinitas non causat affinitatem: affinitas enim est illa propinquitas, quæ contrahitur ab uxore cum consanguineis viri, & à viro cum consanguineis uxoris, eò quia duæ cognationes, quæ inter se diversæ sunt per nuptias copulantur: vir autem, & uxor non sunt affines, alioquin non posset inter ipsos matrimonium contrahi; sed tantum sunt principium, & causa affinitatis, cùm hæc non contrahatur nisi mediante alia quadam persona: unde conjuges tantùm sunt sibi immediatè matrimonialiter juncti: quia igitur vir, & uxor per matrimonium fiunt una caro, ideo sequitur, quòd omnes consanguinei mariti fiant affines uxoris, & è converso consanguinei uxoris affines mariti; quapropter affinitas tantùm contrahitur à marito cum consanguineis uxoris, & ab uxore cum consanguineis mariti: non autem inter consanguineos mariti, & consanguineos uxoris, quamvis isti laxè etiam dicantur affines affinitate insufficiente ad impediendum, vel dirimendum matrimonium. 9

Triplex est affinitatis genus. Primum inter consanguineos mulieris ex una parte, & ejus maritum ex altera: & rursus inter consanguineos viri, & mulierem ex altera, non autem inter consanguineos viri, & mulieris inter se. Olim tamen inter consanguineos viri, ac mulieris mutuò, tum ex ipsa affinitate oriebantur alia necessitudinum, seu affinitatum genera, ut si uxor fratris tui eo mortuo nupsit Titio, tunc etiam ipse Titius fiebat tibi affinis secundo quodam affinitatis genere: ut etiam si Titius mortua uxore alteram duxit, etiam ista fiebat tibi affinis tertio quodam affinitatis genere: verùm hæc duo posteriora affinitatis genera sublata sunt in *c. non debet 8. h. t.* Unde uxor fratris tui est tibi affinis in primo affinitatis genere: & mortuo fratre, si ipsa alteri viro nubat, illa erit affinis in secundo genere affinitatis, de quo fit mentio *in c. de propinquis 3. causa 35. q. 3.* Quòd si uxore fratris tui mortua ejus maritus alteram ducat fœminam, hæc ejus uxor erit tibi affinis in tertio affinitatis genere, de quo fit mentio *in c. propinquis 3. caus. 35. q. 5.* Dicitur primum genus affinitatis, quia per primam carnis copulam, seu mediante una persona contrahitur: secundum genus dicitur, quia contrahitur per secundam copulam, seu mediantibus duabus personis: & tertium, quia per tertiam copulam contrahitur, seu mediantibus tribus personis. 10

Verùm sublato nunc secundo, & tertio genere affinitatis, quia nulla ampliùs contrahitur affinitas inter consanguineos mariti, & uxoris 11

ris possunt plures casus affinitatis occurrere, quibus nullum injicitur matrimonio impedimentum, Hinc possunt duo fratres contrahere matrimoniũ cum duabus sororibus, eò quia nulla sit affinitas inter fratrem mariti, & sororem uxoris. Secundò possunt pater, & filius unius familiæ contrahere matrimonium cum matre, & filia alterius familiæ: imò potest filius Caij ex prima uxore ducere filiam ejusdem Caij genitam ex alio marito, quia licèt ejus mater contrahat affinitatem cum filio Caij ex prima uxore; non tamen filius Caij contrahit affinitatem cum filia talis fœminæ ex alio marito. Tertiò potest pater sponsi ducere matrem, vel filiam sponsæ. Quartò potest quis ducere matrem, vel filiam vitrici sui, vel novercæ, quia inter istos nulla est respectivè affinitas. Quintò si frater, & soror contrahant matrimonium possunt iis mortuis viduus superstes, & vidua inter se contrahere matrimonium, si non obstet consanguinitas, vel aliud impedimentum: habent hujusmodi exempla Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 5. n. 4.* Tannerus *tom. 4. disp. 8. q. 4. dub. 7. n. 118.*

12 Cæterum sicut consanguinitas, ita etiam affinitas dirimit matrimonium, id tamen intelligitur de affinitate contracta ante matrimonium, quæ semper dirimit matrimonium subsequens; alioquin affinitas, quæ supervenit matrimonio per fornicationem unius conjugis cum consanguineo alterius, non dirimit matrimonium antecedens: sed solùm impedit petitionem debiri, ut habetur *in c. Tuæ fraternitatis c. Jordana de eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* Immo hoc impedimentum est perpetuum, & durat adhuc mortuo altero ex fornicatoribus, ut habetur in *c. fraternitatis 35. q. 10.* Sicut consanguinitas ita etiam affinitas suos habet gradus, qui distinguntur per ordinem ad gradus consanguinitatis, adeò ut eodem gradu affinitatis distent consanguinei mariti ab uxore, quo gradu consanguinitatis distant à marito; & è converso: & hoc procedit etiam, quando affinitas oritur ex copula fornicaria. Hinc duæ sunt lineæ affinitatis, una recta ascendentium, & descendentium; in qua ascendentes sunt socer, socer magnus, socer major, socer maximus, & sunt avus proavus, abavus mariti uxoris: similiter socrus, noverca, vitricus: descendentes in eadem linea recta sunt gener, nurus, privignus, privigna mariti, aut uxoris, nepotum, & pronepotum usque ad quartam generationem. Secunda linea affinitatis est transversalis constans ex iisdem consanguineis unius conjugis, qui in eodem gradu sunt affines alterius.

13 Si petatur usque ad quotum gradum affinitas matrimonium dirimat. Respondetur, quòd si affinitas oriatur ex copula illicita, dirimit tantùm usque ad secundum gradum inclusivè, ultra quem non impedit, nec dirimit; sed validè, & licitè potest in ulterioribus gradibus contrahi; idque liquet ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 3.* ubi jus antiquum restringitur ex declaratione Pij V. in motu proprio, qui incipit, *ad Romanum Pontificem.* Sin autem affinitas oriatur ex copula licita, & matrimoniali, dirimit usque ad quartum gradum, & desumitur *ex d. c. non debet 8. h. t.* ubi irritatio juris antiqui restringitur usque ad quartum gradum lineæ transversalis inclusivè.

Affinitas autem orta ex copula licita, & conjugali non solùm impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum in linea transversali usque ad quartum gradum inclusivè, adeò ut si matrimonium fuerit contractum intra quartum affinitatis gradum solvi debeat, & contrahentes ab invicem separari, ne in peccatis persistant, idque desumitur ex *c. ex litteris 1. h. t.* ubi Alexander III. rescribit quòd si post contractum de præsenti matrimonium, deinde inquisita diligenter veritare per testes circumspectos omni exceptione majores inveniatur aliquis gradus saltem quartus consanguinitatis, vel affinitatis, conjuges sint separandi. Ad impediendum autem matrimonium contrahendum sufficit etiam unicus testis, hic enim censetur plenè probare ex *c. super eo 22. de testib.* & *c. præterea 12. de sponsal.* quia quoad impediendum matrimonium contrahendum agitur de peccato vitando: secus ad dissolvendum matrimonium jam contractum requiruntur ad minimum duo testes idonei, eò quia sit causa gravissima, in qua agitur de magno præjudicio: quòd si agatur de dissolvendo matrimonio ob consanguinitatem admittuntur etiam testes parentes, & consanguinei, quia isti melius norunt gradus consanguinitatis. 14

Juvat tamen observare, quòd impedimentum in ordine ad matrimonium contrahendum non sufficienter probetur per unum testem de auditu, & alterum non juratum, quia majorem fidem facit sola fama, ut etiam unus testis juratus, quàm duo testes, quorum unus deponat de solo auditu, & alter sine juramento. Hinc testes in causa matrimoniali, cùm sit una ex gravioribus, debent esse jurati, quamvis agatur de matrimonio solùm impediendo: immo debent etiam esse omni exceptione majores, quales sunt, qui non possunt excludi per ullam exceptionem. 15

Præter affinitatem datur etiam aliud impedimentum, quod est justitia publicæ honestatis, quæ quandam habet cum affinitate propinquitatem, proinde impedit matrimonium, ne contrahatur; definitur autem justitia publicæ honestatis, *propinquitas quædam orta ex sponsalibus de futuro, vel præsenti.* Sicut enim ex carnali copula sive licita, sive illicita oritur affinitas quædam inter virum, & consanguineos uxoris; itaècontra ex sponsalibus, & matrimonio etiam tantùm rato, & nondum consummato oritur inter sponsam, & consanguineos sponsi, & è converso inchoata quædam affinitas *l. 8. ff. de gradibus, & affin.* & hæc affinitas in jure vocatur justitia publicæ honestatis *c. unic. de sponsalib. in 6.* eò quia publica honestas dictet, & postulet, ut sponsus à cognatis suæ sponsæ, ut etiam sponsa à consanguineis sui sponsi carnaliter cognoscendis abstineat. *c. 3. & 4. & 8. de sponsal.* 16

Jure

17 Jure tamen novo ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reform.* hoc impedimentum publicæ honestatis non oritur ex sponsalibus quacunque ratione invalidis, & nullis, sed tantùm ex validis: rursus quoad sponsalia de futuro, non ultra primum gradum, & in hoc Concilium Tridentinum correxit jus antiquum quoad alios gradus. Sponsalia verò de præsenti, non continentur in restrictione facta per Concilium ad primum gradum, sed permanserunt in terminis juris communis, ut declaravit Pius V. in constitutione, cui initium est *ad Romanum*. Imò nascitur hoc impedimentum post Concilium Tridentinum etiam ex matrimonio clandestino, seu nulliter inito ob non servatam formam Concilij ex declaratione Congregationis Cardinalium. Non tamen restrictio Tridentini procedit in consanguinitate orta ex copula illicita, tametsi consanguinitas, & affinitas quoad prohibitionem matrimonij æquiparentur, & favorabile sit pro libertate matrimonij respondere, & ejus impedimentum minuere, quia cùm Tridentinum nihil expresserit de consanguinitate, ideo nihil præsumitur immutâsse: alioquin eadem facilitate, sicut de affinitate, id expressisset.

18 Tum quia correctio jurium sine aperto textu non debet admitti *c. cum expediat de elect. in 6. l. præcipimus 32. ult. C. de appellat.* Præterea non est, quòd consanguinitas, & affinitas in omnibus parificentur, cùm certum sit, majorem esse conjunctionem ex consanguinitate, quàm affinitate. Tum quia frequentiùs ex copula illicita oritur affinitas, quàm consanguinitas, proinde potius illa, quàm ista per pauciores gradus erat restringenda.

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

1 Quæritur primò, an matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ rectæ sit jure naturæ irritum, adeò ut inter novercam, & privignum; vitricum, & privignam; socerum, & nurum; socrum, & generum nullo modo possit à Pontifice dispensari, ut matrimonium contrahatur? Respondetur, non convenire Doctores. Prima sententia asserit, primum gradum affinitatis lineæ rectæ dirimere matrimonium jure naturæ, adeò ut si Petrus ex prima uxore genuit Joannem, & mortua prima uxore ducat Catharinam, quæ fiat noverca Joannis, eique affinis in primo gradu lineæ rectæ; mortuo Petro non possit Joannes ducere Catharinam ejus novercam, & si matrimonium contrahat, sit jure naturæ irritum.

2 Nititur hæc sententia. Primò quia *Levit. 18.* tale matrimonium prohibebatur. Secundò quia habere uxorem proprij patris dicitur fornicatio à D. Paulo *1. ad Corinth. 5.* Tertiò quia *in c. 1. de propinq. 35. q. 3.* dicitur eodem modo esse abstinendum ab affinibus, sicut à consanguineis: sed consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimit jure naturæ matrimonium, ergo etiam affinitas. Quartò quia filius eandem reverentiam debet novercæ, & vitrico, quam parentibus: siquidem pater, & noverca; Vitricus, & mater per copulam conjugalem fiunt veluti una caro, adeò ut Vitricus sit quasi pater privignæ, & noverca quasi mater privigni, proinde ipsis par ferè reverentia debetur à privignis, quæ debita est parentibus naturalibus. Et eadem est ratio de socero, & socru respectu quorum gener, & nurus quasi loco filiorum censentur; ut de nuru habetur *in c. si vir 15. caus. 35. q. 3.* hinc ecclesia nunquam consuevit in primo gradu affinitatis lineæ rectæ dispensare.

3 Hæc sententia, quamvis valdè probabilis sit, & illi videantur favere D. Augustinus *lib. 22. contra Faust. c. 61.* relatus *in c. si vir, & uxor 35. q. 3.* ubi expressè dicitur *si vir, & uxor non duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quàm filia*, & D. Thomas in illud *1. ad Corinth. 5. omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* unde si gentiles legi Mosaicæ minimè obstricti solo naturæ lumine ducti existimârunt turpissimum esse, ac nefas, uxorem patris sui ducere; signum est, naturam ipsam abhorrere à tali matrimonio, quod propterea censendum est jure naturæ irritum. Nihilominus contraria sententia videtur etiam probabilis, adeò ut affinitas ex matrimonio orta in nullo gradu lineæ rectæ dirimat jure naturæ matrimonium, sed tantùm solo jure ecclesiastico.

4 Fundamenta, quibus hæc sententia nititur, sunt. Primò quia non apud omnes gentes erat interdictum, ne privignus duceret suam novercam: siquidem Valerius Maximus *lib. 5. c. 7.* & Plutarchus *in vita Demetrij* referunt, Seleucum tradidisse filio suo Antiocho in matrimonium Stratonicem propriam uxorem, & factum laudat Valerius Maximus: sin autem jure naturæ affinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimeret matrimonium, Seleucus non tradidisset filio suo propriam novercam, nec Valerius Maximus potuisset id laudare. Præterea *3. Reg. 2.* Adonias filius David petiit Abisag Sunamitidem in uxorem, quæ erat ejus noverca, seu uxor David ejus patris, ut constat ex *3. Reg. c. ult.* sin autem jure naturæ affinitas in primo gradu lineæ rectæ matrimonium dirimeret, non potuisset Adonias petere sibi in uxorem Abisag Sunamitidem. Secundò quia matrimonium in nullo gradu affinitatis lineæ rectæ initum opponitur primario, aut secundario fini ipsius matrimonij: siquidem potest ordinari ad generationem prolis, & etiam in remedium concupiscentiæ, mutuúmque obsequium in rebus domesticis.

5 Neque per matrimonium initum inter privignum, & novercam violatur debitus ordo conjunctionis, quamvis contrahatur etiam in primo gradu lineæ rectæ, sicut violatur in matrimonio inter patrem, & filiam; matrem, & filium, quia inter privignum, & novercam, vel inter vitricum, & privignam non datur ulla relatio naturalis superioritatis, ut inter patrem, &

& filiam, matrem, & filium, quia relatio naturalis superioritatis, ex qua oritur reverentia debita à filiis parentibus fundatur tantùm inter illas personas, quæ dant, & accipiunt esse per naturalem generationem: privignus autem à noverca, ut etiam privigna à vitrico nullum per naturalem generationem accepit esse naturale, proinde eam reverentiam, quam privignus debet propriæ matri, non debet novercæ, quia ab hac non fuit genitus, sed ab illa.

6 Si quis malit huic secundæ sententiæ adhærere, potest ad primum fundamentum primæ sententiæ petitum ex illo *Levit. 18.* respondere, præceptum illud Levitici fuisse legale, & in nece Christi expirâsse, perinde ac expirârunt cætera omnia legalia. Præterea quamvis etiam fuisset morale, & naturale, adhuc posset dici, non fuisse præceptum irritans matrimonium, sed solùm illud prohibens: idque ex eo etiam firmari potest, quia eodem tempore Mosaicæ legis, Adonias filius David petiit à Salomone sibi in uxorem dari Abisaj Sunamitidem, quam fuisse uxorem David, & novercam Adoniæ constat ex *2. Reg. c. ult.* ergo quia præceptum illud Levit. tametsi morale, & naturale fuit tantùm prohibens, & dispensabile, non verò dirimens; alioquin non potuisset Adonias petere in uxorem Sunamitidem.

7 Ad secundum petitum ex D. Paulo *1. ad Corinth. 5.* respondetur, D. Paulum fuisse locutum de habente novercam adhuc vivente, & renitente patre, idque Apostolus etiam innuit *1. Corinth. 7. Scripsi non propter eum, qui fecit injuriam, sed propter eum, qui passus est*, idque expressè etiam infertur ex verbis Apostoli dicentis *non esse auditum inter gentes*, quod falsum esset, nisi de uxore patris viventis, & repugnantis intelligeretur, cùm Antiochus Seleuci filius Stratonicem ejus novercam de ipsius consensu duxerit. Imò Valerius Maximus refert *lib. 5. c. 7.* moris fuisse apud Persas, filios mortuo patre novercas ducere in uxores.

8 Ad tertium respondetur æqualiter abstinendum esse ab illis gradibus affinitatis, & consanguinitatis, quia omnes dirimunt absolutè; non verò quia omnes dirimant æqualiter quoad modum, & jus dirimendi, quia gradus affinitatis dirimunt tantùm jure ecclesiastico, etiam primus lineæ rectæ: secus primus gradus lineæ rectæ consanguinitatis jure naturæ dirimit matrimonium: unde quamvis primus gradus affinitatis, & consanguinitatis lineæ rectæ absolutè dirimant matrimonium, non tamen æqualiter quoad jus dirimendi, quia primus gradus affinitatis tantùm jure ecclesiastico; & primus gradus consanguinitatis jure naturæ dirimit matrimonium.

9 Ad quartum respondetur, quòd cùm privignus non accipiat esse naturale à sua noverca; sicut à patre, & vera matre, non oritur inter privignum, & novercam naturalis reverentia, quæ à filio debetur matri, ut ostendimus paulò superiùs. Unde quamvis matrimonium initum inter novercam, & privignum magnam dicat indecentiam, & turpitudinem, non tamen talem, quæ sufficiat, ut jure naturæ tale matrimonium irritetur.

Quæritur secundò, an aliquis gradus affinitatis lineæ transversæ dirimat matrimonium juræ naturæ? Difficultas est de solo primo gradu lineæ transversæ, ut si quis ducat uxorem fratris sui, vel si fœmina nubat viro suæ sororis. Non desunt, qui putent primum gradum affinitatis etiam in linea transversa dirimere jure naturæ matrimonium, idque probant eò quia *Levit. 18.* prohiberentur in tali gradu nubere, & dicunt, talem prohibitionem fuisse naturalem, proinde etiam perseverare. Secundò quia inter fratrem, & sororem jure naturæ matrimonium est irritum: atqui uxor fratris reputatur ut soror, eò quia per matrimonium effecta sit cum fratre una caro. Tertiò quia D. Joannes Baptista *Matth. 14. & Marci 6.* gravissimè increpavit Herodem, eò quia uxorem fratris sui duxerit; & D. Augustinus *de fide, & operib. c. 19.* asserit, dubium esse, an Philippus frater Herodis tunc viveret: D. Chrysostomus tamen *homil. 41. in Matth.* ait, fuisse tunc mortuum: sed Herodes cùm esset gentilis non obligabatur legi Moysis, sed tantùm legi naturæ: ergo quia contra legem naturæ duxit uxorem fratris sui, ideo à D. Joanne Baptista fuit graviter increpatus. Quartò quia *in c. gaudemus de divortiis* statuitur, quòd infideles conjuncti in secundo gradu affinitatis non sint separandi: ergo à contrario sensu separandi sunt, si in primo gradu affinitatis sint conjuncti. 10

Nihilominus dicendum est cum communi, & vera sententia, nullum gradum affinitatis in linea transversa jure naturæ dirimere matrimonium, idque evidenter ostenditur ex continua praxi, & consuetudine ecclesiæ, quæ in primo gradu lineæ transversæ consuevit dispensare. Etenim Innocentius III. *in c. fin. de divortiis* dispensavit cum infidelibus recèns conversis, ut matrimoniis initis cum relictis uxoribus à suis fratribus uterentur. Rursus Alexander VI. dispensavit cum Rege Lusitaniæ, Julius II. cum Catharina Vidua Regis Angliæ, ut nuberet Henrico Octavo fratri primi mariti Catharinæ, quam dispensationem fuisse legitimam consultis priùs totius orbis illustrioribus universitatibus, & adhibito maturissimo consilio declaravit postea Clemens VII. in speciali Bulla: unde ortum fuit infaustissimum illud Schysma, per quod Regnum Angliæ à Romana ecclesia Catholica descivit. Præterea Clemens VIII. dispensavit cum Rege Poloniæ, ut duceret sororem uxoris suæ defunctæ, & nuperrimè Innocentius XII. dispensavit cum Duce Parmensi, ut nuberet uxori viduæ fratris sui. Hæcque dispensatio deducitur ex sacra scriptura; siquidem Jacob *Genes. 29.* quamvis pietate, & sanctitate insignis duxit Liam, & Rachelem sorores; & Judas *Genes. 38.* dedit eidem mulieri duos fratres in maritos. Rursus *Deut. 27.* jubebat lex vetus, ut frater duceret uxorem fratris sui defuncti sine liberis. 11

Ratio etiam id suadens est, quia necessitudo, & conjunctio non est tam arcta inter tales affi- 12

affines, ut jure naturali debeat matrimonium dirimere, quia non subest periculum propinquum fornicationis inter illas personas, cùm simul cohabitare non soleant. Tum quia arctius est vinculum inter consanguineos in secundo gradu lineæ transversæ, quam inter affines in primo gradu ejusdem lineæ: siquidem consanguinei ab intrinseco conjuncti sunt per ejusdem sanguinis participationem; affines verò non nisi ab extrinseco: atqui inter consanguineos in secundo gradu lineæ transversæ non est jure naturæ matrimonium irritum, sed tantùm jure ecclesiastico *c. gaudemus de divortiis.*

13 Ad fundamenta contrariæ sententiæ respondetur ad primum, præceptum illud Levitici, ut cæremoniale jam esse extinctum in nece Christi; & ut morale, & naturale non fuisse præceptum irritans matrimonium, sed tantùm prohibens, eò quia matrimonium initum in primo gradu lineæ transversæ, quandam etiam præsefetat naturalem indecentiam, quæ nisi causâ aliquâ justâ cohonestetur, tale matrimonium prohibetur. Ad secundum negatur, uxorem fratris reputari sororem. Ad tertium petitum ex D. Joanne Baptista corripiente Herodem habentem uxorem fratris sui, respondet D. Thomas in dictum textum *Matth. 14.* Herodem adhuc vivente Philippo fratre suo ejus uxorem duxisse contra jus.

14 Alij etiam respondent ex Josepho *lib. 18. antiq. c. 6.* Herodem fuisse filium cujusdam Judæi, consequenter fuisse etiam adstrictum legi Moysis, quæ tunc nondum expiravit, cùm Christus nondum fuerit mortuus. Ad quartum petitum ex *c. gaudemus de divortiis.* respondetur, argumentum à contrario sensu non valere, quia Pontifex tantùm expressè fuit locutus de illis gradibus, in quibus frequentiùs infideles matrimonia contrahebant.

15 Quæritur tertiò, an affinitas, ut contrahatur, debeat copula esse utrinque consummata? Respondetur, in foro conscientiæ requiri consummationem ex utraque parte, quia affinitas oritur ex commixtione sanguinis, ex quâ duo fiunt caro una, & nisi habeatur hæc sanguinum commixtio ex utraque patre, non fit una caro, ut colligitur *ex c. lex 20. q. 2.* Mas verò, & fœmina dicuntur fieri una caro ex ea copula, quæ requiritur necessariò ad prolis generationem. Secus in foro externo, si probetur, virum defloràsse puellam, præsumitur copulam consummàsse, & si vir reclamet, non est audiendus; cum puella deflorata maneat. Neque hoc in externo foro examinari potest, neque juridicè probari, an revera puella feminaverit, nec ne: alioquin consummatio matrimonij exponeretur pluribus scrupulis, dubijs, ac difficultatibus, si probanda esset fœminæ feminatio. Id etiam procedit in sententia asserentium, feminationem mulieris requiri ad generationem prolis, quia in foro externo tantùm attenditur defloratio puellæ, ut præsumatur copula consummata.

16 Cæterum, an revera ad generationem prolis requiratur feminatio fœminæ; non conveniunt Doctores, & id potiùs dependet ex alio principio, de quo agunt Philosophi, & Medici, an scilicet ad generationem prolis præter feminationem viri, requiratur etiam illa fœminæ: qui docent sufficere illam viri, asserunt, in foro conscientiæ contrahi affinitatem, tametsi fœmina non feminet. Qui verò docent, requiri maris, & fœminæ feminationem asserunt, per solam viri feminationem non contrahi affinitatem in eodem foro conscientiæ, eò quia non sufficiat ad generationem prolis. Quòd verò requiratur etiam illa fœminæ, docent ex Medicis Gallenus, & Avicena; & nituntur, quia semen fœminæ non videtur ad aliud esse à natura institutum, quàm ad generationem prolis; cùm natura nil faciat frustra, & experientia nos doceat, ex mare, & fœmina diversæ speciei, & naturæ produci fœtum tertiæ speciei mutuò se impedientibus seminibus.

Quæritur quartò, an copula illicita cum affine in tertio gradu impediat petitionem debiti; ut, si quis carnaliter cognoscat mulierem in tertio, vel quarto gradu cum sua uxore conjuncta, & consequenter sibi eodem gradu affini, contrahat impedimentum petendi debitum. Nonnulli cum Comitolo in respons *lib. 1. q. 138. n. 2.* respondent ex tali copula contrahi impedimentum petendi debitum. Verùm contraria sententia, cui adhærendum puto, est communior, & verior, quia hæc impedimenta sunt tantùm de jure ecclesiastico, & in jure canonico nullos adest textus, in quo statuatur, incestum in tali gradu affinitatis impedire à petitione debiti. Tum quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 4. de reform.* statuit, affinitatem ortam ex copula illicita, seu fornicaria dirimere matrimonium tantum usque ad secundum gradum inclusivè: ex quo infertur, nec debere impedire petitionem debiti nisi usque ad eundem secundum gradum: ratio est, quia petitio debiti se habet consecutivè ad matrimonium, estque ejus accessorium, quod sequitur naturam sui principalis: unde sicut matrimonium non dirimitur jure novo per affinitatem ortam ex copula fornicaria, nisi usque ad secundum gradum inclusivè, ita nec impedit petitionem debiti ultra secundum gradum. 17

Quæritur quintò, an quando copula est illicita, seu fornicaria, affinitas ex illa oriatur jure naturali? Plures affirmant cum Hurtado *de matrim. disp. 20. diffic. 2. n. 7.* eò quia per talem copulam vir, & fœmina fiant una caro, non minus, quàm per conjugalem, et desumitur ex D. Paulo *1. Corinth. 6. qui adhæret meretrici unum corpus efficitur, & erunt duo in carne una.* Communior tamen, & verior sententia est, ex copula fornicaria non oriri jure naturæ affinitatem, sed tantùm ex jure ecclesiastico, & canonico: adeò ut affinitas orta ex fornicaria copula non sit naturalis, nec ullum vinculum naturalis amicitiæ oriatur inter consanguineos viri, & fœminam ab eo fornicarè cognitam; nec è contra: quinimò experientia nos docet, oriri inde potiùs odia, & inimicitias. 18

19 Firmari etiam ex eo potest, quia affinibus per copulam conjugalem sunt propria nomina imposita, & nulla sunt imposita affinibus ex copula fornicaria ad significandam amicitiam aliquam inter eos. Præterea quia filius naturaliter non habet propensionem ad exhibendam reverentiam illi fœminæ, quam pater suus fornicariè cognovit, ex quo satis conjicitur, nullum inde naturale vinculum affinitatis oriri.

20 Hinc in antiquo jure Romano ex fornicaria copula nulla oriebatur affinitas, sed ex solo matrimonio *l. non facilè* §. *affines*, & §. *sciendum. ff. de gradib. affinit.* Neq; est par ratio de copula conjugali, & fornicaria, quia per primam ita vir, & fœmina conjunguntur, ut fiant una caro, & inde oritur naturaliter amicitia: è contra ex fornicaria potiùs excitantur odia, pullulant diffidia, oriuntur rixæ. Præterea illa affinitas orta ex conjugali copula licèt innitatur jure naturæ; non tamen inde statim evincitur esse de jure naturæ: siquidem etiam omnis lex justa innititur ratione naturali, & tamen non est lex naturalis, sed positiva.

21 Quæritur sextò, an affinitas contracta ex copula fornicaria inter infideles impediat matrimonium, si hoc post susceptum baptismum contrahatur. Ut si quis in infidelitate fornicatus est cum Titia, & postea baptizatus, si velit ducere sororem, vel filiam ejusdem Titiæ, possit talem contractum inire? Negativè respondent Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. q. 4. c. 6. n. 6.* Coninck *de sacram. disp. 32. dub. 4. n. 57.* eò quia soror Titiæ sit affinis in primo gradu lineæ transversæ; & affinitas in primo gradu impediat matrimonium contrahendum. Tum quia infidelis post baptismum subditur legibus ecclesiæ irritantibus matrimonium in primo gradu affinitatis.

22 Respondetur nihilominus cum communiori sententia, affinitatem contractam ex copula fornicaria, tametsi sit in primo gradu lineæ transversæ non impedire matrimonium post baptismum contrahendum: ratio est, quia talis affinitas, cùm non sit vinculum naturale, & infidelis in statu infidelitatis non subjiciatur legibus ecclesiæ, ideo ex tali copula non videtur contraxisse affinitatem, cùm hæc sit tantùm de jure canonico: onde cùm ab initio infidelis non contraxerit affinitatem, si post susceptum baptismum velit ducere sororem Titiæ nullo detinebitur impedimento.

23 Neque affinitas, quæ tempore infidelitatis non fuit orta, incipit oriri post susceptum baptismum, ut rectè notant Alexander de Nevo *in c. cognatio n. 14. de cognat. spirit.* Gallego *de cognat. spirit. c. 8. n. 21.* Sicut enim infidelis in statu infidelitatis est incapax cognationis spiritualis, eò quia hæc inducta sit legibus ecclesiæ, ita nec est capax affinitatis contrahendæ. Tum quia non enti nequit inesse ulla qualitas. *l. si servum* §. *1. ff. de act. empt.* ergo infidelis, qui tempore infidelitatis non contraxit affinitatem, non potest, si baptizetur, illi inesse qualitas aliqua, quâ matrimonium impediatur.

24 Hinc corruunt fundamenta oppositæ sententiæ, quia licèt post baptismum, qui erat infidelis, subjiciatur legibus ecclesiæ, non tamen si post baptismum non cognoscat carnaliter Titiam, contrahit affinitatem injicientem impedimentum contrahendi matrimonium cum ejus sorore; quia ex copula tempore infidelitatis habita cum Titia nullum infidelis contraxit impedimentum ecclesiasticum: quia hujusmodi impedimenta non extenduntur nisi ad solos baptizatos. Secus consanguinitas, quia est naturalis, tametsi oriatur tempore infidelitatis, adhuc manet post baptismum, & impedit matrimonium: & hoc est discrimen inter jus naturæ, & ecclesiasticum, quia illud extenditur ad omnes homines, ex eo præcisè, quòd sint homines, habeántque naturam humanam, lex verò ecclesiastica non obligat, nisi solos baptizatos: & quia natura ante, & post baptismum semper est eadem, ita etiam consanguinitas, cùm sit naturalis, est eadem ante, & post baptismum.

Quæritur septimò, an infideles conjuncti in gradu jure canonico prohibito in secundo, vel tertio gradu consanguinitatis post susceptum baptismum sint separandi? Respondetur negativè, & desumitur ex *c. de infidelibus 4. h. t.* ubi Innocentius III rescribit Archiepiscopo, & capitulo Tirensi, infideles conjunctos matrimonio in gradu ab ecclesia prohibito, si convertantur, ad fidē non esse separandos, eò quia à Judæis Dominus requisitus, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit; *quod Deus conjunxit, homo non separet*, innuens etiam inter Judæos fuisse verum matrimonium, ut etiam inter alios infideles: unde matrimonium ab ipsis initum etiam in gradu consanguinitatis jure canonico prohibito est validum, quia infideles, & Judæi, cùm non subjiciantur Ecclesiæ, non ligantur legibus ecclesiasticis, unde si alter conjux, vel etiam uterque postea baptizetur, matrimonium non dissolvitur, cum fuerit priùs legitimè contractum: ut enim notat Abbas *in d. c. de infidelibus* per baptismum delentur crimina, non solvuntur conjugia. 25

Neque obstat, quòd inter Infideles non possit matrimonium consistere, quatenus est sacramentum, quia licèt sint incapaces sacramenti defectu baptismi: potest tamen inter ipsos consistere matrimonium, ut est contractus naturalis, & civilis: unde ex eo, quòd matrimonium ab infidelibus initum non sit sacramentum, tantùm sequitur, non esse ita perfectum matrimonium sicut inter fideles, cùm matrimonium inter hos contractum sit etiam sacramentum novæ legis, & conferat gratiam. Quòd si sit consummatum, non potest ampliùs dissolvi quoad vinculum, nisi per conversionem alterius conjugis ad fidem. 26

Quamobrem generatim matrimonium inter infideles initum semper est validum, si inter conjuges nullum adsit impedimentum juris naturæ: hinc Apostolus *1. ad. Corinth. 7.* consulit converso ad fidem, ne ab infideli conjuge discedat, si possit sine injuria Salvatoris, & periculo perversionis simul cohabitare. Rursus 27

est

est etiam irritum matrimonium inter infideles, si contrahatur contra eorũ leges irritantes matrimonium: ratio est, quia matrimonium infidelium est vetus contractus naturalis, qui quoad suum valorem dependet à legibus civilibus regulantibus matrimonium esse hoc, vel illo pacto contrahendum ob bonum commune.

28 De matrimonio Judæorum videtur esse major difficultas ob libellum repudij, quia matrimonium est maris, & fœminæ conjunctio retinens individuam vitæ consuetudinem *causa 27. q. 2. in princ. c. illud tt. de præsumpt.* atqui Judæi, si matrimonium contrahant, possunt ab invicem separari dato libello repudij, proinde inter ipsos non videtur dari verum matrimonium. Sed respondetur, quòd si Judæus matrimonium contraheret cum Judæa cum expresso pacto adjecto, ut licitum sit viro libellum repudij dare mulieri juxta ritum Judæorum, tunc matrimonium non esset validum, quia non esset conjunctio maris, & fœminæ retinens in perpetuum individuam vitæ consuetudinem, est enim vinculum matrimonij indissolubile, & per tale pactum fieret solubile: & ita dicendum est de alijs infidelibus, pront Christus declaravit *Matth. 19. Marc. 10.* & notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 3. §. 1. n. 5.* Sin verò inter Judæos, & alios infideles matrimonium contrahatur sine illo pacto, quo licitum sit dare libellum repudij, tunc ex natura sua matrimonium est validum.

29 Quæritur octavò, an ex matrimonio rato, & non consummato oriatur impedimentum affinitatis, vel solùm publicæ honestatis. Duæ sunt sententiæ, quarum prima asserit, ex matrimonio tantùm rato contrahi impedimentum affinitatis: præ cæteris id docent Ledesma *2. p. 4. q. 57. art. 3. col. 2. vers. ideo.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 15. dict. 2.* Joannes Præpositus *in 3. p. q. 7. de impediment. matrim. dub. 11. n. 88.* Sotus *in 4. dist. 41. q. unic. art. 2.* rationes, quibus hæc sententia nititur, sunt.

30 Primò, quia vir, & fœmina quamvis ante consummationem matrimonij non sint una caro per commixtionem sanguinis: possunt tamen dici una caro, eò quia per vinculum matrimonij sint quid unum inter se, & unus habeat dominium in corpus alterius, & vicissim, in ordine ad generationem.

31 Secundò, quia ante consummationem matrimonij consanguinei unius conjugis vocant alterum affinem, quod non contingeret, nisi existimarent ex solo matrimonio rato oriri affinitatem.

32 Tertiò, quia ratione contractus matrimonialis legitimi etiam inter Ethnicos, & infideles oritur quædam necessitudo inter consanguineos unius conjugis, & alterum conjugem: hæc autem necessitudo non est justitia publicæ honestatis, quia hæc tantùm introducta fuit jure canonico, quod non obligat infideles.

33 Quartò, quia docentes jure naturæ privignum non posse ducere suam novercam, loquuntur in genere, tametsi noverca non fuerit à patre privigni carnaliter cognita: non enim fit distinctio inter novercam cognitam, & non cognitam à patre privigni: ergo supponunt inter privignum, & novercam nondum cognitam à patre oriri jure naturæ quandam propinquitatem, quæ propriè est affinitas orta ex matrimonio rato, & nondum consummato.

Hæc sententia quamvis probabilior sit, ac illi adhærendum: nihilominus contraria sententia docens ex matrimonio rato, & nondum consummato oriri tantùm impedimentum publicæ honestatis, & non affinitatis, est etiam probabilis, & eam docent Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 64. n. 25.* Basilius Pontius *lib. 7. c. 35. n. 1.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 240.* Coninck *de sacram. disp. 32. dub. 4. num. 46.* Molfesius in summa *tom. 1. tract. 4. c. 10. n. 94.* & alij plures apud ipsos. Nititur hæc sententia, quia affinitas sine carnali copula non oritur, quia est propinquitas orta ex commixtione sanguinum, consequenter ex matrimonio consummato: quia tunc propriè mas, & fœmina fiunt una caro; ratione cujus consanguinei unius conjugis fiunt affines alterius conjugis, quia ut loquitur Benedictus in *c. lex 37. q. 2. propinquitas sanguinis verbis dicitur, sed non verbis efficitur.* Et Pius V. in suo motu proprio, cui initium est: *Ad Romanum*, hoc idem etiam declaravit, ut notat Rebellius. Imò apud Farinacium citatur declaratio quædam sacræ congregationis, quam etiam refert Rebellius *sess. 44. de reform. matrim. c. 3. in Trident.* Quòd si hujusmodi declarationes Pij V. & sacræ congregationis extarent, proculdubio esset ijsdem adhærendum, alioquin prior sententia mihi videtur probabilior. Non tamen hæc quæstio, ut putant aliqui, est inutilis quoad praxim, quia eidem rectè deservit; primò in ordine ad Datatiam, quia hæc majorem pecuniam exigit pro dispensatione impedimenti orti ex affinitate, quàm ex publica honestate. Secundò deservit etiam pro excommunicatione lata *in clement. unic. de consang.* ubi anathemate percutiuntur contrahentes matrimonium cum affinibus, & hanc pœnam non incurreret, qui contraheret cum consanguineis sponsæ de præsenti nondum carnaliter cognitæ. 34

35 Quæritur nonò, quamnam pœnam incurrant contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito? Respondetur, incurrere pœnam excommunicationis, idque desumi *ex clement. cos qui unit. h. t.* ubi Pontifex statuit, ut qui scientes contrahunt in gradu prohibito consanguinitatis, & affinitatis, vel cum monialibus; & etiam Religiosi, moniales; & clerici in sacris constituti si contrahant matrimonium, sint excommunicati ipso facto: & Prælati ecclesiarum, qui eos sciverint, debeant eos denuntiare excommunicatos, donec absolvantur. Ex hac autem constitutione deducitur, quòd qui scienter matrimonium contrahunt in gradu consanguinitatis, vel affinitatis jure canonico prohibito, scilicet in quarto, vel tertio gradu anathemate percutiuntur, seu excommunicantur non solùm mares,

sed etiam fœminæ : siquidem genos masculinum comprehendit sexum fœmininum etiam in pœnalibus, quando quoad utrumque viget eadem ratio prohibitionis *l. si quis 7. §. de jurisd. om. judic.* & notat Barbosa *in collect. hic. num. 3.* Rursus in clementina constitutione non solùm excommunicantur sæculares contrahentes in gradu prohibito ; verùm etiam Religiosi, & Moniales contrahentes matrimonium sacrilegum, imò etiam clerici sæculares constituti in sacris ordinibus, si sacrilegè matrimonium contrahant. Mandantes verò, vel consulentes, seu adjuvantes ad ineundum tale sacrilegum matrimonium non percutiuntur anathemate ex vi clementinæ constitutionis, quia hæc constitutio non habet locum nisi in casibus expressis, & non in aliis. Quamobrem qui contrahit cum conjugata, vel infideli pagana, vel cum cognata spirituali, vel legali, vel contra publicam honestatem, non incurrit has pœnas, quamvis matrimonium sit irritum ; quinimò in casibus etiam hujus canonis, qui ignoranter contrahit non incurrit pœnas, si ignorantia sit facti probabilis: secus si sit juris : qoia si sciebat gradum, in quo etat, & nesciebat constitutionem ligatur à constitutione *reg. ignorantia de reg. jur. in 6.* Ut etiam si unus sciebat, & alter ignorabat, sciens ligatur. Ut autem incurratur hæc extommunicatio tres requiruntur conditiones, prima est, ut matrimonium sit contractum, licèt non sit consummatum: ratio est, quia *in d. clement.* non punitur copula incestuosa, sed tantùm contractus matrimonij, sufficit enim si iste quoad suam essentiam sit perfectus, quamvis per copulam non sit consummatus : quia *nuptias non concubitus, sed consensus facit, reg. jur. 20. in ff.* Glossa hic *V. contrahere.*

36 Unde per sponsalia tantùm de futuro contracta non incurritur hæc excommunitatio, quia pœna imposita contrahentibus matrimoniū non extenditur ad contrahentes tantùm sponsalia de futuro, quia pœnæ non sunt extendendæ. Olim tamen excipiebatur, nisi post sponsalia de futuro secuta fuisset copula affectu conjugali *c. is qui 30. sup. de sponsal.* Sed jure novo post Tridentinum, quia per talem copulam non contrahitur matrimonium de præsenti, neque incurritur excommunicatio. Secunda conditio est, ut contrahatur matrimonium cum impedimento consanguinitatis, vel affinitatis in gradibus lege canonica interdictis, adeò ut non incurratur excommunicatio, si ineatur matrimonium cum infideli, cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis. Neque incurritur excommunicatio, si matrimonium contrahatur per metum cadentem in virum constantem; quia tunc contractus est irritus ob defectum pleni liberi consensus *c. cum locum de sponsal. & matrim.* Tertia conditio est ut scienter tale matrimonium ineatur, quia si contrahatur ignoranter non incurritur hæc pœna, quia *in d. clement.* expressè habetur, ut matrimonium scienter contrahatur.

37 Quæritur decimò, an copula habita cum consanguineis alterius conjugis in tertio, & quarto gradu impediat petitionem debiti ? Respondetur probabilius non impedire : ratio à priori est, quia affinitas non impedit, nec dirimit matrimonium nisi ob copulam, ad quam ordinatur, eò quia hæc non deceat affines: atqui hæc affinitas jure novo post Tridentinum restricta est, ut non impediat, neque dirimat matrimonium, nisi in primo, & secondo gradu: ergo etiam copula, ex qua oritur affinitas debet censeri restricta ad secundum gradum, adeò ut non impediat petitionem debiti nisi in primo, & secundo gradu. Hinc fornicatio cum affine in tertio, & quarto gradu propriè non est incestus, eò quia fornicatio cum affine in his gradibus non habeat specialem malitiam irreverentiæ in jure naturali, neque ecclesiastico: quia jus ecclesiasticom prohibens hanc copulam intuitu reverentiæ præstandæ affinibus cessavit cessante prohibitione matrimonij, quod solùm prohibetur ob indecentiam copulæ inter contrahentes in primo, & secundo gradu affinitatis : ergo situt copula habita cum consanguineis alterius conjugis in tertio, & quarto gradu non dirimit matrimonium, ità nec impedit exactionem debiti. Tum quia hæc petitio debiti est quid accessorium matrimonio; proinde debet sequi naturam sui principalis juxta *reg. 42. jur. in 6.* proinde sicut matrimonium in tertio, & quarto gradu affinitatis contractum caret impedimento, ita etiam copula, quæ se habet accessoriè ad matrimonium.

Quæritur undecimò, an conjux consentiens incestui amittat jus petendi debitum à conjuge incestuoso, qui contraxit affinitatem ? Respondent plures, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 9. disp. 27. n. 3.* & Basilius Pontius *lib. 10. de matrim. c. 7.* affirmativè, & nituntur, quia *in c. discretionem de eo, qui cognovit consanguineam*, dicitur, quòd conjux innocens non debeat suo jure privari, adeò ut possit exigere debitum ab alio nocente, qui affinitatem contraxit per copulam illicitam, quamvis hic non possit petere, sed tantùm debeat debitum reddere: hinc à contrario sensu inferunt, quòd si alter conjux erit consentiens incestui, seo nocens, non quidem incestuosè adulterando, sed consentiendo in incestum, & adulterium sui conjugis, debeat eo ipso jure suo privari, & non possit debitum petere. Verùm quamvis hæc sententia sit valdè probabilis. 38

Nihilominus opposita est etiam probabilis, quam docent Hurtadus *disp. 10. diffic. 7. n. 22. dist. 5. sect. 2. n. 5.* Ochagavia *tom. 5. q. 5.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 242.* quia in nullo jure statuitur, ut conjux, qui non commisit incestum realiter, amittat jus petendi debitum maritale à conjuge incestuoso: jura enim tantùm loquuntur de ipso conjuge incestuoso, & licèt alter consentiat in incestum, non tamen realiter, & à parte rei est incestuosus, cùm carnaliter non cognoverit consanguineum sui conjugis : & quia agitur de pœna incurrenda ob incestum, non debet hæc extendi ad 39

casus

casus non expressos in jure. Tum quia fundamentum, quo nititur opposita sententia est argumentum pectum à contrario sensu : ex eo enim quod *in d. c. discretionem de eo qui cognovit consanguineam*, dicatur, quod conjux innocens non sit privandus iure suo, infertur à contrario sensu : ergo nocens non quidem incestuosè adulterando, sed consentiendo in incestum, & adulterium sui conjugis eo ipso privatur suo jure : quod argumentum in ordine ad inducendam pœnam non videtur in jure efficax, eò quia pœnalia in jure non ampliantur, sed restringuntur. Tum quia crimen commissum ab ipso consentiente, non est illud, cui in jure est adnexa pœna, quia consensus non est ipse realis incestus, sed tantùm mentalis, ratione mentis consentientis; & jura non injungunt hanc pœnam incestui mentali, sed reali, & in opere ad extra consummato.

40 Quæritur duodecimò, an qui contraxit affinitatem, vel cognationem spiritualem cum scientia juris, & facti, sed cum ignorantia pœnæ petendi debitum, illam incurrat? Respondetur cum communiori sententia affirmativè, quia tametsi in excommunicatione id habeatur speciale, quòd non incorratur nisi ab habente notitiam de illa, eò quia sit summa pœna ecclesiastica, & supponat in delinquente contumaciam, quæ non habetur sine notitia excommunicationis incurrendæ, & id etiam procedat de cæteris censuris ob eandem rationem : nihilominus in alijs pœnis ordinarijs proportionatis, cujusmodi est pœna privationis exigendi debitum imposita ob copulam incestuosam, incurritur pœna cum scientia juris, & facti, quamvis ignoretur ipsa pœna : ratio est, quia ignorantia solius pœnæ regulariter non excusat reatum ejusdem pœnæ, quia tametsi ignorantia pœnæ possit excusari, quando est simul cum ignorantia facti, non ita si sit cum scientia juris, & facti; quia tunc non excusat à culpa in transgressione legis, quia ut hæc obliget in conscientia, non est necesse, ut addat pœnam: consequenter ut quis dicatur agere contra conscientiam violando legem, non est necesse, sciat pœnam : onde ignorantia illa cum non excuset culpam; neq; excusare debet pœnam, cùm hæc sequatur ad culpam: etenim non cessante causa, neque cessat effectus. Tum quia ignorantia illa pœnæ ad summum tantùm operatur, ut pœna sit involuntaria: id autem nil refert, quia pœna potius exigit, ut sit involuntaria; hine etiam ipse Deos punit æterna pœna eos, qui ignorabant suis peccatis deberi talem pœnam: & à Magistratu suspenditur ob delictum furti, qui talem pœnam ignoravit : oon enim est necessè, ut reus, quando committit delictum, sciat à jure tali delicto esse injunctam talem pœnam.

41 Quæritur tertio decimò, an Pontifex possit dispensare super impedimentis consanguinitatis, & affinitatis dirimentibus matrimonium? Respondetur, generatim summum Pontificem posse dispensare in omnibus gradibus affinitatis, & consanguinitatis jure ecclesiastico, seu canonico solùm prohibitis, etiam dirimentibus matrimonium. Ratio est, quia Legislator cum sit author legis, potest in lege dispensare ex justa causa, & Pontifex est author horum impedimentorum, quæ habentur in jure canonico. Hinc dempto primo gradu in linea recta in sententia plurium, potest dispensare, ut matrimonium ineatur cum avia, & nepote ex suppositione, quòd præter primum gradum lineæ rectæ cæteri non sint impeditivi matrimonij jure naturæ. Contrarium tamen nos docuimus, quia communior sententia est, in linea rectâ jure naturæ in omnibus gradibus consanguinitatis matrimonium esse irritum, adeò ut si Adam reviviscerer, non posset cum ulla fœmina ex existentibus, & ab ipso oriunda matrimonium contrahere, non ratione consanguinitatis, sed ratione principij, ut explicuimus in præcedentibus.

Quòd verò attinet ad lineam transversam docentes matrimonium inter fratrem, & sororem non esse jure naturæ irritum, eò quia obsequium, quod filius debet parentibus præstare, non teneatur frater præstare sorori, cujus non est pars, sicut est pars patris. Respondent, posse summum Pontificem dispensare etiam in primo gradu lineæ transversæ, quia si impedimentum non oritur ex jure naturæ, habetur tantùm ex jure ecclesiastico, in quo potest Pontifex dispensare, à fortiori etiam in alijs gradibus secundo, & tertio consanguinitatis eiusdem lineæ transversæ. 42

Quòd si dicas, aliquos gradus consanguinitatis, & affinitatis etiam lineæ transversæ esse lege divina prohibitos *Levit. c. 18. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus* & in gradibus divina lege prohibitis non posse Pontificem dispensare *c. litteras 13. §. opinioni de restit. spoliat.* Respondent communiter, id esse intelligendum de gradibus prohibitis antiqua lege mosaica, & quia lex illa mortua fuit in nece Christi, ideo non habet ampliùs vim obligandi. 43

Alij veriùs respondent, citatum textum esse intelligendum de gradibus divina lege naturali prohibitis, ut inter patrem, & filiam; matrem, & filium in sententia verissima, & in sententia probabili etiam inter fratrem, & sorores, intra quos non est ita certum, an matrimonium sit irritum jure naturæ : nihilominus quia id videtur valde probabile, ideo ecclesia non consuevit dispensare, ut inter fratrem, & sororem ineatur matrimonium, & Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 5. de reform.* statuit ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam : licèt Doctores id etiam extendant ad Magnates, & Dominos titulares, & magnos nobiles, præsertim ex causa urgente; non enim Concilium Tridentinum potest coarctare potestatem in Pontifice, cùm hic sit supra Concilium, & hoc nullam habeat vim sine suo capite, seu summo Pontifice. 44

Hinc potest etiam Pontifex dispensare in omnibus gradibus affinitatis lineæ transversæ 45

ut

ut quis ducat sororem, consobrinam, vel materteram uxoris defunctæ. An verò in primo gradu affinitatis lineæ rectæ possit etiam dispensare, ut privignus ducat novercâ, affirmant, qui censent, primum gradum affinitatis in linea recta non dirimere matrimonium jure naturæ, quæ sententia si vera est, ut non caret probabilitate, sicut superiùs ostendimus, sequitur, summum Pontificem posse dispensare. Cæterum difficilius dispensatur super impedimentis consanguinitatis, quàm affinitatis in simili gradu, quia inter consanguineos conjunctio est major, quàm inter affines, siquidem conjunctio consanguinitatis est prior, & magis per se, estque veluti mensura affinitatis.

46 Quæritur quarto decimò, an in dispensatione concessa aliquibus in linea collaterali inæquali exprimendus sit gradus consanguinitatis, vel affinitatis remotior, an verò propinquior? Respondetur esse exprimendum gradum consanguinitatis, vel affinitatis remotiorem, nisi aliud sit consuetudine introductum, idque desinivit Gregorius IX. *in c. vir qui ult. h. t.* ubi rescribit. Si vir distat à stipite quarto gradu, & mulier in quinto, possunt sine dispensatione contrahere, qoia quanto gradu remotior distat à stipite, in tanto distat in quolibet descendentium per aliam lineam in eodem stipite: quòd si consuetudo in contrarium vigeat, tunc computatio fieri debet à propinquiori, & exprimendus est gradus propinquior stipiti, idq; desumitur *ex c. quòd dilectio 3. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit: quando dispensatur cum aliquo, ut possit contrahere in quarto gradu, uterque debet distare in quarto, alioquin si alter distaret in tertio à stipite, non valeret dispensatio; & sic habet consuetudo loci, cui standum est ad vitandum scandalum: remota autem hac consuetudine sufficit, si exprimatur gradus remotior, quia hic favore matrimonij trahit ad se proximiorem gradum.

47 Quæritur quinto decimò, an valeat dispensatio concessa à Papa contrahendi matrimonium inter consanguineos in gradu jure canonico prohibito, si in ea falsa causa fuerit expressa? Respondetur, talem dispensationem esse nullam, nisi à Papa cognitâ falsitate causæ iterum confirmetur, idque desumitur *ex c. quia circa 6. h. t.* ubi Innocentis III. rescribit; quòd dispensatio facta à Papa contrahendi in gradu prohibito non valeat, si sit ex causa falsa, nisi de novo à Papa confirmetur: ubi juvat adnotare, quòd veritas narratorum consideranda sit secundum tempus datæ, & impetratæ dispensationis; adeò ut non sufficiat priùs narrata fuisse vera, & post impetrationem falsificari; quia ille, de quo Pontifex loquitur *in d. c. quia circa* habuerat filiam, sed illam non habebat tunc, quando impetravit dispensationem, eò quia jam fuerat mortua, & ideo dispensatio fuit subreptitia, & nulla. Subreptio enim cum expressione causæ falsæ vitiat dispensationem ipso facto, ut desumitur *ex c. 2. de fil. Presbyt.* ubi habetur, quòd dispensatio impetrata per obreptionem commissam in reticentia veri sit ipso jure nulla: unde à fortiori erit nulla dispensatio per subreptionem impetrata; quia est dolus major, quàm obreptio; siquidem per obreptionem tantùm reticetur, quod exprimendum erat, & per subreptionem exprimitur, quod est falsum, & est detestabilius falsum exprimere, quàm verum reticere.

Quæritur sexto decimò, quænam sint causæ dispensandi in matrimonio contracto in gradu prohibito jure canonico? Respondetur, duas esse præcipuas causas. Prima est, si ex matrimonio sic inito proles sit superstes, quia tunc favore filiorum solet summus Pontifex dispensare, ut matrimonium per renovationem mutui consensûs iterum contrahatur: non enim tunc Pontifex dispensando intendit, ut matrimonium antea invalidè contractum per suam dispensationem fiat validum; quia quod ab initio fuit nullum, processu temporis non convalescit; sed per talem dispensationem tantùm dat facultatem conjugibus, ut iterum consentiant in matrimonium, seu de novo contrahant: ad quod non est necesse, ut iterum fiat coram Parocho, & testibus, si prima vice contraxerint in facie ecclesiæ; quia tunc hæc potest testificari de tali matrimonio. Altera causa est ad vitandum scandalum; ob hanc enim dispensatur non solùm super matrimonio jam contracto, sed etiam super contrahendo, quia per scandalum receditur à dispensatione juris positivi. Præterea ob bonum pacis dispensat Papa etiam inter consanguineos, vel affines. 48

TITULUS XV.

De Frigidis, & Maleficiatis, & Impotentia coëundi.

IMpedimentis matrimonij accensetur etiam impotentia ad consummandum matrimonium, unde Pontifex post impedimentum ortum ex consanguinitate, & affinitate subjicit titulum de impotentia coëundi, seu consummandi matrimonium, & quia talis impotentia oriri potest ex frigiditate viri, vel ex maleficio, ideo simul agit de frigidis, & maleficiatis.

SUM-

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *ACCEPISTI 1. h. t. Ex Brocardico* lib. 18. *statuitur, quòd si transacto aliquo tempore maritus dicat, se esse frigidum ad copulam, adeò ut non possit cum sua uxore matrimonium consummare, & si uxor idem affirmet, & probari id possit per verum judicium, debeant separari: sed si deinde vir alteri nubat, est perjurus, & cogendus redire ad primam injunctâ ipsi, & factâ pœnitentiâ: sin verò uxor post annum, vel sex menses dicat, maritum non posse consummare matrimonium, & maritus id neget, credi debet marito, eò quia uxor tardè reclamavit: sin verò post mensem, vel duos reclamavit, & hoc possit probari per verum judicium, tunc separatur mulier à viro, & datur ipsi facultas nubendi, cui maluerit, quia ob impedimentum impotentia matrimonium est nullum. Notat tamen Glossa contra matrimonium, non credi confessioni conjugatorum, nisi probetur cum septima manu propinquorum, secus in favorem matrimonij est illis credendum* c. 2. de clandest. despons.

C. *QUOD SEDEM 2. h. t. Rescribit Alexander III. quòd sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio; sic qui impotentes sunt, minimè apti reputantur ad matrimonia contrahenda. Ubi notat Glossa, textum non loqui de impotentia senum defectu caloris, sed de eo, qui sectus est, ac perpetuò impotens.*

C. *EX LITTERIS 3. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si vir contrahat cum muliere, & mulier est impedita, vel arctata, vel sit inhabilis ex infirmitate, adeò ut arte medica juvari non possit, datur facultas viro ducendi alterã, quia defectu impotentia matrimonium est nullum. Ubi notat Glossa, id procedere, quando à Medicis non potest juvari sine periculo vita, alioquin non posset separari, quia teneretur sustinere medicam violentiam, ut statuitur* in c. fraternitatis 4. h. t.

C. *CONSULTATIONI 4. h. t. Lucius III. declarat, quòd qui scienter contrahit cum arctata, ecclesia ita soleat judicare, ut si non possit eam habere ut uxorem, habeat ut sororem. Ubi notat Glossa, non posse cum arctata esse matrimonium ob impotentiam, proinde hoc esse potiùs consilium.*

C. *LAUDABILEM 5. h. t. Cœlestinus III. declarat, quòd si statim non possit probari naturalis frigiditas, debeat concedi triennium ad experiendum, postea si nolint simul cohabitare, & mulier per hoc judicium probet virũ non posse matrimonium consummare, alteri nubat. Sin autem vir aliam acceperit, tunc debeant separari: quòd si ambo fateantur, se nunquam invicem cognovisse, & cum septima manu propinquorum, vel si deessent vicinorum bona fama tactis evangelijs, id jurent, tunc potest mulier alteri viro nubere. Hinc notat Glossa ad probandam frigiditatem dari triennium, & quod dicitur de frigido esse intelligendum etiam de Maleficiato: secus tamen, si impedimentum prius possit probari. Rursus conjugatos post triennium debere juramento asserere, se dedisse operam, & non potuisse matrimonium consummare, & propinquos itidem jurare, se credere, conjuges verum jurâsse* c. quoties de purgat. canon. *Cæterum si consanguinei bona fide juraverint, non habentur postea perjuri. Præterea si propter maleficium conjuges separentur, & vir aliam ducat, non cogitur tunc redire ad primam, sicut separatus ob impotentiam* c. si per sortiarias 33. q. 3.

C. *FRATERNITATIS TUÆ 6. h. t. Innocentius III. declarat, impedimentum mulieris arctatæ, quod præter divinum miraculum per opus humanum sinè periculo vitæ removeri potuit, non esse censendum perpetuum: quapropter si per sententiam ecclesiæ ex errore informationis divisa fuerit à marito, & ipsa alteri viro nupserit, relicto hoc secundo tenetur redire ad primum, quia fuit verum, ac legitimum matrimonium: sin verò mulier separata religionem fuerit ingressa, & in eadem professa, & post ejus professionẽ vir alterã mulierẽ duxerit, hoc secundum matrimonium viri tenet, & est validum, quia primum non erat consummatum: alioquin teneretur redire ad primam.*

C. *LITTERÆ 7. & ult. h. t. Honorius III. rescribit, quòd si mulier dicat, per triennium se cohabitâsse cum viro, & eum deprehendisse impotentem ad consummandum matrimonium, & vir dicat, se esse quidem impotentem respectu illius, non verò cum alijs; tunc si per inspectionem Matronarum mulier reperitur virgo: & facta inquisitione non reperitur aliqua, quæ fuerit à tali viro carnaliter cognita, si constat per triennium continuum simul habitâsse, & ipsi cum septima manu propinquorum jurent, se non potuisse matrimonium consummare, proferenda sit sententia divortij inter eos. Ubi notat Glossa hic allegari maleficium, & ajt, quòd si constet de maleficio post triennium continuum inhabilitatis cum hac, quamvis sit habilis cum alijs, si hæc petat separari, postquam ipsi cum septima manu juraverint, possint separari, & alijs nubere.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid sit impotentia, & quotuplex, & quomodo dirimat matrimonium.

1 IMpotentia in ordine ad consummationem matrimonij est, quâ non potest obtineri finis matrimonij, qui est generatio prolis. Et alia est naturalia, & ab intrinseco; alia accidentalis, & ab extrinseco: & uttaque etiam est duplex, quia impotentia naturalia vel oritur ex ipsa natura, ut frigiditas in viro, vel arctatio in fœmina; vel ex defectu ætatis, ut in pueris. Accidentalis etiam est duplex, quia vel est communicata ab alio homine, ut in Eunuchis, aut effecta est arte dœmonis, ut in maleficiatis.

2 Impotentia naturalis, si perpetua sit, dirimit matrimonium, idq; desumitur *ex c. 1. & sequent. 33. q. 1.* & *c. quòd sedem 2. h. t.* ubi Alexander III. rescribit: sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio; sic qui sunt impotentea, non sunt reputandi apti ad matrimonium: ubi Pontifex non loquitur de impotentia senum defectu caloris, sed eo, qui sectus est, & qui perpetuò est impotens. Hoc idem etiam declaravit idem Pontifex *in c. ex litteris 3. eod tit.* ubi rescribit: si vir contrahit cum muliere, & mulier est impedita, & omnino inhabilis ex infirmitate, adeò ut arte medicorum juvari non possit, viro conceditur facultas ducendi aliam.

3 Ratio itidem est, quia nequeunt simul stare obligatio ad copulam orta ex matrimonio, & impossibilitas copulæ: siquidem ad impossibile nulla datur obligatio *c. nemo de regul. jur. in 6. l. impossibilium. ff. de regul. jur.* debet tamen impotentia esse perpetua, quia si fuerit tantùm temporalis, non dirimit matrimonium, imò quamvis etiam antecedat matrimonium ratum; quia quæ subsequitur etiam ante consummationem, matrimonium non dirimit.

4 Quòd si impotentia viri non sit absoluta erga omnes fœminas, sed solùm respectivè erga unam determinatè, dirimit tunc matrimonium, respectu cujus est perpetuò impotens, si nulla arte juvari possit; ratio est, quia respectu illius fœminæ non est tunc possibilis obligatio ad copulam, proinde nec est possibile matrimonium. Tum quia matrimonium exigit determinatam personam, proinde si respectu illius habetur impotentia perpetua, quæ nulla arte medica juvari possit, non poterit esse respectu illius matrimoniũ. Tum quia impotentia respectiva accidentalia ex maleficio orta dirimit matrimoniũ respectu personæ, ad quam est impotens *c. final. 33. q. 1.* ubi maleficiato respectu ejus, cum qua contraxit, conceditur ad alias nuptias transire priori matrimonio dissoluto: ergo etiam impotentia naturalia, si perpetua fuerit, matrimonium dirimit.

Videtur tamen in contrarium obstare diffi- 5
cilis textus, qui habetur in *c. fraternitatis. 6. h. t.* ubi Innocentius III. decidit, mulierem à viro, cui nupserat, judicio ecclesiæ separatam, eò quia adeò arcta erat, ut nunquam potuerit à viro deflorari, si postea nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem usum coeundi reddatur apta primo; declarat Pontifex, restituendam esse primo; dissoluto posteriori conjugio, ut invalido: ex quo textu videtur inferri, quòd impotentia respectiva non dirimat matrimonium. Sed respondetur, decisionem præfati textus procedere, quando posterior vir est similis priori ætate, robore, & viribus corporeis, ut patet ex contextu, ubi dicitur, *si mulier commisceatur simili:* quod non debet intelligi de similitudine in natura humana, sed in qualitate ætatis, & viribus corporis, quia tunc præsumitur, potuisse à primo viro consummari matrimonium: & quia præsumitur etiam tunc ecclesia decepta, ideo hæc judicat, ut mulier restituatur priori viro, dissoluto matrimonio cum posteriori. Cæterum impotentia alterius conjugis potest etiam allegari post multos annos, ut liquet ex illis verbis præfati *cap. fraternitatis 6. h. t. per multos annos morata*, ubi mulier post octo annos allegavit impotentiam viri: & ratio est, quia matrimonium ab initio invalidum non firmatur tractu temporis. Si tamen impedimentum debeat probari, judex ex officio allegato impedimento impotentiæ potest jubere mulierem inspici per matronas, vel honestas obstetrices, vel alias peritas, quæ sint de parochia mulieris, quia præsumuntur habere majorem notitiam illius. Rursus debent vocari, ut compareant coram judice, & debent jurare de veritate aperienda, quia sunt testes.

Plures tamen censent, has matronas non de- 6
bere jurare de veritate, seu scientia, sed solùm de credulitate, nimirum se credere, mulierem esse aptam, vel non, eò quia de hisce non possit dari certa scientia. Rursus judex, si separet matrimonium ob impotentiam alterius conjugis, debet quantum potest suadere impotenti; ut ingrediatur religionem, servétque perpetuam continentiam, ut desumitur ex *d. c. fraternitatis 6. h. t.* ratio est, quia si impotens in religione approbata emittat solemnem professionem, eo ipso dissolvitur matrimonium, proinde nullum periculum imminet alteri conjugi, si aliud matrimonium contrahat, quia matrimonium ratum dissolvitur per solemnem professionem emissam ab altero conjuge in religione

ligione approbata: & si solvatur matrimonium ex impotentia alterius conjugis, cùm tale matrimonium non potuerit consummari, est tantùm ratum, quod dissolvitur per solemnem professionem.

7 Rursus omne impedimentum impotentiæ viri, & mulieris, quod opere humano sine gravi corporis periculo tolli non potest, reddit inhabiles ad matrimonium ineundum; non ita si arte humana juvari potest impotens, & removeri impedimentum absque gravi periculo corporis: quòd si non possit impotentiæ subveniri sine vitæ periculo, tunc quamvis mulier parata esset illud subire, ut apta reddatur viro: probabile est, non teneri virum id expectare, sed posse petere dissolutionem matrimonij, & aliud inire, eò quia tunc impedimentum censetur perpetuum. Quòd si mulier posset cognosci ab alio viro, præsumeretur etiam posse cognosci à proprio, cum quo contraxit, dummodo esset illi similis ætate, robore, & corpore; & tunc si mulier soluto primo matrimonio transiret ad secundum, in quo cognosceretur à viro, esset restituenda primo marito, si postea appareret, ecclesiam ex errore informationis deceptam fuisse; quia tunc primum matrimonium esset validum, & ab eo non esset recedendum, ut notat Barbosa *in collect. in d. c. fraternitatis 6. n. 2. & 3. h. t.* eo enim ipso, quòd mulier est cognoscibilis à posteriori viro simili primo, præsumitur etiam ab hoc cognoscibilis, proinde matrimonium est validum.

8 An verò impotentia naturalis, sive absoluta, sive respectiva nnius conjugis, si non ignoretur ab altero, & hic velit cedere jure suo, possit cohabitare cum suo viro, communior, & probabilior sententia est posità tali impotentià non posse alterum conjugem, cui innotescit talis impotentia cedere jure suo, quia matrimonium est nullum, ut docent Navarrus *in sum̃a c. 22. n. 6. & lib. 4. consil. tit. de frigidis consil. 3. n. 2.* Sotus in *4. dist. 34. q. unic. art. 2. §. postremum*, & alij plures, quos plena manu refert Sanchez, *lib. 7. de matrim. disp. 97. num. 2.* & videtur etiam desumi ex *c. consultationi tuæ 4. h. t.* ubi Lucius III. rescribit: qui scienter contrahit cum arctata, ecclesia solet ita judicare, ut si non possit eam habere ut uxorem, habeat ut sororem: unde si non potest habere ut uxorem, jam matrimonium dirimitur, quia hoc non habetur nisi inter maritum, & uxorem. Idque firmari etiam solet ex motu proprio Sixti V. edito anno 1587. ubi declarat, matrimonia etiam scienter cum Eunuchis contracta esse omnino irrita ratione impotentiæ. Naturalis itidem ratio id suadet, quia nemo potest velle obligari alteri ad id, quod est sibi impossibile, etiam altero acceptante obligationem, & cedente jure suo, quia talis obligatio est nugatoria, & caret essentia obligationis: cùm igitur ratione matrimonij obligentur conjuges mutuò ad copulam, nequit talis obligatio ullum sortiri valorem, si copula sit impossibilis, tametsi alter conjux conscius hujus impossibilitatis velit cedere jure suo.

In contrarium tamen posset objici D. Thomas *in 3. q. 52. art. 1. ad 4. & q. 58. art. 1. in corp.* ubi distinguit duplex impedimentum, unum de jure, quod dicitur legale, ut ordo, consanguinitas, & alia id genus; & aliud, quod vocat impedimentum de facto, quod copulam reddit impossibilem, & hoc impedimentum est ipsa impotentia alterius conjugis: & S. Doctor docet, primum impedimentum legale posse dirimere matrimonium, sive ignoretur, sive non; non ita secundum, si præcognitum sit, & electum. 9

Verùm doctrina Angelici Doctoris procedit non de impotentia simpliciter perpetua, & cui nullo humano remedio subveniri potest, quia hæc omnino irritat matrimonium, ut exploratum est apud omnes: sed S. Doctor tantùm loquitur de impotentia, quæ tolli potest per artem; per accidens tamen non tollitur, quia conjuges nolint eam tollere, & ideo per accidens dicitur perpetua: & hæc impotentia licèt non tollatur, non vitiat validitatem matrimonij, quia est potius impotentia voluntaria, quàm necessaria, cùm conjuges, si vellent, possent eam removere. 10

Quòd si quæratur, quandónam censenda sit impotentia perpetua? Respondetur, eam censeri perpetuam sive in viro, sive in fœmina, quæ sine miraculo, vel sine probabili vitæ periculo, & etiam à fortiori sine peccato tolli non potest. Id enim decisum est, *in c. fraternitatis 6. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, impedimentum mulieris arctatæ, quod præter divinum miraculum per opus humanum sine periculo vitæ potuit removeri, non esse perpetuum: unde à contrario sensu, si removeri non potest per opus humanum sine vitæ periculo censenda est impotentia perpetua, & licèt in *d. c. fraternitatis* non fiat mentio de peccatis, id tamen intelligitur, cùm nemo possit obligari ad peccandum. 11

Tum quia si illud impedimentum dicitur perpetuum, quod sine vitæ corporalis discrimine auferri non potest, à fortiori erit perpetuum quod sine spiritualis vitæ dispendio non potest tolli. Hinc dicimur, tantùm id posse, quod licitè possumus, & quia impedimentum, quod sine peccato non potest à nobis auferri, non possumus illud licitè tollere, ideo est nobis ablatu impossibile, proinde perpetuum. 12

Potest vir ob impedimentum impotentiæ etiam proveniens ex propria sua persona petere separationem à muliere, & solutionem matrimonij; quia interest sui, ut matrimonium solvatur, si hoc non est validum, ne scilicet teneatur ad onera matrimonij, idque desumitur *ex c. accepisti 1. h. t.* ubi deciditur, quòd si transacto aliquo tempore maritus dicat, se esse frigidum, & impotentem ad copulam, adeò ut, non possit cum uxore, nec cum alia coire, & si uxor idem affirmet, & probari possit per verum judicium, debeant separari: sin autem vir postea aliam ducat, est perjurus, & cogendus redire ad primam peractà pœnitentià. Deciditur etiam *in d. c. accepisti*, quòd si uxor post annum, 13

annum, vel sex menses dicat, maritum non posse coire, & maritus id neget, credendum sit marito, eò quia uxor serò reclamaverit: sin verò post mensem, vel duos reclamavit, & hoc probari per verum judicium possit, solvitur matrimonium, & mulier fit libera, ac potest nubere, cui vult. Cur verò fides sit viro asserenti adhibenda, ratio est, quia tunc duæ præsumptiones concurrunt contra mulierem, prima quia tardè reclamavit; secunda quia vir, qui est caput mulieris, affirmat, se illam cognovisse, & viro potiùs credendum est, quàm mulieri, ut notat Abbas *in d. c. concepisti 1. n. 5. h. t.*

14 Secus si mulier, quæ tempore matrimonij fuit virgo, statim post mensem, vel bimestre reclamet, allegétque impotentiam viri, est illi credendum, quamvis vir id neget; debet tamen impotentia probari per rectum judicium, ut matrimonium solvatur. Cæterum soli confessioni mariti, vel uxoris asserentium impotentiam non creditur contra matrimonium, sed requiritur alia probatio, ut possit fieri separatio: siquidem dissolutio matrimonij semel contracti non dependet à voluntate contrahentium: unde tantùm in favorem matrimonij creditur viro, & mulieri; non verò contra matrimonium.

15 Quòd si dicas *in c. laudabilem 5. h. t.* Cœlestinum III. decrevisse, ad cognoscendam frigiditatem requiri triennium cohabitationis inter conjuges, quo transacto per justum judicium debeat matrimonium dissolvi. Econtra *in d. c. accepisti 1. h. t.* dici, hanc separationem debere fieri statim, vel non multò post. Respondetur *in c. laudabilem.* sermonem esse in casu, quo nulla extant signa urgentia frigiditatis in viro, quia tunc opus est triennio cohabitationis inter conjuges. Secus quando præter confessionem conjugum adsunt urgentia indicia frigiditatis, tunc possunt conjuges statim à se invicem separari, dummodo juramento suo, & propinquorum id confirmetur: unde textus, qui videntur contrarij, conciliantur; quando enim non constat de impedimento frigiditatis, vel alterius similis impotentiæ; & statim per signa urgentia, & certa probari non potest, tunc requiritur triennalis cohabitatio conjugum, licèt uterque conjux fateatur, se impotentem, ut declaravit Cœlestinus III. in *c. laudabilem 5. h. t.* Secus si clarè constet de impedimento frigiditatis, vel alterius impotentiæ, tunc non est opus, ut conjuges cohabitent per triennium, sed statim possunt separari, & in hoc sensu intelligitur textus in *c. accepisti 1. h. t.* Rursus triennium requisitum ad explorandum impedimentum frigiditatis computari debet à die copulæ attentatæ, quia tale tempus conceditur ad explorandam conjugis impotentiam; nec requiritur, ut hoc tempus triennij sit ita continuum, ut conjuges debeant diu, noctúque semper simul cohabitare, sed sufficit moralis continuatio, adeò ut frequenter cohabitent.

16 Præterea non solùm requiritur triennium, sed ulterius etiam juramentum utriusque conjugis, qui fateantur tale impedimentum, imò ut etiam septima manus propinquorum juret, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui desuerint: ideo enim requiritur hoc juramentum, ut matrimonium non dissolvatur, nisi adhibita priùs cautione diligentiæ, & ad avertendam collusionem inter conjuges. Quòd verò requiratur etiam septima manus propinquorum, quæ juret, id intelligendum est, ut si uterque conjux fateatur impedimentum impotentiæ, cujuslibet conjugis septem consanguinei jurare debeant, & in defectu illorum septem vicini; adeò ut testes jurantes debeant esse quatuordecim, septem ex una, & totidem ex altera parte, ut notat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 108. n. 7.*

Quòd si tot testes haberi non possint, sufficit etiam minor numerus arbitrio judicis, & si desint consanguinei, sunt assumendi in testes Vicini bonæ famæ, & qui sint omni exceptione majores. Demum ambo conjuges debent jurare tactis evangelijs, quòd nunquam per carnis copulam facti sint una caro, ut habetur *in d. c. laudabilem 5. h. t.* Consuetudo tamen invaluit, ut hoc juramentum præstetur super cruce: quinimò conjuges debent illud emittere de certa scientia; hoc est, quòd bona fide, & absque dolo per triennium operam dederint, ut matrimonium consummarent, & nunquam potuerint: consanguinei verò, vel alij testes tantùm debent jurare de credulitate, scilicet quòd vero similiter putent, conjuges verũ dicere: siquidem solis conjugibus potest certò constare, se non potuisse consummare matrimonium, non ita consanguineis, vel alijs, ut notat Sanchez *loc. cit. n. 15.* 17

Hinc quamvis vir postea non deprehendatur frigidus, nec impotens, non tamen consanguinei sunt perjuri, quia ipsi non jurârunt de certa scientia, sed solùm de credulitate ex certis circumstantijs concurrentibus, quæ tunc veræ fuerunt. Vir autem, qui postea deprehenditur, non esse frigidus, si alteram ducat, cum qua matrimonium consummet, habetur perjurus, quia tenetur jurare se esse simpliciter impotentem, non solùm eum una, sed etiam cum alia fœmina, ut habetur *in c. accepisti 1. h. t.* ubi etiam deciditur, ut cogatur redire ad primam uxorem peractâ priùs pœnitentiâ: hæcque est præsumptio juris, & de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium: & censetur mala fide semper affectâsse impotentiam, & illam etiam jurâsse, nimirum ut liberaretur à prima conjuge, & alteram duceret, ut docet Sanchez *lib. 7. disp. 111. n. 16.* 18

Quinimmo si ob frigiditatem viri, vel aliam impotentiam dissolvitur matrimonium, & vir transit ad secundas nuptias, hoc secundum matrimonium absq; alia probatione est irritum, & præsumptio inhabilitatis ad matrimonium stat contra virum, cùm per sententiam ecclesiæ fuerit declaratus impotens; quinimò quomodocunque se habeat vir, semper secundum matrimonium est irritum; quia si verè est frigidus jam ob impedimentum frigiditatis est invalidum; si non est frigidus, primum matrimonium est vali- 19

validum, quia per falſam probationem frigiditatis fuit diſſolutum, proinde ſecundum neceſſe eſt, ſit invalidum, ut rectè docet Sanchez *lib. 7. diſp. 99. n. 6.* ubi etiam addit, quòd ſi tempore, quo vir iſte frigidus tranſit ad alias nuptias, prior uxor moriatur, ſit nihilominus ſtatim ſaparandus à poſteriori matrimonio, donec probet ſe potentem eſſe, & eccleſiam fuiſſe deceptam: ratio eſt, quia poſt ſententiam eccleſiæ præſumptio impotentiæ ſtat contra ipſum, proinde tenetur legitimè probare, ſe non eſſe impotentem, antequam contrahat ſecundum matrimonium.

20 An verò per impotentiam ſupervenientem matrimonio rato, & nondum conſummato, ſint conjuges ſeparandi, & matrimonium dirimendum, videtur eſſe aliqua difficultas, quia Alexander III. *in c. ex litteris 3. h. t.* reſcribit, ſi vir contranit cum muliere, & mulier eſt impedita, vel arctata, vel omnino inhabilis ex infirmitate, ita ut arte medicorum juvari non poſſit, datur licentia viro aliam ducendi. Ob hunc textum aliqui cenſent, per impotentiam ſupervenientem matrimonio rato, & nondum conſummato dirimi matrimonium. Verùm citatus textus non loquitur de impotentia ſuperveniente matrimonio rato, ſed de impotentia, quæ præceſſit contractum matrimonij. Tum quia Pontifex in dicto textu expreſsè ait, *ſi mulier vitium illud à natura contraxit, quia arcta erat.*

21 Alioquin ſi impotentia ſuperveniat matrimonio jam rato, licèt nondum conſumato illud non dirimit, ut deſumitur *ex c. hi qui 25. cauſa 37. q. 7.* ubi abſque ulla limitatione dicitur, quòd matrimonium ſemel validè initum non poſſit ampliùs diſſolvi per quamcunque infirmitatem, & aliam impotentiam ſupervenientem: ſufficit enim ſi tempore matrimonij initi ambo conjuges fuerint potentes ad conſumandum matrimonium; tunc enim validè contrahitur, & ejus vinculum eſt indiſſolubile, adeò ut ſolvi non poſſit per quamcunque ſupervenientem impotentiam, infirmitatem, ſterilitatem; quamvis uxor fiat deformis corpore, clauda greſſu, cæca oculis, ſurda auribus, ut habetur *in c. ſi uxorem 18. cauſ. 22. q. 5.* ubi dicitur, quòd retinenda ſit uxor antea ducta, quamxis ſit ſterilis, imò poſtea fiat ſurda, deformis, cæca. Quamobrem etiam ſuperveniente impotentiâ ad copulam retinenda eſt uxor.

22 Quòd ſi dicas, in *c. quod propoſuiſti 18. cauſ. 32. q. 7.* Gregorium III. conceſſiſſe facultatem cuidam transeundi ad ſecundas nuptias, eò quia impotentia perpetua poſt matrimonium ratum ſupervenerit priori uxori. Reſpondet Sanchez *lib. 7. diſp. 80. n. ult.* Pontificem non conceſſiſſe talem facultatem ob impotentiam ſupervenientem, ſed quia prior non fuit legitima uxor ob impedimentum perpetuum. Si enim impedimentum fuerit perpetuum, & anteceſſerit contractum matrimonij, quamvis contrahentes fuerint conſcij talis impedimenti, & impotentiæ, adhuc non obſtante tali ſcientia debent ſeparari, quamvis matrimonium ſit ratum.

Ratio eſt, quia ob perpetuam impotentiam matrimonium non fuit validum, neque in hoc contrahentes poſſunt cedere jure ſuo, quia ad Ipſos non pertinet removere impedimenta dirimentia: neque eorum ſcientia ullum faceſſit negotium; quia hæc non tollit, quin matrimonium revera initum fuerit cum impotentia perpetua antecedente matrimonium: unde cùm matrimonium illud fuerit invalidum, debent contrahentes ſeparari, nec poſſunt etiam ex contractu ſocietatis ſimul cohabitare ob periculum incontinentiæ. Tum quia ſocietas etiam in perpetuum contracta diſſolvi poteſt, ſi juſta cauſa ſuboriatur *l. ſi. convenerit 4. ff. pro ſocio.* Cæterum juvat notare, quòd matrimonium ratum ex diſpenſatione ſummi Pontificis diſſolvi poſſit, ſi talis impotentia ſuperveniens matrimonio rato ſecum trahat juſtam diſpenſationis cauſam. Rurſus in dubio an impotentia præceſſerit matrimonium, vel primùm ſupervenerit matrimonio rato, tunc præſumendum eſt præceſſiſſe ob favorem matrimonij, ut docet Panormitanus in *c. fraternitatis 6. h. t.* 23

Supereſt explicandus textus, qui habetur *in c. ult. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, ſi mulier dicit per triennium ſe cohabitâſſe cum viro, & illum eſſe impotentem; vir autem fateatur ſe impotentem cum illa, ſed non cum alijs; & ſi per inſpectionem matronarum mulier reperitur virgo, & facta inquiſitione non reperitur aliqua carnaliter cognita à viro illo; ſi conſtet per triennium continuum ſimul habitâſſe, & ipſi cum ſeptima manu propinquorum jurent ſe nequiviſſe carnaliter commiſceri, proferenda ſit ſententia divortij inter ipſos. Hic enim textus tripliciter ſolet explicari: aliqui enim illum intelligunt de frigidis, alij de maleficiatis: & alij de quolibet impotente ad copulam. Communior tamen, & verior ſententia eſt, eſſe intelligendum de maleficio reſpectivè, eò quia agebatur de viro non ſimpliciter impotente quoad omnes mulieres, ſed tantùm quoad eam, cui nupſerat, quod eſt indicium maleficij, non frigiditatis: quia hæc eſt impedimentum non ſolum reſpectu unius, ſed etiam aliarum fœminarum, ut rectè notat Caniſius in *d. c. cum litterault. h. t. n. 2.* 24

Cæterum poteſt conjux quocunque tempore allegare alterius impotentiam, quia ſi matrimonium ab initio ratione impotentiæ fuit irritum, non convaleſcit tractu temporis, ſed ſemper eſt nullum, & irritũ, proinde permittitur conjugi quovis tempore allegare impotentiam, idque conſtat *ex d. c. cum littera 7. & ult. h. t.* ubi auditur mulier, quæ poſt annos octo reclamavit, & allegavit impotentiam mariti. Et licèt *in c. accepiſti 1. h. t.* dicatur, quòd mulier non ſit audienda, quando non reclamavit ſtatim, id intelligendum eſt, non quòd unquam ampliùs non debeat audiri, ſed quòd non ſit audienda, niſi poſt transactum triennium, ut notat Sanchez *lib. 7. diſp. 109. num. 11.* 25

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quaestiones.

1 Quæritur primò, an impotentia perpetua ad copulam orta ex maleficio dirimat subsequens matrimonium cum persona illa in ordine ad quam habetur talis impotentia? Respondetur, duas esse sententias, quarum prima negat, talem impotentiam dirimere matrimonium subsequens, eò quia nullum maleficium, ita perpetuum sit, quin tolli possit per ipsum authorem maleficij absque peccato. Tum quia cùm sit in dæmonis potestate efficere, ut impedimentum temporale ex maleficio ortum, non sit perpetuum, & è contra perpetuum fit temporale tollendo obstaculum; utique posset ex matrimonio, non matrimonium constituere, & ex non matrimonio matrimonium. Tum quia in *c. ex litteris 3. h. t.* dicitur, quòd *si vitium illud mulier à natura contraxerit, nec opere medicorum potuerit adjuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuat potestatem.* Hinc inferunt à contrario sensu, aliud esse dicendum, ubi impedimentum non est à natura, sed ex maleficio.

2 Secunda sententia, quæ communior est, & verior, docet impotentiam ortam ex maleficio dirimere subsequens matrimonium, si illud sit perpetuum, idque desumitur ex *c. fin. 33. q. 1.* & ex *c. litteræ vestræ 7. & ult. h. t.* qui textus, si unus excipiatur Innocentius, intelliguntur de impedimento maleficij, eò quia vir petens matrimonij solutionem allegavit, se ad omnes fœminas potentem esse, præterquam ad uxorem. Tum quia conjunctum fuit utrique, ut pœnitentiam de peccatis agerent, & per pœnitentiam non tolluntur impedimenta naturalia: ratio itidem est, quia eo ipso, quòd impotentia est perpetua, sive oriatur ex maleficio, sive frigiditate, vel alio impedimento non potest persona maleficiata tradere alteri potestatem sui corporis, nec obligare se ad actum conjugalem, eò quia ratione maleficij perpetui fit talis actus illi impossibilis: ergo impotentia etiam orta ex maleficio, si sit perpetua dirimit subsequens matrimonium: dico subsequens, quia si impotentia ex maleficio superveniret matrimonio jam contracto, illud non dirimeret, quia matrimonium, quod semel validè contractum fuit, & ratum, quamvis nondum consummatum per nullam supervenientem impotentiam dirimitur, *c. Hi qui 25. causa 23. q. 7.*

3 Neque rationes, quibus nititur prior sententia, magni sunt momenti. Ad primam respondetur, falsum esse, nullum maleficium esse perpetuum, quia si dæmon semel, vel sæpius potest impedire copulam carnalem Deo permittente; poterit etiam semper eam impedire.

4 Ad secundam etiam falsum est, posse omne maleficium per ejus authorem licitè tolli, quia id dependet à voluntate dæmonis.

Ad tertiam; quamvis dæmon possit de matrimonio non matrimonium facere, non tamen ut matrimonium semel validum possit irritari; quia hoc semel validè initum non potest ampliùs irritari per quamcunque impotentiam supervenientem: unde dæmon tantùm potest personas ex se habiles ad matrimonium reddere inhabiles tollendo per maleficia potentiam coëundi: hinc nec potest dæmon de non matrimonio constituere matrimonium, taliter ut si matrimonium fuerit invalidè contractum ratione maleficij possit dæmon efficere, ut postea fiat validum per solam ablationem maleficij, quod enim ab initio est irritum, processu temporis non convalescit: unde dæmon tantùm potest facere per ablationem maleficij, ut persona, quæ ut maleficiata erat inhabilis ad matrimonium ineundum, fiat habilis per ablationem maleficij. 5

6 Ad ultimam petitam à contrario sensu respondetur, tale argumentum non esse ullius momenti, quando in jure contrarium est decisum: atqui maleficium, si sit perpetuum, dirimere matrimonium subsequens est decisum in jure, hoc est *in c. litteræ vestræ 7. & ult. h. t.* ut ostensum jam abundè fuit.

7 Quæritur secundò, an dissoluto ob maleficium perpetuum matrimonio possit maleficiatus nubere alteri fœminæ? Respondetur, quòd si cum altera fœmina non obstante maleficio possit matrimonium consummare, licitum est illi transire ad secundas nuptias, & tunc non restauratur primum matrimonium quoad primam uxorem. Ratio est, quia maleficium persæpe ad unam tantùm restringitur personam, seu uxorem, adeò ut vir non possit hanc solam cognoscere, quamvis possit alias: quia maleficium non se extendit ad omnes fœminas, sicut frigiditas naturalis. Sin verò soluto primo matrimonio maleficium cessaret, teneretur maleficiatus redire ad primam conjugem, quia cum maleficium non fuerit perpetuum, primum matrimonium fuit validum: hinc si vir postquam contraxit matrimonium cum alia fæmina, cognoscat carnaliter suam priorem conjugem, à qua ob maleficium separatus fuerat, licet privatim eam cognoscat, primum matrimonium est validum, & secundum irritum, proinde vir tenetur ex vi prioris matrimonij cohabitare cum prima uxore.

8 Quæritur tertiò, an Spadones possint validè contrahere matrimonium? Respondetur negativè, ut superius diximus etiam de Eunuchis, quia licèt impedimentum sit à natura in spadonibus, & ex accidente in alijs; si tamen sit perpetuum, dirimit matrimonium, idque ex declaratione Sixti V. edita anno 1587. ratio est, quia Spadones, Eunuchi, Castrati, & alij demasculati carent potentia consummandi matrimonium, & quia hæc impotentia est perpetua, dirimit matrimonium. Quòd si dicas, Eunuchos, & Spadones saltem posse consequi finem secundarium matrimonij, qui est remedium concupiscentiæ, consequenter posse validè contrahere, eò quia etiam sterilis validè contrahit matri-

matrimonium, tametsi non possit consequi finem primarium ejusdem, sed tantùm secundarium.

9 Contra est, quia matrimonium licèt secundariò fuerit institutum ad sedandam concupiscentiam, non tamen quomodocunque, sed mediante perfecta consummatione matrimonij ordinata ad generationem prolis, & quâ conjuges fiunt una caro, & quæ de se apta sit generationi, quæ est finis primarius matrimonij: sterilis autem ideo validè contrahit, quia sterilitas ex accidente contingit. Unde est discrimen inter sterilem, & spadonem, quia licèt in utroque usus matrimonij frustretur fine suo primario, qui est generatio prolis: adhuc tamen sterilis naturaliter obtinet finem secundarium, qui est remedium concupiscentiæ, eò quia possit per veram naturalem copulam uti matrimonio; non ita Eunuchi, & spadones; isti enim tantùm per violentam copulam talem finem obtinent, unde sedatio concupiscentiæ per copulam spadonis non est naturalis, sed violenta: hinc ecclesiastici 20. dicitur: *concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam: sic qui facit per vim judicium iniquum.*

10 Posset tamen objici *Genes. 37. & 39.* ubi Putifar, qui fuit Eunuchus Pharaonis, dicitur habuisse filiam, quæ nupsit Josepho, *Genes. 41.* Sed contra, quia Putifar propriè non fuit Eunuchus, sed vir integer: dicebatur autem Eunuchus, eò quia in sacris scripturis Ministri Regis Eunuchi vocarentur, quamvis viri essent integri, ut communiter docent Expositores.

11 Quæritur quartò; an Hermaphroditi possint validè matrimonium contrahere? Respondetur affirmativè, ita tamen, ut in quibus prævalet sexus virilis, debeant nubere fœminis, & in quibus sexus fœmineus viris: ratio est, quia isti revera sunt potentes ad usum matrimonij in illo sexu, in quo prævalent, non ita in alio; proinde si Hermaphroditus, in quo prævalet sexus fœmineus, duceret fœminam, matrimonium esset irritum, quia censeretur initum inter personas ejusdem sexus, quia si prævaleat sexus fœmineus, censetur esse fœmina, proinde non potest nubere nisi viro: ut etiam si prævaleat sexus virilis, reputatur vir, ut habetur *l. quæritur 10. ff. de statu homin.* ibi: *Quærimus Hermaphroditum, cui comparemus? & puto ejus sexum existimandum, qui in eo prævalet.*

12 Quando verò neuter sexus prævalet, sed uterque est æqualis, tunc æquè vir, ac fœmina judicandus est, cum nulla adsit ratio, cur potius unius, quàm alterius sexûs esse censeatur: & tunc potest eligere quemcunque sexum voluerit, adeo ut possit nubere viro, vel fœminæ: sed factâ semel electione sexûs non potest postea altero sexu uti. Parochus autem non debet interesse tali matrimonio, donec Hermaphroditus, cui datur optio eligendi sexum coram judice ecclesiastico protestetur, quo velit sexu uti, imò id exigendum est etiam sub jurejurando, quo sexu velit uti; & ut promittat, ac juret, se alio sexu præter semel electum non usurum: ratio est, quia Parocho non potest constare, uter sexus prævaleat, & an æqualis sit: unde consulendus est priùs judex ecclesiasticus.

Peccaret lethaliter Hermaphroditus æqualis in utroque sexu, si semel facta electione unius, & in illo contraheret matrimonium; viduus postea factus in altero sexu vellet ad secundas nuptias transire. Si enim in priori matrimonio nupsit ut fœmina, non potest in posteriori sine gravi culpa nubere ut vir, quia cùm juraverit sexûs electionem, reus esset perjurij: unde secundis nuptijs tanquam interdictis Parochus non deberet assistere. Quòd si Parochus interesset cum sufficientibus testibus, putârim jure naturæ tale matrimonium fore validum, eò quia Hermaphroditus adhuc in alio sexu, in quo est æqualis, est aptus ad generationem prolis; neque electio potest auferre, quod natura sibi indidit. An verò jure canonico tale matrimonium foret invalidum, hactenus non reperitur textus, quo illud irritetur. 13

Quòd si dicas, Hermaphroditum, in quo neuter sexus prævalet, sed est omnino æqualis, esse incapacem ordinis sacri, eo quia habeatur instar fœminæ, ut docent plures cum Navarro *lib. 1. consil. in prior. edit. tit. de ætat. & qualit. cons. 8. n. 2.* & *lib. 3. de irregul. cons. 47. n. 3.* ubi addit, talem Hermaphroditum esse incapacem profitendi inter viros Religiosos, eò quia sit æquè vir, ac fœmina: ergo neque potest nubere ut vir. Contra est, negatur consequentia, ratio discriminis est, quia cùm maximè dedeceat fœminam ad ordines sacros promoveri, ideo credendum est, hoc sacramentum ita fuisse à Christo institutum, ut illius esset incapax Hermaphroditus participans æquè sexum fœmineum, & virilem: rursus, quia indecentissimum etiam foret, & ad luxuriam, vel maximè excitaret, si talis Hermaphroditus emitteret professionem solemnem inter viros religiosos, vel moniales, ideo censendum est, ecclesiam irritare talem professionem, eò quia sit æquè fœmina, ac vir; unde inter viros esset fœmina, & inter fœminas esset vir: at quoad matrimonium hæc indecentia non apparet, cùm nubat uni tantùm, cum quo potest finem primarium, & secundarium matrimonij obtinere, unde non videtur, cur non possit jure naturæ juxta alterutrum sexum nubere prius viro, postea fœminæ. 14

Quæritur quintò, an impotentia naturalis defectu ætatis dirimat matrimonium. Certum est, ad validè contrahendum requiri pubertatem, scilicet in maribus annum 14. ætatis, ut liquet *ex c. attestationis c. ex litteris de desponsat. impub.* & in fœminis 12. *c. continebatur eod. tit.* ratio est, quia cùm primùm attingunt pubertatem, præsumitur in illis perfectus rationis usus ad consensum conjugalem, & habilitas ad copulam. Respondetur ad quæstionem, impotentiam hujus ætatis dirimere matrimonium: ratio est, quia in illa ætate non possunt obtinere finem primarium matrimonij, cùm nondum 15

pati, si non adsit mortis periculum. Communior sententia est affirmativa, quam docent Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 93. n. 32.* Sotus *4. dist. 34. q. unic. art. 2. col. 7. vers. dubium autem.* Bartholomæus Ledesma *de matrim. dub. 48. conclus. 2.* Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 8. n. 8.* Vega *tom. 2. summ. c. 34. cas. 211.* Megalus *in promptuar. theolog. tom. 1. V. corruptio virginis n. 1.* Et desumitur hæc sententia ex *c. ex litteris 3. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, si vir contrahit cum muliere, & mulier est impedita, vel arctata, & omnino sit inhabilis ex infirmitate, ita ut arte medicorum juvari non possit, datur viro licentia ducendi aliam; sed quando mulier est adeò arctata, ut vir non possit matrimonium consummare, tunc arte medicorum potest juvari, si fine periculo mortis possit incisionem pati: ergo ex jure canonico tenetur tunc talem incisionem pati; ratio est, quia tunc talis incisio est necessaria ad usum matrimonij, & ad primarium ejus finem obtinendum; consequenter mulier tenetur illam pati, ne cogatur vir inaoxius fine matrimonij frustratus vitam cœlibem perpetuò ducere. Tum quia cùm mulier validè contraxerit, jus sui corporis transtulit in virum, proinde si commodè potest sine magno incommodo aptam se reddere viro, tenetur talem se constituere. Tum quia mulier, cùm noverit ante matrimonium se ita arctatam; voluntariè, & & suâ culpâ se injecit in tales angustias; siquidem debuisset sibi prospicere ante nuptias. Quòd si adesset mortis periculum non tenetur talem incisionem pati, quia non videtur mulier cum tanta jactura voluisse se obligare ad debitum conjugale.

23 Secunda sententia est omnino contraria, & censet non teneri fœminam incisionem pati, ut vir possit matrimonium consummare, ut docent Basilius Pontius *de matrim. lib. 7. c. 62. n. 2.* ubi plures adfert rationes in favorem huius sententiæ. Diana *tract. 6. de sacram. matrim. resol. 162.* & alij.

24 Ad has sententias reconciliandas procedendum est cum distinctione, & examinandum, an impedimentum proveniat ex improportione virili, vel ex arctitudine muliebri, adeò ut hæc non sit apta stanre tali arctitudine, nec cum alijs viris matrimonio uti: & tunc si defectus naturalis est in muliere ob actitudinem extraordinariã, si sine gravi incomodo, & periculo potest talem incisionem pati, tenetur illam subire; ut se aptam reddat viro, cui nupsit, & tunc valent rationes, quibus nititur prima sententia. Sin autem defectus oriatur ex virili improportione, tunc non tenetur fœmina pati talem incisionem, tametsi modo facili apta efficeretur, & absque vitæ periculo; & tunc rationes, quas adfert Pontius *loc. cit.* urgent in favorem fœminæ, quia cum defectus non oriatur ex se ipsa, neque in eas angustias mulier se suâ culpâ injecerit, cum possit cum alijs viris finem matrimonij obtinere, non tenetur sine suâ culpâ incisionem illam pati: cùm enim defectus sit in viro, non in fœmina; viro potiùs, quàm fœminæ incumbit remedio uti, quo defectus ipsius suppleatur, vel tollatur: cæterum fœminæ sufficit offerre debitum modo ordinario, neque tenetur ad quid aliud, unde fœmina in tali casu nullam tenetur incisionem pati; quamvis medici etiam citra vitæ periculum illam aptam redderent, ut vir posset matrimonium consummare. Quando igitur, quod est valdè notandum, defectus oritur ex actitudine extraordinaria mulieris, tenetur incisionem illam pati, ut se reddat aptam viro suo, si id fieri potest commodè, & absque periculo corporali potest mulier eam sustinere: ratio est, quia mulier in matrimonio corpus suum alteri conjugi tradidit ad usum conjugalem: unde si ex parte ipsius adsit aliqua difficultas, quæ facilè, & sine gravi incommodo removeri possit, tenetur incisionem pati, quia licitum est naturam juvare ad actum honestum, ut communiter docent Doctores: Sin autem defectus oriatur ex extraordinaria improportione virili, tunc non tenetur fœmina talem incisionem pati, ut se reddat aptam suo viro; quia mulier non se obligavit in matrimonio, nisi ad reddendum debitum conjugale, prout à natura absque extrinseca arte exigitur: & natura non destinavit fœminam ad talem incisionem, consequenter non tenetur fœmina eam pati; tametsi Medici dicant, nullum esse periculum in remedio, quia absque propria culpa non obligatur ad talem pœnam.

Quæritur nonò, an triennium à jure præscriptum ad explorandam veritatem impotentiæ sit computandum à tempore intentatæ copulæ; vel à tempore præfixo à judice? Cùm in dubio de impotentia concedatur à sacris canonibus ordinariè triennium, ut veritas eruatur talis impotentiæ, ut rescribit Cœlestinus III. in *c. laudabilem 5. h. t.* oritur dubium, à quo tempore computandum sit tale matrimonium: Certum est, non esse computandum à tempore ante intentatam copulam, quia ante tale tempus non potest inchoari experientia, unde superest difficultas, an computandum sit à die conatûs, & non à tempore præfixo à judice, postquam egerunt conjuges pœnitentiam de matrimonio; & licèt communior sententia sit, esse tale tempus computandum à die intentatæ copulæ; nihilominus sententia asserens esse triennium computandum à tempore præfixo à judice videtur etiam valde probabilis. Imò est etiam juxta stylum Curiæ, quem sequitur Rota Romana, ut patet ex pluribus decisionibus: onde quamvis spectato jure canonico prima sententia sit vera juxta *d. c. laudabilem 5. h. t.* ubi expressè dicitur, triennium computandum esse à die celebrationis conjugij, seu à die intentatæ copulæ, eò quia ordinariè eo die soleat intentari; nihilominus spectato stylo Romanæ Curiæ trieñium computandum est à decreto judicis, quia ab eo die præmissis peccatorum confessione, & Eucharistiæ sumptione diligentiùs copula procuratur, ita sæpius tenuit sacra Rota teste Farinacio *vol. 1. cons. decis. 27. & 277. & vol. 2. decis. 192.* 25

26 Quòd si ante judicis decretum triennalis habitatio præcessit; arbitrio judicis relinquitur justis de causia tempus trieñij minuere, ut notat Riccius *in prax. decis. 139. n. 1.* In ijs verò, qui ante plenam adeptam pubertatem matrimonio juncti sunt existente dubio de impotentia triennium inchoandum videtur à tempore copulæ intentatæ post adeptam plenam pubertatem, scilicet post annum 18. in viro, quia ante tale tempus potest impotentia præsumi ex imbecillitate naturæ, & quæ proinde accedente majori ætate tolli possit. Rursus hoc triennium experientiæ, ut in præcedenti §. diximus, debet esse moraliter continuum, non verò physicè.

27 An verò debeat triennium ita esse completum, ut tempus intermissum suppleri debeat. Respondetur affirmativè, quia æquitas exigit, ut ea triennalis habitatio non censeatur interrupta, consequenter videtur ex parte supplenda, non ita si pauci dies, ijque interpollati defecerint: simultanea verò absentia, si esset ad semestre simul esset supplenda, quia censetur gravis, & notabilis.

28 Quæritur decimò, an si vir defectu impotentiæ post judicis sententiam liberatus à conjuge sacris initietur ordinibus, teneatur redire ad suam conjugem, si allegatū impedimentum impotentiæ deprehendatur non esse perpetuum? Respondetur, uxore manente in sæculo virum quamvis sacris initiatum detecto errore sententiæ, quâ fuit matrimonium solutum, esse restituendum uxori petenti, ut docent Albericus *in suo dictionar. litt. D.V. divortium.* Petrus Ledesma *de matrim. q. 8. art. 2. dub. 1.* Sylvester *q. 21. n. 24.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 99. n. 39.* Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 8. n. 3.* ubi tamen id limitat, nisi uxor fornicata esset, quia tunc ratione fornicationis, si vir esset innocens, posset illam repellere. Limitat secundò, nisi impedimentum esset ex maleficio, & transacto triennio, aliisque diligentijs præmissis facta esset matrimonij solutio. Verùm hæc limitatio meritò ab alijs reijcitur, quia nullo jure probatur. Rursus si uxor ex se non repetat virum, non potest vir ad ipsam redire, quia per susceptionem sacri ordinis, sibi præjudicavit, & sicut vir restitutus suæ uxori, teneretur debitum reddere, non verò posset illud petere ob votum castitatis annexum ordinibus sacris; ita separatus à sua conjuge, teneretur perpetuam continentiam servare.

29 Quid verò dicendum sit, si vir ingrediens religionem ob dissolutionem matrimonij ex impedimento, postea deprehendatur, tale impedimentum non fuisse perpetuum, & interim vir professus sit in tali religione, an debeat redire ad suam uxorem. Respondetur cum distinctione, si vir professus est ante consummatum matrimonium, non debet redire ad uxorem, quia matrimonium ratum tantùm, & non consummatum dissolvitur per solemnem professionē emissam in religione. Quòd si post emissam professionem alter conjux, qui mansit in sæculo, transiret ad aliud matrimonium, tunc observandum est, an matrimonium injetit ante, vel post viri professionem emissam in religione approbata: si post ptofessionem, valet matrimonium, quamvis impedimentum deptehendatur non esse perpetuum, quia prius matrimonium ratum tantùm, & non consummatum per solemnem professionem dirimitur. Sin autem conjux, qui mansit in sæculo, inivit secundum matrimonium ante professionem, tunc posterius matrimonium est irritum, quia prius nondum fuerat solutum, eò quia alter conjux nondum emiserat professionem, proinde ut secundum matrimonium validum sit, requiritur novus consensus post emissam solemnem professionem ab altero conjuge.

Quæritur undecimò, an senex ita exhau- 30
stus ut omnino impotens sit ad consummandum matrimonium, nec judicio Medicorum possit ulla arte juvari, sit incapax matrimonij ineundi? Plures censent, hujusmodi senem adhuc posse matrimonium contrahere, eò quia si non actu, saltem habitu, semper retinet intrinsecam potentiam, quæ tantùm per accidens senio impeditur, & ita docent Rolandus *de lucro dotis q. 103. n. 17.* & habetur in *tom. 9. Tractatus tractatuum.* Jason *l. sed est quæsitum n. 1. not. 1. ff. de liber. & posth.* & alij asserentes indistinctè, posse senes validè matrimonium inire, eò quia nonnisi per accidens sint impotentes: impotentia autem accidentalis non dirimit matrimonium, ut docet Navarrus *lib. 4. cons. tit. de spons. cons. 39.* Vega *2. tom. sum. c. 34. cas. 61.* Nihilominus putârim probabiliùs, senem ita exhaustum, & quem ars medica non potest juvare in ordine ad consummandum matrimonium esse incapacem illius, quia tunc casus impotentiæ est perpetuus, & nihil refert sive sit à natura, sive ex accidente, dummodo impotentia sit perpetua, & nulla arte restaurabilis, & ita censent Glossa in *c. Quòd sedem 2. h. t.* & ibi Innocentius *n. unic.* Abbas *n. 5.* & ferè communiter Canonistæ quia sicut matrimoniū ordinatur ad copulam, ita ad prolis generationem, quinimo potissimus finis matrimonij est generatio prolis: ergo si impotentia sit perpetua, nec possit ulla arte juvari, irritat matrimonium.

Tum quia ubi non potest efficax voluntas 31
finia inveniri, neque etiam efficax voluntas mediorum reperiri potest, siquidem media sunt propter finē: atqui cum hujusmodi impotentia non potest reperiri efficax voluntas generationis prolis, quæ est finis conjugij, proinde nec poterit esse efficax voluntas matrimonij, quod est medium. Verùm si senex quantumvis decrepitus posset exercere actum conjugalem, quamvis per accidens defectu caloris consummatio matrimonij esset infœcunda, tunc esset capax matrimonij ineundi, quia defectus caloris faciliùs potest arte medica restaurari, & experientia docet, senes etiam decrepitos beneficio artis liberos procreâsse, unde cùm possit tunc consequi finem primarium matrimonij, potest etiam validè contrahere: hinc ecclesia non prohibet hujusmodi matrimonia, sed ipsis assistit

in

in solatium humanitatis *c. nuptiarum 41. caus. 27. q. 1.*

32 Quòd si dicas, sterilitatem matrimonium dirimere licèt steriles illud possint consumare. Respondetur negando assumptũ, quia sola sterilitas non obest valori matrimonij, ut liquet ex praxi, & usu ecclesiæ, quæ non separat steriles simul matrimonio junctos: nunquam enim fuit auditum, ob solam sterilitatem fuisse matrimonium solutum, quinimò passim admittuntur ad matrimonium senes, tametsi nulla spes affulgeat prolis suscipiendæ. Tum quia parentes Sancti Joannis Baptistæ fuerunt vero matrimonio simul juncti, tametsi constiterit matrem illius sterilem esse *Luc. 1.* Tum quia licèt matrimonium initum inter steriles frustretur fine primario, adhuc obtinet secundarium, qui est satisfacere concupiscentiæ, hoc autem sufficit ad valorem matrimonij ex Doctrina D. Thomæ *4. dist. 34. q. unic. art. 2. ad 3.* & ita etiam sentiunt cum Theologis juris Pontificij Professores.

33 Quæritur duodecimò, an mulier apta ad consummandum matrimonium, si absque manifesto mortis periculo non possit parere, sit separanda à suo viro, & matrimonium irritum? Respondetur probabilius, tale matrimonium esse validum, & mulierem non esse saparandam à viro. Ratio ex eo petitur, quia contractus naturalis matrimonij essentialiter consistit in mutua conjugum obligatione ad usum perfectum matrimonij, qui suapte natura sit aptus ad generationem prolis, adeò ut nil referat, si per accidens ex tali usu matrimonij non sequatur proles, ut liquet in laborantibus sterilitate, quorum matrimonia non dirimuntur, eò quia non sequatur proles, quia hæc tantùm per accidens impeditur, cùm usus perfectus matrimonij suapte natura sit aptus, & ordinatus ad prolem gignendam: atqui in matrimonio inito inter virum, & fœminam aptam ad perfectam consummationem matrimonij reperitur obligatio, & traditio potestatis corporum ad perfectum usum matrimonij, seu tota essentia matrimonij; & quòd mulier non possit parere sine manifesto mortis periculo, id se habet consecutivè, & per accidens ad essentiam matrimonij, perinde quòd in sterilibus non habeatur proles: ergo tale matrimonium suum sortitur valorem.

34 Quòd si dicas, fœminam non posse se injicere in manifestum mortis periculum. Respondetur, exinde ad summum sequi, non posse sine culpa inire matrimonium, non verò hoc semel initum esse irritum; quia sufficit, si perfectus usus matrimonij suapte natura sit licitus, tametsi ex aliquo accidente sit illicitus; ut in eo contingit, qui se simplici voto castitatis obstrinxit, si enim matrimonium contrahat, peccat quidem contra votum, sed matrimonium est validum, & licitum debitum uxori illud petenti. Præterea illa circumstantia partûs periculosi, tamesi dicatur esse aliqua impotentia, hæc tamen se habet consecutivè, & per accidens ad essentiam matrimonij, & non est impotentia perpetua, sed tantùm temporalis insufficiens ad dirimendum matrimoniũ: siquidem tempore senectutis, quando mulier sterilescit, cessat impotentia illa pariendi, & perseverat matrimonium cum suo valore.

Demum quod se habet consecutivè ad essentiam rei supponit essentiam ejusdem rei, proinde hæc difficultas pariendi, cùm se habeat consecutivè ad matrimonium, debet supponere eius essentiam, quam propterea non potest impedire, & ita docent Hostiensis in *summ. in c. 1. de frigid. & malef. §. quæ impotentia n. 6.* Brunel. *de sponf. conclus. 8. limit. 3. n. 18. fin.* Henricus *in c. fraternitatis 6 n. 5. h. t.* 35

Posset tamen in contrarium objici, quia mulier impotens ad reddendum debitum sine vitæ periculo est incapax matrimonij *d. c. fraternitatis 6. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit: Mulierem arctam, & quæ sine vitæ periculo aptari non potest congressui viri, esse ineptam ad matrimonium: ergo etiam fœmina, quæ sine manifesto vitæ periculo non potest parere, est inepta matrimonio, quia nequit etiam debitum reddere sine eodem manifesto vitæ periculo: siquidem si debitum reddat, exponitur periculo conceptionis, consequenter etiam periculo partûs, quia conceptio suapte natura ordinatur essentialiter ad partum. 36

Sed contra, negatur consequentia, & ratio discriminis est, quia impedimentum mulieris arctatæ, & de quo loquitur textus in *d. c. fraternitatis*, est perpetuum, adeò ut vir nunquam possit mulierem illam carnaliter cognoscere, ut dicitur in textu. Tum quia idem judicium est de tali arctatione mulieris, quod est de frigiditate viri, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 58. art. 1. ad 6. in addit.* & quia impedimentum ad usum matrimonij, si sit perpetuum, illud irritat, *c. accepisti 1. h. t.* ubi deciditur, quòd si transacto aliquo tempore maritus dicat, se esse frigidum ad consummationem matrimonij, nec possit cum sua uxore, nec cum alia coire, si uxor hoc idem affirmet, & probare possit per verum judicium, debent ambo separari, proinde quia in *c. fraternitatis* arctatio mulieris est talis, quæ naturaliter reparari non potest, debet matrimonium illud declarari invalidum, & conjuges præsumpti separari, ut habetur in textu: at in casu nostro illa difficultas pariendi tantùm secum trahit periculum temporale, non verò perpetuum, proinde non dirimit matrimonium: etenim fœmina cùm primum incipit senescere, contrahit sterilitatem, & cessat periculum pariendi, cùm ampliùs non sit apta ad concipiendum, ex quo claret, tale periculum esse tantùm temporale, & differre ab impedimento arctationis, quod est perpetuum, ut dicitur in *d. c. fraternitatis 6. h. t.* Præterea hoc periculum non impedit consummationem matrimonij, sed illam supponit, cùm sequatur ex ipso actu conjugali; secus illa arctatio, de qua loquitur textus, impedit ipsum actum conjugalem, in cujus obligatione sita est essentia matrimonij: unde quòd mulier non possit parere sine manifesto mortis periculo, est tantum aliquod 37

aliquod impedimentum temporale, & remotum, supponens matrimonium, & ejus consummationem, secus illa arctatio est impedimentum perpetuum, & proximum impediens usum matrimonij.

38 Instabis, actus conjugalis ex sua natura est propter prolem, ideóque si mulier absque vitæ manifesto periculo non potest parere, nec potest matrimonium consummare, proinde est incapax illius; perinde ac si non posset absque vitæ manifesto periculo aptari usui matrimonij. Sed contra, quia tametsi usus matrimonij suapte natura sit propter prolem, non tamen de essentia matrimonij est obligatio ad prolem, sed tantùm ad actum conjugalem, quia quamdio hic est possibilis absq; vitæ periculo, matrimonium suum sortitur valorem: proinde cum illud periculum in parienda prole supponat actum conjugalem, jam se habet consecotivè, & cum non sit periculum perpetuum, sed tantùm temporale, non irritat matrimonium.

39 Quæritur tertio decimò, an impotentia perpetua unius conjugis nota utrique, vel saltem illi, qui potens est, dirimat subsequens matrimonium? Plures censent, tale matrimonium esse validum, si contrahentes non lateat impotentia alterius, & nituntur. Primò, quia impotentia ignorata non ob aliam rationem dirimit matrimonium, nisi quia adversatur præcipuo fini matrimonij, tollitque saltem virtualiter consensum: hæc autem ratio cessat, quando impotentia non latet ipsos contrahentes. Secundò, quia licèt procreatio filiorum sit præcipuus finis matrimonij; non tamen est ita necessarius, quin sine procreatione prolis possit matrimonium esse validum, ut liquet in sterilibus, qui licitè utuntur matrimonio, tametsi ad talem usum non sequatur proles. Tum quia potest matrimonium etiam contrahi, ob solam societatem, & animorum conjunctionem, quale fuit matrimonium inter S. Josephum, & B. Virginem.

40 Communior tamen, & verior sententia est, hujusmodi matrimonium esse invalidum, & docet nihil referre, sive talis impotentia ignoretur à contrahentibus, sive sciatur, dummodo sit impotentia perpetua ad usum conjugalem, & perfectam matrimonij consummationem; ratio est, quia tunc matrimonium repugnat mutuæ corporum traditioni ad usum conjugalem, in quo consistit essentia matrimonij; non enim possum me obligare ad id, quod scio esse mihi impossibile, non enim ad impossibile datur obligatio: atqui usus matrimonij stante illa impotentia perpetua est impossibilis, consequenter non potest dari obligatio ad talem usum: & cùm essentia matrimonij consistat in mutua corporum traditione, & obligatione ad usum conjugalem, non potest consistere essentia matrimonij cum tali impotentia perpetua ad usum conjugalem; ubi enim non potest reperiri essentia contractus, non possunt contrahentes, tametsi cedant jure suo efficere, ut contractus valeat. Tum quia Sixtus V. in suo motu proprio, edito anno 1587. quem refert Gutierez *lib. 1. qq. canon. c. 16. n. 8.* declarat expressis verbis matrimonia cum Eunuchis scienter contracta esse irrita; eò quia Eunuchi sint perpetuò impotentes. Hanc sententiam etiam docet Scotus *4. dist. 34. q. unic. in solut. ad 2.* ubi ait, Senem omninò impotentem esse incapacem matrimonij. Et ita docent Barbosa *de matrim. p. 1. n. 92. ff. solut. matrim.* Navarrus *lib. 4. consf. tit. de Frigid. c. 3. n. 2.* Antonius Cuccus *lib. 5. instit. Moral. tit. 12. n. 268.* Sylvester *v. matrim. 8. q. 16. dist. 5.* Hostiensis *in sum. tit. de frigid. & malefic.* §. *qua impotentia n. 6. v. hac autem.*

Ad primum fundamentum oppositæ sententiæ respondetur, impotentiam ignoratam non dirimere matrimonium, eò quia tollat virtualiter consensum, sed quia adversatur essentiæ matrimonij, proinde consensus conjugum cedentium jure suo non confert ad valorem matrimonij. Ad secundum conceditur, non desiderari ad valorem matrimonij, ut conjuges velint matrimonium consummare ad sobolem procreandam, sed desiderari, ut tradant sibi mutuam potestatem ad copulam, hæc autem traditio est impossibilis conjugi impotenti, consequenter non efficit matrimonium, nec hujusmodi traditio defuit in matrimonio B. Virginis cum S. Josepho, licèt ambo perfectam castitatem voluerint servare: ubi enim non est periculum incontinentiæ, ibi ab ecclesia permittitur matrimonium etiam cum voto castitatis, quo se obstrinxerunt Sanctus Henricus Imperator, & ejus uxor S. Cunegundis, uterque enim in statu matrimonij servavit perfectam continentiam. 41

Quæritur quarto decimò, an impotens, qui suæ conscius impotentiæ matrimonium init cum fœmina, teneatur eam ut sororem habere, & alere? Respondetur, duas esse sententias, & primam esse affirmativam, quia impotens conscius suæ impotentiæ decepit fœminam illam, quam duxit, & fraus non debet illi patrocinari. Tum quia in *c. consultationi 4. h. t.* Lucius III. rescribit, quòd si quis scienter contrahat cum arctata; ecclesia ita soler judicare, ut si non possit eam habere ut uxorem, habeat ut sororem: & dicunt, hunc textum vim habere præcepti, eò quia ecclesia per sententiam justam non pœnalem, nec falsæ innitentem præsumptioni ad id compellat, & ita docent Archidiaconus in *c. fraternitatis 6. h. t.* Sylvester *V. matrimonium 8. q. 16. dist. 5.* Præpositus *c. Consultationi 4. n. 1. h. t.* 42

Sed veriùs censent alij in *d. c. consultationi* non imponi præceptum, quia cum revera tale matrimonium sit irritum, non est, cur obligetur vir ad illam fœminam alendam, & habendam ut sororem, ut notat Hostiensis *sum. h. t.* §. *qua impotentia n. 6. v. sed certè.* Alexander de Nevo in *c. laudabilem 5. n. 11. h. t.* & ibi Præpositus *n. 6. super Gloss. 3.* Brunel. *de sponsf. con. 28. limit. 4. n. 20.* unde cùm in *d. c. consultationi* non imponatur præceptum, sed tantùm permittatur, sic conjunctos manere tanquam fratres, alij censent, non teneri impoten- 43

tem

tem alimenta suppeditare fœminæ, quam duxit, nec ad illam habendam, ut sororem, quia mens contrahentium non fuit se obligare ad illam cohabitationem instar fratrum, sed ad verum matrimonium; quod si invalidum sit, nulla ex illo oritur obligatio, ut docent Glossa *final in d.c. consultationi.* Navarrus *sum.c.22. n. 60.* Hostiensis *d. c. consultationi in fin.* & ibi Ancharanus, Joannes Andreas, & alij dicentes, scienter inito hoc matrimonio permissam esse habitationem instar fratrum. Quòd si ambo conjuges, antequam matrimonium inirent, noverint hanc impotentiam, tunc vir tenetur alere fœminam, eámque habere ut sororem, & neutri licet altero invito resilire; ratio est, quia cùm contractus non habeat vim matrimonij, debet obligare ad id, ad quod potest, seu ad vitam socialem, ut docent communiter Canonistæ.

TITULUS XVI.

De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

Cum Pontifex in præcedentibus titulis egisset de impedimentis dirimentibus matrimonium provenientibus ex varijs causis, ut ex cognatione spirituali, legali, affinitate, consanguinitate, justitia publicæ honestatis, impotentia coëundi, subjicit aliud impedimentum ortum ex interdicto ecclesiæ, quod est impedimentum tantùm impediens, non dirimens. Hoc est discrimen inter impedimentum dirimens, & impediens, quia cum impedimento dirimente matrimonium, nec validè, nec licitè contrahitur; secus cum impedimento impediente tantùm licitè non contrahitur, sed si defacto contrahatur, matrimonium est validum.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Trium Capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *LITTERÆ 1. h. t. Alexander III. rescribit, quòd si Judex interdicat mulieri, ne alicui nubat; & mulier spreto mandato Judicis matrimonium contrahat, hoc teneat, sed injungitur ei pœnitentia pro mandato spreto. Quòd si præceperit Judex, ut priùs redeat ad domum matris, debet ire, & obsequi Judici, ne contemnatur ejus mandatum, & postea potest ad maritum ire. Ubi notandum est, id speciale de parentibus statui, quia parentes veluti ex officio filios in matrimonio collocant, & propter affectum in illos præsumuntur facturi, quod erit meliùs, & consultiùs. Ubi notat Glossa, receptionem munerum, amplexus, & oscula non facere, ut sponsalia transeant in matrimonium, sed ad id requiri copulam* c. si litteras de despons. impub. *Cæterum interdictum Judicis ecclesiastici non dissolvit sponsalia, nec dirimit matrimonium contra illud initum, quamvis reddat contrahentem obnoxium pœnæ.*

C. *EX LITTERIS 2. h. t. Idem Pont. rescribit quòd si mulier contraxit sponsalia de futuro cum uno, cui propterea interdicitur, ne ad alium transeat, si spreto interdicto defacto contrahat de præsenti cum alio, tenet matrimonium, quia est vinculum fortius, cui cedunt sponsalia, sed ob spretum interdictum est illi injungenda pœnitentia, quam tenetur peragere. Ubi notat Glossa, quòd licet Judex deferat appellationi, possit tamen interdicere appellanti, ne faciat id, ob quod appellat, vel quod ex eo sequitur, vel statuere terminum appellanti: quamvis non possit in vivo appellante cognoscere de causa, eò quia eam jam remiserit ad superiorem. Ex hoc textu desumitur regula generalis, quòd propter interdictum ecclesiæ non dirimatur matrimonium contra illud contractum, ut nec etiam, si contrahatur lite pendente coram Episcopo, vel Pontifice, ut liquet ex textu.*

C. *DE MULIERE ult. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si aliqui velint contrahere, & & de ipsis dicatur, quòd sint consanguinei, & ecclesia illis præcipiat, seu interdicat, ne contrahant, donec cognoscatur de consanguinitate; & si ipsi hoc non obstante de facto contrahant matrimonium, sunt separandi sub pœna excommunicationis, donec plenè constet de causa consanguinitatis, quæ si probetur adesse in gradu prohibito in jure, matrimonium est nullum ob impedimentum dirimens, proinde jubentur, qui contraxerunt, separari.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo matrimonium contractum contra interdictum ecclesiæ vitietur.

1 PRæter impedimenta jure naturæ matrimonium dirimentia, expediens fuit, ut ecclesia alia statueret juxta exigentiam boni communis, & ad promovendam salutem supernaturalem fidelium: siquidem hæc impedimenta pertinent ad mores fidelium, & cùm in ecclesia sit supremus pastor, ad quem pertinet dominicum gregem pascere, ideò ad ipsum etiam pertinet ea disponere, quæ pro salute animarum videntur esse magis opportuna, neque ecclesia in hoc potest errare ob assistentiam Spiritus Sancti; hinc Tridentinum *sess. 24. de matrim. can. 4.* anathemate percutit asserentes, ecclesiam in statuendis impedimentis dirimentibus erràsse. Ratio etiam id suadet, quia in omni rectè administrata Republica expedit, ut leges sanciantur ea prohibentes, quæ rectæ administrationi, & tranquillitati ipsius adversantur, ut sunt matrimonia clandestina, & alia, quæ indebitè contrahuntur. Tum quia etiam in lege Mosaica ob publicam utilitatem *Levit. 18.* & *Deuter. 7.* statuta fuerunt aliqua impedimenta dirimentia; & quia illa lex vetus extincta fuit in nece Christi, ideo debuit in lege evangelica esse potestas ponendi talia impedimenta ob eosdem fines.

2 Ecclesia igitur non solùm statuit impedimenta matrimonium dirimentia, verum etiam ne certis quibusdam temporibus matrimonia contrahantur. Et hoc propriè dicitur interdictum ecclesiæ, quod tribus modis fieri potest, ut notat Barbosa in *collect. sup. rubric. h. t.* Primò per legem ecclesiasticam prohibentem certis temporibus matrimonium contrahi, ut habetur in *c. capellanus de ferijs c. non oportet. 1. & 2. c. non licet c. nec uxorem* ubi solemnitates nuptiarum certis temporibus interdicuntur; nimirum jure veteri ab adventu ad epiphaniam, à septuagesima ad octavam paschatis, à diebus rogationum ad octavam Pentecostes, ut liquet ex allegatis textibus. Ratio hujus prohibitionis est, quam adfert D. Thomas *in 4. dist. 31. q. 5. quæstiune. 4. in corp.* eò quia illis paschatum temporibus olim communio esset in præcepto ex Concilio Agathensi *can. 18.* & quia solemnitates nuptiarum à spiritualibus maximè animos avocant, & ad carnalia trahunt, ideò ecclesia prohibuit, ut illis temporibus fideles abstinerent à matrimonijs contrahendis, ut divino cultui paratiores essent, & etiam ut illis temporibus aptiùs jejunijs, & orationi fideles vacarent, simúlque communicarent. Jure tamen novo Concilium Tridentinum *sess. 24. de refor. matrim. c. 10.* prohibitionem antiquorum canonum temperavit, ac restrinxit ab adventu ad Epiphaniam, & à quarta cinerum usque ad octavam paschatis, 3

An verò in prohibitione Tridentini comprehendatur etiam ipse dies epiphaniæ. Respondetur affirmativè, adeò ut neque in ipso die Epiphaniæ ob interdictum ecclesiæ possit licitè matrimonium contrahi: ratio est, quia Tridentinum loquitur inclusivè, non exclusivè: ait enim ab adventu usque ad Epiphaniam, & à feria quarta cinerum usque ad octavam paschatis inclusivè: illa enim particula *inclusivè* comprehendit primam diem adventùs, & diem Epiphaniæ: rursus feriam quartam cinerum, & dominicam in albis; adeò ut omnes hi termini cum toto tempore interjecto includantur in interdicto, nec possit illis diebus licitè matrimonium iniri. Tum quia cum jure antiquo tales dies etiam continerentur sub prohibitione; etiam jure novo debent contineri, quia jus antiquum quoad tales dies Epiphaniæ, & dominicæ in albis non fuit correctum: & quamvis adhuc dubitaretur, an Tridentinum illud correxerit, adhuc correctio non esset admittenda, quia juris correctio in dubio tanquam odiosa vitari debet *l. præcipimus in fin. C. de appellat. l. sancimus. C. de testam.*

Secundo modo fit interdictum matrimonij 4
per judicem ecclesiasticum: siquidem potest iste, si justa, & legitima causa subsit, prohibere, ne matrimonium contrahatur inter aliquos ad tempus, vel quia alter eorum antea cum alia persona sponsalia contraxerat, quæ non debent violari sine gravi causa, ad quam examinandam potest judex ecclesiasticus determinare tempus congruum, & interim prohibere volentibus contrahere, ne contrahant, donec causa fuerit plenè cognita. Potest etiam judex ecclesiasticus prohibere, ne tales personæ contrahant, si putet, esse inter ipsas impedimentum consanguinitatis, & tunc etiam interdicit matrimonium ad tempus, donec deveniatur in notitiam veritatis. Quòd si volentes contrahere, transgrediantur tale præceptum, sunt in pœnam delicti ad tempus separandi, ut expressè habetur in *c. non oportet. 2. 33. q. 4.* & idem docent Abbas *c. capellanus n. 4. in fin. de ferijs.* Sylvester *de matrim. 7. q. 2. dub. 6.* Rosella *V. impedimentum impedit. 17. init.* D. Thomas *in 4. dist. 32. q. unic. art. 5.* Est tamen hoc temperandum, nisi esset periculum incontinentiæ in alterutero conjuge, & tantùm impediret conjunctionem tempus interdicti, tunc enim possunt aliâ pœnâ arbitrariâ puniri, ut si pri-

prima hebdomada adventûs matrimonium contraherent, vel post feriam quartam cinerum, tunc si periculum incontinentiæ in alterutro conjuge rationabiliter cognosceretur, non essent conjuges separandi, sed aliâ pœnâ puniendi, ut etiam si post initum matrimonium tempore interdicti, illud statim consummâssent. Verùm alij oppositum sentiunt, quia ratio hujus separationis non est usus matrimonij, quia ille semper vacat culpâ, sed est ipsa culpa suscipiendi benedictiones contra ecclesiæ interdictum, cui culpæ in jure annexa est talis pœna.

5 Tertio modo fit interdictum matrimonij per Parochum, quia quamvis hic non possit causas matrimoniales cognoscere, eò quia requiratur jurisdictio, quâ caret Parochus, ac propterea ad solum ecclesiasticum judicem pertineat cognoscere super causis matrimonii: potest nihilominus Parochus matrimonium impedire ad tempus, ne contrahatur, ut si factis denuntiationibus opponatur aliquod impedimentum canonicum, vel timeantur ex tali matrimonio oritura maxima dissidia, & periculosæ rixæ, si permittatur statim celebrari, ut desumitur *ex c. ult. de clandest. despons.* & clarius §. *fin.* ubi dicitur: *Sanè si parochialis sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit*, unde supponitur, quòd Parochus possit matrimonia ad tempus prohibere.

6 Cæterum si judex interdicat mulieri, ne alicui nubat, si ipsa non obstante tali præcepto nubat, matrimonium tenet; idque desumitur ex *c. litteræ 1. h. t.* ubi cum quidam sororem nobilem juràsset, se in uxorem daturum alteri ea præsente, & consentiente, & illa susceptis donis illum tamquam proprium virum sæpe amplexata fuerit, & fratre suo mortuo, dicti viri fratrem sibi copulâsset, se ab illo cognitam mendaciter asserens, & spreta Episcopi prohibitione ne alicui illorum, vel alteri nuberet, mulier postea nupsisset alteri, & ad domum matris redire jussa ad Pontificem appellâsset: rescribit Pontifex, ut si ita est, Episcopus præfatam mulierem (ne mandatum ipsius contemptibile videatur) ad domum matris redire compellat, & imposita pœnitentia condignâ postquam in domo materna per mensem steterit ad tertium virum reverti permittat.

7 Hinc matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel prohibitionem judicis initum, licèt non dirimatur, separantur tamen contrahentes, non quoad vinculum matrimonij, quia hoc est validum, & non solvitur ex solo interdicto, nisi adsit aliud impedimentum dirimens: sed separantur tantùm quoad torum, donec causa interdicti innotescat, & interim imponitur contrahentibus pœnitentia, eò quia ecclesiæ præcipienti non obtemperaverint. Dicitur etiam *in d. c. litteræ 1. h. t.* sponsalia de futuro non transire in matrimonium de præsenti per receptionem munerum, per oscula, amplexus, quia ut notat Panormitanus *hic n. 3.* receptio munerum, amplexus, oscula non faciunt sponsalia transire in matrimonium; sed de jure antiquo requirebatur copula *c. adolescent. c. is qui de sponsal. c. si litteras. de despons. impuber.* De iure autem novo ex decreto Concilii Tridentini *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* neque per subsecutam copulam sponsalia de futuro transeunt in matrimonium, quia matrimonia aliter contracta, quàm præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi, aut Ordinarii licentia, & testibus, sunt irrita, & debent iterum iniri servatâ formâ à Concilio præscripta, adeò ut non sufficiat expressus utriusque consensus, ut pluries respondit sacra Congregatio supra Concilium apud Fagnanum *in c. litteræ 1. n. 4. h. t.*

8 Matrimonium tamen etiam initum contra interdictum ecclesiæ, vel judicis prohibentis, ne sponsa contrahat matrimonium cum alio, dissolvit præcedentia sponsalia de futuro, quia matrimonium est vinculum fortius, etiamsi sponsalia conjuncta sint cum interdicto, imò quamvis fuerint jurata, ut notat Abbas in *d. c. litteræ. 1. n. 4. h. t.* Verùm ne interdictum judicis contemnatur, sitque elusorium contemnenti illud, injungitur pœnitentia. Quòd si præter interdictum interveniat impedimentum aliquod, de quo dubitetur, & ob quod interdicitur matrimonium, tunc si hoc non obstante interdicto contrahatur, procedendum est cum distinctione; si agatur de impedimento perpetuo ut est impedimentum consanguinitatis, affinitatis, & similium, matrimonium quoad mutuam cohabitationem separatur, donec plenè de impedimento constiterit, quod si probetur; quia tale impedimentum perpetuum matrimonium dirimit, tunc à judice declaratur irritum.

9 Sin autem agatur de impedimento solo temporali, ut de sponsalibus, quæ perpetuam causam non habent, sed persæpe pluribus modis dissolvuntur, tunc contrahentes licet à se invicem non separentur, pœnitentia tamen illis injungitur ad arbitrium judicis: quinimò seclusò periculo incontinentiæ etiam possunt ad tempus à mutua cohabitatione sejungi, ut docet Canisius *c. litteræ 1. n. 3. h. t.* Quando causa interdicendi matrimonium est temporalis matrimonium contra prohibitionem initum est quidem validum, sed conjugibus in pœnam delicti, eò quia contempserint præceptum judicis, est injungenda pœnitentia, ne ob impunitatem delicti justum mandatum judicis contemnere audeant.

10 Sponsalia verò inita contra Pontificis interdictum cum decreto irritante etiam generali, nec faciente mentionem sponsaliorum, sunt invalida. Hinc si Pontifex ex justa, & legitima causa interdicat mari, & fœminæ, ne sponsalia de futuro inter se contrahant, & de decernat irritum, si quid contra gestum fuerit, si hoc non obstante sponsalia contrahantur, sunt irrita; unde hoc interest discrimen inter sponsalia, & matrimonium, quia illa irritantur ex interdicto Pontificis, etiam si nulla sponsaliorum fiat mentio; non ita matrimonium, nisi addatur clausula specifica faciens expressam mentio-

mentionem irritationis matrimonij; quia cùm matrimonium sit gravissimum negotium exigit specificam clausulam, non ita eam petunt sponsalia; cum enim matrimonium sit res gravissimi momenti; non ita facilè irritatur, & ita Innocentius, & Alexander de Nevo explicant *c. penult. in fin. de despons. impuber.* Hinc si Pontifex interdicerat matrimonium absque decreto irritante, matrimonium suum sortiretur valorem, si causa prohibitionis non esset impedimentum perpetuum, vel aliud ex se dirimens matrimonium: tunc enim non solùm matrimonium esset irritum, sed etiam sponsalia de futuro; quia laborantes impedimento perpetuo ad ineundum matrimonium sunt incapaces validè contrahendi sponsalia: secus si impedimentum sit temporale, quia tunc tantùm impedit pro eo ipso tempore, quo durat.

11 Rursus si prohibitio sit simplex absque decreto irritante, matrimonium contra illam initum suum sortitur valorem: multa enim prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent *c. ad apostolicam de regul.* Neque adhærendum est Decio asserenti, matrimonium initum contra Pontificiam prohibitionem factam ex causa perpetua esse invalidum, quamvis decretum irritans non contineat. Etenim dantur plura impedimenta perpetua, quæ impediunt quidem matrimonium contrahendum, non verò irritant contractum, talia sunt impedimenta, quæ solùm dicuntur impedientia, hæc enim prohibent matrimonium perpetuò iniri, non tamen semel initum illud dissolvunt. Tum quia in *c. 1. & c. ex litteris de eo, qui cognovit consanguineam* statuitur, incestuosos nunquam posse ad alias nuptias transire, & nihilominus certum est, validum esse secundum matrimonium si ab ipsis contrahatur, non obstante, quòd talia prohibitio sit perpetua. Pari pacto est validum matrimonium quamvis adsit decretum generale irritans, si non referat se specificè ad matrimonium, ut si Pontifex interdicens matrimonium simpliciter addat, *& si quid contra gestum sit, invalidum erit*, quia tunc clausula irritans debet intelligi, ut contra gestum non valeat in præjudicium alicujus, ut docet Glossa in *c. penult. n. 21. v. irritum de sponsimpub.*

12 Si fœmina contraxit sponsalia de futuro cum uno, & ei interdicatur, ne ad alium transeat, si spreto interdicto contrahat de præsenti cum alio, tenet secundum matrimonium, sed mulieri injungitur pænitentia ob contemptam prohibitionem, idque statuitur in *c. ex litteris 2. h. t.* ubi Alexander III. mandat; ut nec obstantibus sponsalibus de futuro prius initis cum una, observandum sit inviolabiliter matrimonium de præsenti postea initum cum alia non obstante appellatione, quia sponsalia præcedentia de futuro cedunt matrimonio subsequenti, pœnitentia tamen contrahentibus imponitur, eò quia egerint contra prohibitionem ecclesiæ.

13 Hinc infertur, solum interdictum ecclesiæ factum ob impedimentum temporale non dirimere matrimonium postea initum, cum in *d. c. ex litteris* expressè dicatur, non esse solvendum matrimonium postea initum contra prohibitionem ecclesiæ, quia causa prohibitionis ecclesiæ non fuit impedimentum dirimens, perpetuum, sed tantùm temporale. Hinc potest judex ecclesiasticus præcipere sponsæ, ne matrimonium cum alio contrahat, quamvis sponsalia non sint jurata, quia sponsalia etiam non jurata efficaciam habent obligandi, & quia contrahentes contra prohibitionem ex justa causa factam à superiore graviter peccant; ideo illis injungitur pœnitentia, ut habetur in fine *d. c. ex litteris 2. h. t.*

Quòd si aliqui velint contrahere, & de ipsis dicatur, quòd sint consanguinei, & ecclesia præcipiat illis, seu interdicat, ne contrahant, donec cognoscatur de consanguinitate, & ipsi non obstante interdicto contrahant, sunt separandi sub pœna excommunicationis, donec plenè constet de causa, ut deciditur *in c. de muliere 3.* ubi Alexander III. rescribit, eos, qui pro consanguinitate prohibentur conjungi, si postea contra interdictum ecclesiæ contraxerint, debere excomunicationi subijci, & tamdiu separari, donec legitimè cognoscatur de consanguinitate. Hinc judex ecclesiasticus, si adsit vehemens suspicio de impedimento consanguinitatis inter contrahentes, vel alio simili, tenetur præcipere volentibus contrahere, ne contrahant, Quòd si interdictum factum sit ob suspicionem perpetui impedimenti, quod postea non probetur, valet matrimonium initum contra interdictum. Hodie tamen consanguinei, qui scienter contrahunt in gradu prohibito, sunt ipso jure excommunicati, ut habetur in *clement. unic. de consanguin. & affinit.* 14

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, quali sit sacerdos pœnæ obnoxius, si tempore interdicti benedicat nuptias? Respondetur esse gravi pœna plectendum, eò quia in re gravi contra præceptum ecclesiæ delinquat: quanta verò debeat esse hujusmodi pœna, relinquitur arbitrio ecclesiastici judicis, eò quia nulla in jure reperiatur præscripta pœna; & quæ in jure non definiuntur, arbitrio relinquuntur judicis, ut suaè probat Menochius *lib. 1. de arbit. proœm. n. 3. & sequent.* Sylvester *matrim. 7. q. 2. dub. 6.* Sponsi verò, qui fuerunt præceptum transgressi in pœnam delicti, sunt ad tempus separandi, ut docent Abbas *c. capellanus lib. 4. in fin de ferijs.* Rosella *V. impedimentum impedit. 17.* & D. Thomas *4. dist. 32. q. unic. art. 5.* Hoc autem tempus separationis est illud, quo durant feriæ, seu interdictæ sunt nuptiarum solemnitates, ut notant Abbas, & Rosella *loc. cit.* immo id etiam temperatur, nisi adsit periculum incontinentiæ in alterutro conjuge; quia tunc abstinendum esset à prædicta separatione, & alia pœna esset injungenda; imò aliij inter quos Tabiena *V. impedimentum imped. 14. q. 1.*

q. 1. n. 2. id etiam temperant, nisi matrimonium fuerit consummatum, censent enim tunc non esse separandos, quia putant separationem esse pœnam delicti, & post consummationem matrimonij conjuges, non amplius peccare, si utantur matrimonio. Verùm id non placet, quia pœna separationis non est culpa orta ex usu matrimonij, sed est culpa orta ex susceptis benedictionibus contra interdictum ecclesiæ, cui culpæ sacri canones injunxerunt talem pœnam.

2 Quæritur secundò, an Episcopus possit in hac prohibitione dispensare? Plures in hoc dubio procedunt cum distinctione, si enim causa urgentissima subsit, dicunt, posse Episcopum dispensare, ut matrimonium contrahatur tempore adventûs, & quadragesimæ, cavendo tamen, ne populi frequentia adsit, & ne aliæ interveniant consuetæ solemnitates, ut si quis vellet puellam pauperem ducere, & dotare, si illi permittatur, ut possit statim eam ducere, tunc censent in favorem puellæ posse dispensari ab Episcopo, ut docent Sotus *4. dist. 23. q. unic. art. 3.* Barthol. Ledesma *dub. 60. de matrim. §. sed dubitatur.* Sà summa *V. matrimonium de impediment. non diriment. n. 11.* imò Bellamera *in c. capellanus in fin. de fer.* ait, consuevisse Episcopos tempore interdicti dispensare, si urgens subsit causa. Secus si causa non sit ita urgens, communis sententia est, non posse Episcopum in tali prohibitione dispensare. Putàrim tamen esse cautè procedendum, quia licèt forsassis si causa esset urgentissima, & ob locorum distantiam non pateret recursus ad Pontificem, posset Episcopus in sententia probabili dispensare in tali prohibitione: nihilominus eo ipso quòd lex sancitur à Ponrifice, vel Concilio, & non conceditur dispensatio alteri, nequit Episcopus dispensare, & tunc dispensatio censetur reservata: quia inferior non potest in legibus superioris dispensare. Unde Navarrus *in summa c. 22. n. 70.* ait, se nunquam ausum fuisse dicere, Episcopum posse dispensare in denuntiationibus matrimonio præmittendis, donec Tridentinum *sess. 24. de matrim. c. 6.* id ipsis indulserit.

3 Præterea rarissimè potest contingere casus ita urgens, ut non possit haberi recursus ad legitimum superiorem. Cæterum si tempore interdicti contrahantur matrimonia sine solemni pompa, sed omninò privatim, videtur ecclesia hodie ex consuetudine connivere, si Prælati, seu Parochi intersint. Tum quia in *c. capellanus de ferijs* asseritur, ex consuetudine ecclesiæ posse omni tempore matrimonium iniri, & ratio etiam esse potest, quia expedit, ut pia mater ecclesia non puniret contrahentes sine solemnitate, sine pompa, & omnino privatim, ne daretur occasio tunc committendi plura carnis peccata, si non possent tunc homines matrimonio copulari, ut docent Sylvester *V. matrimonium 7. q. 2. dict. 5.* Tabiena *V. impedimentum imped. 14. n. 1. & 2.* Navarrus *summ. c. 21. n. 71.* Sanchez *lib. 7. disp. 7. n. 12.* Juvat tamen observare, quòd si alicubi consuetudo vigeret, ut matrimonium ne quidem privatim contraheretur his temporibus feriarum, tunc standum esset tali consuetudini, quia hæc legitimè præscripta habet vim legis *c. fin. de consuetud.*

4 Quæritur tertiò, an traductio sponsæ in domum sponsi prohibita sit tempore interdicto? Certum est, solemnem traductionem sponsæ in domum sponsi tempore feriarum esse prohibitam, quia nimia mentis evagatio, & illa profana solemnitas dedecent sanctitatem illius temporis, ut docent Navarrus *in summ. c. 22. n. 71.* Hostiensis *c. capellanus n. 2. in fin. de ferijs.* Paludanus *3. dist. 32. q. 1. art. 4. n. 12.* Vega *tom. 2. summ. c. 34. cas. 179.* Nomine autem traductionis solemnis intelliguntur omnes illæ solemnitates, quæ causâ matrimonij fieri solent, ut convivia, choreæ, & aliæ vanæ lætitiæ; id desumitur ex *c. nec. uxorem 33. q. 4.* ubi dicitur, non licere tunc uxorem ducere, & postea subditur, *nec convivia facere*, quia hujusmodi vanæ lætitiæ signa dedecent illius temporis sanctitatem, & hæc sola indecentia est causa prohibitionis, ut docent Rebuffus *in praxi benefic. reg. de dispensat. in gradibus prohibitis.* Petrus de Ledesma *de matrim. q. 50. art. unic. col. penult.* Neque ab aliquibus excusantur à peccato gravi instituentes talem solemnitatem in traductione sponsæ in domum sponsi, præsertim Cajetanus *in summa V. nuptiarum peccata.* Armilla *V. nuptia*, quia nuptiæ tria importanr benedictionem conjugum, traductionem sponsæ, & solemnitatem convivij, & dicunt benedictiones matrimonij non prohiberi ratione sui, cum sint quid spirituale, nec dedecere tempus dicatum devotioni: sed propter convivia, choreas, & alia signa vanæ lætitiæ, quæ mentem à divinis avocant, ut docet D. Thomas *4. dist. 32. q. unic. art. 5. quæstiunc. 4. in corp.* ergo à tortiori prohibentur convivia, & choreæ. Difficultas est de traductione non solemni, sed privata, tametsi aliqua adsint signa lætitiæ, sed tamen moderata, & tunc Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 8.* censet, nullum esse peccatum traducere privatim sponsam in domum sponsi, cum moderatis etiam signis vanæ lætitiæ, quia putat solas nuptiarum benedictiones esse hoc tempore prohibitas sub culpa lethali, non verò talem traductionem, quæ ex consuetudine temperante rigorem juris permittitur.

5 Quæritur quartò, an tempore feriarum prohibeatur matrimonium recèns contractum consummari: ratio dubitandi est, quia *in c. nec uxorem 33. q. 4.* interdicitur traductio uxoris tempore interdicto ab ecclesia in domum sponsi; cujus prohibitionis nulla alia potest ratio esse, nisi ut vitetur copula carnalis, seu consummatio matrimonij. Tum quia *in c. oportet 33. q. 4.* statuitur, separandos esse contrahentes nuptias his diebus, quod non fieret, si copula tunc non esset prohibita: siquidem non injungeretur contrahentibus separatio personarum, sed imponeretur aliqua alia pœnitentia, quia pœna non debet quantitatem culpæ excedere

c. quæsivit de his, quæ fiunt à majori parte capituli l. sancimus C. de pœnis. Tertiò quia tempore orationis, & jejunij etiam prohibetur usus matrimonij jam consummati: ergo à fortiori ipsa consummatio, cùm turpius eijciatur, quàm non admittatur hospes, ut notat Glossa in *c. vix cum propria §. hinc etiam 33. q. 4.* & desumitur etiam *ex c. capellanus v. quocunque de ferijs* & ita sentiunt plures Canonistæ Panormitanus, Imola, Cardinalis, Hostiensis tit. de matrim. contracto *contra interdict. eccles. n. 3.* & alij, quos plena manu refert Sanchez *lib. 7. disp. 7. n. 21.* qui tamen non conveniunt quoad gravitatem culpæ: alij enim eorum censent, talem consummationem esse peccatum lethale, ut Rosella, Tabiena, Joannes de Friburgo. Secus alij volunt non excedere culpam venialem, eò quia id non fit contra præceptum, sed tantùm contra ejus finem, ut Cajetanus *sum. v. matrimonium c. ult. §. in publico autem loco* Barthol. Ledesma *de matrim. dub. 60.* Bedraza *in summa præcept. 6. §. 18.* Immo Ledesma censet eo tempore non teneri alterum conjugem reddere debitum ad primùm consummandum matrimonium.

6 Nihilominus censerem cum Sanchez *loc. cit.* nullam esse specialem prohibitionem consummandi matrimonium tempore, quo prohibetur contrahi; adeo ut, qui ultima die bachanaliorum contraxerunt matrimonium possint primò illud consummare sine culpa post feriam quartam cinerum, & talis prima consummatio vacat omni culpa nisi fortassis aliâ malâ vestiatur circumstantiâ; quia tunc non ratione consummationis præcisè, sed circumstantiæ adjectæ deturparetur illa consummatio, perinde ac quovis alio tempore, quo illa concurreret. Non enim potest textus ullus in jure canonico allegari, quo talis consummatio prohibeatur. Textus enim adducti pro contraria sententia tantùm prohibent nuptialem benedictionem, & traductionem sponsæ, eo tempore in domum sponsi: nec traductio prohibetur, ut vitetur consummatio matrimonij, sed ne illo tempore habeantur convivia, choreæ, & alia ejusmodi signa lætitiæ, quæ dedecent sanctitatem illius temporis.

7 Præterea si ob temporis reverentiam prohiberetur prima consummatio, deberent etiam prohiberi sequentes cùm non minus sanctitati illius detrahatur per primam, quàm per sequentes, sive sponsa benedicta sit, sive non; at docentes contrariam sententiam asserunt, sequentes consummationes non esse prohibitas, ergo neq; primam, cùm non possit assignari ullũ sufficiens discrimen in jure canonico, & ita etiam docet D. Thomas *4. dist. 32. q. unic. art. 5. ad 7.* ubi admittit indistinctè, licitum esse tali tempore debitum petere, & reddere.

8 Hinc ad primum fundamentum, quo nititur prima sententia respondetur, ideo prohiberi traductionem sponsæ in domum sponsi, non ut vitetur consummatio matrimonij, sed ut tum non habeantur vana, & festiva lætitiæ signa. Ad secundum respondetur, eam pœnam non injungi, eò quia consummatum fuerit matrimonium tali tempore, quia id non prohibetur; sed fit separatio in pœnam susceptæ benedictionis tempore interdicto, & quia sponsa fuit solemniter traducta. Hinc pœna non excedit quantitatem culpæ, quia cum sponsi deliquerint circa matrimonium, ideo per separationem ad tempus à thoro meritò puniuntur: quia per ea quis peccat, per hæc & torquetur. Ad ultimum, respondetur, tempore orationis non prohiberi legitimum usum matrimonij conjugibus, quia talis usus est honestus.

Quæritur quintò, an tempore interdicti, seu cessationis à divinis, quando in pœnam alicuius delicti ecclesia prohibet, ne in loco speciali divina exerceantur officia publicè, licitum sit matrimonium contrahere, & nuptias benedicere? Respondetur tali tempore posse in illo speciali loco matrimonium iniri, & nuptias benedici, & id desumi ex *c. capellanus de ferijs*, ubi dicitur, eam esse Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, ut nuptiæ possint tunc benedici, & matrimonium contrahi. Tum quia matrimonium non est purè sacramentum, sed etiam contractus civilis, cui Christus adjecit rationem sacramenti, & ita docent Innocentius *c. non est in fin. de spons.* & ibi Hostiensis, Joannes Andreas *n. 5.* Abbas *num. 8.* Alexander de Nevo *num. 21.* Navarrus *in sum. c. 27. n. 179.* 9

Neque obstat, quod contrahentes sint specialiter, & personaliter interdicti, quia cùm matrimonium sit contractus naturalis, & civilis, cui per accidens adjecta fuit ratio sacramenti, non solet interdici instar aliorum sacramentorum, quia tempore interdicti non prohibentur contractus naturales, & civiles. Præterea esto fortassis ratione sacramenti, non iniretur licitè; nihilominus validum esset sacramentum, siquidem matrimonium quamvis tempore excommunicationis illicitè contrahatur ab excommunicatis; est tamen matrimonium validum. 10

Cæterum aliqua sacramenta tempore interdicti permissa sunt ut Baptismus, Confirmatio, Eucharistia per modum viatici *c. non est de sponsal.* & *c. quod in te de pœn. & remiss.* atqui matrimonium in jure non prohibetur tunc iniri, quia non assignatur textus, in quo prohibeatur; unde sicut licitè, & validè ministrantur tunc baptismus, & confirmatio, ita etiam matrimonium. 11

Quòd si dicas, tempore interdicti non posse ministrari sacramenta nisi ea, quæ expresè excipiuntur *c. Alma mater, quod est final. V. nulla de sent. excommun. in 6.* quia facta generali prohibitione id omne censetur prohibitum, quod expressè non reperitur exceptum *clement. 1. §. porrò vers. nam ubi de V S.* sed matrimonium non est exceptum. Sed contra quia ecclesia non excipitur matrimonium, quia illud supponitur tanquam manifestum, ex generali consuetudine ecclesiæ receptum, ut nunquam matrimonium intelligatur prohibitum, eò quia 1

non

non sit purè sacramentum, sed contractus naturalis, & civilis, cui per accidens adjecta fuit à Christo ratio sacramenti. In præcitatis textibus excipiuntur ea sacramenta, quæ sunt merè spiritualia, ut baptismus, confirmatio, Eucharistia per modum Viatici; unde ratio, quæ militat de ijs sacramentis, non urget in matrimonio.

13 Quæritur sextò, an nuptiæ tempore interdicti, & cessationis à divinis possint benedici? Respondetur cum communiori sententia, benedictiones nuptiales non posse conferri tempore interdicti, eò quia pertineant ad divinum officium, & sint exercitium ordinis sacri, & tempore interdicti habetur cessatio à divinis, consequenter etiam à benedictionibus nuptialibus, quæ non possunt conferri, nisi à solo sacerdote, & quidem precibus, & officio peculiari ab ecclesia institutis, & ita docent Hostiensis *c. non est fin. de sponsl.* Sylvester *interdict. 5. q. 7. n. 9. except. 5.* Navarr. *in sum. c. 27. num. 179.*

14 Videtur tamen in contrarium obstare, quia concesso principali debet etiam concedi accessorium, cùm hoc sequatur naturam sui principalis: sed benedictiones sunt accessoriæ matrimonio: ergo si conceditur matrimonium tempore interdicti, & cessationis à divinis, debent etiam concedi nuptiales benedictiones. Tum quia concessis tempore interdicti sacramentis baptismi, & confirmationis, conceditur etiam confectio Chrysmatis non ob aliam rationem, nisi quia est accessorium, quia generatim accessorium sequitur naturam sui principalis *regul. accessorium 42. de reg. jur. in 6.*

15 Sed contra, quia illa regula, quâ dicitur accessorium sequi suum principale, intelligitur, quando eadem est ratio in accessorio, & principali, nec in accessorio est ulla specialis dispositio in jure, ut notat Dynus *in dict. reg. accessorium*: in casu autem nostro non est eadem ratio in matrimonio, & benedictionibus nuptiarum; quia matrimonium per se non pertinet ad divina officia, quæ tempore interdicti prohibentur, secus benedictiones nuptiarum pertinent ad divina officia vetita tempore interdicti. Præterea benedictiones nuptiales interdicuntur generali prohibitione divinorum officiorum tempore interdicti: non ita prohibetur matrimonium: unde est dispar ratio.

16 Ad id, quod addebatur de chrysmate, quod quia accessorium ad confirmationem potest confici tempore interdicti, respondetur, esse disparem rationem, quia chrysma non potest confici, nisi feria quinta hebdomadæ majoris, & quot annis renovari debet, unde urget necessitas conficiendi chrysma etiam tempore interdicti, alioquin non possent sacramenta ministrari, & quidem validè, si fit confirmatio; vel decenter si baptismus: hæc autem ratio in benedictionibus nuptialibus non urget. Nihilominus hodie tempore interdicti etiam licitè conferuntur benedictiones nuptiales, servatâ tamen moderatione *c. alma mater de sent. excommun. in 6.* si nimirum conferantur submissâ voce, januis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis: ratio est, quia in *d. c. alma mater* cum tali moderatione conceduntur omnia divina officia posse celebrari tempore interdicti, ut docent Covarruvias *c. Alma mater 2. p. §. 2, n. 7. V. matrimonij autem.* Henriquez *lib. 3. de excommun. c. 44. n. 1.* Sylvester *interdictum S. q. 2. dict. 3.* Sed tunc, si contrahentes sint etiam ipsi interdicti, debent privilegium habere assistendi divinis, & interdictum debet esse generale, quia in ecclesia speciali interdicto affecta non esset licitum nuptias benedicere, etiam cum præfata moderatione, quia in *d. c. Alma mater* tantùm est sermo de interdicto generali, & ita communiter Canonistæ docent cum Glossa *in d. c. Alma mater V. ecclesijs* Quinimmo neque cum tali moderatione possent licitè benedictiones nuptiales conferri tempore interdicti extra ecclesias, & monasteria, quia concessio *in d. c. Alma mater* est limitata ad ecclesias, & monasteria, proinde non debet extendi ad alia loca, quæ non sunt propriè ecclesiæ, sed oratoria privata.

Tum quia hæc concessio corrigit jus commune, propterea non est extendenda in alios casus non expressos in jure. quia rationes, quæ adducuntur *in d. c. Alma mater*, pro concessione illa in ecclesijs, non militat in privatis oratorijs, ut rectè notat Francus in *d. c. Alma mater §. adjicimus n. 1.* & ibi Covarruvias *2. p. §. 4. n. 5.* Alij nihilominus censent, talem concessionem non esse restringendam ad solas ecclesias, & monasteria; sed cum præfata moderatione posse licitè peragi in alijs locis: & hæc sententia mihi videtur probabilis, quia *in d. c. Alma mater*, dicitur, quòd licitum sit tempore interdicti celebrare cum ea moderatione, sicut ante tempus interdicti: sed ante interdictum nuptiæ poterant benedici etiam in alijs locis: ergo etiam tempore interdicti servatâ tali moderatione. 17

18 Tum quia non est intentio concedentis posse contrahi matrimonium in ecclesijs, & excludere alia loca. Ratio peti potest à causa finali. Finis enim interdicti est prohibere celebrationem divinorum, ne laici intersint divinis officijs: atqui frequentiùs id evenit in ecclesijs, in quibus solent laici divina frequentare officia: ergo à fortiori poterunt nuptiæ benedici in alijs locis, ubi laici divina non frequentant officia. Demum quia verba posita *in l. gratia frequentioris usus* non restringunt concessionem *argu. l. unici C. de raptu virgin.* sed in textu est expressum in ecclesijs, vel monasterijs, eò quia ibi frequentiùs divina celebrentur. Quamvis hæc secunda sententia sit probabis; prior tamen est probabilior, eique adhærendum.

19 Quæritur septimò, an si aliquis sponsus sit excommunicatus, adhuc possit validè, & licitè matrimonium contrahere? Certum est, excommunicatum posse validè matrimonium contrahere, id enim habetur expresè *in c. significasti de eo qui duxit in matrimonium*, etenim vir erat excommunicatione ligatus, eò quia vivente prima uxore adhæreret meretrici, & uxore

uxore mortuâ eidem nuberet, nondum absolutus ab excommunicatione: & Pontifex rescripsit, tale matrimonium esse firmum, nisi cum eo adulterio concurrerit promissio matrimonij, vel machinatio in mortem alterius conjugis: unde excommunicatio non obstat, quin matrimonium ab excommunicato validè contrahatur. Non tamen licitè, quia contrahens non petita priùs absolutione ab excommunicatione peccat, & quidem graviter, quia excommunicatio major privat perceptione sacramentorum sub mortali, cùm sit materia gravissima: cæterum nullus extat textus, quo tale matrimonium, irritetur, ut communiter docent Canonistæ cum Glossa *in c. fin v. sacramentis de sent. excommun. in 6.*

20 An verò etiam peccet, qui scienter matrimonium contrahit cum excommunicato, procedendum est cum distinctione; si enim excommunicatus sit denuntiatus, aut notorius clerici percussor, quem tenemur juxta decretum Concilij Constantiensis vitare, nulli dubium, quin scienter contrahens cum tali excommunicato lethaliter peccet: siquidem participat in sacramento cum ligato excommunicatione majori, & est unus ex casibus, in quibus hæc participatio est mortalis: sin autem excommunicatus non sit denuntiatus, nec notorius clerici percussor, communior sententia etiam affirmat, esse peccatum lethale matrimonium inire cum tali excommunicato: quia licèt ex puris meritis excommunicationis tantùm teneamur vitare excommunicatum denuntiatum, aut notorium clerici percussorem: nihilominus ex vi legis charitatis de vitando scandalo; & generalis obligationis non cooperandi ad peccatum alterius, obligamur etiam ad non petendum, vel recipiendum sacramentum à Ministro quomodocunque excommunicato, eò quia ille peccet ministrando. Nec illi videtur favere decretum Concilij Constantiensis, ubi in fine dicitur: maximus autem favor esset excommunicati, si posset absque culpa vacare sacramentorum ministerio; quô ratione excommunicationis ante illud decretum privatus erat. Unde si excommunicatus ministrans peccat, ejusdem culpæ particeps erit, qui ab ipso sacramentum recipit, eò quia cooperetur ejus peccato.

21 Nihilominus alij probabiliter putant, nullam esse culpam contrahere scienter cum ligato majori excommunicatione, si denuntiatus non sit, nec notorius clerici percussor; & nituntur, quia Concilium Constantiense in prædicto decreto indulsit omnibus fidelibus, ut in nullo teneantur evitare hujusmodi excommunicatos, etiam in receptione sacramentorum ad evitanda multa scandala, & pericula: atqui si non careret peccato excommunicatos prævenire, petendo ab ijsdem sacramenta, ipsos alloquendo, eadem scandala, & pericula orirentur. Tum quia in illo decreto Concilij Constantiensis nulla sit mentio culpæ, nec excommunicationis minoris contrahendæ: sed absolutè statuitur, ut fideles in nulla re adstringantur ad vitandos hujusmodi excommunicatos non denuntiatos, & qui non sunt percussores clerici: ergo si non incurritur excommunicatio minor ex participatione cum tali excommunicato, neque culpa incurri debet.

Tum quia verba decreti: *constituimus ut nemo posthac teneatur abstinere*, potius videntur absolvere à culpa, eámque auferre; siquidem si fideles culpam incurrerent, si non vitarent tales excommunicatos, non esset verum dicere, neminem teneri ad eos vitandos: immo principalius tollitur culpa, & accessoriè per naturalem sequelam excommunicatio minor; quatenus cessante culpa cessat pœna excommunicationis illi adnexa. Tum quia privilegium concessum in decreto Concilij Constantiensis resultat in favorem animarum, & consulit timoratis conscientijs, eò quia removet pericula, quæ possent incurri, consequenter ampliandum est ad culpam; & excommunicationem minorem, adeò ut neutra ex tali participatione incurratur. Ratio est, quia lex, quamvis pœnalis, & odiosa debet ampliari, si sit in favorem animarum, & ad vitanda peccata.

Cæterum contrahere matrimonium cum excommunicato, vel notorio clerici percussore duplex est peccatum, unum contra prohibitionem ecclesiæ, quâ tenemur prædictum excommunicatum vitare, hæc enim prohibitio in sacramentis ob gravitatem materiæ obligat sub mortali. Alterum est scandalum, eò quia inducat excommunicatum ad patrandum peccatum lethale, proinde utrumque in confessione esset aperiendum. 22

Quæritur octavò, quid dicendum, quando uterque contrahens matrimonium est excommunicatus, quod tripliciter potest intelligi, vel enim uterque est toleratus, quia neuter est denuntiatus, nec notorius clerici percussor: aut neuter est toleratus, quia ambo sint denuntiati, vel notorij percussores clerici: vel alter est tantùm denuntiatus, & alter toleratus? Respondetur, in primo casu quando uterque est toleratus, qui prævenit alterum, ut secum contrahat, semper delinquit graviter sive majori, sive minori excommunicatione ligetur, non contra censuram alterius, quia cùm hæc sit tolerata, non obligat prævenientem ad vitandum: sed solùm peccat contra propriam censuram, quâ ligatur: quia hæc ipsi interdicit participare cum quocunque etiam non excommunicato, quando ab ipso non prævenitur, & etiam ipsi interdicitur recipere sacramentum. Sin autem neuter est toleratus, tunc inducens peccat peccato scandali, quia inducit alium ad peccandum, seu ad receptionem sacramenti cum censura eam receptionem interdicente. Inductus etiam peccat lethaliter, eò quia recipiat sacramentum cum censura. 23

Quòd si uterque contrahent sit sola excommunicatione minori denuntiata affectus, tunc inducens peccat lethaliter, quatenus inducit ad mortale: & quia recipit sacramentum propriâ censurâ sibi interdictum, & cum peccato lethali, 24

lethali, quo gravatur, ratione pravæ voluntatis recipiendi indignè sacramentum: & hæc peccata dempta inductione etiam patrantur ab inducto. Neuter tamen subjacet peccato mutuæ participationis in sacramento, quia excomunicatio minor privat tali participatione. Quòd si alter sit excommunicatus toleratus, & alter non toleratus, tunc si toleratus inducat, peccat, eò quia inducit, & participat in re sacra contra propriam, & alienam censuram, quia licèt propriè sit toleratus, ipsum tamen privat participatione, quando ab altero non prævenitur: & indignè recipit sacramentum cum censura, & peccato lethali: & eadem peccata etiam committit inductus dempta inductione, & participatione in re sacra contra alienam censuram; quia sola, & propia censura ipsi interdicit talem participationem: aliena enim cùm sit tolerara tantùm obligat eâ ligatum ab ltinere ab aliorum participatione.

Sin autem non toleratus toleratum inducat; peccat inducens indignè recipiens sacramentum, eò quia sit gravatus peccato lethali, & irretitus ipsa censura, & quia participat in re sacra contra propriam solam censuram; cum censura alterius, utpote tolerata non excludat à participatione. Inductus verò peccat participans in re sacra contra alterius censuram non toleratam, quia recipit sacramentum in lethali. Contra propriam verò censuram nullo modo peccat, quia inducitur, & censura, quâ irretitur, est tolerata. 26

TITULUS XVII.

Qui Filij sint legitimi.

Quia filij legitimi non nascuntur nisi ex matrimonio legitimo: & cùm matrimonium possit ex varijs causis esse illegitimum, si nimirum contrahatur cum impedimentis dirimentibus, de quibus hactenus Pontifex egit; & filij qui nascuntur ex tali matrimonio contracto cum impedimento dirimente, sint illegitimi; ideo Pontifex cum in præcedentibus egisset de impedimentis dirimentibus matrimonium; in præsenti titulo agit de filijs, qui ex tali matrimonio inito cum impedimento nascuntur: unde agitur hic de effectu, & fructu matrimonij, & quæritur, quinam filij sint legitimi, & qui non.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *CONQUÆSTUS 1. h. t. declarat Alexander III. illegitimum naturalem natum ex soluto, & soluta per subsequens matrimonium legitimari, etiam quoad hæreditatem: immo si pater velit eum ob hanc causam hæreditate privare, est excommunicandus. Cùm enim interdum contingat ex soluto, & soluta, antequam matrimonium contrahant nasci liberos, de quibus potuisset dubitari, an admittendi sint ad hæreditatem, ideo declarat Pont. eos per subsequens matrimonium legitimari. Ubi notandum est cum Panormitano, judicem ecclesiasticum posse cognoscere de legitimis natalibus, ut de accessorio matrimonij.*

C. *CUM INTER 2. h. t. declarat Idem Pont. quòd si duo publicè, & absque contradictione ecclesia contrahant, & postea canonicè per latam sententiam fiat divortium, filij, qui nati, & concepti sunt ante sententiam, habentur legitimi, & succedunt hæreditario jure in bona paterna, ac proinde sunt nutriendi. Hodie tamen jure novo, si remittatur publica denuntiatio in ecclesia; quòd matrimonium sit clandestinum, ut etiam si in aliqua causa ecclesia contradicat aliquibus, ne contrahant, & ipsi nihilominus contrahant, tunc filij, qui ex ipsis nascuntur, habentur illegitimi. Cæterum ob bonum parentum contrahentium in facie ecclesiæ filij judicantur legitimi, quamvis matrimonium postea pronuncietur esse invalidum ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis.* Trid. sess. 24. de refor. c. 1.

C. *TRANSMISSÆ 3. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si maritus, & uxor asserant aliquem esse suum filium, & tantùm pietatis causa eum nutrivisse, quamvis à vicinia eorum spurius credatur, standum sit verbis viri, & mulieris, nisi ex certis indicijs, & testibus constet esse eorum filium, quia donec id probetur, standum est dicto viri, & mulieris: est tamen hoc dictum quædam præsumptio, quæ præsumptione rescinditur. Cæterum ex eo, quòd quis sit in domo nutritus, inde non probatur esse filius, quia pietatis causa potest filius relictus a parentibus nutriri, & educari ab alijs.*

C. *CAUSAM 4. h. t. rescribit idem Pont. prolem, quæ nascitur ex muliere, & alio viro, quem habet ut maritum, dum vivit verus ma-*

ritus esse illegitimam. Ubi notat Glossa, nec posse legitimari per subsequens matrimonium.

C. *LATOR 5. h. t. Idem Pont. declarat, causam, nativitatis nimirum, an quis sit legitimus, spectare ad Judicem ecclesiasticum, & si inter duos menses pars non probet, quod objicit debere Judicem laicum judicare de hareditate, ac si non ageretur de causa nativitatis: ita tamen ut id intimetur a Judice ecclesiastico. Hinc colligitur, quòd si causa spiritualis incidat coram Judice saculari, remittenda est ad Judicem ecclesiasticum, & supersedendum in quastione principali, quod procedit, quando est quastio juris, ut an matrimonium sit legitime contractum; secus enim si sit mera quastio facti, an aliqui de facto contraxerint.*

C. *TANTA 6. h. t. Idem Pont. declarat, filios naturales, seu natos ex soluto, & soluta legitimari per subsequens matrimonium, non ita spurios natos ex conjugato, & soluta. Hinc colligitur, vim, & efficaciam matrimonij, ex legibus ecclesiasticis esse tantam, ut filij etiam ante matrimonium geniti habeantur legitimi, idque ob bonum prolis, & contractus matrimonialis, qui fictione juris retrotrahitur ad conceptionem prolis, tanquam ad radicem matrimonij, adeo ut dicatur filius potius legitimatus in radice matrimonij, quàm in ipso matrimonio.*

C. *CAUSAM QUÆ 7. h. t. Idem Pont. declarat, de causa civili inter laicos non cognoscere ecclesiam, sed Reges: de causa verò nativitatis, an filij nati sint ex legitimo matrimonio cognoscere ecclesiam.*

C. *PRÆLATUM 8. h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si mulier per judicium ecclesia sit separata à viro, & illo vivente de licentia ecclesia alteri nubat, proles suscepta ex secundo sit legitima, & capax hareditatis.*

C. *QUOD NOBIS 9. h. t. declarat idem Pont. filios natos ex matrimonio clandestino, sed postea ab ecclesia approbato esse legitimos, & haredes: sed jure novo post Concilium Tridentinum non legitimantur per subsequens matrimonium, nisi hoc contrahatur de novo coram Parocho, & testibus: quia id requiritur ad valorem matrimonij,* Trid. sess. 24. c. 1.

C. *REFERENTE 10. h. t. Cœlestinus III. rescribit, quòd si matrimonium contrahatur prohibente justitia publica honestatis sit invalidum, & qui ita contraxerunt, sint separandi; & filij ex illo suscepti, non succedant; eò quia ecclesia hoc non permiserit: & ignorantia parentum non excusat. Notat tamen Glossa, ignorantiam amborum vel etiam unius parentis legitimare filios* c. ex tenore 14. h. t. *dummodo adsit solemnitas* c. cùm inhibitio de clandest.

C. *PERVENIT 11. h. t. Idem Pont. declarat, quod quando matrimoniū fuit legitimè initum, ad docendum, prolem esse illegitimam, non sufficere probare impedimentum matrimonij; præsertim quia quamdiu vixerunt, quietè simul permanserunt absque reclamatione. Nota, dici matrimonium legitimè initum, si sit contractum in facie ecclesia, & reddere filios ante susceptos legitimos.*

C. *PER TUAS 12. h. t. Innocentius III. declarat, quòd si testes probent, fœminam, quam vicinia putabat concubinam, fuisse desponsatam de præsenti, filius sit habendus legitimus. Nota, quòd sicut in causa filiationis, standum est verbo viri, & mulieris, nisi certis indicijs, & testibus contrariū constiterit, ita in casu legitimationis, ut in hoc textu, ubi non obstante fama de filio illegitimo, quia tamen non solùm parentes affirmabant esse legitimum, sed etiam testes id comprobabant, Pontifex rescripsit, filium habendum esse legitimum.*

C. *PER VENERABILEM 13. h. t. Idem Pont. rescribit, Sedem Apostolicam posse legitimare illegitimos totius orbis ad actus spirituales, ut ad Episcopatum, immo etiam ad actus saculares, si in terris non cognoscant alium superiorem, qui possit legitimare. Tum quia semel, quòd dispensatur in spiritualibus, intelligitur etiam dispensatum in temporalibus. Quia sicut quando Pontifex creat aliquem Episcopum, eum eximit a patria potestate, ita etiam quando legitimat, liberat ab omni nota illegitimationis. Tum quia Papa ubique in certis causis exercet casualiter jurisdictionem temporalem, quamvis nolit præjudicare alieno juri: sed quia in dubio recurrendum est ad sacerdotem* Deuter. c. 17. *& nunc ad Sedem Apostolicam. Caterum notat Glossa, Papam non posse legitimare alienos pro hareditate, sed directè pro spiritualibus, & indirectè etiam pro temporalibus. Non ita Princeps sacularis potest legitimare prolem susceptam, ex matrimonio invalido, ut capax sit Ordinum, vel privilegiorum ecclesiasticorum, immo nec indirectè, quia non potest statuere impedimenta matrimonij: unde potest tantùm legitimare in ordine ad temporalia.*

C. *EX TENORE 14. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si conjugatus ducat aliam in facie ecclesia, qua ignoret eum esse conjugatum, ejus proles sit judicanda legitima: quia ut notat Glossa, sufficit bona fides unius parentis, ut filij sint legitimi, tametsi nati sint, vel concepti mota lite, & parentes separentur.* c. cum inter 2. h. t.

C. *GAUDEMUS 15. & ult. h. t. declarat idem Pont. filios infidelium, qui contraxerant in gradu in ecclesia prohibito post susceptam fidem haberi legitimos. Hinc habetur instar regula, quòd filij nati ex matrimonijs cum impedimento jure canonico statuto contractis sint legitimi, si parentes erant tunc infideles, quia non obligabantur legibus ecclesia.*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De filijs legitimis , & illegitimis.

1 Filij legitimi dituntur, qui ex legitimis, seu justis nuptijs sunt procreati *c. causam 7. c. pervenit 11. h. t.* & isti dicuntur legitimi, & naturales simul, eò quia sint ex legitimo matrimoniu nati ; & dicuntur etiam legitimi, & naturales, quia tale matrimonium est apprubatum à lege, à qua dicuntur legitimi, & à natura, à qua nuncupantur naturales. Alij sunt legitimi tantùm, ita dicti, eò quia à lege legitimentur, & fictiune juris censeantur veri filij, cùm revera non sint, tales sunt filij adoptivi, qui nun à natura, sed à sola lege fiunt filij, quia adoptans non genuit aduptatum, sed illum tantùm assumpsit in filium. quamvis genitum ab alio patre, & adoptatus fictione juris habetur filius adoptantis. Filij verò illegitimi sunt, qui non ex justis nuptijs verè, vel putativè nati sunt, sed extra matrimunium *authent. quibus modis natura effic. sui §. quòd verò.* Et isti adhue distinguuntur in naturales, & non naturales, qui & spurij nuncupantur. Naturales in jure canonicu vocantur, qui nati sunt à parentibus, inter quos matrimunium tempore cuuceptionis puterat esse validum, vel saltem tempure nativitatis in sententia probabili ; tametsi antea ob aliquod impedimentum non fuisset validum.

2 Spurij verò dieuntur, qui nati sunt ex parentibus, qui non poterant matrimonium contrahere tempore conceptionis, nec tempore nativitatis.

3 Jure tamen eivili dividuntur filij illegitimi in naturales, & non naturales: illi censentur, qui ex soluta retenta domi loco uxoris nati sunt, & cum qua potuisset vir matrimonium contrahere. Non naturales vocantur, qui ex damnata copula nascuntur, ut si vir cum tali fæmina, ex qua prolem suscepit, non potuit contrahere matrimonium, eò quia vir erat uxoratus. Alij dicuntur Nothi, qui in eo differunt à naturalibus, seu ab ijs, qui ex concubina dumi retenta generantut, quia naturales censentur habete matrem, & patrem certum, donee contrarium ptubetur: nuthi veiò licèt habeant matrem certam, habent tamen pattem incertum, nisi certus demonstretur, quapropter isti vulgò spurij, ae Nothi vocantur.

4 Verùm quia jure canonicu concubinatus omninu damnatur, ideù filij, qui nascuntur ex concubina domi retenta vix, & tarò repeniuntut: & spurij dicuntur omnes geniti ex illis parentibus, qui matrimonium inter se cuntrahere non potuerunt: seu dicuntur spurij umnes illi, qui demonstrare patrem non possunt, vel si possint, eum habent patrem, quem habere non licet ; & isti etiam vocantur filij spurij.

Filij concepti ante sententiam divortij à parentibus, qui publicè, & sinè contradictiune, ac bona fide matrimunium cuntraxerunt, habentur pro legitimis, & natis legitimè, quamvis post sententiam divortij nascantur, si agatut de eorum cummodo, quia sunt verè, & pruptiè legitimi, tametsi inter tales parentes lateat impedimentum canonicum consanguinitatis, vel affinitatis, ob quud postea tale matrimonium judiciu ecclesiæ fuit separatum, eò quia judicatum invalidum, idque desumitur *ex c. cum inter 2. h. t.* ubi inter Joannem, & Tebergam, quurum parentes publicè, & sine contradictione ecclesiæ matrimonium contraxerunt, & divortij sententia canonitè esset prolata, sanxit Alexander III. ut eorum filij pust divurtium nati, sed ante sententiam conecpti haberentur legitimi, ae in bona paterna 5
7 jure hæreditariu succederent, ac de parentum facultatibus nutrirentur: unde ob bonum parentum contrahentium in facie eeclesiæ filij concepti ante sententiam divurtij, tametsi nascantur pust solutum matrimonium per sensentiam divortij judicantur legitimi, quamvis pustea matrimonium judicetur invalidum ob impedimentum dirimens consanguinitatis, vel affinitatis, aut aliud impedimentum ; imò ad id sufficit, si uuus contrahentium tempore contractus initi fuerit in bona fide, quamvis alter, quia impedimenti conscius, fuerit in mala fide. Id autem intelligitur, quando matrimonium fuit publicè contractum in facie ecclesiæ, & sine contradictione, quia quando parentes in facie ecclesiæ publicè, & buna fide matrimunium contraxerunt ignorantes impedimentum subesse, excusantur à peccato, tametsi impedimentum postea detegatur, & matrimonium dissoluatur, ut invalidum, quia tunc in favorem susceptæ prolis judicandum est, fuisse legitimum. Nec sententia divortij postea lata debes illi nocere.

Unde ut filij ex tali matrimonio suscepti habeantur legitimi, eò quia concepti fuerint ante sententiam divortij, duo copulativè requiruntur, quorum primum est, ut tale matrimonium fuerit publicè, & in facie ecclesiæ initum: secundum, quòd buna fide saltem unius ex conjugibus, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 1. n. 1. & sequent.* Quin imò ex eo precisè, quòd tale matrimonium initum fuerit in facie ecclesiæ, tametsi parentes fuerint in mala fide, adhuc filij concepti ante sententiam divortij habentur legitimi, 9

hoc

p. 2. c. 8. §. 1. n. 5. Nihilominus licèt præsumptio ordinarias probationes, vel alias præsumptiones in contrarium non admittat, cedit tamen rei evidentiæ, & veritati: ut si eo tempore, quo mulier concepit ejus maritus longè abfuit, vel ob infirmitatem, aut aliam causam ad generationem patenter non fuit habilis, tunc non præsumitur concepisse ex marito *l. filium 6. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Quòd si absente, & non impedito marito mulier fateatur, filium, quem fuit enixa esse adulterinum, adhuc communis sententia docet, juris præsumptionem stare in favorem filij, & hunc non teneri fidem habere maternæ confessioni, nisi evidentiores adsint probationes *text. cum nota* Gothof. in *l. Imperatores 29. §. mulier. ff. de probat.* Immo filij nati constante matrimonio habentur in jure pro legitimis, quamvis ante matrimonium per copulam fornicariam concepti fuerint, ut apertè decidit Justinianus Imperator *in l. nuper 11. vers. & multo. C. de naturalib. liberis*, ubi etiam generatim, ait in quæstionibus concernentibus statum liberorum pro favore eorundem, non conceptionis, sed nativitatis tempus attendendum esse.

13 Ratio est, quia ut aliquis dicatur legitimè natus, non est effectus juris naturalis, quia ex jure naturæ præcisè omnes æqualiter nascimur ex viro, & fœmina: unde quòd filij dicantur legitimi, vel illegitimi, est tantùm effectus legis, & juris positivi approbantis, ut legitimam nativitatem eorum, qui nascuntur ex viro, & fœmina simul matrimonio junctis, & non approbantis ut legitimam nativitatem aliorum, qui nascuntur ex adulterio, incestu, & alio inordinato modo ex fœmina non uxore: quamobrem potuit Imperator declarare, filios natos ex matrimonio esse legitimos, quamvis concepti fuerint ante initum matrimonium ex copula fornicaria, cùm legitimatio dependeat à lege: sicut etiam Pontifex filios natos ex matrimonio putativo bona fide contracto declarat legitimè natos, ut etiam ecclesia habet pro legitimis filios, qui nascuntur tempore, quo matrimonium constat, licèt ex copula fornicaria concepti sint, ante matrimonium: & quamvis *d. l. nuper 11. vers. & multo*, non habeatur expresè in jure canonico, nihilominus quia jus canonicum, & civile sibi mutuum præstant subsidium, ideo quod in uno decisum non est, ex altero suppletur *c. 1. de nov. oper. nunt.*

14 Quinimo filij geniti ex matrimonio clandestino ab ecclesia postea approbato habentur legitimi, & ut hæredes possunt succedere in bona paterna, quia approbatio ecclesiæ superveniens retrotrahitur ad tempus, quo fuit proles concepta, imò & matrimonium clandestinè initum: tunc enim in favorem matrimonij censetur hæc approbatio ab initio adfuisse, & matrimonium præsumitur contractum fictione juris in faciem ecclesiæ: unde quamvis filij ex tali matrimonio nati non fuissent legitimi, si ecclesia postea illud non approbâsset; fiunt tamen legitimi per supervenientem approbationem, quæ retrotrahitur ad tempus matrimonij clandestinè initi. Quinimò quamvis matrimonium clandestinum fuerit invalidum ob impedimentum bona fide ignoratum, si postea ab ecclesia approbatum fuit ut validum, tametsi impedimentum postea detegatur; adhuc filij geniti post approbationem matrimonij, & antequam detegeretur impedimentum, sunt legitimi, quia tunc parentes præsumuntur habere justam causam ignorandi impedimentum, & præsertim cùm filij geniti sint eo tempore, quo ecclesia approbavit tale matrimonium, & nondum impedimentum erat detectum: difficultas solùm est de filijs natis ex tali matrimonio clandestino nullo ob impedimentum bona fide ignoratum ante approbationem ecclesiæ; & quamvis discrepent Doctores.

15 Probabilior tamen sententia asserit, filios conceptos ante detectum impedimentum, licèt natos ante approbationem ecclesiæ, adhuc esse legitimos, dummodo matrimonium publicatum fuerit, & tanquam validum postea ab ecclesia approbatum, quamvis impedimentum postea detegatur, idque desumitur *ex c. quod nobis 9. h. t.* ubi Pontifex rescribit, quòd filij, qui nascuntur ex clandestino matrimonio, sed deinde ab ecclesia approbato sunt legitimi, & hæredes, & desumitur etiam *ex c. 2. de clandestin. desponf.* ubi habetur, quòd approbatio clandestini matrimonij id operatur, ac si à principio in conspectu ecclesiæ esset contractum: & filij sunt legitimi, quamvis post detectum impedimentum matrimonium separetur: unde quamvis ab initio clam contractum sit, subsequens tamen ecclesiæ approbatio id operatur, ut omnes filij antea geniti habeantur, ut legitimi: siquidem per ecclesiæ approbationem purgatur omne vitium clandestini matrimonij; sicut per matrimonium subsequens purgatur turpitudo filiorum, qui ex fornicario concubitu sunt geniti, & tollitur præsumptio scientiæ, seu affectatæ ignorantiæ, quæ fuit ratio, cur proles ex tali conjunctione genita censeatur illegitima.

16 Rursus filij, qui concipiuntur post litem contestatam super matrimonio publicè contracto, quamvis per sententiam divortij postea declaretur invalidum, sunt legitimi perinde, ac si ante litem fuissent concepti: ratio est, quia lite etiam contestata præsumitur bona fides in matrimonio, quapropter lite pendente super matrimonio permittitur usus matrimonij inter conjuges *c. 2. ut lite pendente:* talis autem usus non permitteretur ab ecclesia, si mala fides præsumeretur, & non esset usus honestus. Tum quia delictum non debet præsumi, nisi probetur *l. merito 51. ff. pro socio.* & notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. §. 1. n. 5.* cum igitur usus matrimonij pendente lite non sit interdictus, sed ab ecclesia permissus ut honestus, & legitimus; non debet ex eo, quod legitimè factum est, ulla pœna sequi, cùm hæc non infligatur nisi ob culpam: propterea neque filij concepti pendente lite censeri debent illegitimi. Hinc etiam pendente appellatione à sententia lata contra matrimonium, filij concepti sunt etiam

etiam legitimi, ut notat Covarruvias *loc. cit. n. 7.*

17 Imò si mulier per judicium ecclesiæ sit separata à primo viro, & illo adhuc vivente de licentia ecclesiæ nubat alteri viro, proles ex hoc secundo viro suscepta est legitima, & capax hæreditatis, ut desumitur *ex c. per latum 8. h. t.* ubi Pontifex rescribit, quòd si mulier per judicium ecclesiæ sit separata à viro, & vivente illo de licentia ecclesiæ alium ducit, proles ex hac suscepta est legitima, quia tunc mulier bona fide in facie ecclesiæ contrahit tam cum primo, quàm cum secundo viro, proinde filij ex quolibet eorum geniti censentur legitimi, tametsi postea unum ex his duobus matrimonijs declaretur nullum, idque in favorem prolis susceptæ cum bona fide mulieris.

18 Neque obstat, quòd *in d. c. perlatum* sententia divortij fuerit nulla propter ordinem judiciarium non servatum, cum judex præcesserit contra primum maritum absentem, & non personaliter citatum, nec lite contestata. Quia Pontifex non attendit, an sententia divortij valida fuerit: sed in favorem prolis statuit, ut filij ex secundo matrimonio suscepti essent legitimi, eò quia ejus authoritate parentes publicè in conspectu ecclesiæ contraxerint, eò enim ipso, quòd aliquid publicè factum est, præsumitur bona fides in faciente. Cæterum judex ecclesiasticus pronuncians esse aliquem legitimè natum, potest etiam ipsum declarare hæredem, quia se habet accessoriè ad legitimationem. Imò judex postquam cognovit de legitimatione, debet etiam curare, ne is, quem pronuntiavit legitimum, excludatur ab hæreditate, adeò ut teneatur etiam se immiscere negotijs temporalibus, quando hæc sequuntur accessoriè ad aliquod spiritnale.

19 Rursus quando conjugatus ducit aliam in facie ecclesiæ, & hæc mulier ignorat virum esse conjugatum, ejus proles habetur etiam legitima, quia sufficit bona fides unius parentis, ut filij sint legitimi, tametsi nati sint, vel concepti mota lite, & mox parentes separentur, ut habetur in *c. ex tenore 14. h. t.* cùm enim legitimatio filiorum sit favorabilis, attendenda potius est in favorem prolis bona fides utriusque, vel saltem alterius parentis ignorantis impedimentum: quàm mala fides alterius conjugis contrahentis scienter contra legem, ut habetur *in d. c. ex tenore in fin.* Hæc tamen ignorantia impedimenti dirimentis matrimonium non sufficit ad prolem legitimandam, si adsit tempore contractus matrimonij, sed necessè est, ut adsit tempore, quo proles suscipitur, vel nascitur: hinc si ambo parentes, vel saltem unus eorum tempore conceptæ prolis ignorabant impedimentum, filius nascitur legitimus, quamvis postea detegatur impedimentum; quia bona fides attenditur tempore conceptionis prolis: & ratio est, quia fœtus existens in utero matris in jure habetur pro nato, quando agitur de commodo prolis *l. qui in utero 7. ff. de statu homin.*

20 Quinimò etiam filij infidelium, qui contraxerant in gradu ab ecclesia prohibito post susceptum baptismum habentur legitimi, ut rescribit Innocentius III. *in c. gaudemus ult. h. t.* quia licèt matrimonium inter infideles initum non sit sacramentum, est tamen verus contractus naturalis, & civilis, & ut talis potest rectè, & validè consistere inter infideles, si non adsit impedimentum jure naturæ, vel divino dirimens tale matrimonium: quia cùm non sint membra ecclesiæ, non ligantur ejus legibus, proinde licèt contrahant matrimonium cum impedimentis positis in jure canonico, adhuc validè contrahunt, & filij ex eo nati sunt legitimi, & ut tales etiam reputantur ab ecclesia, si ad fidem convertantur: idque in favorem fidei, & religionis, quia ex tali favore faciliùs convertuntur, ut notat Glossa *in d. c. gaudemus.* Ratio itidem est, quia matrimonium ab infidelibus contractum in gradu non prohibito lege divina, vel naturali post eorum conversionem manet indissolubile *c. de infidelibus 4. de consang. & affinit.* quia ab initio fuit validum, proinde post conversionem conjugum ad fidem perseverat cum sua validitate; proinde etiam filij, qui antea erant legitimi, ut tales habentur post conversionem.

Filij tamen concepti ex matrimonio inito contra justitiam publicæ honestatis sunt illegitimi & excluduntur à paterna hæreditate, ut desumitur *ex c. referente 10. h. t.* ubi Cælestinus III. rescribit, quòd si prohibente justitia publicæ honestatis matrimonium contrahatur, non tenet, & sont separandi; & filij non succedunt, cùm ecclesia hoc non permiserit, nec ignorantia parentum illos excuset. Unde impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus cum consanguinea illius fœminæ, quam vir postea ducit, non solùm impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum, & filij ex tali matrimonio nati sunt illegitimi: hinc si Cajus sponsalia de futuro contrahat cum una puella, & postea ineat matrimonium de præsenti cum ejus sorore, matrimonium est nullum ob impedimentum dirimens publicæ honestatis; & Cajus si nondum consummavit matrimonium, tenetur fidem servare priori sponsæ, eique nubere, cum matrimonium de præsenti initum cum ejus sorore sit invalidum. Sin autem Cajus matrimonium consummavit cum posteriore, tunc cum neutra sorore potest validè contrahere, non cum prima ob impedimentum affinitatis ortum ex copula habita cum ejus sorore: neque cum posteriore ob impedimendum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus validè initis cum ejus sorore. 21

Proles itidem, quæ nascitur ex muliere conjugata, & alio viro, quem etiam habet ut maritum est illegitima vivente primo marito, ut habetur *in c. causam, quæ 4. h. t.* & ratio est clara, quia vivente primo marito mulier non potest validè contrahere cum alio viro, & si contrahit matrimonium est nullum; & adulterium usus ipsius cum secundo viro: & quia proles suscepta ex hoc secundo viro concepta 22

est

est ex adulterio, non potest esse legitima. Ut etiam si constet, uxorem concepisse prolem, eo tempore, quo ejus maritus non poterat uti matrimonio cum illa, non censetur talis proles legitima, nec proprij mariti, sed alterius, ut desumitur ex *d. c. causam 4. h. t.* & *l. filium 6. ff. de his qui sui, vel alieni juris sunt*: Idque procedit sive filius à tali muliere natus habitet apud ejus maritum, vel apud virum adulterum, quia ex habitatione non infertur legitimatio. Sin verò dubitetur, an possit esse filius mariti, præsumitur potius ejus legitimus filius, quàm natus ex adulterio: satis est, quia cum possit esse filius utriusque, potius in favorem matrimonij præsumitur esse legitimus.

23 Hinc si mulier pariat in matrimonio, sed tam maturè, ut maritus, qui ante matrimonium eam carnaliter non cognovit, dubitare possit, an filius sit suus, vel alienus, adhuc præsumitur suus, & licèt ordinariū tempus pariendi sit novem mensium, nihilominus si mulier peperit septimo mense, adhuc partus censetur legitimus, quia intra tale tempus potest partus in lucem edi ex communi medicorum sententia, & tradit etiam J. C. in *l. septimo mense ff. de statu homin.* quinimò id non solùm de mense septimo completo intelligitur, sed etiam inchoato, adeò ut si fœtus in lucem edatur initio septimi mensis, adhuc censeatur legitimus *c. 3. §. ult. de suis & legit. hæred.* ubi dicitur, quod hæc sententia Hypocratis ab Imperatore Pio approbata fuerit, & natus intra dies centum, & octoginta duos habeatur legitimus: quòd si apud Græcos dies pro mense computentur triginta, ut notat Gotoffred. *in d. §. ult.* sequitur, prolem esse legitimam tamensi à die matrimonij initi non fluxerint nisi sex menses, & duo dies.

24 Difficultas est, si mulier post mortem mariti non pariat intra novem menses, sed post decimum, vel etiam undecimum habenda sit tunc proles legitima. Respondent communiter, quòd sicut ob diversas naturæ qualitates mulier subinde maturiùs, ita etiam nonnunquam seriùs parere potest, adeò ut etiam post decimum mensem à die conceptionis possit fœtum parere; estque sententia hæc communis. Sed de mense undecimo videtur esse major difficultas propter *novel. 39.* ubi Imperator partum undecimo mense perfecto editum vocat impium, censens impossibile, ut mulier ex marito ante undecim menses mortuo potuerit illum suscipere. Verùm cùm Imperator ibi loquatur de partu mense undecimo perfecto, & circa terminum anni edito: ideo si sub initium undecimi mensis à morte mariti mulier pariat, fœtus præsumptione juris habetur pro legitimo: imò quamvis etiam circa medium undecimi mensis pariat, & mulier alioquin fuerit semper bonæ famæ, & maritus statim ante mortem nullo generandi impedimento laboraverit, ut si fuerit occisus, ac mortuus eodem die, quo vulneratus: tunc cùm possit naturaliter contingere ut fœtus protrahatur in utero matris etiam usque ad medium undecimi mensis, judicatur in favorem prolis. Tum quia in dubio non præsumitur delictum *l. merito ff. pro socio.*

Cæterum ad legitimationem filiorum sufficit solùm matrimonium ratum, quamvis non consummetur, quia in *c. tanta est 6. h. t.* tantum dicitur, quòd filij post contractum matrimonium sint legitimi, & cùm nulla ibi fiat mentio consummationis, hæc non requiritur: quapropter si contingeret, patrem ante consummationem mori, vel etiam in ipso mortis articulo matrimonium contrahere, adhuc filius conceptus antequam iniretur matrimonium esset legitimus: secus per matrimonium putativum non legitimantur filij concepti ante matrimonium; quia matrimonium putativum revera in se est nullum, proinde non potest ullum producere effectum. Tum quia ideo filius conceptus, & natus in matrimonio putativo censetur esse legitimus, quia non est natus ex delicto, sed in forma matrimonij supposita bona fide: secus qui conceptus est ante initum matrimonium revera est conceptus ex delicto, proinde debet aliquid accedere legitimum, quod purget illud delictum cum effectu; & matrimonium putativum non est legitimū cùm revera sit in se nullum ob impedimentum occultum: unde patet discrimen inter matrimonium ratum, & putativum. 25

§. II.

De modis quibus proles illegitima potest legitimari.

Plures sunt modi, quibus possunt filij alioquin illegitimi, quia concepti extra matrimonium, legitimari. Et quidem. Primò per subsequens matrimonium, ut desumitur ex *c. conquestus 1. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, illegitimum naturalem natum ex soluto, & soluta per subsequens matrimonium legitimari etiam quoad hæreditatem, & si pater vellit eum ob hanc causam hæreditate privare, sit anathemate percutiendus; quia tales filij ex jurisfictione, seu dispositione legis reputantur ac si ex legitimo matrimonio nati essent. Id tamen intelligitur, dummodo tempore generationis inter illum solutum, & solutam non fuerit impedimentum dirimens matrimonium, tunc enim legitimantur filij per subsequens matrimonium etiam quoad successionem in hæreditate temporali, quia si est filius legitimus, naturaliter est etiam hæres. Ratio verò, cur per subsequens matrimonium legitimetur proles antea concepta, est, quia matrimonium subsequens purgat omnia præcedentia, proinde tollit etiam præcedens vitium turpitudinis, ut notat Glossa *in c. tanta est 6. h. t.* ubi dicitur, quod tanta sit vis matrimonij, ut non solùm qui in eo concepti, & nati sunt; sed etiam qui antea sunt geniti post illud contractum legitimi habeantur, neque refert, an immediatè post conceptum fœtum, vel post intervallum longioris temporis, aut 1

aliarum nuptiarum, fœmina, quæ concepit, in uxorem ducatur, ex qua prius liberi per fornicarium congressum suscepti sint. Unde notat Panormitanus in *cod. c. tanta 6. h. t.* quòd quamvis post filium ex concubina conceptum aliam fœminam duceret, & hac mortuâ, tunc primùm concubinam duceret, adhuc proles ab eadem suscepta fieret legitima; eò quia subsequens matrimonium purgat omnia præcedentia, tollitque vitium antecedentis turpitudinis: quinimò non solùm dicitur, quòd tales filij habendi sint ut legitimi, sed etiam ut propriè, ac verè sint legitimi: ratio est, quia quando aliqui authoritate juris fiunt legitimi ab habente potestatem legitimandi, tunc paria sunt dicere: *sint legitimi, & habeantur pro legitimis*, ut notat Abbas in *d. c. tanta. n. 4. h. t.*

2 Tametsi de jure civili ad legitimationem liberorum duo videantur desiderari, quorum primum est, ut dotalia instrumenta unà cum nuptijs confecta sint *novel. 84. c. 8.* secundum ut concubina, ex qua illegitimus susceptus est, fuerit domi loco uxoris detenta, hoc est sine suspicione, quod ex alio fortassis conceperit. *l. nuper in princ. C. de natural. lib.* Nihilominus de jure canonico neutrum requiritur, quia *in d. c. tanta 6. h. t.* simpliciter, & generaliter dicitur, quod proles per subsequens matrimonium legitimatur: unde in favorem legitimationis, & prolis textus non debet coarctari, sed sumi cum sua generalitate, ut notat Barbosa in *d. c. tanta. n. 4. & 5. h. t.* & quoad hanc partem jus canonicum religiosè etiam servatur in terris Imperij, quia quando effectus legitimationis dependet ex matrimonio; cùm hoc ad sui substantiam non requirat dotalia instrumenta, sed sufficiat mutuus consensus in facie ecclesiæ coram Parocho, & testibus *c. is qui fidem de spons.* & jure novo in Tridentino *sess. 24. de refor. matrim. c. c.* ideo nec ad legitimationem requiri debent illa duo præcensita in jure civili.

3 Tum quia in dubijs, quæ oriuntur circa matrimonium standum potius est juri canonico, quàm civili. *c. tuam 3. de ord. cognit.* Legitimatio igitur, quæ fit per subsequens matrimonium jurisfictione retrotrahitur ad tempus conceptionis, vel etiam secundùm alios ad tempus generationis, seu nativitatis, adeò ut qui antea illegitimè concepti, vel etiam nati sunt, per subsequens matrimonium non tantùm ex tunc fiant legitimi, sed etiam antea, & à tempore conceptionis, vel nativitatis, in favorem prolis; adeò ut, si ut filio legitimo tunc competat aliquid pro tali tempore, quod aliàs ipsi non conveniret, si non esset legitimus, adhuc illi sit debitum: eò quia legitimatio tametsi non contigerit nisi per matrimonium initum etiam post aliquot annos, adhuc retrotrahitur ad tempus conceptæ prolis, quæ tum ex fictione juris incipit esse legitima.

4 Requiritur tamen ut per subsequens matrimonium proles antea suscepta legitimetur, ut saltem uno ex tribus hisce temporibus potuerint parentes sine impedimento dirimente matrimonium contrahere scilicet, ut potuerit nubere, vel tempore conceptionis, vel tempore partûs, vel tempore medio interjecto inter conceptionem, & partum: quia non omnes filij ex ijsdem parentibus ante matrimonium nati per subsequens matrimonium legitimantur; sed tantùm filij naturales nati, vel ex personis, inter quas poterat matrimonium consistere saltem eo tempore, quo proles concepta est, vel nata; adeo ut parentes tunc fuerint habiles ad contrahendum matrimonium inter se, ac liberi ab omni canonico impedimento dirimente, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 8. §. 2. n. 2.* Hinc si aliquis sit ex adulteris conceptus, & etiam natus vivente legitimo marito mulieris adulteræ, non fit legitimus, quamvis marito mortuo ejus mater nubat adultero.

5 Neq; legitimatur qui ex incestu cum consanguinea genitus est, quamvis post ejus nativitatē mater obtenta dispensatione in uxorem ducatur ab incestuoso: secus tamen esset, si, ante nativitatem in utroque casu impedimentum fuisset sublatum; quia tunc saltem tempore medio, aut partûs, potuisset inter parentes matrimonium consistere, ut communiter docent Canonistæ *in d. c. tanta 6. h. t.* An verò ignorantia impedimenti patrocinetur proli, ut si hæc nata sit ex parentibus consanguineis ignorantibus tamen consanguinitatem, censeatur legitima, si postquam nata est, ejus parentes petant, & obtineant dispensationem, & matrimonium contrahant. Respondent plures com Barbosa *in d. c. tanta 6. n. 42. h. t.* talem ignorantiam non patrocinari proli, eò quia textus non distinguat, an parentes habuerint impedimenti ignorantiam, vel non, sed tantùm considerat, an inter ipsos tempore conceptionis, vel nativitatis potuerit matrimonium consistere. Tum quia parentes peccantes non potuerunt habere excusationem ignorantiæ, quia dederunt operam rei illicitæ: siquidem danti operam rei illicitæ imputantur etiam quæ præter ejus intentionem sequuntur *c. tua de homicidio & c. ult. eod. tit. in 6.*

6 Nihilominus contraria sententia est valde probabilis, quam prævaluisse in Romana Rota ex Cassodoro refert Barbosa *loc. cit. n. 41.* & in terris Imperij etiam reducitur ad praxim: ratio est, quia tunc filius non censetur natus ex formali incestu, nec parentes in tali caso ob ignorantiam consanguinitatis puniuntur, ut incestuosi: & quia favor stat pro legitimatione prolis; non est hæc censenda ex incesto concepta: hinc *in d. c. tanta 6. h. t.* illa regula, quod danti operam rei illicitæ imputantur, quæ sequuntur, intelligi debet de illis, qui ex formali adulterio, vel incestu sunt geniti.

7 Secundus modus legitimandi fit per rescriptum Principis habentis supremam potestatem, ratione cujus, non solùm naturales filij, verùm etiam spurij, & ex damnato congressu geniti, ut ex adulterio, incestu, vel sacrilego concubitu cum moniali legitimis natalibus destituuntur: ratio est, quia cum defectus

factus natalium, seu legitimationis solo jure humano sit introductus, ideo ex sola voluntate hominis Principis tolli potest, ut docet Molina *tom. 1. de just. tract. 2.* Immo non solum hæc potestas legitimandi filios illegitimos competit Principi sæculari, sed etiam summo Pontifici, ut habetur *in c. per venerabilem 13. h. t. ubi* Innocentius III. rescribit, quòd sedes Apostolica potest legitimare quoscunque illegitimos per totum terrarum orbem ad actus spirituales, ut ad Episcopatum. Item illegitimos in terris ecclesiæ etiam ad actus sæculares: & putatur probabile, esse tunc legitimatos ad actus omnes sæculares totius orbis, quia quando in spiritualibus dispensatur, intelligitur etiam dispensatum esse in temporalibus: sicut quando Pontifex creat aliquem Episcopum illum eximit à patria potestate: & Episcopus si scienter ordinet servum, ordinatus est liber, quamvis ordinans debeat satisfacere Domino. Præterea causæ difficiles, & dubiæ ad judicium deferuntur sedis Apostolicæ, ut probatur *in d. c. per venerabilem ex Deuter. c. 17.*

8 Quamvis tamen possit Papa legitimare suos subditos directè etiam quoad hæreditatem in terris, quæ subjiciuntur ejus jurisdictioni, possitque efficere, ut legitimatio retrotrahatur ad tempus, quo matrimonium invalidè fuerat contractum: non tamen quoad successionem bonorum temporalium potest alios non sibi subditos in temporalibus ita directè legitimare, ut communiter docent cum Glossa *in d. c. per venerabilem*: benè tamen potest indirectè, ut notat Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 7. n. 4.* quia radix, & origo, ex qua oritur, ut proles sit illegitima, est lex ecclesiastica, quâ statuitur, ut tale impedimentum repertum in contractu matrimoniali illum dirimat, & si non staret tale impedimentum positum ab ecclesia, contractus esset validus, & proles legitima: sed potest Pontifex suam legem irritare, seu revocare, quoad effectus jure humano ex ea secutos, & non tantùm quoad imposterum incurrendos, efficiendo, ut non incurrantur; sed etiam quoad incursos, eos abolendo, ac si lex illa nunquam fuisset edita: hinc Clemens V. *in clement. de immunit.* revocat quasdam prædecessorum suorum constitutiones etiam quoad effectus antea prædictos: hinc inferunt Canonistæ, tantam esse Pontificis potestatem circa ea, quæ sunt juris positivi, ut possit ea revocare, pro ut ex tunc, quando edita fuerunt, ac proinde omnes præteritos effectus abolere, ac si nunquam fuissent edita: unde si Pontifex dispenset in radice matrimonij, seu in ejus initio revocando impedimentum, quod illud irritavit, ac si nunquam illud irritâsset, tunc dispensatio retrotrahitur ad matrimonium ab initio initum: & hoc pacto potest legitimare filios aliàs illegitimos per remotionem scilicet impedimenti, quod dirimebat matrimonium. Neque hoc est directè dispensare in lege civili, & ejus effectibus, sed tantùm indirectè, quatenus ex eo, quòd Pontifex directè removeat impedimenta, quæ posuerat, indirectè sequuntur effectus, qui dependent à lege civili. Non tamen dicimus, posse Pontificem efficere, ut matrimonium ab initio invalidum ex tunc fuerit validum, vel nunc incipiat valere absq; novo contrahentium consensu: nec etiam asserimus ex eo non esse secutos effectus statutos jure civili contra illegitimos; sed tantùm dicimus, posse Pontificem dispensando super impedimento matrimonij à se inducto revocare & tollere omnia damna jure humano illata ob illegitimitatem, & in eum statum prolem restituere, quem haberet, si ex matrimonio validò nata fuisset. Cæterum parentes, qui invalidè contraxerunt tenentur obtenta dispensatione super impedimento inter se contrahere saltem privatim, & vicissim ratificare per novum consensum conjunctionem, si matrimonium antea initum fuerat in facie ecclesiæ.

Imperator, & alij principes non habentes superiorem in temporalibus possunt quosvis illegitimè natos legitimare, id enim ipsis conceditur in signum specialis privilegij, ut habetur *in authent. quib. mod. natur. effic. §. illud.* alij verò Principes inferiores non possunt legitimare natos extra matrimonium, possunt tamen ad certa quædam jura, & bona habiles constituere: sic Episcopus potest illegitimos habiles facere ad ordines minores, & simplicia beneficia. Cæterum nec ipse Imperator, nec alius Princeps supremam habens authoritatem in temporalibus potest illegitimos, nec indirectè habilitare quoad spiritualia, & bona ecclesiastica, quia Princeps sæcularis potest tantùm illegitimos constituere habiles ad officia, dignitates, honores, & munera publica sæcularia: siquidem Princeps sæcularis non habet jurisdictionem spiritualem, nec potest impedimenta dirimentia matrimonium constituere saltem inter Christianos. 9

Quando autem filij illegitimi dicuntur legitimari, id non debet ita intelligi, ut postquam fuerunt ex illegitimo congressu nati beneficio legitimationis fiant nati ex legitima copula, siquidem ad præteritum non datur ampliùs potentia, nec potest fieri, quod taliter factum non fuerit: unde filij dicuntur legitimari, quatenus damna, quæ filij illegitimi incurrunt, tolluntur per legis dispositionem, vel per authoritatem superioris dispensantis in lege. Ut autem impetratio legitimationis sit legitima, & non subreptitia, exprimi debet omne id, quod posset esse impedimento concessioni, & si principi innotesceret, non concederet, vel saltem non tam facilè, legitimationem: qua propter exprimi debet qualitas, & conditio filij naturalis, spurij, nimirum an natus sit ex adulterio, incestu, vel sacrilegio: rursus an ex adolterio duplici, adeò ut tam mas, quàm fœmina fuerint matrimonio tunc juncti cum alijs, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 9. n. 1.* Ut etiam si proles ex incestu nata sit ex sorore, filio, nuru, matre, vel uxore fratris. 10

An verò in petitione legitimationis debe-

ant etiam vocari agnati, & cognati ipsius parentis. Respondetur cum distinctione, si pater prolis legitimandæ vivat, non sunt tunc necessariò vocandi eius cognati: ratio est, quia tunc parens ipsius prolis legitimandæ, cum sit sui juris, potest relinquere sua bona, cui magis placuerit; sin verò pater prolis legitimandæ non vivat, vocandi sunt alij filij naturales, & legitimi, quia id cederet in magnum eorundem præjudicium, siquidem ipsis legitima portio diminueretur: imò mortuo patre vocandi etiam sunt successores ab intestato, & quibus jus succedendi in bonis ipsius quæsitum est, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 8. §. 9. n. 7. & sequent.* quinimo neque vivente patre potest filius naturalis, vel spurius legitimari authoritate Principis, nisi filij legitimi consenserint; cùm legitima portio ipsis debita minuatur per talem legitimationem.

11 Ad probandam autem legitimitatem prolis non sufficit, si hæc nutrita fuerit in domo alicujus mariti, & uxoris, idque desumitur *ex c. transmissæ 3. h. t.* ubi Alexander III. cum aliquis quendam puerum usque ad juventutem nutrivisset cohabitante etiam ibi fœminâ, quam in uxorem sibi postea legitimè desponsavit; filijs postea ex eadem susceptis hæreditatem paternam petentibus prædictus juvenis contradiceret gerens se pro filio, & hærede: sed à vicinia filius eorum spurius crederetur esset, & vir, ac mulier negaverint talem juvenem esse, suum filium spurium, aut legitimum, asserentes eum pietatis causâ nutrivisse; Episcopus quæstione coram se motâ præfatum Juvenem, eò quia juri stare nolebat, vinculo excommunicationis adstrinxit, & consultus Pontifex rescripsit, standum esse verbo viri, & mulieris, nisi ex certis indicijs, & testibus constiterit esse eorum filium.

12 Hinc quamvis in probanda legitimitate prolis plurimum obtineat roboris communis fama viciniæ, non tamen hæc, si sola sit, sufficit, nisi alijs adminiculis, & præsumptionibus corroboretur: ratio est, quia fama non nisi semiplenam facit probationem, quapropter quamvis fama viciniæ stet pro filiatione, si tamen maritus, & conjux negent, talem prolem esse suam, statur assertioni eorundem: quia non est verisimile, quod parentes negent aliquem esse proprium filium, cùm nullus sit affectus, qui vincat paternum, *l. cum curiosus 7. post princ. C. de curat. & curios.* id tamen procedit, nisi ex indicijs, & testibus exprefsè probetur contrarium. Cæterum filiatio tunc plenè probatur, si ex viro, & uxore, vel concubina domi retenta sit filius natus: si pater eum filium nominaverit, & pro tali agnoverit, ac tractaverit: tertiò si ex communi viciniæ fama semper pro filio habitus fuit. Verùm ex confessione, & nominatione parentum concurrentibus alijs indicijs plenè, & principaliter probatur filiatio, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 3. n. 7.*

14 E converso ut aliquis probetur illegitimus non sufficit, si probetur matrimonium inter ejus patrem, & matrem fuisse invalidum, sed ulterius requiritur, ut probetur mala fides parentum, & hos contraxisse matrimonium mala fide, ut desumitur *ex c. pervenit 11. h. t.* ubi Cœlestinus III. rescribit, quòd quando testes probant ad docendum, prolem esse illegitimam, matrimonium fuisse invalidum, non sufficit probare impedimentum matrimonij; præsertim si quamdiu vixeruot, quietè simul permanserunt sine reclamatione. Ratio est, quia bona fides parentum, & approbatio ecclesiæ, in cujus facie fuit initum, id operantur, ut licèt detegatur postea in tali matrimonio impedimentum dirimens, ratione cuius fuit invalidum, adhuc debet in favorem prolis susceptæ hæc legitima censeri, ob duo, quæ concurrerunt ad tale matrimonium, scilicet ob bonam fidem parentum, qui inscij impedimenti contraxerunt: & quia initum fuit in facie ecclesiæ, & putatum validum.

Quando autem testes probant illam, quam vicinia putabat concubinam, fuisse desponsatam de præsenti, filius ex ea conceptus, & natus habetur legitimus, & desumitur *ex c. pervenit 12. h. t.* quia quando duæ præsumptiones sunt contrariæ, standum est fortiori, & in dubijs illi, quæ magis favet filiationi. Probatio autem per testes est fortior, & plenior *c. cum causam 37. de testibus*, & fama viciniæ non probat nisi semi-plenè *c. tam litteris 33. eod. tit.* quinimo depositio testium adeò est efficax, ut præferatur tractatui parentum, eò quia per testes habeatur vera, & sufficiens probatio, & ex tractatu parentum solùm oritur probatio præsumptiva, & plus est, quòd in veritate agitur, quàm quod simulatè perficitur. Tum quia ex eo, quòd legitimitas filiorum sit favorabilis, & in dubijs sit judicandum in favorem illius, sequitur quòd plus credendum sit depositioni testium in favorem legitimitatis, quàm famæ viciniæ, & etiam tractatui parentum contra prolis legitimitatem. 15

Hinc quando agitur de favore prolis ad probandam eius legitimitatem, sufficit fama & opinio viciniæ, vel saltem majoris partis eiusdem asserentis parentes illius prolis fuisse legitimo matrimonio conjunctos: ratio generatim est, quia quoties res est dubia, judicatur in favorem prolis, quinimò neque standum est dicto parentum, si fama viciniæ sit in contrarium, ut si quis in infirmitate constituat filium hæredem, ipsumque nominet filium. 16

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an legitimatus cum clausula *sine præjudicio venientium ab intestato* possit retinere paternam hæreditatem, in qua à patre fuit institutus. Ratio dubitandi est, quia legitimatus in præjudicium venientium ab intestato, retineret hæreditatem, & quia legitimatio supponitur facta sine eorundem præjudicio; non videtur conferre jus

jus ad succedendum in hæreditate paterna, quamdiu adsunt, qui ab intestato possunt succedere. Nihilominus communior, & verior sententia est, legitimatum posse hæreditatem retinere, quia clausula illa sine præjudicio venientium ab intestato non tollit, quin possit institui hæres à patre: sed tantùm operatur, quòd non possit succedere ab intestato, quamdiu extant, qui succedunt ab intestato, ut docent jurisperiti cum Rota coram Cæsare de Grass. *decis. 4. n. 3. qui filij sint legitimi* & *decis. 355. n. 2. p. 1.* Ratio itidem est, quia præfata clausula adijcitur legitimationi tantùm ad præservanda jura venientium ab intestato, & ad excludendum jus legitimati in concursu ipsorum, proinde ad coarctandam legitimationem, ut in successione non præjudicet venientibus ab intestato: atqui exinde sequitur, quòd non excludatur facultas Testatoris relictis venientibus ab intestato instituendi hæredem legitimatum: quia sicut Testator potest quemcunque extraneum hæredem instituere, ita etiam filium legitimatum: unde illa clausula *sine præjudicio venientium ab intestato* potius intelligitur conditionatè, si legitimatus non succedat ob inopinam mortem. Tum quia legitimatio tunc non infert præjudicium venientibus ab intestato, cum isti non excludantur à successione ratione legitimationis, sed ex facto testatoris, in cujus arbitrio est seligere sibi, quem voluerit hæredem, & cum utatur jure suo, non infert alijs præjudicium: & sic verificatur, quòd legitimatio sit absque præjudicio venientium ab intestato. Hinc patet solutio ad contrariam rationem.

2 Quæritur secundò, quibus modis probari possit legitimitas natalium? Respondetur, quòd tametsi quoad patrem possit difficulter probari, eò quia pater non sit ita certus sicut mater: nihilominus potest tamen, qui asserit se legitimum filium esse, id probare. Primò si doceat, parentes suos contraxisse publicè, & in facie ecclesiæ: & quòd ex communi opinione viciniæ habiti semper fuerint ut maritus, & uxor: & rursus, quòd parentes semper se tractaverint ut maritus, & uxor: quamvis sola fama, & communis opinio viciniæ non sufficiat ad probandum matrimonium legitimum; accedentibus tamen alijs adminiculis corroboratur, & probatur, quòd vir, & mulier fuerint conjuges, & filius ex ijsdem natus sit legitimus: quòd si parentes decesserint, non desunt, qui putent, sufficere solam famam viciniæ ad probandam legitimitatem natalium: & revera si conjecturæ in contrarium non sint claræ, præsumendum est in favorem prolis, quæ cùm fuerit putata legitima ex talibus parentibus, tametsi res dubia sit, judicandum est in favorem prolis.

3 Quæritur tertiò, per quid legitimatio in genere differat à dispensatione? Respondetur, differre, quia per legitimationem legitimatus consequitur omnia jura, quæ competunt legitimis, adeò ut non solùm ex parte, sed ex toto sit legitimus: secus per dispensationem non fit dispensatus habilis ad omnia jura, quæ legitimis competunt, sed solùm ad unũ aliquem actum, circa quem fit dispensatio: vel ad certa quædam jura, ut docet Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 8. n. 2.* Hinc si filius per privilegium Principis legitimetur, habetur in toto pro legitimo, & transit in patriam potestatem, & acquirit jus dicendi testamentum patris nullum, vel inofficiosum; ut etiam habet jus succedendi parentibus ab intestato, & ei est debita legitima portio ex bonis parentum, perinde ac filijs ex legitimo matrimonio natis. Non ita qui per solam dispensationem factus est legitimus ut succedat patri in certa portione hæreditatis: is enim cùm non sit ex toto legitimatus, non succedit patri ab intestato, nec acquirit jus nisi ad illam portionem in ordine ad quam fuit legitimatus.

Quæritur quartò, an filij illegitimi ex toto legitimati consequantur omnia jura tum spiritualia, & ecclesiastica; tum civilia, & profana, adeo ut in omnibus habeantur ut veri legitimi, perinde ac si ab initio fuissent ex legitimo concepti matrimonio? Respondetur affirmativè, & docent communiter cum Glossa *in c. tanta est vis 6. h. t. v. legitimi.* ubi ait, esse tunc legitimos quoad omnia, eò quia subsequens matrimonium purget omnia præcedentia, si legitimatio oriatur ex subsequente matrimonio, & parentes prolis, tempore, quo eam genuerunt, potuissent matrimonium absque ullo impedimento contrahere: tunc enim proles per subsequens matrimonium dicitur plenè ex toto legitimari, ut notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 2. n. 21.* Hinc legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudis, quamvis non desint, qui id limitent, nisi feudum concederetur pro filijs legitimè natis ex matrimonio: & ut censet Gabriel *in conclus. commun. lib. 6. de legitimat. conclus. 1. n. 23.* succedit etiam in majoratu, adeò ut præferendus sit alijs filijs, qui nati sunt ex ijsdem parentibus legitimo matrimonio jam conjunctis, ut docent plures, quos refert, & sequitur Barbosa *in d. c. tanta n. 26. h. t.* imò succedit etiam per subsequens matrimonium in ecclesiastica emphyteusi, quam pater habuerat, ut docet Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 2. n. 29.* 4

Rursus potest etiam promoveri absque alia dispensatione ad ordines sacros, ac dignitates ecclesiasticas, ut etiam ad Episcopatum: non ita ad Cardinalatum, ut statuit Sixtus V. in sua constitutione edita anno 1590. ut notat Barbosa *in collect. in c. tanta 6. n. 24. h. t.* Imò etiam succedit in fideicommisso, & excludit substitutum sub illa conditione si absque liberis legitimis, & naturalibus, vel sine filijs ex legitimo conjugio conceptis decesserit, ut notat Covarruvias *in 4. decret. loc. cit. n. 30.* Quinimò filius legitimatus per subsequens matrimonium non solùm admittitur ad ea omnia, quæ jure communi deferuntur legitimis ex matrimonio valido: sed etiam ad ea, quæ legibus municipalibus, ac statutis civitatum, ac 5

popu-

populorum conveniunt, ut ex communi sententia docet Covarruvias *loc. cit. n. 25.*

6 Hinc donatio facta à patre revocatur juxta *l. si unquam C. de revoc. donat.* ob filium naturalem ex secuto matrimonio legitimum effectum, ut eum Tiraquello refert Covarruvias *loc. cit. n. 24.* Quinimò id procedit etiam quamvis ante donationem factus esset legitimus ex matrimonio subsecuto: revocatur enim donatio ex ea parte, quæ attingit, legitimam filiorum. Videtur tamen circa successionem in feudis obstare textus *in c. 1, §. naturales in lib. feudor. si de feudo fuerit contentio inter Dominum, & agnatos vasalli:* ubi dicitur, quod naturales filij, & legitimi ad feuda admittantur. Verùm communiter jurisperiti explicant, hunc textum tantùm procedere de filijs naturalibus, qui tantùm privilegio Principis, & non per subsequens matrimonium legitimi efficiuntur. Baldus *ibid.* respondet cum distinctione, si feudum concessum esset ea conditione, ut transiret ad posteros legitimè natos, vel legitimè descendentes, tunc ait, non succedere filios naturales effectos legitimos ex subsecuto matrimonio: sin verò concessum esset simpliciter, ut transiret ad posteros legitimos, tunc succedunt etiam filij naturales, & qui per subsequens matrimonium tantùm fiunt legitimi.

7 Quæritur quintò, qualénam sit discrimen inter legitimatos per rescriptum Principis, & & per subsequens matrimonium? Respondetur, legitimationem factam per subsequens matrimonium habere majorem effectum, quàm habeat legitimatio facta per rescriptum Principis: siquidem legitimati per rescriptum Principis, non succedunt patri, si alij filij ex legitimis nuptijs geniti adsint; nisi fortassis pater supplicaverit Principi, ut legitimationi inserta sit clausula: *Non obstante, quod adsint filij legitimi.* Præterea excluduntur à bonis feudalibus, fideicommissis familiarum, ac majoratibus: secus qui legitimantur per subsequens matrimonium, per omnia æquiparantur legitimè natis: ratio est, quia tunc legitimatio inducitur à lege tam canonica, quàm civili: proinde omnes effectus legis ipsis tribuuntur: ille enim verè est legitimus, quem lex habet pro legitimo: aliquem enim non esse legitimum non provenit à natura, quia spectato solo jure naturæ, omnes homines nascuntur æquales, & generantur ex congressu maris cum fœmina: unde quòd aliqui sint legitimi, & alij illegitimi, id à lege tantùm provenit: quapropter quos habet pro legitimis, etiamsi tales sint per subsequens matrimonium, debent æquiparari alijs legitimis natis ex valido matrimonio.

8 Præterea legitimatio per rescriptum Principis sæcularis non habet effectum in foro ecclesiastico, nec talis legitimatus potest ad sacros Ordines promoveri, ut notat Panormitanus *in c. per Venerabilem 13. h. t. n. 26.* quinimò plures cum Fachin. *lib. 8. controversf. c. 28.* docent, legitimationem ab uno Principe factam non sortiri suum effectum in territorio alterius Principis. Rursus ad legitimationem per rescriptum Principis requiritur, ut non solùm pater, sed etiam alij filij legitimi, si adsint, consentiant, *novel. 89. c. 9. & 11.* Secus si legitimatio fiat per subsequens matrimonium, filius cum fiat legitimus, utróque jure potest promoveri ad Ordines sacros, beneficia ecclesiastica, & dignitates, ut etiam in foro civili ad statum familiæ, & alia jura, nec est necesse, ut pater, vel alij filij in matrimonio nati consentiant, ut notat Barbosa *in d. c. tanta est 6. h. t.*

Quæritur sextò, an Princeps sæcularis possit legitimare filios clericorum? Certum est, Principem sæcularem absolutè loquendo posse legitimare filios clericorum. Ratio est, quia cùm sint tales filij veri laici, subjiciuntur Principibus laicis, qui propterea possunt in ipsos exercere suam jurisdictionem, cùm enim legitimatio, & illegitimatio inducta sit à lege civili, potest Princeps tollere illegitimationem, sicut illam induxit, & æquare illegitimos legitimis quoad effectus juris civilis, ut docent Jurisperiti cum Baldo *in l. & si contra in fin. C. de nuptijs.* Quamobrem difficultas est, an hæc legitimatio valeat in ordine ad succedendum patri in bonis patrimonialibus ipsius? Respondetur, de jure antiquo filios clericorum à Principe legitimos effectos potuisse succedere in bonis patrimonialibus, ut docent Baldus in *d. l. etsi contra n. 4. C. de nuptijs.* Castrensis in *l. si quis init. n. 1. §. de liber. posthu.* Calderinus *consil. 3. qui filij sint legitimi.* Soccinus *in l. Gallus §. forsitan n. 7.* Covarruvias *in epit. de sponf. p. 2. c. 8. §. 2. n. 19.* ubi tamen procedit cum distinctione, & ait, valere legitimationem in ordine ad succedendum in bonis patrimonialibus simpliciter, non verò in alijs acquisitis intuitu ecclesiæ. De jure tamen novo certum est, talem legitimationem non valere in ordine ad succedendum in bonis paternis etiam patrimonialibus, ut sancivit Pius V. in sua constitutione, cujus initium est, *qua Ordini ecclesiastico*, ubi declarat, constitutionem à se editam esse intelligendam, etiam de quibuscunque bonis patrimonialibus, tam mobilibus, quàm immobilibus, & se moventibus, juribus, & actionibus: & etiam declarat illegitimos incapaces, tam causâ mortis, quàm inter vivos in ordine ad acquirendam aliquid de bonis paternis; imò §. 4. prohibet etiam, ne indirectè, & intuitu operis pij aliquid ad ipsos possit pervenire. Rursus prohibet etiam, ne dicta bona pervenire possint ad eorum conjuges, parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, sive vivant, sive objerint ejusdem Illegitimi; & irritat, annullátque omnes dispositiones in contrarium. 9

Quòd si dicas, bona clericorum post ipsorum mortem desinere esse sub jurisdictione Pontificis, & fieri bona profana, quæ tunc vacent; proinde filios clericorum per rescriptum Principis sæcularis legitimos effectos posse succedere in ijsdem bonis, eò quia legitimatio in ordine ad successionem consetatur in tempus 10

quod

quod sequitur ad mortem, ac propterea potest sortiri suum effectum; quia tunc reperit bona clerici sub jurisdictione Principis laici: siquidem paria sunt aliquid fieri tempore permisso, & fieri tempore prohibito, sed conferri in tempus permissum *l. in tempus ff. de hared. inst.* & *l. quod sponsa. C. de donat, ante nupt.*

12 Contra est, quia legitimatio filiorum clericorum facta per rescriptum Principis sæcularis revera reperit obstaculum, quod etiam obstat successioni post mortem parentum: etenim dupliciter potest intelligi, quòd successio procedat, scilicet vel ex testato, vel ab intestato: ex testato non potest habere locum, quia requireretur factum patris; non enim testamentum habetur sine actione testatoris; & clerico prohibetur posse testari in favorem filij proprij; proinde tametsi testatetur, testamentum foret nullum. Neque potest succedere ab intestato, quia tunc tantùm successio ab intestato habet locum, quando bona non sunt prohibita transire in hæredem, & bona clericorum sunt prohibita transire in filios illegitimos ab habente jurisdictionem super ipsa: hinc etiam moriente clerico patre remanent talia bona affecta hac prohibitione, non secus ac remanent affecta, quando Princeps sæcularis prohibet, aliquos succedere inhibendo, ne bona devolvantur ad aliquos ab intestato.

13 Præterea ultra annullationem eorum omnium, quæ fiunt contra præfatam constitutionem Pij V. etiam Sixtus V. in sua constitutione, quæ incipit: *In conferendis* & habetur *in tom. 3. Bullar.* decrevit, ut omnia bona relicta illegitimis contra præfatam constitutionem Pij V. aut de quibus in favorem ipsorum quomodocunque dispositum fit, devolvantur titulo spoliorum ad cameram Apostolicam. Quòd si aliquis ignoraret has constitutiones, quamvis in foro conscientiæ excusaretur, non tamen in foro externo, quia ignorantia juris non præsumitur.

14 Quæritur septimò, an præfata constitutio Pii V. extendatur extra statum ecclesiasticum? Ratio dubitandi est, quia illa constitutio disponit circa civilia, & bona temporalia, proinde videtur esse dispositio orta à Pontifice, ut habente jurisdictionem temporalem, & civilem, & cùm Pontifex non sit Dominus nisi propriorum statuum, non videtur præfata constitutio extendi extra statum ecclesiasticum. Sed respondetur, quòd tametsi jurisdictio temporalis, & civilis in Pontifice directè tantùm se extendat ad Provincias comprehensas in proprio statu: indirectè tamen etiam se extendit ad omnia regna Christianorum, si talis jurisdictio necessaria sit ad pascendum Dominicum gregem. Præterea Pontifex in illa constitutione disponit circa personas, & res subjectas jurisdictioni summi Pontificis; proinde extenditur extra statum ecclesiasticum, & ad omnes clericos: siquidem personæ, circa quas disponit, sunt clerici, qui subijciuntur summo Pontifici, qui illis prohibet transferre sua bona, jura, & actiones in filios illegitimos.

Tum quia etiam res, circa quas disponit 15 sunt bona clericorum, quæ tanquam accessoria sequuntur ipsam personam, ratione cujus etiam bona remanent sub jurisdictione summi Pontificis: & quia jurisdictio summi Pontificis directè se extendit ad omnes clericos etiam extra statum ecclesiasticum, ita etiam in bona clericorum tanquam in accessoria, consequenter præfata constitutio Pij V. extenditur etiam extra statum ecclesiasticum. Verum tamen est, præfatam constitutionem fuisse ex parte temperatam à Paulo V. in sua constitutione 18., quæ incipit *In eminenti Apostolicæ dignitatis*, quoad Curiales, Incolas, & cives Urbis Romæ, & ejus districtus intra decem milliaria, quia isti, si disponant de proprijs bonis in favorem illegitimorum, qui tamen non sint geniti ex proprio ipsorum corpore, quamvis dispositio sit nulla, non tamen bona, & jura patrimonialia, & laica devolvuntur ad Cameram Apostolicam, sed transeunt ad hæredes ab intestato. Rursus licèt ex vigore constitutionis Pij V. non possit illegitimus succedere in bonis patris clerici, si tamen legitimetur potest succedere in bonis aliorum, ut dixit Rota in Perusina bonorum de Ubaldis 19. Octobris 1584. quia constitutio Pij V. excludit tantùm à successione in bonis paternis; proinde quoad alia bona hæc remanent sub dispositione juris communis antiqui.

Quæritur octavò, an filij nati ex parentibus adstrictis voto simplici castitatis fiant legitimi per subsequens matrimonium, quod ex pontificia dispensatione initum fuit? Respondetur, duas esse opiniones, quarum prima asserit, fieri legitimos, eò quia tempore conceptæ, vel natæ prolis nullum aderat impedimentum, quod potuisset dirimere matrimonium, si tunc fuisset inter parentes initum: siquidem votum simplex castitatis non dirimit matrimonium contractum, sed tantùm impedit, ne contrahatur: proinde cùm potuerit tempore conceptæ prolis matrimonium validè consistere, quamvis non licitè proles; tunc genita ab adstrictis simplici voto castitatis per subsequens matrimonium fit legitima: & hæc opinio mihi videtur probabilis, quia jura tantùm exigunt ad legitimationem prolis per subsequens matrimonium, ut tempore prolis conceptæ, vel natæ potuerit matrimonium consistere, & quia non obstante voto simplici castitatis adhuc poterat consistere, quamvis non licitè, ideo legitimatio cùm sit favorabilis judicanda est in favorem prolis, præsertim cum jura non loquantur de matrimonio illicitè contracto. 16

Contraria tamen opinio est communior, 17 & forsan probabilior; quia revera proles illa concepta, & orta est ex sacrilegio, & proinde ex damnato congressu. Tum quia genita fuit ex parentibus, inter quos non poterat matrimonium consistere citra Pontificiam relaxationem juris: cùm enim jura prohibeant tale matrimonium, ex vi juris non potest consistere, proinde neque ex vi juris potest per sub-

ſubſequens matrimónium proles fieri legitima; & quamvis Pontifex potuerit diſpenſare, & matrimonium tunc conſiſtere, quia tamen non diſpenſavit, & ſecluſa diſpenſatione non potuerit matrimonium conſiſtere ex vi juris; ideo proles per ſubſequens matrimonium non legitimatur. Verùm poſſet reſponderi, ex vi juris non potuiſſe matrimonium conſiſtere licitè, benè tamen validè, cùm ſimplex votum caſtitatis non dirimat matrimonium contractum, ſed tantùm impediat, ne licitè contrahatur.

17 Quæritur nonò, an quando ex lege, vel teſtamento primigenia pertinent ad filium primogenitum, præferendus ſit filius naturalis primò natus ex concubina, ſi adſit alius poſtea genitus ex legitimo matrimonio, ſi mortua legitima uxore vir ducat concubinam, ex qua ſuſcepit filium illegitimum, qui ratione ſubſequentis matrimonij fit legitimus? Reſpondetur, non convenire Doctores, etenim Sylveſter *v. filij q. 25.* Joannes Andreas *in c. fine culpa de regul. jur. in 6.* docent, filium ſecundò natum ex muliere, cui primùm vir nupſit, eſſe præferendum ei, qui primò natus eſt ex concubina, cui ſententiæ adhærent Ancharanus, Cardinalis *in c. tanta 6. h. t.* ut etiam Tiraquel. Jaſon, & alij, quos refert Covarruvias *in epitom. p. 2. c. 8. n. 18.*

18 Fundamenta, quibus hæc ſententia nititor, ſunt. Primò quia quo tempore natus eſt ſecundò genitus à tali viro, nullus erat primò genitus filius legitimus: quia filius, quem genuerat ex concubina, tunc non erat legitimus, proinde non potoit eſſe primò genitus legitimus: & è contra ille, quem genuit ex propria uxore, tunc fuit ſolus legitimus; conſequenter & primò genitus legitimus; proinde debet hic præferri filio nato ex concubina, tametſi per ſubſequens matrimonium fuit legitimus effectus: quia natus ex concubina tantùm eſt prior quoad nativitatem; non verò quoad legitimitatem, cùm fiat legitimus tantùm per ſubſequens matrimonium; unde cùm ſecundò genitus ex uxore ſit prior quoad legitimitatem eſt præferendus quoad legitimitatem primò genito ex concubina. Secundò quia filius ex primo conjugio ſuſceptus acquiſierat jus ad primigenia antequam filius naturalis ſuſceptus ex concubina fieret legitimus per ſubſequens matrimonium contractum à ſuo patre cum tali concubina: atqui reſtitutio legitimorum natalium nunquam intelligitur fieri cum gravi damno alterius.

19 Secunda ſententia, quam docet ipſe Covarruvias *loc. cit.* aſſerit, præferendum eſſe filium ſuſceptum ex concubina, & legitimatum per ſubſequens matrimonium, & nititur eò quia tunc matrimonium cum concubina fictione juris retrotrahitur ad tempus conceptæ prolis. Hinc ad fundamenta prioris ſententiæ reſpondent Salicetus, Florianus, Baldus, & alij apud Covarruviam *loc. cit.* procedere de filio naturali, qui ex reſcripto Principis fiat legitimus. Ex his duabus ſententiis prior mihi videtur probabilior, & verior, quia ut notat Molina Juriſta *lib. 3. de primogen. c. 1. n. 8.* proles ſuſcepta debet conferri cum matrimonio, quod priùs initur, non verò ſi matrimonium contrahatur poſt ſolutionem alterius, proles ſuſcepta ante primum matrimonium, eò quia legitimetur per ſecundum matrimonium debet præferri filijs ſuſceptis ex primo matrimonio.

Tum quia matrimonium cum concubina non potuit conſiſtere, eò quia vir duxerit in uxorem alteram fæminam validè, & legitimè, & vir nō poteſt ſimul, & ſemel habere uxores duas fæminas: neque per fictionem juris poteſt ſecundum matrimonium retrotrahi ad tempus conceptæ, vel natæ prolis ex concubina, quia cum vir ſtatim poſt genitam prolem ex concubina nupſerit licitè, & validè alteri fæminæ, non potuit tunc matrimonium cum concubina conſiſtere. Verùm quamvis non potuiſſet conſiſtere pro tempore, quo contraxit cum alia; potuit tamen matrimonium conſiſtere tempore, quo ex concubina generavit prolem, quia tunc nullum aderat impedimentum: & ideo utraque opinio eſt probabilis. 20

Quæritur decimò, an ſubſequens matrimonium legitimet filios natos in tempore, in quo matrimonium non poterat conſiſtere? Reſpondetur ſubſequens matrimonium non legitimare filios natos eo tempore, quo matrimonium non poterat conſtare ob aliquod impedimentum dirimens, ita enim communiter docent Canoniſtæ *in c. tanta eſt vis 6. h. t.* præſertim Abbas *in d. c. n. 14.* Covarruvias *in epit. decret. lib. 4. p. 2. c. 8. §. 8. n. 13.* Hoſtienſis *in ſum. lib. 1. tit. de fil. Presbyt. n. 6.* Ratio eſt, quia effectus non poteſt excedere virtutem ſuæ cauſæ, ut ex Juriſtis notat Baldus *in l. 4. ff. de juſtit. & jur.* conſequenter non poteſt effectus cauſari in loco, aut tempore, in quo nequit cauſa exiſtere, adeò ut ex limitatione cauſæ quoad locum, & tempus limitetur etiam effectus quoad locum, & tempus, & deſumitur ex *l. cancellaverat 2. ff. de his, quæ in teſtam. delen.* & *l. ex facto §. item quæro. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & habetur etiam *in c. ea noſcitur de ſent. excommun.* & notant Gonzalez *ad regul. 8. cancell. §. 5. proœm. n. 6.* Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa p. 1. n. 147.* Atqui matrimonium quamdiu durat impedimentum dirimens non poteſt pro toto eo tempore conſiſtere: proinde neque poteſt pro eodem tempore legitimare filios natos; alioquin effectus produceretur in tempore à cauſa, quæ eſſet impedita ad operandum, & non poſſet operari; proinde haberetur effectus ſine operatione ſuæ cauſæ, quod repugnat. 21

Neque urget ſi dicas, matrimonium ſubſequens legitimare ſuſceptam prolem fictione juris: quia licèt id verum ſit, quando proles poteſt legitimari; non ita quando non poteſt, quia jus fingit, quòd matrimonium ſubſecutum tunc temporis extiterit, & ſupponit, quòd potuerit exiſtere: atqui cum impedimento dirimente non poterat conſiſtere; conſequenter 22

nec

nec jua tunc fingit, matrimonium subsecutum tunc temporis extitisse, cùm non potuerit existere. Tum quia fictio juris imitatur naturam *l. adoptio ff. de adopt.* ut notant communiter Jurisperiti in *l. si is pro tempore ff. de usucap.* proinde non potest singi, quod est impossibile, & contra rerũ naturam *l. sed de pecunia §. nec enim ff. de usufruct.* & cùm præsens quæstio procedat de tempore, in quo matrimonium est impossibile; non potest fingi, quòd pro eo tempore matrimonium existat, & causet effectum legitimationis.

23 Quòd si dicas, pro tali tempore matrimonium esse tantùm impossibile de jure ob impedimentum à jure introductum; proinde posse jus fingere. quòd fuerit possibile, ac potuerit consistere. Contra est, quia hæc fictio juris esset contra juris naturam, hoc est contra juris dispositionem, cùm enim dispositio juris sit, ut tale matrimonium non possit tali tempore cum tali impedimento consistere, fictio juris non potest fingere, quòd potuerit existere: non enim fictio juris destruit dispositionem juris, sed potiùs adjuvat, proinde fictio juris non extenditur ad id, quod est de jure impossibile *l. qui ad certam ff. locati.* Ut notat Bartol. *in. l. Gallus. ff. de lib. & posth.*

24 Tum quia circa idem haberentur duæ fictiones, quarum una fundaretur in alia, quæ non admittuntur *l. 1. C. de dot promiss.* Bartol. *in l. si quis pro emptore C. de usucap.* & communiter Juristæ: cùm enim fictio fingat esse, quod de facto non est, sed tantùm potest esse ideo fundatur immediatè in ipsa possibilitate rerum: si autem concederentur præfatæ duæ fictiones, una fundaretur in alia, quia fictio, quòd fuerit pro illo tempore matrimonium, fundaretur in hac alia, nimirum, quòd pro eodem tempore potuerit consistere matrimonium: cùm enim id verum non sit ob impedimentum dirimens, ideo quòd potuerit consistere, est fictio juris; sic fictio, quòd extiterit, fundaretur in alia fictione, quòd potuerit tunc existere, cùm de facto non potuerit existere ob impedimentum.

25 Quæritur undecimò, an filius ex adulterio susceptus legitimetur, si alter parentum bona fide matrimonium contraxit? Respondet Glossa *in d. c. tanta est 6. h. t.* non fieri legitimum, quamvis probabiliùs postea censeat, legitimum esse. Mihi tamen cum Abbate *in d. c. tanta 6. n. 8. h. t.* videtur procedendum cum distinctione. Vel enim solutus in facie ecclesiæ nupsit fæminæ vinculo matrimonij adstrictæ, sed bona fide, eò quia ignoraverit, fæminam illam fuisse matrimonio ligatam: ut etiam è contra si vir habens uxorem matrimonium contraxit cum fæmina soluta bona fide, quatenus fæmina ignorabat virum illum esse cum alia uxore copulatum; & tunc filij ex tali matrimonio suscepti legitimi sunt, ut desumitur ex *c. ex tenore 14. & penult. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd quando conjugatus ducit aliam in facie ecclesiæ, quæ ignorat, illum esse conjugatum ejus proles judicatur legitima. Ut enim cum Glossa notant communiter Doctores sufficit bona fides unius parentis, ut filij sint legitimi, tametsi nati sint, vel etiam concepti mota lite. Vel matrimonium fuit contractum inter parentes scienter adulterium patrantes, & tunc filij ex tali adulterio nati non fiunt legitimi, si in tempore conceptæ, vel natæ prolis matrimonium inter parentes non poterat consistere, ut communiter docent cum Covarruvia *loc. cit. n. 16.* Ratio est, quia quando ambo scienter adulterium perpetrant, neuter est in bona fide, proinde hæc non suffragatur in ordine ad legiti-
mandam prolem. 26

Quæritur dnodecimò, an si in odium substituti, & ejus qui in primigeniis erat alioquin successurus matrimonium quis contrahat, ut eidem noceat, eúmque excludat; filius per subsequens matrimonium factus legitimus sit ei præferendus? Respondent Molina Jurisfla *lib. 2. de primigeniis c. 2. n. 27.* Gomez, & alij, filium per subsequens matrimonium factum legitimum non esse præferendum substituto; eò quia matrimonium subsequens contractum sit in fraudem, & odium substituti; fraus autem, & dolus nulli debent patrocinari. E contra alij inter quos Franciscus Satmentus *lib. 1. interpretat. c. 6.* Vasquez *lib. 3. controvers. c. 41. n. 5.* censent, filium factum legitimum per subsequens matrimonium esse præferendum substituto, & huic sententiæ, quæ videtur probabilior adhæret etiam Covarruvias *in epitom. p. 2. c. 8. §. 2. n. 10.* nam licèt in foro judiciali fortassis prima sententia sit vera in favorem substituti, si revera probari possit, matrimonium fuisse contractum in odium substituti; quia fraua, & dolus nulli debent patrocinari.

27 Secunda tamen in foro conscientiæ est tuta, quia cùm sit quis Dominus suorum bonorum potest hæredem instituere à se genitum ex illegitima copula, ex eo, quòd proles fiat legitima per subsequens matrimonium: quia citra injuriam alterius potest nubere illi fæminæ, ex qua suscepit prolem; contrahendo enim cum illa matrimonium utitur jure suo: & quia leges ex vi talis matrimonij habent pro legitima prolem ex tali fæmina antea susceptam, iden hæc ex vi legis præfertur substituto.

28 Quæritur tertiodecimò, quid si fideicommissum relictum sit patri habenti filium naturalem ea conditione, ut si absque liberis, vel absque liberis legitimis decesserit, tunc filius naturalis factus legitimus per matrimonium subsequens excludat substitutum cum tali conditione? Covarruvias *loc. cit. n. 31.* & alij apud ipsum respondent cum distinctione, si conditio dicat: si absque liberis ex legitimo conjugio susceptis omnino decesserit: censent non excludi per filium naturalem factum legitimum, eum, qui cum prædicta conditione substituitur. Sin verò conditio simpliciter dicat: si absque liberis, vel absque filijs legitimis decesserit; tunc censent, filium naturalem factum legitimum ex vi matrimonij subsequentis

esse præferendum substituto, & illum excludere. Covarruvias tamen absque ulla distinctione absolutè censet, substitutum excludi, tamesi conditio fuerit apposita, si absque liberis legitimè natis : vel absque liberis ex legitimo conjugio susceptis decesserit: & hæc sententia mihi videtur verior, quia eo ipso, quòd jure ex vi subsequentis matrimonij habenc pro legitimo talem filium naturalem: hic habet omnia jura filij legitimi: & sicut natus legitimus ex matrimonio esset præferendus substituto, ita etiam, qui per subsequens matrimonium fit legitimus, quia eodem jure, quo legitimè natus præfertur substituto; eidem etiam anteponitur factus legitimus per subsequens matrimonium.

29 Quæritur quarto decimò, an filij naturales fiant legitimi per subsequens matrimonium initum à constituto in mortis articulo, vel à sene decrepitæ ætatis cum concubina? Respondetur, Baldum in *l. eam quam n. 27. C. de Fidei-commiss.* putare, tale matrimonium esse quidem validum; sed negare esse efficax ad reddendam prolem antea susceptam, legitimam. Movetur ad id asserendum; quia in *l. nuper C. de natural. liber.* deciditur, matrimonium tunc tantùm habere vim prolis legitimandæ, quando spe sobolis initur: atqui hæc spes minimè affulget in eo, qui est extrema senectute confectus, vel in mortis articulo constitutus, proinde tale matrimonium afferit non habere vim prolis antea susceptæ legitimandæ.

30 Secundò quia non potest constitui dos deserviens oneribus matrimonij sustinendis, id autem requiritur ad legitimandam prolem *l. Juliam ff. de jure dot.*

31 Nihilominus dicendum est, tale matrimonium in mortis articulo initum habere vim legitimandi prolem antea susceptam ex concubina, si matrimonium eum ipsa contrahatur, ita enim docent communiter Canonistæ Abbas *in c. commissum n. 3. de sponf.* Alexander de Nevo *eod. cap. commissum n. 7.* Alberic. *l. cùm quis n. 5. C. de natur. liber.* Aretinus *l. sed est quæsitum in fin. ff. de liber. & posth.* Imola *l. si quis posthumos in fin. princ. ff. de liber. & posth.* Mayner *l. quoties n. 22. de reg. jur.* Ratio est, quia *in c. tanta vis est. 6. h. t.* Virtus legitimandi prolem ante susceptam tribuitur matrimonio validè inito: atqui si constitutus in mortis articulo nubat suæ concubinæ, tale matrimonium est validum, proinde tribuenda est illi virtus legitimandi prolem antea susceptam. Non enim cohæret, matrimonium esse validum, & non efficere prolem naturalem antea susceptam legitimam: Quòd verò tale matrimonium sit validum, constat ex usu ecclesiæ; si enim constitutus in mortis articulo sit valdè affectus erga concubinam, cui diu adhæserat, eique nubat, ne spiritualis ejus salus ob concubinæ affectum desperetur ob defectum propositi recedendi ab illa, tale matrimonium ab ecclesia habetur ut legitimum. Tum quia potentia generandi adhuc perseverat in illo articulo, quamvis impedita sit per accidens ex violentia morbi. Tum quia nec propositum non concipiendæ prolis, nec debiti non reddendi irritat matrimonium, quando id in pactum non deducitur *c. fin. de condit. appos.*

Neque rationes in oppositum urgent. Ad primam respondent idem Baldus *c. innotuit n. 11. de elect.* Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10.* matrimonium dici spe prolis initum ex eo, quòd contrahatur in ordine ad suscipiendam prolem legitimam, quæ ex illegitimo concubitu suscepta fuerat: atqui tale matrimonium initum in mortis articulo in id tendit, nimirum ut legitima fiat proles ex illegitimo concubitu antea suscepta: unde proles illa non simpliciter, sed ut affecta novâ qualitate legitimationis est effectus oriens ex matrimonio inito in mortis articulo. Quòd verò addebatur de dote. Respondetur in jure canonico ad prolis legitimationem non desiderati constitutionem dotis. 32

Si dicas *in c. 2. de frigidis* haberi matrimonium non posse contrahi ab eo, qui non potest generare. Respondetur, textum intelligi communiter de eo, qui non potest generare per se, & per vim naturalem: non verò de eo, qui tantùm ex accidenti, eò quia ægrotet, vel quia sit senex effectus, non potest generare. 33

Quæritur quinto decimò, an filij nati ex matrimonio Monialis pendente causâ super nullitate religiosæ professionis licèt secuta sententia, sint legitimi, & habiles ad successionem? Respondetur, tales filios esse illegitimos, ac inhabiles ad successionem. Ratio est, quia eatenus possent dici legitimi, quatenus essent ex matrimonio putativo causante legitimitatem filiorum in ordine ad successionem, ut deciditur *in c. lator. 5. h. t.* & docent communiter Canonistæ Covarruvias *in epit. de desponf. c. 8. §. 1. n. 3.* Menochius *consil. 490. n. 5.* atqui tales filij non possunt dici nati ex matrimonio putativo, quia hoc exigit bonam fidem in contrahentibus, vel saltem in altero ex contrahentibus: & in neutro præsumitur bona fides, consequenter matrimonium non potest esse putativum. Quòd mala fides præsumatur in Moniali, ex eo ostenditur, quia ipsa scit revocari in dubium sententiam nullitatis suæ professionis, cùm nondum sit conclusa, & quia hæc mala fides præcessit matrimonium, illud vitiat juxta *c. fin. §. si quis vero, de clandestin. desponf.* & *c. ex tenore 14. h. t.* & ita decidit Rota coram Puteo *decis. 77. n. 1.* etenim ut Monialis dicenda esset contraxisse cum bona fide, debuisset prorsus ignorare, & nihil omninò scire, quòd sententia super nullitate professionis religiosæ pateretur difficultates, & quidem non parvi momenti: & quia Monialis benè noverat, causam esse adhuc dubiam, non potuit cum tali scientia constitui in bona fide. Tum quia Monialis erat certa de impedimento voti solemnis à se emissi, ac dirimentis matrimonium, quia enim erat certa de tali voto, & impedimento dirimente, ideò procuraverat remedium, ut ejus professio declararetur nulla. Cùm enim hæc omnia in jure clarissima illi innotuerint, 34

non

non potuit præsumi in bona fide, nec potuit matrimonium inire contra certum illud impedimentum: unde potius dolus tunc præsumitur, quàm bona fides, & ignorantia, ut docet Felinus *in c. de quarta V. dicitur autem probabilis de præscription.* Baldus *in repetit. l. celsus nota 4. de præscript.* Rota coram Puteo *decis. 15. lib. 2. n. 5.*

35 Quòd verò neque ex parte viri præsumatur bona fides, ex eo etiam evincitur, quia ipse optimè norat, eam, cum qua erat matrimonium initurus, fuisse monialem; & non est verisimile non adhibuisse diligentiam, qua deveniret in notitiam nullitatis professionis: & quia lis nondum erat absoluta, & causa anceps adhuc penderet, & notissimi sit juris, quòd non potuerit cum ipsa contrahere, quamdiu lis duraret; ideo nec in viro potest præsumi bona fides, quòd si fortassis neglexit inquirere, & debitam adhibere diligentiam, jam subintrat negligentia crassissima, & ignorantia affectata, non excusans à culpa, proinde neque inducens bonam fidem; quia talis ignorantia tunc habetur pro scientia *c. 2. de temp. ordinat.* & notant Glossa, *V. affectata.* Tiraquel. *tract. lignag. Gloss. 4. n. 34.* Gaillus *obser. 48. n. 15. lib. 2.* unde talis ignorantia affectata nec potest inducere bonam fidem ex parte viri sufficientem ad matrimonium putativum. Tum quia cùm ipsi innotuerit impedimentum status religiosi, quo dirimebatur matrimonium, tenebatur inquirere, an esset omnino sublatum, ita ut nihil obstaret, quin posset matrimonium contrahi, quòd si omiserit inquirere, æquè est in dolo, ac si scienter cum tali impedimento contraxisset *c. fin. de clandest. despons. l. quod te §. ibid. de reb. credit. l. quisquis. C. de rescind. vendit.* ut notat Glossa *in d. l. quod te.*

Quæritur sexto decimò, coram quo judice tractari debeat quæstio natalium? Respondetur, pertinere ad judicem ecclesiasticum, quia cum causa natalium sit accessoriè annexa ipsi matrimonio, quod ratione sacramenti est spirituale, ideo cùm accessorium sequatur suum principale causa natalium tractanda est à judice ecclesiastico, ad quem pertinent causæ spirituales; adeò ut judex sæcularis, nec principaliter, nec incidenter possit de tali causa cognoscere. Quòd si quæstio intentata coram judice sæculari sit temporalis, & profana, cujusmodi est quæstio hæreditatis, tunc illa non debet per judiciem ecclesiasticum, ad quem delata est causa incidens natalium, cognosci: potest tamen imò, & debet judex ecclesiasticus opponenti exceptionem nativitatis præfigere terminum peremptorium, intra quem teneatur probare talem exceptionem, adeò ut illo elapso non sit amplius audiendus: & id debet, vel maximè à judice ecclesiastico tunc fieri, quando vehementer præsumitur de calumnia excipientis. Quando enim quæstio principalis fuit intentata coram judice sæculari, non potest judex ecclesiasticus, qui cognovit super quæstione incidente, postea cognoscere de principali; sed tenetur partes remittere ad judicem sæcularem: eo enim ipso, quòd causa principalis fuit inchoata coram judice sæculari, non potest judex ecclesiasticus accessoriè cognoscere de incidente. Secus si nulla quæstio mota sit coram judice sæculari, & causa incidens de legitimitate natalium mota esset coram judice ecclesiastico, tunc hic posset etiam incidenter cognoscere de causa principali hæreditatis, ut deciditur *in c. lator 5. h. t.* & ibi Abbas *n. 5.* Alexander de Nevo *n. 8.* & communiter Canonistæ. 36

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

CUm in titulis præcedentibus Pontifex egisset de impedimentis, quibus matrimonium irritatur: & etiam de requisitis ad matrimonium validè contrahendum, adijcit in calce hujus libri tertiam, & postremam partem ejusdem, quæ est de dissolutione matrimonij. Cùm enim matrimonium non possit privata authoritate declarari nullum, sed ad id requiratur cognitio causæ, & authoritas judicis ecclesiastici, ideo de hac separatione, seu solutione matrimonij speciatim agitur in jure: & quia accusationes, & testimonia præcedunt divortium, quod supponit semper aliquod impedimentum, vel delictum, quod per accusationem deferatur ad judicem, ideo in hoc titulo agit Pontifex de ijs, qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. RELATUM 1. h. t. Alexander III. rescribit Episcopo Parisiensi in quæstione matrimonii, an sit validum, cum probari possit impedimentum cognationis; si maritus sit absens, & cum omni diligentia requisitus nequit inveniri: si manifestum sit quod asseritur, vel apparent legitimi accusatores, & testes, posse tunc testes recipi, & quæstionem secundùm canones solvi, Ex quo textu colligitur cum Panormitano, quòd si maritus sua culpa sit absens, & diligenter requisitus convenienti scilicet tempore, quod ordinariè, est quinquennium, possit contra illum procedi ad sententiam definitivam, idque a fortiori si delictum ipsius dedit occasionem absentiæ, ut in textu commissum homicidium: secus est si absque sua culpa ex legitima causa se absentaverit. Notat tamen Panormitanus hic n. 6. in dubio præsumendum esse se absentâsse in fraudem uxoris. Ex hoc textu deducitur quasi regula, quòd altera parte absente, & non contumace testes recipiantur lite non contestata, & feratur sententia.

C. A NOBIS 2. h. t. declarat Clemens III. in causa matrimoniali accusationem, & testimonia non debere fieri in scriptis, sed personaliter, quia scriptura quamvis valeat quantum ad præsumptionem, non tamen valet, quoad sententiam, nisi alia legitima adminicula suffragentur. Ex quo textu liquet ad ferendam sententiam non sufficere accusationes, & testes in scriptura tantùm expressos, tametsi pariant aliquam præsumptionem; sed accusationes debere fieri viva voce, & testes iisdem debere præsentialiter testificari: & præsumptionem non probare, nisi sit violenta regulariter. Cæterum propter præsumptionem quandoque defertur juramentum Actori, quandoque reo. c. ult. de jurejur.

C. VIDETUR NOBIS 3. h. t. Clemens III. rescribit Episcopo Florentino in causa matrimonij conjungendi, vel dirimendi ad testificandum admittendos esse parentes, qui si desint, etiam proximiores: secus in criminalibus, & contractibus: ex quo textu desumitur regula quòd in causa matrimoniali parentes & consanguinei utriusque sexûs sint testes idonei, etiam quando agitur de matrimonio contracto. Fallit in matrimonio conjungendo quando alter est superior nobilitate, potentia, vel divitiis; quia tunc parentes inferiores utpote suspecti non admittuntur c. super eo de rescript. *Cæterum parentes admittuntur semper ad probandam consanguinitatem, & etiam ipsum contractum matrimonij* c. super eo de testib. *Putârim tamen id relinquendum esse arbitrio Judicis, ut ex circumstantiis deprehendat, an testimonium sit suspectum.*

C. INSUPER 4. h. t. Idem Pont. declarat puellam innubilem, quæ invita contraxit & postea in ætate sponte cognita fuit, si dicat, se nunquam consensisse, & id probet per testes præclares fama & conversatione, non esse audiendam, quia antequam cognosceretur non reclamavit, & facilè potuisset. Ex quo textu colligitur, matrimonium nullum propter defectum ætatis, seu initum ante pubertatem, quæ in fœmina incipit anno 12. completo, & in mare 14. vel etiam contractum propter metum, convalescere per spontaneam cohabitationem ac legitimam ætatem, maximè si interveniat carnalis commixtio c. attestationes de despons. impub. *Secus ut notat Glossa si puella semper invita detenta fuisset, & tam verbo, quàm facto contradixisset, audienda esset, sed quando non detinetur invita, & non contradicit, cùm possit ex tempore præsumitur contra ipsam* c. ad id quod de sponsal.

C. SIGNIFICANTE 5. h. t. declarat Innocentius III. eum, qui accusat matrimonium quæstûs causâ, seu ut inde accipiat pecuniam non esse audiendum, & esse repellendum. Ubi notat Glossa, accusatorem rejici ob turpem quæstum, quia tunc agitur de periculo animarum: imò non solùm Judex in causa matrimoniali potest ex officio accusatores quæstûs causâ repellere, verùm etiam in aliis causis ob periculum animarum, & peccati: facilè enim per pecunias possunt testes corrumpi. Rursus rejiciuntur etiam accusatores, si intra tempus statutum non accusaverint. Cæterum, si in causa matrimoniali detur pecunia, potest committi simonia, eò quia matrimonium sit sacramentum conferens gratiam, ut habetur in Tridentino sess. 24. c. 9.

C. CUM IN TUA 6. h. t. declarat idem Pont. eum qui accusat matrimonium jam contractum, si in tempore denuntiationum non manifestavit impedimentũ, nõ esse admittendũ, nisi fortassis eo tempore fuerit extra diœcesin, vel non potuerit habere notitiam denuntiationis, ut si ex morbo non erat sanæ mentis, vel ita puer, ut similia non intelligeret, vel ex alia legitima causa fuerit impeditus: vel etiam si juret, se postea didicisse ab aliis, qui sciverunt denuntiationes, & tale impedimentum, quod tamen siluerunt ob aliquam justam causam, tunc enim declarat Pontifex, accusatorem esse audiendum, ut etiam si juret se non procedere ex malitia. Ubi notandum est, existentem in diœcesi, vel civitate præsumi, ea scire, quæ publicè fiunt, nisi quis sit absens, aut defectu ætatis talia non intelligat, vel patiatur exilium rationis, vel erat excommunicatus tempore denunciationis, proinde non poterat impedimentum denunciare. Verùm

rùm tunc allegantì ignorantiam incumbit onus eam probandi. Rursus ex textu liquet, impedimentum matrimonij posse juramento probari. Neque hunc textum adversari c. ex litteris de in integr. restit. & c. cupientes §. quòd si per viginti de elect. in 6. *Verùm hæc jura procedunt, quando impedimentum potest aliter probari, ut per testes, vel aliam legitimam rationem, quia tunc non admittitur juramentum* c. licèt universis de tex. *secus præsens textus procedit de præsumptione scientia orta ex re publicè gesta: quando præsumptio hæc est debilior eâ, quæ oritur ex juramento, tunc admittitur juramentum: secus quando præsumptio scientia ex publicè gestis est fortior eâ, quæ oritur ex juramento, hoc non admittitur, ut in præcitatis* c. ex litteris, & c. cupientes. *Cæterum rectè notat Panormitanus hic* n. 9. *Judicem debere arbitrari secundùm qualitatem præsumptionis, & diligenter examinare, an juramentum sit sufficiens, quia quandoque præsumptio est ita levis, ut per juramentum excludatur: nonnunquam præsumptio est ita urgens, ut juramentum non sufficiat ad eam excludendam* c. vidua cum Gloss. de regul. *unde non semper per juramentum excluditur præsumptio.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Qui sint idonei Accusatores matrimonij, ac testes, & qui repellendi.

1 CErtum est, omnes causes metrimoniales pertinere ad judicem ecclesiasticum, adeò ut contrarium contumaciter sentientes anathemate percutiantur à Concilio Tridentino *sess. 24. de sacram. matrim. can. 12.* adeò ut judices sæculares non possint se immiscere in causis matrimonialibus: ratio est, quia cùm matrimonium fuerit à Christo assumptum ad rationem sacramenti, ideo causa illius est spiritualis ratione sacramenti, quod procul dubio est spirituale; consequenter non convenit, causas matrimoniales tractari à judice sæculari *c. decernimus de judic.* Quinimo quamvis causa principalis sit sæcularis, & quæstio tantùm incidet de valore metrimonij, ut si agatur de hæreditete principeliter, & qui hæreditetem prætendit, negetur esse legitimus; adhuc tenentur judices sæculares in causa principali hæreditatis supersedere, donec à judice ecclesiastico quæstio incidens de valore metrimonij decidatur, cum tunc causa principalis dependeat ab incidente.

2 Rursus causæ metrimoniales non ad quoscunque judices ecclesiasticos pertinent, sed tantùm ad Episcopos, & eorum Vicarios, adeò ut Decani, Archidiaconi non possint sibi de jure vindicare hanc cognitionem super causis matrimonialibus, ut habetur ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reform. c. 20.* Abbates tamen aliqui exempti hebentes totum territorium, & in eo jurisdictionem quasi episcopelem, tametsi Episcopi non sint, possunt nihilominus etiam ipsi in proprijs territoriis cognoscere super causis matrimonialibus: ratio est, quia ad decisionem harum causerum non requiritur ordo Episcopalis, sed tantùm jurisdictio.

Quia verò nemo potest proprie privata au-
3 thoritate conjugē dimittere etiam ob quodcunque impedimentum, vel delictum sine sententia judicis; ideo si quod occurrat impedimentum eccusari debet apud judicem ecclesiasticum, ut ipse cognoscat, & sententiam ferat: alioquin si maritus propria authoritate de facto dimisisset uxorem, compellendus esset ad eam recipiendam; & rursus etiam multandus pœne arbitrerie, ut habetur *in c. 3. & 4. de divortiis.* Rursus non omnes eccusare possunt, qui enim propter quæstum eccusant, repellendi sunt, ut desumitur *ex c. significante 5. & penult. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd qui accuset metrimonium pro quæstu, seu ut hebeat pecuniam, sit repellendus: unde instituta eccusatio ob turpem causam, ut ob quæstum in proposito non debet admitti, & potest judex ex officio repellere tales accusatores, eò quia agetur de periculo animarum, immo id non solùm procedit in causa matrimonij, verùm etiam in alijs causis, ut notet Panormitanus. Quòd verò *in d. c. significante 5. h. t.* mulier instituerit accusetionem matrimonij quæstûs causâ probari potuit per mediatores, & etiam per testes, quos nitebatur corrumpere ob hanc causam, ut notet Abbas *in d. c. significante n. 5. h. t.* Repelluntur etiam ab accusatione matrimonij jam contrecti, qui tempore præmissæ denuntiationis scientes impedimentum aliquod dirimens, illud reticuerunt, cum debuissent illud manifestare.

Id tamen limitatur, nisi tunc probabiliter 4
ignoraverint denuntiationem; vel jurent, se postea primùm in ejus notitiam devenisse, & quod nihil malitiosè objiciant contre metrimonium, ut desumitur *ex c. cum in tua 6. & ult. h. t.* ubi Pontifex rescribit, quòd accusans matrimonium iam fectum; si tempore denuntiationum non manifestevit impedimentū, non sit admittendus, nisi eo tempore fuerit extra Diœcesin, vel non potuerit habere notitiam denun-

nunciationis: ut si ex morbo non erat sanæ mentis: vel ita puer, ut hæc non intelligeret: vel aliâ causâ legitimâ fuerit impeditus; vel etiam si juret, quòd ea postea didicit ab alijs, qui sciverunt denuntiationes, & silverunt, hic esset audiendus, si etiam juret, quòd hoc non procedat ex malitia: alioquin existens in diœcesi, aut civitate præsumitur scire, quæ in ea publicè fiunt, nisi quis sit absens, aut ex defectu ætatis non intelligat, quæ publicè fiunt, & idem est de quavis alia causa legitima, ut liquet; exemplum ponit Panormitanus *in d. c. n. 3.* si quis enim erat excommunicatus tempore denuntiationis, quia non poterat tunc impedimentum denuntiare, permittitur eidem, ut possit postea illud denuntiare.

5 Præterea quando publicè fit denuntiatio, seu proclama impedimenti præsumptio juris est, quòd quis illam scivit; sed si cum juramento asserat se denuntiationem ignorâsse, adhuc admittitur, quia ut notat Glossa *in c. cum in tua V. juramentum*, plus valet juramentum unius, quàm præsumptio juris, quia hæc per juramentum eliditur. Id tamen non procedit, quando impedimentum potest vero similiter probari per testes, vel alias legitimas probationes, quia tunc non admittitur juramentum partis, ne recedatur à regula juris *c. licèt 47. de testibus* & docent Barbosa hic *in collect. n. 7. &* Menochius *lib. 1. de præsumpt. 77. n. 10.* judex enim tenetur arbitrari secundùm qualitatem præsumptionis, an juramentum sit sufficiens: siquidem præsumptio nonnunquam est ita levis, ut per juramentum excludatur: & nonnunquam est ita urgens, ut juramentum proprium non sufficiat ad eam excludendam. Præterea id interest discriminis inter accusatorem, & testem, quòd accusator admittitur ad accusandum matrimonium, quamvis eius author, à quo ipse audivit impedimentum, admitti non possit, eò quia neglexerit tempore publicæ denuntiationis illud manifestare. Testis verò semper repellitur à ferendo testimonio, si eius author repellatur, ut habetur *in c. vires 43. de* testibus. Ratio discriminis est, quia accusator fundat suam intentionem non in nuda accusatione, sed in testibus, vel alijs probationibus, proinde culpa authoris non debet ipsi nocere, cùm non fuerit in culpa, secus testis cùm deponat de auditu; fidem testimonij sui fundat, & collocat in persona alterius, à qua audivit: unde si author repellatur tanquam inhabilis à testimonio ferendo, debet similiter etiam testis repelli; cessante enim fundamento corruit res fundata.

6 Quamobrem ipsi conjuges, & omnes illi, quorum interest, possunt matrimonium accusare, & occultum impedimentum judici ecclesiastico manifestare. Quinimò si fama spargatur, quosdam conjugatos de facto laborare aliquo canonico impedimento tenetur judex ex officio inquirere, & diligentiam adhibere, ut notitiam enanciscatur veritatis. Quinimò etiam quilibet de populo, cui impedimentum innotescit potest illud judici manifestare, & matrimonium accusare, id ob bonum animarum, ne scilicet aliqui sub specie conjugij impunè adulteria, vel incestus committant: id tamen procedit, nisi sit præsumptio, quòd ex odio, aut malitia, vel ad extorquendam pecuniam accusator moveatur ad alienum matrimonium turbandum, ut habetur *in d. c. significante 5. h. t.* Contra accusatorem oritur præsumptio, si eo tempore, quo denuntiationes ante matrimonium in ecclesia factæ sunt, ipse cum præsens fuerit, non contradixerit, & post contractum matrimonium accusationem instituat, tunc enim nisi juramentum sit præstiturus non facilè auditur, & juramentum debet esse, quod primùm ex postfacto in veram impedimenti notitiam devenerit, & nullâ malitiâ ad accusandum fuerit inductus juxta *c. cum in tua ult. h. t.*

Rursus accusatio contra matrimonium, vel tendit ad solam separationem tori, ut si alter conjux commiserit adulterium: & tunc ad accusandum tantùm admittitur conjux innocens, quia ipsius tantùm interest injuria, non nocentis. Vel tendit ad separationem, vel solutionem vinculi matrimonialis, & tunc quamvis alias propria confessio dicatur optima probatio; si tamen conjugati ultro fateantur impedimentum dirimens matrimonium jam contractum, ut si faterentur impedimentum consanguinitatis, impotentiæ, criminis, non propterea matrimonium statim separandum esset, nisi ex alijs conjecturis de veritate appareret, quia potest facilè oriri suspicio, ne conjuges pertæsi cohabitationis colludant; fingántque tale impedimentum, ut liberi fiant à vinculo initi matrimonij, ut habetur in *c. super eo 5. de eo qui cognovit.* Sin autem conjuges non petant separationem, sed tantùm dispensationem, & alterius cohabitare velint, tunc creditur simplici eorundem assertioni, quia nulla suppetit causa, quâ conijciantur de falsitate suspecti: cum confessio non sit in eorum favorem, sed potiùs in gravamen impetrandæ dispensationis. 7

Quando accusatio tendit ad separationem vinculi matrimonialis propter impedimentum consanguinitatis, tunc omnium primi admittuntur parentes ad probandum impedimentum, & ijs deficientibus proximiores consanguinei, cùm isti optimè scire possint, an revera impedimentum existat. Post consanguineos admittuntur etiam ad accusandum extranei, inter quos præferuntur, qui probatæ sunt famæ, & cæteris prudentiores, ac maturiores ex vicinia, quibus consanguinitas facilè potest esse nota, nisi subsit tale impedimentum dirimens, cui possint contrahentes renuntiare, ut esset impedimentum erroris circa conditionem, vel statum, ut si quis ignorans nupserit ancillæ, quam putabat liberam, ad accusandum enim hoc impedimentum non admittuntur nisi liber, qui contraxit cum ancilla; & nisi libera, quæ nupsit servo: quia cùm hunc errorem possint sibi invicem remittere, possunt, qui ita contraxerunt, iterum consentire in matrimonium, illúdque 8

rati-

ratificare, quo pacto cessat impedimentum, eò quia ad ipsos tantùm pertinet cedere jure suo. Rursus si matrimonium accusetur propter impotentiam, eò quia alter conjux impotens sit ad usum matrimonij ratione frigiditatis, vel maleficij, aut alterius impotentiæ: tunc nullus alius ad accusandam talem impotentiam admittitur, quàm ipsi conjuges, quorum interest, tale matrimonium dissolvi, vel etiam invicem cohabitare, si non ut veri conjuges, saltem ut frater, & soror c. *consultationi 4. de frigid. & malefic.* quapropter impedimentum impotentiæ non potest accusari nisi ab ipsismet conjugibus.

9 Cæterum quotquot sunt idonei ad accusandum matrimonium, censentur etiam idonei ad ferendum testimonium pro, & contra illud, dummodo aliàs idonei sint ad testificandum, adeò ut si agatur de matrimonio conjungendo, vel dissolvendo, parentes sint idonei testes, ut desumitur ex c. *videtur 3. h. t.* ubi Clemens III. rescribit in causa matrimonij conjungendi, vel disjungendi ad testificandum admittendos esse parentes, & si hi desint proximiores utriusque sexûs, quia unusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione majorum scire studet: illorum enim interest.

10 Hinc regula generalis est, quòd in causa matrimoniali parentes utriusque sexûs, ut etiam consanguinei sint testes idonei, quamvis agatur de matrimonio jam inito, ut notat Panormitanus contra Glossam *in d. c. videtur 3. h. t.* imò sunt parentes, & consanguinei cæteris præferendi, quia præsumuntur habere pleniorem notitiam tum consanguinitatis, tum contractûs, adeò ut si quis eorum alleget ignorantiam, non facilè audiatur. Rursus juxta jus civile non est validum matrimonium contractum sine consensu parentum, nisi filius jam fuerit emancipatus *l. si filius ff. de ritu nupt.* sed secundùm jus canonicum talis consensus non est necessarius, ut habetur *in tot. tit. de despons. impub.*

11 In casu tamen criminali, sive civili pater non potest testificari in causa filij, nec vicissim filius in causa patris, ut desumitur *ex d. c. videtur 3. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, quòd quamvis parentes possint admitti ad testificandum in causa matrimonij conjungendi, vel disjungendi, non ita in criminalibus, nec in contractibus: unde quòd pater non possit recipi in causa filij, nec filius in causa patris, verum est in criminalibus, & civilibus; non ita in matrimonio conjungendo, vel dirimendo ob ejus prærogativam: hæc tamen regula fallit in aliquibus casibus, quos recenset Speculator *tit. de test. §. 1. post princ.* Quòd si sponsus filiæ, vel sponsa filij sit ditior, vel nobilior, tunc testimonium parentum potest esse suspectum, sive quæratur supra consanguinitatem, sive supra contractum matrimonij *argu. c. super de testib.* Sin verò sint æquales, tunc indistinctè possunt admitti, eò quia cessat suspicio, nisi fortassis, ut rectè notat Panormitanus, alter affectet, ac vehementer desideret matrimonium; & concurrant aliæ circumstantiæ augentes suspicionem: onde Abbas *hic n. 6.* addit, non posse dari certam regulam ad cognoscendum, an, & quando credendum sit testimonio parentum in causa matrimoniali, & Panormitanus censet id relinquendum esse judicio prudentis viri, & arbitrio judicis, ut ex circumstantijs occurrentibus maturè perpensis conijciat, an eorum testimonium suspicionem ingerat, nec ne.

Quando agitur de causa matrimonij, an validum sit, cùm probati possit impedimentum cognationis, si maritus absit, & cum omni diligentia requisitus non potest inveniri; si manifestum est, quod asseritur, aut apparent legitimi accusatores, & testes, possunt recipi testes, & causa secundùm canones terminari. Id tamen procedit, si maritus suâ culpa absens, & diligenter requisitus convenientе tempore scilicet intra quinquennium, ut ponitur *in d. c. perlatum* non invenitur, potest contra illum procedi ad sententiam definitivam; idque à fortiori si delictum ipsius dedit causam absentiæ, ut declaratur in *c. perlatum 8. qui filij sint legitimi:* & in proposito delictum homicidii commissi dedit causam viro, ut abesset. Notat tamen Panormitanus *in d. c. perlatum. n. 6.* in dubijs præsumendum esse, quòd in fraudem uxoris se absentaverit, quia tenetur vir cohabitare uxori. 12

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, quænam probationes requirantur ad causas matrimoniales? Respondetur, non sufficere semiplenas probationes, quia causæ matrimoniales in jure accensentur arduis, censenturque magni præjudicij, proinde requiruntur ad ipsas plenæ, ac integræ probationes: hoc autem procedit, si agatur de matrimonio jam contracto dissolvendo: non ita si de matrimonio impediendo, ne contrahatur; tunc enim etiam semiplenæ probationes admittuntur, & sufficit etiam fama communis, unius testis assertio; immo sufficiunt etiam coniecturæ, & alia indicia indocentia probabilitatem, ut statuitur *in c. 2. de consanguinit. & affinit.* siquidem ex semiplena probatione, & coniecturis causa matrimonialis sit saltem dubia, consequenter, & periculosa, si tum tali dubio matrimonium contrahatur, quia posset facilè contingere, ut invalidè ineatur: in dubio autem, & periculo tutior via tenenda est, & expedit ab initio impedire matrimonium, ne contrahatur potiùs, quàm ut cum periculo peccati celebretur, & ne fortassis ex postfacto cum scandalo dissolvatur. Sin verò agatur de matrimonio iam contracto dissolvendo, in dubiis iudicandum est in favorem matrimonii, quia cùm ex divina institutione sit vinculum indissolubile, non sufficit quecun- 1

que probatio ad illud dissolvendum, sed debet esse plena, & integra, & taliter ut impedimentum dirimens pateat.

2 Quæritur secundò, an possit consanguineus in causa matrimoniali esse testis pro consanguineo? Respondetur cum distinctione, si agatur de impedimento, quod non sit consanguinitatis, & consanguineus in favorem consanguinei testetur, tunc regulariter non admittitur, ut testis idoneus, quia testis debet esse indifferens, & non addictus uni parti, & consanguineus præsumitur semper testificari in favorem potiùs consanguinei, quàm alterius extranei: sin autem agatur de impedimento consanguinitatis, tunc consanguinei sunt testes idonei, eò quia censeantur habere plenam suæ genealogiæ notitiam; & quòd non facilè nuptias incestuosas in propria familia sint toleraturi *c. videtur nobis 3. h. t.* ubi Clemens III. rescribit in causa matrimonii coniungendi, vel disjungendi ad testificandum admittendos esse consanguineos, & in eorum defectu proximiores: secus in criminalibus, & contractibus. Coniugati tamen si ultro fateantur impedimentum consanguinitatis, non habentur testes idonei, nec sunt separandi, nisi ex aliis conjecturis constet de veritate; siquidem coniuges cohabitationis pertæsi possunt facilè impedimentum fingere *c. super eo 5. de eo qui cognovit.* Quòd si conjuges petant dispensationem, & velint ulteriùs cohabitare, habenda est fides eorum simplici assertioni, quia tunc cessat causa suspicionis, cùm testificatio non sit in eorum favorem, sed potiùs gravamen impetrandæ dispensationis.

3 Quæritur tertiò, quandònam accusatio contra matrimonium institui possit, & an ad id requiratur determinatum tempus? Respondetur, posse huiusmodi accusationes semper institui, quamvis enim aliæ actiones regulariter extinguantur lapsu triginta, vel quadraginta annorum *l. sicut*, & *l. omnes C. de præscript. 30. annorum.*

4 Nihilominus accusatio matrimonij etiam post lapsum 30. annorum potest institui: ratio est, quia si semel ab initio matrimonium fuit invalidè initum, tractu temporis non convalescit, nec tollitur impedimentum: unde si coniuges vivant, semper accusatio potest institui, & ipsi coniuges sunt separandi, licèt bona fide contraxerint. Secus post mortem coniugum elapsis 20. vel 30. annis, non potest ampliùs quæstio moveri de valore matrimonij præteriti, ut nimirum filius, vel nepos excludatur à successione hæreditatis: ratio est, quia quamvis matrimonium fuerit ab initio in se invalidum, quia tamen coniuges bona fide contraxerunt, & post eorum mortem cessat peccatum coniugum, non apparet ratio, cur dispositio juris civilis, quæ post lapsum tanti temporis actionem collit, locum non habeat.

5 Quæritur quartò, quomodo causæ matrimoniales, tractari debeant etiam in dubiis? Respondetur, causas matrimoniales non nisi summariè tractandas esse, seu breviùs, quo fieri potest, adeò ut judex ecclesiasticus, teneatur amputare omnes non necessarias dilationes, & frustraneas exceptiones: idque ne litigantes ob longiorem moram periculo exponantur incontinentiæ, ut habetur *in clement. 2. de judic.* & *clement. sæpe de V. S.* Cùm enim attendenda sit animarum salus, debent removeri omnes occasiones peccandi. Sententia lata in causa matrimoniali non transit in rem judicatam, quamvis ab illa appellatum non fuerit; adeò ut si novæ probationes impedimenti emergant, nova semper possit institui accusatio: ut etiam si ex falsis probationibus matrimonium solutum fuerit, & ex postfacto constet de veritate, sunt conjuges restituendi in integrum, ac simul conjungendi, ut statuitur *in c. lator*, & ibi Glossa *de sentent. & re judic.*

6 An verò in causa matrimoniali, si agatur de impedimento canonico, possit fieri transactio, si causa sit dubia. Respondetur negativè, quia licèt in alijs causis dubijs consulendum sit partibus, ut per transactionem, vel amicabilem compositionem liti finem imponant, non est tamen permissa hujusmodi transactio, vel compositio, quando in causa matrimoniali agitur de impedimento canonico, neque juramentum voluntarium admittitur, nec compromissum, nec alia similia, quæ speciem transactionis continent *c. ult. de transact.* Ratio est, quia super illis tantùm admittitur transactio, quæ in potestate sunt litigantium: & impedimentum canonicum non est in potestate conjugum, cùm sit impositum ab ecclesia: unde non possunt conjuges transigere, si causa impedimenti sit dubia, sed tenentur stare sententiæ judicis ecclesiastici. Super expensis tamen in lite factis, ut etiam si contra filium agatur de valore matrimonij parentum jam defunctorum in ordine ad hæreditatem, & successionem, potest tunc transactio procedere.

Quæritur quintò, an accusatio in causa matrimoniali possit per litteras institui absente accusatore, & testibus? Respondetur negativè, & desumitur *ex c. à nobis 2. h. t.* ubi Clemens III. consultus, an aliqui super accusatione matrimonij nihil voce propria depromentes debeant per solam scripturam admitti, rescribit Pontifex, quòd in talibus, nisi in quantum ad præsumptionem, nullius momenti est scriptura, quoad sententiam proferendam, nisi alia legitima adminicula suffragentur. Siquidem in causa matrimoniali tenetur judex ecclesiasticus diligenter præcavere, ne per alicuius calumniam, vel falsum testimonium aliqui per matrimonium invalidum conjuncti permaneant in peccato; & etiam ne legitimè conjuncti contra Dei præceptum separentur *c. licet 47. in fin. de testib.* & quia possent accusatores faciliùs calumniari, si absentes possent per scripturam accusare (*c. ult. causa 2. q. 8.* ideo ad impediendam, & declinandam columniam accusatoris, falsámque testium depositionem jura exigunt, ut in causa matrimoniali non nisi personaliter, & propria viva voce fiat accusatio. 7

Nihil-

8 Nihilominus quamvis scriptura ex talibus accusationibus, & testimoniis non sufficiat ad ferendam sententiam absque aliis adminiculis; valet nihilominus ad aliquam præsumptionem, & desumitur *ex d. c. à nobis 2. h. t.* ubi Pontifex rescribit, quòd licèt in causa matrimoniali accusatio non debeat fieri per scripturam, sed personalitar; nihilominus scriptura, quamvis non valeat quoad sententiam, valet tamen quantum ad præsumptionem. Quinimò ex privilegio in Bohemia, & alijs locis valet accusatio per scripturam, adeò ut attestationes testium redactæ in scripturam eandem vim habeant, ac si personaliter viva voce accusationem instituerent, ut testatur Gaillus *obser. lib. 1. obser. 18. n. 13. & 14.* hócque privilegium est specialiter indultum à Principe, ut in illis Provinciis, vel Regnis personæ illustres, & nobiles adigantur personaliter judicem accedere ad testificandum super impedimento in causa matrimoniali: unde sufficit si tales prænobiles fide sua, & in verbo viri equestris deponant in scriptura, quam propria manu subscribant, muniántque proprio sigillo, quia tunc viro equestri perindè creditur, ac si personaliter, ac viva voce deponeret, quia in viris prænobilibus cessat præsumptio subornationis, aut periurii, & eorum sigilla, ut etiam propria manu subscriptio censeatur habere vim iuramenti.

9 Quæritur sextò, an puella, quæ invitò contraxit matrimonium cum aliquo, si post contractum matrimonium spontè, ac liberè permisit à marito se carnaliter cognosci, possit postea reclamare contra validitatem matrimonii, eò quia fuerit coacta ad illud contrahendum? Respondetur, talem puellam non posse postea reclamare, nec esse in iudicio audiendam, si antequam permiserit se cognosci à viro, cùm potuerit, non reclamaverit, idque desumitur ex *c. insuper 4. h. t.* ubi cùm aliquis nupsisset puellæ innubili, & hæc nubilis facta, & pluries à viro cognita obiecisset, se ab initio matrimonio semper dissensisse, & id etiam per idoneos testes probâsset, rescribit nihilominus Clemens III. illam non esse audiendam, quia ante cognitionem sui iam nubilis, cùm potuerit, non reclamaverit. Ratio est, quia licèt matrimonium per vim, vel metum gravem initum sit nullum ex defectu consensùs coniugis, cui vis infertur, vel metus; siquidem sine consensu non habetur contractus, nec sine contractu matrimonium: nihilominus quia per carnis copulam spontè subsecutam sublata postea fuit omnis violentia, ideo matrimonium per vim, vel metum ab initio contractum accedente postea consensu ad usum matrimonii incipit tale matrimonium valere, quia consentiens in usum matrimonii assentitur etiam ipsi matrimonio, & per talem consensum ratificatur præcedens matrimonium ex parte consentientis in talem usum; proinde non potest ampliùs post talem consensum quidquam opponere contra matrimonium, quod coactè ab initio contraxerat, quia ratihabitio illud confirmat. Ut autem, hoc procedat, debet copula spontè, & affectu maritali permitti: alioquin si esset etiam ipsa metu gravi extorta, non ratificaretur matrimonium coactè ab initio initum.

Quæritur septimò, an qui vim intulit alteri, ut contraheret matrimonium, possit ipsa postea reclamare, & accusare nullitatem matrimonii, quamvis liberè consenserit? Respondent plures cum Navarra *in summa c. 22. n. 51. in fin.* liberè consentientem non posse accusare impedimentum, nec resilire à matrimonio, si alter conjux, qui vim est passus, nolit resilire, sed consentiat in matrimonium; quia tunc habetur consensus utriusque partis, & matrimonium, quod ante erat irritum, acquirit suum valorem: adeò ut qui liberè consensit, non possit statim resilire; sed teneatur congruo tempore, arbitrio prudentis viri expectare, an alter velit stare matrimonio. Ratio est, quia qui coëgit ad matrimonium contrahendum, maximam alteri intulit injuriam circa matrimonium, proinde tenetur eam resarcire offerendo alteri, qui vim est passus, ratificationem illius. Tum quia majorem injuriam intulit, quàm si decepisset fictè contrahendo: atqui fictè contrahens tenetur restituere legitime consentiendo: ergo à fortiori is, qui coëgit. Secundò quia jura deceptis, & non deceptoribus subveniunt *2. §. verba. ff. ad senat. consult. Vellejan.* & *universorum de rer. permutat.* ergo etiam coactis, non verò cogentibus debent subvenire, quia coacti injuriam patiuntur, & cogentes illam inferunt, proinde in optione conjugis, qui metum fuit passus, debet esse, an velit, ut matrimonium perficiatur, nec ne. Tertiò consensus absolutus ex parte cogentis sufficit ad ipsum ex sua parte obligandum, dummodo coactus ex sua parte stare velit nemine impediente, quia quòd ex parte metum passi nulla oriatur obligatio, id per accidens se habet, ex culpa ipsius cogentis. 10

Nihilominus contraria sententia est etiam probabilis, scilicet non teneri cogantem in foro conscientiæ perficere tale matrimonium, donec per judicem condemnetur, sed posse licitè resilire etiam altero invito, si aliud damnum inde non fuerit secutum: quia vel teneretur perficere matrimonium ratione delicti coactionis, & in pœnam illius, & ad id requireretur condemnatio judicis, quia delinquens non tenetur pœnam subire antequam à judice ad illam subeundam condemnetur: vel obligatio perficiendi matrimonium oriretur ratione injuriæ illatæ per coactionem: & id non videtur dicendum, quia non est tanta injuria coactionis, quando aliud damnum inde non sequitur, ut aliter non possit resarciri, quàm per matrimonium: præsertim si injuria illata sit levis, & nullum detrimentum inde sequatur in fama. Vel teneretur ea ratione, quia ex sua parte se obligavit: & ex hoc capite nec oritur obligatio, quia contractus onerosus, cum sit ex utraque parte suaptè natura obligatorius, ut in illo servetur æqualitas, vel utraque pars manet obligata, vel nulla; quia est de ratione contractûs utrumque contrahentem obligare, vel nul- 11

nullum: ergo si in coacto nulla oritur obligatio; ita neque in cogente: alioquin contractus non servaret æqualitatem.

12 Si dicas, æqualitatem tunc non servari ratione delicti. Contra est, quia si ratione delicti oritur obligatio, jam hæc contrahitur ut pœna, quam delinquens non tenetur subire ante sententiam, & condemnationem emanatam à judice. Hinc ad primum fundamentum oppositæ sententiæ posset responderi, non omnem injuriam esse reparandam in eodem bonorum genere: præsertim cùm in casu posito non sit injuria tanta, quæ mereatur tantam satisfactionem, quanta est in obligatione contrahendi matrimonium.

13 Ad id, quod addebatur, cogentem ad contrahendum matrimonium majorem intulisse injuriam coacto, quàm si illum decepisset fictè contrahendo. Respondetur, id non esse verum, quia, si non fuerit aliud damnum secutum, iniuria illata coacto non est tam gravis: quia coactus, cùm non contraxerit, est sui iuris, si velit, vel nolit ratificare contractum, unde quoad hoc remanet cum plena libertate, proinde nulla, vel saltem levis illi fuit iniuria illata; secus qui fictè contraxit, obligavit alium statim, eique grave onus iniunxit, ut est illud matrimonij, proinde graviorem intulit injuriam.

Ad secundum respondetur, jura subveni- 14
re deceptis, non deceptoribus in pœnam deceptionis, & coactionis: & quia talem pœnam jura imponunt, decipiens, vel cogens non tenetur eam subire ante iudicis sententiam. Ad tertium respondetur, argumentum valere in contractibus gratuitis, ubi non est mutua obligatio, non ita in onerosis, quorum ea est natura, ut vel utrumque contrahentem obliget, vel nullum.

TITULUS XIX.

De Divortijs.

Tractâ tractatione de accusatione legitimè instituta in ordine ad dissolutionem matrimonij; agit Pontifex in præsenti titulo de ipsomet divortio, seu dissolutione matrimonij. Fitque dupliciter, vel quoad substantiale vinculum matrimonij, & propriè dicitur divortium, quo conjuges adhuc viventes liberantur à vinculo matrimonij: hinc divortium suam sortitur nomenclationem à diversitate mentium, eò quia in diversas partes eant, qui matrimonium distrahunt. Hanc etymologiam divortij à diversitate mentium traditur à Catone *in l. 2. ff. de divortijs*: Paulus Jurisconsultus *in l. inter divortium ff. de V. S.* vult dici, eò quia in diversas partes eant, qui à vinculo matrimonij liberantur. Alij per translationem dicunt divortium dici, ab aquarum, rerúmque similium divortio: quo pacto Cicero *lib. 3. de ratione* dicit, *doctrinarum divortia*: hinc Nonius rectè censuit, divortium generatim dici rerum omnium separationem: & licèt quando ob impedimentum perpetuò dirimens fit divortium, propriè non separetur matrimonium, nec solvatur ejus vinculum, eò quia nunquam extitit, cùm matrimonium ab initio fuerit invalidum, quod enim non est, non dicitur destrui, nec solvi: nihilominus dicitur divortium relativè ad ipsas personas, quæ cum antea simul manserint, per judicis sententiam separantur, quatenus judex declarat, tale matrimonium ab initio non fuisse validum, & nullum inter ipsas personas extitisse vinculum. Secundò sumitur divortium non quoad vinculum substantiale matrimonij, sed quoad torum, & cohabitationem; fitque hoc divortium ob adulterium alterjusconjugis ex concessione Christi *Matth. 5. & 19.* manente tamen vinculo conjugali, adeò ut neuter conjux altero vivente possit ad alias nuptias transire. In hoc titulo Pontifex potissimum agit de divortijs in hoc secundo sensu quoad torum, & cohabitationem.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. SI QUA MULIER 1. h. t. Ex Concilio Wormaciensi statuitur, homicidium necessarium ad defensionem propria vita non privare spe futuri conjugij; benè tamen machinatio.

nationem mortis tali spe privare, ut si mulier sit machinata, & miserit aliquos ut suum maritum interficerent, & maritus invasus aliquem ex injustis aggressoribus occidit, maritus non privatur spe conjugij, bonè tamen mulier, quia hac fuit machinata contra maritum, non hic contra uxorem: ex quo textu liquet, conatum etiam sine effectu puniri: statuitur enim pœna contra uxorem insidiatricem vita mariti, ut scilicet non possit nubere post mortem mariti: possit tamen maritus si voluerit, quia hic est innocens. Caterum si non obstante hac pœna mulier insidiatrix post mortem naturalem mariti de facto nuberet alteri, matrimonium esset validum, ut notat Glossa: an verò possit tunc maritus repellere uxorem insidiatricem. Respondetur, quòd si odium sit capitale, possit implorari officium Judicis, à quo separentur c. litteras de cohabitat.

C. *QUÆSIVIT 2. h. t. declarat Alexander III. Matrimonium non separari ob quodcunque crimen alterius, nisi frangatur fides conjugij, ut fit per adulterium; & tunc uxor adultera à viro separata non potest nubere alteri vivente marito, à quo fuit separata, quia per tale crimen fit tantùm divortium, seu separatio à thoro, non à vinculo matrimonij. Per fornicationem autem, ob quam Christus concessit divortium thori non solùm intelligitur fornicatio carnalis, cujusmodi est adulterium, sed etiam spiritualis, qualis est hæresis, vel apostasia a fide, quia Christus fuit generaliter locutus de fornicatione, qua in favorem fidei comprehendit utramque fornicationem.*

C. *PORRO 3. h. t. Idem Pont. rescribit, virum sine judicio ecclesia non posse dimittere uxorem propter parentelam etiam publicam, & si eam dimiserit declarat, esse compellendum etiam sub pœna excommunicationis, ut redeat ad suam uxorem. Rursus si parentela sit publica, & manifesta; ut in primo, vel secundo gradu, quamvis nullus accuset, declarat Pontifex ad Episcopum ex officio tunc pertinere, adhibita gravitate dissolvere matrimonia illicitè contracta. Ex quo textu colligitur, nullum posse dimittere uxorem ob fornicationem etiam publicam, nec propter parentelam ex propria authoritate, eò quia in notorijs servari debeat ordo juris saltem quoad sententiam, licèt non quoad alia: quia divortium est pœna, qua non debet infligi nisi per sententiam Judicis; proinde qui ante sententiam Judicis uxorem dimittit, tenetur ad eandem redire, si non ad carnalem copulam; saltem ad cohabitandum. Rursus ex textu etiam liquet in manifesta & publica parentela conjugatorum, Episcopum non indigere accusatore, sed debere de facto procedere, quòd si parentela non sit manifesta, sed tantùm ex fama, tunc debet Episcopus ex officio inquirere, & compellere, ut scientes testificentur: sicut etiam ad reconciliandos dissidentes, debet eos compellere ad cohabitandum.*

C. *SIGNIFICASTI 4. h. t. Idem Pont. declarat, quòd si vir dimittat uxorem propter adulterium sine sententia Judicis, ac proinde sit excommunicatus; uxor verò dimissa adhuc adulteretur cum alijs, & simul petat restitui suo marito dicens se fuisse injustè dimissam, & habuisse materiam adulterandi à marito, tunc si adulterium mulieris sit notorium, declarat Pontifex, non esse cogendum maritum ad illam recipiendam nisi constiterit, etiam ipsum virum cum alia muliere adulterâsse. Hinc notat Glossa, quòd dante marito materiam adulterandi, si mulier liberè, & volent consentiat non est postea audienda si reclamet: secus si invita consensit, est audienda, quia tunc illi non potest objici adulterium. Quòd si mulier recessit à viro propria authoritate, & postea petat restitui, audienda est, sed si maritus nolit eam admittere, tunc intelligitur spoliata: verùm non potest petere expensas, quas fecit tempore separationis, antequam peteret restitui, eò quia ipsa sponte recesserit.*

C, *LITTERIS 5. h. t. Idem Pont. declarat ob fornicationem uxoris fieri divortium, quòd si maritus etiam adulteretur compellitur redire ad uxorem, ut simul cohabitent: ratio est quia crimina mutua pari compensatione tolluntur. Notandum est, divortium ob fornicationem significare separationem à thoro, non solutionem vinculi matrimonialis. Caterum post hoc divortium potest maritus revocare uxorem etiam invitam: rursus delictum mariti superveniens prajudicat sententia.*

C. *DE ILLA 6. h. t. Urbanus III. declarat, quòd si maritus labatur in hæresin. & uxor se sua authoritate separet, si maritus postea resipiscat, & convertatur, compellenda sit uxor, ut ad illum revertatur: non tamen est cogenda si fuit separata per sententiam Judicis. Ex quo textu liquet, uxorem posse propria authoritate repellere maritum hæreticum non expectata sententia judicis ob periculum perversionis. Caterum præsens textus corrigitur per subsequentem, in quo statuitur, ut in utroque casu compellenda sit redire ad maritum, nisi velit religionem aliquam ex approbatis ingredi.*

C. *QUANTO 7. h. t. Innocentius III. declarat, quòd si ex conjugibus infidelibus unus convertatur, & alter nolit cohabitare, solvitur matrimonium, & conversus potest aliam ducere, quia erat verum matrimonium, sed non ratum, eò quia conjux infidelis nolit cohabitare cum fideli sine injuria Creatoris, quia contumelia creatoris solvit jus matrimonij circa eum qui relinquitur. Sin verò ex conjugibus fidelibus unus fiat hæreticus, vel infidelis, relictus non potest alteri nubere, quia non solvitur matrimonium: siquidem erat ratum per sacramentum fidei, quod durat semper cum vita: unde si conjux hæreticus iterum convertatur, cogenda est mulier, ut redeat ad*

illum, nisi ut notat Glossa, velit religionem ingredi.

C. GAUDEMUS 8. h. t. Idem Pont. declarat, Paganos habentes uxores in aliquo gradu prohibito ab ecclesia, ut in secundo, vel tertio, si convertantur, remanere conjuges, eò quia per baptismum non solvuntur conjugia, sed crimina dimittuntur. Rursus declarat habere simul plures uxores, adversari fidei Christiana, & tantùm Patriarchis veteris legis id fuisse divina revelatione concessum: hinc infidelis habens plures uxores, si fiat fidelis tenetur solùm retinere primam, tametsi hanc repudiaverit; excipitur tamen si illa renuit cum ille cohabitare.

C. DEUS QUI ULT. h. t. Idem Pont. rescribit, non debere fratrem ducere uxorem relictam à suo fratre, quamvis dispensetur cum recèns conversis, ut remaneant in matrimonio, quod in infidelitate contraxerunt more Mosaico, seu ad suscitandum semen fratris. Ex quo textu colligitur, impedimentum affinitatis non esse merè ecclesiasticum, sed habere aliquid ex jure naturali saltem quoad decentiam.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo liceat conjugi, vel non, divortium instituere ob adulterium alterius.

1 Divortium, ut notat Hostiensis *in summa §. de divort. est inter virum, & mulierem legitimè facta separatio*: dicitur *separatio legitimè facta* eò quia quos Deus conjunxit, homo non debet separare, scilicet absque legitima ratione, non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat *33. q. 2. c. solet de consanguinit. & affinit. c. de infidel.* Primus divortij author dicitur fuisse Moyses *Deuter. c. 24.* videns enim teste D. Hieronymo ex Judæis alios avaritiâ, alios molestiâ domesticâ, alios libidine commotos suas uxores injuria, & morte aliquando afficere, ut liberum esset ducere novas uxores, vel juniores, pulchriores, ditioresque; ideo quieti ut consuleret domesticæ, facultatem ijsdem fecit divortij instituendi cum prioribus uxoribus, ea tamen conditione, ut vir, daret uxori ita rejectæ libellum divortij.

2 Differt divortium à repudio, quia illud non nisi inter virum & uxorem fieri dicitur, & repudium cum sponsus à sponsa dirimitur, & in personam uxoris, absurdè cadit, ut dicitur *in l. inter stuprum 100. ff. de V. S.* & *in l. inter divortium 191. eod tit.* unde discrimen inter divortium, & repudium est, quod illud inter sponsos post initum matrimonium instituitur; & hoc inter sponsos tantùm de futuro, licet plerumque sumatur repudium pro ipso divortio.

3 Tripliciter sumitur divortium. Primò pro dissolutione matrimonij quoad thorum, seu quoad copulam carnalem. Secundò pro dissolutione matrimonij quoad thorum, & cohabitationem simul. Tertiò pro diremptione ipsius matrimonij quoad vinculum: quando divortium fit tantùm duobus primis modis, adhuc matrimonium durat quoad vinculum, adeò ut non possint conjuges, licèt separati transire ad alias nuptias. Vinculum matrimonij rati in duobus casibus dissolvitur, vel per ingressum in religionem approbatam, vel per dispensationem Pontificis; ratio est, quia matrimonium ratum cum tantùm significet conjunctionem Christi cum anima fideli (quæ per peccatum tolli potest, vel etiam magis intendi) est dissolubile: secus matrimonium consummatum cùm significet indissolubilem conjunctionem Christi cum unica sua sponsa, seu ecclesia, nullo casu est, dissolubile, excepta morte naturali, hæc sola est, quæ vinculum matrimonij consummati dissolvit, & conjux superestes constituitur liber, ut possit ad secundas nuptias transire. Hinc licèt apud Hebræos ante evangelium licuerit ex dispensatione DEI, vel permissum illis fuerit, ut minus malum ad vitanda majora, repudium uxoris, etiam post matrimonium consummatum: non ita gentibus permissum fuit divortium, nec illis licitum fuit, eò quia non legatur pro ijs Deus unquam dispensasse: nihilominus post legem evangelicam nec ipsis Judæis, nec alijs infidelibus permissum est repudium, nec per illud matrimonium dirimitur, quia Christus *Matth. 19.* tale divortium reprobavit, & sustulit verbis illis *Moyses ad duritiem cordis vestri* (scilicet ex dispensatione Dei) *permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic: dico autem vobis quia quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*

4 Sed Hæretici ex præfatis Christi verbia inferunt, saltem ob fornicationem uxoris solvi matrimonium consummatum, & dimissâ uxore adulterâ licitum esse viro alteram ducere. Sed contra, quia hunc errorem, cui plerique hæreticorum adhærent anathemate damnavit Concilium Tridentinum *sess. 24. de sacram. matrim. can. 7.* Non enim inde sequitur, ob fornicationem posse dissolvi matrimonium quoad vinculum, & conjugem innocentem tran-

transire ad secundas nuptias : allegatus enim textus interpretatur, ut illa exceptio de fornicatione uxoris referatur tantùm ad verba præcedentia; ut scilicet non liceat dimittere uxorem *excepta causa fornicationis*; non verò ad subsequentia, quasi sensus sit, ob causam fornicationis posse conjugem innocentem transire ad secundas nuptias : unde ex verbis; Christi tantùm colligitur, quòd ob fornicationem possit coniux innocens dimittere quoad torum tantùm, non verò quoad vinculum matrimonij uxorem adulteram : aliud est dimittere uxorem, & aliud ducere aliam, potest enim uxor dimitti, hoc est separari quoad torum perseverante vinculo matrimonij, non ita potest perseverante eodem vinculo coniux innocens transire ad secundas nuptias : & hæc est vera doctrina D. Thomæ *in 4. p. dist. 35. q. unic.* cui communiter adhærent Theologi.

5 Cæterum quòd illatio hæreticorum, quâ ex verbis Christi inferunt, posse ob fornicationem uxorem adulteram dimitti non solum quoad torum, verùm etiam quoad vinculum matrimonij, sit omnino inepta; evincitur ex D. Paulo *1. ad Corinth. 7.* ubi ait : *iis autem, qui matrimonio juncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus uxorem à viro non discedere; quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari:* per priora verba *præcipio uxorem à viro non discedere* loquitur Apostolus de discessu injusto : per posteriora verò *quòd si discesserit præcipio manere innuptam, aut viro suo reconciliari*, loquitur de discessu justo ob causam fornicationis, quem discessum Christus dicto loco concessit. Tum Apostolus præcipit manere innuptam, vel viro suo reconciliari; unde supponit, uxorem à viro discessisse justam ob causam fornicationis, alioquin non potuisset dare optionem manendi innuptam, vel se reconciliandi viro: sed simpliciter jussisset, eam ad virum reverti. Tum quia si propter adulterium conjugium dirimeretur, utique occasio daretur infinitis repudijs: conjux enim pertæsus alterius conjugis, ut fieret liber, facilè adulterium committeret, ut commodum libertatis ex suo delicto reportaret, & ad alias nuptias statim transiret, quod non est rationi consonum, nec reipublicæ commodum.

6 Quòd si dicas, conjugem quoad torum non solùm dimitti causâ fornicationis, sed etiam ob alias, ut propter hæresin, propter incitationem ad peccatum, propter sævitiam mariti, propter ingressum in religionem mutuo consensu factum, & etiam propter morbum contagiosum. Respondetur, Christum tantùm recensuisse fornicationem, quia fuit locutus de dimissione à toro in perpetuum, adeò ut propter solam fornicationem, seu adulterium licitum sit dimittere uxorem in perpetuum, & etiam nolentem, ac invitam : ex alijs autem causis non fit dimissio perpetua ex sua natura, quia tales causæ non sunt per se perpetuæ : vel saltem non sunt contra voluntatem alterius partis; sicut ingressus in religionem mutuo consensu factus : hinc cessante hæresi, periculo peccati, sævitia mariti, morbo contagioso, cohabitatio separata est iterum restauranda : non ita cessante adulterio : siquidem si semel fides conjugalis violetur, remanet semper violata.

Cæterum sicut Apostolus *1. ad Corinth. 7.* 7
potuit concedere temporalem separationem conjugum ex mutuo consensu, ut possent vacare orationi : potuerunt etiam Pontifices ex alijs justis causis hanc eandem separationem permittere. Cæterum Judæi, gentiles, & hæretici repudiantes uxores legitimas peccant mortaliter, quia tenentur parêre divinæ legi; hæc enim obligat omnes homines : unde si ad fidem convertantur, & tempore infidelitatis legitimas uxores repudiaverint, compellendi sunt ad illas redire, nisi per conversionem alterius dirimatur matrimonium tempore infidelitatis initum, ut docent Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. n. 13.* Sotus *4. dist. 33. q. 2. art. 2. & alij.*

Causæ divortij quoad torum quatuor 8
sunt. Prima adulterium. Secunda hæresis, & Apostasia. Tertia inductio ad peccatum. Quarta sævitia conjugis. Circa adulterium, conjux innocens sive vir sit, sive mulier potest dimittere à suo toro, & cohabitatione conjugem adulterum, vel uxorem adulteram, non verò quoad vinculum : quia non obstante tali dimissione remanet vinculum, quo impediuntur, ne possint transire ad alias nuptias. Ratio verò, cur conjux innocens possit quoad torum nocentem dimittere, est, quia adulterium per se directè repugnat fidei conjugali, & ex ipsa natura contractûs matrimonij oritur, ut liceat innocenti discedere à nocente; siquidem frangenti fidem fides non est servanda. An verò si sola uxor sit adultera, sicut potest à viro innocente dimitti; ita vice versa si solus vir sit adulter, possit uxor innocens illum dimittere quoad torum, & cohabitationem, Cajetanus in illud *Matth. 19. quicunque dimiserit &c.* censet, conjuges non esse pares in ordine ad instituendam hanc divisionem à toro ratione simplicis adulterij : sed id permitti soli viro, quando uxor est adultera : nititur. Primò quia Christus *Matth. c. 19.* explicans hanc legem divortij de solis viris mentionem fecit, & illorum tantùm meminerunt jura *c. significâsti c. ex literis c. gaudemus h. t.* Unde non est par ratio, ut sicut vir innocens ab uxore adultera, ita uxor innocens à viro adultero possit divertere : siquidem adulterium uxoris longè graviorem infert viro injuriam ob prolis incertitudinem, & viri infamiam : potest enim uxor concipere ex adulterio, & taliter se gerere cum marito, ut cum eodem etiam utatur fermè eodem tempore matrimonio, tunc enim proles est incerta, ad quem virum pertineat. Secundò nititur, quia in lege veteri libellus repudij solis viris concedebatur, & non fœminis *Deuter. 24.* & ejus loco successit in lege evangelica divortium

à toro,

à toro, ut liquet *ex c. 5. Matth.* Tertiò quia saltem consuetudo invaluit, ut divortium non concedatur uxoribus ob viri adulterium.

9 Sed dicendum, omninò est, etiam uxorem innocentem posse virum adulterum dimittere quoad torum, adeò ut conjuges in ordine ad instituendum divortium à toro causa adulterij sint pares, ut docent Innocentius I. *epist. 3. ad Exuperium*, & refertur *in c. 32. q. 5.* Concilium Millevitanum *can. 17.* & refertur *in c. placuit 22. q. 7.* D. Augustinus *lib. 1. de serm. Dom. in monte c. 28.* & refertur in *c. Idololatria 28. q. 1. in epist.* D. Pauli *ad Corinth. c. 7.* Idque clarè desumitur ex D. Paulo *1. ad Corinth. 7.* ubi ait, *His, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari:* ex eo autem, quòd Apostolus dicat, *si discesserit*, intelligitur de justa dimissione per fornicationem viri, unde supponit Apostolus, licitum esse uxori divertere à viro suo adultero, præsertim cum ibi non cogat uxorem ita divertentem ad redeundum; sed optionem illi concedat redeundi, vel continendi. Neque obstat, quòd adulterium uxoris ob incertitudinem prolis sit delictum gravius: quia pœnæ legales non ita strictim considerant quantitatem culparum, ob quas imponuntur, sed satis est, si in utroque delicto reperiatur causa sufficiens pœnæ infligendæ: etenim etiam leges puniunt capitis amputatione omnia homicidia: & nihilominus potest unum homicidium esse delictum alio gravius quoad modum, & vulnera infligenda, ac alias circumstantias, & nihilominus omnia homicidia plectuntur eadem pœna capitis: ita à pari, quia ex violatione fidei conjugalis oritur jus divortij, & ad eandem fidem conjuges æquali jure obligantur, ideo quamvis gravius delictum sit adulterium uxoris ob infamiam viri, & sobolis incertitudinem, adhuc habetur eadem fractio fidei conjugalis, & quæ est ratio divortij: adeò ut hæc fractio sit tam in adulterio viri, quàm uxoris.

10 Quinimò non est necesse, ut uxor innocens priùs moneat maritum adulterum, ut abstineat ab adulterio; sed ante omnem monitionem, eo ipso, quòd vir est reus adulterij, potest uxor ad divortium procedere. *Et authent. ut liceat matri, & aviæ* §. *quia verò plurimas vers. si quis in sua domo col. 8.* decidens, non posse uxorem mittere viro adultero repudium, nisi priùs eum moneat, ut desistat à tali delicto, ut ibi notat Glossa *V. non abstinuerit*, non procedit de divortio quoad torum, quia spectato jure naturali, & canonico conjuges in hoc sunt pares. Potest etiam conjux innocens quocunque tempore transacto divortium petere, ut desumitur *ex c. admonere 33. q. 2.* ubi post septennium pœnitentiæ uxoris adulteræ conceditur viro libera divertendi libertas, adeò ut licèt jus accusandi de adulterio quoad pœnam criminalem, & civilem præscribatur quinquennio *l. adulter. 5. C. ad legem Jul. de adult. l. 4. tit. 17. p. 7.* quoad divortium petendum nunquam præscribitur, nec etiam 20. annorum spatio; ut notant Farinac. *pract. criminal. 1. p. q. 10. n. 20.* & alii communiter.

Neque fundamenta, quibus nititur contraria sententia, sunt magni momenti, ad primum respondetur, Christum, & jura non meminisse fæminarum, quia frequentiùs est, ut viri divortium petant. Tum quia quando est par ratio de duobus simul connexis, nominatur quod est nobilius, & ratio se extendit ad ignobilius: Vir autem est fœminâ præstantior, cùm hæc illi subjiciatur. Hinc sicut textus *c. 2. de conf. in 6.* decidit, reum recusantem respondere positionibus haberi ut confitentem: ita Glossa ibid. *V. Reus* dicit, hoc idem esse intelligendum de actore, eò quia æqua sit utriusque conditio, & nihilominus de actore, nec unum fit verbum, sed tantùm de reo, eò quia in reo frequentiùs id contingat. Ad secundum respondetur, divortium quoad torum in lege evangelica non in omnibus successisse loco repudii veteris legis. Tum quia repudium solis viris concedebatur, & divortium utrique conjugi. D. Thomas etiam *in 4. dist. 35. q. unic. art. 4. ad 1.* assignat rationem, quia repudium permittebatur ad vitandum homicidium conjugis adulteræ, & quia hoc periculum non reperiebatur nisi in solis viris, ideo illis solis permissum erat repudium. Secus divortium conceditur ratione fractæ fidei conjugalis, quæ ratio æquè reperitur in utroque conjuge, cum uterque ob adulterium fidem frangat, proinde utrique æquè conceditur divortium. Ad tertium, quod addebatur de consuetudine, respondetur, talem consuetudinem non invaluisse, sed tantùm ex eo, quòd fœminæ rarissimè intentent divortium ob virorum adulteria, videtur quodammodo moris esse, ut fœminæ divortium non intentent: non tamen hic non usus extinguit ius naturale intentandi tale divortium; siquidem ius naturale est immutabile, nec ulla potest consuetudine vinci, *c. 1. d. 5. & instit. de jur. natur.* §. *sed naturali.* Et licèt non desint, qui censeant cum Castro *lib. 2. de lege pœnal. c. 4. in fin.* ius petendi divortium à coniuge adultero esse tantùm de iure divino positivo, eò quia nunquam ante legem evangelicam innotuerit tale divortium ob adulterium; quia tunc pœna adulteræ fuit lapidari; & adultero nulla erat pœna indicta: sin autem esset de lege naturæ, utique fuisset in aliquo veteris testamenti loco declaratum, cùm multa alia longè minus necessaria ibi exprimantur. 11

Communior tamen, & verior sententia est, tale jus divortij oriri ex natura contractûs matrimonij, ac proinde esse de jure naturæ: siquidem ex natura contractûs matrimonij oritur, ut conjuges teneantur mutuam sibi servare fidem quoad torum, & habitationem, ac reliqua ministeria. Tum quia vox naturæ est; *frangenti fidem, fides frangatur eidem*, unde ex vi matrimonii, & ex ipso naturæ iure oritur, ut coniux innocens non teneatur fidem servare coniugi nocenti, sed possit ab ipso divertere. 12

Rur-

15 Rursus non potest vir propria authoritate uxorem expellere, ac dimittere à toro propter adulterium sine iudicio ecclesiæ, ut communiter docent cum Covarr. *in 4. decret. p. 2. c. 7. §. 5. n. 8.* & desumitur *ex c. significasti 4. h. t.* ubi Pontifex cum quidam uxorem suam propria authoritate sine Iudicio ecclesiæ dimisisset, eo quia audierit, ipsam incestum commisisse cum quodam suo consanguineo, ideóque vir fuisset excommunicatus: mulier verò sobole ex alio viro susceptâ postularet, viro suo restitui, quia ab ipso fuisset iniustè dimissa, ac propterea ei materiam, & occasionem suppeditâsset adulterandi, consultus Alexander III. rescribitt si notorium est, mulierem adulterium commisisse, ad eam recipiendam, præfatum virum cogi non debere, nisi fortassis constaret, etiam ipsum virum cum alia adulterium perpetrâsse. Ex quo textu colligitur, maritum propriâ authoritate non posse uxorem adulteram dimittere, & si non expectata iudicis ecclesiastici sententia eam dimittat, in pœnam delicti anathomate percutitur. Neque ipsi soli asserenti uxorem fuisse adulteram præstatur fides, quia ipse est testis suspectus, & faciiè posset talem dimissionem petere.

16 Id tamen limitatur, nisi adulterium fuerit notorium. Probari autem potest adulterium uxoris esse notorium, vel ob confessionem ipsius, vel quia peperit filium, postquam recessit à marito duodecimo mense, tunc enim mulier dicitur notoriè commisisse adulterium, quia proles præsumitur concepta tempore, quo conjux non cohabitabat marito: & tunc uxori petenti reintegrari marito, obstat notorietas adulterij, quia hoc non dissolvit matrimonium quoad vinculum, sed tantùm quoad cohabitationem: unde sive agatur in judicio petitorio, sive possessorio, justè denegatur restitutio conjugi, si ejus adulterium notorium fuerit, ut negari non possit.

17 Non solùm per præcisum, & specificum adulterium dissolvitur matrimonium quoad torum, & cohabitationem, sed etiam per omnes species luxuriæ, in quibus conjux carnem suam dividit cum alio: & hæc divisio carnis reperitur primò in quovis concubitu naturali cum alia; & talis concubitus est adulterium, vel simplex, si vir uxoratus cognoscat liberam; vel duplex si uxoratus cognoscat aliam uxoratam: imò etiam contra naturam, & cum bestijs contingit hæc divisio, quia tunc caro conjugis dividitur cum carne bestiæ. Cæterum per eas luxuriæ species, in quibus caro non dividitur cum alia non solvitur matrimonium quoad torum, quia tunc non violatur perfectè fides matrimonij.

18 Quòd si dicas, pleraquæ peccata luxuriæ, in quibus caro non dividitur esse graviora adulterio, proinde si per adulterium solvitur matrimonium; à fortiori etiam per illas species graviores luxuriæ, licèt in ipsis caro non dividatur cum alio.

16 Contra est, quia licèt dentur aliæ species luxuriæ graviores in ratione peccati, non tamen in ratione fractionis fidei conjugalis; etenim mollities est peior adulterio, & idem de omnibus peccatis contra naturam docet D. Thomas *2. 2. q. 154. art. 12.* & nihilominus mollities non sufficit ad divortium, quia esse gravius peccatum in se, nil confert ad divortium: etiam odium Dei, & blasphemia sunt longè graviora peccata adulterio, & tamen non sufficiunt ad divortium: unde attendendum est, an illa species luxuriæ magis repugnet fidei matrimonij, ut communior, & verior sententia docet.

Septem tamen dantur casus in jure canonico, in quibus non licet ob adulterium petere divortium; & omnes ad tria reducuntur capita, quorum primum est, quando alter conjux est etiam complex, vel particeps ejusdem criminis, adeò ut si uxor labatur in adulterium, in quod ejus maritus fuit priùs lapsus, non possit tunc neuter alterum dimittere, ut habetur *in c. significâsti 4. h. t.* & ratio est, quia paria delicta mutuâ compensatione abolentur, hinc D. Augustinus *lib. 1. de serm. Domini in monte c. 28.* ait *Nihil iniquius, quàm fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud; in quo alterum judicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas.* 20

Secundum quando adulterium vacat causâ, adeò ut formaliter non sit adulterium, sed tantùm materialiter; ut si vir uxorem prostituat expresè, vel tacitè, ut habetur *in c. discretionem de eo qui cognovit consanguin.* An verò id etiam procedat, quando uxor invitâ, & renitens fuit à viro prostituta, affirmant plures cum Glossa.

Verùm communior, & verior sententia est, sufficere si uxor de viri beneplacito etiam volens committat adulterium, tunc enim probabilius est, non posse virum ob adulterium uxoris eam dimitterere: & hoc etiam procedit, quando uxor volens prostituta est à viro suo, quia tunc volenti, & consentienti non fit injuria: & injuria illata viro ob adulterium uxoris est causa, & fundamentum divortij; unde cessante injuria cessat causa petendi divortium: scienti enim, & volenti non fit injuria, & ut habetur *in reg. scienti, de reg. jur. in 6.* & ita docent communiter cum D. Thoma *in 4. dist. 35 q. unic. art. 1.* Immo alij id etiam extendunt quando vir conscius adulterij uxoris non vult prohibere, cùm possit: quia idem est scienter non prohibere delictum inferioris cum possit, ac consentire, & connivere in tale crimen, proinde talis vir, ut leno punitur *l. 2. C. ad leg. Jul. de adult.* Limitatur tamen, si sine gravi damno non possit vir adulterium uxoris prohibere, eò quia adulter sit vir potens, & possit marito gravissimum inferre damnum: tunc enim cùm non prohibeat ob timorem damni, non censetur connivere in adulterium. 21

Tertium est quando conjux injuriâ affectus ob adulterium alterius illi condonat delictum, quia potest quilibet cedere juri suo; 22

quòd si post reconciliationem relabatur; non relevatur per condonationem factam; quia præcedens venia non trahitur ad futura delicta.

22 Dupliciter potest conjux innocens condonare delictum conjugi nocenti. Primò expressè, quando expressis verbis conjux innocens adulterum sibi reconciliat, ei condonans delictum, cùm enim divortium sit in favorem innocentis, potest innocens cedere juri suo, & delictum condonare, & per talem condonationem cessat jus divortij: de hac condonatione, seu reconciliatione loquitur textus *l. si maritus 24. §. si negaverint ff. ad leg. Jul. de adult.* ubi etiam dicitur quòd facta reconciliatione non sit amplius maritus audiendus, si velit de adulterio accusare. Quòd si hæc condonatio sit sola mente retenta nisi signo aliquo externo exprimatur conjugi nocenti non sufficit, quia in humanis contractibus propositum sola mente retentum nullius est efficaciæ *l. cum in plures 62. §. laudati ff. locati.* Alia dicitur condonatio tacita, ut si conjux adulterij conscius alium non exclusit à consortio matrimonij, eo enim ipso, quòd illum admittit ad usum matrimonij, censetur illi reconciliari, ac injuriam sibi illatam ob patratum adulterium eidem condonare.

23 Sin verò conjux iterum relabatur in adulterium potest tunc innocens non obstante priori reconciliatione nocentem accusare, & ratione illius petere divortium, quia præcedens condonatio non trahitur ad futura delicta, sed tantùm respicit præterita *argu. l. non alias §. 1. ff. de judic.* ubi quamvis Legato jus gentium securitatem concesserit *l. sanctum ff. de rerum divis.* deciditur nihilominus, posse eum puniri de delicto legationis tempore admisso. Neque æquum est, ut illa condonatio præstet impunitatem etiam quoad futura crimina, alioquin inde daretur occasio impunè delinquendi.

24 Ut autem conjux ratione adulterij sui conjugis possit divortium facere in foro conscientiæ sufficit notitia certa moraliter, vel suspicio violenta, quæ talis sit, qualis in foro externo sufficeret ad convincendam uxorem de adulterio, ut quando adultera proprium confitetur adulterium vel deprehensa est nuda cum nudo: ex solis osculis, amplexibus, si alia adminicula non concurrant, non habetur suspicio violenta, ad quam neque sufficiunt xenia, aut verba amatoria. In foro autem externo ad instituendum divortium requiritur, ut adulterium probetur, sitque notorium: ratio est, quia in hoc foro potest vir sibi jus dicere sublato scandalo cum defectus probationis non sit ex culpa sua. Quia verò delicta carnis sunt difficilis probationis, ideo non requiruntur testes de visu, qui deponant, se vidisse conjugem adulterantem, sed sufficiunt conjecturæ, & præsumptiones violentæ, ex quibus si non physica saltem moralis inducetur certitudo, adeò ut quilibet vir prudens facilè possit credere, adulterium fuisse commissum: hæ autem præsumptiones violentæ habentur *in c. litteris de præsumpt.* & eas fusè explicat Farinac. *in prax. criminal. delict. carnis.* præcipuæ verò desumuntur ex circumstantijs loci, temporis, & personarum, & si uxor sit malè diffamata, aut suspecta: & hæ probationes debent esse plenæ per testes sufficientes, vel per propriam confessionem conjugis adulteri, adeò ut non sufficiat, si alter conjux innocens dicat, commisisse adulterium, quia in causa propria nemo testis idoneus reputatur, eò quia præsumitur aliquod commodum inde sperare.

25 Ex paritate igitur delicti non solùm negatur divortium, si uterque conjux adulterium commiserit, eò quia paria delicta mutua compensatione tolluntur *c. porro 3. h. t.* verùm etiam juxta probabiliorem sententiam si maritus post latam divortij sententiam adulterium commiserit, potest ad recipiendam uxorem dimissam compelli, quia sicut uxor ex primo adulterio amisit jus quæsitum per contractum matrimonii; ita & multò magis maritus per subsequens adulterium debet amittere jus quæsitum per sententiam: siquidem jus ex matrimonio quæsitum multò fortius est, quàm quæsitum ex sententia judicis: & cohabitatio matrimonialis favorabilior est, quèm separatio. Rursus nec potest maritus divortium petere, si uxori causam dederit adulterij ipsam prostituendo, vel non prohibendo cùm potuisset; vel eidem denegando debitum conjugale *c. si tu abstines caus. 37. n. 2.* sin verò uxor ob nimiam mariti sævitiem fugisset ex domo, & extra illam commisisset adulterium, non excusari tunc uxorem à divortio docet Sanchez *lib. 10. disp. 5. n. 10.* eò quia sævitia mariti non fuerit tunc directa causa adulterij *argum. c. significâsti. de divort.*

26 Alij tamen censent, quòd si mulier necessitate compulsa fugerit ad talem locum, ubi fuit periculo incontinentiæ exposita, possit tunc excusari, eò quia tale adulterium marito imputetur, inhumaniter tractando suam uxorem, cum ei in effectu cohabitationē negaverit. Verùm si mulier potuisset aliò fugere, non censerem, adulterium uxoris esse imputandum marito, cùm ipse non fuerit in causa, ut in talem locum fugeret, ubi periculo esset exposita incontinentiæ.

27 Ex delicti excusatione à culpa cessat etiam jus petendi divortium, si conjux probabiliter credens, decessisse alterum conjugem, eò quia per plures annos absuerit, alteri nubet, ut etiam si ex falsis probationibus consanguinitatis, vel alterius impedimenti separetur matrimonium, & mulier transeat ad alias nuptias; quia tunc mulier tantùm materialiter committit adulterium, non formaliter, eò quia bona fides eam excusat à culpa, cùm revera supponat priorem maritum decessisse, & secundum matrimonium validum; sin autem certiorata de vita prioris conjugis, aut valore prioris matrimonij perstiterit in secundo conjugio debitum petens, & reddens; tunc quia non

am-

amplius excusaretur à bona fide, sed committeret adulterium formale, ideo nec excusatur à divortio: oritur enim jus in primo marito eam dimittendi à toro, & cohabitatione. Quòd si uxor per violentiam oppressa fuerit, quia tunc cessat etiam culpa, non oritur in marito jus petendi divortium. Quinimò Sylvester *v. adulterium n. 10.* censet, non solum violentam oppressionem, sed etiam alium injustum metum cadentem in constantem fœminam, eam excusare à divortio: quia licèt metus etiam injustè incussus non excuset in foro interno à transgressione legis divinæ præceptivæ, proinde nec excuset à peccato: nihilominus excusat quoad pœnas legales, & ab injuria illata marito *argu. l. vim passa. & l. si uxor. §. si quis ff. ad leg. Jul. de adulter.* Rursus si quis simulans se esse maritum noctè fœminam accederet, & hæc bona fide crederet, hominem revera esse suum conjugem, & nil mali cogitans illi debitum redderet, tunc etiam excusaretur uxor à divortio, eò quia adulterium esset tantùm materiale, & careret culpa: sicut enim bona fides mulieris tollit culpam adulterij, ita etiam pœnam divortij; immo ad probandam hanc conjugis bonam fidem sufficit ejus juramentum habito respectu ad ejus honestatem, & alias probabiles conjecturas. Generatim quoties adulterium fæminæ est materiale, & caret culpa, non potest à suo viro dimitti à toro, & cohabitatione.

Ex condonatione iniuriæ etiam amittit
28 coniux ius petendi divortium, adeò ut quoties coniux innocens expressis verbis iniuriam sibi illatam per adulterium alterius sponté condonat, eò quia possit cedere iuri suo, eíque renuntiare *l. penult. C. de pact.* excusetur coniux adulter, qui propterea non potest ob condonatam iniuriam dimitti à condonante: hinc si innocens conscius adulterii alterius coniugis, adhuc cum illo utitur matrimonio, petendo, & reddendo debitum, non potest postea divortium petere; eò quia cum conscius adulterii petierit à coniuge adultero debitum, eíque reddiderit, censetur per hoc tacitè ei condonâsse iniuriam sibi illatam per præcedentem fractionem fidei coniugalis. Hæc tamen tacita condonatio debet supponere in coniuge innocente scientiam adulterij; & quòd spontè, ac voluntariè petat, & reddat debitum: alioquin per solam adulterii suspicionem sine violentis indiciis per simplicem usum matrimonii coniux innocens sibi non præiudicat. Præterea si lite pendente super adulterio iudex iubeat, uxorem reddere debitū marito accusato, ne pendente lite commodo privetur possessionis iuxta *c. 2. lite pendente nil innovetur*, ut etiam si maritus gravi metu compellat uxorem ad usum matrimonii nullum inde oritur divortii præiudicium. Cæterum censetur etiam innocens tacitè coniugi nocenti condonare iniuriam sibi illatam ob fractionem fidei coniugalis, si scienter, & spontè, hoc est nulla necessitate coactus, nec etiam honestate compulsus familiarem se exhibeat coniugi nocenti, ut si cum ipso ludat, rideat, & multò magis si habeat amplexus, & oscula, quia per tales actus extrinsecos censetur tacitè condonare coniugi nocenti iniuriam sibi illatam ob commissum adulterium, ut docet Sanchez *lib. 10. de matrim. disp. 14.*

Oritur tamen difficultas ex contrariis texti- 29
bus in *c. porro 3. h. t.* & in *c. significâsti 4. eod. tit.* siquidem in *c. porro* Alexander III. rescribit, non esse licitum divortium instituere absque authoritate ecclesiæ: & in *c. significâsti*, idem Pontifex expressè ait ob notorium adulterium posse conjugem dimitti etiam absque spe restitutionis. Canonistæ in conciliandis istis textibus multùm laborant. Communior expositio est, quod in *c. porro* Pontifex loquatur de dissolvendo matrimonio quoad vinculum ob notorium impedimentum consanguinitatis, vel aliud dirimens: tunc enim separatio conjugum non solum tendit ad privandum dimissum conjugem possessione, sed etiam jure, ac proprietate matrimonij, quod tunc omnino dissolvitur etiam quoad vinculum, adeò ut possit uterque conjux ad alias nuptias transire: & ideo Pontifex rescribit, requiri judicium ecclesiæ publicum, & notorium, ne scilicet in re tanti momenti adsit periculum errandi. Tum quia sicut authoritate ecclesiæ matrimonium est initum, ita etiam ejus judicio debet dissolvi, ut enim habetur *in regul. jur. 1. in antiquis*, per quas causas res nascitur, per easdem dissolvitur.

Hinc non potest quis propria authoritate, 30
& absque judicio ecclesiæ uxorem dimittere, cum qua matrimonium in facie ecclesiæ contraxit, quamvis impedimentum sit notorium, sed debet expectare, donec ab ecclesia feratur sententia divortij, ut notat Abbas in *d. c. porro n. 2. h. t.* eo quia multa plerúmque dicuntur notoria, quæ revera talia non sunt, & ideo cavendum, vel maximè est, ne quod dubium est, sumatur pro notorio *c. consuluit 14. de appellat.* Neque debet matrimonium rescindi ob solam opinionem conjugum credentium, fortè injustè, & falsò, subesse impedimentum notorium; homines siquidem sæpe falluntur in discernendo, an aliquid notorium sit: hinc jure meritò cùm matrimonium inter fideles initum sit sacramentum, Pontifex statuit, ut pro nullo impedimento dirimente solveretur privata authoritate, sed tantùm authoritate solius ecclesiæ: adeò ut conjuges scientes etiam certissimè impedimentum dirimens, non possint transire ad secundas nuptias, nec separari, sed tantùm teneantur abstinere à petitione, & redditione mutua debiti, si firmiter, & sine dubio credant adesse revera impedimentum dirimens tale matrimonium. In posteriori autem *c. significâsti* fit separatio matrimonij ob notorium adulterium, tantùm quoad torum, & cohabitationem, & obsequia conjugalia manente vinculo matrimonij illæso, adeò ut non liceat ulli ad secundas nuptias transire: & hæc est ratio, cur Pontifex *in c. porro* dicat, non posse fieri divortium propria authorithate absq; judicio, & sententia ecclesiæ, & *in c. significâsti*, rescribat, quod

quod possit propter notorium adulterium fieri separatio, quia *in c. porro* sermo est de divortio non solùm quoad torum, sed etiam quoad vinculum ipsum matrimonij, quo soluto licitum est utrique conjugi transire ad secundas nuptias: secus *in c. significasti*, est tantùm sermo de divortio quoad torum, & cohabitationem, non verò quoad ipsum vinculum matrimonij, adeò ut conjuges quamvis à toro, & cohabitatione sejuncti non possint transire ad secundas nuptias, eò quia sint adhuc vinculo conjugali ligati: proinde rectè ecclesia judicavit, ad hanc separationem à toro, & cohabitatione tantum sufficere adulterium conjugis ita notorium, ut nulla tergiversatione celari possit: hoc pacto rectè conciliantur textus, qui alioquin viderentur contrarij.

§. II.

De separatione matrimonij propter hæresim, inductionem ad peccatum, & sævitiem conjugis.

1 SEcunda causa divortij est hæresis, & apostasia, quæ est fractio fidei datæ Christo in baptismo, vel religioni, unde sicut per fractionem fidei conjugalis oritur jus petendi divortium in conjuge innocente, ita etiam ex fractione fidei datæ Christo, vel religioni, ut definitur in Concilio Tridentino *sess. 24. can. 6.* contra quosdam hæreticos admittentes solam causam fornicationis. Id tamen interest discriminis inter causam adulterij, & hæresis, vel apostasiæ, quia ob adulterium conceditur divortium perpetuum: & ob alias causas solùm ad tempus, quo durant: & ratio discriminis est, quia in adulterio causa oritur ex ipsa natura conjugij, eò quia fides promissa sit violata: & quia hæc fides conjugalis est perpetua ex natura sua, ita etiam dimissio: cæteræ autem causæ, cùm non oriantur ex natura conjugij, non sunt perpetuæ, proinde tamdiu durat divortium; quamdiu ipsæ causæ. De hæresi autem videtur esse specialis ratio, cur sit causa divortij.

2 Alij respondent, hæresim esse causam divortij, eò quia sit spirituale adulterium, quæ sententia videtur fuisse D. Augustini *in c. Idololatria causa 28. q. 1.* Quidam verò autumant, esse causam divortij, eò quia sit contra bonum prolis, cuius parens, si incidat in hæresim, non instruit prolem in veri Dei cultu.

3 Alij volunt, hæresim esse causam divortij ob periculum animæ, ne conjux hæreticus perverat conjugem catholicum.

4 Alij putant, esse causam divortij in pœnam hæresis, adeò ut ecclesia hoc impedimentum posuerit in odium, & pœnam ipsius hæresis: hæ autem rationes sunt probabiles, & optimæ congruentiæ. Si tamen divortium ob hæresim fiat ante judicis sententiam, seu antequam ecclesia judicet, conjugem revera esse hæreticum, tunc impedimentum non est perpetuum, sed temporale, adeò ut tamdiu duret, quamdiu hæreticus ad fidem non revertitur, id enim desumitur ex *c. de illa 6. h. t.* obi Urbanus III. rescribit, quòd si maritus labatur in hæresim, & uxor propria authoritate se separet; si maritus convertatur, teneatur ad ipsum reverti, imò sit etiam compellenda: non ita si fuit separata per sententiam judicis.

Verùm in hoc, textus iste correctus est per subsequentem in *cap. quanto 7. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quod in utroque casu sit compellenda reverti ad maritum, nisi fortassis voluerit religionem ingredi: ait enim Innocentius III. quòd si ex fidelibus coniugibus alter fiat hæreticus, vel infidelis, relictus non possit alteri nubere, quia non solvitur matrimonium, quod erat ratum per sacramentum fidei, quod durat cum vita; & sic qui mansit, est cogendus redire ad eum, si revertatur ab hæresi, vel infidelitate, nisi religionem velit ingredi *c. ult. de convers. conjugat.* 5

Quinimò si conjux catholicus propria authoritate ab hæretico digressus, fuerit religionem ingressus, debet eidem ad fidem reverso restitui: quia ante sententiam divortij non est licitus religionis ingressus. Et quamvis textus *in c. de illa 6. h. t.* videatur absolutè hanc prærogativam tribuere judicio ecclesiæ, ut conjux catholicus illius authoritate declinans à conjuge hæretico non teneatur ampliùs ad illum redire, licèt ad fidem reversum: id tamen debet intelligi de conjuge religionem ingresso, & in eadem professo; alioquin si tantùm ingressus sit, & nondum professus non obstante judicio ecclesiæ tenetur ad conjugem ab hæresi ad fidem reversum redire: & hoc pacto Doctores conciliant textum *in c. de illa 6. h. t.* cum textu sequent. *in c. quanto. 7. eod. tit.* ubi Innocentius III. rescribit Episcopo Ferrariensi, quòd si conjugum infidelium unus convertatur, & alter non vult cohabitare sine injuria Creatoris, solvitur matrimonium, & conversus potest aliam ducere, quia erat verum matrimonium, sed non ratum. Sin verò fidelium conjugum alter fiat hæreticus, vel infidelis; relictus non potest alteri nubere, quia non solvitur matrimonium, erat enim ratum per sacramentum fidei, quod durat cum vita, & sic, qui remansit, est cogendus redire ad eum, si revertatur ab hæresi, vel infidelitate. 6

Hoc igitur interest discriminis inter conjugem catholicum recedentem ab hæretico sine judicio ecclesiæ, sed privata authoritate, & recedentem cum authoritate ecclesiæ: in priori enim casu tenetur illum emandatum, seu ad fidem reversum admittere ad consortium conjugale: non ita in posteriori casu, ut deciditur *in d. c. de illa 6. h. t.* ubi libera facultas conceditur conjugi catholico separato ab hæretico judicio ecclesiæ liberè divertendi ab hæretico, ait enim *in d. c. de illa* Urbanus III. quòd si maritus labatur in hæresim, & uxor sua authoritate se separat, si maritus convertitur, uxor debet reverti, & est compellenda: & si fuit separata per sententiam judicis, non est compellenda. Verùm, ut superiùs diximus, hic textus 7

tus fuit correctus per textum *in c. quanto 7. h. t.* quapropter textus *in c. de illa* non debet ita intelligi, ut videatur absolutè tribui hæc potestas, ut conjux separatus judicio, & authoritate ecclesiæ à conjuge hæretico, non teneatur ampliùs ad eum redire, quamvis denuò ad fidem convertatur: sed textus intelligendus est, si uxor catholica judicio ecclesiæ separata à viro hæretico religionem ingressa fuit, & professa: quia quamvis fuerit religionem ingressa, si tamen nondum professionem emiserit, tunc viro redeunti ad fidem restituenda est, & tenetur mulier ad virum reversum redire nõ obstante, quòd judicio ecclesiæ fuerit separata, in hoc sensu conciliantur præfati contrarij textus *in c. de illa 6. h. t.* ubi Urbanus III. asserit, uxorem separatam per sententiam judicis à marito lapso in hæresim non esse compellendam, ut revertatur ad maritum: & textus *in c. quanto 7. eod. tit.* Ubi Innocentius III. expresse ait, esse compellendam redire ad maritum: textus *in c. 6. de illa* intelligitur post emissam professionem solemnem in religione approbata: & textus *in c. quanto 7.* intelligitur, antequam professionem emiserit.

9 Quòd si petatur, quando conjux ob hæresim dimitti possit. Respondetur, tunc esse dimittendum, quando est pertinax, & detestat pœnitentiam agere, ut desumitur *ex c. non solum 6. causa 26. q. 1.* Quinimò ad id jure naturali, ac divino alter conjux obligatur, si ex cohabitatione, sibi vel suis liberis periculum subversionis immineat: tunc enim etiam propria authoritate licitum est conjugi catholico se separare à conjuge hæretico, dummodo eius obstinatio in hæresim, vel apostasia notoria sit. Sin autem propria authoritate conjux catholicus divortium instituat, tenetur postea coniugem resipiscentem, seu ab hæresi revertentem statim recipere: non ita si divortium institutum sit iudicio ecclesiæ, quia hæc in pœnam hæresis privat hæreticum iure, quod habet in corpus coniugis, si coniux catholicus ingressus fuerit religionem approbatam, in qua etiam solemnem emiserit professionem.

10 An verò si unus ex coniugibus infidelibus convertatur ad fidem manente altero in sua infidelitate, dissolvatur matrimonium. Respondetur cum distinctione, si fidelis non possit sine iniuria Creatoris cohabitare cum infideli, eò quia hic nitatur semper fidelem subvertere, & irrumpat in blasphemias, tunc solvitur matrimonium, & conversus potest transire ad alias nuptias: sin autem sine iniuria Creatoris potest cum infideli cohabitare, non solvitur matrimonium, nec alter coniux fidelis potest transire ad secundas nuptias, quia tunc non adest periculum perversionis, seu inductionis ad peccatum: sicut quando infidelis non vult cohabitare infideli sine iniuria Creatoris, seu sine blasphemia divini nominis.

11 Hinc tres sunt necessariæ conditiones, ut coniux infidelis ad Christi fidem conversus possit ad alias nuptias transire. Prima est, si infidelis respuat conversi convictum, & spontè discedat ab illo, cessat enim tunc servitus coniugii ex parte coniugis conversi: Secunda quando infidelis non vult sine iniuria Creatoris ipsi cohabitare, quod contingit, quando nomen Christi habet despectui, aut blasphemat, vel ipsius cultum impedit. Tertia quando ex convictu fidelis cum infideli periculum sequitur perversionis, adeo ut nitatur infidelis fidelem pervertere, àc trahere ad peccatum lethale, & convictus fidelis cum infideli cedat in perniciem animæ fidelis. Tunc enim censetur fidelis ab infideli pertrahi ad peccatum, quando fidelis attenta propria eius fragilitate facilè potest in peccatum delabi, etiam ex levi suasione, vel importuna suggestione facta ab infideli. An verò posito tali periculo statim dissolvatur matrimonium infidelis cum fideli, non concordant Doctores: sed putârim probabiliùs, tale matrimonium quoad vinculum, non statim dissolvi, cum primùm ponitur tale periculum, licèt tunc possit fidelis ab infideli separari quoad torum, & cohabitationem, cùm non teneatur cum tanto dispendio, & periculo propriæ salutis cohabitare coniugi infideli: quoad verò vinculum matrimonii probabilius est, hoc non dissolvi, nisi postquam fidelis aliud matrimonium in facie ecclesiæ contraxerit. Quia si vir infidelis ad fidem conversus tenetur mulierem infidelem recipere, eique cohabitare, antequam vir ad alias nuptias in facie ecclesiæ transeat, sequitur quod per solam conversionem unius ex coniugibus infidelibus, non dissolvatur ipso iure matrimonium, sed postquam contractum est matrimonium cùm alio in facie ecclesiæ, neque obstat baptismus susceptus à converso, quia baptismus peccata delet, non verò coniugia solvit.

Quòd si dicas, Apostolum *1. ad Corinth. 7.* 12
scribere, *quòd si infidelis discedit: discedat: frater enim & soror nõ est servituti subjectus in hujusmodi:* ex quo textu plures inferunt, matrimonium dissolvi, cùm primùm infidelis vult permanere in sua infidelitate, seu cùm primùm alter conjux convertitur ad fidem,

Sed respondetur, sensum illius textûs esse, 13
ut si infidelis nolit cohabitare fideli, ut fideli, sed in odium fidei relinquat uxorem conversam, tunc possit uxor discedere à viro, seu se separare quoad torum, & cohabitationem, adeò ut non teneatur eum sequi, eò quia ut ait Apostolus *frater, vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi.* Potest etiam Apostolus explicari, si infidelis nolit cohabitare fideli sine injuria Creatoris, eò quia alterum conjugem nitatur ad infidelitatem pertrahere, vel ad crimen, vel in blesphemias prorumpit contra Deum, Christum, & fidem; tunc enim Apostolus suadet coniugi fideli discedere ab infideli, adeò ut possit non solùm divortium quoad torum instituere; verùm etiam quoad vinculum, & transire ad alias nuptias in facie ecclesiæ: id enim concessit Christus in gratiam fidei, alioquin esset servituti subjectus frater, & soror, seu christianus, & christiana, siquidem est gravis servitus ita obstringi matrimonio.

Cæterum matrimonium inter infideles initum est verum, ac legitimum matrimonium; quapropter si nullum subsit perversionis periculum D. Paulus *1. ad Corinth. 7.* suadet coniugi ad fidem converso, ne ab infideli coniuge discedat; quod nefas esset, nisi tempore infidelitatis validum fuisset matrimonium inter ipsos infideles initum: siquidem matrimonium, si contrahatur inter infideles, est verus contractus naturalis, & civilis, non verò est matrimonium ratum; hoc est, non est matrimonium, quod simul sit sacramentum, & contractus, ut dicitur *in d. c. quanto 7. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd conjux conversus, si non possit sine injuria Creatoris cohabitare infideli, possit alteri nubere, & addit rationem: quia matrimonium initum inter infideles erat verum matrimonium, sed non ratum; scilicet quia erat verus contractus naturalis, & civilis, non verò sacramentum, adeò ut nullam produxerit gratiam, quamvis fuerit consummatum: & ideo potest tale matrimonium, cùm sit simplex contractus civilis, & naturalis, dissolvi.

14 Quòd si dicas, matrimonium inter infideles initum perinde esse indissolubile, ac inter fideles, cùm Christus Matth. 19. dixerit, *quos Deus conjunxit, homo non separet*: non enim verba Christi diriguntur solùm ad matrimonium fidelium, sed etiam ad illud infidelium cùm *Genes. 2.* dicatur: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*: ex quibus Concilium Tridentinum *sess. 24.* in doctrina de sacramento matrimonij infert, vinculum matrimonij esse perpetuum, ac indissolubile. Sed licèt id verùm sit, limitandum est tamen si infidelis ad fidem convertatur, & conjux infidelis nolit cohabitare fideli sine injuria Creatoris, tunc enim fidelis non solùm quoad torum potest separari ab infideli, sed etiam quoad vinculum transeundo ad alias nuptias ex D. Paulo *1. ad Corinth. 7.* & ratio est, quia matrimonium inter infideles est tantùm contractus civilis, & dissolubilis, si alter conjux convertatur, & infidelis nolit illi cohabitare sine injuria Creatoris, vel etiam quando ex convictu fidelis cum infideli sequitur periculum perversionis: vel etiam quando infidelis respuit fidelis convictum, & spontè discedit ab illo: at matrimonium inter Christianos initum, si semel consummatum sit carnali copula, est omnino indissolubile, adeò ut neuter conjux possit transire ad alias nuptias nisi postquam alter decesserit, adeò ut nec ab ecclesia, nec à Pontifice possit ampliùs dissolui; quo pacto matrimonium consummatum est fortius inter fideles, seu Christianos, quàm inter infideles; & per consequens difficiliùs etiam dissolvitur quoad vinculum.

15 Cæterum dissolubilitatem matrimonij initi inter infideles ex conversione unius conjugis, si alter nolit sine contumelia Creatoris illi cohabitare induxit ipse Deus in favorem fidei, cum in alijs pluribus casibus matrimonium infidelium sit jure naturæ etiam dissolubile.

Quòd si conjux ad fidem conversus antequam transeat ad alias nuptias in facie ecclesiæ, labatur in hæresim, vel etiam gentilismum, tunc matrimonium quoad vinculum non dissolvitur: quapropter Innocentius III. *in d. c. quanto 7. h. t.* cautè dixit, propter periculum dissimulationis malitiosæ tale matrimonium non statim dissolui.

Si verò ambo conjuges infideles eodem 16
tempore ad fidem Christianam convertantur, matrimonium inter eos non dissolvitur, sin verò unus post alium convertatur, is qui primò conversus est, restituitur secundò converso si res sit integra, seu si ad alias nuptias nondum transivit, tunc enim per conversionem secundi conjugis reintegratur matrimonium: non posset autem cogi, ut reverteretur ad ejusmodi conversum, si ipso jure statim post conversionem primi conjugis solveretur matrimonium, ut perperam putant aliqui.

Quòd si infidelis licèt nolit ad fidem converti, cupiat tamen cohabitare fideli sine injuria Creatoris, vel periculo perversionis, tunc 17 matrimonium non videtur dissolvi, & conjux fidelis tenetur cohabitare infideli: quia Apostolus tunc solùm negat, fidelem manere servituti conjugali subjectum, quando infidelis discedit ab ipso, vel est periculum subversionis: at quando infidelis vult cohabitare fideli sine injuria Creatoris; tunc infidelis non discedit à fideli, nec ullum imminet periculum perversionis, nec ulla adest injuria Creatoris, proinde ex Apostolo tenetur tunc conjux fidelis cohabitare infideli:

An verò ante sententiam de hæresi possit adulter suum delictum compensare cum hæresi. 18
Respondetur negativè, quia ante sententiam non est sufficiens causa divortij nisi ad tempus, si non resipiscat: cæterum postquam est emendatus, tenetur adulter illum recipere: unde hæreticus ante sententiam condemnatoriam potest divertere ab adultero, non verò adulter ab hæretico, nisi ad tempus: post verò sententiam, quamvis probabile sit, utramque fornificationem carnalem, & spiritualem posse compensari; communior tamen, & verior sententia est, non posse hæreticum uti adulterio pro compensatione, eò quia eidem divortium sit in pœnam hæresis, & adulterium alterius non tollit pœnam hæretici: imò compensatio non datur, si uterque conjux sic in hæresim lapsus: unde qui hæresis nondum est damnatus, potest divertere ab adultero; non è converso adulter ab illo, nisi ad tempus, dum non resipiscit; & tenetur ad resipiscentem redire, donec condemnetur: ratio discriminis est, quia in condemnato invenitur causa sufficiens perpetui divortij, non ita in non condemnato, est enim in illo causa divortij ad tempus, ut notat Sanchez *lib. 10. de matrim. disp. 16. n. 3. & 4.*

Infideles conjuncti secundo, vel tertio, 19
aut ulteriori gradu lineæ collateralis iure canonico tantùm prohibito, si convertantur ad fidem non debent separari, quia prohibitio canonica quoad contrahendum matrimonium

non

non extenditur ad infideles, quia cùm non sint de corpore ecclesiæ, non subiiciuntur iurisdictioni ecclesiasticæ, consequenter neque obligantur legibus, & constitutionibus canonicis, hinc Apostolus aiebat, *quid enim ad nos de his, qui foris sunt, judicare? 1. Corinth. 5.* Secus si in fideles sint coniuncti in gradu lege divina prohibito, tunc separandi sunt, si ad fidem convertantur, quia tale matrimonium fuit invalidum.

20 Ratio verò, cur coniuges infideles, si convertantur, non sint separandi, est, quia matrimonium inter infideles initum est verum matrimonium institutum in officium naturæ, seu ad generandos liberos, sicut est inter fideles. Hinc regulariter matrimonium infidelium non est separandum iuxta illud Christi Matth. 19. *quos Deus conjunxit, homo non separet*, ubi loquitur de matrimonio non solùm Christianorum, sed etiam Judæorum, & aliorum infidelium, qui propterea si non contraxerunt in gradibus lege divina prohibitis legitimè contraxerunt, & si convertantur non debent separari, quia per sacramentum baptismi non solvuntur coniugia, sed crimina dimittuntur. Ratio itidem est, quia jure naturæ matrimonium inter infideles persistit, & per conversionem ad fidem non tollitur ius naturæ: hoc totum desumitur *ex cap. Gaudemus penul. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd si pagani, qui habent uxores in aliquo gradu prohibito ab ecclesia, ut in secundo, vel tertio, aut ulteriori, convertantur, debeant remanere coniuges: quia per baptismum non solvuntur conjugia, sed crimina dimittuntur.

21 Oritur tamen difficultas, quia Pontifex *in d. c. gaudemus 8.* dicat, sacramentum conjugij apud fideles, & infideles existere: laborant enim Doctores de sensu horum verborum, eò quia sacramenta sint tantùm in ecclesia, & eorum janua sit solus baptismus *c. quia ex solo 24. q. 1. c. plerumque §. hic est q. 7.* Judæi autem, & infideles sunt extra ecclesiam, Apostolus enim ait *nihil ad nos de illis, qui foris sunt judicare 1. Corinth. 5.* unde cùm Judæi, & infideles non sint baptizati, nec sunt capaces ullius sacramenti. Præterea idem Pontifex in præcedenti *c. quanto 7. eod. tit.* ait, matrimonium infidelium non esse ratum, hoc est, non esse sacramentum, additque, hoc esse ratum per conjugij sacramentum: hinc *in c gaudemus 8.* asserit, conjugium inter infideles initum esse sacramentum, & in *c. præcedente quanto eod. tit.* dixit non esse sacramentum.

22 Ad conciliandos hos textus apparenter contradictorios, mihi placet, quod respondet Barbosa *in d. gaudemus n. 5. h. t.* nimirum sacramentum hic à Pontifice sumi generaliter *pro signo rei sacræ* quo pacto dividitur in sacramenta legis naturæ, veteris, ac novæ, seu evangelicæ, quæ non solùm significant aliquod mysterium, sed etiam gratiam conferunt. Si igitur sumatur matrimonium, prout non solùm significat aliquod mysterium, sed etiam confert gratiam, in hoc sensu Innocentius III. *in c. quanto 7. h. t.* dixit matrimonium inter infideles initum non esse ratum, scilicet non esse sacramentum, eò quia nullam producit gratiam. Sin verò sumatur sacramentum in priori laxa significatione, quatenus præcisè est signum rei sacræ, in hoc sensu *in c. gaudemus penult. h. t.* Innocentius III. vocat matrimonium inter infideles initum sacramentum, & rectè, quia revera significat unionem Christi cum ecclesia: siquidem matrimonium fuit institutum ad id significandum: unde quamvis inter infideles matrimonium non conferat gratiam sanctificantem, ut in lege evangelica, neque legalem ut in lege veteri; significat tamen unionem Christi cum ecclesia, & est signum sensibile rei sacræ, in quo sensu *in c. gaudemus* dicitur esse sacramentum.

An verò matrimonium, quod inter infideles initum est tantùm sacramentum in laxa significatione, ut explicuimus, quatenus tantùm significat conjunctionem Christi cum ecclesia, fit postea verum sacramentum, si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem. Respondetur, quòd si post baptismum matrimonium in infidelitate contractum confirmetur novo consensu, vel si antiquum verbis, aut nutibus approbetur, ac ratificetur, probabile est, fieri sacramentum cùm primùm conjuges ratificant pristinum matrimonium. 23

Alij etiam censent, fieri sacramentum cùm primùm conjuges baptizantur, etiam sine ullo novo consensu, ut docet Tanner. *tom. 4. disp. 8. q. 2. dub. 3. n. 51.* ubi citat D. Thomam *in 4. dist. 39. q. 1. art. 1. ad 1.* ubi S. Doctor ait, matrimonium infidelium esse sacramentum solo habitu, non actu, quæ sententia est etiam valde probabilis, cùm matrimonium infidelium non sit ratum, seu sacramentum, nec indissolubile, sed cùm primùm conjuges baptizantur fiat indissolubile, quamvis alter, vel uterque rursus à fide deficiat: quia cùm matrimonium infidelium perfectè significet unionem Christi cum ecclesia accedente baptismo fit verum sacramentum, in quod conjuges eo ipso, quòd baptizantur, si non explicitè, saltem virtualiter, implicitè consentiunt; quia per baptismum, quem liberè, & spontè suscipiunt, implicitè volunt esse conjuges eo modo, quo coniugium est in ecclesia, & inter fideles, proinde ex vi baptismi tale conjugium fit verum sacramentum, & indissolubile, perinde ac matrimonium cæterorum fidelium. 24

Utraque sententia est valde probabilis; sed illa tutior, quæ docet, conjuges infideles post baptismum ad removendum omnem scrupulum, debere in facie ecclesiæ, & coram testibus ratificare pristinum conjugium initum in statu infidelitatis, cui sententiæ libentiùs adhæreo, quia si post conversionem oriatur dubium aliquod circa matrimonium in statu infidelitatis initum non videretur, quid ecclesia deberet tunc iudicare cum ipsi non constet, an revera tales conversi in statu infidelitatis matrimonium inierint: vel deberet ecclesia acquiescere verbis, & assertioni eorun- 25

eorundem : secus si post susceptum baptismum coram Parocho, & testibus ratificent conjugium antea in statu infidelitatis initum, tunc ecclesia certò scit, eos esse veros conjuges, & potest in judicio procedere, perinde ac cum alijs fidelibus.

Juvat observare, quòd quamvis in pri-
26 mis sexcentis annis ab ecclesia condita ob frequentem infidelium conversionem ex consilio Apostoli *1. ad Corinth. 7.* laudabilis fuerit cohabitatio conjugis fidelis cum infideli extra periculum perversionis sine contumelia Creatoris, & si infidelis non discesserit à fideli, ut habetur *in c. jam nunc 8. & sequent. caus. 28. q. 1.* quia tamen successu temporis ex tali cohabitatione frequenter oriebatur periculum perversionis, ideò consuetudine, imò & lege inductum postea fuit, ne conjux ad fidem conversus permitteretur cohabitare infideli *c. Judaei 10. causa 28. q. 1.* Imò S. Thomas *loc. cit.* id etiam extendit, quamvis spes conversionis affulgeret. Quòd si ambo conjuges sint haeretici, & alter eorum convertatur ad fidem catholicam, non propterea conjux catholicus debet recedere ab haeretico, si possit cum ipso sine contumelia Salvatoris manere, quia uterque est baptizatus, & in Germania huiusmodi matrimonia, quibus alter conjux est catholicus, & alter haereticus permittuntur. Si verò periculum adesset perversionis, & catholicus non posset cohabitare haeretico sine contumelia Salvatoris, & haereticus nollet resipiscere, posset tunc catholicus etiam propria authoritate recedere ab haeretico, imò etiam teneretur, quia jus naturae obligat cavere propriae animae periculum.

27 Quòd si ambo conjuges essent catholici, & alter eorum in haeresim laberetur, posset catholicus etiam propria authoritate recedere ab haeretico, si nollet resipiscere : tale tamen divortium esset tantùm temporale, donec conjux haereticus resipisceret, tunc enim catholicus tenetur iterum resipiscentem admittere ad consortium conjugale. Quòd si per sententiam ecclesiae conjux haereticus damnetur ut haereticus, tunc ecclesia in poenam admissi criminis haereseos dat jus conjugi catholico in perpetuum divertendi ab haeretico, adeò ut possit catholicus religionem ingredi, & ibi solemnem emittere professionem. Verùm si haereticus resipisceret intra annum probationis teneretur conjux catholicus, qui religionem est ingressus, & in ea nondum professus, iterum redire ad conjugem resipiscentem.

28 Praeterea *ex d. c. gaudemus penult. h. t.* habetur, quòd si infidelis priùs plures habuerit uxores post fidem susceptam, debeat soli primae adhaerere, eò quia nulli unquam licuerit plures simul habere uxores, nisi cui per divinam revelationem fuerit concessum, adeò ut pluralitas uxorum, quae simul ducantur, non solùm jure canonico, & civili, sed etiam divino, evangelico, & naturali sit prohibita, ut deciditur *in d. c. gaudemus :* ubi Innocentius III. ait, habere plures uxores, esse inimicum fidei christianae, & nunquam licuit simul habere plures uxores, nisi quibus fuit divina revelatione concessum, ut Patriarchis, & alijs viris justis. Hinc infidelis habens plures uxores, quamvis primam repudiaverit si convertatur, tenetur accipere primam repudiatam. Excipitur tamen quando illa renuit illi cohabitare ; vel si consentiat, non tamen sine contumelia Creatoris : vel etiam si illum pertrahat ad peccatum. Hinc Pontifex cùm non possit dispensare in jure naturali, vel divino, nec potest dispensare, ut quis simul plures habeat uxores, adeò ut Patriarchae veteris legis ex sola Dei dispensatione potuerint habere plures uxores, ut dicitur *in d. c. gaudemus, §. nec ulli :* & haec dispensatio concessa fuit à Deo non per externam aliquam scripturam, vel locutionem, sed per inspirationem internam factam à Deo ipsis Patriarchis per divinam revelationem, quae postea derivata fuit vi consuetudinis ad reliquum populum Israël itidem; adeò ut cuilibet licitum fuerit plures simul habere uxores, ut nimirum multiplicaretur fidelis ille populus, ex quo Christus erat nasciturus.

In lege autem evangelica huiusmodi dispensatio fuit omnino sublata à Christo *Matth. 19.* ubi matrimonium ad primum statum reduxit, in quo unam tantùm uxorem ducere licebat. Quamobrem nec fideles, nec infideles hodie possunt simul habere plures uxores, unde quando infideles convertuntur ad fidem debent soli primae uxori legitimae adhaerere, & ab alijs separari, eò quia matrimonium, cum illis initum fuerit invalidum, ut deciditur *in d. c. gaudemus penult. h. t.* siquidem etiam in veteri lege matrimonium initum cum duabus uxoribus erat irritum, & tantùm ex sola Dei dispensatione fuit validum : & postquam Christus abrogavit talem dispensationem matrimonium cum pluribus uxoribus simul remanet irritum jure naturae, ut ab initio fuit, antequam cum Patriarchis dispensaretur. Hinc matrimonium infidelium cum pluribus foeminis initum ubique terrarum est jure naturae irritum propter jus divinum naturale illud irritans. 29

Alia divortij causa est conjugis saevitia ; si 30 enim conjux crudelis sit, & parum humanus, ab alio peti potest divortium quoad torum, nimis enim durum foret obligationem matrimonij extendere ad tam grave corporis periculum : quapropter praesumuntur contrahentes non se voluisse obligare cum tanto damno ad tam duram cohabitationem. Quanta verò debeat esse conjugis saevitia, ut licitum sit alteri ab illo divertere ; non conveniunt Doctores, quidam cum Barbosa *ad rubric. ff. soluto matrim. p. 2. n. 31.* censent ob solum vitae periculum posse divortium concedi. Communior tamen sententia est, ut ob attrocia verbera, non tantùm actu illata, sed quae inferenda probabiliter timentur, possit peti divortium quoad torum, & cohabitationem *l. consensu C. de repudiis.* Non tamen debet id intelligi de levibus verberibus, quia maritus ex ratio-

nabili

nabili causa potest leviter, & moderatè uxorem castigare, si deliquerit, ut docet Abbas *in c. quemadmodum de jureiur.* Neque ob verbera jam præterita potest uxor à marito separari, præsertim si ex aliquo extraordinario calore illata sint, unde si non subsit ampliùs periculum, esse virum imposterum similia verbera inflicturum; non potest uxor à marito separari.

31 Quia verò in hoc casu sevitiæ, plerumque solet in mora periculum esse, ideo non vertitur uxori vitio, si propria authoritate à viro sæviente recedat; si enim periculum immineat, non tenetur damnum expectare, illúdque subire: & tunc non est uxor restituenda marito, nisi hic idoneam præstiterit cautionem, & promiserit, se imposterum non esse ipsam offensurum: imò hujusmodi cautio, quæ solet exigi, quoties probabile offensionis periculum imminet, præstari debet regulariter per pignora, vel fideiussores; idque ut mulier, si imposterum à sæviente viro lædatur, habeat satisfactionem propter injuriam sibi illatam, & eam possit exigere: imò potest hujusmodi satisfactio consistere in pecuniis, quas maritus amittat, si uxorem offendat, siquidem *in c. litteras de restitut. spoliat.* requiritur sufficiens cautio, cujusmodi est illa, quæ fit per pignora, vel fideiussores *l. si mandato 59. §. ult. ff. mandati.* Sin verò maritus sæviens ob inopiam, nequeat pignora, aut fideiussores habere, tunc pro cautione acceptatur ejus juramentum *authent. generaliter C. de Episcop. & Clericis.*

32 Quòd si maritus sit parum religiosus, & facilè juramentum violet, tunc cohabitatio non est uxori injungenda, ut desumitur *ex d. c. litteras de restit. spoliat in fin.* Hoc tamen divortium ob sæviriam conjugis est tantùm temporale, donec maritus mitescat, ac humanior fiat: unde in praxi usitatum est, ut judex ecclesiasticus non proferat absolutam divortii sententiam, sed ad duos, vel tres annos concedat tolerantiam ut coniugis sævientis resipiscentia probetur.

33 Generatim quoties uxor ob cohabitationem cum suo viro grave patitur damnum, vel subest periculum illud patiendi, præsertim quoad salutem animæ, potest ab eo per divortium separari: quamdiu tale periculum durat, ut si conjux nitatur alterum pertrahere ad peccata gravia: quia jure naturæ, & divino permissum est cuique cavere periculum corporis, proinde multò magis illud animæ: quinimò tenetur quisque peccandi periculum evitare *Matth. 18. si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proyce abs te:* imò non est necessaria sententia judicis ecclesiastici ad hoc divortium, si periculum lapsûs in peccatum immineat. Tum quia tale divortium non est perpetuum, sed temporale.

34 Cæterum secluso periculo inductionis in peccatum ob nullum aliud crimen licèt grave, præter fornicationem carnalem, & spiritualem, licitum est inter conjuges divortium instituere, ut deciditur ab Alexandro III. *in c. quæ sicut 2, h. t.* ubi Pontifex rescribit, propter quodcunque crimen alterius conjugium non separatur, nisi frangatur fides, scilicet propter adulterium, & tunc uxor separata nō debet nubere, quia tenet matrimonium. Ubi notat Glossa, divortium non fieri, nisi ob fornicationem carnalem, vel spiritualem. Potest tamen maritus ad tempus se separare ab uxore criminosa, si putet, hanc separationem esse medium opportunum eam corrigendi, & emendandi: & vice versa id licitum erit uxori ad emendandum maritum, si spes affulgeat, ut debeat emendari; alioquin regulariter non incumbit uxori virum tunc corrigere, cum ipsi subijciatur.

Præter periculum animæ potest etiam divortium fieri ob grave periculum etiam corporis, adeò ut morbus contagiosus, lepra, lues venerea & alij id genus morbi, qui facilè contrahuntur ex mutua cohabitatione, censeantur sufficiens causa, quâ possit uxor à marito separari, si tamen ex medicorum judicio probabile corporis periculum illi immineat: siquidem naturalis æquitas dictat, ne obligatio matrimonij eo usque extendatur contra verisimilem contrahentium intentionem. In oppositum tamen potest obijci contrarius textus *in c. 2. de conjugio lepros.* ubi Pontifex expressè ait: *si virum, vel uxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat; generali præcepto Apostoli, quod exigitur, est solvendum, cujus præcepti nulla in hoc casu exceptio invenitur.* 35

Nihilominus ut canonum rigor, legum temperetur interpretatione *l. placuit C. de judic.* Plures respondent cum Barbosa *in d. c. 2. de conjug. lepros.* textum illum esse intelligendum, quando judicio Medicorum, non subest valdè notabile periculum; sicut ordinariè in fœmina admittente virum morbosum contingere dicitur. Alij respondent, textum esse intelligendum de morbo ante initum matrimonium non ignorato ab altero conjuge, qui eo non obstante se ad cohabitationem obligavit: tunc enim tenetur cohabitare viro leproso, quia leprosis non est interdictum matrimonium contrahere, & quamvis nemo sit Dominus suorum membrorum *l. liber homo ff. ad leg. Aquil.* ideóque ad actualem membri amissionem non possit se obligare; ad periculum tamen corporale nunnunquam se obligare non est prohibitum, ut in militibus, nautis, & alijs id genus: ob metum gravem cadentem in constantem, & prudentem virum alicuius damni gravis licitum est etiam conjugi metum passo ad tempus divertere ab alio conjuge, donec periculum cesset, vel sufficiens cautio ipsi præstetur de malo imposterum non inferendo, quia nemo tenetur cum tanto periculo, & damno animæ, vel corporis alijs obligationibus satisfacere, consequenter neque obligationi matrimonij. 36

Inter justas causas, quibus licitum est divortium, recensetur etiam, si vir sit leno, & uxorem incitet ad adulterium, vel furta. Si uxor ex cohabitatione cum viro justè metuat mortem, vel mutilationem membrorum. Si attro- 37

attrocia verbera uxori inferat *l. nec timorem 7. §. proinde. ff. de eo quod metûs causâ:* non tamen verbera hæc sufficiunt ad divortium, si semel, aut iterum tantùm contigerint præter consuetudinem viri. Si excitentur graves, & frequentes rixæ, discordiæ, quæ nimis molestam reddant cohabitationem inter conjuges. Si alter conjux sit omninò furiosus, ita ut sine vitæ gravi periculo cum ipso non possit cohabitare: non ita si molestia sit levis, quia tunc toleranda est.

38 Cæterum facto divortio inter conjuges liberi educari, & ali debent penes conjugem innocentem sumptibus patris, si iste causam divortij dederit: quòd si mater fuerit in causa talis divortij, tunc liberi educantur, & aluntur apud patrem innocentē sumptibus matris locupletis, nisi fortassis pater minus idoneus sit, quia tunc apud matrem ali, & educari deberent, ut habetur in *authent. si pater. C. de divortio.* Quòd tamen limitatur, primò nisi conjux innocens fuerit infidelis, vel hæreticus; & alius, qui causam dedit divortio, sit fidelis: tunc enim in favorem fidei, ne proles educetur apud infidelem ali, & educari debet à conjuge fideli *c. ult. de convers. infidel.* Secundò si culpâ viri factum sit divortium, & mulier transierit ad secundas nuptias, tunc enim proles non relinquitur educanda matri, sed patri *authent. si liceat §. illud.* Tertiò si mater causam dederit divortio, & divitijs affluat, & pater sit minus idoneus, vel pauper, tunc apud matrem proles debet educari, ut habetur in *d. authent. si liceat. §. illud.*

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

1 QUæritur primò, an infidelis, si in statu infidelitatis suam repudiet uxorem, & postea convertatur ad fidem, si matrimonium contrahat cum fideli, teneatur post baptismum eam dimittere, & adhærere primæ in statu infidelitatis repudiatæ? Respondetor, teneri adhærere primæ repudiatæ, tametsi hæc cum alio matrimonium contraxerit, nisi fortassis fornicata fuerit, idque desumitur ex *c. gaudemus 8. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd per baptismum nō solvuntur conjugia, sed crimina dimittuntur; & quia ante baptismum matrimonium quoad vinculum non erat solutum, ita post baptismum non potest alteri nubere. Cùm enim tale repudium legitimæ uxoris reprobetur à Christo *Matth. 19.* non potest quis licitè, & validè aliam etiam post baptismum ducere, nisi fortassis post conversionem ipsius, uxor renuat habitare cum viro, vel è contra: vel non possit cohabitare conjugi sine contumelia Creatoris, aut periculo perversionis, quia ut ait Apostolus *1. ad Corinth. 7. frater, & soror non est hujusmodi servituti subjectus,* unde si vir infidelis in statu infidelitatis repudiavit legitimam uxorem, tenetur post baptismum recipere repudiatam, quamvis infidelem, & dimittere secundam fidelem, cui post baptismum nupsit, quia tunc fidelis non est legitima uxor, sed infidelis.

2 Quòd verò teneatur adhærere infideli, quamvis hæc ad alias nuptias transierit, ex eo liquet, quia per tale repudium non fuit solutum vinculum matrimonij, & mulier non potest eodem tempore plures habere maritos: & quamvis mulier nupta secundo viro per consummationem matrimonij adulteriom commiserit, non tamen potest vir ejus conversus ad fidem, & qui eam repudiaverat, objicere adulterium repudiatæ, ex eo quòd post repudium, nupserit alteri, quia tale adulterium fuit tantùm materiale, & mulier bona fide processit, putans sibi licitum transire ad alias nuptias, & mulier infidelis, non subijcitur legi evangelicæ, à qua repudium reprobatur. Secus si mulier infidelis fuerit fornicata, potest à viro converso ad fidem dimitti non solùm quoad torum, verùm etiam quoad vinculum, quia eo ipso quòd mulier committit adulterium, quamvis postea conversa fuerit ad fidem, acquiritur marito jus eam omnino dimittendi, adeo ut aliam possit ducere: & ratio est, quia per baptismum postea secutum non tollitur viro converso jus maritale antea acquisitum, ut habetur in *d. c. gaudemus 8. h. t.*

3 Quæritur secundò, an propter adulterium occultum secluso scandalo possit quis in foro conscientiæ uxorem dimittere? Respondetur, probabiliorem sententiam esse affirmativam, licèt ab innocente probari non possit adulterium occultum: si enim certus sit de adulterio commisso ab uxore, potest non expectato ecclesiæ judicio in foro conscientiæ eam dimittere, vel ipse fugere in partes remotas; secluso tamen aliorum scandalo, ut docent Coninck *de sacram. disp. 35. dub. 2. conclus. 3. n. 12.* Sotus *in 4. dist. 36. q. unic. art. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 11. n. 12.* Ratio est, qoia vir in foro conscientiæ sublato scandalo potest sibi jus dicere: & cum defectus probationis non proveniat ex sua culpa, potest ille uti jure suo. Verùm licèt hæc vera sint in foro conscientiæ, in foro tamen externo talis separatio non permittitur, nisi adulterium fuerit notorium, ut habetur *in c. significâsti 4. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si vir dimittat uxorem ob adulterium sine sententia judicis, sit anathemate percutiendus. Quinimò docet Sanchez *loc. cit.* posse virum ob adulterium occultum transire ad religionem, si sola attendatur injuria matrimonij, & damnum coniugis derelicti, qoia cum adulterium sit sufficiens causa divortii nulla irrogatur iniuria.

4 Verùm putârim ad id requiri consensum enningis derelicti, quia tametsi adulterium occultum sit sufficiens causa divortii qooad torum, non ita quoad vinculum matrimonii. Hinc si vir velit religionem ingredi, & interrogetur à Monachis, an sit conjugatus, vel etiam ab Episcopo promoturo ad ordines, aut literas dimissorias ad id concessuro, tenetur veri-

veritatem fateri, adeò ut non possit negare se esse conjugatum, quia tam Episcopus, quàm Monachi habent justam causam interrogandi. Quòd si uterque conjux sit reus adolteri, neuter potest ab altero divertere, ut habetur *in c. significâsti 4. de divortijs* quia compensatur mutua injuria. Neque refert, unum prius altero fuisse adulterum, neque quòd adulterium unius sit notorium, & alterius omnino occultum: quia revera uterque fidem matrimonij fregit, & soli innocenti conceditur divortium, & quia uterque est nocens, neutri licet ab altero divertere. Quinimò si innocens etiam post factum divortium delabatur in adulterium, tenetur alterum conjugem emendatum iterum admittere ad torum; & cohabitationem ad ejus instantiam, & si neget, compelli etiam potest à judice.

5 Quinimò quamvis divortium factum sit per sententiam judicis ecclesiastici, adhuc innocenti non mutanti statum inest jus liberum ad revocandum ad se nocentem, adeò ut non possit nocens inconsulto innocente, eóque invito religionem ingredi, vel sacris initiari ordinibus, nec votum simplex castitatis emittere, eò quia vinculum matrimonij non sit solutum, & possit innocens cedere juri suo, & condonare nocenti injuriam sibi illatam, & illum admittere ad torum, & cohabitationem; & tenetur tunc ex justitia nocens iterum innocenti cohabitare.

6 Quæritur tertiò, an ex adulterio publico oriatur divortium, adeò ut possit adultera religionem ingredi. Ratio dubitandi est in *c. significâsti 4. h. t.* ubi habetur, ex adulterio publico oriri divortium? Respondetur cum distinctione, si innocens consentiat, vel si sciens non contradicat; tunc potest conjux nocens religionem ingredi: secus si innocens contradicat, quia tunc potest cedere juri suo, & repetere suam uxorem, quamvis nocentem. Quòd verò si vir non contradicat, possit religionem ingredi, ex eo suadetur, quia tunc videtur licentiam concedere, & scienti, ac consentienti non fit injuria. Hinc ut communiter docent Canonistæ, si uxor post sententiam latam à judice de illius adulterio, vel etiam eo notorio existente detrudatur in monasterium pœnitentiam actura, si intra biennium vir non repetat suam uxorem, liberum est mulieri religionem profiteri, quia ex eo, quòd vir omittat repetere suam uxorem, videtur assentiri, ut maneat in monasterio, possitque in eodem profiteri, & ita disponit jus *in authent. sed hodie C. ad leg. Jul. de adulter.* quæ decisio à jure canonico nullibi invidetur revocata, ut notant Abbas *in c. gaudemus 8. h. t. n. 7.* Hostiensis *ibid n. 5.*

7 An verò si adultera professionem emittat in monasterio, teneatur ejus vir innocens etiam transire ad religionem, vel votum emittere perpetuæ castitatis. Probabile est, ad neutrum teneri, & desumitur *ex c. Agathosa 27. q. 2.* ubi deciditur, quòd conjux ingressus in religionem uxore manente in sæculo absque voto, restituendus sit uxori, nisi mulier fornicata fuerit. Quamobrem textus prohibentes mutationem status alterius conjugis altero in sæculo manente saltem absque voto castitatis, ut habetur *in c. sanè. cap. cum sis, c. significan. de convers. conjug.* loquuntur, ubi matrimonium integrum manet, & illæsum, adeò ut si ex duobus conjugatis alter ingrediatur in religionem, teneatur egredi, & cohabitare alteri conjugi, si hic sit innocens, & nullam causam dederit separationis, nec voto se adstrinxerit castitatis: quia coniux innocens habet ius in alterum conjugem etiam innocentem, qui propterea non potest se separare: secus dicendum, si ex causa adulterij fiat divortium, quia cum innocens liber sit ab onere reddendi debitum conjugale, potest independenter ab ulla mutatione status adulteri ad religionē, vel sacros ordines transire. Ingrediente autem innocente religionem non propterea nocens adstringitur ad illius ingressum, ut notat Layman *lib. 5. sum. tract. 10. p. 3. c. 7. n. 12.* quia textus in *citat. c. sanè. c. cum sis de convers. conjug.* exigentes mutuum conjugum ingressum intelliguntur, quando jura matrimonij sunt diminuta, ut docent Martinus Perez *de matrim. disp. 56. sect. 7. n. 3.* Hurtadus *disp. 8.* Immo si conjux nocens, qui adulteravit, se omnino emendâsset, sæpiúsque, ac instanter petiisset reconciliationem, & innocens eam absolutè negâsset, posset religionem ingredi, vel etiam ordines suscipere: ratio est, quia tunc innocens irrationabiliter esset invitus, quia non habet ius, ut alter compellatur perpetuò manere incertus de suo statu; nec possit animæ suæ consulere deligendo statum sibi magis opportunum.

Quæritur quartò, an vir teneatur dimittere uxorem suam perseverantem in adulterio? Videtur respondendum affirmativè, quia ex natura rei tenetur quisq; removere scandala, quæ scit oriri ex cessatione suæ actionis, quam potest, & tenetur exercere: unde si ex eo, quòd maritus non recedat ab uxore perseverante in adulterio, sequitur scandalum; tunc quia illam à se non repellit, cum possit illam eijcere, occasionem dat suspicandi, ipsum esse participem adulterii, & ex eius consensu eius uxorem perseverare in adulterio, proinde tenetur vir conscius adulterii dimittere uxorem adulteram, si ex tali dimissione spes affulgeat emendationis: siquidem quisque ex lege correctionis fraternæ tenetur peccata proximi vitare per media convenientia, & opportuniora, quibus meliori modo possibili possit lucrari fratrem in peccato mortali existentem: & cùm maritus sit caput uxoris, & pertineat ad ipsum eam dirigere, strictiori obligatione tenetur impedire eius adulteria, etiam adhibendo medium dimissionis, si inde speretur emendatio: tenetur ad id ex vi præcepti fraternæ charitatis, & correctionis. Cùm enim hoc præceptum omnes obliget, à fortiori etiam maritum in ordine ad uxorem perseverantem in adulterio. 8

Quòd si dicas, maritum non teneri dimittere uxorem propter adulterium, eò quia possit condonare injuriam sibi illatam: neque teneri ratione correctionis fraternæ, eò quia possit huic satisfacere per simplicem admonitionem. Contra est, quia si simplex admonitio sufficiat, ut uxor adultera emendetur, tunc verum est, quòd non teneatur illam dimittere, si velit iuri suo cedere, & condonare iniuriam sibi illatam: sin autem simplex admonitio non sit medium sufficiens ad obtinendam emendationem uxoris, & ex eo, quòd si dimittatur, affulgeat spes emendationis, adeo ut sola dimissio sit apta ad emendationem, tunc tenetur vir eam dimittere. Non ita è contra tenetur uxor dimittere maritum adulterum: idque non ratione adulterii, quia potest uxor cedere juri suo, neque ratione scandali, quia non præsumitur mulier assentiri adulterio mariti: neque ratione correctionis fraternæ, quia vir, per hoc non emendaretur; imò tantùm abest, quòd talis dimissio foret mediū ad emendationem; ut potiùs acriùs virum excitaret ad magis persistendum in sua malitia, cum nolit vir pati, ut à sua uxore ita dimittatur. Tum quia talis dimissio esset valde incommoda uxori; & teneretur hæc cœlebs vivere, sola domum regere, & infamia mariti manifestior fieret: unde mulieris non est, nisi virum corrigere, precibus flectere, suavibus admonitionibus suadere. Cæterum si uxor omnino crederet, virum esse emendandum ex dimissione ad tempus, tunc ad id teneretur ex charitate, sed putârim, casum fore rarissimum.

10 Quæritur quintò, an vir qui post latam divortij sententiam adulterium commisit, teneatur reconciliari cum uxore nocente, & dimissa propter adulterium? Respondent plures cum Layman *lib. 5. tract. 10 disp. 9. n. 30.* non teneri reconciliari, si post latam sententiam adulterium committeret, & nituntur, eò quia sententia divortij transeat in rem judicatam in favorem innocentis, & in odium adulteræ, & in pænam illius: unde si semel per sententiam divortij innocens declaratur omnino liber ab obligatione reddendi dubitum adulteræ petenti, non est, cur debeat jus acquisitum perdere per subsequens adulterium. Quinimò Ledesma *de matrim. q. 16. art. 6.* censet, post latam divortij sententiam posse virum innocentem etiam inconsultâ dimissâ uxore adultera religionem ingredi, vel promoveri ad ordines sacros, eò quia semel facto legitimè divortio per sententiam judicis nullum superfit jus in adultera repetendi innocentem virum; quamvis innocens post sententiam divortij labatur & ipse in adulterium.

11 Tum quia post sententiam divortij conjux innocens quoad torum, & cohabitationem, non est conjux adulteræ, quia per divortium legitimè factum solvitur matrimonium quoad torum, & cohabitationem, & extinguitur in altero jus exigendi debitum conjugale ab altero; licet non solvatur vinculum matrimonij: ex quo infer unt, conjugem innocentem, si post sententiam divortij fornicetur, nullam inferre injuriam conjugi adultero. Nihilominus contraria sententia mihi videtur probabilior, quam docent Pontius *de matrim. lib. 7. c. 20.* Hurtadus *disp. 11. diffic. 3. n. 11.* Diana *tract. 6. de matrim. resol. 227.* & alij quos ipse refert.

Ratio, cur non solùm ex officio judicis, 12 verùm etiam ad petitionem partis cogendus sit innocens nocenti dimisso reconciliari, est; quia sententia divortij ob adulterium ab altero conjuge commissum non concedit innocenti jus ab eo divertendi, sed tantùm declarat, ut possit publicè uti jure, quod ex adulterio acquisivit: sed ius, quod ex adulterio innocens acquisivit est tantùm acquisitum eidem, ut innocenti, adeo ut tamdiu in ipso maneat tale jus, quamdiu perseverat innocens: proinde si & ipse fiat nocens, labatúrque postea in adulterium, cessat prædictum ius, consequenter cùm primùm fit nocens, cùm illi nullum ampliùs superfit ius ad divortium, tenetur reconciliari alteri conjugi nocenti, perinde ac teneretur eidem reconciliari, si adulterium commisisset ante sententiam latam. Hinc ad argumenta opposita respondetur, sententiam divortij legitimè facti non transire in rem judicatam in favorem innocentis, nisi quamdiu iste perseverat innocens; quòd si & ipse fiat nocens, & æqualis uxori adulteræ, eò quia & ipse etiam post latam sententiam committat adulterium, tunc injuria per parem iniuriam utrique compensatur, & cùm vinculum matrimonii non sit solutum, tenetur uxori reconciliari. Hinc ad id, quod addebatur, post sententiam divortii coniugem innocentem quoad torum, & cohabitationem non esse coniugem adulteri, respondetur, id esse verum, quamdiu manet innocens, quia tunc conservat jus ad divortium, quod tamen amittit, si & ipse fiat nocens.

Quæritur sextò, an si conjux innocens post 13 sententiam divortij legitimè facti sacris initietur ordinibus, vel profiteatur in religione approbata, possit adhuc reconciliari conjugi adultero? Respondetur negativè, quia cùm assumpserit statum immutabilem, séque tradiderit religioni per professionem; vel ecclesiæ per ordines ad sacra ministeria, non potest ampliùs ad conjugem redire, neque à tali statu resilire. Hinc cùm primùm conjux innocens sacris initiatur ordinibus, vel professionem emittit in religione approbata, omne à se jus matrimonij abdicat; omníque juri suo renuntiat quoad matrimonium, quod non est compossibile cum tali statu assumpto. Sin verò conjux innocens sit tantùm novitius, vel solùm in minoribus constitutus, adhuc potest reconciliari alteri conjugi, quia habet jus justitiæ ad conjugem nocentem, illúdque nondum impeditum est ab alio justitiæ jure, quale habet religio in professum, vel ecclesia in sacris initiatum. Hoc idem etiam procedit, si conjux innocens post latam divortii sententiam voveat simpliciter castitatem extra religionem: potest etiam tunc redire ad suum conjugem nocentem, quamvis pec-

peccet, cùm se exponat periculo transgrediendi votum emissum, & tunc tenetur tantùm conjugi petenti debitum conjugale reddere, non verò petere.

14 Quæritur septimò, an quando uterque conjux est adulter, & unus ex eis vitam prorsus emendavit, & alter non, liceat tunc conjugi emendato petere divortium? Respondetur, probabile esse, admonitum ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblata, sed non accepta non cessisse juri divertendi, quod ex alterius adulterio acquisierat: licèt uterque sit æquè nocens, nihilominus qui reconciliationem petit, tantùm probat, non posse alterum accusare de delicto sibi non remisso; non tamen probat cessisse juri divertendi. Contraria tamen sententia, quàm docent Layman *lib. 5. tract. 10 p. 3. c. 7. n. 17.* Coninck *disp. 35. dub. 2. n. 17.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 7. n. 4.* est etiam perquam probabilis, quia monitio, & interpellatio, quâ adulter adulterum interpellat, monétque, ut corrigantur, simúlque habitent, vim habet reconciliationis: hoc enim pacto interpellans, & monens reconciliationem offert alteri: proinde ex parte sua illum sibi reconciliat: neque obstat, si alius nolit acceptare, quia tenetur admittere: Quapropter si postea iterum labatur in adulterium ultima mora sibi nocere debet, quia per emendatum non stetit, quò minus alter corrigeretur, & reconciliaretur. Quinimò, si viro emendato, & interpellanti uxor adultera nolit reconciliari ex justo timore, ne ab ipso interficiatur: si vir ad id offerat sufficientem cautionem, & mulier illâ non obstante nolit ei reconciliari, sed persistat in adulterio, adhuc est sufficiens causa, ut vir ab illa divertat, quia illa interpellatio additâ cautione, & emendatione viri habet vim sufficientis reconciliationis, ut adulteria præcedentia compensatione aboleantur, & quasi novus matrimonij status inciperet.

15 Quæritur octavò, an vir expellens uxorem è domo negans illi necessaria alimenta, & hæc ad eadem sibi acquirenda fornicetur, possit vir ob adulterium uxoris petere divortium? Respondetur, duas extare sententias, quarum prima asserit, non posse tunc virum divertere ab uxore, si hæc adulteretur ob necessaria alimenta sibi acquirenda: nititur hæc sententia, quam præ cæteris docet Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. controversf. 13.* Primò, quia maritus injustè repellens e domo suam uxorem privans eam alimentis necessarijs ad vitam sustentandam, majorem causam confert adulterandi, quàm si tantùm adulterii conscius illud non prohiberet: atqui quando maritus scit adulterium uxoris, & illud non prohibet, cùm possit, non conceditur eidem petenti divortium: ergo nec quando uxor injustè repulsa à marito adulterium committit, ut necessaria ad vitæ sustentationem sibi acquirat.

16 Secundò quia considerata fœminarum fragilitate, & inconstantia, uxor à viro injustè domo ejecta, & destituta omni medio ad comparandum sibi victum, & vestitum, per ipsam ejectionem ponitur à marito in periculo evidenti fornicandi, cuius est causa maritus, qui propterea cùm fecerit occasionem uxori adulterandi, videtur indirectè consensisse in eius adulteria, proinde non posse ei competere ius petendi divortium.

Idque ex eo potest firmari, quia maritus 17 iniustè expellens è domo uxorem, cui negat necessaria alimenta, peccat graviter, proinde maritus non est censendus innocens, cui ius petendi divortii debeat favere, cùm potius sit nocens, & iniustus: ergo ipsi non competit ius petendi tunc divortium ob uxoris adulterium; quia divortium non conceditur nisi in favorem innocentis, & in pœnam nocentis, & cùm maritus ob iniustam expulsionem uxoris è domo non sit innocens, non videtur ius divortii petendi ei competere; quinimò cùm maritus præsumatur scire uxorem repulsam passam facilè lapsuram in adulterium, ut necessaria ad victum, & vestitum sibi acquirat, potiùs plectendus est maritus pœna lenonis, & non uxor.

Nihilominus contraria sententia est etiam 18 probabilis, quam docent Sanchez *lib. 10. de matrim. disp. 5. n. 6.* quia ex eo, quòd maritus iniustè expellat è domo uxorem, non ob id intendit, ut uxor debeat adulterium committere, & illi talem iniuriam inferre, quia nemo præsumitur velle sibi nocere, ac esse sibi iniurium, quapropter non censetur maritus assentiri adulterio, nec consequenter amittere ius petendi divortium, si uxor adulteretur, idque desumitur ex *c. significâsti 4. h. t.* ubi Alexander III. rescribit, quòd si vir dimittat uxorem, & hæc adulteretur cum aliis, & tamen petat restitui, dicens, se iniustè dimissam, & habuisse materiam adulterandi à marito; si adulterium mulieris est notorium, non est cogendus ad illam recipiendam, nisi constiterit, ipsum virum cum alia adulterâsse. Ubi vir non cogitur adulteram uxorem recipere non obstante, quòd allegaverit iniustam expulsionem à domo: & ratio etiam est, quia mulier expulsa nulla ratione induci debet ad fornicandum *c. ita ne 32. q. 5.*

Hoc idem etiam deciditur in *c. ex litteris 5. h. t.* ubi non auditur uxor allegans se adulterium commisisse, eò quia vir ei denegaverit necessaria alimenta: & ratio est, quam adfert Glossa, ibi: *V. compulsa,* quia non sit eligendum turpiter vivere prætextu paupertatis *l. palam. ff. de ritu nupt.* Id tamen limitandum est, nisi vir ea intentione uxorem è domo eiecisset, ac necessariis privâsset alimentis, ut ipsa necessitate urgente adacta esset ad adulterandum, simúlque aperiendam occasionem marito petendi postea divortium, quia tunc maritus assentiretur in adulterium, proinde non posset ipsi competere ius ob adulterium dimittendi uxorem.

Quæritur nonò, an sit de iure naturæ, ut 19 ratione adulterii oriatur divortium: quod idem est, ac quærere, an ex natura contractûs matrimonij oriatur, ut licitum sit divortium ratione adulterii? Plures negant, censentes di-

stinctione: si enim matrimonium fuerit irritum ex defectu consensûs in alterutro contrahentium, tunc convalescit matrimonium, si is, qui fictè tantùm consensit, revera postea consentiat; non enim est necessè, quod uterque conjux simul tunc consentiat, cùm possit unus priùs assentiri, quàm alter: alioquin matrimonium per procuratorem non posset contrahi, cum principalis, qui procuratorem mittit, jam antea à longo tempore consenserit, quàm altera pars, ad quam procurator mittitur: & quia consensus alterius conjugis moraliter, & virtualiter perseverat in affectu maritali, quo prosequitur alium conjugem, à quo petit debitum conjugale; ideo per id, quòd alter conjux, qui non consenserat, vel simulatè tantùm consenserat, ponat de novo, verum, & legitimum consensum, convalidatur matrimonium, quia habetur ab utroque conjuge verus, & realis consensus, quo ambo conjuges verè consentiunt in matrimonium; unus virtualiter in affectu maritali, & in petitione debiti; & alter explicitè, si dicat uxori libenter eam habere, & si deberet iterum nubere, aliam non duceret nisi ipsam. Non enim censeo sufficere consensum merè internum, quia contractus matrimonij cū sit extrinsecus, & sensibilis, exigit etiam in utroque contrahente consensum externum sensibilem; vel saltem, ut per signum aliquod externum, ut per verba, quæ conjugalem affectum exprimant, vel per copulam maritalem significetur, cùm ad essentiam sacramenti requiratur signum sensibile.

27 Quòd si matrimonium ab initio fuerit irritum ob impedimentum dirimens occultum, tunc si tale impedimentum cessaverit, ut in affinitate occulta, & dispensatio clam obtenta sit; non est necesse, ut uxor ignara nullitatis, de ea certioretur, novúsque ipsius consensus petatur, sed sufficit, si dissimulata nullitate interrogationi de præsenti factæ consentiat, ut si maritus, quando affectu maritali eam prosequitur, dicat ipsi, ego te vel maximè diligo, & postea eam interroget, an si ipsa iterum deberet nubere, vellet etiam ipsum habere in maritum; facilè enim fœmina assentiretur marito.

28 Immo putârim, nec esse necessariam talem interrogationem, quia cum ipsa consentiat in affectu maritali, & petat à viro debitum conjugale, sufficienter exprimit suum consensum, quo habet ipsum in maritum, si enim non crederet esse ejus maritum, nec assentiretur tali matrimonio, non peteret debitum, unde sufficeret, si solus vir diceret uxori: ego te libenter habeo in meam uxorem, & sum valdè contentus, quòd tibi nupserim, tunc enim consensus viri ponitur de novo per signum extrinsecum sensibile, & clarè percipitur à conjuge, quæ cum petat affectu maritali debitum à viro, sufficienter etiam consentit per signum extrinsecum in tale matrimonium; & hoc pacto, quod antea erat irritum ob impedimentum dirimens occultum convalidatur absque ullo periculo scandali, obtentâ priùs dispensatione ab impedimento dirimente.

Neque opus est, ut reiterentur solemnitates, si ab initio matrimonium fuit initum coram facie ecclesiæ, quia huic, cùm non constet publicè de impedimento dirimente, potest semper judicare, tales conjuges contraxisse verū matrimonium in foro externo. Quòd si primum matrimonium non fuisset celebratum in facie ecclesiæ, tunc fuisset clandestinum, & irritum, consequenter tenerentur conjuges iterum contrahere in facie ecclesiæ.

Quæritur tertiòdecimò, an si Catholicus matrimonium contrahat cum hæretica sit separandus ab illa? Respondetur negativè, quia matrimonium initum à fideli cum hæretica est validum, ut docent D. Thomas *in 4. dist. 29. q. unic. art. 1. ad 5.* S. Bonaventura ibid. *art. 1. q. 1.* S. Antoninus *3. p. tit. 1. c. 6.* Glossa *in c. non oportet v. hæreticus 28. q. 1.* Archidiaconus ibid. *n. 4.* Abbas *in c. final de condit. appos. n. 5.* quia nullo jure habetur, quòd matrimonium initum inter virum catholicum, & fæminam hæreticam sit irritum, quinimò in *c. decrevit de hæret. in 6.* supponitur, tale matrimonium esse validum, quia ibi tantùm statuitur, uxores contrahentes scienter cum hæreticis esse in pœnam delicti privandas dote; & Pontifex non subdit, coniūges esse saparandos, quod procul dubio subdidisset, si tale matrimonium foret irritum. Tum quia hæresis non recensetur inter impedimenta, quæ matrimonium dirimunt, proinde si nil aliud obstet, quàm simplex hæresis, contractus matrimonii suum sortitur valorem, ut docet D. Thomas *in 4. dist. 39. loc. cit.* Neque obstat, quòd inter impedimenta dirimentia matrimonium recenseatur cultûs disparitas: quia id intelligitur de illa disparitate cultûs, quæ reperitur inter fidelem, & infidelem non baptizatum; non verò, quæ reperitur inter fidelem, & hæreticum, quia ambo sunt baptizati, & colunt unum Christum humani generis Redemptorem. Tum quia per baptismum, quia est janua reliquorum sacramentorum, tribuitur baptizato jus percipiendi reliqua sacramenta: ergo cum hæretici susceperint baptismum, habent hoc jus ad reliqua sacramenta suscipienda; quo jure carent infideles non baptizati. 30

Hinc ex eo, quòd matrimonium initum inter virum catholicum, & fæminam hæreticam sit validum, non debent, nisi quid aliud obstet præter simplicem hæresin, separari, sed potiùs debent conjungi, & fidem servare in ijs, quæ pertinent ad honestum usum matrimonij, quod si fides servanda est in omni alio legitimo contractu valido, à fortiori etiam in contractu matrimoniali, cùm hic sit omnino indissolubilis *Matth. 29. v. 5. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, & paucis interjectis: *Quòd ergo Deus conjunxit homo non separet. Luc. 26. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur; & qui dimissam à viro ducit mœchatur 1. ad Corinth. 7. v. 10. ijs autem, qui matrimonio conjuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus uxorem à viro non discedere, quòd* 31

si

ſi diſceſſerit ,manere innuptam , aut viro ſuo reconciliari, & vir uxorem ſuam non dimittat.

33 Hinc catholicus , qui duxit in uxorem hæreticam , tenetur cum illa cohabitare, & fidem ſevare, ac debitum reddere : ad hanc autem fidem coniugalem ſervandam tria potiſſimum requiruntur, quorum primum eſt, ut nemter vivente altero conjuge copuletur cum alia perſona ; quia vinculum matrimonij eſt indiſſolubile , nec aliter quàm per mortem alterius diſſolvi poteſt , hinc Apoſtnlus ad *Roman. 7. v. 2. Quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi ; ſin autem mortuus fuerit vir ſoluta eſt à lege viri : igitur vivente viro vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro.* Secundò ut alter alteri cnniugi petenti debitum reddat, ut ſcripſit Apoſtolus *1. ad Corinth. v. 7. uxori vir debitum reddat ; ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* Tertiò ut alter cum altero conjuge cohabitet , & ſimul familiam adminiſtret, ita tamen ut mulier ſit ſubdita viro , qoia ut ſcribit Apnſtolus *1. ad Corinth. 11. v. 3. Caput mulieris eſt vir,* cùm igitur fides conjugalis conſiſtat in his tribus, ut deſumitur ex Apoſtolo, ſequitur, virum qui duxit in uxorem fæminam hæreticam non eſſe ab illa ſeparandum, ſi nil aliud obſtet niſi ſimplex hæreſis , & uxor patiatur, ut vir Catholicus vivat ritu catholico , & educet filios, adminiſtret familiam , & nullo ſcelere, vel morbo vitam impediat conjugalem.

34 Quòd ſi vir ab initio promiſiſſet , ſe contentum fore, ut liberi ab ipſa uxore hæretica inſtruantur ritu hæreticorum, tunc promiſſio utpote turpis eſt per ſe irrita, & nullo modo ſervanda, tametſi acceſſerit juramentum, quia hoc utpote acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. Præterea quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis ; neque in tali caſu Deo placeret, Immo neque eſſet ſervanda promiſſio etiam jurata fæminæ hæreticæ, ut ipſa ritu hæreticorum ſolas fæmellas inſtrueret, & vir ritu catholico mares ; quia eſt etiam promiſſio turpis, & impia, conſequenter juramentum eidem adjectum non inducit obligationem, & corruit, ut acceſſorium principalis turpis, Tenetur enim vir catholicus omnes ſuos liberos tam mares, quàm fæmellas in vera fide, & religione catholica educare.

35 Poſſet tamen in contrarium objici , quia ſi fidelis matrimonium contrahat cum infideli nullius eſt valoris, ſive jure divino, ut cenſet Catherinus *lib. 5. contra Cajetanum c. de matrim.* vel quod eſt probabilius ſolo jure eccleſiaſtico, ut docent Scotus *in 4. diſt. 30. q. unic. a 2* D. Bonaventura ibid. *q. 1. art. 1.* Bellarminus de matrim. *c. 23. conclus. 2.* Calderinus in *c. fin. de condit. appos.* Covarruvias *in 4. decret. 2. p. c. 1. §. 11. n. 1.* proinde ſi catholicus contrahat cum hæretica videtur tale matrimonium eſſe invalidum, quia hæreticus eſt infidelis. Sed contra negatur conſequentia, ratio diſcriminis eſt, quia hæreticus , licèt ſit infidelis reſpectu unius, vel alterius articuli fidei, quem non credit ; eſt tamen baptizatus , & beneficio ſuſcepti baptiſmi habet jus ad cætera ſacramenta , & eſt fidelis quoad alia, præſertim quoad Chriſtum Redemptorem humani generis, quo fit , ut matrimonium initum inter catholicum, & hæreticam ſit validum : ſecus cum infideli eſt irritum , quia infidelis , cùm careat baptiſmo non habet jus ad reliqua ſacramenta ; hinc etiam matrimonium initum à catholico cum Catechumena eſt invalidum ob eandem rationem, quia catechumena, licèt credat in Chriſtum , nondum tamen eſt baptizata, & ſolus baptiſmus eſt janua ceterorum ſacramentorum, ut docet D. Thomas in *4. diſt. 39. q. unic. art. 1. ad 5.*

Neque obſtat, quòd in ſexta Synodo generali *can. 27.* nuptiæ contractæ cum hæretico dicantur irritæ, & tale conjugium neſarium Ibi : *Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum viro hæretico copulari, ſed ſi quid ejuſmodi ab uno ex omnibus factū apparuerit , irritas nuptias exiſtimari, & neſarium conjugium diſſolvi.* Nam contra, quia ut communiter docent Doctores huiusmodi canones non ſunt authentici , nec habent authoritatem, neque fuerunt editi à Concilio, ſed tantùm poſt diſſolutum Concilium à quibusdam Epiſcopis : neque fuerunt ab ullo Romano Pontifice approbati ; quapropter vocari ſolent Trullani , eò qòòd fuerint editi in Trullo (quod erat palatium Regis) quod enim non fuerint editi à ſexta Synodo probant Sotus *de juſtit. & jur. lib. 7. q. 2. art. 2. v. hac ergo,* Bellarminus *lib. 1. de Conciliis c. 7.* & *lib. 2. de Romano Pontif. c. 18.* Surius *tom. 3. Concil. in ſexta ſynod. in præfat. ad Lectorem.* Tum quia præſati canones Trullani fuerunt reprobati à Sergio Papa, ut notat Paulus Diaconus *lib. 8. de reb. Romanor. c. 9.* & Vega *lib. de ſex ætatibus* in Juſtiniano, ubi hos canones vocat ſynodum erraticam : neque obſtat, quòd in *ſexta ſynodo diſt. 16.* hi canones dicantur fuiſſe recepti ab Adriano Papa : quia Gratianus ibi non refert, Adrianum approbâſſe illos canones, ſed tantùm eos retuliſſe ex quadam epiſtola , quam Tharaſius miſerat ad ipſum Adrianum. 36

Quæritur quartodecimò , an catholicus matrimonium contrahens cum hæretica, peccet mortaliter? Reſpondetur tale matrimonium eſſe illicitum, quamvis validum ſit, & proinde catholicum ducentem hæreticam peccare mortaliter , eò quia transgrediatur in re gravi ſacros canones : ſiquidem in *c. non oportet,* & in *c. cave 28. q. 1.* prohibetur ne fidelis contrahat cum hæretico ; ex his enim textibus infertur , quod tametſi tale matrimonium ſit validum, eſt tamen illicitum, ac proinde catholicum ducentem hæreticam mortaliter peccare, ut etiam docent Sntus *in 4. diſt. 29. q. un. art. 7. ad ult.* Palacius ibid. *q. unic. v. unde quòd.* & alij paſſim : quia ſic matrimonium contrahens transgreditur ſacros canones in re gravissi- 37

viſſi;

vissima cum id prohibeatur ob periculum in quod se coniicit conjux fidelis, ne pervertatur ab hæretico, & ne proles inficiatur hæresi à conjuge hæretico.

38 Sunt tamen qui in locis ubi hæretici promiscuè vivunt cum catholicis, ut in plutibus Germaniç civitatibus, & aliis convicinis septentrionalibus partibus excusent conjugem catholicum à mortali culpa, ut Navarrus *consil. 1. de constit. n. 59. & sequent.* Azorius *tom. 1. lib. 8. c. 11. q. 5.* & alii ob consuetudinem in illis regionibus jam receptam, & inolitam. Addunt tamen prolem inde susceptam esse educandam apud coniugem fidelem, ita enim statuitur in favorem fidei *in c. final. de convers. infidel.* & notant plures ibi Hostiens. in fin. Abbas *n. 8.* Cardinalis *q. 5. circa fin.* & Ancharanus *in fin.* Verùm putârim, catholicum vix esse excusandum à culpa, si cum possit commodè in uxorem ducere catholicam matrimonium contrahat cum hæretica, idque ob periculum perversionis, ne saltem proles inde suscepta inficiatur hæresi à coniuge hæretico. Hinc D. Thomas *in 1. dist. 39. q. 1.* docet, matrimonium hominis catholici cum hæretica esse quidem validum, sed mortaliter illicitum, & desumitur etiam ex Concilio Chalcedonensi can. 14. Eliber. c. *16.* Carthaginensi *3. can. 12.* Agathens. *can. 67.* idque ex eo firmari etiam potest, quia in lege veteri *Exod. c. 34.* & *Deuter. 7.* cautum fuit, ne quispiam Judæorum uxorem acciperet ex gentilitate, ne averterent corda eorum, & sequerentur Deos alienos, sicut prævaricavit ipse Salomon Rex.

39 Limitatur tamen, nisi hæreticus promitteret, se post matrimonium suscepturum catholicam fidem, & causa subsit, cur matrimonium absolutioni ab hæresi præponatur, adeò ut catholicus contrahens cum hæretica non excusetur à culpa mortali, nisi spes certa affulgeat conversionis fœminæ hæreticæ. Posset tamen, ubi consuetudo fuit introducta in partibus septentrionalibus, aliisq; Germaniæ locis catholicus sine culpa ducere hæreticam, dummodo nullum subsit periculum scandali, perversionis, & aliorum incommodorum, quæ cum tali matrimonio plerumque reperiuntur conjuncta, & conjux hæreticus permittat, prolem inde susceptam tam quoad mares, quàm fœmellas instrui in fide catholica, & non adsit periculum, quòd proles sit hæresi inficienda. Sin verò dubium oriatur, an huiusmodi mala sequi possint, tunc ad summum Pontificem, vel Episcopum loci, vel loco proximiorem pertinet rem maturè examinare, ut ritè concedat facultatem contrahendi tale matrimonium: quia verò experientia constat, ex matrimonio catholici cum hæretica semper sequi plura incommoda præsertim spiritualia, ideo consultiùs semper est, hanc contrahendi licentiam denegare, præsertim si non desint aliæ fœminæ, cùm quibus possit catholicus matrimonium contrahere.

40 Quæritur quintodecimò, an summus Pontifex possit dispensare, ut catholicus matrimonium contrahat cum infideli non baptizato? Respondetur, hanc quæstionem dependere ab illa alia, an si fidelis contrahat matrimonium cum infideli, sit hoc invalidum jure divino, ut volunt Catherinus *lib. 5. contra Cajetanum c. de matrim.* Viguerius *lib. instit. c. 16. §. 7. v. 9. impedimento* 10. Vel tantùm sit invalidum jure ecclesiastico, ut communior, & verior sententia docet cum D. Bonaventura *in 4. dist. 30. art. 1. q. 1.* Scoto ibid. *q. unic. art. 2.* Valentia *tom. 4. disput. 10. q. 6. punct. 3.* Covarruvia *in 4. decr. 2. p. c. 6. §. 11. n. 1.* In sententia igitur asserentium matrimonium initum inter fidelem, & infidelem esse invalidum iure divino, certum est, Pontificem non posse dispensare, ut fidelis matrimonium contrahat cum infideli: quia inferior, sicut non habet potestatem in superiorem, ita neque potest ejus leges obolere, nec in iisdem dispensare. Quià tamen communior, & verior sententia docet, tale matrimoniū tantùm iure ecclesiastico esse invalidum; ideo respondendum est, posse Pontificem ex justa causa dispensare, ut aliquis fidelis matrimonium contrahat cum infideli, & ita expressè docent Scotus in *4. dist. 39. q. unic. art. 2.* Sylvester *v. matrimonium 7. q. 10. dict. 3,* Alexander *in c. final. de condit. appos. n.* 14. & alij communiter: quia carenus tale matrimonium est invalidum, quia jure positivò & ecclesiastico prohibetur & irritatur: atqui potest summus Pontifex ex justa causa dispensare in jure positivo ecclesiastico, quia legislator sicut potest leges condere ob bonum commune, ita potest ex iusta causa eas abolere, vel in iisdem dispensare. Quòd verò tale matrimonium sit irritum jure ecclesiastico colligitur ex *c. cave 28. q. 1.* §. si christiana sit, ubi Glossa ait, *Non est satis nisi ambo initiati sint sacramento baptismatis*, hoc est, non est validum matrimonium, nisi contrahatur inter baptizatos.

41 Immò notat Covarruvias *in 4. decret. p. 2. c. 6. §. ult.* hanc esse praxin ecclesiæ, & consuetudinem universalem apud omnes fideles receptam, & provenientem ex traditione Apostolica, ut notant etiam Sotus *in 4. dist. 39. q. unic. art. 2. v. hac autem.* Valentia *tom. 4. disput.* 10. *q. 5. punct. 3.* Et revera putârim, tale matrimonium esse invalidum ex consuetudine universalis ecclesiæ apud omnes fideles recepta, quia textus canonici, qui solent citari in *c. cave c. non oportet c. si. Judaicè c. Judæi 28. q. 1.* quibus prohibetur matrimonium inter fidelem, & infidelem tantùm volunt, ne à fideli matrimonium contrahatur cum infideli; non verò expressè dicunt, esse invalidum, & irritum si contrahatur.

42 Cæterum omnes conveniunt, quòd si fidelis matrimonium contrahat cum infideli gravissimè peccet, quia id ab initio ecclesiæ semper prohibitum fuit. Hinc Apostolus *2. ad Corinth. 6.* ait *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, hoc est: nolite matrimonium contrahere cum infidelibus, ut interpretatur D. Hieronymus *lib. 1. ad Jovinian. & in epist.* 11. *ad Ageru-*

Ageruchiam, & Apostolus 1. *Corinth*. 7. scribit *Mulier si dormierit vir ejus libera est, cui autem vult nubat, tantùm in Domino*, hoc est cum fideli, ut explicant Sanctus Augustinus *lib*. 1. *de adult. conjug. c*. 5. Tertullianus *lib*. 2. *ad uxor*. Tum quia ob eandem rationem, ne proles sequeretur sectam patris infidelis etiam in antiqua lege prohibitum fuit Hebræis matrimonium contrahere cum infidelibus, seu gentilibus *Deuter*. 7. & 3. *Reg*. 10.

43 Quæritur sexto decimò, an conjux possit separari quoad habitationem, & torum ab altero conjuge, si iste incidat in hæresin? Respondetur affirmativè, quamdiu tamen lapsus in hæresin, vel apostasiam permanserit in eadem, & desumitur ex *c. non solum. c. Idololatria 28. q. 1.* & *c. 2. de divort.* ubi etiam assignatur ratio ob periculum scilicet, ne fidelis pervertatur ab hæretico, quod valdè timendum esset in conjunctione conjugali, & domestica familiaritate, proinde ob periculum prævaricationis tamdiu catholicus debet separari, quamdiu alter manserit in hæresi, vel Apostasia. Imò potest etiam fidelis ab eo separari quoad torum, adeò ut possit illi non reddere debitum, ut docent Abbas in *c. 2. de divort. in fin.* Ancharanus ibi, *n. 2.* Abulensis in *c. 19. Matth. q. 20.* & alii passim, idque ob idem periculum ne fidelis pervertatur ab infideli, vel hæretico, & desumitur ex *c. final. de haret. in 6.* ibi: *Absolutos se noverint à debito fidelitatis, dominij, & totius obsequij, quicunque lapsu manifestò in hæresin, alioquo pacto, quacunque firmitate vallata tenebantur adstricti*: ex quo textu infertur, quòd si unus conjux incidat in hæresin, vel Apostasiam privatur omni jure, quod in alterum conjugem habebat, proinde hic alius liberatur ab obligatione reddendi debitum, perinde ac lapsus in hæresin, vel apostasiam privatur jure petendi debitum.

44 Tum quia si conjux cognoscat carnaliter consanguineam sui conjugis privatur de facto ab ecclesia jure petendi debitum, & alter non tenetur ei debitum reddere, ut docent Hostiensis in *c. transmissa in fin. de eo, qui cognoscit consanguineam.* Covarruvias in *4. decret. 2. p. c 7. §. 3. n. 5.* Victoria *in sum. de matrim. n. 288.* Imò generatim ob connexionem inter se quotiescunque unus conjux amittit jus petendi debitum, alter vicissim liberatur ab obligatione illud reddendi, ut docet S. Antoninus *2. p. tit. 1. c. 20. §. 10.* proinde à fortiori poterit ecclesia privare conjugem jure petendi debitum, & liberare catholicum ab obligatione illud reddendi, & cohabitandi cum lapso in hæresin.

45 Non tamen ob hanc separationem à toro, & cohabitatione dissolvitur vinculum matrimonii propter hæresin, quia tale vinculum est indissolubile *c. quanto de divort.* & in Trident. *sess. 24. de matrim. can. 5.* & præsertim si matrimonium fuerit consummatum, quia tunc de jure divino est indissolubile *Matth. 19.* ibi: *quos Deus conjunxit, homo non separet*, & Apostolus ad *Romanos* 7. scribit: *Mulier vivente viro alligata est legi*, adeò ut prò nullo eventu possit summus Pontifex dispensare in matrimonio consummato, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 7. §. 4. n. 15.* Barbosa in *rubric. ff. solut. matrim. p. 2. n. 19.* idque adeò est verum, ut etiam matrimonium consummatum inter ipsos infideles sit indissolubile, quia lex divina præcipiens indissolubilitatem matrimonij se extendit etiam ad infideles, ut rectè notat Abulensis *1. Reg. c. 8. q. 45.* licèt Christus Dominus dispensaverit, ut dissolveretur matrimonium, si alter coniugum ad fidem converteretur *1. ad Corinth. c. 7.* Secus si matrimonium non fuerit consummatum, sed tantùm ratum, potest tunc Pontifex ex justa causa dispensare, ut notant Innocentius in *c. Ex publico de conversione circa fin.* Abbas in *c. final. de spons.* Imola in *c. fin. de transact. n. 5.* Sylvester *V. divortium q. 4.*

Solet id etiam probari, quia propter fornicationem conceditur à Christo divortium *Matth. 5.* & *19.* hæresis autem est quædam spiritualis fornicatio, quia per fidem homo primò desponsatur Deo *Osea 2. desponsabo te mihi per fidem*: hæc autem desponsatio spiritualis violatur per hæresin, proinde est hæc sufficiens causa divortij. Verùm hæc ratio alijs non videtur ita efficax, quia hæresis dicitur fornicatio minùs propriè, & per quandam metaphoram: siquidem propriè fornicatio est carnalis, non spiritualis: atqui ex Augustino *lib. 3. de doctrin. christian.* habetur aurea illa regula, qua verba scripturæ dicuntur semper esse intelligenda in sensu proprio, quoties non sequitur inconveniens, nec absurdum, nec ratio est in contrarium. Unde quantum fieri potest, debent scripturæ intelligi sensu proprio: alioquin possemus semper scripturas detorquere in sensus improprios, & metaphoricos, sic nihil puri hauriri ab illis posset. Putârim tamen validam esse rationem, quia adulterium spirituale quamvis impropriè dicatur tale, est tamen gravius, quàm carnale. 46

Quæritur decimò septimò, an conjux lapsus in hæresin, si resipiscat, priusquam de hæresi condemnetur, teneatur alter conjux fidelis illum recipere ad societatem conjugalem? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *c. non solum 28. q. 1.* & *c. 2. de divort.* Ratio ex eo etiam petitur, quia eatenus ante condemnationem de hæresi fit divortium, quia imminet periculum subversionis: atqui tale periculum cessat, quando lapsus in hæresin resipiscit, & paratus est corrigi: & in hoc differt hæresis ab adulterio carnali, quia conjux innocens non tenetur conjugem adulterum, quamvis resipiscentem, recipere ad societatem conjugalem: & ratio est, quia fides conjugalis etiam per unicum actum violatur, & quia non obstante resipiscentia viri adhuc perseverat illa violatio, ideo non tenetur conjux innocens adulterum recipere ad societatem conjugalem: secus in fornicatione spirituali, seu hæresi cessat periculum subversionis, ex eo, quòd lapsus resipiscat, ut docent D. Thomas in *4. dist. 35. q.* 47

unic

unic. art. 1. ad 3. D. Bonaventura ibid. *dist. 39. in expositione litteræ. n. 4.* Hostiensis in *c. fin. de convers. conjug. in princ.* Sin verò conjux fidelis separetur à conjuge lapsô io hæresio per sententiam Judicis ecclesiastici, non tenetur illum quamvis resipiscentem recipere nd eandem conjugalem societatem, ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 7. §. 5. n. 5.* Barbosa *in rubric. p. 2. n. 20. ff. solut. matrim.* Castro *lib. 2. de just. haret. punit. c. 7.*

48 Idque colligitur ex *c. de illa 6. de divortijs* ubi Urbanus III. rescribit, quòd si maritus labatur in hæresin, & uxor sua authoritate se separet: si maritus coovertitur, uxor debet reverti, & est compellenda: si fuit separata per sententiam Judicis, non est compellenda. Verùm hic textus quoad hoc vidatur correctus per subsequens *c. quanto 7. eod tit.* obi Innocentius III. rescribit, quod si fidelium conjugum alter fiat hæreticus, vel infidelis; relictus non potest alteri nubere, quia ooo solvitur matrimonium, erat enim ratum per sacramentum fidei, quod durat cum vita: sicque qoi remansit, est cogendus redire ad eum, si revertator ab hæresi, vel infidelitate, & resipiscat, ut notat Glossa *ibid.* unde poiârim in utroque casu, & post sententiam Judicis teneri conjugem fidelem recipere lapsum resipiscentem, ut docent Hostiensis in *d. c. de illa n. 2. b. t.* Joanoes Andreas ibi *n. 3.* Ancharan*n. 5.* Alexander *n. 3.* Præpositus *n. 7.* Sotus io *4. dist. 39. q. unic. art. 4. ad 3.* Julius Clarus *lib. 5. recept. §. hæresis n. 15.* & alij docentes, conjugem fidelem non teneri quidem recipere hæreticum resipiscentem ad consortium conjugale post sententiam latam à Judice, si velit fieri religiosus; teneri tameo eum recipere, si velit in sæculo manere.

49 Quæritor decimó octavò, an post factam separationem ob hæresin per sententiam latam à Judice possit conjux catholicus suscipere sacros ordines, vel ingredi religiooem? Respondetur, duas esse sententias, primam negativam, quam docent Innocentius *in c. veniens* circa *fin. de convers. conjug.* Hostiensis ibid. *n. 8.* Joannes Andreas *n. 4.* & alij præsertim quoad suscipiendos Ordines sacros, & nituotur, quia post matrimonium initum oullus conjux potest suscipere Ordines sacros, nisi in illis casibus, in quibus in *extravag. antiqua.* Joannis XXII. *de voto* conceditur per sacros canones: atqoi nullus reperitur canonicus textus, in quo hæc susceptio sacrorum Ordinum concedatur conjugi fideli. Tum quia in *c. conjugatus de convers. conjug.* dicitur, quòd non possit vir suscipere Ordines sacros, nisi uxor remanens io sæculo votum emittat castitatis; proinde si uxor hæretica, & emendata nolit emittere tale votum, vir innocens, & fidelis non potest suscipere sacros Ordines. Nihilominus contraria sententia videtur probabilior, quam docent Sotus in *4. dist. 39. q. unic. art. 4. ad 3.* Barbosa in *rubric. p. 2. n. 20. ff. solut. matrim.* Palacius in *4. dist. 35. disp. unic.*

50 Ratio est, quia quoties per sententiam Judicis fit separatio, potest vir innocens ob fornicationem carnalem alterius conjugis etiam io vitâ adulterâ promoveri ad Ordines sacros: ergo etiam poterit ob fornicationem spiritualem, quæ est hæresis: siquidem fornicatio spiritualis est gravior, quàm carnalis, proinde si propter carnalem vir potest dimittere uxorem, & suscipere Ordines sacros, multo fortiùs propter fornicationem spiritualem, seu hæresin, ut docet D. Thomas *p. 3. q. 59. art. 4. in addit.* Tum quia quando Christus excepit causam fornicationis, non distinxit inter corporalem, & spiritualem, proiode utraque intelligitur excepta.

51 Excipitur autem fornicatio potiùs, quàm aliud crimen, quia utraque fornicatio corporalis, & spiritualis, seu infidelitas specialem habet contrarietatem ad bona matrimonij, ut osteodit D. Thomas *loco citato art. 6.* siquidẽ matrimonium principaliter est institutum ad bonum prolis oon solùm generandæ, verùm etiam promovendæ ad perfectum statum: atqui fornicatio corporalis est contra bonum prolis generandæ, & fornicatio spiritualis est contra bonum prolis promovendæ ad perfectum statum, ut docet D. Thomas *3. p. q. 59. art. 2.*

52 Tum qoia cùm fornicans non servet fidem in matrimonio, per illius separatiooem quoad torum punitur in so, in quo daliquit, ut notat Glossa in *c. Dominus 32. q. 7.* Foroicatio verò corporalis uxoris maculat corpus viri, Glossa in *d. c. Dominus*, sicut fornicatio spiritualis quærit eius animam maculare, ut notat D. Thomas *loc. cit. q. 59. art. 3.* & hæc est ratio, cur potiùs excipienda erat fornicatio, quàm aliud crimen ad separandum torum matrimonij.

53 Firmari etiam ex eo potest, quia quoties potest conjux innocens ingredi religionem, potest etiam sacros Ordines suscipere, ut docent Sotus in *4. dist. 27. q. 3. art. 2.* Sylvester *V. divortium q. 17. dict. 1. n. 20.* Paludanus in *4. dist. 27. q. 3. art. 2. n. 10.* atqui conjux fidelis ob hæresio alterius conjugis potest ingredi religionem *c. final. de convers. conjug.* ergo etiam poterit suscipere sacros Ordines.

54 Ad fundamentum oppositæ sententiæ, negatur minor, quia sofficit, si extet textus, in quo conceditur ob hæresin conjugis posse alterum conjugem fidelem ingredi religionem, quia eo ipso censetur etiam concedi, quòd possit suscipere Ordines sacros: etenim jus conjugii, perinde impedit, ne conjux ingrediatur religionem, sicut impedit, ne suscipiat Ordines sacros, & quia conjux hæreticus, postquam fuit condemnatus de hæresi, amittit jus omne conjugale: sequitur quòd sicut potest alter conjux innocens ingredi religionem, ita etiam promoveri ad sacros Ordines. Ad aliud, quod addebatur ex *c. conjugatus de convers. conjug.* negatur consequentia, quia textus ibi intelligitur, quando conjux non est liber ab onere conjugali; tunc enim verum est, virum oon posse ingredi religionem, quamvis uxor det

illi facultatem ingrediendi, nec suscipere sacros Ordines, nisi illa remanens in sæculo emittat votum castitatis; secus tamen contingit, quando vir est omnino liber ab omni onere conjugali, quia tunc non requitur, ut uxor emittat tale votum.

Quæritur decimo nonò, an conjux hære-
55 ticus post factum divortium per sententiam Judicis possit sine consensu conjugis innocentis ingredi religionem, vel sacros Ordines suscipere? Respondetur negativè cum Barbosa in *rubric. p. 2. ff. solut. matrim.* Soto in *4. dist. 39. q. unic. art. 4. ad 3.* Palacio ibid. *dist. 35. disp. unic.* Ratio petitur ex eo, quia si fiat divortium propter fornicationem carnalem, non potest adulter invito conjuge innocente religionem ingredi: ergo nec etiam, si divortium fiat propter fornicationem spiritualem, seu hæresim, est enim utriusque par ratio, ut notat Sanctus Antonin. *p. 3. tit. 1. c. 21. §. 6.* cum Glossa *c. Ex litteris 5. V. redire h. t.* Ratio itidem id suadet, quia adulter etiam post latam sententiam tenetur redire ad consortium conjugale, si conjux innocens id exigat; non enim per sententiam Judicis latam de divortio conjux innocens privatur suo jure, & dominio, quod habet in corpus alterius conjugis: alioquin innocens puniretur ob delictum nocentis, & sententia Judicis lata contra reum esset in favorem illius contra textum in *l. evidenter. ff. de except. rei judic.*

Tum quia adulter ex delicto commodum
56 reportaret contra textum in *l. itaque ff. de furtis* & docent D. Thomas in *4. dist. 35. q. unic. art. 6. ad 3.* D. Bonaventura ibid. *art. unic. q. 5.* D. Antoninus *p. 3. tit. 1. c. 21. §. 6.* Juvat tamen observare, quòd si conjux innocens post latam sententiam de hæresi contra alium conjugem nocentem monitus fuerit, ut illum resipiscentem, & jam emendatum recipiat, & id recuset, potest tunc nocens religionem ingredi, & post emissam in ea professionem non potest à conjuge innocente ampliùs revocari: ratio est, quia in adulterio carnali post latam sententiam de divortio, & post præmissam monitionem, ut velit conjux innocens conjugem nocentem, seu adulterum sibi reconciliare; potest, si innocens recuset reconciliari nocenti, hic religionem ingredi, & non potest post emissam professionem à conjuge innocente ampliùs revocari: ergo hoc idem dicendum etiam est de adulterio spirituali.

Tum quia conjux innocens eo ipso, quòd
recusat reconciliari cum nocente jam emenda- 57
to, tacitè illi concedit facultatem, ut possit religionem ingredi: siquidem si denegans illi reconciliationem nolit concedere facultatem ingrediendi religionem irrationabiliter agit, adeò ut talis nolitio tanquam irrationabilis non sit attendenda. Verum tamen est, quòd ut conjux nocens jam emendatus possit religionem ingredi, multiplex requiritur monitio, quia æquum non videtur, ut statim conjux innocens debeat illum recipere ad societatem conjugalem.

TITULUS XX.

De donationibus inter virum, & uxorem: & de dote post divortium restituenda.

Quia facto per sententiam latam à judice ecclesiastico divortio solet dos ab uxore repeti, & plerumque lites moventur etiam circa donationes factas inter conjuges; ideo Pontifex in hoc titulo, ut omnibus satisfaciat difficultatibus, quæ possunt occurrere, agit de donationibus inter virum, & uxorem, & de dote post divortium restituenda; tenetur enim Judex ecclesiasticus, ubi cognitâ causâ infert, sententiam divortij esse ferendam, etiam cognoscere super dote, & donationibus, quæ præcesserunt pro nuptijs instituendis, & mox restituendis. De materia hujus tituli fusè agunt Interpretes juris civilis *in ff. & tit. de donat. inter virum & uxorem in tit. de jure dotium.*

SUM-

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc Titulo continentur.

C. *MULIERES* 1. *h. t. Ex Concilio apud Wermaciam habito. Statuitur, quòd si mulieres ex licita causa separentur à viris, sit tota dos illis restituenda. Ubi notat Glossa, id non procedere, si separentur solùm ob fornicationem* c. plerumque 4. h. t. *unde distinguendum est, vel enim separatio contingit culpâ uxoris, & tunc non debet dos ei restitui: sin verò separatio contingat ex culpa mariti, debet tunc integra dos restitui mulieri, & de hac secunda separatione loquitur Pontifex in textu.*

C. *SIGNIFICAVIT* 2. *h. t. scribit Urbanus III. quòd si ex licita causa conjuges solemniter separentur, maritus cogatur etiam censuris; nisi aliquid obstet, restituere dotem, & partem rerum communium.*

C. *DE PRUDENTIA* 3. *h. t. Clement III. declarat, quòd si Judex delegatus ob impedimentum dirimens sententiam ferat pro divortio, teneatur etiam sententiam ferre pro tota dote restituenda juxta canones, & etiam additur ratio, quia cognoscens de principali debet etiam cognoscere de accessorio, & incidente. Hinc Judex ecclesiasticus fert sententiam etiam de dote, eò quia hæc sit accessoria matrimonio, de quo cognoscere pertinet ad ecclesiasticum, & causa dotis est ita conjuncta matrimonio, ut sine illa constare non possit* l. 3. ff. de jure dotium. *Hinc Judex ecclesiasticus si cum causa matrimonij incidat etiam quæstio de dote, de hac debet judicare. Secus si causa principalis esset de dote, eò quia maritus dissipet bona, vel mortuus sit, tunc agere de dote pertinet ad Judicem sæcularem.*

C. *PLERUNQUE* 4. *h. t. Idem Pont. rescribit, quòd si mulier causa fornicationis judicio ecclesiæ, vel propria authoritate recedat à viro, nec reconcilietur, non possit petere dotem, vel dotalitia. Ex quo textu iterum colligitur, propter adulterium mulierem amittere dotem, & id etiam extendi ad donationes propter nuptias, sivè lucrum dotis ex pacto proveniens. Quòd si vir post commissum ab uxore adulterium illud sciens tacuit, & uxorem adulteram in domo retinuit, & carnaliter cognovit, censetur tunc renunciasse juri suo ad divortium quoad torũ, & reconciliatus uxori, cui tacitè remisit injuriam.*

C. *ET SI NECESSE* 5. *h. t. Innocentius III. rescribit, quòd si à marito donantur aliqua uxori propter nuptias cum pacto, quòd si contingat separatio donata remaneant pro uxore, si postea matrimonium deprehendatur invalidum ob consanguinitatem, & donata causent difficiliorem separationem, sint à muliere restituenda viro, à quo accepit; quia hæc non fuerunt donata ob turpem causam, nec fuerunt dos, nec donata propter nuptias, quia matrimonium de facto est nullum. Tum quia præsumitur, quòd vir dederit talia mulieri, ut suæ conjugi, & quòd eadem non dedisset, nisi fuisset conjux; & quando matrimonium est nullum, mulier non est conjux: proinde vir dedit non conjugi, cùm putaret dare conjugi, proinde potest repetere, quæ donavit. Neque obstat pactum, quia pacta impedientia dissolutionem matrimonij non valent, proinde Pontifex in hoc textu declaravit esse, dona illa restituenda viro.*

C. *NUPER* 6. *h. t. Idem Pont. statuit, ut vir habens non in feudum vel hæreditatem, sed tantùm ad usum, quandiu vixerit, terram aliquam, cuius propterea sit usufructuarius, si concedat partem terræ uxori in dotem: mortuo marito uxor non possit amplius eam habere, nisi consentiat Dominus terræ. Rursus si terra fuit data in feudum, vel hæreditatem alicui, aut hæredi, quem habebit ex legitima uxore, & ipse concedit partem terræ in dotem uxori, & moritur sine hærede; uxor non possit ampliùs habere partem terræ. Ratio utriusque etiam assignatur, quia nullus plus juris in alium potest conferre, quam constet in se habere, nemo enim dare potest, quod non habet. Hinc licèt ecclesia teneatur protegere dotes viduarum, ac esse favorabilis in causis earundem, non tamen contra justitiam. Rursus declarat Pontifex, uxorem teneri dare viro dotem, & virum debere facere donationem uxori propter nuptias juxta legitimas sanctiones. Ex hoc textu colligitur, feudum posse tantùm ad tempus alienari, non verò in perpetuum. Item dotem ad uxorem, & donationem ad virum reverti, nisi obstet pactum. Cæterum quantum de feudis, emphyteusibus, hæreditate donari à conjuge possit conjugi, examinant Doctores juris civilis.*

C. *PER VESTRAS* 7. *h. t. Idem Pont.. declarat, quòd si maritus petat dotem uxoris, & contra eum excipiatur quòd sit pauper, & non possit dare sufficientem cautionem pro dote restituenda, debeat eam dare cautionem, quam potest: vel committat alicui honesto Mercatori dotem, ut de parte honesti lucri possit onera matrimonij sustentare, ne occasione dotis detenta, si maneant separati, adulterentur. Ubi notandum est, textum loqui alternativè ut vel maritus velit sub cautione, ac possit assecurare dotem; vel ut petente uxore deponatur apud mercatorem. Cautio verò est, qualem maritus præstare potest pro qualitate suorum bonorum; & censent plures contra Glossam non sufficere cautionem juratoriam, quia hanc præstare quilibet potest, ut notat Panormitanus hic n. 3. unde si cautionem sufficientem præstare non potest, conceditur ut dos deponatur apud Mercatorem, à quo de honesto lucro tantùm potest maritus accipere, quantum est necessarium pro honesta sustentatione, Cæte-*

rum ex hoc textu videtur sequi, ecclesiam posse se intromittere de dote non solùm in favorem viduarum, sed etiam mariti petentis dotem sibi promissam: quod verum est; quando maritus est pauper, & miserabilis persona; quia talibus ecclesia succurrit.

C. *DONATIO ULT h. t. rescribit Gregorius IX. perseverante matrimonio donationem inter conjuges, ex qua alter factus est locupletior, & alter pauperior, non esse firmam, nisi confirmetur morte donatoris: imò si donator, dum vivit tacitè, vel expressè revocat donationem, hac evanescit, ut etiamsi priùs moriatur, qui donationem accepit. Rursus soluto matrimonio sicut dos revertitur ad mulierem, sic, donatio propter nuptias redit ad virum, nisi secus fiat de Consuetudine, vel de pacto acquirendæ dotis, vel donationis propter nuptias; & tunc pactum debet esse ex utraque parte aquale.*

Ubi notat Glossa perseverante matrimonio valido donationem inter conjuges esse invalidam: secus si matrimonium sit invalidum donatio est valida, & non est necesse donationem esse ratam. Rursus donatio inter sponsum, & sponsam etiam tenet, ut etiam in matrimonio, si Donator velit usque ad finem vitæ, ut donatio teneat, & moriatur cum tali voluntate; tunc enim valet donatio usque ad legitimum modum, si illum excesserit. Rursus si Donator non fiat pauperior in matrimonio valet etiam donatio. Valet etiam donatio, si ei adjiciatur juramentum, vel si Princeps donet uxori, vel uxor marito causâ acquirendæ dignitatis. Ut etiam quando donatio est remuneratoria alicujus debiti. Ut etiam donatio facta in favorem religionis, vel causa mortis, vel manumissionis.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De donationibus validis, & invalidis inter conjuges.

1 DOnatio dicta est à dono, quasi sit doni datio, & duplex est inter virum, & uxorem; una simplex; & alia ob causam: illa est, quæ ex mera donantis liberalitate oritur *l. in princ. ff. de donat. & l. 1. tit. 4. c. 1.* hæc verò seu donatio ex causa est, quæ non fit liberaliter, sed ob aliquam causam, ut ob nuptias, vel sponsalia, sitque à marito uxori propter matrimonium in compensationem dotis sibi datæ, quia sicut dos affertur à muliere ad maritum, ita hæc donatio fit à marito uxori juxta leges municipales diversarum Provinciarum. Hinc donatio est contractus, quo gratis, & liberaliter aliquid in alterum confertur: vel ob causam, & hæc patet esse propter sponsalitia, sitque inter sponsos de futuro ob spem ineundi matrimonij, & hæc donatio dicitur mundus muliebris, quia continet, quæ pertinent ad ornatum sponsæ, & fit ante nuptias à viro, vel ab alio ipsius loco pro matrimonii oneribus ad similitudinem dotis, quæ confertur viro per uxorem, & hæc donatio vocatur dos. *§. est & aliud instit. de donat. l. cum multa C. de don. ante nuptias*, & si matrimonium dissolvatur etiam post consummationem restituitur viro *c. fin. de donat. inter virum & uxorem*, ut etiam dos data per uxorem viro redit ad ipsam soluto matrimonio: hinc donatio inter virum, & uxorem differt ab harris, quia harræ sumuntur pro eo, quod traditur in signum matrimonij contrahendi: secus donatio facta sponsæ per sponsum est in remunerationem pudicitiæ, vel dotis, aut sponsæ.

2 Donatio simplex inter virum, & uxorem regulariter est prohibita, ac invalida; idque ne nimius amor alterum ad paupertatem redigat, vel ne difficultas donandi, vel denegatio rei ab altero desideratæ concordiam lædat conjugalem, & si facta sit donatio, potest per donatorem ad libitum revocari *c. fin. de donat. inter virū & uxor. & l. 1. 2. & 3. ff. eod. tit & l. 4. tit. 11. p. 4.* ubi etiam additur ratio hujus prohibitionis, ne conjuges mutuo se amore spolient: unde cùm tali donationi jus resistat, nulla prorsus obligatio civilis, vel naturalis, seu in foro conscientiæ ex illa oritur *l. 3. §. sciendum autem ff. de donat. inter virum & uxorem.* Juvat tamen observare, hanc donationem dici nullam, & invalidam, non quia omnino nulla sit, sed quatenus potest ad libitum donantis revocari, eò quia per talem donationem non transferatur Dominium; ceterum non est omnino nulla, quia per mortem conjugis confirmatur, & retrotrahitur, ut notat Abbas *in c. fin. n. 3. h. t.* quapropter dicitur donatio imperfecta; sicut etiam donatio causâ mortis dicitur etiam imperfecta, & invalida, eò quia usque ad mortem possit revocari, licèt à principio valida fuerit. Hinc conjux, cui alter aliquid dat causâ donationis, non tenetur illud restituere, sed potest tuta conscientia illud retinere, & expectare, donec morte confirmetur, si donator præmoriatur, quia iura concedunt, ut hujusmodi donatio, quamvis invalida per mortem donatoris confirmetur in donatario, secuta tamen traditione rei donatæ adhuc vivente ipso donatore, & non aliter: quòd si conjux donatarius præmoriatur, donatio ei facta à conjuge donatore est nulla, & iterum fit donatoris.

3 Aliqui tamen putant, id tantùm procedere de

de donationib⁹ factis post matrimonij consummationem, non ita ante consumatum matrimonium, & secutas benedictiones ecclesiæ, & uxorem ad viri domum traductam. Nituntur, quia ratio prohibitionis ante hoc tempus non militat, cùm non tanto, eo tempore, conjuges amore ardeant, ac postea. Tum quia jura expressè asserunt, non valere donationem inter virum, & uxorem; & nomine viri, & uxoris in materia correctoria, & odiosa, qualis est ista (siquidem standa in jure naturæ valeret donatio inter conjuges.) Intelliguntur conjuges tantùm post consummatum matrimonium. Nihilominus communior, & verior sententia est, non valere huiusmodi donationes etiam ante consummationem matrimonij, & desumitur ex *l. non sine ratione C. de bonis ex spon.* ibi: *idem jus tam de uxore, quàm de sponsa arbitratus est:* ex identitate rationis docetur, dispositum de viro, & uxore, ad sponsos de præsenti protrahi: at in præsenti major est affectio inter sponsos de præsenti, cum omnia nova placeant, quæ progressu temporis non saltem ita placent, ut antea; & amor in illis tepescit: quapropter ante consummationem matrimonij proniores sunt sponsi ad petita sibi invicem concedenda: hinc lex fori decrevit anno elapso à contracto matrimonio valere donationem inter conjuges, eò quia cùm tunc amor jam intepuerit, periculum cessavit se spoliandi *l. penult. ff. de donat. inter. vir. & uxorem.*

4 Communior tamen sententia est, non solùm donationem inter coniuges post contractum matrimonium invalidam esse, sed etiam antequam contrahatur, si eius effectus differatur in tempus matrimonii contracti, ut desumitur ex *l. quod sponsa 4. C. de donat. ante nuptias.* Ratio est, quia idem est, rem fieri tempore inhabili, vel prohibito, ac conferri ad tempus inhabile, vel prohibitum *l. in tempus ff. de hared. instit.* & tradit Tiraquel. *tract. de constit. limit. 2. n. 5.* Imò nec valet donatio inter coniuges facta per intermediam personam *l. si sponsus 5. in princ. & §. generaliter. ff. h. t.* quia paria sunt per se, & per alium facere: etenim *ex regul. jur. 72. in 6.* qui per alium facit, per se ipsum facere censetur. Præterea quamvis donatio inter coniuges non valeat, validi tamen sunt alii contractus inter ipsos initi; ut venditio, permutatio, dummodo res vendatur pretio æquivalente rei venditæ, quia si fieret remissio pretii, censeretur res dono data, & contractus esset irritus ratione invalidæ donationis.

5 Quamvis donatio inter virum, & uxorem invalida sit, legatum tamen inter ipsos valet: ratio est, quia quamvis sit quædam donatio, refertur tamen in tempus matrimonij dissoluti, quia legatum non solvitur, nisi post mortem legantis, superstiti. Soluto matrimonio de jure communi dos revertitur ad mulierem, vel ejus hæredes, & donatio facta propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes; adeo ut de jure communi maritus nil lucretur de dote, nec mulier de donatione propter nuptias. Valet tamen consuetudo, & pactum de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, & multò magis valet statutum, cùm habeat expressum consensum Principis, & consuetudo tantum tacitum *l. de quibus 32. §. de legib.*

6 Quando verò soluto matrimonio dos dicitur reverti ad uxorem, id non intelligitur indistinctè, sed tres sunt casus distinguendi. Primò quando mulier se ipsam dotavit ex propria substantia, tunc redit ad ipsam soluto matrimonio, quia præsumitur stipulata sibi dotem reddi *l. unic. in princ. C. de rei uxor.* Secundò si extraneus, qui non habet mulierem in sua potestate, fuit stipulatus dotem sibi reddi, soluto matrimonio ad ipsum dos revertitur *l. unic. §. accedit C. eod.* Tertiò si pater dedit dotem pro filia, & stipulatus fuit eam sibi reddi; tunc soluto matrimonio dos revertitur ad ipsum, imò si dedit dotem, simpliciter adhuc competit actio communiter patri, & filiæ *l. 2. ff. solut. matrim.* Quòd si filia efficiatur sui juris per mortem patris, vel ejus emancipationem dos pertinet ad ipsam, & illi competit actio *l. 2. ff. solut. matrim.*

7 Quamvis donatio inter conjuges regulariter invalida sit, tribus tamen modis confirmari potest, ut suum sortiatur valorem. Primò si donationi adijciatur juramentum, quia tunc donatio facta ab uno conjuge alteri per adjectum juramentum fit irrevocabilis, proinde transfertur dominium de donatore ad donatarium, ut notat Abbas in *c. donatio ult. n. 9. h. t.* siquidem hæc donatio primò, & principaliter non prohibetur favore publicæ utilitatis, seu boni communis, sed tantùm ob privatam utilitatem ipsorum conjugum, ne mutuo amore se rebus proprijs spolient, & alter ditior fiat cum jactura alterius, in quo tamen nullum involvitur peccatum, nec quidquam habetur contra bonos mores naturales, sed tantùm contra civiles pertinentes ad civilem societatem servandam, ut est hæc prohibitio donationis inter conjuges, siquidem expedit reipublicæ, ne quis rebus suis malè utatur, & ipsum postea pœniteat mali usûs: & licèt hujusmodi malus usus jure civili sit prohibitus ratione adjecti juramenti; prohibetur etiam jure canonico, ut non retrocedatur à facta donatione, ut jusjurandum servetur, cùm possit sine dispendio æternæ salutis servari. Secundò donatio irrita inter conjuges fit valida per mortem naturalem donantis, ut desumitur ex *c. donatio ult. h. t.* ubi Gregorius IX. rescribit, quòd durante matrimonio donatio inter conjuges, ex qua alter fit locupletior, & alter pauperior non sit firma, nisi confirmetur morte donatoris: quòd si donator dum vivit, eam revocat tacitè, vel expressè, evanescit donatio, ut etiam si prius moriatur, qui donationem accepit.

8 Ratio autem, cur per mortem naturalem donantis donatio valida sit, desumitur ex eo, quia tunc cessat causa prohibitionis, quæ erat, ne conjuges mutuo amore se spoliarent, & post mortem unius cessat causa: hinc potest unus conjux alterum liberè instituere hæredem, vel ipsi legare partem hæreditatis: & si donator

in

in vita, nec tacitè, nec expresſè donationem revocaverit, præſumiunt deceſſiſſe cum eadem voluntate inſtitnendi hæredem alterum conjugem.

9 Quatuot tamen requiruntur conditiones, ut donatio per mortem conjugis valida ſit. Prima eſt, ut donator adhuc vivens rē dono datam tradiderit alteri conjugi donatario. *l. Papinianus 23. ff. h. t.* quia ſi res non ſit à donatore tradita donatario, deeſt ſubjectum, quod confirmatut. An verò ſufficiat etiam traditio ficta, plures affirmant cum Sanchez *lib. 6. diſp. 11.*

10 Secunda conditio eſt, ut conjux donans prius moriatur, alioquin ſi donatarius priùs decedat, res donata reſtituitur donatori, ut deſumitut *ex d. c. donatio ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd ſi priùs moriatur donatarius, res donata reſtituitur donatori, quia donatio evaneſcit: & ſicut ſoluto matrimonio dos revertitur ad mulierem, ita donatio propter nuptias redit ad virum, niſi ſecus fiat de conſuetudine.

11 Tertia ut donatio inter coniuges non excedat ſummam 500. aureorum abſque inſinuatione facta iudici, alloquin morte confirmari non poteſt *l. donationes 25. C. h. t.*

12 Quarta ut donator conſtanter perſeveret in eadem voluntate usque ad mortem, quam nec expresſè, nec tacitè revocaverit. Immo donatio inter coniuges invalida confirmatur non ſolùm per mortem naturalem coniugis donantis, ſed etiam per accidentalem, ſcilicet per ultimum ſupplicium; vel per civilem, ut per deportationem, ſeu exilium perpetuum; non ita confirmatur donatio, ſi donator fiat ſervus hominis *l. cum hic ſtatus §. ſi donator ſervus ff. h. t.*

13 An verò etiam per profeſſionem emiſſam in religione approbata à conioge donatore, donatio confirmetur. Reſpondetur cum diſtinctione, ſi religio, in qua emiſit profeſſionem, poſſideat bona in communi, tunc illa donatio non confirmatur, ſed expectanda eſt mors naturalis donatoris, ut is priùs moriatur, quàm donatarius: ſecus ſi religio ſit incapax poſſidendi bona in communi, confirmatur ſtatim talis donatio per illam profeſſionem, perinde ac confirmaretur per mortem naturalem, cui religioſa profeſſio æquiparatur.

14 Cæterum ſi munera, quæ ſponſus mittit ad ſponſam, ſint ita exigua, ut etiam non exiſtente matrimonio darentur, tunc donatio cenſetur valida, quia actus urbanitatis, qui exercentur in alios, poſſunt etiam exerceri inter ſponſos, & coniuges. Alioqnin ſi veſtes pretioſæ mittantur uxori, ſeu ſponſæ, tunc non cenſentur donatæ, ſed commodatæ ad uſum; quotidianæ verò cenſerentur donatæ, eò quia ſint vilioris pretii. Eſt enim diſcrimen inter munera pretioſa, & alia vilis pretii, quia munera, quæ ſunt vilis pretii, exiguum produnt amorem: ſecus quæ pretioſa ſunt, quorum donatio conſtante matrimonio non conceditur; ſed ſolus uſus; quia ex eo, quòd coniux utatur veſtibus pretioſis ſibi ab altero coniuge miſſis, non transfertur dominium, & ſi uxor decedat, remanet dominium earundem veſtium apud donatorem.

Sin verò in aliqua Provincia eſſet conſuetudo, ut ea quæ ſponſus mittit etiam pretioſa, non repetantur; cenſendus eſt ſponſus ea donare, quæ mittit, eò quia tunc præſumitur ea mittere ſecundùm conſuetudinem provinciæ, ſi aliud non exprimat. Immo Sanchez *lib. 6. diſp. 25. n. 17.* ait: id etiam procedere, quando mittuntur munera à ſponſo, quorum nulla eſt conſuetudo, ut mittantur; vel mittuntur abundantiora, vel pretioſiora, quàm moris ſit, & nititur ea ratione, quia eo ipſo, quòd præter conſuetudinem ſponſus mittit ſponſæ munera, cenſetur illa donare *argu. l. donare. ff. de regul. jur.* Verùm putârim, id non eſſe concedendum, quia generatim munera pretioſa, quæ à ſponſo ſponſæ mittuntur, commodari, non donari cenſentur: ex eo enim quòd uxor, vel ſponſa utatur veſtibus pretioſis ſibi à ſponſo miſſis, abundè cognoſcit liberalitatem, quam in ſe ipſam ſponſus exercuit. 15

Sunt tamen plures caſus, in quibus donatio inter conjuges ſuum ſortitur valorem, & ſolent hi recenſeri. Primò ſi adijciatur juramentum, quia tunc tenetur donator ſervare jusjurandum, ſi poſſit ſine diſpendio propriæ ſalutis. 16

Secundò ſi Imperator, Rex, aut Princeps donet uxori aliquid etiam magni pretij, vel etiam vice verſa Imperatrix, aut Regina marito *l. penult. C. h. t.* quia jure naturæ valet talis donatio, & cùm ſolùm ſit prohibita lege poſitiva, Principes cenſentur tunc diſpenſare, neque in illorum contractibus requiruntur ſolemnitates jure civili præſcriptæ. 17

Tertiò ſi vir donet uxori pecuniam ad reficiendas ſedes dotales incendio abſumptas *l. quòd ſi vir 14. ff. eod.* 18

Quartò ſi donator ex donatione non fiat pauperior, ſeu nihil ei detrahatur ex bonis, vel juribus jam quæſitis, ut explicat Gomez *tom. 2. c. 4. n. 23.* ut ſi maritus repudiet hæreditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum ſibi delatum, & nondum acceptum, ut perveniat ad uxorem *l. ſi ſponſus §. ſi maritus h. t.* id tamen intelligitur, ſi uxor aliàs erat ſucceſſura, ut quia erat ſubſtituta marito, vel quia inerat eidem jus ſuccedendi ab inteſtato, quia tunc non accipit immediatè à marito, ſed jure proprio, quod illi inerat marito non acceptante. Quòd ſi nullum ineſſet uxori jus, & maritus repudiaret in favorem uxoris, eſſet potiùs ceſſio, quàm repudiatio, quia tunc uxor acciperet immediatè jus à marito, & ſic talis ceſſio in favorem uxoris non valeret ob tacitam donationem, & acceptionem naturâ priorem, quàm contineret: eò enim ipſo, quòd cedit alteri jus ſuum, cenſetur tacitè, vel naturâ priùs habuiſſe, ſeu acceptâſſe *l. ſi habeo ff. de jure deliber.* 19

Quintò quando uxor donat marito, ut aliquam dignitatem, vel honorem conſequatur *l. quod adipiſcendæ 40. ff. h. t.* 20

Sextò si donetur ad tempus soluti matri-
21 monij, seu adjecta conditione, ut res dono data non fiat conjugis donatarij, nisi post obitum eonjugis donatoris *l. sed interim 11. §. 1. ff. h. t.* siquidem paria sunt facere aliquid tempore permisso, & referre in illud tempus: & quia donatio est licita soluto mattimonio, ita cùm hoe solvatur per mortem naturalem, fit res donatarij post mortem donatotis.

22 Septimò si vir usuras dotis non solutæ præmitiat, de quarum solutione conventum erat *l. si vir usuras 54. in princ. ff. h. t.*

Octavò, si vir donet uxori aliquid annua-
23 tim, vel menstruatim ad eam sustentandam, dummodo donatio non excedat vires, seu fructus dotis *l. ex annuo 15.*

Nonò valet etiam donatio inter conjuges
24 facta in favorem religionis, ut si fiat ad oblationem Dei, vel causâ sepulturæ *l. si sponsus 5. §. concessa, & §. proinde ff. h. t.*

Undecimò si alter ex conjugibus utatur ser-
25 vis, vel animalibus alterius, vel etiam gratis habitavit in domo alterius, valet donatio, *l. si vir 18. ff. h. t.*

26 Duodecimò si donatio sit remnneratotia alicuios debiri, vt si vir senex, & ignobilis aliquid uxori juveni, & nobili donet, quia tunc compensatur juventos, & nobilitas.

27 Tertiodecimò si vir donet uxori aliquid ea intentione, ut donatio convertatur in dotem filiæ.

28 Quartodecimò valet etiam, si fiat donatio causâ manumissionis *l. quod autem §. manumissiones ff. eod.*

Quintodecimò si maritus habens emphy-
29 teusim uxorem in ea nominet, ut censent plures.

30 Sextodecimò si maritus ex certa scientia fateatur se dotem accepisse, quam non accepit, si sit senex, censetur eam donare uxoti juveni in remunerationem pro juvenili flore.

31 Quando autem à marito donantur aliqoa propter nuptias cum pacto, quòd si contingat separatio, donata remaneant pro oxore, si postea matrimonium deprehendatur nullum ob impedimentum dirimens consanguinitatis, & donata causent difficiliorem separationem, sunt restituenda vito, quæ donavit, ut rescribit Innocentius III. in *c. & si necessè 5. h. t.* Hine si dos accipiatur propriè, non pro donatione propter nuptias, maritus potest licitè oxorem dotare ex propria substantia in illis provinciis, in quibus talis consuetudo viget.

32 Id tamen procedit, si donatio fiat ante contractum matrimonium, non ita si post, ut etiam si transferatur effectus talis donationis in tempus matrimonij *l. 1. C. de donat. ante nupt.* nisi fortassis vir infimæ notæ, puellam nobilem doceret, quia tunc videretur dos data causâ compensandæ nobilitatis. Infertur etiam *ex d. c. & si necessè*, pacta inter conjuges non valere, si dissolutionem matrimonij contra juris dispositionem impediant, vel difficiliorem reddant, quia matrimonia debent esse libera in contrahendo, & dissolvendo.

Si vir habeat terram non in feudum, vel hæreditatem, sed ad usum, quamdiu vivit, adeò ut sit tantùm usufructuarius, si concedat partem terræ uxori in dotem, mortuo marito uxor non potest ampliùs eam habere, nisi consenserit Dominus terræ, ut etiam si terra fuit data in feudum, vel hæreditatem alicui, vel hæredi, quem habebit ex legitima uxore; & ipse concedit partem terræ in dotem uxori, & moritur sine hærede; uxor non potest amplius habere partem terræ, idque desumitur *ex c. nuper. 6. h. t.* ubi fuit decisum ab Innocentio III.

Ratio est, quia nullus plus juris potest 33
in alium conferre, quàm constat, eum in se habere: & quamvis ecclesia teneatur protegere dotes viduarum, ac esse favorabilis in earum causis; nō tamen si id sit contra justitiam, & cum damno tertij, non enim usufructuarius potest jus ususfructûs cedere alteri, quàm Domino, sine consensu ejusdem: alioquin si alteri cederet jus ususfructus ad proprietatem reverteretur, nec finiretur ususfructus per mortem cedentis, sed per mortem illius, cui facta est cessio: sicut nec vasallus potest concedere feudum, seu partem feudi filiæ suæ in dotem, vel propter nuptias ad vitam illius sine consensu Domini.

Potest nihilominus sine consenso Domini 34
concedere in dotem commodum, quia tunc non confertur dominium utile, nec jus aliquod in re constituitur, sed oritur sola obligatio personalis ad fructus ex re percipiendos; quapropter hujusmodi concessio non est alienatio, nec prohibita, & ad quodcunque tempus fiat semper per mortem vasalli expirat, reditque ad illum, ad quem res fuisset transitura, si in dotem non esset data, ut notat Barbosa in *collect. hic n. 3.*

§. II.

De dote, eiúsque restitutione, & amissione.

DOs propriè dicitur id, qood ab uxore, 1
vel alio ejus nomine datur marito ad onera matrimonij sustinenda, ot ad alendam uxorem, liberos, & familiam, quapropter dos sine matrimonio nec esse, nec intelligi potest: & soluto matrimonio à marito restituenda est uxori: quamdiu tamen matrimonium consistit, fructus dotis sibi traditæ lucratur maritus, immo transit in ejus dominiom cum obligatione tamen tantundem restituendi, si matrimonium solvatur, ut docent Molina *disp. 426. §. quando.* Layman *lib. 3. tract. 4. c. 13. n. 1. & sequent.* Duæ autem sunt dotis species profectitia ona, altera adventitia: illa est, quæ à patre, vel tanquam à patre, sive avo, vel proavo, alióue per virilem sexum ascendente, & filiam in potestate sua habente profecta est, vel de mandato, aut nomine eorundem constituta; unde dicitur dos profectitia, eò quia proficiscatur à patre, vel

alijs sexos virilis de bonis eorundem, vel facto, ut notat Ulpianus *in epit. tit. de dot. 6.* sive parens dotē dedit, vel ejus procurator, sive jussit alienū dare, sive cùm quis dedisset negotiū quod eius parens ratum habuit, dicitur dos profectitia *l. profectitia ff. de jure dot.* Dos adventitia est, quam vel uxor ex propriis bonis adfert, vel extranens aliquis eidem confert citra parentem, vel quemlibet per virilem sexum ascendentem, & habentem in potestate puellam dotandam: unde dos adventitia dicitur, quam nemo ex paternis bonis, sed quispiam extraneus aliunde dedit.

2 Bona uxoris in tres solent classes dividi, alia sunt dotalia,, alia paraphernalia, & alia receptitia. Bona dotalia sunt pecuniæ, vel res quæcunque mobiles, vel immobiles, quæ causâ nuptiarum dantur viro ad sustentandam conjugem, & familiam, & subeunda onera matrimonij, ut nimirum ex fructibus bonorum dotalium faciliùs uxorem, & totam familiam aleret *l. pro oneribus 20. C. de jure dot.*

3 Bona paraphernalia dicuntur, quæ uxor marito ultra bona dotalia attulit. Quantum uxor debeat marito dare in dotem, vel maritus velit ab uxore accipere dependet ex conventione, & pactis ipsorum conjugum *l. si ego §. 3. ff. de jure dot.* stabilita igitur dote, & accepta à marito: illa bona, quæ uxor ultra talem dotem secum affert, dicuntur bona paraphernalia. Bona receptitia sunt omnia illa, quæ mulier sibi, & suæ dispositioni reservavit. Quia verò maritus accepta dote vicissim promittit uxori, vel obligat certa bona, aut pecuniæ quantitatem, quæ dicitur donatio propter nuptias, & quæ de jure communi debet esse proportionata doti, inde sequitur, quòd si mulier plura habeat bona propria, quàm maritus; tunc tantùm aliqua ex illis in dotem juxta conventionem, & pacta, & reliqua pro paraphernis acceptari soleant. Verum tamen est, quòd plerisque in locis consuetudo hanc æqualitatem inter dotem, & donationem propter nuptias sustulerit.

4 Rursus maritus in bona dotalia uxoris habet tantùm dominium civile remanente naturali licèt sopito apud uxorem, ut explicant juris interpretes *ad princ. instit. quibus alienare licet.* Quamobrem pro bonis dotalibus maritus contra quemcunque possessorem potest instituere suo nomine rei vindicationem: lucratur etiam maritus, & quidem pleno jure ob onera matrimonij subeunda fructus bonorum dotalium, adeo ut soluto matrimonio bona omnia dotalia sint quidem restituenda uxori, non tamen eorum fructus etiam extantes; dummodo non excedant ratum temporis, quo matrimonium duraverit; hinc si maritus post primum semestre anni decesserit, non totius anni fructus, sed tantùm media pars ejus hæredibus debetur *l. fructus 7. ff. de jure dot.* Bonorum verò paraphernalium maritus nulla ratione est Dominus, nec potest pro ijsdem suo nomine agere: sed tantùm ex consensu uxoris nomine ejusdem, & ut ejus procurator

Neque maritus ex bonis paraphernalibus uxoris lucratur pleno jure fructus, ut ex bonis dotalibus; sed tantùm potestatem habet fructus bonorum paraphernalium expendendi in communes usus suos, & uxoris *l. ult. C. de pactis conventis tam super dote,* unde si soluto matrimonio extent fructus bonorum paraphernalium, vel maritus inde locupletior factus sit, vel in alios usus quàm in communes uxoris, & familiæ insumpserit de jure civili restituendi sunt uxori, nisi in aliqua Provincia consuetudo vigeat in contrarium, ut notat Menochius *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9.* 5

Præterea quamvis maritus censeatur Dominus juris ratione rerum dotalium, non tamē potest eas etiam consentiente uxore alienare, si servando servari possint *l. unic. §. cum lex Julia C. de rei uxor. act.* quia dos uxoris servanda est indemnis, & tota restituenda uxori si matrimonium solvatur. 6

Id tamen limitatur, primò si dos æstimata tradita sit, quia tunc hæc æstimatio inducit venditionem, & transfert dominium in maritum, qui propterea soluto matrimonio non tenetur rem ipsam, sed tantùm ejus pretium juxta æstimationem factam restituere *l. plerunque 10. ff. de jure dot.* 7

Secundò si mulier post dilapsum biennium à tempore primi consensus dati, iterum consenserit, quia lapsus tanti temporis, & repetitus consensus excludit præsumptionem, quòd à marito falsis suasionibus inducta sit *novel. 66. c. 1. §. 1.* 8

Limitatur tertiò si uxor citra dolum, & metum juraverit, se nolle revocare rem dotalem alienatam. *c. cùm contingat de jurejuran.* Bona vero paraphernalia uxor potest alienare, ut etiam maritus consentiente uxore, quia talia bona sunt sub pleno dominio uxoris, & potest de ipsis disponere, prout eidem magis placuerit. 9

Quia verò dos est accessoria ad matrimonium cùm detur ad sustentanda ejus onera, ideo si ob aliquod impedimentum dirimens quod ignorabatur subesse inter contrahentes, solvatur matrimonium, debet dos tota restitui mulieri, ut desumitur *ex c. mulier 1. h. t.* ubi ex Concilio Wormaciensi statuitur, quòd si mulieres pro aliqua licita causâ à propriis viris fuerint separatæ, tota dos sit restituenda, ubi Panormitanus *num. 4.* censet, id procedere etiam de matrimonio putatitio, quod propter impedimentum dirimens est invalidum; quia cùm matrimonium sit invalidum, & sinè matrimonio non possit dos consistere, non potest maritus jus ullum habere ad talem dotem. Sin verò separatio tantùm fiat à toro, & cohabitatione, non verò quoad vinculum; eò quia hoc non solvatur; an etiam tunc dos restituenda sit uxori, procedendum est cum distinctione: vel enim culpâ mariti matrimonium judicio ecclesiæ fuit separatum quoad torum, & mutuam cohabitationem, & tunc dos restituenda est uxori, quia æquitas non patitur innocen- 10

nocentem ob culpam nocentis damnum subire, & in hoc sensu communiter intelligitur textus in *d. c. si mulieres t. h. t.*

11 Sin verò separatio facta sit causâ uxoris, eò quia hæc adulterium commiserit, tunc non est ei dos restituenda *c. plerunque 4. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, quòd si mulier causa fornicationis judicio ecclesiæ, vel propria authoritate à viro recesserit, cui non reconciliatur, non possit repetere dotem, vel dotalitia: nam quando culpa oritur ab uxore debet hæc puniri; proinde in pœnam delicti non debet dos à viro restitui, imò nec debent durante causa divortij alimenta præstari.

12 Quòd si absque culpa tam viri, quàm uxoris, divortium factum sit, & tantùm ad tempus: tunc etiam restituenda est dos uxori, quæ ob suam innocentiam non est punienda. Ut etiam si divortium fiat in perpetuum ex tacito pacto inter conjuges inito, tenetur uterque alteri restituere totum, quod ab eo accepit: ut etiam si per errorem, vel ignorantiam inculpabilem matrimonium invalidum contraxerint ob impedimentum dirimens. Secus si scienter contraxerunt, tunc enim quidquid unus alteri dedit acquiritur fisco, nisi fortassis per errorem, vel minorem ætatem excusentur *l. qui contra 4. & authent. incestus C. de incest. nupt.* imò non solùm tota dos restituenda est, sed etiam ejus fructus, qui ante matrimonium obvenerunt, quia isti augent dotem, non verò alij, qui post matrimonium obtigerunt; hi enim cùm dentur marito ad sustentandam familiam, non augent dotem, nec debent restitui, sed fiunt mariti propter onera matrimonij subeunda *l. dotis 7. in princ. ff. de jure dot.*

13 Soluto per divortium matrimonio non solùm à viro restitui debet uxori dos, verùm etiam media pars bonorum omnium, ac lucrorum, quæ stante matrimonio fuerunt communiter utrique conjugi acquisita, ut deciditur in *c. significavit 2. h. t.* ubi Urbanus III. rescribit, quòd si ex aliqua legitima causa conjuges solemniter separentur, debeat maritus compelli etiam censuris, nisi quid aliud resistat ad restituendam dotem, & partem rerum communium. Quod tamen non est ita accipiendum, ut putant aliqui, quasi jure communi inter conjuges contrahatur verè, & propriè societas, ratione cujus omnia generatim bona, & lucra constante matrimonio acquisita debeant inter ipsos communia fieri; id enim communiter rejicitur: quia talis communicatio bonorum per modum contractûs societatis inducta nullo jure canonico, aut civili reperitur inter conjuges constituta. Unde in *d. c. significavit* textus communiter intelligitur, quòd debeant dividi in partes æquales omnia bona, & lucra, quæ conjugibus in communi obvenerunt, vel quia constante matrimonio marito, & uxori simul fuerunt donata; vel quia ambo fuerunt ab aliquo hæredes instituti, vel utrique simul fuerunt ab alio res legatæ; vel quia bona ex utriusque conjugis pecuniâ fuerunt emptâ, ut notat Barbosa *in collect. in d. c. significavit n. 6. h. t.* ubi propterea non dicitur, quod detur societas inter conjuges; vel actio pro socio debeat eis competere; sed tantùm præcipitur fieri divisionem bonorum, quæ etiam sine contractu societatis per solam competentem actionem in rebus communibus à jure conceditur *l. ut sit 31. ff. pro socio.*

14 Imò juxta locorum consuetudinem, aut constitutionem, vel statuta non solùm inter veros conjuges, verùm etiam inter putativos, seu illos, qui bona fide contraxerunt, soluto matrimonio bona acquisita tali pacto in communi dividenda sunt in partes æquales, perinde ac si matrimonium fuisset verum. Quamvis de jure communi sola dos sit uxori restituenda, eò quia cætera bona præsumantur acquisita ex bonis, & industria mariti, ne de muliere suspicetur turpis quæstus ex suâ corporis copia *l. quintus 51. ff. h. t.* Nihilominus si mulier contrarium doceat, probétque id, quod acquisivit ad se pervenisse titulo hæreditariæ successionis, vel legati, aut fideicommissi, vel ex contractu aliquo cum alio inito, non est eidem deneganda pars, quæ illi contingit, quia per probationem contrariam eliditur, & cessat prior præsumptio, quia in certis non datur locus conjecturæ, seu præsumptioni *l. continuus 137. §. 2. ff. de V. O.*

15 Quamvis soluto matrimonio per mortem alterius conjugis, vel per ingressum in religionem, vel ob impedimentum dirimens detectum, dos uxori, vel hæredibus restituenda sit, ut etiam donatio propter nuptias reddenda sit viro, vel ejus hæredibus *l. ult. C. soluto matrim.* huic tamen juris constitutioni derogatur, si inter conjuges pacta conjugalia confecta sint, ut altero præmortuo ad superstitem dos, vel donatio propter nuptias, aut alia etiam bona pleno jure pertineant? siquidem hujusmodi pacta valent, ut desumitur *ex tot. tit. ff. de pact. dotal.* & *l. si. convenit. 6. C. de pactis conventis.* Idque omnes concedunt, si agatur de rebus particularibus, ut de domo, vel prædio dotali lucrandis: secus si agatur de re universali, & mutua successione conjugum in omnibus bonis, non modica est in jure controversia, eò quia pactis prohibetur hæreditas dari ob periculum optandæ mortis ejus, cujus hæreditas promissa est *l. licet C. de pactis.* & *l. hæreditas §. 5. C. de pactis conventis.*

16 Notant tamen Andreas Gaillus *lib. 2. obser. 126 n. 3.* & Mynsing. *centur. 2. obser. 33* moris esse in Germanis, ut hujusmodi mutua pacta de futura successione inter conjuges tolerentur: cæterum in restitutione dotis comprehenditur etiam quicquid maritus dolo, lata, vel levi culpa in re dotali deliquit *l. in rebus 17. ff. de jure dot.* Sin autem res dotalis sine culpa mariti perierit, vel facta fuit deterior; non tenetur tunc maritus quidquam pro ea præstare. In repetenda tamen dote uxor habet privilegiatam hypothecam, in omnibus bonis mariti, & quidem præferenda est cæteris alijs creditoribus: adeò ut ante omnes solvenda sit

priùs uxori dos *l. assiduis C. qui potiores. in pignore habeantur.*

17 An verò præferenda etiam sit creditoribus habentibus expressam hypothecam anteriorem, controvertitur inter juris civilis interpretes, negat Gaillus *lib. 2. obser. 25. n.* 10. affirmant verò Mynsing. *centur. 4. obser.* 13. Fachin. *lib.* 10. *controverf. c. 35.* Id verò plurimum dependet ex locorum consuetudine, & statutis: secus propter bona paraphernalia quamvis uxor habeat etiam tacitam hypothecam in bonis mariti, ipsa tamen non est privilegiata, ut præferenda sit anterioribus; sed computari solet à die illationis, qua bona illa ad maritum pervenerunt *l. ult. C. de pact. convent.* Hinc ob privilegia dotis consultiùs semper est uxori, omnia bona marito in dotem tradere.

18 Amittit tamen uxor dotem, si adulterio fœdetur, & eam vir tunc lucratur, ut deciditur *in c. plerumque 4. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, quòd mulier, quæ causâ fornicationis ecclesiæ judicio, vel propria authoritate à viro recessit, & illi non reconciliatur, non potest repetere dotem, nec dotalia. Ratio est, quia per adulterium infertur conjugi innocenti gravis injuria, proinde jura statuerunt, ut in pœnam delicti uxor adultera privetur sua dote, & maritus innocens illam lucretur. Quòd verò *in d. c.* uxor adultera dicatur non posse repetere dotem, vel dotalitia; nomine dotis, vel dotalitij non comprehenduntur bona paraphernalia, quia in pœnalibus verba non debent extendi, sed potiùs restringi, qua propter per dotalitium *in d. c. plerumque* intelligitur pretium, seu æstimatio dotis, adeo ut mulier adultera dotem perdat, vel ejus pretium, seu æstimationem: & quia dos data est in rebus illis, quæ numero, mensura, vel pondere constant, ideo cùm dicitur, quòd uxor adultera perdat dotem, & dotalitia, per dotem intelliguntur res ipsæ dotales, & per dotalitium earundem pretium, seu æstimatio, ut explicat Canisius *in d. c. plerumque n. 3. h. t.*

19 Quòd verò uxor adultera dicatur *in d. c. plerumque* perdere dotem, & dotalitium, procedit etiam de uxore putativa tantùm, eò quia bona fide contraxerit matrimonium cum impedimento dirimente, ut notant Farinac. *in prax. crimin. p. 5. q.* 142. *n.* 16. Julius Clarus *lib. 5. sent.* §. *adulterium n.* 14. & alij. Ratio est, quia licèt tale matrimonium sit nullum, proinde non possit dici, quòd mulier formaliter commiserit adulterium: nihilominus consideratur status matrimonij, ut erat tempore commissi criminis saltem putativi, & prava intentio ipsius mulieris, quæ postquam declaratum fuit matrimonium nullum, excusari non potest; neque postquam per sententiam fuit dote privata potest eam repetere.

20 Si autem vir conscius adulterij ab uxore commissi tacuit, & eam adhuc in domo retinuit, debitúmque conjugale ab ipsa petiit, tunc præsumitur illi reconciliatus; consequenter censetur actionem, quam habebat ad petendum divortium, & privationem dotis tacitè remisisse, argumento à contrario sensu ducto ex verbis textûs *in d. c. plerumque 4. h. t. nec reconciliata postea fit eidem:* ex quo infertur, quòd si mulier fuerit viro reconciliata non possit hic eam privare dote. Rursus si maritus etiam ipse committit adulterium, tunc quia crimē crimine compensatur; uxor itidem recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias *l. consensu 8.* §. *si qua igitur.*

Hinc si uxor accusata de adulterio dotem amittit, potest contra virum excipere de eodem adulterio. Quòd si maritus conscoierit in adulterium uxoris, & multò magis si fuerit leno, eámque prostituerit, tunc non lucratur dotem, & si vir conventus ab uxore excipiat de adulterio, potest ipsa replicare de lenocinio *l. cum mulier 47. ff. solut. matrim.* 21

Juvat tamen observare, quòd per adulterium uxor non amittat dotem ipso jure, & ante sententiam judicis, sed tantùm postquam judex cognovit super causam adulterij, & tulit sententiam privationis: unde ante sententiam judicis nulla adest obligatio in conscientia tradendi dotē marito innocenti: ratio communis est, quia leges pœnales ante sententiam, non solent in conscientia obligare. Imò quando intervenit reconciliatio tacita, vel expressa, vel etiam compensatio ob mutuum adulterium cessat hæc pœna cessante divortio, & sententia judicis. Quòd si post sententiam judicis conjuges quoad cohabitationem reconcilientur: sicut matrimonium integratur quoad totum, ita etiam quoad dotem, desumitur *ex d. c. plerumque 4. h. t.* Demum si maritus, & uxor habeant liberos ex eodem, vel alio matrimonio, tunc si liberi fiunt legitimi commisso adulterio per parentes servanda est illis dos, ut etiam donatio propter nuptias quoad proprietatem, adeo ut non possit in extraneum alienari, & conjux non plus, quàm usumfructum lucretur *novel* 117. *c.* 8. ex quo interpretationem recipit *d. c. plerumque 4. h. t.* sunt enim jura juribus concordanda, ut evitetur jurium correctio, *cap. cum expediat de elect. in* 6. unde dos uxoris adulteræ reservatur ejus liberis post mortem uxoris, eò quia dum vivit, usufructus dotis ad maritum pertinet.

Tametsi pro conservatione dotis, nec fidejussores, nec aliæ satisdationes regulariter intervenire debeant, ne scilicet conjuges se invicem arguant perfidiæ, quia si mulier in suam personam non veretur credere marito, tantò minùs in credenda dote difficilis esse debet *l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. dentur.* Nihilominus detur aliquando cautio pro dote conservanda, si nimirum maritus bona dissipando ad inopiam vergat; idque desumitur *ex c. per vestras penult. h. t.* ubi Innocentius III. rescribit, quòd si maritus petat dotem uxoris, & hæc contra ipsum excipiat, quòd sit pauper, & quod non possit dare sufficientem cautionem pro restitutione dotis, det illam rantionem, quam potest, vel committat dotem alicui honesto mercatori 22

tatori, ut de parte honesti lusri possit onera matrimonij sustenstate, ne occasione dotis detentæ si maneant separati, adulterentur.

Hinc licèt videatur inferri, posse uxorem à
23 marito expelli, & separari à cohabitatione, & conjugali consortio, si dos promissa soluta non fuerit, & ex qua ferre debet onera matrimonij *c. salubriter 16. de usur.* Nihilominus contrarium docetur communiter à Doctoribus præsertim Covarruvia *in 4. decret. p. 2. c. 7. in princ. n. 2.* Molina *tract. 2. de justit. disp. 425. n. 4.* quia jus cohabitandi non oritur ex solutione dotis, sed ex lege naturali, & divina, & ex ipso contractu matrimonij; perinde ac ipsa obligatio reddendi debitum conjugale: unde licut ob nō solutā dotem vir non eximitur ab obligatione reddendi debitum; ita nec liberatur ab obligatione cohabitandi cum uxore.

Tum quia Christus *Matth. 5.* prohibuit,
24 uxorem dimitti ex alia causa, quàm fornicationis, & non solutio dotis non numeratur inter causas divortij. Tum quia dos datur ab uxore, ut hæc ex illa alatur: sed finis præcipuus cohabitationis non est, ut uxor à viro alatur, sed ut conjuges mutua sibi præstent obsequia ad promovendum prolis generationem, & rectam ejusdem educationem, hic autem finis non cessat, quamvis dos non solvatur, consequenter neque cessat obligatio cohabitandi. Quòd si maritus etiam sine culpa vergat ad inopiam, potest uxor agere ad petendam, & recuperandam dotem; ídque procedit etiam, quando maritus incipit dissipare bona sua, iísque malè uti, tunc non solum potest agere uxor contra maritum, & repetere dotem, verùm etiam contra ipsum excipere petentem dotem, quod jus permittit ex timore, ne dos consumetur.

25 Hinc dos non est tradenda viro ad inopiam vergenti, nisi hic idoneam præstiterit cautionem de dotis securitate per fidejussores, vel pignora, & si maritus hanc cautionem præstare non possit, debet saltem præstare eam, quam potest, ut deciditur *in d. c. per vestras penult. h. t.* id tamen non intelligitur de cautione juratoria, ut notat Abbas *in d. c.* quia hanc potest quilibet, quamvis inops præstare, & *in d. c. per vestras* dicitur, exigi à marito cautionem, qualem præstare potest: unde supponitur eum teneri talem præstare cautionem, qualem potest pro quantitate bonorum suorum.

26 Quòd si maritus nullam possit sufficientem cautionem præstare, conceditur, ut dos deponatur apud aliquem mercatorem, à quo maritus tantùm honesti lucri accipiat, quantum ad sostinenda onera matrimonij est necessarium. Debet tamen depositio dotis ad mercatorem fieri authoritate judicis, ut mercator salva summa capitali det aliquid viro pro sustentatione familiæ: tunc enim judex authoritate canonis ad conservandam pecuniam dotalem, & ut provideatur viro sustinenti onera matrimonij, ne occasione dotis detentæ uxor à viro dimissa, vel vir dimittens in adulterium incidat, potest inquam judex talem pecuniam deponere apud mercatorem, & contractum societatis cum illo inire.

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selectæ quæstiones.

Quæritur primò, ad quem judicem pertineat cognoscere super causa dotis? Respondetur, quòd quamvis causa dotis sit merè sæcularis, proinde de illa cognoscere, principaliter spectet ad solos judices sæculares: nihilominus accessoriè, & incidenter etiam judex ecclesiasticus potest de illa cognoscere, & compellere, ut dos solvatur: ídque desumitur *ex c. de prudentia 3. h. t.* ubi Clemens III. rescribit, quod judex delegatus, si ob impedimentum dirimens ferat sententiam pro divortio, debeat etiam sententiam ferre pro tota dote restituenda secundùm jus canonicum, nimirum quia cognoscens de principali, debet cognoscere de accessorio, & incidente, proinde judex ecclesiasticus ratione matrimonij dissoluti, vel dissolvendi accessoriè cognoscit super causa dotis, si hæc petatur restitui; tunc enim rectè agit judex ecclesiasticus, quia accessorium sequitur naturam sui principalis *ex reg. jur. 42. in 6.* unde quamvis causa dotis, si principaliter in judicium deducatur, pertineat ad judicem sæcularem, eò quia dos in se non sit quid spiritnale: ratione tamen matrimonij dissoluti, vel dissolvendi pertinet etiam ad judicem ecclesiasticum *arg. c. novit. 13. de judic.* ubi postquam divortium inter virum, & mulierem factum esset, & liquidè constaret, dotem à viro injustè detineri, & mediam partem bonorum communiter acquisitorum durante matrimonio esse dandam uxori; ideo Pontifex injunxit, ut per censuram ecclesiasticam compelleretur vir ad dotem restituendam, ut etiam mediam bonorum partem dividendam, ac dandam uxori, unde judex ecclesiasticus potest præcipere, & compellere, ut dos solvatur, eò quia cognoscens de principali, debet etiam cognoscere de accessorio, & judex ecclesiasticus cognoscit de principali, seu matrimonio, an validum sit, nec ne, proinde etiam de accessorio. Hinc plures censent, causam dotis etiam principaliter motam esse mixti fori; adeò ut inter judicem ecclesiasticum, & sæcularem sit locus præventioni. 1

Quæritur secundò, an donatio remuneratoria inter conjuges valida sit? Respondetur 2 affirmativè; quia donatio facta causâ remunerationis inter conjuges non est prohibita in jure; hinc si vir donavit uxori rem aliquam, & uxor vicissim marito aliam, valet donatio, quia tunc habetur utrinque compensatio *l. quod mater 7. §. si vir. ff. h. t.* ubi dicitur, quòd si vir, & uxor sibi invicem donent, donatio sit valida. Ratio est, quia jura inter conjuges prohibent solam donationem: atqui donatio remuneratoria non est absolutè donatio, sed potiùs solutio

lutio debiti, proinde cum licitum sit cuilibet sua debita solvere, imò id exigat justitia, vel gratitudo, erit hujusmodi donatio remuneratoria licita inter conjuges. Tum quia tunc donator ex naturali lege gratitudinis obligatur ad antidora, seu remunerationes accepti beneficij. Cæterum, si donatio excederet merita, quoad excessum esset simplex, non remuneratoria. Juvat tamen observare, non requiri ut merita donatarij sint omnino æqualia dono donatoris; sed sufficit, si sint æquipollentia jux a judicium prudentis viri, & spectatâ qualitate donatoris, & donatarij, quia nobiles, ac divites obsequia sibi præstita, solent magis remunerari, quàm alij.

3 Quæritur tertiò, an dos per virum senem constituta uxori juveni minuat legitimam debitam ascendentibus, vel descendentibus viri. Joan. Garzia *de donat. remuner. n. 42.* docet, dotem, quam vir senex, vel ignobilis constituit uxori nobili, & juveni non minuere legitimam ascendentibus, vel descendentibus debitam, sed esse extrahendam ex ea parte, de qua potest maritus in eorum præjudicium disponere: eò quia donatio remuneratoria, quando ex justitia non est debita, non minuit legitimam; hinc harrarum donatio, quamvis fiat in remunerationem, extrahitur de illa parte, cuius dispositio libera est viro absque præjudicio legitimæ; hinc concludit, quòd cùm hæc dos non sit ex justitiæ lege debita, sed gratis constituatur à viro, non debet legitimam minuere. Sanchez nihilominus *lib. 6. disp. 8. n. 2.* sustinet contrarium, & putat, dotem constitutam à viro ignobili, & sene uxori juveni, & nobili ante contractum matrimonium deducendam esse ex toto cumulo hæreditatis, ac proinde minuere legitimam: non ita si constituatur post initum matrimonium, quia tunc debet extrahi de parte illa, de qua potest vir liberè disponere.

4 Ratio discriminis est, quia ante contractum matrimonium dos datur uxori ex causa onerosa, & necessaria, proinde non est donatio, sed potiùs contractus onerosus, *do, ut facias*, scilicet vir ignobilis, & senex dat fœminæ nobili, & juveni dotem, ut sibi nubat, & per illam dotem compensat disparitatem inter senem, & juvenem; ignobilem, & nobilem. Secus si dos constituatur post initum matrimonium, non potest dici ex causa onerosa, quia non fit præjudicium fœminæ, cùm hæc tali lege non contraxerit: sed donatio remuneratoria, quando non est debita ex lege justitiæ, non minuit legitimam. Tum quia vir filiis prioris matrimonii tenetur reservare, quæ habuit ab uxore titulo lucrativo donationis, non ita, quæ titulo oneroso *l. femina C. de secund. nupt. authent. hoc. lucrum. C. eod. tit.* & docet Covarruvias *2. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. 7.* & hæc sententia est perquam probabilis.

Quæritur quartò, an donatio inter conju-
5 ges valeat, si facta sit causa mortis? Respondetur affirmativè, & desumitur ex *l. si eum 9. in fin. & l. sequent. ff. h. t.* ubi etiam assignatur ratio: quia in hoc tempus excrevit donationis eventus, quo vir, & uxor esse desinunt. Sed per talem donationem factam mortis causâ inter conjuges dominium rei donatæ non transfertur in conjugem donatarium, donec conjux donator decesserit, adeò ut possit donator eam semper repetere *l. sed interim 11. in princ. ff. h. t.* hinc huiusmodi donatio est valde imperfecta, & donatarius non potest de re sibi donata à suo conjuge liberè disponere eo vivente, eò quia donatio illa donec donator vixerit, sit semper revocabilis. Quòd si donatio causâ mortis ea conditione fieret inter coniuges, ut non posset à donatore ampliùs revocari, foret donatio irrita, quia non esset ampliùs donatio causâ mortis, quæ essentialiter est revocabilis, quamdiu donator vixerit, sed transiret in donationem inter vivos *l. ubi ita 27. ff. de donat. mortis caus.*

Quæritur quintò, an donatio facta inter 6
conjuges putativos, seu inter conjuges, qui valide non contraxerunt matrimonium ob impedimentum aliquod dirimens valida sit? Respondetur eum distinctione: vel enim utrique conjugi constat, tale matrimonium esse nullum ob impedimentum dirimens, & tunc donator non potest ampliùs repetere rem donatam, sed fiscus eam sibi vendicat *l. cum hic status 32. §. fin.* Vel solus conjux donator scivit matrimonium esse nullum, & nihilominus conjugi ignoranti invaliditatem matrimonii aliquid legavit, & tunc valet legatum, quod propterea uxor sibi acquirit, nec potest fiscus illud sibi vendicare *argu. l. ult. ff. de legat.* & docet Molina *tract. 2. de justit. disp. 200. n. 5.* Vel conjux donatarius conscius est nullitatis matrimonii, non ita donator, qui in bona fide constitutus donat alteri conjugi; & tunc donatio est invalida, eò quia procedat ex errore, quia donans putat, legitimum esse matrimonium, & ideo donat, quia putat donatariam esse ejus legitimam conjugem, & nil magis adversatur contractui, quàm error *l. si per errorem 15. ff. de jurisdic.* Vel demum uterque conjux est ignarus nullitatis matrimonii, & bona fide putat illud valere, & tunc donatio inter ipsos facta est etiam invalida, ut desumitur ex *l. si ex voluntate 7. C. h. t.*

Quæritur sextò, an pater teneatur dotare 7
filiam? Respondetur affirmativè, quia est paternum officium constituere dotem, vel donationem propter nuptias suis liberis *l. ult. C. de dot. promiss.* ubi etiam deciditur, quod pater dotans filiam, vel pro filio faciens donationem propter nuptias de propriis, non de liberorum bonis id facere debeat, nisi nimia paupertate prematur. Ratio etiam est, quia dos constituitur filiæ propter eius alimenta, & pater tenetur alimenta dare propriæ filiæ. Difficultas est, an etiam filiæ locupleti teneatur dotem constituere. Plures negant, eò quia cessante ratione æquitatis, quæ suadet filias dotare, cessat etiam ipsa æquitas *l. planè, ff. famil. Hercisc. l. adigere §. quamvis. ff. de jure patron. & cessant. de appellat.* proinde cessat etiam ipsa lex jubens

jubens dotare filiam: sed in filia divite cessat æquitas, & ratio iuris, quæ cogit filios dotare, ut nimirum possint habere alimenta, & honestioribus maritis nubere. Tum quia pater non cogitur alimenta præstare filiæ, quando hæc est locuples, proinde neque dotem, quia hæc comparatur præstationi alimentorum.

8 Quòd pater non teneatur filiæ locupleti præstare alimenta, desumitur ex *l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de agnos. liber.* Docent hanc sententiam Alciatus *l. 18.* Parerg. *c. 3.* Corrasius *ad l. qui liberos n. 53. ff. de ritu nupt. c. 8. n. 7.* Nihilominus contraria sententia, cui adhærendum puto, communior est, quia ex *regul. jur.* quæ in favorem, & commodum alicuius sunt introducta, ea non debent in odium, & detrimentum illius detorqueri *l. quod favore C. de leg.* sed ad commodum filiæ pertinent ea, quæ mater, vel aliæ filiæ reliquerunt, proinde non debent ea in odium filiæ retorqueri: id autem contingeret, si propter hæc bona, filiæ non esset dos debita.

9 Hinc indistinctè dicitur esse patris officium filiam dotare *l. final. C. de dot. promiss. l. 19. ff. de ritu nupt.* ab hoc autem officio non fit pater immunis ob adventitium peculium, quod filiæ obtigit, quia semper tenetur pater proprium exercere officium. Tum quia *in l. final. C. de dot. promiss.* filia habebat bona adventitia, & nihilominus dicitur, quod spectet ad patris officium eam filiam dotare. Hinc ad fundamentum oppositæ sententiæ posset responderi, non cessare in filia divite rationem, quæ aliàs suadet filias dotare. Tum quia datur dos, ut faciliùs fœmina honestiori viro possit nubere, & ut onera matrimonij valeat maritus sustinere; sed bona paraphernalia uxoris non deserviunt hisce oneribus matrimonialibus sustinendis, tametsi illa amplissima fuerint; & divitiæ illæ, quæ accedunt filiæ, sunt bona paraphernalia eiusdem, quæ non transeunt in onera matrimonij, & ita docent Mynsing. *lib. 5. observat. 32. n. 2.* Gaillus *2. observ. 95. n. 14.* & plures alij.

10 Quæritur septimò, an pater teneatur dotare filiam emancipatam? Plures negant ex *l. 19. ff. de ritu nupt.* ubi dicitur, quòd pater cogatur dotare filiam, quam habet in potestate, unde à contrario sensu inferunt, non teneri dotare filiam emancipatam, cùm non sit ampliùs in potestate patris. Tum quia extraneus non tenetur extraneam dotare *l. profectitia. ff. de jure dot.* sed dissoluta per emancipationem patria potestate, filia emancipata habetur pro extranea *§. 3. instit. de hered. qualit. & differ.* proinde emancipata à patre non est dotanda. Tum quia in *l. 51. ff. de jure dot.* habetur, donatum à patre filiæ emancipatæ eidem postea à patre in dotem esse datum, & eo casu non censeri dotem à patre, sed à filia profectam, ex quo inferunt, non teneri patrem filiam emancipatam dotare.

11 Nihilominus communior sententia est, teneri patrem dotare filiam emancipatam, seu quæ nupsit inconsulto patre viro tamen digno, quia licèt per tales nuptias filia subtrahatur à patria potestate, & constituatur emancipata; non tamen desinit esse filia, proinde tenetur pater ei suppeditare, quæ de jure debentur filiæ? quinimò Imola in *c. accedens de procurat.* id extendit, quamvis filia nupserit viro indigno, quia cùm non desinat esse filia, non amittit jus filiæ, quo exigit dotari à patre. Hinc patet solutio ad fundamentum oppositæ sententiæ, quia quamvis filia emancipata non sit in potestate patris, adhuc tamen est eius filia, nec amittit jus, quod habet, ut dotetur à patre. Quòd si semel filiam dotaverit, & hæc constante primo matrimonio dotem amiserit etiam sine propria culpa, non tenetur pater novam dotem refundere *l. pater filiæ. ff. de edict.*

Quæritur octavò, an teneatur pater filiam 12
spuriam dotare? Duæ sunt sententiæ inter se pugnantes, quarum prima affirmat, & hanc propugnant plures cum Corrasio *in commen. ad l. 19. n. 58. de ritu nupt.* & nititur hæc sententia, quia *in c. cum haberet de eo, qui duxit in matrim. quam polluerat per adulterium.* rescribit Pontifex, teneri patrem providere filiis spurijs de necessarijs, & quia dos est filiæ spuriæ perquam necessaria, ut possit nubere, & turpis vitæ fœditatem effugere, ne cogatur corporis sui copiâ quæstum facere, sequitur etiam filiam spuriam esse à patre dotandam. Tum quia tenetur pater alimenta suppeditare etiam filiis spuriis; proinde etiam dotare filiam spuriam, ut maritus possit onera matrimonialia sustinere, liberósque ex illa susceptos alere. *l. pro oneribus C. de jure dot.*

Præterea in dubijs debet, quis eam senten- 13
tiam sequi, quæ humanior est, & æquitati magis consona *l. in ambiguis ff. de reg. jur.* Tum quia in dubio in favorem dotis respondendum est *l. 87. de reg. jur:* sed filias spurias esse à patre dotandas, est sententia procul dubio humanior, & æquior, consequenter eidem adhærendum. Secunda sententia id negat, eámque propugnant Obrechtus *disp. de dot. thes. 90.* Hottoman. *disp. de dote c. 3. n. 22.* & plures alij. Nititur hæc sententia præsertim legibus civilibus; etenim *in l. 8. C. de natur. liber.* Justinianus Imperator expresè asserit: patribus esse indulgendum, ut liceat eis, nulla legitima sobole, vel matre subsistente dotem usque ad sex uncias constituere: ex quo textu inferunt, nullam patri incumbere necessitatem dotandi filiam spuriam, quia quod à proprio dependet arbitrio nullam potest necessitatem inducere *l. sæpe ff. de offic. præsidis. l. non quidquid. ff. de judic.* unde pater non potest compelli ad dotandam filiam spuriam etiam inopiâ laborantem, tum quia in *l. 41. §. pater naturalis 11. ff. de leg. 3.* dicitur, dotem datam à patre filiæ spuriæ compensari cum fideicommissis eidem filiæ spuriæ à patre relictis: sin autem dos deberetur à patre filiæ spuriæ, non posset compensari cum fideicommisso, sed teneretur pater independenter à fideicommisso ei dotem constituere. Tum quia pater tenetur dotare filias, quas habet in potestate *l. 19. ff. de ritu nupt.* sed filia spuria

non

non est in potestate patris naturalis, proinde non tenetur eam dotare: siquidem filia spuria non censetur habere patrem naturalem §. *pen. instit. de nupt.*

14 Demum filia spuria etiam est incapax successionis ab intestato *l. humanitatis 8. C. de natur. l. except. duabus unciis*, quas *ex novel. 89. c. 12.* percipere potest: Sed si triens legitimus, qui est pars successionis ab intestato non debetur filiæ spuriæ, nec erit ipsi debita dos, quia triens legitimus vicem obtinet dotis *l. quoniam 29. C. de inoffic. test.* Nihilominus hæ pugnantes sententiæ possunt facilè reconciliari, simúlque satisfieri juribus, quibus utraque sententia nititur, si dicamus, filias spurias non esse dotandas eodem modo, & in eadem quantitate ut legitimas; sed dotem pro filia spuria esse commensurandam alimentis necessarijs, adeò non excedat quantitatem eorundem, ut docet Molina Jurista *lib. 2. de primogen. c. 15. n. 50.* Jura, quibus nititur secunda sententia, possunt explicari, quòd filia spuria non sit dotanda sicut legitima, cuius dos est longè pinguior, & non commensuratur alimentis necessariis, sed facultatibus patris: in hoc enim sensu verum est, filiam spuriam non esse dotandam. Quòd verò debeatur ipsi dos, ut possit nubere, & non se prostituere turpis quæstûs causâ, probant textus pro prima sententia, qui intelligi debent de dote non excedente quantitatem alimentorum, quia sicut filia spuria est longè deterioris conditionis, quàm legitima; ita eius dos debet esse longè exiguior: si ita dicamus, conciliantur textus, qui videntur contrarij, & fertur judicium in favorem dotis in dubijs, ut habetur *in l. 87. de regul. juris.* & consulitur pudicitiæ filiæ spuriæ, quæ aliter sine dote, & destitura omnino à patre periclitaretur.

15 Quæritur nonò, an dos, quæ datur filiæ spuriæ transeat ad ejus hæredes? Respondetur negativè, quia dos data est à patre filiæ spuriæ; non secus ac fundus datur spurio pro alimentis: sed fundus vel quodvis aliud à patre relictum pro sustentatione, non transit ad filios, vel hæredes, sed restituendum est patri mortuo filio: ita etiam mortua filia spuria dos ei à patre data pro alimentis necessarijs, est patri restituenda. Limitatur tamen nisi relinqueret ex se filios adeò indigentes sustentatione, ut nec ab alijs bonis parentum, nec alia ratione possent commodè ali, tunc enim censentur jus habere, non ut hæredes; sed ex propria persona, ut ab avo, qui erat pater spuriæ filiæ ex eadem dote, vel aliunde sustententur. Secus si filij spuriæ aliunde habeant, vel polleant arte, aut viribus, quibus possint comodè sibi comparare necessaria quoad victû, & vestitum, deobligatur avus ad eos sustentandos *argu. l. si quis à liberis §. sed filijs. ff. de liber agnos.* ut tradit Borbosa *lib. 1. n. 61. ff. solut. matrim.*

16 Quæritur decimò, an si pater constituat dotem pro filia spuria excedentem quantitatem alimentorum possit adhuc constante matrimonio repetere excessum illum? Respondetur cum distinctione: vel enim gener sciebat fœminam, cui nupserat, esse spuriam, & tunc potest dos quoad excessum revocari, quia gener præsumitur scire juris dispositionem esse, ut spuriæ non debeatur excessus ille *authent. ex complexu C. de incest. nupt.* ubi spuria redditur incapax bonorum paternorum, & ius canonicum hanc legem non abrogavit, nisi ex qua parte denegabat mensuram congruam alimentorum filijs spurijs, unde excessus ille dotis ipso jure est nullus, & potest ab hæredibus soceri revocari. Sin verò gener ignoravit, se nubere spuriæ, & bona fide recepit dotem excedentem alimenta, tunc plures censent, excessum illum dotis non esse revocabilem, ut notat Bart. *l. fin. C. si. à socero ff. quæ in fraudem credit.* ubi assignat discrimen inter generum conscium, & ignarum uxoris spuriæ; quia si fuerit conscius, potest dos quoad excessum repeti, non ita si fuit ignarus, quia cum gener dotem accipiat ex causa onerosa, si non est particeps fraudis commissæ à socero dotante, iniquum est, si ab ipso repetatur excessus dotis, quem gener accepit bona fide, credens uxorem esse legitimam filiam sui soceri: tunc enim sine culpa gener puniretur privatione illius excessus, & gravaretur, eò quia nupserit fœminæ spuriæ: hæc autem cessant, si gener fuit conscius fraudis, quia tunc debet sibi imputare, & hæc distinctio traditur in *l. penult. C. de his quæ fiunt in fraudem cred.*

Quòd si matrimonium solvatur censet Barthol. *loc. cit.* posse à socero excessum illum dotis revocari, adhærent huic sententiæ Covarruvias *p. 2. c. 8. §. 6. n. 11.* Gomez *ad leg. 9. Tauri. n. 4.* Licèt hæc sententia faveat doti: nihilominus opposita videtur probabilior, quia illa collatio alimentorum invalida est quoad excessum juxta *authent. ex complex. C. de incest. nupt.* atqui quod est invalidum, perinde se habet, ac si non esset, proinde potest statim revocari *l. non dubium C. de legib.* quia quantumcunque pater velit, ac consentiant filij legitimi, adhuc non potest validè ex bonis paternis plus filius spurius habere, quàm congrua alimenta, ut docet Alexander *consil. 229. n. 15. lib. 6.* Verùm putârim, hanc sententiam esse limitandam nisi pater dedisset in matrimonium filiam spuriam ut legitimam, & gener ut filiæ legitimæ sui soceri nupsisset, quia tunc fraus esset tantùm in socero, non in genero, qui cùm processerit bona fide, non videtur affligendus privatione dotis quoad excessum, & notâ illa turpi, quia nupsit uxori spuriæ. 17

Quæritur undecimò, an avus teneatur neptem dotare? Respondetur affirmative, adeò ut in defectu patris teneatur avus paternus neptem dotare, desumitur ex *l. fin §. utramque C. de dot promiss.* ubi Justinianus Imperator ait, esse officium paternum progeniem suam dotare: atqui verbo progeniei non solum filij, sed etiam nepotes, & pronepotes veniunt, ut dicitur *in C. final. C. de emancip liber.* Tum quia Marcianus *in l. 19. ff. de ritu nupt.* indistin- 18

ctè afferit, habentes liberos in potestate teneri eos dotare, & nomine liberorum significantur omnes descendentes *l. sed si hac §. fin. ff. de in jus vocand.* Tum quia *in l. 6. de cellat. bon.* expressè dicitur ad officium avi spectare neptem dotare, quia cum ad id teneatur pater filiæ, in defectu patris tenetur avus supplere, quia tunc vices gerit patris, adeò ut non minus avi, quàm patris intersit nuptui collocare neptim, ne cum probro familiæ quæstûs causâ turpem agat vitam. Obrechtos tamen id limitat, quando pater ob inopiam quâ laborat, nequit congruam dotem filiæ suppeditare; tunc enim ait, teneri avum succurrere inopiæ patris. Ratio est, quia avus non obstringitur ad dotandam neptim nisi propter filium, unde si hic possit filiam dotare, non tenetur avus neptim dotare, quia obligatio secundaria cessat, ubi principalis viget *authent. præsen. C. de fideiuss.* Sunt tamen qui cum Castro Palao *tom. 7. disp. 9. punct. 5. §. 2. n. 2.* asserunt, neptes, si sint in potestate avi paterni, teneri ab isto dotari, si divitijs affluat.

19 Quæritur, an frater teneatur dotare sororem? Respondetur cum distinctione, si sermo sit de sorore uterina ex alio patre nata, tunc certum est, nō teneri fratrem eam dotare, quamvis ejus soror inops sit, & aliter non possit nubere, ut notat Paulus jurisconsultus *in l. 12. ff. de administ. tut.* Sin autem sermo sit de sorore consanguinea, seu ex eodem patre, & non ex eadem matre, tunc si soror sit inops, communis sententia est, ut frater teneatur eam dotare: ratio est quia frater tenetur alere sororem consanguineam, & germanam *l. si quis à liberis §. utrum. ff. de agnos. lib.* consequenter tenetur etiam illam dotare, quia dos datur pro alimentis. Tum quia *in l. 12. §. 3. ff. de administ. tutor.* expressè dicitur, quòd tutor non teneatur dotem constituere sorori pupilli ex alio patre natæ, hinc à contrario sensu infertur, quòd natæ ex eodem patre teneatur dotem constituere *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand.* ubi dicitur, argumentum à contrario sensu ductum esse validissimum.

20 Hinc frater tenetur sororem consanguineam, seu ex eodem patre licèt non ex eadem matre dotare, si aliunde eius soror sufficientem dotem non habeat: sin verò sermo sit de sorore uterina, licèt non teneatur frater eam dotare, tenetur tamen necessaria alimenta ei suppeditare juxta Castrum Palaum *d. disp. 9. punct. 5. §. 3. n. 1.* quamvis contraria sententia sit communior. Cæterum quando frater tenetur dotare sororem, non excusatur, ex eo, quòd sit minor, vel necessitatem habeat alienandi aliqua bona immobilia ob dotem sororis, quia hæc est causa urgens approbata à jure communi: proinde interveniente decreto judicis potest fieri alienatio, quin detur locus restitutioni *l. final. C. de in integ. restit.*

21 Immò nec frater excusatur, si dicat, sororem exhæredatam fuisse à patre: neque ex eo, quòd factus sit clericus, quia etiam ex fructibus bonorum ecclesiasticorum potest alere, & dotare sorores inopes, cùm id sit opus pietatis, & naturalis obligationis. Frater tamen excusatur ab obligatione dotandi sororem, si adsit eius mater, vel avus paternus, aut maternus, qui dotem possit suppeditare, quia omnes ascendentes præferuntur fratri in successione *authent. defuncto C. ad Trebel.* proinde debent etiam præferri in obligatione dotandi sororem. Tum quia in defectu patris obligatio dotandi, & alendi filias incumbit matri diviti *l. si quis a liberis §. utrum ff de lib. agnosc.* adeò ut fratri non incumbat tale onus nisi in subsidium. Si tamen frater administrâsset bona sororis, ex quibus dos constitui posset, tunc ex bonis eiosdem sororis tenetur eam dotare, ut notat Menoch. *lib. 2. de arbit. casu. 88. n. 47.* Barbosa *4. p. lib. 1. ff. solut. matrim. n. 141.*

Quæritur tertiodecimò, an filius teneatur dotare matrem volentem nubere? Respondent Obrechtus *disp. de dote thes. 109.* Hottomanus *disp. de dote, c. 3. n. 23.* & alij, teneri filium dotare matrem volentem ad secundas nuptias transire; nititur hæc sententia, quia si frater tenetur dotare sororem inopem, à fortiori etiam matrem, cùm strictiùs obligetur matri, quàm sorori. Pietas enim, ad quam filius jure divino, & humano obstringitur matri, exigit, ut filios consulat pudori matris adhuc juvenis, si hæc non possit se continere, & propterea velit nubere; tunc enim pertinet ad filium non permittere, ut eius mater turpem vitam eligat probro familiæ, idque ex defectu dotis, quam posset filios commodè illi suppeditare, hinc Antoninus Imperator *lib. 1. C. de alen. liber.* ait, parentum necessitatibus liberos succurrere justum est, proinde etiam dotem dare matri volenti transire ad secundas nuptias. 22

Tum quia tenetur filius matrem inopem alere, eique necessaria ad victum, & vestitum juxta propriam conditionem soppeditare, proinde tenetur etiam matrem inopem dotare, quia tunc dos datur loco alimentorum. Nihilominus contraria sententia est communior, quia si filius non tenetur matri munia nuptialia mittere, neque tenetur eam dotare: sed filius non tenetur ad munera nuptialia *l. 13. §. fin. ff de admin. tutor.* ergo neque tenetur eam dotare. Tum quia inquum esset, filium cogere ad illationem suæ injuriæ *l. qui accusare C. de edend. l. nimis grave. C. de testib.* & quia mater per transitum ad secundas noptias infert filio injuriam *novel. 2. l. 1. & c. 1. de secund. nupt.* ideo non videtur filius compellendus ad suppeditandam dotem matri volenti transire ad secundas nuptias. Tum quia hoc perinde esset, ac juvare matrem, ac eidem occasionem facere transeundi ad secundas nuptias, quod esset graviter offendere patrem. Tum quia in *l. si vinea. C. de præscript. long. temp.* mater transiens ad secundas nuptias, & dans vitrico in dotem res filij nihil filio præjudicat: atqui filio præjudicaret, si hic obligaretur ad matrem dotandam. Hanc sententiam puto veriorem. 23

Hinc ad primum fundamentum oppositæ, respondetur, esse discrimen inter matrem, & soro- 24

sororem, quia soror, si nubat, nullam infert injuriam fratri, nec patri, benè tamen mater, si transeat ad secundas nuptias.

25 Ad secundum, filium teneri succurrere in necessitatibus matri[illegible] verò debere compelli, ut com injuria propria, & parentis transeat ad secundas nuptias, & hac responsione solvuntur alia argumenta petita ab alimentis.

26 Verùm id limitandum est, nisi urgens aliqua, & rationabilis causa intercederet, ut si matris pudicitia cum dedecore totius familiæ periclitaretur, nisi nuberet, & aliunde dotem non haberet.

27 Quæritur quartodecimò, an uxor sine consensu viri dotare possit filiam communem, vel etiam prioris matrimonij? Respondet Rebellius *q. 6. de matrim. p. 2. lib. 3.* posse uxorem dotare filiam communem, quando communi consilio uxor, & maritus simol promittunt dotem filiæ communi: ut etiam si vir promissionem ab uxore factam postea ratam habeat, tunc valida est promissio, ut dos impleatur ex bonis utriusque conjugis. Secus si uxor absque consensu viri aliquid filiæ sive communi, sive ex priori matrimonio susceptæ promittat nomine dotis, invalida est, & illicita promissio, nisi vir postea conscius talis promissionis eam ratam habeat. Sin verò promissio uxoris facta sine consensu viri referretur in tempus soluti matrimonij suum sortiretur valorem, & teneretur uxor stare suæ promissioni.

TITULUS XXI.

De secundis nuptijs.

Cum post divortium legitimè factum non à toro, & cohabitatione, sed ab ipso vinculo matrimonij permissum sit etiam Christianis ad ulteriores nuptias transire, ut habetur ex Apostolo *1. ad Corinth. 7.* ibi *si dormierit vir ejus liberata est, cui vult, nubat, tantùm in Domino: beatior autem erit, si sic permanserit*, & probat etiam Augustinus contra quosdam antiquos hæreticos relatos *in lib. de hæres. c. 26.* præsertim si primæ nuptiæ sint per mortem alterius conjugis penitus dissolutæ: ideo postquam Pontifex egit de divortio, tractat in calce huius quarti libri de secundis nuptijs, quæ dicuntur secundæ, eò quia succedant primis. Cæterum non dicuntur ex eo præcisè secundæ, quia proximè sequantur ad primas, quia etiam tertiæ, & quartæ, quæ nonnisi mediatè, seu mediantibus secundis succedunt primis, dicuntur & ipsæ secundæ nuptiæ, quæ permittuntur mortuo altero conjugum, aut propter aliquod impedimentum dirimens post declaratum matrimonium nullum ad evitandum periculum fornicationis *can. quomodo cum similibus 31. q. 1. c. penult.*

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Quinque Capitum in hoc titulo contentorum.

C. *CAPELLANUM 1. h. t. statuit Alexander III ut Presbyter, qui benedicit secundas nuptias sit ab Episcopo suspendendus à beneficio, & officio, & mittendus Romam. Ex quo textu colligitur, secundas nuptias non esse benedicendas, hac ratio solet etiam assignari, quia transiens ad secundas nuptias cùm jam acceperit benedictionem in primis, non est illi benedictio iteranda. Vel posset dici, ecclesiā prohibere secundas nuptias benedici, ut magis commendetur continentia in statu viduali. Verùm hodie consuetudo invaluit, ut si famina nondum fuerit benedicta, tametsi vir jam semel benedictionem acceperit, possit utrique benedictio impendi. Caterum sacerdos non incurrit ipso jure hanc pœnam suspensionis, sed tantùm per sententiam Judicis. Notandum est, in Concilio Tridentino* sess. 24. de refor. mat. c. 1. *sacerdotibus, qui benedicunt secundas nuptias sinè licentia proprij Parochi imponi pœnam suspensionis ipso jure, qua non solùm ad officium, sed etiam ad beneficium extenditur, donec absolvantur ab Ordinario illius parochi, qui debuisset matrimonio interfuisse.*

C. *DOMINUS 2. h. t. Lucius III. rescribit universis Christianis detentis in captivitate Saracenorum, ut nullus eorum præsumat transire ad secundas nuptias, nisi prius certè constiterit de morte uxoris: quòd si aliquis adhuc dubius de morte uxoris aliam duxerit, teneatur quidem debitum reddere, non tamen petere:*

tere: quòd si deinde constet primam uxorem adhuc vivere, tunc relictâ secundâ teneatur ad primam reverti. Ubi notat Glossa in dubio esse præsumendum in favorem matrimonij c. Juvenis de sponf. *non ita quando dubitatur, an matrimonium sit contractum, quia est clandestinum, tunc enim præsumitur adulterium* arg. c. 2. de clandest. despons.

C. *VIR AUTEM 3. h. t. rescribit Urbanus III. Episcopo Vigiliensi, virum, vel mulierem ad bigamiam transeuntem non debere à Presbitero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio non debet iterari.*

C. *SUPER ILLA 4. h. t. rescribit idem Pont. mulierem, quæ nubit infra annum luctus secundùm leges, non incurrere infamiam secundùm Apostolum dicentem: quòd mulier viro suo mortuo soluta sit à lege viri sui, & possit nubere, cui voluerit, unde per authoritatem Apostoli hæc infamia aboletur.*

C. *CUM ULT. h. t. Innocentius III. declarat idem, quod in præcedenti textu statuitur, & additur etiam ratio, quia sæculares leges non dedignantur sacros canones imitari. Ubi notat Glossa, mulierem nubentem infra annum luctus non incurrere infamiam, immo nec pœnam quam exprimunt leges, quamvis dubium sit, an perdat dotem antenuptialem: unde canones liberant mulierem nubentem infra annum luctus ab omni infamia, & pœna, quæ exprimitur in lege prima* C. de secundis nuptiis, *& in aliis legibus.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quinam possint ad secundas nuptias transire.

1 CErtum est, eos omnes posse transire ad secundas nuptias, qui soluto primo matrimonio, vel propter mortem alterius conjugis, vel ob impedimentum aliquod dirimens, ratione cujus primum matrimonium fuit declaratum irritum, nullo detinentur legitimo impedimento, quia matrimonium est institutum in officium naturæ, & remedium concupiscentiæ: unde licitum est cuique ad secundas nuptias transire, si nullo sit irretitus impedimento: cùm enim primæ nuptiæ sint per mortem alterius conjugis penitus dissolutæ; conjux superstes, si alter decesserit, est omnino liber; & secundæ nuptiæ, si aliud non adsit impedimentum, non prohibentur, quo minus possint legitimè iniri. Et licet aliqui hæretici secundas nuptias, etiam prioribus morte alterius conjugis dissolutis damnaverint, ut Montanus, Cataphrygæ teste D. Augustino *lib. de hæres.* cui errori etiam visus sit adhæsisse Tertullianus *lib. de Monogam.* teste eodem D. Augustino *de hæresibus c. 86.* & etiam adhæserint Novatiani, ut liquet ex Concilio Nicæno *can. 8.*

2 Nihilominus veritas catholica semper fuit, ut secundæ, tertiæ, & quartæ nuptiæ, & deinceps aliæ quotiescunque iterantur, sint licitæ ad vitandum periculum fornicationis, & desumitur *ex c. 7. ad Romanos*, ubi Apostolus scribit, *quæ sub viro est mulier alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro*, & *ex 1. Corinth. 7. si dormierit vir ejus liberata est, cui vult, nubat*, ubi D. Augustinus *lib. de bono viduali* expendens Apostolum non dixisse, *si dormierit* primus, aut secundus, vel tertius vir, sed indefinitè, si dormierit vir, infert, iteratas nuptias semper esse licitas conjugi superstiti, quoties per mortem alterius matrimonium solutum est quoad vinculum, quia tunc uxor superstes utpote liberata à viro potest nubere, cui vult. Tum quia D. Paulus *1. ad Timoth. 5.* loquens de viduis, quæ voto castitatis minimè se adstrinxerunt, suadet ipsis secundas nuptias in remedium fornicationis, inquiens, *volo juniores nubere*, scilicet ne in fornicationem incidant, eò quia melius sit nubere, quàm uri. Hinc Concilium Nicenum *c. 8.* exigit à Novatianis ad ecclesiam redeuntibus, ut promittant se communicaturos cum ijs, qui ad secundas nuptias erunt transituri. Concilium Florentinum in Armenorum instructione approbat etiam secundas, & quasvis alias ulteriores nuptias, imò universalis ecclesiæ consuetudo eas semper approbavit, & ut licitas admisit, ut tradit D. Augustinus *lib. 2. contra advers. leg. c. 11.* & *lib. 16. de civitate c. 34.* & D. Hieronymus *in apolog. contra Jovinian.*

3 Ratio etiam id suadet, quia semel, quòd primæ nuptiæ per mortem alterius conjugis sunt penitus dissolutæ, non possunt esse impedimento alijs nuptijs, quia soluto vinculo, conjux, qui erat conjugatus, manet liber, & vir, ut etiam fœmina, cùm tunc sit sui juris, potest nubere, cui magis libuerit ad obtinendos fines matrimonij, qui sunt generare prolem, & remedium concupiscentiæ; unde ex primævo matrimonij fine, seu prolis procreatione licitæ sunt secundæ nuptiæ, præsertim cùm possit contingere, ut prius matrimonium prole caruerit: unde ad obtinendum hunc matrimonij finem, seu ad generandam prolem, propagandam, & conservandam speciem humanam licitæ sunt secundæ nuptiæ: quia quoties finis est licitus, medium conducens ad illum debet etiam licitum esse, cùm medium mensuretur à fine, à quo suam desumit moralitatem; & quia propagatio, & conservatio humanæ speciei est

licita, & hæc non potest obtineri à conjuge superstite, nisi per transitum ad secundas nuptias, sequitur manifestè, secundas nuptias assumptas ad generandam prolem, propagandam, & conservandam speciem humanam esse licitas. Imò non solùm licitæ sunt ex primario matrimonij fine, verùm etiam ex secundario, qui est temperare ardorem concupiscentiæ, qui ferventior solet in viduis esse ob consuetudinem præcedentis matrimonij.

4 Objiciunt tamen hæretici D. Ambrosium *in epist. 1. ad Corinth.* ubi secundas nuptias redarguit, ut non bonas, & etiam D. Joannem Chrysostomum *homil. 32. in Matth.* ubi secundas nuptias vocat honestam fornicationem, & refertur etiam in *can. hac ratione 31. q.* 1. D. Hieronymum *lib.* 1. *contra Jovinian.* ubi expressè damnat secundas nuptias, & refertur etiam *in c. quomodo* 31. *q.* 1. ut etiam in *lib.* 2. *contra Jovin.* ubi plura contra secundas nuptias congessit. Secundò objiciunt Concilia præsertim Neocesariense *can. 3. & 7.* & refertur in *c. de his.* 31. *q.* 1. & Concilium Laodicense *can.* 1. ubi ineuntibus secundum matrimonium injungitur pœnitentia. Tertiò objiciunt, quia ecclesia statuit transeuntes ad secundas nuptias esse bigamos, eósque excludit à sacris ordinibus suscipiendis, ut liquet *ex tot. tit. de bigamis*, Id autem iniquum foret, si secundæ nuptiæ licitæ essent, quia ob rem licitam nemo est puniendus. Tum quia secundæ nuptiæ, ideo inducunt irregularitatem, quia perfectè non significant conjunctionem Christi cum ecclesia, idéque defectu sacramenti non videntur licitæ, & inducunt bigamiam *c. debitum de bigamis.* Demum quia plures fuerunt leges sancitæ contra transeuntes ad secundas nuptias, & in odium earundem plures etiam fuerunt pœnæ statutæ bigamis *l. fœmina. l. generaliter. l. si quis prioris* §. *in illo.* Hinc etiam apud Ethnicos fuisse secundas nuptias abominabiles, & odiosas fusè, & eruditè probat Tiraquel *l. boves* §. *hoc sermone in princ. n.* 143.

5 Verùm hæc nullius sunt momenti ad primum enim petitum ex sanctis patribus, & secundum ex Concilijs respondetur, in adductis textibus non damnari secundas nuptias, eò quia sint illicitæ, nec reprobari per se, quia sint malæ: siquidem per se sunt medium necessarium ad assecutionem primarij finis matrimonij; seu ad generationem prolis: unde reprobantur tantùm per accidens ob nimiam concupiscentiam, & intemperantiam, ratione cujus conjux superstes transit ad secundas nuptias, vel etiam ad tertias, & quartas, non quod reprobentur nuptiæ per se, sed quia non approbatur intemperantia, ratione cujus plures repetuntur nuptiæ successivè; quia conjux superstes posset alijs medijs præsertim vigiliis, jejuniis, castigatione corporis excessum illum concupiscentiæ coërcere. Ad tertium in quo addebatur bigamos, & trigamos incurrere irregularitatem respondetur, hanc contrahi, non quia secundæ nuptiæ malæ sint, & illicitæ, deficiántque à vera ratione sacramenti; sed ex eo, quia non ita perfectè repræsentent conjunctionem Christi cum ecclesia. Ad aliud, quod addebatur, secundas nuptias non esse sacramentum, eò quia non repræsentent hanc perfectam conjunctionem Verbi cum humanitate, & Christi cum ecclesia, seu unici sponsi, cum unica sponsa, respondetur, hanc significationem non esse de essentia sacramenti, quia sufficit, si sit signum sensibile gratiæ supernaturalis collatæ per tale sacramentum: unde illa significatio perfectæ conjunctionis unius Verbi cum humanitate, unius Christi cum una ecclesia, unius sponsi cum una sponsa est tantùm accidentaria & secundaria, quæ potest adesse, & abesse manente tota essentia sacramenti. Ad ultimum petitum ex legibus Ethnicorum respondetur, secundas nuptias fuisse quidem legibus illis civilibus odiosas, sed omnes præfatæ pœnæ inflictæ in odium secundarum nuptiarum fuerunt postea jure canonico correctæ, ut adversantes bonis moribus, & libertati matrimonij.

Tum quia plures ex illis legibus reprobârunt tantum secundas nuptias primis non dissolutis, quæ etiam in jure canonico prohibentur propter impedimentũ ligaminis, quod dirimit secundas nuptias adhuc consistentibus primis; adeò ut in lege evangelica iure divino prohibitum sit plures simul habere uxores, ut definitur in Tridentino *sess. 24. de matrim. can. 2.* ibi *si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum, anathema sit*, & antea decisum fuerat ab Innocentio III. *c. gaudemus de divortijs*, ubi expressè habetur, posterius matrimonium priori adhuc subsistente irritum esse; & desumitur ex illo *Matth. 19* ubi Christus ait, *quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, quibus verbis Christus omnino sustulit bigamiam in lege evangelica, ut matrimonium primævo suo restitueret decori, ac institutioni: cum enim uxor gaudeat jure uxoris habet jus ad torum, & cohabitationem; proinde non licet viro ea vivente aliam ducere, quia quoties vellet, non posset uti iure suo, & exigere debitum conjugale à marito, quia alia eum præoccuparet. Tum quia matrimonium ex primæva sua institutione pluralitatem uxorum simul excludit, ut desumitur *ex Genes. 2. masculum, & fœminam fecit eos, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, apertè enim significatur conjunctio unius viri cum una fœmina tantùm, ut etiam significavit Christus *Matth. 19.* ubi relatis præfatis verbis, postea concludit *itaque jam non sunt duo, sed una caro*, ut indicaret, debere conjuges ita uniri, ut una caro efficiantur, & quia ex unius viri matrimonio cum pluribus uxoribus non fit una caro, sed multiplex, ideo jure divino prohibentur secundæ nuptiæ consistentibus adhuc primis ex primæva matrimonij institutione, etiam in lege evangelica. 6

Hinc confutatur hæresis Anabaptistarum impiè docentium, licitam pluralitatem uxorum, 7

quam

quam etiam Machmetus in nefanda sua lege suis concessit sectatoribus: cùm enim matrimonium significet perfectam conjunctionem Christi cum una ecclesia, seu unius sponsi, cum una sponsa, & Verbi divini cum humanitate, est contra ejus significationem uxorum pluralitas.

8 An verò prohibitum sit jure naturæ unam, eandémque mulierem pluribus simul nubere viris. Respondent communiter affirmativè, eò quia matrimonium unius fœminæ cum pluribus viris adversatur primario fini matrimonij, scilicet generationi prolis ad propagandum, & conservandum humanum genus, quia ex plurium virorum commixtione cum eadem fœmina, hæc sterilescit, & impeditur generatio, ut liquet in meretricibus, quæ cum quæstûs causâ pluribus commisceantur viris sobolem non generant.

9 Rursus adversatur etiam fini secundario scilicet domesticæ societati, communicationi operarum, quæ ad vitam tuendam desiderantur: ubi enim plures essent mariti ejusdem uxoris perpetua sequerentur jurgia, continuò excitarentur dissidia & nulla pax haberetur in in eadem familia. Tum quia si fœmina ex pluribus illis viris conciperet, incerta esset proles, & alia plura sequerentur incommoda, hinc D. Augustinus *lib. 3. de doctrina Christ. c. 12. & lib. de bono conjug. c. 17.* hoc idem comprobat, & firmat exemplo sanctorum patrum veteris testamenti, cum quibus sæpè in sacris scripturis legimus suisse dispensatum, ut plures uxores ducerent, ut populus ille electus propagaretur, & tamen nullibi legimus permissum, ut unica uxor pluribus nuberet viris.

10 Quid verò dicendum sit de pluribus uxoribus respectu unius viri, licèt non sit polygamia unius viri cum pluribus uxoribus contra jus naturæ, nec contra prima, ac universalia ejus principia; adversatur tamen aliquo pacto juri naturæ, quatenus est contra conclusiones ex ipsis primis principiis derivatas, licèt enim tale matrimonium non repugnet naturæ, nec primario ejus fini, seu generationi prolis, pugnat tamen cum aliquo fine secundario, eò quia adversetur tranquillitæ, ac pacificæ cohabitationi conjugum, ac domesticæ gubernationi, hæc autem tranquillitas, & pacifica cohabitatio est finis secundarius matrimonij ex Philosopho *8 ethic. 9.* uxor autem non subditur viro ut famula, sed ut socia collateralis, ac in domestica gubernatione principatum tenens; & omnis principatus, ut in ipso pax servetur suapte naturâ unicum tantùm desiderat Principem. Tum quia facilè invidiæ, rixæ, dissidia inter uxores oriuntur & præsertim si una præ alijs à marito diligeretur; & sacræ literæ has lites referunt ortas etiam inter fœminas morum probitate laudabiles, ut de Sara, & Agar; & de Lia, & Rachele legitur *Genes. 10. & 16.* ut etiam de Anna, & Phenenna *1. Reg. 1.*

11 Cæterum cum Antiquis patribus veteris testamenti dispensatum fuit à Deo, ut possent plures uxores ducere, ut populus ille à Deo electus propagaretur hinc D. Augustinus *lib. 22. contra Faustum c. 27. & sequent.* excusat Patriarcham Jacob, qui quatuor duxit uxores ratione scilicet consuetudinis, ait enim Augustinus, quando mos erat, crimen non erat, ex quo infertur polygamiam non esse contra jus divinum, & naturale, quia consuetudo non potest prævalere contra tale jus divinum, aut naturale. Hinc ob divinam dispensationem viri pientissimi in veteri lege pluribus simul nupserunt uxoribus, Abraham enim duxit Saram, & Agar *Genes. 16.* Jacob Liam, Rachelem, Balam, & Zepham *Genes. 29. & 30.* Helcana Annam, & pherennam *1. Reg. 1.* Moyses Mariam, & Æthyopissam *n. 12.* & licèt in sacris litteris expresse non constet de hac divinâ dispensatione quoad pluralitatem uxorum, communior tamen sententia est, Deum hanc dispensationem inspirâsse Patriarchis illis veteris legis, unde quamvis non constet per externam scripturam, neque facta fuerit externa locutione, fuit tamen internâ inspiratione facta Patriarchis, ex quibus vis exempli, & consuetudinis derivata postea fuit ad reliquos de populo Israëlitico, adeò ut omnibus de illo populo fuerit tunc licita polygamia, & desumitur etiam ex illo *Deuter. 20.* ibi *si habuerit homo duas uxores,* ut docet D. Thomas *in 4 dist. 33. q. 1. art.* An verò hujusmodi dispensatio à populo illo Israelitico ad populum gentilium extensa fuerit, adeò ut etiam gentiles vi talis dispẽsationis potuerint licitè pluribus simul nubere fœminis, non videtur ita certum; communior tamen, & verior sententia est, dispensationem illam super pluralitate uxorum non fuisse extensam ad populum gentilium, eò quia ratio dispensationis in gentilibus non militaret; fuit enim hæc ratio, ut populus electus à Deo cum esset numero exiguus, citiùs multiplicaretur per pluralitatem uxorum. Gentes autem cùm essent ubique locorum propagatæ non indiguerunt hac dispensatione, cùm enim in ipsis cessaverit causâ finalis, cessavit etiam medium ad illam, seu dispensatio: unde nisi ignorantiâ excusarentur Rei peccati erant gentiles utentes polygamia.

In lege autem evangelica hujusmodi dispensatio fuit à Christo omnino deleta *Matth. 19.* adeò ut nulli amplius fideli licita sit hodie polygamia, & infideles, qui in statu infidelitatis plures duxerunt uxores compellendi sint, si convertantur ad fidem, primam tantùm uxorem legitimam retinere, & alias dimittere, eò quia secundæ nuptiæ cum alijs fuerint irritæ, ut expresse deciditur ab Innocentio III. in *c. gaudemus de divortijs.* 12

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot selecta quæstiones.

Quæritur primò, an secundæ nuptiæ benedicendæ sint? Respondetur negativè, & desumitur *ex c. Capellanum 1. b. t.* ubi Alex- 13

Alexander III. rescribit, Capellanum, qui benedictionem cum secunda celebrat ab officio, & beneficio suspensum esse. Si enim uterque, vel alter conjux in primis nuptijs benedictionem accepit, non debet iterum in secundis benedici, & assignatur etiam *in d. c. capellanum*, ratio, quia cùm vir transiens ad alias nuptias jam semel in primis nuptiis benedictionem acceperit, non est hæc in illo iteranda: cur verò benedictio nubentium non sit reiteranda ea fortassis ratio esse potest, quia videretur quasi sacramentum ejusmodi non fuisse collatum, vel fuisse inefficax, proinde fieret illi injuria. Potest etiam reddi alia ratio, nimirum denegari secundis nuptijs benedictionem, quia ecclesia ob majorem commendationem continentiæ in statu viduali prohibet, ne iteratò nubenti benedicatur. Alia etiam ratio redditur à D. Thoma *in 4. sentent. dist. 42. q. 3. art. 2. ad 2.* quia licèt secundum matrimonium in se consideratum sit perfectum sacramentum, continet nihilominus defectum sacramenti, quia non plenè significat conjunctionem unius cum una, sicut primum matrimonium significat conjunctionem cum una ecclesia.

2 Cæterum quòd secundæ nuptiæ non sint benedicendæ, id tantùm intelligitur quando sunt secundæ ex parte utriusque conjugis, ut cum vidua nubit viduo, quia uterque in primis nuptijs fuit ab ecclesia benedictus, proinde non debet iterum benedici. Secus si nuptiæ sint tantùm secundæ ex parte viri, ut si vir nubat puellæ virgini, tunc secundæ nuptiæ benedicuntur, id enim ex generali consuetudine receptum est, ut si fæmina nondum fuerit benedicta conjux, & vir iam semel benedictionem acceperit, possit utrique benedictio impendi, ut notat Barbosa *in d. c. Capellanum n. 3. h. t.* & ratio fortassis esse potest, quia tunc salvatur aliquo modo significatio conjunctionis Christi cum ecclesia etiam in ordine ad primas nuptias. Eò quia mulier nondum fuerit benedicta, quinimò censent plures consuetudinem servari, ut semper conferatur benedictio secundis nuptiis, qualitercunque sint secundæ, ubi alteruter conjux benedictionem minimè suscepit, sive sit vir, sive fæmina; adeò ut spectatâ hodiernâ consuetudine, tunc tantùm interdicatur benedictio secundarum nuptiarum, quando uterque conjux eam susceperat in præcedente conjugio: & ratio hujus consuetudinis assignari solet, quia tunc non censetur eadem benedictio propriè iterari, cùm per se solum impendatur ratione conjugis nunquam benedicti, adeò ut per accidens se habeat, quòd alter conjux benedicatur, ne scilicet nondum benedictus destituatur benedictione, & hæc consuetudo approbata est in *extravag. concertation. Joannis XXII.* quam refert Perez *lib. 5. Ordin. T. 1. lib. 5. col. 4.*

3 Juvat tamen observare, quod quamvis consuetudo impendendi benedictiones secundis nuptijs, quando alter conjux in primis benedictionem accepit, excuset à transgressione juris communis *c. vir de secundis nuptijs*, ubi interdicitur ea benedictio; non tamen inducit præceptum, adeò ut possint tunc benedictiones omitti juxta præscriptum juris communis; quia talis consuetudo non eo rigore præsumitur inducta, ut obligationem pariat. Imò Abbas *in cap. vir 3. n. 3. h. t.* ait, quòd sive nuptiæ sint secundæ ex parte viri, sive ex parte fœminæ, sive ex parte utriusque, non esse benedictionem iterandam, nec scilicet iteretur in persona jam semel benedicta, eò quia illa benedictio maneat, & neuter conjux sine altero benedici possit, siquidem indecens videtur, ut solemnes rerum, vel personarum benedictiones, cujusmodi sunt consecratio ecclesiæ, altarium, virginum, vel nuptiarum in eadem persona iterentur, ne vili pendantur. Tum quia textus juris communis prohibentes secundas nuptias benedici non sunt correcti per Concilium Trident. *sess. 24. de matrim. c. 1.* quia ibi simpliciter statuitur, nuptias esse benedicendas quod est intelligendum de primis nuptijs, non de secundis. Verùm putârim, standum esse consuetudini locorum, quia cùm puella virgo habeat jus, ut benedicatur, cum primum nubit, non videtur esse privanda tali benedictione ex eo præcisè, quòd ejus vir fuerit jam benedictus.

Quæritur secundò, an si priores nuptiæ, in quibus impertita fuit benedictio utrique conjugi irritæ fuerint deprehensæ ob impedimentum aliquod dirimens, si iterum nubant, sit illis impendenda benedictio? Respondent aliqui cum Tabiena *V. impedimentum imped. 24. q. fin.* cum distinctione, si nuptiæ secundæ sint ex parte solius viri, eò quia vir, qui benedictionem in præcedenti matrimonio irrito receperat, virginem ducit, sunt benedictiones iterandæ: non ita si sint secundæ nuptiæ ex parte mulieris, quæ in priori conjugio irrito benedictiones recepit, quia ex parte ipsius non servatur perfecta sacramenti significatio. 4

Communior tamen, & probabilior sententia est, tales benedictiones non esse repetendas, sicut non iterarentur, si priores nuptiæ fuissent validæ, & hoc procedit, etiam si sint ijdem, qui inter se invalidè contraxerant, & sublato impedimento velint prius matrimonium restaurare: sive uterque velit alteri nubere. Ratio est, quia benedictio non propriè respicit nuptias, sed personas; & quia personæ semel eam susceperunt, non debent eam iterum recipere. 5

Videtur tamen in contrarium posse objici, quia deficiente principali deficit quoque accessorium *l. cum principalis. ff. de reg. jur.* & benedictiones sunt accessoriæ matrimonio. 6

Sed contra, quia tunc valet regula, quando veritas accessorij dependet ex veritate principalis, in casu autem nostro non ita contingit, quia benedictio propriè non impenditur matrimonio, sed personis, ut desumitur ex *c. vir 3. h. t.* ubi Urbanus III. rescribit, quòd si unus ex conjugibus fuerit semel benedictus in priori matrimonio, non debeat in secundo iterum 7

bene-

benedici, at si nuptijs propriè benedictio impertiretur, non diceretur hæc benedictio repetita in secundis, cùm secundæ nuptiæ sint prorsus diversæ à primis: cùm igitur benedictio propriè respicat personas, & non matrimonium, licèt hoc primò initum, fuerit invalidum, benedictio tamen sortita est suum effectum; proinde si sublato impedimento dirimente sponsi ratificant prius matrimonium, non sunt ampliùs benedicendi. Sin verò ambant alijs, ut vir alteri fœminæ, quæ nunquam fuit antea benedicta; ut etiam fœmina alteri viro nondum benedicto, tunc ex consuetudine secundæ nuptiæ benedicuntur; juxta probabilem sententiam afferentem, quod quando alter conjux benedictionem non suscepit, sive sit vir, sive fœmina, possint secundæ nuptiæ benedici.

8 Quæritur tertiò, an orationes, & cæremoniæ, quæ pro secundis nuptijs solent adhiberi, possint tempore adventus, & quadragesimæ ministrari? Respondetur negativè, quia cæremoniæ illæ pro secundis nuptiis destinatæ non possunt tempore prohibito ministrari sine culpa, & absque eo, quòd minister ecclesiasticus eas adhibens tempore prohibito incurrat pœnas jure latas; quia jura antiqua, & recentiora universa loquuntur de matrimonio, & simul de solemnitate nuptiali: & sicut antiquis canonibus etiam vidvorum conjugia erant prohibita; ita etiam illa solemnitas nuptialis in viduorum nuptiis ex consuetudine ecclesiæ adhibita; cum jura loquantur æquè generatim de secundis nuptijs, ac de solemnitate.

9 Tum quia orationes, & cæremoniæ, quæ adhibentur pro secundis nuptiis sunt iisdem accessoriæ, proinde sequuntur naturam principalis: & quia secundæ nuptiæ tempore adventus, vel quadragesimæ prohibentur, ita etiam orationes, & cæremoniæ. Tum quia canones antiqui, & recentiores generatim prohibent solemnitatem nuptialem, & non solùm benedictionem nuptialem, & licèt cæremoniæ illæ non sint benedictio nuptialis, sunt tamen pars nuptialis solemnitatis, proinde si canones prohibent totam solemnitatem, sequitur, prohibere etiam orationes, & cæremonias pro secundis nuptiis destinatas, adeo ut tempore adventus, & quadragesimæ non possint ministrari sinè culpa.

10 Quæritur quartò, an si conjux jam per multum temporis abfuit, quomodo constare debeat de illius obito, ut superstes possit ad secundas nuptias transire? Respondetur, varias circa hanc quæstionem reperiri in jure dispositiones: etenim ex jure civili sufficit, si mulier quinquennio virum absentem, de cuius vita prorsus dubitatur, expectet, ut possit alteri nubere *l. uxores ff. de divortijs.* Quinimmo tale quinquennium restringitur postea ad quadriennium *l. uxor C. de repud.* Verùm hæc jura fuerunt postea correcta per *authent. hodie C. de repudiis*, & *c. in præsentia de sponsal.* ubi statuitur, ob nullam absentiam, nisi aliàs obitus certitudo habeatur, licere alteri conjugi ad secundas nuptias transire: & solet à juris peritis etiam ratio assignari, quia vita hominis præsumitur ad certos annos protrahi *l. fin. C. de SS. eccles. ad fin.* utitur hac ratione præsertim Abbas *in c. in præsentia de sponsal. n. 4.* Verùm hæc ratio non videtur firma, quia verius est, vitam hominis non præsumi tamdiu durare, siquidem jus non præsumit, quæ rarissimè contingunt, ut pluribus probat Menoch. *de præsumpt. 49. à n. 1. ad 9.* ubi *n. 10.* respondet, præcitatos textus, & alios præsumentes vitam hominis durare centum annos tantùm probare negativè; hoc est jura non præsumere ultra centum annos vitam hominis durare; non verò affirmativè, quòd tamdiu duret, cum non nisi rarissimè ad centum annos protrahatur.

Vera igitur ratio, cur ex quinquennali absentia conjugis non sit præsumenda ejus mors, ut alter possit ad secundas nuptias transire, hæc est, quia ex longa conjugis absentia etiam decennali non oritur certitudo de ejus obitu, sed tantùm quoddam dubium: quamdiu autem res est dubia, melior est conditio prioris matrimonij possidentis, proinde cùm primum matrimonium sit in possessione, non potest conjux ad secundas nuptias transire. Idque maximè quia ex eo, quòd uxor se abstineat à secundis nuptijs nullum incurrit periculum peccandi: & transeundo ad secundas nuptias se injicit in periculum adulterandi, si nimirum ejus maritus absens vivat: & in dubijs tenemur partem tutiorem sequi, præsertim quando agitur de Dei offensa. Tum quia mors absentis non præsumitur, sed probanda est, quia quilibet præsumitur vivere *l. ult. C. de SS. ecclesia.* Demum quia cùm mors sit fundamentum eam allegantis ad probandam suam intentionem, debet probari ab allegante, quapropter sola absentia mariti etiam decennalis non sufficit, ut uxor possit transire ad secundas nuptias. 11

Quæritur quintò, an moralis probabilitas de obitu conjugis absentis sufficiat, ut superstes possit ad secundas nuptias transire? Respondetur negativè, & desumitur ex *c. Dominus 2 b. 2.* ubi Lucius Papa rescribit, quòd nullus præsumat transire ad secundas nuptias nisi priùs constet de morte uxoris, & si aliquis adhuc dubius de morte illius alium duxit, debeat quidem reddere debitum, sed non petere, & si deinde constet de vita primi conjugis relicta secunda teneatur ad primam reverti: unde moralis probabilitas, cùm tantùm ingerat dubietatem, non sufficit, ut conjux dubitans de obitu alterius possit transire ad secundas nuptias: ratio itidem est, quia in omni genere humanarum rerum, & actionum sola probabilitas moralis non sufficit ad solvendum id quod jam est factum; præsertim, si inde subsit periculum alicuis damni incurrendi: & quia in secundo matrimonio contrahendo adest periculum nullitatis, & adulterii, & in abstinendo nullum adsit periculum, hoc præeligendum est, quamdiu dubitatur de morte conjugis; tunc enim conjux superstes ad vitandum 12

peri-

periculum peccati tenetur abstinere à secundis nuptijs.

13 Tum quia cum mors conjugis absentis sit quid facti, non debet præsumi, sed probari ab allegante talem mortem. Tum quia matrimonium semel inter Christianos legitimè initum non nisi per mortem alterius via ordinaria dissolvitur, cùm Christus dixerit *quos Deus conjunxit homo non separet*, unde sola moralis probabilitas de morte conjugis absentis non sufficit, ut superstes transire possit ad secundas nuptias.

14 Quæritur sextò, an conjecturæ si leves sint, & indicia etiam levia de morte conjugis absentis sufficiant, ut possit superstes transire ad secundas nuptias? Respondetur negativè, quia quoties constat de certa obligatione ad aliquid agendum; & non constat de ejus liberatione, tunc non est licitum recedere ab obligatione, quia hæc adhuc est in possessione: quia obligatio est certa, & eius cessatio non est certa: atqui quòd uxor matrimonium contraxerit, est certum, & quòd soluta sit à tali matrimonio non est certum, quia, leves conjecturæ, & indicia non inducunt certitudinem; proinde cum non constet de solutione, & constet de matrimonio jam contracto, non potest mulier ob leves conjecturas de morte mariti transire ad secundas nuptias: quia prius matrimonium adhuc obligat, cum non constet illud esse solutum per mortem alterius conjugis. Tum quia cùm agatur de gravi præjudicio conjugis absentis, & de periculo multiplicis peccati, sola existimatio de morte mariti non sufficit, ut uxor possit transire ad secundas nuptias.

15 Quæritur septimò an, ut uxor possit transire ad secundas nuptias, sufficiat unus testis, qui affirmet, ejus conjugem esse mortuum? Aliqui affirmant, & probant ex *c. in præsentia de sponsal*, ibi: *non permittas, eos contrahere, donec certum nuntium de morte recipiant*, ex quo inferunt, sufficere unum testem, qui asserat, e us maritum mortuum esse, ita docent Hostiensis in *summa tit. de sponsa duorum n. 6. & c. in præsentia fin. de spons.* Abbas ibidem *num. 6.* Communior tamen, & verior sententia est, non sufficere unum testem, qui asserat, conjugem absentem esse mortuum, ut liceat alteri transire ad secundas nuptias. Neque obstat textus ex *d. c. in præsentia de spons.* quia illud *donec certum nuntium recipiant*, potest sumi; *nuntium* in neutro genere, pro eo, *quod nuntiatur*, seu communiter à populo dicitur, & hunc esse sensum illius textus inferri potest ex eo, quod dicatur, *donec certum nuntium de morte recipiant*: sin autem per certum nuntium intelligeretur testis cùm hic sit unus tantùm, & non sit certus, ideo neque posset dici, donec certum nuntium recipiant: ad veritatem explorandam non sufficit unus testis cum *Matth. 18.* dicatur *in ore duorum, aut trium testium stare omne verbum.*

16 Tum quia unus testis tantùm non facit nisi semiplenam probationem, quæ non sufficit ad probandam mortem alterius conjugis, cùm enim agatur de præjudicio conjugis, requiritur plena probatio. Præterea quamvis textus *in d. c. in præsentia de spons.* sumeretur nuntius masculinè, sensus esset de nuntio, qui afferret nuntium certum: & quando testis est solus, qui aliquid testatur, non affert nuntium certum, quia dictum unius tantùm testis non est certum, imò ut vulgò dicitur, *dictum unius, dictum nullius.* Hinc in causis pecuniarijs solum dictum unius est insufficiens, consequenter etiam in causa secundi matrimonij contrahendi, imò à fortiori, cùm agatur de periculo irritandi secundum matrimonium, & adulterandi cum alio viro cum gravissima infamia, & dedecore fœminæ secundò nubentis, si fortassis adhuc ejus vir superstes esset.

Quæritur octavò, an sola fama de morte mariti sufficiat, ut ejus uxor possit transire ad secundas nuptias? Respondetur, solam famam non sufficere, nisi alijs adjuvetur adminiculis, cujusmodi sunt vehementes conjecturæ, & præsumptiones, ut quia vir jam fuerat senio confectus, & pluribus obnoxius morbis, vel in acie pugnaverit, & diu expectatus non redierit, vel si oculatus testis accedat, & dicat, se vidisse eum mortuum. Plerùmque enim fama publica oriri potest ex incerto authore fallaci, ut notatur *in c. vestra de cohabitatione clericor*, proinde ut fama sufficiat, aliquæ requiruntur conditiones: prima est; ut saltem duplici teste probetur, quia id generale est, ut non minùs quàm duo testes plenè probent *c. in omni negotio, & c. licet de testib. & attest.* ut docet Mascardus de *probat. conclus. 749. n. 1.* Secunda ut testes sint omni exceptione majores, & deponant, se id audivisse à fide dignis, quia fama nihil probat, & est vana vulgi vox, nisi oriatur à fide dignis, ut docet Mascardus *de probat. conclus. 1705. n. 6.* Tertia ut concurrat causa rationabilis, ex qua talis fama oriatur, ut si maritus navigaverit, si navis perierit ex suborta tempestate, si in bello pugnaverit, & diligenter quæsitus non fuerit inventus, ut notat Mascardus *conclus. 749. n. 11.* quia fama debet originem trahere à causis probabilibus, & rationalibus. Quarta ut testes deponant, se audivisse publicè à majore parte populi, non quidem in genere, sed à majore parte talis populi, id enim procedit de negotijs magnis, ut notat Mascardus *conclus. 749. n. 6.* Quinta ut deponant à quibus personis, fama suam traxerit originem, & à quibus ipsi audierint: siquidem debet hæc fama oriri à providis, & honestis viris, de quorum commodo non agatur, ut notat Mascardus *conclus. 449. n. 11.* Sexta ut testes de fama deponentes asserant, se credere, rem ita esse. 17

Quæritur nonò, quænam certitudo de morte mariti absentis requiratur, ut possit uxor superstes ad secundas nuptias transire? Respondetur, requiri certitudinem saltem moralem, quæ non sit sola probabilitas, quia cùm agatur de gravi præjudicio conjugis absentis, & de periculo multiplicis peccati requiritur major certitudo, quàm veri similis præsumptio. 18

Quæ-

Qualis verò in ſpecie debeat eſſe hæc certitudo moralis, id ſolet relinqui arbitrio prudentis judicis perpenſis utrinque circumſtantijs occurrentibus. Quando autem prudenter exiſtimatur adeſſe moralis certitudo de obitu alterius conjugis, & qualis ſecundùm jura requiritur, tutius eſt, ut res ad Ordinarium deferatur: imò ſi adſit aliquod dubium neceſſarium, abſolutè eſt res tota deferenda ad Epiſcopum, an talis certitudo, vel præſumptio de morte alterius conjugis ſufficiat, ut poſſit uxor tranſire ad ſecundas nuptias. Alioquin ſi uxor dubia de morte prioris conjugis de facto contrahat cum alio, non poteſt debitum conjugale petere, quia qui dubitat, an ſit legitimus conjux, exigendo debitum cum tali dubio agit contra propriam conſcientiam, quam habet ex probabili cauſa *c. inquiſitioni 44. in fin. de ſent. excommun.* Tenetur tamen reddere debitum ei, qui bona fide contraxit, quia non debet ipſe ſua poſſeſſione privari ob malam fidem alterius, quamdiu ipſi non conſtat, matrimonium fuiſſe nullum: nemo enim ſine culpa privatur jure ſuo *c. diſcretionem 6. de eo, qui cognovit conſanguineam.*

19 Quòd ſi poſt contractum ſecundum matrimonium ex morali certitudine de morte prioris conjugis uxor ſciret, priorem conjugem vivere, deberet ſtatim matrimonium putativum poſterius diſſolvi, & fœmina reſtituenda eſſet primo viro, cui priùs nupſerat, quia prius matrimonium adhuc durat, & eſt validum, nec diſſolvitur niſi per mortem alterius. Quòd ſi mulier tantùm dubitet, an primus ejus conjux vivat, licèt ſtatim tunc non diſſolvatur matrimonium, ſi dubium oriatur poſt ſecundas nuptias; non tamen poteſt fœmina dubitans petere à ſecundo marito debitum conjugale, ſed debet tantùm illud reddere ſecundo marito petenti, quòd ſi dubium etiam marito innoteſceret, matrimonium eſſet irritandum, & tunc non poſſet petere, nec reddere, ut nec etiam ſi uterque mala fide contràxiſſet dubitans de validitate, quia uterque eſſet poſſeſſor malæ fidei.

20 Quæritur decimò, an ſi mulier intra annum luctûs, ſeu mortis primi mariti nubat, incurrat infamiam, & alias pœnas? Reſpondetur ex legibus civilibus incurrere plures pœnas, quæ in duplici ſunt differentia, aliæ enim ſunt principaliter in odium ſecundarum nuptiarum, & aliæ in favorem liberorum prioris matrimonij.

21 Pœnæ prioris generis ſunt, quòd mulier intra annum luctûs tranſiens ad ſecundas nuptias incurrat infamiam, nec ſecundo marito poſſit ultra tertiam bonorum partem relinquere, nec ipſa ſit capax hæreditatis ex teſtamento, vel ab inteſtato, nec legati, aut fideicommiſſi. *l. 1. C. de ſecund. nupt.* Verùm hæ pœnæ correctæ ſunt à jure canonico in *c. ſuper illa. 4. h. t.* ubi Urbanus III. ſtatuit, ut mulier, quæ nubit infra annum luctûs contra leges civiles non incurrat infamiam ſecundùm Apoſtolum; unde ex jure canonico poteſt vidua poſt mortem mariti impunè tranſire ad ſecundas nuptias, & licèt in *d. c. ſuper illa. 4. h. t.* fiat mentio ſolius infamiæ; ratio tamen ibi expreſſa comprehendit etiam omnes alias pœnas, ſcilicet, quia conceſſa ſibi ab Apoſtolo utitur poteſtate.

22 Hinc æquitas canonica non permittit, ut mulier agens rem licitam, & utens jure ſuo puniatur: eatenus jus canonicum correxit civile quoad has pœnas, ut conſuleret libertati matrimonij, & facultatem concederet viduæ tranſeundi ad ſecundas nuptias ad vitandam incontinentiam, & fornicationem, quia poſſet contingere: quòd vidua nollet intra annum nubere timore pœnarum, & interim pulſaretur gravibus tentationibus, quibus frequenter ſuccumberet cùm diſcrimine propriæ ſalutis.

23 Pœnæ ſecundi generis principaliores duæ ſunt, prima ut conjux tranſiens ad ſecundas nuptias amittat proprietatem bonorum omnium, quæ à defuncto conjuge conſecuta fuerat: tunc enim hujuſmodi bona debentur liberis prioris mariti, & non debent alienari à fœmina tranſeunte ad alias nuptias *l. fœmina C. de ſecund. nupt.* Secunda ut non poſſit in dotem dare ſecundo marito, nec plus relinquere, quàm dederit uni ex filijs prioris matrimonij, cui minus reliquit *l. hac edictali 6. C. eod. tit.* & quamvis hæ duæ pœnæ ſint communes marito, & uxori per textum in *d. l. 6.* & *l. generaliter 5. C. eod. novel. 22. c. 23.* & Fachin. *lib. 3. controverſ. c. 65.* cenſeat etiam procedere, quamvis liberi conſentiant ſecundis nuptijs parentis ſuperſtitis: ceſſant tamen hæ pœnæ, ſi liberi prioris matrimonij nulli ſint, vel ante parentem binubum præmortui fuerint *d. l. fœmina §. 1.* ex quo liquet, has pœnas non fuiſſe inductas in odium ſecundi matrimonij, ſed potiùs ut conſuleretur indemnitati liberorum primi matrimonij.

24 Rurſus mater binuba tranſiens ad ſecundas nuptias amittit tutelam filiorum *l. ult.* & *auth. ſacram. l. quando mulier tutel. offic.* ut etiam jus educandi liberos prioris matrimonii: hi enim tunc à conſanguineis potiùs, quàm à matre binuba educandi ſunt. *l. 1. C. ubi pupilli educari debeant.* Verùm de hiſce, & alijs pœnis fuſiùs agunt Juriſconſulti, præſertim interpretes juris civilis ad *tit. de ſecund. nupt.*

25 Solùm juvat notare jure canonico has pœnas introductas à jure civili in favorem liberorum non fuiſſe abrogatas, nec jus civile in hac parte correctum: eſt enim correctio juris ſtrictæ interpretationis, & non debet trahi ad alios caſus *l. præcipimus in fin. C. de appellat.* neque ratio ulla potuit Pontificem movere ad abrogandas illas leges, quæ non tam odium ſecundarum nuptiarum reſpiciunt, quàm liberis prioris matrimonij proſpiciunt, & quos parentes binubi frequentiùs ſolent negligere: ſed potuit ad præcavenda peccata, & ut conſuleret ſaluti animarum omnes alias pœnas abrogare; præſertim cum Principes ſæculares conſueverint in ijſdem diſpenſare, ac permittere, ut vidua intra annum luctûs nubat alteri viro.

26 Cum enim ſecundæ nuptiæ legitimæ ſint, ab Apoſtolo permiſſæ, & ab eccleſia in pluribus concilijs approbatæ, nulli debent infamiæ obnoxiæ eſſe; proinde neque debet vidua, quæ intra annum luctûs nubit alteri marito ullam incurrere legalem infamiam: neque juris civilis diſpoſitio attendenda eſt, cùm agitur de ſacramentis. Eccleſia enim in id incumbit ſtudij, ut ſaluti conſulat animarum; & quia plura poſſent peccata patrari à viduis in florente ætate verſantibus, niſi ſtatim poſſent tranſire ad ſecundas nuptias; ideò ad hæc præcavenda peccata Eccleſia rectè ſtatuit, ut etiam intra annum luctûs poſſent viduæ ad ſecundas nuptias tranſire; quia ut ſcitè D. Cyprianus *lib. 3. de Bono Patientiæ* ait. *Tuetur in Virginibus beatam integritatem; in viduis laborioſam caſtitatem*: vocat *laborioſam*, quia cum Viduæ aſſueverint viro, difficulter poſſunt ſe ab ejus conſortio abſtinere. Hinc Tertullianus *ad Uxorem lib. 1.* loquens de hoc in viduis labore ait. *Vidua habet aliquid operoſius, quia facile eſt non appetere, quod neſciat; & averſari, quod non deſideraveris: nunquam glorioſior continentia, quæ jus ſuum ſentit, quæ quod viderit, novit: poterit felicior haberi, aut vidua laborioſior: illa, quòd bonum ſemper habuit; iſta quòd bonum ſibi invenit: in illa gratia, in iſta virtus coronatur.* Quamobrem Eccleſia, ut ſuccurreret humanæ imbecillitati, ad præcavenda peccata, indulſit viduis, ut etiam intra annum luctûs poſſint ad ſecundas nuptias tranſire. Plures tamen ſolent textus adduci, quibus videntur ſecundæ nuptiæ prohiberi, conſequenter etiam tranſitus ad illas intra annum luctûs. Sed reſpondetur, eccleſiam nunquam damnâſſe ſecundas, tertias, & alias ſucceſſivas nuptias, ſed tantùm incontinentiam tranſeuntium ad illas, hæc autem præſumptio incontinentiæ eò eſt major, quò mulier ſtatim poſt obitum mariti nubit alteri intra annum luctûs; vel tranſit ad tertias, vel quartas nuptias: idque etiam cauſæ, cur eccleſiæ Patres mitiùs ſe geſſerint cum bigamis, quàm trigamis; & hanc intemperantiam increpaturi aſperioribus uſi fuerint verbis, ac trigamiam honeſtam fornicationem vocaverint; & Hormiſdas Pontifex relatus à Carnotenſi *p. 8. decreti cap. 161.* ait: *Ne quiſquam ampliùs, quàm duas accipiat uxores; quia jam tertia ſuperflua eſt:* non quòd Pontifex improbet tertias nuptias, ſed ut redarguat intemperantiam.

F I N I S

Libri quarti Decretalium.

Soli DEO Gloria, & mihi miſeratio per JESU Chriſti Gratiam.

INDEX

INDEX

Rerum Notabilium,

Quæ in hoc quarto Decretalium Tomo continentur.

Prior Numerus paginam indicat, Secundus est Marginalis.

A.

licet

C.

C

Con-

F.

G.

H.

I.

Im-

Mmmmm

Infi-

Mmmmm 3 Con-

N.

O.

P.

Q.

Menda currente prælo commiſſa, quæ nullâ, quantalibet illa fuerit, diligentiâ evitari ab emaculatore typi, quamvis oculato, potuerunt; ſingula huc referre viſum fuit laboris ſupervacanei; præſertim cum rara ſint, vel levia, quæque benignus lector haud difficulter per ſe ipſum emendare poſſit. Notantur interdum accentu præpoſitiones, quarum in a, aut e, exit terminatio, ut *contra*, *ante*, quæ illum reſpuunt, niſi vice defungantur adverbiorum. Verbum *Nubo* translatum à nubibus, quibus tegitur cœlum, ad puellam, quæ antiquitùs nuptura nonniſi velato, & operto capite incedere conſueverat, ad indicandam verecundiam pudicitiæ comitem, etiam viro plerúmque adaptavi brevitatis causâ, & uſurpavi *pro uxorem ducere*; cum id præſtiterint etiam emunctæ latinitatis Authores, præ cæteris Martialis *lib*. 8. *epigr*. 12. Si quid aliud irrepſerit malè admiſſum, ne gravetur lector eruditus per ſe corrigere; & typographi incuriam vitio nolit authori vertere.

FINIS.